239
V17E

REVERENDI PA-

tris, Fratris Thomæ VValdenſis, Theologiæ, & Carmelitani ſodalitij Profeſſoris celeberrimi Opus de Sacramentalibus, in quo Doctrinæ antiquitatum fidei Eccleſiæ catholicæ, contra Witcleuiſtas, & eorum aſſeclas Lutheranos, alioſq; hæreticos continentur.



CVI QVAMPLVRIMIS LOCIS A MENdis ſumma uigilia repurgato, ita ut meritò renatus uideri poſsit, acceſſerunt & unuſcuiuſq; capitis Summæ haud contemnendæ, ſimul cum Indice copioſiſsimo, atq; locupletiſsimo.



SALMANTICÆ,
Apud Ioannem Mariam da Terranoua,
& Iacobum Archarium.
M. D. LVI.

Digitized by Google

Extractum è Regiſtro concluſionum ſacræ facultatis Theologiæ in vniuerſitate Pariſienſi.

DEcreuerunt Decanus, & Facultas Theologiæ ſcholæ Pariſienſis, librum hunc à præclariſsimo doctore Thoma Waldenſe ſtudioſè compoſitum, vtilem admodum eſſe, dignumq;, vt edatur: quandoquidem ad eneruandas Lutheranas calumnias, atq; hæreſes Reipublicæ Chriſtianæ perniciosiſsimas plurimùm conducit: quod Notarij eiuſdem Facultatis ſigno manifeſtum eſt ſatis, his ſubſcribendo, anno Chriſtiano milleſimo quingenteſimo viceſimotertio, Idibus Decemb.

De mandato domini Decani ex ordinatione ſacræ facultatis

I. *Tauuel.*

Digitized by Google

ILLVSTRI ABBATI Montaragonensi, D. Petro Lunæ, Academiæ Salmanticensis Rectori, amplissimisq; Doctoribus, & Magistris, Ioannes Maria da Terra noua, & Iacobus Archarius, Typographi S. P. D.

CVm intelligeremus, Rector Illustris, Doctoresq;, & Magistri omni literarum genere præstantissimi, eam veram, ac solidam esse laudem, quam sibi quisque comparare possit, si omnia sua studia ad communem hominum vtilitatem conferat, in eam curam semper incubuimus, vt rationem, & viam inueniremus, ex qua fructus aliquis, & emolumentum ad quamplurimos homines perueniret. Id autem nec faciliùs, nec meliùs nos consequi posse putauimus, quàm si in his vestris ædibus, vbi pluribus iam annis tabernam librariam instruximus, officinam quoque Typographicam institueremus, & libros quàm emendatissimos, formisq; pulcherrimis excusos, ad communem studiosorum vsum in lucem emitteremus. Quæ res cùm paucis abhinc mensibus incœpta, non omnino malè successerit, meliùs tamen, ac magis ex sententia, nobis, vt speramus, in posterum euentura est, si vobis, Viri splẽdidissimi, probata fuerit. Vos enim quasi iure nostro iudices delegimus, quorum grauissimo iudicio, quicquid ex nostra prodierit officina, subiectum esse volumus. Quare cùm Thomæ Waldensis opera, quæ dicuntur Sacramentalia, tandiu à Theologis desiderata, crebrisque eorum conuicijs efflagitata excuderemus, neminem inuenimus, cui honestiùs ea dicaremus, quàm vobis, Viri clarissimi, qui in omni scientiarum genere iure optimo primas tenetis. Nec verò id à nobis temerè factum est, vt sub vestro potiùs, quàm sub alterius cuiusquam nomine, id opus in publicum ederetur, quo ad coarguendos, atq; refellendos Witcleuistarum, & Lutheranorum errores, nullum aliud nostris temporibus, nec magis idoneum, nec magis accommodatum est. Vobis enim Viris religiosissimis, Christianæ pietatis studiosissimis, orthodoxæ deniq; fidei, & Ecclesiæ catholicæ propugnatoribus acerrimis, non potest

Digitized by Google

hic liber non esse gratissimus, qui omnia Witcleff pestifera dogmata, longo quidem illa tempore iam extincta, atq; sepulta, annis verò superioribus à Martino Luthero, eiusq; sectatoribus ab inferis excitata, maioriq́ue cum pernicie latissimè propagata, & clarissimis argumentis, & sanctorum Patrum testimonijs conuincit, falsissimáque esse ostendit. Hoc igitur opus tam vtile, tam fructuosum, tam necessarium, à plurimis, quibus anteà refertum erat, mendis vindicatum, atq; in pristinum nitorem restitutum, typisq́ue multò elegantioribus excusum, placuit vestro nomini consecrare, amplissimi viri: vt vestris auspicijs nunc primùm à nobis editum, ac diuulgatum, multò iucundiùs, & gratiùs in manus hominum peruenire possit. Quòd si læta, & serena fronte hoc nostrum, licèt exiguum, munus acceperitis, dabimus strenuè operam, vt ad maiora opera sub vestro nomine in posterum edenda, nos prę-
paremus. Valete.

Digitized by Google

Sapientissimo, ac circunspectissimo D. Stephano Poncherio, Senonum Archiepiscopo prudentissimo, & Galliarum, Germaniarumq; primati merito suo laudatissimo. F. Ioannes Rochus inter Theologiæ professores minimus, & Carmeli Meldunensis Prior immeritus, obseruantiam, & Salutem.

SIQVANDO ALIAS, HAC MAXIME TEMPESTATE, sponsa illa Christi domini nostri formosissima, sine macula, & sine ruga, sacrosancta uidelicet ecclesia, opus habet fide, prudentia, & authoritate, quæ in te uel summæ sint, primatu sapientissime: quibus aduersum Witcleuistarum, & qui ex illis orti sunt, Lutheranorum, hæresim perniciosissimam defensa, sarta, tectaq; maneat. Siquidē iuxta propheticos threnos, & iustissimam lamentationem: Manum suam misit impotentissimus, & planè uesanus hostis iste uterq; ad omnia desiderabilia eius. Nihil enim illi de reliquit intactum, nihil inconcussum, nihil intaminatum. Non sacramenta, non sacramentalia, non templa, non ædes sanctas, non uota, non preces, non cantus, non ornamenta, non horum omnium ministros, clerum & monachos: non denique quicquid in ea pulchrum, aut decorum: Orationes enim execratur, benedictiones, & dedicatiōes ridet, crucem & imagines eijcit, uigilias suggillat, religionem eleuat, charitatem mutuam in meritorum communicatione subsannat. Hæc autem omnia religiosissimus pater, & Theologus doctissimus, ac Carmelitarum candidissimus F. ac magister Thomas Walden, Carmelitani sodalitij quondam in maiore Britannia antistes prouincialis, incredibili solertia, & admirabili prudentia, summorum, & sanctissimorum catholicæ fidei doctorum, ac procerum authoritate, ab inuidissimis hæreticorum morsiculis defendit, ac integra matri suæ, quæ & nostra, restituit: idq; adeò in hoc uno opere, quod è mandato, & sub præsidio amplissimæ dignitatis tuæ Archiepiscope Christianissime in lucem modò emittendū curauimus. Præter quod extant & alia tria: duo in Hussitas, quæ ubicunq; lateant, aliquando, Deo auspice, è situ, & puluere eruemus, cœliq; aspectu donabimus: & tertium de Sacramentis, quod properanti studio confrater noster, & comtheologus Ioannes Ottho imprimendum curauit. At quia de aliis alias, nunc de præsenti loquamur, quod sacrosanctæ Theologiæ Parisien. facultas recognitum, & diligenter examinatum sciuit, approbauit, & in lucem exire permisit. Quocirca indefessis præconijs tuam, pater optime, sapientiam commendare, & totis animis admirari non uerebor, qui zelo laudabili, ad fidei conseruationē animatus, in publica nuper synodo Lutheranam hæresim damnasti: cognoscensq; hoc opus ad illius confutationem appositissimum, imperasti nobis deditijs tuis ipsum emittere maturemus. Cui imperio lubentissime paruimus: idq; quamplurimis de causis. Primùm, quòd Christianæ pietati, & catholicæ fidei, ac persuasioni, pro qua nō minus, ac pro aris, & focis constantissimo cuiq; Christiano certandum est, per hoc opus optime consultum iri uidebam. Deinde, q. Carmeli nostri gloriæ non parum accessurum conspicabar, si præter morem nostrum, tanæ, tāq; salutiferæ doctrinæ authorem bonis (ut aiunt) auibus euolare uideamus. Præter morem dico. Nam patrum nostrorum primarium uidetur institutum bene agere, bene dicere, beneq; scribere: sua tamen perpetuum premere, & nequaquam ostentare, ut pater ille cælestis, qui in abscondito uidet, reponat quam parauerit mercedem. Ne tamen communi utilitati tantum thesaurum inuidisse culpet, in publicum emisi. Tum, ut celsitudini tuæ, pater magnificentissime, morigerum me significem, tetrāq; ingratitudinis notam deuitem: Tu enim mihi quodcunq; hoc regni tu sceptra Deumq; concilias. Tua, inquam, magnifica liberalitas ad Theologiæ lauream me peruexit, atq; sinu adhuc paterno fouet. Ac denum ut animo meo obtemperem. Existimabam enim quamplurimum & meriti apud Deum, & nominis apud mortales modicitati meæ accessurum, si mea accuratione tam sacras lucubrationes studiosissimus quisq; legeret. Hæc uotorū summa est. Vale pater amplissime, & deditiū hunc tuum, opusq; hoc tuæ dexteritati præscriptum, protege. E Carmelo nostro Meldunensi ad Natalē dominicum. M. D. XXIII.

EPISTOLA, SEV BREVE Apoſtolicum Martini quinti ſuper approbatione, & commendatione operis de Sacramentis.

¶ DILECTO FILIO THOMAE WALDEN ORDINIS *beatæ Mariæ de monte Carmelo, prouinciali Angliæ, ſacræ Theologiæ magiſtro.*

DIlecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Placuit primò nobis opus, quod ediderας contra Huſsitas hæreticos, teq; fuimus hortati, vt id quod reſtabat in materia de Sacramentis, ſimili perficeres ſtudio & diligentia: quod te feciſſe gaudemus, & tuum ſtudium vtile & ſalutare eccleſiæ commendamus. Recepimus enim nuper de manu dilecti filij Ioannis, ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, magiſtri in ſacra pagina, latoris præſentium, volumen ſecundum de Sacramentis: quod per ſolennes viros videri & examinari fecimus, ſicut primum: quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo deſideramus, vt volumen tertium de Sacramentalibus, cùm illud perfeceris, nobis mittas. Cęterùm vt damnatas concluſiones Witcleff ſecuriùs valeas confutare, mittimus tibi bullam de damnatione librorum prædicti hæretici. Et cupientes quãtum poſſumus, erga te propitiare Dei gratiam, pro cuius cauſa laboras, benedictionem noſtram dedimus tibi, & omnibus fratribus tuæ prouinciæ.

Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos annulo piſcatoris. 8. die Auguſti, pontificatus noſtri Anno decimo.

Examinatio iſta incœpit. 15. Calend. Iulij, & durauit vſq; ad decimum Calendas Auguſti: quo die præſentabatur Papæ, præſentibus cardinalibus prælatis in cõſiſtorio per commiſſarios Dominum. N. presbyterum Cardinalẽ ſancti Petri ad vincula: & Dominum Bernardum epiſcopum Cauellacenſem, doctorem in Theologia.

Digitized by Google

Epistola F. Thomæ VValdensis, directa summo Pontifici Martino Papæ quinto, post approbationem operis de Sacramentis.

MARTINO DIVINA PROVIDENTIA PAPAE, QVINTO, VNIVERSI GREGIS CARMELITARUM seruorum apostolicæ sedis minimus, frater Thomas Waldensis, quicquid est, expressis labijs, & sacris semper uestigijs inhærere. Dudum ab Apostolorum throno uerbum ammonitionis accepi: quod iuxta principium Ezechielis aduertens, uidi: Et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me: qui erat scriptus intus & foris, talem Apostolicæ dignationis continentiam repræsentans: Recepimus uolumen secundum de Sacramentis, quod per solennes uiros uideri & examinari fecimus, sicut primum, quod pariter fuit ab omnibus commendatum. Ex quo desideramus, ut uolumen tertium de Sacramentalibus cũ id perfeceris, nobis mittas. Verbum hoc ab alto missum est, uerbum penitus glorioſum. In cuius auditu mens decidit, impotens ferre uerbum gloriæ, impar uiribus meritorum. Quia quis gloriatur quòd à maiestate sit oppressus? Quis audiuit extulisse se unquam primum Apostolum, quòd in transfiguratione uerbi, gloriam uerbi, quã ferre non potuit, accepit & cecidit? Infirma mea, ego reputo, summus Pater elegit, ut confundat fortia: si sic, non in fortibus uerbis meis, uel sensibus, quæ reuera non habeo, sed libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Et erit, si multiplex infirmitas, gloria multiplex. Quam si enumerem, quanta putas inops gloria, quòd uolumen eius secundum recepit Apostolus? Quanta item additur, quòd examinari fecerit ipsum per uiros solennes? Sed tertia superat omnem spem, quòd pariter erat ab omnibus commẽdatum. Quid iam testæ restat fragili ferre quartam? Ex quo desideramus, ut uolumen tertium de Sacramentalibus, cùm id perfeceris, nobis mittas. Claræuallensis abbas Bernardus ad Henricum Senonensem rescribens ait: Placuit præstantiæ uestræ nouum aliquid à nobis dictatum requirere. Grauamur pondere dignitatis, sed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor, & petitionis terret exactio. Quid enim nos sumus ut scribamus episcopis? Vnde dare, inde & negare compellor, quod postulor. Scribere tantæ altitudini supra me est: & eidem non obedire, contra me est. Vtrobiq; periculum, sed in ea parte maius imminere uidetur, si non obediero. Hàc itaque exiens, quæ minus offensiua apparet, facio quod iubetis. Si sic grauatur Bernardus scribere ad episcopum: quid facturus est exiguus & pusillus Thomas scripturus ad Papam? Sed & multò grauius experitur periculum, si non obediat Thomas Apostolo, quàm Bernardus si non episcopo. Et Paulum audio dicentem: Væh mihi si non euangelizauero. Et ego inter hæc pericula saliens obedire curabo, dicens: Domine factum est ut imperasti, & adhuc locus superest. Superest inquam tractare de ieiunijs, de indulgentijs, & iuribus, & immunitatibus ecclesiasticis: de fide quoque & hæresibus, & reliquis multis: quæ omnia in hoc uolumine, ne modum excederet, tractare non potui. Etenim nec de hac scriptura quærentibus respondere sufficio. Sunt enim qui existimant hæreses singulas ad principia capitulorum non debere præfigi, hac occasione prætensa, ne uel discant innocentes, & imperiti, quod excogitare non poterant: uel ne ad tantum gradum hæresis honoretur. Sed ad primum. Grauius multò esset, si non essent prænonuti unde fugerent innocentes. An non erat tunc innocens protoplastus, cùm ostenderet ei Deus lignum, cuius fructus esum inhibuit. De ligno, inquiens, scientiæ boni & mali ne comedas? Et addidit. Quocunque die comederis, morieris. Nec ego (quantum ad secundum) honorem hæresis timeo, dum in propositione tractatus præpono, quando seditiosa thuribula audio iussu domini producta in laminas, & altari affixa, dicente domino: Cernant ea pro signo, & monimento filij Israël. Nume. 16. In quem locum Homil. 9. Origenes. Ista batilla ærea, id est, hæreticorum uoces adhibeamus ad altare Dei, ubi diuinus ignis est, ubi uera fidei prædicatio: meliùs ipsa ueritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim (ut uerbi gratia dicam) ponam dicta Marcionis, aut Basilidis, aut alterius cuiuslibet hæretici: & hæc sermonibus ueritatis ac scripturarum diuinarum testimonijs uelut diuini altaris igne confutem, nonne euidenter eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina ecclesiastica simplex esset, & nullis extrinsecus hæreticorum dogmatum assertionibus cingeretur, non poterat tam clara, & tam examinata uideri fides nostra. Sed idcirco doctrinam catholicam contradicentium obsidet oppugnatio, ut fides nostra non otio torpescat. Propter

Septimi vo luminis far rago.

hoc

hoc denique (ut Apostolus dicit) oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos: hoc est dicere: Oportet hæreticorum batillis altare circundari, ut certa, & manifesta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cùm enim fides ecclesiastica uelut aurum cœperit refulgere, & prædicatio eius ut argentum igne probatum intuentibus resplenduerit, tunc maiore cum turpitudine, & dedecore hæreticorum uoces obscuriore utilitate sordebunt. Hæc ille. Sic ergo hæreses antecedere facio, ut ecclesiasticorum uerborum sequatur exercitus. Et inde securiùs pugno, non quasi aërem uerberans: Sicq; cum Apostolo curro, non quasi in incertum. Non habebunt Witcleuistæ unde mendaciter dicant: non scripsit Witcleff, quod iste redarguit. Tantum si sententiæ illius non obuiet, ex cuius ore uicarie exit gladius bis acutus: & cuius ego in terram cadens dexteram sentiam, quam benedicens imponet, qui scribere quæ uiderim imperauit. Conseruet hunc apostolatum Christus Iesus in diem suum.

Amen.

*

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSI-
mus omnium, quæ in hoc Reuerẽdi Patris
fratris Thomæ Walden. Theologi prẽstantiſsimi volumine de Sacramentalibus aduerſus antiquorum, & Witcleuiſtarum hæreſes, continentur, iuxta ordinem literarum accuratè digeſtus.

A

ABLINGERE, *ut ablingit uitulus, quid ſit. fo. 36 colum. 2. nume. 9.*

Abrenunciationis actum, q ubiq; ſolenniter exhibeat occidẽtalis eccleſia. Et unde ad eam peruenerit. folio. 103. col. 2. nu. 2.

Abrenunciare diabolo, & omnibus operibus eius, ac pompis, quòd Chriſtus nos præcipiat, oſtenditur. fo. 103. colum. 4. nume. 4.

Abſolutio quòd priùs fiat in terra, quàm in cælo, contra Witcleff. fo. 137. col. 2. nu. 4.

Actio noſtra in die dominico qualis debeat eſſe. folio. 264. col. 1. nume. 6.

Actus apoſtolorum, quòd pro magna conſuetudine eccleſiæ legi incœperit à dominico Paſchæ, ſecundùm Auguſtinum. fo. 54. colum. 2. nu. 14.

Actus idem in diſtinctis ſuppoſitis atq; cauſis, quàm diſparis ſit meriti, oſtenditur. folio. 161. columna. 3. nume. 18.

Admonitio pulchra de præſcitis, & prædeſtinatis. fol. 194. colum. 1. nu. 4

Adorandi duplex ratio. fo. 235. col. 2. nu. 1.

Adorandæ, uel colendæ quæ creaturæ. fo. 238. colum na. 1. nume. 1.

Adorandi ſanctos mos antiquiſsimus. fo. 248. columna. 1. nume. 1.

Adorare ſanctos, quanuis hominum meritis, & humilitati adſcribatur, quomodo diſcretè tamen agen dũ ſit. fo. 234. col. 1. nu. 3.

Adoratio propriè dicta. fo. 232. col. 4. nu. 7.

Adoratio priſcorum. fo. 233. col. 1. nu. 8.

Aedificare ſepulchra pretioſa, quòd non ſit peccatum. Et quos ornantes monumenta, & ſepulchra ædificantes redarguit Chriſtus. fol. 250. colum. 1. 2. & 3. nume. 2. & 3.

Aërij, & Montani hæretici confutantur. fol. 158. colum. 4. nume. 1.

Aëriani hæretici. fo. 214. col. 2. nu. 1.

Aetas intrandi clauſtrum, & profitendi religionem. fo. 156. colum. 1. nume. 4.

Agnus Dei, & Agni figura. fol. 91. col. 2. nu. 11.

Agon, & certamen Chriſtiani. Et quomodo unctio fiat ad agonem. fo. 104. col. 4. nu. 3.

Agricolæ, & Vitalis translatio, & dedicatio. fo. 247. colum. 1. num. 3.

Alarici pium facinus recenſetur. folio. 257. columna. 4. nume. 3.

Alba, ſecũdum ſacerdotis ueſtimentum. Et quid ſignificet. fo. 67. col. 4. nu. 6.

Alphabeti Latini, & Græci ſuper pauimentum eccleſiæ dedicandæ deſcriptio. fo. 304. col. 1. nu. 6.

Altare ſanctum, & ad ipſum pertinentia ornamenta, ut corporale, calix. &c. unde à Chriſtianis omnia fuerint uendicata. fo. 69. col. 2. nu. 1.

Altare ſpiritaliter ſumptum, quid denotet. fol. 69. colum. 2. nume. 2.

Ambitio, & uanagloria ex opere bono. folio. 121. colum. 1. nume. 4.

Ambroſius quomodo ſacris reliquijs de monumento translatis, ſacras ædes conceſſerit, apoſtolorum more, & conſtitutione. fo. 246. colum. 3. nu. 1.

Ambroſius quid de ſe dicat, cùm martyres uiſitaret. folio. 154. colum. 4. nume. 7.

Ambroſium quid mouerit, ut imbueret uirginem magis præceſſorum exemplis, quàm regulis ſuis, & præceptis. fo. 7. col. 3. nu. 5.

Amen, ſæpe in miſſa prolatum, quid ſignificet, & quomodo interpretatur. fo. 72. col. 3. nu. 13.

Amictus, primum ſacerdotis indumentum, & quid re præſentet. fo. 67. col. 3. nu. 5.

Amor Dei, quòd omne onus efficiat eſſe leue. fo. 148. col. 4. nu. 2.

Andreas, & ſocius eius diſcipuli Ioannis. Et quomodo Chriſtus eos ad eius diſcipulatum uocauerit. fol. 177. col. 1. num. 9.

Angeli, quòd miſſæ ſemper aſsiſtãt. fo. 86. co. 4. nu. 6.

Angeli, quòd in aliquibus ab eccleſia doceantur. folio. 12. colum. 4. nu. 17.

Digitized by Google

Angelos quomodo colebant fideles populi Dei more priores Christiani. fo.233.col.2.nu.1.
Anglicanæ ecclesiæ unde psallendi regula emerserit. fo.48.col.2.nu.5.
Animum quòd plus attendat dominus, quàm opus. fo. 20.col.1.nu.14.
Anna oratrix, de qua in lib.regum, quare debuit orare secretè. Et sacerdotes templi quare sonanter orent. fol.42.colū.1. nume.3. & colum.4. nume.7.
Anthropophormitæ hæretici. fo.294.col.2.nu.6.
Antiphonarum, & hymnorum in ecclesiis institutio. fol.46. colum.2.nume.8. &. fo.49. colum.4.nume.6.
Antistes qui sit, & unde dictus. fo.225.columna.2. nume.6.
Antistes, quomodo post trifariam manuum sacerdotis consecrationem, osculatur ordinatos. Et quid hoc significet. fo.129.col.4.nu.6.
Antonius magnus eremita, & propheta, quòd ad eremum Aegypti apostolicam regulam sibi, & suis tulerit, non suam. fo.175.col.2.nu.9.
Apertionis mysterium per Effeta recensetur. fo.102. col.2.nu.10.
Apophoreta triumphalia. fo.247.col.1.nu.2.
Apostoli, seu ecclesiæ primitiuæ principes, quòd non euaserint auaritiæ, quæstus, & commodi notam. fo.9.col.3.nu.6.
Apostoli, quòd sicut sunt uicarij Christi, & legati, ita minores presbyteri in curis ecclesiarum suarum legatione funguntur episcopi. fol.159. colum.3. nume.5.
Apostoli quomodo distinctas sibi paroecias, & plebes habebant, quibus cooperatores fiebant secundi gradus discipuli. fo.160.col.3.nu.11.
Apostolorum subministratores à domino fuisse institutos, ut eis obsequerentur, & ab eorum arbitrio omne ipsorum ministerium dependeret, ostenditur. fo.160.col.4.nu.15.
Apostolorum esse regulam, quam omnes ordines sequi cupiunt, non à tali patrono factitiam, sed ab Apostolico exemplari secundùm uiuentium capacitates electam, ostenditur. fo.175.col.2.nu.8.
Apostoli, Martyres, & ipse dominus noster Christus, & angeli eius, quomodo nobis festa sua concelebrēt & quasi bestiæ immolatitiæ fiant pro nobis. fol. 267.col.3.nu.9.
Apostoli statim post ascensionem Christi, quomodo ad superius, & altum cœnaculum conueniunt. fo.278 col.4.nu.2.
Apostolus quare non dixerit, Misericordiam consequutus sum quia fidelis eram, sed, ut fidelis essem. fo.23.col.3.nu.7.&.8.
Apostoli Christi, quomodo de Christo studiosè requirunt, ut doceat eos orare. fo.17.col.1.nu.2.
Apostolus quare assiduè legi præponat fidem. fo.23. col.3.nu.8.
Apostolus quare suspendat coniugibus officium concubendi. fo.27.col.1.nu.2.
Apostolum præcepisse tonsuram, & nudam debere clericum seruare coronam, ux decreto Anceti Papæ ostenditur. fo.128.col.1.nu.3.
Apostolorum si qui ante euangelium uxores habuerunt, quomodo postea assumpti in apostolatū, officium reliquerint coniugale. fo.132.col.3.nu.1.
Apostoli, quòd circunducebant mulieres pias, non dicebant. fo.132.col.4.nu.3.
Apostolici uerbi (unius uxoris uirum) duos peruersos fuisse olim interpretes, demonstratur. fo.134.co. 2.nu.10.
Apostoli quòd fuerint principes. foli.145. colum. 3.nu.4.
Apostoli quare dicti ecclesia primitiuorum. fo.145. col.3.nu.6.
Aquæ, & uini commistio in calice notatur, & quæ sit huius admistionis ratio. fo.74.col.1.nu.9.
Aquarij hæretici unde dicti. fol.74.columna.1.nume.10.
Aqua cur calici admisceatur. folio.74.colum.4.nume.12.
Aqua simplex quòd non solùm requiratur ad baptismi perfectionem contra Witcleff. fol.98.columna.2.nu.5.
Aqua munda quomodo exhibeatur in baptismate. fol. 105.colum.3.nu.5.
Aqua benedicta, à Marcello pontifice quantum ualuerit, ostenditur. fo.310.col.4.nu.4.
Aqua sale conspersa, & sacerdotis benedictione sufulta, quantam uim habeat, ostenditur. foli.311. col.2.nu.5.
Architectus sapiens quis dicatur, secundùm Ambrosium. fo.2.col.4.nu.11.
Argenei modij pauperibus missi. fol.204. colum.1. nu.2.aliàs.6.
Argumenti subtilis conuersio aduersus Witcleff. fol. 97.col.4.nu.2.
Argumentum efficax contra Witcleff. fo.143.col. 2.nu.9.
Argutia, & repagulum Witcleff generale contra sanctos ritus, & sacramentales, uel religiosas obseruantias. fo.10.col.1.nu.1.
Ariani, quomodo uno, & eodem spiritu, quo Witcleuistæ, contra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt. fo.62.col.1.nu.14.
Arma quomodo sanctificari olim solita contra Witcleff. fo.311.col.3.nu.1.
Armachani ad primum argumentum solutio, dicentis simplicem sacerdotem posse ordinare episcopum. fo.122.col.4.nu.2.
Armachani & Witcleff ad secundum argumentum de

de æqualitate poteſtatis, ſolutio. fol. 124. colum. 1. nume. 1.

Arrogantium omnium moris eſſe, ut ſecundùm ſeipſos præpoſterent alios. fo. 172. col. 4. nu. 2.

Athletarum unctio deſcribitur. fol. 104. colũ. 4. nume. 2.

Auguſtini dictum ſuper illum locum, Orantes nolite multùm loqui ſicut ethnici. fo. 23. col. 1. nu. 4.

Auguſtinus, & Iſidorus, quid de canibus eccleſiæ dicant. fo. 47. col. 1. nu. 14.

Auguſtinus quomodo repererit ſecundùm antiquatam conſuetudinem eccleſiæ pro ſingulis diebus dominicæ reſurrectionis euangelia ſecundùm ſingulos euangeliſtas ſuis ſignata diebus: fo. 54. col. 1. nu. 11.

Auguſtinus quomodo obſeruat lectionum, & cantuũ rationes de Quadrageſima, de Penteceſte, & alijs anni feſtis. Item & de ſanctis. &c. fo. 54. col. 2. nume. 13.

Auguſtinus, quomodo in multis, quæ ad eccleſiæ ritus, & mores pertinent, ſemper amplexabatur Ambroſij ſententiam. fo. 64. col. 3. nu. 12.

Auguſtinus quid dicat de Monica eius matre. Et quomodo faciat contra Lutherum. fol. 87. colum. 4. nu. 5.

Auguſtinus, & Hieronymus quomodo pleno ore condemnauerint nuptias clericorum. fo. 132. col. 2. nu. 10.

Auguſtini improbatio contra eos, qui dicunt, præſcitum non poſſe ſaluari. fo. 195. col. 1. nu. 2.

Auguſtini laus. fo. 261. col. 2. nu. 2.

Auguſtini inſtructio circa cultum Crucis. fol. 298. col. 4. nu. 4.

Auguſtinus, quomodo propter terram ſanctam à Hieroſolyma allatam dedicarit eccleſiam, in qua & Paralyticus fuit curatus. fo. 306. col. 2. nu. 5.

Aureola profitentium religionem. fol. 156. colũ. 3. nu. 2.

Auriculariter quòd ſit confitendum, non publicè, uſu, & authoritate apoſtolica, contra Witcleff. fo. 139 col. 4. nu. 1.

Author inuehitur in Witcleff hæreticum, quòd prætextu defenſoris fidei, non uocatus, in medium prodierit, & ſe turbis ingeſſerit pacificis. fo. 5. col. 4. nume. 4.

Authoris reſponſio ad argumentum Witcleff, inſerentis ad ſuæ falſæ doctrinæ fundamentum illud Matthæi, Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine. &c. fo. 28. col. 1. nu. 11.

Authoris dictum contra neceſſitatem fatalem Witcleff. fo. 35. col. 4. nu. 5.

Author inuehitur contra Witcleff proteruum, comparantem catholicos oratores ſacerdotibus Baal, ſi contingat propter plebem orare clamosè. fol. 42. col. 2. nu. 5.

Authoris parentes recenſentur. fo. 88. colum. 1. nume. 6.

Author inuehitur in Witcleuiſtas. Et quomodo ſint plebs Caath, quibus non licet nuda ſacra proſpicere. fo. 97. col. 2. nu. 7.

Authoris reſponſio ad argumenta hæreticorũ, prohibentium paruulos baptizari fide parẽtum pro eis uouentium. fo. 111. col. 1. nu. 1.

Authoris oratio, & peroratio. in fine.

B

Balthaſar regis ultio, ob abuſum uaſorum templi, recenſetur. fo. 69. col. 4. nu. 7.

Baptiſma ſanctum, quòd omnia prorſus delicta deleat. fo. 137. col. 3. nu. 7.

Baptiſmales ritus deſcribuntur. fo. 98. colum. 4. nume. 6.

Baptiſmalis ritus de abrenuntiando Satanæ, & pompis eius, quomodo per apoſtolum Paulum fluxerit per orbem. fo. 104. col. 2. nu. 8.

Baptiſmatis figura. fo. 116. col. 2. nu. 3.

Baptiſmum quòd non poßit adipiſci quis ſine renuntiatione Satanæ, contra quoſdam. fo. 104. col. 1. nume. 6.

Baptiſmus aquæ noſtris naſcentibus, quòd tam ſit neceſſarius, quàm erat neceſſaria circunciſio Ioanni, Abrahæ, Iſaac, & cæteris patribus. fo. 111. col. 4. nu. 5.

Baptiſmus flaminis, & cordis conuerſio, quod ſit idẽ. fo. 135. col. 1. nu. 2.

Baptiſmus exterior, & impoſitio manus ſacerdotis, quantum ualeat. fo. 135. col. 4. nu. 6.

Baptiſmus, quomodo poßit etiam ab hæreticis miniſtrari, & quòd non eſſet reiterabilis. fo. 136. col. 1. nu. 9.

Baptiſtæ Domini capitis inuentio narratur. fo. 260. col. 3. nu. 6.

Baptiſtæ quidam in utero ſanctificari paruulos fidelium mentientes. fo. 110. col. 4. nu. 7.

Baptiſtæ nouelli ab authore reprehenduntur. fo. 112 col. 2. nu. 8.

Baptizandus quomodo conſtituatur ad fontem ſanctum. fo. 103. col. 1. nu. 1.

Baptizandus antequam immergatur, quare Orientẽ uerſus reſpiciat. fo. 106. col. 3. nu. 5.

Baptizandus quomodo ter debeat immergi, & non ſemel tantùm, ut quidam erronei ueteres dixerunt. fo. 106. col. 4. nu. 6.

Bardeſani Armenij impietas notatur. Et Effrem pietas circa cantilenas in laudem triumphatorũ martyrum compoſitas. fo. 266. col. 3. nu. 5.

Barnabas, quòd non contempſerit Pauli religionem, quanuis ſocietatem eius facta diſſenſione deſeruerit. fo. 177. col. 3. nu. 10.

Digitized by Google

Basilicas construere, quòd sit latriæ cultus. fo.272. col.3.nu.2.
Basilicæ, quòd soli Deo dedicentur, nõ sanctis. fo.272 col.3.nu.3.
Basilicam, quam Iulianus Cæsar ædificauit, quomodo diuina prouidentia non susceperit. Et quare. Et multa de ædificandis ecclesiis. fo.272. col.4.nume.4.
Basilicas quomodo inter Christianos condendas, & ornandas spiritus Dei per prophetas suos instituerit. fo.276.col.3.nu.2.
Basilij, & Gregorij Nazianzeni studia describuntur: fo.187.col.3.nu.1.
Beati, cùm sint conditione, & statu liberrimi, quomodo à diuinis laudibus celebrandis, certis item uerbis, & horis uacare non possint. fol.55. col.4.nume.6.
Beda quid dicat super illud Iacobi, Fides sine operibus otiosa est. fo.19.col.1.nu.6.
Bellum, quòd interdum sit licitum. fol.311. colũ.4. nu.3.
Benedictio omnis, quòd sit à Christo. fo.87. colũ.2. nu.8.
Benedictionis traditio specialis, quòd in synagoga permansit, & in ecclesia celebratur in nuptijs. fo.307 col.3.nume.2.
Bigamus, seu potius Digamus, quòd repellatur à dignitate, & sacerdotio, & ab eleemosyna ecclesiæ. fõlio.118.col.3.nu.8.
Brutorum risus, & colloquia. fo.270.col.4.nu.8.
Byssina uestis, prima sacerdotis legalis. Et quid significet secundùm Dionysium. fo.67. colum.3. nume.3.

C

CAlicis usus unde desumptus. Et illius præparatio, & honesta custodia ad quem pertineat. Et de illius forma inuariabili, & nomine. Et quid denotet. fo.69.col.4.nu.1.
Candelabri benedictio. & de illius mystico intellectu. fo.308.col.1.nu.5.
Canendi per loca diuersitas, unde cœperit. fo.52. col.4.nu.1.
Canonizati per Paulum recensentur. fo.244.col.2.nu.3.
Canonizationes sanctorum, quomodo est necessarium ut continentiùs celebrentur. fo.244.col.4.nu.6.
Cantus ecclesiastici, quòd instituti sint à Christo ordinante apostolos concinere, contra Witcleff. fo.43. col.3.nu.1.
Cantus uocales quomodo tam sententia, quàm authoritate Christi succreuerunt in ecclesiis in triplici specie sua, scilicet, psalmis, hymnis, & Canticis. fo.46.col.4.nu.11.
Cantus ecclesiæ, & Psalterium cum melodia cantilenarum suauium ab ecclesia frequentatium ad quid proficiunt. fo.46.col.4.nu.12.
Cantum regularem in hymnis, & psalmis, quomodo in Occidentalem ecclesiam Ambrosius secundùm Orientis exemplum intulerit. fo.48.col.1.nu.4.
Cantus tres nocturni, & quartus laudum, quare in festis solenniter celebrentur. fo.57.colum.2.nu.4.
Cantus quales concesserit Lactantius Christianis in ecclesia. fo.63.col.2.nu.6.
Cantus sancti, & cantores ecclesiæ ab Ambrosio probantur. fo.63.col.3.nu.7.
Cantuum, hymnorum, & psalmorum à primitiua ecclesia ad nos traductio. fo.45.col.3.nu.1.
Caput, quòd maiorem gratiam refundat, contra Witcleff. fo.208.col.1.nu.2.
Carmelitæ, quomodo castitatem perpetuam uouerũt. Et quare Carmelitæ appellati. fo.181.col.4.nume.8.
Carmelitæ, cur fratres Mariæ dicti. fo.174.colum.2. nu.2.
Carmelitarum ordinis uetustas. fo.182.col.2.nu.4.
Carmelitarum ordinis in celebrando mos. fo.75.col.3 nu.3.
Carmelitarum regula. fo.154.col.4.nu.12.
Cassiodorus, quomodo ex fide Romanorum, quã prædicauit Paulus, didicit trahere populos ad sanctorum corpora uisitanda. fo.254.col.4.nu.6.
Casula (quam Græci Planetam uocant) septimum sacerdotale indumentum, unde dicatur. Et quid per hanc intelligatur. fo.68.col.2.nu.14.
Cataphrygarum error circa ordinationem mulierũ. fo.117.colum.4.nu.3.
Catechizationis antiquitas. fo.100.col.2.nu.11.
Catechumenorum emissio. fo.76.col.2.nu.12.
Catechumenus, & Catechizare quid sit. fo.100. col.2.nu.10.
Catechumenus sit baptizandus. fo.99.col.4.nu.6.
Cathari hæretici antiqui. Et quòd ab his rapuit Witcleff, quòd sancti non sine orandi. fo.217. col.1. nu.1.
Catholicus quis dicatur. fo.99.col.4.nu.5.
Catholici quomodo imagines colant sacras, non tamen sine rebus. fo.286.col.4.nu.2.
Causæ uniuersales, quòd prius à Deo institutæ fuerint, quàm priuatæ, seu particulares. fo.125.col.4.nu.1.
Causæ quædam (unde ad memorias, & loca sanctorũ currant religiosi fideles præparochialibus, & minutis ecclesiis, quibus incumbunt) recensentur. fo.256.col.3.nu.1.
Cayni qui, & unde dicti. fo.244. col.2.nu.2.
Celebrans, quare statuitur ad medium altaris habens faciem ad orientem. fo.77. col.3.nu.5.
Celeuma sanctum, quomodo docuerit apostolus. Et quid sit Celeuma. fo.45.col.4.nu.5.

Cerei

Digitized by Google

Cerei ardentis à baptizato acceptio. fo.108.col.1. nu.3.
Cerei duodecim quomodo ponantur ante cruces signa in dedicatione ecclesiæ. Et ad quid. Et de circuitione, pulsatione, percussione, & apertione ecclesiæ. &c. Et quid hæc omnia denotent. fo.303.col.3.nume.4.
Cerei, & luminis benedictio quòd debeat fieri in sacra uigilia, & quare. fo.307.co.2.nu.1.
Cereus paschalis quid denotet. Et de infixione frustulorum incensi in eo. fo.307.col.4.nu.4.
Charitas fraternitatis, quòd unionem singulorum in meritis faciat, ostenditur. fo.210.col.1.nu.6.
Charitatis excellentia describitur. fol.146. colũ.4. nume.3.
Charitatis bona. fo.180.col.2.nu.12.
Charta meritorum Christi nobis concessa. fol.188. col.4.nu.5.
Chebboleth quid sit. fo.79.col.4.nu.2.
Chorus quid. Et unde dicatur. fo.47.col.4.nu.2.
Chrismatis consecratio quare fiat in die cœnæ domini. fo.265.col.4.nu.4.
Chrismatis unctio, quomodo fiat post trinam immersionem in uertice. Et quæ sit ratio. fo.107.col.1. nume.8.
Chrismatis consecratio, & quomodo fiat. fo.114.colum.3.nu.1.
Chrismatis in consecratione quæ obseruentur. fo.114 col.3.nu.3.
Chrismatis usus descriptio. fo.114. col.3.nu.4.
Christiana religio, quòd ideo non sit contemnenda, quia erat religio Pharisæorum, sicut nec sacerdotium Christianorum, quia erat & Iudæorum. fo.177.col.1.nu.3.
Christianæ honestati semper esse, & fuisse congruũ, ut in uestitu, & signis extrinsecis diuersæ professionis, & status fiat agnitio, ostenditur. fo.186.colum.2.nu.2.
Christiani qualiter participent meritis mutuis, multorum exemplis demonstratur. fo.200.colum.4. nu.1.
Christiani, quòd omnibus pauperibus sint debitores, maximè uerò sanctis. fo.204.col.2.nu.7.
Christiani, quòd nec præsumendo de meritis, sanctorum contemnere debeant suffragia, nec tanti faciãt eorum preces, ut merita sua negligant. fo.230.colum.4.nu.3.
Christiani, quomodo uenerentur, & adorent imagines, sed non seruiant eis cultu diuino. fo.293.colum.1.nu.7.
Christiani, quomodo non postulant aliquid ab imaginibus, sed à Christo, & sanctis apud imagines. fo.300.col.3.nu.1.
Christianu duplex gradus prouectus. Primus pœnitere delictorum. Secundus, sanctos obsecrare suppliciter. fo.222.col.1.num.6.
Christianis, quæ fuerint priscis temporibus obiecta, & qualibus iniurijs premebatur Christianitas. fo.97.col.1.nu.6.
Christiano, si quæratur, quid credendum sit, quod ad religiõnem pertinet, quid erit ei satis secundùm Augustinum. fo.6.col.3.nu.7.
Christianus cur quis nuncupetur. Et quòd Christus dicatur unctus. fo.98.col.1.nu.4.
Christus, quòd Cæsaris nomini attulerit reuerentiam, iubens nominatim Cæsari dare, quæ Cæsaris erãt. fo.8.col.1.nu.2.
Christi fidem quòd non minus neget, qui uerba sacra sensu meretricis adulterat, quàm ille, qui respuit, & nullatenus admittit. fo.3.col.3.nu.4.
Christus quare non pseudoprædicatores, sed fideles præpositos in doctores figit in ecclesia. fo.4. col.4. nu.6.
Christus totus in corpore suo, quòd uideatur scala Iacob. fo.5.col.2.nu.14.
Christus, quòd notatus fuerit ambitus à Pharisæis, & scribis. fo.9.col.2.nu.2.
Christus quare nudatus pristinis uestibus, fuerit indutus Chlamyde coccinea. fo.9.col.2.nu.3.
Christus quare tolerauerit Iudam. fo.10.col.2.nume.4.
Christus, quòd malum toleret, ne bonum destruatur, aut deseratur. fo.10.col.2.nu.5.
Christus quid in Pharisæis redarguerit. Et quomodo oporteat maiora facere, & minora non omittere. fo.10.col.3.nu.6.
Christus, quòd per ecclesiam suam uenerit ad gentes, & per ecclesiam loquatur gentibus. fo.11. col.2. nume.2.
Christi dictum in Cruce, scilicet, Pater ignosce illis. &c. quòd non ad crucifixores tantùm, sed ad Paulum postea sæuientem pertinuerit. fo.11.colũ.2. nume.3.
Christo, & Petro similes prælatos exigunt Witcleuistæ, ut eis obediant. fo.12.col.1.nu.12.
Christus saluator noster, eiusq; mater, Apostoli, & discipuli pluries orasse leguntur. fol.27. colum.3. nu.8.
Christus, quare dederit trinam illam de oratione cautelam, petite, quærite, pulsate. fo.37.colum.1.nume.3.
Christus omnium præscius, quòd clamorem importunum oratoris expetat, contra Witcleff. fo.44.colum.1.nu.11.
Christus an docuerit quandoq; discipulos concinere, & simul consonanter orare. fo.44.colum.3. nume.7.
Christus usquequo non regnet in corpore suo, quod est Ecclesia. fo.51.col.3.nu.10.
Christus non aspernatus usum Iudæorum, quomodo

Digitized by Google

regulariter gratias dixerit, cùm pranderet. fo. 52. col. 1. nu. 14.
Christus quomodo antequam ad alia opera descenderet, semper oraturus intrabat in templum, in exẽplum nostri. fo. 55. col. 3. nu. 2.
Christus Deus, sol uerus, & dies uerus, quòd omni hora, die, noctuq; à Christianis frequenter sit adorandus, & precibus orandus. fo. 58. col. 1. nu. 7.
Christus, quòd uerbo, & facto à prima electione apostolorum, usq; ad uicinam passionis docuerit fideles nocturnas frequentare uigilias continuè. fo. 60. col. 1. nu. 9.
Christus quomodo trans torrentem pergens, ad orationem mediæ noctis pergit. fo. 61. col. 1. nu. 6.
Christus, Apostoli, patres omnes testamenti ueteris, & nouelli, quomodo horam mediæ noctis supra modũ orationibus commendent, & psalmis. fo. 61. col. 2 nu. 2.
Christus, & sanctus apostolus, quòd sacras uigilias antiquas usq; in nos transmiserint. fo. 61. col. 4. nume. 11.
Christus homo, quomodo mediat inter Deum, & nos. fol. 221. col. 2. nu. 3.
Christus, quòd multa reliquerit suis apostolis pro sui captu temporis in melius reformanda. &c. fol. 65. col. 4. nu. 5.
Christi apostoli, quos diuinos duces appellat Dionysius, quomodo nobis leges dederint de sacris ritibus & obseruatijs, & sacramentalibus ordinibus. &c. siue scriptis, siue non scriptis. fo. 66. col. 2. nu. 7.
Christus oraturus quare auulsus fuerit à cœtu apostolorum. fo. 67. col. 1. nu. 10.
Christus, quomodo, & quando ter obtulit corpus suũ. fo. 88. col. 4. nu. 16.
Christi in consecratione, quare sit tacitum de aqua. fo. 74. col. 2. nu. 11.
Christus, utrum stando consecrauerit. foli. 77. col. 4. nu. 9.
Christus licèt consecrans sederit, quomodo tamen standum sit alijs. fo. 78. col. 1. nu. 10.
Christus quòd in eucharistia tangatur, uideatur, & comedatur. fo. 92. col. 2. nu. 5.
Christus, quòd sumpserit corpus, & sanguinem suum in cœna. fo. 93. col. 1. nu. 1.
Christus Pontifex, quomodo instituerit apostolos sacerdotes perfectos. fo. 94. col. 1. nu. 5.
Christi unctio. Et quo Chrismate fuerit unctus. fo. 97 col. 4. nu. 3.
Christus quomodo ante Spiritum sanctum descẽdit in aquas. Et qua ratione. fo. 106. col. 2. nu. 3.
Christum in quibus imitari non possumus. fo. 106. co. 2. nu. 4.
Christi dominatus, quando fuerit primò exaltatus. fo. 111. col. 4. nu. 6.
Christus quare dixerit apostolis, Prædicate omni creaturæ. fo. 112. col. 1. nu. 7.
Christus Chrisma, & unguentum. fo. 115. co. 1. nu. 7
Christus oleum effusum est. Et quomodo à Christo dicantur Christiani. fo. 115. col. 2. nu. 8.
Christi olim dicti reges, & iusti. fo. 115. col. 3. nu. 9.
Christus caput, & summus Pontifex, quòd apostolos suos ordinauerit presbyteros, & ipsi præfecerunt episcopos. fol. 121. col. 3. nu. 6.
Christus quare dimiserit mulierem de adulterio reã, & non absoluerit. fo. 138. col. 2. nu. 12.
Christus quomodo fuerit suis parentibus obediens, dũ adhuc ad ætatem legitimam doctoris non peruent. fo. 155. col. 1. nu. 13.
Christus, quòd omnem religionem tenuerit, & instituerit. fo. 173. col. 1. nu. 4.
Christus dominus specialiter unctus, quomodo à seipso tanquam à capite perfectionis traduxit regulam sanctitatis in posteros. fo. 176. col. 1. nu. 2.
Christi patientia, & potentia ostenditur. fo. 180. colum. 4. nu. 2.
Christus qualiter religionem perfectam in apice suæ religionis instituerit. fo. 185. col. 1. nu. 4.
Christus, quòd meritorum suorum suos participes fecerit, contra Witcleff ostenditur. fo. 188. col. 2. nume. 3.
Christi clementia exprimitur. fo. 188. col. 4. nu. 4.
Christus quomodo orauit pro non euenturis, quæ tamen euenire poterant. fo. 206. col. 1. nu. 5.
Christus quòd sit aduocatus hominum, & mediator. fo. 219. col. 2. nu. 1.
Christi ante aduentum, quomodo eramus intra Dei præsentiam per naturam, sed extra præsentiã eius quo ad gratiam. fo. 219. col. 3. nu. 2.
Christus quòd sit orandus humanitus, & interpellandus, contra Witcleff, & Guillelmum Sartorem. folio. 219. col. 3. nu. 3.
Christus homo quòd adoretur etiam in membris suis mysticis, ostenditur, contra hæreticos. fo. 125. colum. 3. nu. 1.
Christus, quòd sit mediator noster inter Deum, & hominem, & sic adeundus, & orandus. fo. 226. col. 1 nu. 2.
Christus, quomodo sit adorandus. fo. 231. col. 3. nume. 1.
Christi humanitas adoranda. fo. 235. col. 4. nu. 4.
Christi humanitas, quòd non tantùm adoranda est, sed & præsepe, & lignum crucis, & cunctæ memoriæ saluatoris. fo. 237. col. 1. nu. 3.
Christi humanitas, nubes. Et omnes angeli, & sancti dicuntur etiam nubes. fo. 221. col. 2. nu. 4.
Christi canonizatio per Petrum. fo. 241. col. 3. nu. 3
Christus quomodo se, & apostolos apud patrem canonizauerit. fo. 244. col. 1. nu. 1.
Christus, quòd à fœminis in sepulchro sæpe fuerit peregrè uisitatus cõtra Witcleff. f. 251. co. 4. n. 5

Digitized by Google

Christus quòd uoluerit in sepulchro adorari, contra Witcleff ostenditur. fo.252.col.1.nu.6.
Christi memoria, quòd recētior habeatur, quum eius beneficia recolimus in beatis, ostenditur. fo.259. col.3.nu.2.
Christus quomodo festa nostra celebrat, Angeli quoq; & spiritus cælestes quòd dies festos agant pro nobis, intercedant. &c. fo.267.col.2.nu.7.
Christus quòd non uitauerit domum propter recessum à statu innocentiæ. fo.270.col.4.nu.9.
Christus quare fuerit passus sub dio, in excelso ligno, & non sub tecto. fo.273.col.4.nu.3.
Christus, quomodo ad noui religionem sacramenti altam domum requisiuerit, & amplam. fo.278.col. 4.nu.1.
Christus quomodo uult crucem suam exaltari in cælo. fo.296.col.1.nu.4.
Chrysostomi dictum aduersus eos, qui dicunt, Nō possum, & quasi uidentur accusare conditorem. folio. 133.col.3.nu.7.
Chrysostomus quomodo humili prece rogauit non iā sanctum uirum, sed peccatorem notorium pœnitere de lapsu. fo.218.col.3.nu.6.
Cingulum, tertium, quo sacerdos induitur. Et quid significet. fo.67.col.4.nu.7.
Circuncisus, quòd sicut non nascitur de circunciso, sic nec baptizatus nascitur de baptizato. fo.111.colum.2.nu.3.
Cistertiensis domus gloria. fo.191.col.3.nu.2.
Claustrales boni, quòd dæmonibus, & hæreticis terribiles fiunt, ut spiritualium castrorum acies ordinata. fo.185.col.2.nu.6.
Clerici, & prælati catholici, quòd non debeant turbari, neq; relinquere ecclesiam, etiam si ab Witcleuistis hæreticis uocentur Cæsarei. fo.8.col.1.nu.1.
Clerici secularis bona quæ sint, describuntur. fo.162 col.3.nu.2.
Clerici Gregorij, & Basilij monachi unum opus. fol. 188.col.1.nu.2.
Clero quæ sint obseruanda. fo.6.col.3.nu.4.
Cœnaculū cœnæ dñi ubi fuerit. fo.147.col.2.nu.3.
Cœnaculum quid sit. Et quomodo in eo Apostoli morabantur, elegerunt Mathiam, acceperunt Spiritū sanctum. fo.279.col.1.nu.3.
Cœnæ domini festum Apostoli tempore celebratum. fo.263.col.3.nu.2.
Cœnæ domini mysteria recensentur. fol.263.col.3. nu.3.
Cœnobitarum uita. Et unde dicantur Cœnobitæ, & Cœnobia. Et quis hanc uitam fecerit primus. folio. 173.col.3.nu.6.
Cogitatio, quòd de radice mētis surgat in ramum operationis. fo.20.col.3.nu.17.
Collobium diui Iacobi memoratur. Et à quo illorum usus sumpserit initium presbyteris, & Diaconis. Et quomodo postea Collobia in Dalmaticas cōmutata sunt. fo.68.col.1.nu.13.
Columbæ quare super aquas resideant. fo.219.col. 4.nu.4.
Columna, ad quam alligatus dominus. Et quid de ea dicat Beda. fo.67.col.4.nu.10.
Comedere quòd non liceat in ecclesia. fo.92.colum.4. num.10.
Communicantes, & memoriam uenerantes. fo.83.colum.1.nu.12.
Communicantes quòd sint ieiuni. fo.92.col.4.nu.9.
Communicationis ritus describitur. fo.91.column.4. nu.1.
Communionis figura ostenditur. Et de lectione Euangelij. fo.113.col.4.nu.5.
Communionis symbolicæ primus gradus recensetur. fo.202.col.1.nu.9.
Comparatio clericorum secularis, & religiosi. fo.162 col.2.nu.1.
Competentes qui dicantur. fo.102.col.3.nu.12.
Concilium Toletanum de Hymnis, & alijs caneticis ab hominibus factis, aduersus eos, qui dicebant reprobari debere tanquam non existentes ex scripturis sanctorum Canonum, uel apostolica traditione. fo. 49.col.2.nu.3.
Concilium Carthaginense circa scripturas, quæ debēt legi in ecclesia sub nomine diuinarum scripturarū. Et quid de paßionibus martyrum. fo.50.colū.1. nu.9.
Concilij Toletani, cui præsidebat Isidorus, decretum, ut unus ordo orandi, atq; psallendi. & c. per omnē Hispaniam, atque Gallatiam conseruaretur. fo.54 col.4.nu.16.
Concilium Nicænum (in quo proiectus est Arius mūdi stipula, & inhibitæ sunt non tantùm clericorum nuptiæ, sed & introduci fœminas suspectas in domos eorum) adducitur. fo.133.col.4.nu.8.
Concilium Carthaginense, de euertendis altaribus, & basilicis, in quibus nullum corpus, uel reliquiæ alicuius martyris probarentur conditæ. fo.305.colum.2.nu.3.
Concinendi disciplinam exquisitè tradidit Augustinus. fo.48.col.1.nu.2.
Confeßionem criminis benedictam à domino, & à diabolo interdictam, insequitur Witcleff. fo.138.colum.3.nu.1.
Confeßio auricularis, quòd sit sacerdoti facienda, contra Witcleff. fo.138.col.4.nu.3.
Confeßio specialis, quòd sit soli facienda presbytero, Et quare. Et de eius neceßitate latißimè. fo.141: col.1.nu.5.
Confeßionis uocalis neceßitas probatur. folio.128. aliàs.142.col.1.nu.1.
Confidendum quòd non sit constitutis in ecclesia in splendore ecclesiarum, sed in uera fide, & sancta

Digitized by Google

conuersatione. fol.276.col.2.nu.1.

Confidendum, quòd non sit in meritis proprijs. &c. fo.28.col.1.nu.1.

Confidendum quòd sit in gratia, non in meritis. folio. 28.col.3.nu.4.

Confirmandi modus recensetur. fo.113.col.3.nu.4.

Confirmationis sacramentum uenerabile, quomodo peracto solenni baptismo debeat subsequi, si episcopus adsit. fo.113.col.2.nu.1.

Confitẽdi soli presbytero necessitas inuitur. fo.139. col.4.nu.6.

Coniugatorum miseræ seruitutes describuntur. folio. 130.col.3.nu.5.

Cõiuges per adulteria separatos, quõ post pœnitentiã reccõciliari suadeat Augustinus. fo.137.co.4.nu.8

Consecrata à domino, quando possent in opera pietatis conuerti. fo.70.co.1.nu.8.

Cõsilia, quòd sint in lege euangelica. fo.5.col.2.nu.5.

Consilia seu uoluntaria, & nõ legitima obseruata per Dauid. fo.148.col.2.nu.6.

Consonantia literarum fratrum ad epistolas Pauli. fo. 190.co.4.nu.4.

Constantiense Concilium, & testes contra Witcleff de missæ institutione. fo.95.col.4.nu.9.

Constantini impietas circa sanctorum miraculis coruscantium reliquias. fo.249.col.3.nu.1.

Constantinus Imperator, quæ sanctorum corpora leuauerit. fo.247.col.3.nu.5.

Constantinus Imperator disponens res clericorũ uniuersaq; ciuitati, prospexit, ut clerus sufficientia emolumenta perciperet. fo.8.col.4.nu.8.

Constantinus Papa quomodo Philippum Cæsarem hæreticum superauerit picturis. fo.287.col.1.nu.5

Cõsuetudo matris ecclesiæ in baptizandis paruulis, q; nequaquã sit spernenda. fo.113.col.1.nu.9.

Contemplatiuæ uitæ laus, quæ Theoria nuncupatur. fo.26.col.3.nu.11.

Continentiæ uotum, quomodo ab omni sacrè ordinato profitetur. fo.13.col.3.nu.2.

Continentiæ honestas, quantum ponderis continebat apud Romanos Flamines, aut uirgines uestales, ostẽditur. Et quid de Hierophantis Athenienſium. fol. 134.col.1.nu.9.

Continuatio quomodo augeat meritum orationis. fol. 35.col.4.nu.7.

Conuocare populum, quòd tantùm sacerdotum est, cõtra Witcleff. fo.75.col.3.nu.6.

Corda leuare cum manibus qui dicantur. Et quis cor tantùm leuat, & non manus. Et quis manus, & nõ cor. fo.21.col.4.nu.12.

Cornelij Papæ, & martyris uirtus describitur. folio. 242.col.3.nu.2.

Cornelius Tacitus mendaciorum loquacißimus, quomodo improperauerit Iudæis, Deum ipsorum caput Asini factum. fo.282.col.3.nu.2.

Corona Simonis Magi describitur. fo.157.co.1.nu.6

Coronæ quãtitas ex Concilio Toletano. fo.157.col. 2.nu.7.

Corpora defunctorum, maximè iustorum, atq; fidelium, quòd non sine contemnenda, nec abijcienda. fo.245.col.3.nu.2.

Corpus Christi tempore Hieronymi quomodo sumebatur. fo.27.col.2.nu.5.

Corpus Christi post consecrationem, non panis est. fo. 84.col.4.nu.6.

Corpus Christi, quòd sub speciebus uideatur. fo.85. col.4.nu.11.

Corpus, & sanguis Christi, quòd sint uerè in Eucharistia. fo.75.col.1.nu.13.

Corpus Christi, quomodo per species alienas uideatur. fo.92.col.3.nu.6.

Credens Deo, q; aliter eius fidẽ recipere nõ queat, nisi credat in sanctos eius. fo.5.col.1.nu.9.

Credere, quid sit secũdũ Augustin. fo.19.col.4.nu.12

Crucis faciendæ in missa ratio. Et utrum singillatim panis, & uinũ accipiãt singulas cruces, an simul una cruce duo signentur. fo.81.col.4.nu.2.

Crucis signum, quòd sit memoriæ mandandum. folio. 87.col.2.nu.9.

Crucis signũ in fronte baptizati. fo.100.co.3.nu.12

Crucis frequens signatio quare fiat in fronte baptizãdi. fo.102.col.1.nu.8.

Crucis inuentio ab Helena facta describitur. fo.296. col.3.nu.6.

Crucis officium, quòd non sit idololatriæ plenum. fo. 296.col.4.nu.1.

Crucis præconia recensentur, & beneficia. fo.297.co. 1.nu.2.

Crucis inuentionis festum quomodo debeamus percolere. fo.297. col.3.nu.4.

Crucis signum quòd sit uenerandum, & colendum, cõtra Witcleff, & Claudium Taurinensem quondã episcopum. fo.298.col.2.nu.1.

Crucis signo quomodo omnia, quæ secundùm nos perficiuntur. fo.298.col.2.nu.2.

Crucis signum quid operetur. fo.299. col.2.nu.5.

Crucis signum quomodo debeat leuari in processionibus ecclesiasticis. &c. in uexillis, ac diadematibus orthodoxorum regum. fo.300.col.1.nu.8.

Crux, quòd portitorem præcedat, & sequatur incensum, quid significet. fo.114.col.4.nu.5.

Crux Christi, quomodo sit apparitura in nubibus. Et de illius adoratione. fo.238.col.2.nu.3.

Crux domini q; fuerit gemina. fo.295.col.3.nu.1.

Crux, de qua gloriatur Apostolus, q; fuerit lignea. Et quomodo huius reuerentia displicet Witcleuistis hæreticis. fo.295.col.4.nu.2.

Crux Cõstãtino uisa. Et quomodo cor̃ se portari fecerit, & militaribus uexillis impressérit. fo.299. col.3.nu.7.

Digitized by Google

Crux quomodo nos muniat. fo.303.co.3.nu.3.
Culpa quò maior, quòd eò maiora sine quærẽda suffragia, cõtra Witcleff. fol.209.colum.2.numero.1.
Cura q, sit exhibenda specialiter defunctis sine acceptione boni, uel mali. fo.213.col.3.nu.3.
Cyprianus quid dicat contra hæreticos, & schismaticos. fo.11.col.2.nu.6.

D

Dalmatica, sextum sacerdotis indumentũ. Et quo modo sit facta. Et quod fuerit indumentum Leuitarum. fo.67.colum.4.nu.11.
Damascenus quomodo resoluat omne ambiguum de adorandis sculptilibus. Et qui dicantur bene adorare sculptilia, & qui malè. fo.293.col.4.nu.2.
Damonis, & Pythiæ Pythagoræorum præclarum facinus recensetur. fo.200.col.4.nu.2.
Dandũ q, sit omnibus sine morum discussione, non tamen ob malas artes. fo.203.col.4.nu.5.
Daniel, quomodo non inchoauerit soluere regis problema, nisi deuotæ precis spatio impetrato. Et quare Ananiam, Azariam, & Misaël iunxerit ad preces. fo.55.col.4.nu.4.
Danielis, & trium puerorum simul & Machabæorũ gloriosa prædicatio: quòd illi de mensa regis conca minari noluerint: isti uerò quia escas, quibus Christiani nunc licitè utuntur, attingere noluerũt. & c. fo.116.col.4.nu.6.
Dedicatio ædium sacrarum. fol.302.col.1.nu.2.
Dedicationis ecclesiæ celebritas, unde sumat exordiũ. fo.303.col.2.nu.1.
Dedicationum ecclesiarum solennitates, quòd per singulos annos sine soleuniter celebrandæ ex Felicis Papæ decreto. fo.303.col.1.nu.5.
Defuncti quòd sint suffragiorum capaces contra Lutherum. fo.87.col.3.nu.3.
Defunctorum in missa memoria, quòd fuerit ab apostolis instituta. fo.87.col.4.nu.4.
Deo quanò plùs cupimus adhærere, quòd tanò plùs famulos eius, qui ipsi ardentiùs obsequuntur, interpellare debemus. fo.209.col.3.nu.3.
Deo gratias, in fine missæ. fo.95.col.3.nu.8.
Deo soli quòd fiat sacrificium, licèt sub memoria martyrum. fo.83.col.4.nu.17.
Deprecationis uocalis, aut sonoræ differentia. fo.28.col.1.nu.11.
Deprecatio diuina, quòd nõ sufficiat. Et quare sit surgendum nocte, & media nocte, secundùm Ambrosium. fo.60.col.4.nu.5.
Descriptio accedentis ad baptismum, & Anadochi, seu patrini. & c. fo.100.col.1.nu.8.
Desperandum de nullo dum uiuit. fol.205.colũ.3.nu.2.
Deus cùm sit pronior ad ueniam, quàm ad uindictam, tolerat minora bona. fo.10.col.2.nu.3.
Deus, quòd utramque naturam ad honorem suum mundari desyderet. fo.10.col.3.nu.8.
Deus, quòd quãdoq; dat initium fidei non orantibus, perseuerantiam autem in bona uita, non nisi orantibus. fo.23.col.1.nu.3.
Deus omniscions dat nobis iustitiam uitæ propter rationabilem precem. & c. non precem rationabilem propter uitam primò. fo.23.col.2.nu.6.
Deus, qui author est realis, quòd requirit cogitationẽ orantem, uel uocem, sicut & uitam suæ iustitiæ cõplacentem. fo.27.col.3.nu.9.
Deus uerbum, quòd requirat orantis uerba. fo.34.colum.4.nu.9.
Deus ut bonum faciamus, quid ad gloriam eius requirat à nobis. fo.34.col.4.nu.10.
Deus quòd poßit impediri, aut sanctorum precibus retineri, ne usq; ad quantum culpæ iustitia postulat, ipse sæuiat. fo.35.col.2.nu.1.
Deus igni comparatur. Et quando Deus dicatur esse præsens, & quando absens. Et in quibus dicatur inhabitare, & in quibus non. fo.221.col.3.nu.5.
Deus uerbum, quomodo per humanitatem suam homines rogat homo factus, & per Apostolos, & sanctos. fo.220.col.1.nu.6.
Deus, quòd uelit peti, ut nos capaces donorum eius fiamus. fo.38.col.3.nu.4.
Deus, quòd diligat in oratione ualidè instantes, & importunè auidos petitores. fol.41.colum.2.numc.3.
Deus ambulans dictus. fo.85.col.4.nu.12.
Deus, quòd sit pronior semper ad miserendum miseris, quàm ad puniendum proteruos. fol.141.col.3.nu.8.
Deus, quòd secundùm mensuram operum meritoriorum præmiabit hominem sic merentem, ut dicunt Witcleuistæ, quòd sit Peliagiana hæresis. fol.29.col.1.nu.5.
Deus, quòd non priùs concedat participationes meritorum temporaliter, quàm homines, multis authoritatibus, & exemplis, ostẽditur, contra Witcleff. fo.297.aliâs.197.col.1.nu.1.
Deus, quòd sit inexpertus malorum. fol.297.aliâs.197.col.2.nu.2.
Deus etiam quòd peccatores, & pro peccatoribus audiat. fo.229.col.1.nu.3.
Deus quomodo egit miracula in præsentia corporis diui Vincentij, ad iudicandum eum sanctum. folio.244.col.4.nu.4.
Deus, qui non arctat uirtutem suam ad locum, quomodo tamen limitet ad locum, ubi operetur sic, q, non alibi operetur. fo.256.col.4.nu.2.
Deus, quomodo regulariter iubet pro lege communi, ut quos inuocamus in nomine domini, præstent auxilium. fo.257.col.3.nu.1.

Digitized by Google

Deus ſolus cultu latriæ colitur. fo. 248. col. 2. nu. 2.
Deus, an ſit magis præſens in eccleſiis, quàm in cæteris locis non ſacris. fo. 274. col. 3. nu. 1.
Deus, quòd ubi manifeſtat gratiam ſuam uberiùs, illic eſt eius propitiatio cariùs expetenda. fo. 275. colum. 1. nu. 2.
Deus pater ut homo uiſus, contra Witcleff. fo. 289. col. 3. nu. 1
Deus quomodo in una eccleſia, aut cruce, uel imagine manifeſtat uirtutem ſuam, quam non facit in alia. fo. 300. col. 4. nu. 2.
Diabolus quomodo cum meretrice hæreſi Witcleff ſibi coniuge deſpõſata, cupit quaſi per Euam efficere, quod per ſeipſum non prævalet. fo. 61. colũ. 3. nu. 9.
Diaconiſſæ unde dictæ. fo. 118. col. 2. nu. 6.
Dies ſanctorum quare nolint perſequutores fidei duci ad memoriam. fo. 261. col. 1. nu. 1.
Dies martyrum quomodo celebrat Cyprianus, non ut Witcleviſta. fo. 261. col. 2. nu. 3.
Diebus martyrum, & aliorum ſanctorum, quomodo ipſi ſunt à nobis tunc orandi, non autem pro eis orandum. fo. 261. col. 4. nu. 4.
Dies beatorum martyrum, & confeſſorum Chriſti, quibus de ſeculo tranſierunt, quare natales uocitẽtur. fo. 262. col. 1. nu. 5.
Dies feſti domini, & ſanctorum, quòd ſint fideliter obſeruandi, quid moneat. fo. 266. col. 1. nu. 1.
Differẽtiã aſſignat Hieronymus inter ueteres Chriſtianos, & idololatras. fo. 282. col. 4. nu. 3.
Digami, quare arceantur ab ordine ſacro. foli. 134. col. 2. nu. 11.
Dionyſii confeſſoris reliquiæ Mediolani translatæ. fo. 246. col. 3. nu. 6.
Diotrepes, uel potius Diotrephes hæreſiarcha tempore diui Ioannis euangeliſtæ. fol. 121. col. 1. nu. 2.
Diploma literarum de participatione meritorum. fo. 189. col. 2. nu. 1.
Diſcumbendum quòd non ſit prius, quàm oratio ad Deum præguſtetur, diſciplina Chriſtianorum antiqua oſtenditur. Et de gratiarum actione poſt conuiuium. fo. 309. col. 2. nu. 5.
Doctores ſancti, quòd poſſint falli de hominum iniquitate, non de fidei ueritate. fo. 7. col. 2. nu. 2.
Doctrina humana, quàm parum ad diuinam faciat. folio. 6. col. 4. nu. 8.
Doctrinæ humanæ profeſſor, q̃ omni ſtudio debeat eius mentem aptare diuinis. fo. 7. col. 1. nu. 9.
Dominicum diem quare ſanxerint apoſtoli. Et quare ſic appellatus. Et quomodo tali die ſtantes oremus, & ab operibus terrenis abſtinemus. & c. fo. 263. col. 2. nu. 3.
Dominicus dies, quando cœperit habere feſtiuitatem ſuam. fo. 262. col. 4. nu. 1.
Dominus, quòd ſtatim in initio fidei ſit inuocandus. fo. 23. col. 3. nu. 10.
Dominus uobiſcum. ſalutatio ad plebem ſecũdum morem apoſtolorũ. Et, Pax uobis, ſecũdum morẽ Chriſti, unde fuerit deſumpta. fo. 72. col. 1. nu. 1.
Dominus uobiſcum, in fine miſſæ. fo. 95. col. 1. nu. 5.
Dñs deſponſaturus eccleſiam, quomodo primò omniũ iubet eã abrenũtiare diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus põpis eius. fo. 103. col. 3. nu. 3.
Dominus, quòd ſuper Petrum ædificauerit eccleſiam. fo. 160. col. 2. nu. 8.
Dominus Chriſtus eſt, & Deus. Et de eius adoratione. fo. 239. col. 2. nu. 7.
Dominus Ieſus quomodo præcipuè in Synagoga docebat, & operabatur uirtutes in ſabbato, & quare. fo. 275. col. 3. nu. 5.
Dona ſpiritus ſancti recenſentur, quæ ad inuocationẽ ſacerdotis in confirmatione infunduntur. fo. 113. col. 3. nu. 2.
Dona ſpiritus ſancti, quòd ſine charitate poſſint dari. fo. 143. col. 1. nu. 8.
Dona ſua obteſtantium uanitas deſcribitur. fo. 76. colum. 2. nu. 11.
Donatio Conſtantini, quòd non excæcauerit eccleſiã, ut dicebat Witcleff. fo. 7. col. 2. nu. 1.
Donatiſtæ, quos ſemper ſequitur Witcleff, dicentes ſacramenta non eſſe ſancta niſi per ſanctos dentur, quomodo cogunt ſumentes, ſpem ſuã in homine ponere. fo. 31. col. 4. nu. 12.

E

Eccleſia omnis, quare unctione chriſmatis conſecretur. fo. 115. col. 3. nu. 10.
Eccleſia diebus Auguſtini qualiter non ceſſerit ritibus baptiſmalibus quin interrogarent, & reſponderent, & facerent cætera ſacerdotes, & ſuſcepti. & c. fo. 116. col. 1. nu. 1.
Eccleſia, quæ fundatur in Chriſto, quomodo claues ab eo regni cælorum accepit in Petro. fol. 128. col. 3. nu. 4.
Eccleſia quid. Et quid de illa dicat Origenes. fo. 143. col. 3. nu. 10.
Eccleſia prædeſtinata quæ dicatur. Et multa de eccleſiaſticis recenſentur. fo. 144. col. 3. nu. 2.
Eccleſia docetur per pulchram allegoriam directè cõtra latrantes hæreticos, dicentes non eſſe orandam Chriſti humanitatem, neque ſanctos. fo. 220. col. 1 nu. 5.
Eccleſia Chriſti, cur à primæuis memorias martyrũ celebrauerit. fo. 260. col. 1. nu. 3.
Eccleſia triumphans deſcribitur. fo. 273. colum. 3. nu. 1.
Eccleſia pro domo in nouis ſcripturis ſemper intelligenda. fo. 275. col. 2. nu. 3.
Eccleſia quomodo plerũq; mari comparatur, ſecundũ Ambroſium, & bene. fo. 45. col. 2. nu. 10.

Digitized by Google

Ecclesia, quòd in primæuis erat informis, & quomodo paulatim creuerit species operis eius ad perfectum. fo. 51. col. 3. nu. 9.

Ecclesia adhuc penè iudaizans, non dedignata prout tunc usum capere Iudæorum, quomodo lectionem legis, & prophetarum pro quodam usu officij domini sabbatis nondum dominicis celebrauerit. fo. 52. col. 1. nu. 12.

Ecclesia, quòd certas horas habeat disputandi, prædicandi, operandi, feriandi, & inter eas orandi primas, ad singula officia commodè deputatas. fo. 55. col. 2. nu. 1.

Ecclesia, quomodo certas horas laudum Christi præfixit iuxta modulum scripturarum. fo. 56. col. 1. nu. 6.

Ecclesia primæua quomodo priùs consecrauit fontem, quàm baptizandum immitteret. fo. 106. colum. 1. nu. 2.

Ecclesiæ concordia, quòd hæreses pellat. fo. 5. colũ. 2. nu. 10.

Ecclesiam quòd contemnant insani. fo. 12. col. 2. nume. 13.

Ecclesiæ gloria. fo. 12. col. 3. nu. 15.

Ecclesiæ quare sint diuersæ. fo. 12. col. 4. nu. 16.

Ecclesiæ Mediolanensis usus in die cœnæ secundùm Ambrosium. Et de cereis accendendis in Pascha. Et de uersu, Hæc dies. &c. fo. 54. col. 3. nu. 15.

Ecclesiæ præceptis etiam extra Canonem, quòd parendum sit. fo. 99. col. 2. nu. 2.

Ecclesiæ per scripturas commendatio, & authoritas fo. 99. col. 3. nu. 3.

Ecclesiæ interpretationi resistere, quòd sit nefas. fol. 127. col. 1. nu. 4.

Ecclesiæ gradus quatuor describuntur. fo. 144. col. 2. nu. 1.

Ecclesiæ quis honor habitus. fo. 269. col. 4. nu. 4.

Ecclesiæ in dedicatione, quomodo fit multiplex crucium signatio. Et quare. fo. 303. col. 2. nu. 2.

Ecclesiarum materialium fabrica, quòd sit res eximiæ pietatis, cultus Dei summus. &c. fo. 273. col. 3. nume. 5.

Ecclesiastici, qui secundùm excellentiam dicti. fo. 145 col. 2. nu. 3.

Effigies quomodo adoranda. fo. 301. col. 3. nu. 6.

Elias cum Maria comparatur. fo. 182. col. 3. nu. 6.

Elias primus hominum uirgo perpetuus, & Maria inter fœminas. fo. 182. col. 4. nu. 9.

Eliæ pallium. fo. 187. col. 2. nu. 5.

Elias quomodo in cœnaculo habitauerit, quod est alta domus. fo. 279. col. 2. nu. 5.

Elisei prophetæ reliquiæ quomodo Rauennam translatæ, & aliæ, aliò. fo. 306. col. 2. nu. 2.

Emendationis uirorum carnalium probatio. fo. 206. col. 4. nu. 8.

Encænia quid. Et unde dicatur. fo. 302. col. 3. nu. 3

Engaddi locus, ubi balsamus crescit. Et quomodo interpretetur. fo. 115. col. 3. nu. 12.

Enos interpretatur uir, uel homo. Et quomodo incœpit inuocare nomen domini. fo. 24. col. 1. nu. 14.

Enos, qui uir interpretatur, uel homo, quomodo fuit primus, qui Deum inuocaret, & eius imaginem coleret. fo. 281. col. 3. nu. 7.

Ephod quid sit. fo. 128. col. 3. nu. 8.

Epiphanius cur imaginem discidit. fo. 294. colum. 2. nu. 5.

Episcoporum necessitas ab Augustino innuitur. fol. 128. col. 2. nu. 6.

Episcoporum uitia ex Cypriano tanguntur. fol. 11. col. 3. nu. 9.

Episcoporum officia, quæ presbyteris exercere non licet, describuntur. fo. 122. col. 3. nu. 10.

Episcopos solos uerbi Dei prædicando authoritate potestatiua pollere. fo. 128. col. 2. nu. 3.

Episcopus quare tangit aures, & nares baptizandi, & non os. fo. 66. col. 4. nu. 9.

Episcopus, quomodo in cõsecratione sui accipit supra caput scripturas, sacerdos uerò minor, non ita, sed solas manus ordinandis. fo. 128. col. 3. nu. 10.

Episcopus, presbyter, & diaconus, quòd non sint meritorum nomina, sed officiorum. fo. 163. colũ. 1. nu. 3.

Epistola multorum episcoporum ad Bonifacium Papam octauum pro Carmelitis, per quam eorum antiquitas probatur. fo. 182. col. 4. nu. 10.

Epistolæ quorundam antiquorum concedentium communicationes charitatis, & requirentium ab alijs. fo. 191. col. 2. nu. 1.

Errantes, quòd quærunt sibi socios, quos regnantes refugiunt. fo. 217. col. 3. nu. 4.

Errata Witcleff, & Lutheri describuntur. fol. 17. colum. 4. nu. 8.

Erratum Witcleuistarum, curantium opus exterius, & orationem munditiæ interioris ducentium pro nihilo. fo. 77. col. 3. nu. 4.

Error triplex circa illud dictum Petri in Act. (Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum,) describitur. fo. 140. col. 2. nu. 4.

Errores capitales Witcleff, quos inducit quasi necessarios ad summam scripturæ ueritatem. fo. 6. col. 3 nu. 4.

Errores Witcleff describũtur. fo. 12. col. 3. nu. 14.

Error Witcleff, & Lutheri. fo. 92. colum. 2. numero. 3.

Error quorundam circa fidelium filios iam à mundis parentibus genitos. fo. 109. col. 2. nu. 4.

Error quorundam antiquus, quòd non esset orandum nisi in ecclesia, diluitur. fo. 268. col. 2. nu. 2.

Errores duo extremi contendentium in materia de locis orationum probandis, explicantur. fo. 268. col. 2. nu. 3.

Digitized by Google

Esau quomodo adoratus à Iacob. fo.235. column.4. nu.3.
Et simili modo.&c. fo.85.col.3.nu.9.
Euangelia quòd spernantur, si facta ecclesiæ spernantur.fo.111.col.3.nu.7.
Euangelium, aut spiritualia suffragia uendere, quid sit,ostenditur. fo.200.col.2.nu.7.
Euangelium quomodo stando debeat audiri à plebe ex decreto Athanasii. fo.73.col.3.nu.5.
Eucharistia quæ contineat. fo.84.col.3.nu.4.
Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum quomodo uenerit peregrè adorare in Ierusalem. fo.251. col.3.nu.3.
Euphrosius Pamphiliæ episcopus quomodo quando accedebat ad sacrificandum Christi mysteria, collobio sancti Iacobi induebatur. fo.68.col.1.nu.12.
Excelsa quæ dicantur. fo.257.col.1.nu.4.
Excusabiles qui sint à peccato infidelitatis. fo.111.col.1.nu.1.
Execrati qui dicantur. fo.97.col.1.nu.4.
Exequiæ defunctorum,quòd antiqua consuetudine ecclesiæ sint ab apostolis acceptæ. fo.213.col.4.nume.4.
Exeunt ab hac uita sine arra pacis matris ecclesiæ, q; periculum damnationis immineat. Et quæ sint arræ pacis ecclesiæ. fo.135. col.3.nu.4.
Exorcismi ueteris legis recẽsentur, contra Witcleff. fo:309.col.4.nu.1.
Exorcismus quomodo requiritur in baptismo. folio.101.col.2.nu.1.
Exorcismus quid sit. fo.101.col.2.nu.2.
Exorcismus quòd fuerit à Christo commissus, & ab apostolis tractus. fo.101.col.2.nu.3.
Exorcismus quid sit, ostenditur. fo.310.column.2.nu.2.
Exufflatio,quæ fit à sacerdote in baptismo, unde traxerit ortum. fo.102.col.2.nu.9.

F

FAmuli Dei,quòd sint adeundi, & interpellandi à sponsa Christi populo Christiano,contra Witcleff. fo.209.col.4.nu.4.
Faciẽs plus,quàm præceptum sit,quòd uincat eos,qui tantùm imperata fecerunt. fol.2.columna.2.nume.6.
Fausti Manichæi calumnia contra patrum sacrificia. fo.177.col.1.nu.2.
Fausti Manichæi error circa crucem.Et quomodo feliciores quodammodo erant Manichæi in fide crucifixi,quàm Witcleuistæ. fo.298.col.3.nu.3.
Feminalia, quæ in antiqua lege ad operiendam carnẽ turpitudinis pontificis, & filiorum eius fieri mandabantur,quid designabant.fo.133.col.1.nu.5.
Feriæ cleri,& unde dictæ. fo.263.col.2.nu.4.
Festa sanctorum quomodo celebrari solita lætis canticis,& melodicis artibus. foli.266.colum.3.nume.4.
Festus dies,quo Christus solus, non cũ discipulis ascẽdit. fo.76.col.4.nu.1.
Fideles quomodo sanctorum patrum, & scripturarũ traditione cõmoti,per Litanias sacras sanctos exorant.Et unde dicantur Litaniæ. Et in quo distet Litania ab Exomologesi. fo.223.col.2.nu.1.
Fideles parentes, quomodo uitium suum transfundãt in prolem,à quo olim purgati fuerunt per baptismum. fo.111.col.3.nu.4.& fo.119.col.1.nu.1.
Fides quòd non sit opinatio,sed res certa. fo.204.colum.4.nu.1.
Fides uera quæ dicatur. fo.244.col.3.nu.4.
Fides,quòd ipsa est,quæ orãdo impetrat, quod lex imperat. fo.24.col.3.nu.16.
Fila chordæ citharæ,quare dicantur fides.fo.258.colum.2.nu.4.
Fimbria in ueste Christi. fo.177.col.2.nu.6.
Finis omnium,quòd pendeat de statu, & consummatione ecclesiæ. fo.244.col.4.nu.7.
Fœminæ quòd nusquam reperiantur fuisse sacerdotes. fo.118.col.1.nu.5.
Fons baptismi in medio ecclesiæ ostenditur à Deo, & Christo. fo.100.col.4.nu.14.
Fontis consecratio quomodo exigitur fieri antequàm baptizatum abluat sacerdos.Et quare. fo.106.colum.1.nu.1.
Forma,quòd sit sumenda ab operibus Christi,non idẽ titas usurpanda. fo.76.col.4.nu.2.
Fractio specierum panis. fo.90.col.3.nu.8.
Fratres omnes Christiani. fo.190.col.4.nu.6.
Frontẽ non habere,quid sit. foli.100. colum.3.nume.13.
Fructibus primitiuis benedicere, quòd dignitati sacerdotis incumbat.Et quare. fol.308.colum.4.nume.2.
Fructuosi sancti dictum circa orationem, quam quis petebat à se fieri pro eo. fo.211.colum.2.numero.2.
Futurorum necessitas secundùm Witcleff. fo.17.colum.2.nu.4.

G

GAmaliel,Pauli magister,& legis doctor, ex Pharisæorum concilio.fo.177. col.2.nu.8.
Gastrimargia quid secundùm Chrysostomum.fo.150 col.1.nu.1.
Gelasius Papa, quòd non instituerit præfationem primam. fo.79.col.2.nu.13.
Gentilium error circa mortuorum hominum cultum. fo.249.col.2.nu.6.
Geruasii,& Prothasii translatio. Et quomodo cæcus tunc fuerit illuminatus. fo.246.col.2.nu.5.

Digitized by Google

Gloria in excelsis hymnum cælitùs factum, quis statuerit dicendum in ecclesia. fo.71.colum.3.nume.7.
Gloria, Glorificare, quid. fo.234.col.2.nu.5.
Gradus ad communionem, quot sint secundùm Origenem. fo.113.col.4.nu.5.
Gradus tres benedictionis panis in corpus Christi, & quæ harum sit maxima. fo.309.col.1.nu.4.
Gratia diuina, quòd magis operetur in sacerdotibus, quàm humana ostenditur. fo.143.colum.4.nume.11.
Gratia omnibus facta. fo.196.col.1.nu.5.
Gratiam suam, quòd coronet, seu præmiet in nobis Deus, non merita nostra. fo.33.col.1.nu.3.
Gratiarum actiones quæ dicantur. fo.80.colum.4.nume.8.
Gratias cur egerit Christus. fo.85.col.2.nu.8.
Gregorij uerba cuidam domicillæ sic demenuatæ, ut nulli antiquo, sed sibi soli crederet. fol.5.colũ.2.nu.12.
Gregorius quid dicat super illud Ezechielis. ubi mensarum labia metiebantur palmo. &c. fo.10. col.4.nu.10.
Gregorius prædicatores sanctos appellat. fo.243.colum.2.nu.5.
Guillelmi Albi facinus recensetur. fo.199.colum.4.nu.5.
Guillelmi Sartoris propositiones hæreticæ circa orationem, & earum confutatio. fo.217.column.4.nume.5.
Guillelmus hæreticus, quòd falsum dixerit de Christo, quòd ipse cuilibet triũ statuum ecclesiæ, inter quos sunt clerici, nubẽdi legem costituerit, conuincitur. fo.133.col.2.nu.6.

H

HAbitatio Christi domuncula non propria, sed à Martha, & Lazaro assignata. fo.150.col.2 nume.3.
Habitus monachalis defensio, contra Witcleff. foli.186.col.1.nu.1.
Habitus sanctificatio, & ad quid ualeat. fo.186.colum.4.nu.3.
Hæc dona, hæc munera, Canonis uerba. fo.84.col.3.nume,3.
Hanc igitur oblationem. &c. fo.84.col.2.nu.1.
Hæreses contra canica describuntur, & earum authores. fo.43.col.4.nu.3.
Hæresis Lollardorum de non baptizandis paruulis. fo.109.col.2.nu.1.
Hæresis Witcleuistarum, de non colendis ecclesiis, & basilicis, unde traxerit ortum. fo.274.colum.1.nu.4.
Hæresis de uiolandis imaginibus, unde ceperit formã uiolentiæ. fo.280.col.1.nu.1.
Hæresis uetus philosophorum de non orando Deum, propter eius præscientiam, quia scilicet omnia præscit. Quam uidetur sustinere Witcleff, & docere. fo.38.col.2.nu.1.
Hæresum causæ. fo.126.col.3.nu.2.
Hæreticam attentionem contra sacros cantus, unde ac ceperit Witcleff. fo.43.col.4.nu.2.
Hæretica gens infida, ioculatoribus & mimis assimilatur. fo.4.col.1.nu.6.
Hæretici procaces, quòd facilius in tutorum, & defensorum uoces erumpant, quàm catholici. fol.6.col.1.nu.5.
Hæretici uiri prima notitia quæ sit. fo.11.colum.2 nume.5.
Hæretici, & aduersarij cantuum laudum Christi narrantur. fo.44.col.2.nu.5.
Hæretici, quomodo lupis comparãtur. fo.61.col.2.nu.8.
Hæretici moderni quomodo excedant Dathanitas. fo.119.col.4.nu.4.
Hæretici, schismatici, aut alij pessimi Christiani, in quibus sine à catholicis redarguendi, & prohibendi, & in quibus non. fo.143.col.1.nu.6.
Hæretici quomodo possunt sacramentaliter absoluere, sine tamen remissione peccatorum. fo.143.colum.1.nu.7.
Hæretici omnes quomodo publicum fugunt, & sussurrant ni cauernarum angulis. fo.268.co.4.nu.5
Hæreticis antiquus mos, super nomine Cæsaris exasperare catholicos. fo.8.col.1.nu.3.
Hæreticorum nomina, quòd non sint in missa recitanda. fo.83.col.1.nu.11.
Hæreticorum mos cunctos diffamare præpositos, & ecclesiæ ministros. fo.128.col.3.nu.3.
Hæreticorum miracula pro nihilo habenda. fo.244.col.4.nu.5.
Halleluia, quomodo tẽpore Paschali cantatur per totam ecclesiam ab antiquo. Et quis introduxerit in Romanam ecclesiam. fo.73.col.2.nu.4.
Haymo, quid de psalmis, hymnis, & canticis dicat. fo.52.col.2.nu.15.
Helena inuenta cruce, quid adorauerit. Et quid de illa dicat Ambrosius, & alij. fo.238.col.3.nu.5.
Helena, quòd fuerit stabularia, & Anglicana. fo.296 col.4.nu.7.
Helenæ præpropera uisitatio loci salutaris laudatur. fo.252.col.3.nu.8.
Helias quòd penè totam uitam in orando consumpserit. fo.27.col.3.nu.7.
Hierarchia quid. fo.122.col.2.nu.9.
Hieronymus quomodo ad instinctum Damasi Papæ usum correxerit ecclesiæ, aptans lectiones, & cantus locis sacris. fo.53.col.4.nu.9.
Hieronymus ad Eustochium quid de oratione dicat. fo.22.col.2.nu.16.

Digitized by Google

Hieronymus quomodo ſacræ uirgini Euſtochio imi unxerit regulam noctu ſurgendi ad orandum. fo.59. col.2.nu.6.

Hieronymus quid dicat de cantu, exponendo locum illum Apoſtoli. loquentes uobiſmetipſis in pſalmis. &c. fo.63.col.1.nu.5.

Hieronymus, quòd fuerit monachus oſtenditur. fol. 175.col.3.nu.10.

Hieronymus quomodo adorauerit præſepe, & incunabula Saluatoris. Et quid de beata Paula dicat. fo. 236.col.4.nu.2.

Hiſtriata ſepultura, quæ dicatur, & ad quid fiebat. fo. 285.col.1.nu.2.

Homines Dei, quòd uera pietate aëream poteſtatem omni pietate contrariam, exorcizando eijciunt, nõ placando, contra Porphyrium. fol.310.column. 3.nu.3.

Homini quàm ſit deteſtabile in ſua uirtute confidere, oſtenditur. fol.30.col.3.nu.7.

Homo cur non adoretur ut imago Dei. fo.287.col.4. nume.1.

Homo quomodo in ſtatu innocentiæ operatus fuiſſet. 270.col.3.nu.7.

Homo, quòd poſſit alicui concedere participationes meritorum, etiam ſi ſeipſum non dignificet apud Deum, aduerſus Witcleff. fo.197.col.3.nu.3.

Homo ſacrificium iam factum, ſemper Deo pertinet, & quomodo ſi alteri donetur, iniuriam Deo facit. fo.178.col.3.nu.2.

Homo, quomodo ſit hortandus ad inſtandum ad modũ angelorum, & fortiter ad orandum aliquantum co gendus. fo.37.col.3.nu.6.

Honorandi quòd ſint ſancti, ut amici Chriſti, & filij, & hæredes Dei. fo.227.col.1.nu.1.

Horæ ad orandum per ſcripturas expreſſæ, quòd nocte, dieq; ſint ſeruandæ. fo.63.co.4. num.8.

Horæ omnes canonicæ à Hierony. enumerantur. fo. 64.col.1.nu.9.

Horæ matutinalis, & ueſpertini officij, qualiter ſuccreuerint. fo.56.col.4.nu.1.

Horarum canonicarum diſtinctio ſecundùm Cyprianum, & Iſidorum. fo.56.col.2.nu.7.

Hoſtiæ exaltandæ, & leuandæ ratio. fo.85.col.3.nume.10.

Hymni, & antiphonæ non reijciendi, eò quòd de nouo humanitus eſſent facti. fo.49.col.2.nu.2.

Hymnorum eccleſiaſticorum authores. fo.46.col.3. nume.10.

Hymnos canẽdi antelucanos in Dei laudem antiquus mos ab Euſebio narratur. Et quid ſit Semnion. fo. 46.co.2.nu.9.

Hymnus, quid ſit proprie. fo.44.col.2.nu.6.

Hymnus poſt communionem. Et de quarta parte miſſæ. fo.94.col.2.nu.1.

Hymnus, q; ſpecialiter Deo dicatur. f.232.co.4.nu.6.

I

IAcob, & Rachelis ſepulchrum ubi fuerit, recenſetur. fo.306.col.2.nu.4.

Iacob patriarchæ translatio ab Aegypto. fo.245.col. 3.nu.1.

Iacobus, quomodo primus in eccleſia in Ieruſalem inchoauit officium, non ſabbatis tantùm, ſed omni feria fixum, legens, & deſignans officium de carminibus prophetarum. fo.52.col.1.nu.13.

Iconoclaſtæ, qui imaginifragi dicuntur hæretici, in ſeptima generali ſynodo in Nicæna facta damnantur. fo.280.col.4.nu.4.

Idololatriæ ortus deſcribitur. fo.286.col.2.nu.1.

Idolorum cultores, in quo delinquũt. Et quomodo fideles non ſic colant imagines. fo.283.col.1.nu.4.

Idolum quid. Et quid ſimulacrum. Et quomodo ſimulacra, & Idola ſint ab omni adorante cauenda. fo. 283.col.1.nu.1. & fo.283.col.1.

Ieſus quomodo fuerit peregrinus. fo.251.col.3.nu.2

Ignorantia docta. fo.213.col.1.nu.1.

Imaginem ſuam mittit dominus Abgaro regi. fo.281. col.2.nu.6.

Imaginem ſculptam quòd nõ denegauerit Saluator in fideli Cæſari. fo.285.col.4.nu.5.

Imagines uenerandæ cum ſuis prototypis. fol.238. col.2.nu.2.

Imagines, quòd ab antiquo fuerint in eccleſia admiſſæ, oſtenditur. fo.281.col.1.nu.5.

Imagines, quòd ſint media delectandi in Deo. fo.286 col.4.nu.3.

Imagines ſimiliores, quòd ſint pulchriores aſpectui uenerantis, ſed periculoſiores. fol.289. colũ.1.nume.3.

Imagines quare honoremus, & qua ratione, & quando dulia, & quando latria. fo.292.col.3.nu.6.

Imaginis æreæ miraculum. fo.301.col.2.nu.4.

Imaginum ſanctarum uenerationem Papa Gregorius. 88. Synodo Romæ congregata, confirmat, & earum uiolatores anathematizat. Et idem facit Stephanus Papa.92. Et alij. fol.280. colum.3.nume.3.

Imaginum ſtructura ad quid quandoq; ualeat. fol. 285.col.3.nu.3.

Imaginum cultus, quòd non ſemper prouocet ad idololatriam, oſtenditur. fo.285.col.3.nu.4.

Imaginum uſus quomodo Iudæis ueteribus fuerit ſublatus. Et quare. fo.294.col.2.nu.7.

Imago, & pictura, quòd ſit idiotis quaſi ſcriptura. fo. 287.col.1.nu.4.

Imago ornata, quàm nuda, quòd ad religionem inducendam aptior ſit, oſtenditur. fol.288. colum.2. nu.2.

Imago Solis, & currus, ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus, & fictus. fo.282.col.2.nu.1.

Digitized by Google

Imperator filius ecclesiæ dicitur. Et dicitur intra ecclesiam, non supra ecclesiam esse. fol.8.colum.2. nume.4.
Imperatorum in quo felicitas. fol.22.colum.2.nume.19.
Inaures sponte traditæ. fo.277.col.4.nu.5.
Incēsum ecclesiæ ad altaris ingressum, unde habuerit ortum, & quid denotet. fo.71.colum.1.nu.4.
Incensum quomodo habeat oblationis typum. &c. fo. 86.col.3.nu.2.
Infames, quòd non sint arcendi à professione, & claustro. fo.155.col.3.nu.3.
Inimicus, & defensor fidei quis dicatur. fo.5. col.4. nu.3.
Iniuria psonalis quòd remittitur ab homine, ut Deus remittat. fo.137.col.2.nu.5.
Inobedientia, primum, & maximum uitium ad ruinam. fo.154.col.3.nu.10.
Institutores rituum missæ, quòd nō sint recentes, ostēditur. fo.70.col.3.nu.2.
Institutores missæ falsò crediti. fo.95.colum.4.nume.10.
Institutum Grangensis concilij in fauorem sanctæ peregrinatiōis ad sanctorū corpora, & reliquias martyrum. fo.259.col.1.nu.8.
Instrumenta sancta qualiter sint tractanda. fo.69.colum.3.nume.4.
Interrogatio de fide quomodo fieri debeat ante baptismum. fo.105.col.1.nu.4.
Interrogatio de peccatis laudatur. folio.141.col.3. nume.7.
Intra quorum nos &c. Et per quem. &c. Canonis particulæ. fo.89.col.2.nu.12.
Introitus missæ. Et quomodo in eo totus populus unà cum clero gaudet in domino. &c. fol.73.colū.1. nume.1.
Inuocare nomen domini, & adorare dominum, quòd est unum atq; idem secundum Origenem. Et quòd sicut offerimus Deo patri primo omnium orationes, ita & domino nostro Iesu Christo. fo.23.col. 4.nu.13.
Inuocatio quid sit. fo.23.col.4.nu.12.
Ite missa est in fine missæ. fo.95.col.2.nu.7.
Ioannes euāgelista ab apostolis eorum intercessor institutus. fo.222.col.2.nu.7.
Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus. fo.182.colum.3.nu.5.
Ioannes Constantinopolitanus episcopus quare auxerit primus in nocturnis hymnis orationes. fo.62. col.1.nu.13.
Ioannes, qui & Marcus dictus, à ministerio suo à Paulo abiectus. Et quare. fo.160.col.3.nu.13.
Ioannis, & Petri apostolorum comparatio. fo.168. col.4.nu.16.
Ioannis euangelistæ obitus in ecclesia. Et quid suis discipulis super omnia commendauerit. fo.275.colum.2.nu.4.
Ioannis baptismus in Iordane in Ennon iuxta Salim uicum, quòd non fuerit sine grandi mysterio, ostenditur. Et de satione Salis. foli.101.colum.4.nume.6.
Ioseph somnia, quomodo in Christo consummata. fol. 235.col.3.nu.2.
Ioseph ossa, quomodo post mortem prophetauerūt ad probandum eum sanctum Dei. fo.2. colum.3.nume.2.
Iudæi, Gentes, Maßiliani, & Witcleff, quomodo peccauerunt in fide de fide. folio.19.colum.2.numer.8.
Iudæi quomodo etiam auriculariter confitebantur. folio.140.col.1.nu.2.
Iudæi, quare non sic celebrant imagines, quas fecerunt. fo.290.col.4.nu.6.
Iudæi quomodo adorabant opera manuum hominum contra Witcleff. fo.291.col.3.nu.1.
Iudæi perfidi, & hæretici, quòd non iocundentur in festis ecclesiæ, sed potiùs confundantur. fo.302. col.4.nu.4.
Iudæorum nouiter conuersorum superba hæresis. fo. 29.col.4.nu.2.
Iudæorum error, & pœna. fo.94.col.4.nu.3.
Iudas, quòd dispensator gratiæ fuerit, ostenditur. fol. 147.col.1.nu.7.
Iudas eucharistiam sumens, quomodo per eam saluari potuisset, si uoluisset. fo.94.col.1.nu.6.
Iudicandum quòd non sit aue tempus, quis prædestinatus, aut quis præscitus. folio.193.columna.4. nume.3.
Iulianus Imperator à Christi clericis tyrannidē suā exordiens, quòd eos domibus, & priuilegijs suis spoliauerit. fo.8.col.3.nu.7.
Iulianus, Iudæi, & Witcleuistæ, quòd sint terni raptores, in eisdem ternæ blasphemiæ massa concordes. fo.9.col.1.nu.10.
Iulianus Witcleuistarum Cæsar, & Christianorum apostata, quomodo sanctos contempserit. fol.260. col.3.nu.5.
Iulianus quomodo cruce se munierit, & dæmones repente disparuerunt. fo.299.col.2.nu.6.
Iulianus apostata, quomodo ad decus paganicum ampliandum transtulerit Christianorum ritus canendi, & psallendi in ecclesia, & horas Canonicas in templa funesta. fo.57. col.3.nu.5.
Iustificari quòd non possit quis uiuentium in conspectu Dei. Et quid super hoc dicat Hilarius. fo.33. col.1.nu.5.
Iustitia uitæ Witcleff, & opera meritoria, in quibus confidere hominem consulit, explodunctur. fol.33. col.2.nu.6.
Iustitia omnis humana, quòd iniustitia esse conuincitur

tur, si districtè iudicetur. fo.34.col.1.nu.2.
Iustus homo, aut sanctus, quare non debeat meritum suum allegare dum orat, secundùm optimam Ambrosii rationem. fo.33.col.1.nume.4.

K

KYrie eleison, quare dicant Latini Græcè, & Græci Latinè. fo.71.col.2.nu.5.

L

LAchrymis quòd non irascatur Deus. fo.34.col.2.nume.6.
Lætitia Christi plena in consummatione beatorum. fo.89.col.2.nu.11.
Laicus, quòd indigeat sacerdote pro remissione peccatorum habenda, ostendit Origenes. fo.136.colũ.2.nume.11.
Lampetij hæretici error antiquus circa religiosos, quẽ renouat Witcleff. fo.179.col.3.num.9.
Lapides sanctuarij, qui dicaneur ex Paschasio. Et quomodo non sapit esse Christi consilium, conuentus, & claustra effugere. fo.177.col.4.nu.11.
Latria quid sit. Et quomodo tantùm Deo debeatur. fo.232.col.2.nu.3.
Latriæ species describuntur. fo.232.col.2.nu.4.
Laudata, quòd non semper sint præstantiora. folio.163.col.4.num.5.
Laudes psalmorum quomodo sint temporis creatori exoluendæ, ubi dies terminum, nox sumit initium, exemplo auium, secundùm Ambrosium. fol.57.col.4.nu.6.
Lectio in missa. Et quomodo sit duplex, uel legis, uel apostolica. Et si ambæ concurrant, quæ earum antecedat. fo.73.col.1.nu.2.
Lectiones, Hymni, uel cantus. &c. quòd non debeant in commune duci iuxta uniuscuiusq; sensum. Et quid super hoc dicat Concilium Melenitanum. fol.50.col.1.nu.8.
Lectiones euangeliorum, & epistolarum in missa, quomodo ante Hieronymum annua obseruatione iungebantur. fo.53.col.4.nu.10.
Lectionis gloria, quòd non sit prætermittẽda. Et quid de ea dicat Rabanus. fo.49.col.4.nu.6.
Legisperiti reprobatio, & Mariæ Magdalenæ orationi continuè uacantis ad ueniam receptio, à Beda describitur. fo.31.col..2.nu.10.
Leo Imperator imagines destruit, & earum uenerationem interdicit. Et de multiplicibus earum uiolatoribus. fo.280.col.1.nu.2.
Leporius sacerdos sanctus, quomodo monasterium religiosorum construxerit, basilicam, & Xenodochium. fo.279.col.3.nu.6.
Lex, & ordinantia Iesu Christi, quòd consilium, & mandatum complectatur. Et de probatione supererogationis. fo.2.col.3.nu.8.
Libera nos à malo. ultima dominicæ orationis uerba. fo.90.col.2.nu.6.
Liber à Deo, quòd sit seruus omnis turpitudinis. fol.50.col.4.nu.4.
Libertates falsæ Witcleff describuntur. Et quomodo uincat Mahometum perfidum, qui praua libertate prouocauit sectam Saracenorum. fo.51.colum.1.nume.5.
Libertatis nomine quòd multi homines tempore Pauli errauerunt, & quomodo alia est libertas à Deo, & alia à peccato, secundùm eundem. fo.50.colũ.4.nume.3.
Linguam habere domitam, quòd ad bonam uitam pertineat. Et quid de hac dixerit Augustinus, fo.21.col.4.nume.13.
Liquor quomodo sit sumendus post Eucharistiam. folio.93.col.2.nume.2.
Liræ doctoris dictum, scilicet, non unctas manus sacerdotum in lege, carpitur. fo.129.col.2.nu.2.
Literæ fraternitatum sigillatæ, quòd non sine nouæ. Et quomodo hoc ab antiquo peruenerit ad ecclesiam ostenditur. fo.202.col.2.nu.10.
Loca tria Iudæis sancta. fo.257.col.1.nu.3.
Locus libri regum explicatur. fo.153.col.1.nu.3.
Lollardorum diuersorium, dicentium se nihil præter scripturas sacras recipere. &c. quòd sit omnino fugiendum. fo.3.col.2.nu.1.
Lotio manuum sacerdotis ad extremitates suas priusquàm sacra Christi conrectet, quid significet. fol.76.col.4.nu.3.
Lucas, quòd fuerit pictor. Et quomodo Saluatoris, & matris eius imagines depinxerit. fo.294.co.2.nu.4.
Lucij Ariani crudelitas narratur, etiam aduersus Eremicolas martyres. fo.180.col.1.nu.11.
Luther, quomodo ducem sequitur. fo.50.col.3.nu.1.
Lutheranorum, & Witcleuistarum errores. fo.292.col.2.nu.5.
Lutherus taxatur, quòd prohibet superædificare nomini Christi, & eius fundamento legitimo, aurum, & argentum. &c. fo.2.col.3.nu.9.
Lutherus notatur. fo.77.col.4.nu.8.

M

MAcedones, & Achaici, quot modis erant debitores sanctorum, de quibus Paulus ad Roman.15. fo.208.col.4.nu.5.
Machabæorum quomodo celebramus diem, & honoramus basilicas. fo.306.col.1.nu.3.
Magister Petrus notatur. fo.75.col.1.nu.14.
Magistrorum iussa discutere, & ad nostrum arbitriũ eligere potiora, quòd non sit nostrum, contra Witcleff. fo.52.col.4.nu.3.
Manichæorum perfidorum error, dicentium legem uetterem aliam à lege Dei. fo.172.col.4.nu.3.
Manichæus, Witcleff, & Lutheri magister, quòd eadem insana captus sit, qua illi, scilicet, eum solum acce-

Digitized by Google

accepisse sensum scripturarum. fo. 4. col. 3. nu. 2.
Manichæus, quare à Felice, & suis sectatoribus fuit creditum, quòd esset paracletus. Et quid de hoc dicat Augustinus. fo. 6. col. 2. nu. 2.
Manipulus quartum sacerdotis uestimentum, & quid repræsentet. fo. 67. col. 4. nu. 8.
Marcus primus Alexandriæ pontifex. fo. 53. colũ. 3. nu. 7.
Maria, quòd non uereatur à pastoribus addiscere, contra Witcleff. fo. 71. col. 4. nu. 8.
Maria sepulchrum domini, & cætera loca sancta uisitauit, & Ascensionis uestigia. fol. 252. colum. 2. nu. 7.
Maritorum miseriæ narrantur. fo. 131. col. 2. nu. 7
Martyres, quòd sint ciuitatum turres. fo. 259. col. 1. nu. 6.
Martyres, qui & confessores. fo. 88. col. 2. nu. 8.
Martyrologiũ, & quis illius author extiterit, & qui etiam interpres. fo. 83. col. 4. nu. 15.
Martyrum historiæ, quòd sint solenniter legendæ, & sermones solẽnes ad populum. fo. 266. col. 3. nu. 6
Martyrum memorias quare Christiani frequentent, quatuor causæ significantur. fo. 259. columna. 4 nu. 3.
Martyrum Christi memoriam quotidianam quomodo in celebratione missæ habebant antiqui patres quidam sic, quidam sic. &c. fo. 88. col. 3. nu. 9.
Martyrum series quare incœperit pleno Canone ad certum numerum deputari. fo. 83. col. 3. nu. 14.
Maßiliani, & Witcleuistæ, quàm malè seipsis conueniant. fo. 19. col. 1. nu. 5.
Maßilianorum hæresis per extremum opposita hæresi Witcleuistarum. Et quomodo Euchitæ ab Augustino dicuntur, ab orando sic appellati. fo. 18. colum. 4. nu. 3.
Mastezelis, atq; Theodosii seruorum Dei uictoria orationibus sine bello adepta narratur. fo. 227. col. 4. nu. 5.
Mathematici, & Manichæi ab Augustino improbantur in ijs, quæ ad confessionem attinent. fo. 138. colum. 3. nu. 2.
Maximini Arianorũ presbyteri uerba cùm esset in cõflictu cum Augustino, describuntur. Et quòd eadẽ Lutherus, & Witcleuista cum suo authore pronunciat. fo. 3. col. 2. nu. 2.
Melius in se, melius nobis, quòd semper sit attendendum. fo. 37. col. 1. nu. 4.
Membra ecclesiæ, quæ, & quomodo sint. fol. 146. col. 2. nu. 1.
Membra alterius quòd simus. fo. 146. col. 4. nu. 4.
Membri scandalizantis proiectio. fo. 146. co. 4. nu. 5
Membrorum mutua officia, & protectio. fo. 146. colum. 3. nu. 2.
Memento etiam domine. &c. pro defunctis. fo. 87. colum. 3. nu. 1.
Memoriæ panis cælestis figura. fo. 86. col. 1. nu. 2.
Mereri quòd non possit quis regnum cælorum simpliciter, sed ex gratia Dei, aut uoluntate largitoris. fo. 29. col. 2. nu. 6.
Merita nostra, quòd non attendat Deus, sed bonitatẽ suam. fo. 33. col. 1. nu. 3.
Merita nostra quòd licitè communicemus. fo. 189. colum. 1. nu. 6.
Meritorum Christi charta nobis concessa. fol. 188. colum. 4. nu. 5.
Meritum unum quomodo sit nostrum participatione charitatis. fo. 201. col. 2. nu. 4.
Michæe, & Habacuc translatio. fo. 245. col. 4. nu. 3
Minister altaris, quomodo in ipsius ordinatione subijcitur inuocationi episcopi, & manuum eius impositioni per crucis signationem. fo. 128. col. 1. nu. 5
Ministri apostolorum qui fuerint, recensentur. foli. 160. col. 3. nu. 12.
Ministri moderni in clero, & ecclesiarum præpositi, quòd sine omni nota iniuriæ ecclesiastici appellentur, & antonomaticè ecclesiæ. fo. 145. col. 3. nu. 5
Miracula quibus uisa sunt magna. fo. 259. col. 3. nume. 1.
Miracula prisca recensentur. fo. 259. col. 3. nu. 2.
Miracula, quæ uera dicantur, & credantur esse facta, ipso Deo in illis operante. fo. 242. col. 2. nu. 1.
Miracula in Christi morte. fo. 244. col. 3. nu. 3.
Miracula sanctorum ad quid ualuerunt. fo. 241. col. 1. nu. 4.
Miracula quomodo torqueant, & crucient hæreticos, & perfidos. fo. 243. col. 2. nu. 3.
Miracula priscorum sanctorum narrantur. fo. 243. col. 4. nu. 4.
Miracula naturalia recensentur. fo. 301. col. 1. nu. 3.
Miraculis ad fidem astruendam opus est. fo. 243. col. 2. nu. 2.
Miraculorum detestatores qui. fo. 243. col. 1. nu. 1.
Miraculorum effectus. fo. 243. col. 4. nu. 5.
Miraculorum scrutatores, quid habeant aspicere. fol. 247. col. 1. nu. 4.
Miraculum, an sit uerum, uel fictum quomodo deprehendatur. fo. 246. col. 3. nu. 2.
Miseriordia Dei quòd tanta sit erga sanctos, ut quasi eorum precibus uelit retineri, ne faciat. fo. 35. col. 2. nu. 2.
Missa, unde dicta. fo. 76. col. 3. nu. 13.
Missa quando sit secundùm Augustinum. fo. 79. col. 3. nu. 14.
Missa quod sit audienda tota. fo. 79. col. 3. nu. 15.
Missa quòd non sit in prophano nec audienda, nec celebranda, ex Felicis Papæ decreto. fo. 276. col. 1 nu. 6.
Missæ præstantia. Et quomodo omnium solennitatum Christi in terris hæc sit maxima. fo. 65. col. 1. nume. 1.

Digitized by Google

Missæ figuratio in mysterio cœnæ domini. fo.66.col.4.nu.8.
Mitræ, Tiara, & tonsura clericorum. fo.127.col.4.nu.2.
Monachi æquiparantur martyribus à Hieronymo in eo, quòd die, noctuq; psallunt domino. fo.59.col.1.nu.5.
Monachus qualis debeat esse. fo.148.col.2.nu.5.
Monasticorum præconia à Chrysostomo recensentur. fo.149.col.3.nu.1.
Mortuis quomodo prosint uiuorum suffragia. folio.214.col.3.nu.3.
Mos præmittendi salutationem angelicam pro adiutorio in exordio prædicandi, unde emanauerit. fo.21.col.2.nu.5.
Moyses, quòd uicerit plagam à Deo paratã, non Deũ. fo.35.col.3.nu.3.
Muliebris sexus totus, quòd officio regminis animarum cedat, necesse sit, contra Witcleff. fo.120.colum.3.nu.11.
Mulier semel docendo, quomodo subuertit omnia. fo.120.col.2.nu.10.
Mulieres, quòd lex diuina exortes effecerit ministerij sacerdotalis, contra Witcleff. fo.120.col.1.nu.8.
Mundandi à peccatis modi narrantur. fo.136.col.1.nu.8.
Mundus multiplex. fo.211.col.4.nu.5.
Munus, quid sit. fo.145.col.3.nu.7.
Mysteria sacramentalia quemadmodum sint tradita. fo.96.col.4.nu.2.
Multiloquium in oratione cùm sit uitandum, quòd tamen eloquium sit necessarium secundùm doctrimã Christi, & ualde utile. fo.23.col.1.nu.5.

N

Naturæ rerum, quòd nõ propter seipsas, sed pro diuinis gratijs sunt colendæ. fo.239.col.1.nu.6.
Nepotianus à diuo Hieronymo laudatur, pro ornatu, quem curauit ecclesiæ. fo.277.col.3.nu.4.
Nicodemum quomodo uocauerit Christus à secta Pharisaica. fo.177.col.2.nu.7.
Niniuitarum oratio describitur, & quomodo exaudita fuerint de cælis. fo.34.col.2.nu.5.
Nobis quoq;. Et partẽ aliquam. &c. quare dicãtur in missa à sacerdote. fo.88.col.2.nu.7.
Nomina sanctorum, à quibus sint Canoni inserta. fol.83.col.4.nu.16.
Nomina, pro quibus celebratur, quòd non recitentur. fo.76.col.1.nu.10.
Nominis in baptismate impositio. fo.105.col.4.nu.7
Notabile contra prolixum esse Witcleff. fo.35.col.4.nu.5.
Nouorũ inuentores describit Cassiodorus. fo.5.col.2 nume.11.
Nubecula Eliæ uisa, quid significet. f.182.co.3.nu.7
Nuditas diuersa ostenditur. fo.297.col.2.nu.3.
Nuptiæ, quòd fuerint à Deo institutæ, ostenditur. fol.176.col.3.nu.6.
Nuptiarũ diuersitas describitur. fo.176.col.3.nu.5.

O

Obediendum quòd sit præpositis, etiam dyscolis. fo.11.col.3.nu.10.
Obediendum in quibus est, & non est patri. fo.154.col.4.nu.11.
Obedientia Philippensium triplicata commendatur. fo.153.col.3.nu.5.
Obedientia uera quæ sit. fo.153.col.3.nu.7.
Obedientia, quòd sit uirtus difficillima. fo.155.col.2.nume.1.
Obedientia simplex quòd sit super omnia pretia pretium dignissimum. fo.154.col.1.nu.8.
Obedientiæ cõmoda, seu bona. fo.153.col.3.nu.6.
Obediẽtiæ limites describũtur. fo.153.col.4.nu.8.
Oblationes trium patrum, Abel, Abrahæ, & Melchisedec, quomodo erant figuræ sacræ Christi Eucharistiæ. fo.86.col.3.nu.4.
Oblationes tres, quas obtulit dominus, describuntur. fo.93.col.2.nu.3.
Obsecratio à sacerdote cum silentio post præfationẽ. Et unde fuerit desumpta. fo.79.col.2.nu.13.
Obsecratio quid sit. Et quomodo Psalmus obsecrationem, canus Antiphonarum postulationẽ, collectæ orationẽ, & Hymni gratiarũ actionem resonent in diuinis. fo.49.col.4.nu.4.
Occultandorum mysteriorum prouidentia narratur. fo.97.col.1.nu.5.
Occidentales, q; non solũ in primæuis ecclesiæ ut nũc tondebãtur, sed & Græci, & Asiani monachi. fol.156.col.4.nu.4.
Offertorium, & offerenda in ecclesia. Et de cãtu psalmorum tempore, quo fiebat. fo.73.col.4.nu.7.
Officiandi usus in primæuis ecclesijs, quomodo ex religiosis. S. Marci emerserit. fo.53.col.2.nu.5.
Officium missæ dominicæ in albis unde desumptum fuerit. fo.54.col.2.nu.12.
Oleum unctionis, quod Chrisma dicitur, quomodo cõtineat in se plures materies aromaticas. Et quid figuret. fo.115.col.1.nu.6.
Oneris additio, q; leuitatem præbeat quandoq; ferẽti ostenditur contra Witcleff. fo.184.col.3.nu.1.
Opera uitæ cuncta, quòd sint oratione continuã munienda, exemplo Ieremiæ, dicentis, Leuemus corda cum manibus. fo.21.col.4.nu.11.
Operaturi quomodo eramus in paradiso. fo.270.colum.2.nu.6.
Opinionem bonam, uel malam, quòd nihil ita faciat crescere, sicut uulgus. fo.164.col.1.nu.7.
Orandi q; sint sancti diligenter, & quare. Et an orans

Digitized by Google

poßit pro oratione aliquid recipere. fo. 230. col. 2 nu. 1.

Orandi quòd ſint martyres, Patriarchæ, prophetæ, angeli, Maria, ſanctiq; omnes, contra Witcleff. folio. 223. col. 3. nu. 2.

Orãdi uſum, quòd Chriſtus inſtituerit, & ad eius obſeruantiam ſuos obligauerit diſcipulos, & poſt eos cunctos fideles. fo. 51. col. 1. nu. 6.

Orandi prolixè, & continuè, rationes quædam. foli. 40. col. 3. nu. 4.

Orandi diſciplina pro plebe ex Cypriano deducitur, ubi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus ſonus. Et quomodo alia eſt regula clericorũ, ubi laus Dei ſonora requiritur. fo. 42. col. 2. nu. 4.

Orandi uſum, ſimpliciter à Chriſto acceptum, quomodo paulatim augebãt apoſtoli, adijcientes ei & Symbolum. & c. fo. 51. col. 4. nu. 11.

Orando, q; nõ ſimus narratores, ſed rogatores, & deſyderatores. fo. 38. col. 2. nu. 2.

Orandum q; ſit pro patronis in ſpe fideliter, & amanter, etiam ſi neſciamus ſi ſint in cælo, an in purgatorio. fo. 213. col. 1. nu. 2.

Orandũ quare ſit uoce, & uerbis. fo. 3. col. 1. nu. 11.

Orandum quid cẽſeat eccleſia pro horis Canonis ſub pœna contemptus. fo. 64. col. 1. nu. 10.

Orandũ q; ſit pro Papa, ut Chriſtus pro Petro orauit. fo. 82. col. 2. nu. 5.

Orandum q; ſit pro regibus, & ijs, qui in ſublimitate ſunt conſtituti. fo. 82. col. 3. nu. 8.

Orandum quòd ſit pro omnibus Orthodoxis. fol. 82. col. 4. nu. 9.

Orandum quòd ſit ſine hæſitatione. fo. 206. col. 1. nume. 6.

Orandũ quòd ſit mutuò. fo. 207. col. 4. nu. 1.

Oranes ritè, & congruẽter, quomodo nihil aliud oramus, quàm quod in Dominica oratione poſitũ eſt. fo. 39. col. 2. nu. 6.

Orare ſicut oporteat, quòd neſciamus, ſed ſpiritus poſtulat pro nobis, & poſtulare nos facit. fo. 17. col. 1. nu. 1.

Orare ſemper quid ſit. Et qui hæretici malè ſenſerint de orando. fo. 18. col. 4. nu. 4.

Orare ſine intermißione, quid ſit. fo. 19. col. 3. nu. 11

Orare ſemper, & ſine intermißione, de qua oratione debeat intelligi. fo. 20. col. 4. nu. 3.

Orare ueraciter quid ſit ſecundùm Gregorium. fo. 34 col. 2. nu. 4.

Orare, quòd quandoq; nos fortiter cogat dominus, mittẽs nos in alta pericula, ut coẽgit diſcipulos orare. fo. 37. col. 4. nu. 7.

Orare quòd liceat alijs uerbis, quàm expreßè ordinatis in oratione dominica, contra Witcleff. fo. 38. col. 4. nu. 5.

Orare continuè, quòd ſit remedium contra peccata cõtinua. fo. 40. col. 3. nu. 5.

Orare diutiùs, quòd non ſit orare in multiloquio. Et quomodo Chriſtus in orando pernoctauerit, & prolixiùs orauerit. fo. 40. col. 4. nu. 2.

Orare in arduis qui idonei. fo. 209. col. 3. nu. 2.

Orare quomodo debeat ſanctus omni conſilio pro uiro peccatore, ut uolũtate bona cõuertatur in Deũ. fo. 231. col. 1.

Orare, & adorare, quomodo differant. fo. 231. col. 4. nu. 2.

Oratio uerſiculi, Deus in adiutoriũ meũ intende. & c. quòd inceſſabili uigilantia fundenda ſit, ſecundùm Caßiodorum. fo. 22. col. 2. nu. 17.

Orationis inſtantia, quòd ſit neceſſaria. fol. 22. col. 2. nu. 18.

Oratio quòd ſit triplex ſecũdùm Witcleff, mentalis, uocalis, & uitalis. fo. 18. col. 3. nu. 1.

Oratio mentalis, quòd tranſcendat orationem uocalẽ, & uitalem. fo. 19. col. 2. nu. 9.

Oratio mentalis quæ ſit ſecundùm Auguſtinum. foli. 19. col. 3. nu. 10.

Orationis mentalis uis. fo. 2. col. 1. nu. 15.

Oratio uitalis, quòd ſine mentali non ſit meritoria. fo. 20. col. 2. nu. 16.

Orationes, quòd nõ ſint adeò præferendæ, ut uita ſancta & iuſta contemnatur. fo. 20. col. 4. nu. 1.

Oratio, quare omnino præponitur operi. fo. 24. col. 3 nu. 15.

Oratio debita tam uocis, quàm animi, quòd orationem actus ſemper amplectatur. & illi præferatur. foli. 25. col. 2. nu. 2.

Oratio, cui non cauſa conclamat & lingua, actus, & ſermo, uita & cogitatio, quòd non ſit perfecta. fol. 25. col. 2. nu. 3.

Oratio uocalis, quòd ſit omnibus præferenda, & quare. fo. 25. col. 3. nu. 5.

Orationem cõparat Bernardus operi, & præfert eã. fo. 25. col. 3. nu. 6.

Oratio uitalis, quòd non ſit oratiõe mentis perfectior, probatur. fo. 25. col. 4. nu. 7.

Oratio, quòd ſit opere melior. fo. 26. col. 1. nu. 8.

Orationibus medijs quomodo nos oporteat ad Trinitatem reduci, ut ei appropinquemus magis, & ei adſimus ſecundùm Dionyſium. fo. 26. col. 2. nu. 10.

Orationis excellentia, quòd turbet frequentiam cõiugalem. fo. 27. col. 1. nu. 1.

Orationes, quòd impediantur officio coniugali iuxta apoſtolum Petrum. fo. 27. col. 1. nu. 3.

Oratio, quòd ſit melior opere coniugali. fo. 27. col. 2. nu. 4.

Orationes ſanctorum, ut Moyſi, Danielis, & Tobiæ, Deo offeruntur. fo. 27. col. 2. nu. 6.

Oratio ſola, quòd poßit hominem ſaluare, & iudicẽ flectere. fo. 34. col. 1. nu. 3.

Oratio crebra cõmendatur ab Ambroſio. fo. 36. col. 3 nu. 11.

Digitized by Google

Orationes quod non ſint eo prætextu omittendæ, ne alia bona opera dimittantur. Et qui debeant propenſiùs orationi indulgere. fo. 36. col. 4. nu. 1.
Oratio publica, quòd ſit ſuccincta, & quare. Et quid de orationibus fratrum in Aegypto dicant Auguſtinus, & Caßianus. fo. 37. col. 2. nu. 5.
Oratio noſtra uocalis, ne ſit uacua meriti, quomodo reſtat deſiderare quod proderit. fo. 38. col. 3. nu. 3.
Orationum prolixitatem damnat Witcleff. fol. 39. col. 4. nu. 1.
Orationis prolixitas non omnis uitanda. fo. 39. col. 4. nu. 2.
Orationis extenſio, & ſanctæ precis prolixitas laudatur contra Witcleff. fo. 40. col. 2. nu. 4.
Oratio quàm ſit pretioſa. Et quæ ſit eius dignitas, & uirtus ſecundũ Chryſoſtomũ. fo. 40. col. 4. nu. 7.
Orationem arguit Witcleff propter multiloquium. fo. 40. col. 4. nu. 1.
Orationem continuam, & diuturnam eſſe homini utilem ad aſſequendum quod optat, docet Chryſoſtomus. fo. 41. col. 3. nu. 4.
Orationes altas, & canoras eccleſiæ, officia diurna, horasq; Canonicas, & ſtudia modulationum in choro increpat Witcleff. fo. 41. col. 4. nu. 1.
Oratiõis clamoſæ uitia deſcribũtur. fo. 42. col. 1. nu. 2
Oratio commendans oblationem apud eccleſiam, quæ ſit. fo. 75. col. 3. nu. 1.
Oratio, Orate pro me. &c. fo. 78. col. 2. nu. 1.
Oratio Chriſti, & ſecreta. fo. 78. col. 2. nu. 4.
Oratio ſecreta, & quomodo terminat eam alta uoce ſacerdos, & quare. fo. 78. col. 3. nu. 7.
Orationes Canonis ſeptem. fo. 80. col. 1. nu. 4.
Orationes quæ ſint. fo. 80. col. 3. nu. 6.
Orationis Chriſti, & eccleſiæ conformitas. fo. 80. col. 4. nu. 9.
Oratio ſacerdotis ad Deum patrem per Chriſtum in ſilentio, deſcribitur. fo. 81. col. 3. nu. 1.
Oratio dominica, quòd non fuerit inſtituta dici per Gregorium, ſed per apoſtolos. fo. 89. col. 3. nu. 2.
Oratio dominica, quòd ſit quotidie dicenda. fo. 90. col. 1. nu. 4.
Orationes communionis præuiæ. fo. 92. col. 3. nu. 8.
Oratio pro alijs, quòd ſit Deo accepta. Et qualis oratio ante Deum ſit dulcior. fo. 191. col. 1. nu. 7.
Orationes ſanctorũ, quòd omnino ſint utiles in hac uita contra Witcleff, oſtenditur. fo. 193. col. 3. nu. 2
Orationis beneficium, quòd ſit à ſanctis uiris maximè appetendum. fo. 208. col. 2. nu. 3.
Oratio ſpecialis, quòd plùs proſit ei, pro qua fit, q̃ generalis, cæteris paribus, multis exemplis palam fit. fo. 210. col. 3. nu. 2.
Orationis ſpecialis præeminentia utilitatis ſuper generalem. fo. 212. col. 1. nu. 6.
Orationis efficacia, & effectus. fo. 212. col. 4. nu. 8.
Orationes pro defunctis, quòd authoritate Chriſti fiant. fo. 214. col. 2. nu. 2.
Orationis dominicæ forma, & tenor. fol. 216. col. 1. nume. 5.
Orationibus ſanctorum miracula facta recenſentur. fo. 227. col. 4. nu. 4.
Orationes pauperum, quomodo ambiebat Ambroſius, & quare. fo. 228. col. 2. nu. 7.
Oratio alicuius ſancti, quòd ualeat, etiã ſi is, pro quo orat, non ſit iuſtus, contra Witcleff. fo. 228. col. 4. nu. 1.
Oratio ſanctorum, quòd proſit his, quorum uita eſt inualida ad uitam capiendam æternam. fol. 229. colum. 3. nu. 4.
Oratio, & ieiunium Cornelij centurionis notatur. fo. 37. col. 1. nu. 2.
Orationes fraternæ, q̃ expiationem obtineant ſceleruũ, & impetrent charitatem. fo. 206. col. 3. nu. 7.
Oratio Pontificis ad fores eccleſiæ dedicandæ. fo. 303 col. 4. nu. 5.
Oratoris improbi perſeuerantia collaudatur à Domino. fo. 40. col. 1. nu. 3.
Oratorum quòd non ſit eadem paritas oſtenditur. fol. 208. col. 3. nu. 4.
Ordinare preſbyterũ, quòd ſolis epiſcopis pertineat, contra Witcleff. fo. 120. col. 4. nu. 1.
Ordinare, aut Chriſmare, uel dedicare baſilicas, quòd non ſit poteſtas ordinis, ſed dignitatis ſacerdotij cõ ſummatæ. fo. 124. col. 3. nu. 4.
Ordinati, quomodo, & quibus uerbis à Pontifice prolatis accipiant poteſtatem ad remittendum peccata. fo. 129. col. 4. nu. 7.
Ordinatus à non epiſcopo, quomodo nõ habeatur pro ordinato: & ut ritè ordinetur, quòd ad ſuum curam rere debeat epiſcopum. fo. 123. col. 3. nu. 4.
Ordines quomodo fuerint multi in primitiua eccleſia contra Witcleff. fo. 73. col. 4. nu. 8.
Ordo docendi principatus, & ſummas poteſtates deſcribitur. fo. 13. col. 1. nu. 18.
Ordo epiſcopalis, quòd omnes inferiores ordines, & eorum poteſtates in ſe contineat. fo. 159. col. 4. nume. 6.
Ordo perfectorum religioſorum, quòd nõ poßit dici, quòd fuerit à puro homine factitatus. fo. 173. col. 1 nume. 5.
Oremus quomodo dicatur in Miſſa. Et ad quid. folio. 72. col. 2. nu. 11.
Organum diuinæ uocis quando fiat homa. fo. 46. col. 1. nu. 6.
Orientis prærogatiuæ deſcribuntur. fol. 77. col. 3. nume. 6.
Origenes notatur ab Epiphanio. fo. 17. col. 3. nu. 6.
Origenes oſtendit præſtantiam orationis, & operis. folio. 36. col. 1. nu. 8.
Origenes, quid pro cuſtodia diei feſti, quod Witcleuiſtæ contemnunt, notanter dicat. fo. 266. col. 1. &.

Digitized by Google

2.nu.1.&2.
Origenis dictum de castitate eorum, qui indesinens sacrificium debent offerre.fo.132.col.4.nu.4.
Origenis expositio super illud Apostoli, Et erit tempus cùm inuocabitis me, ego autem non exaudiam uos.fo.23.col.3.nu.11.
Osculandi mutuò ritus unde fluxerit.fo.91.col.1.nume.10.

P

PAcis osculum sacerdotis, & ministrorum se inuicem,refertur.fo.75.col.3.nu.2.
Pagani multi,quare nolint fieri Christiani secundùm Augustinum.fo.30.col.1.nu.3.
Pagani, qui precum sanctorum suffragia ambierunt, recensentur.fo.192.col.2.nu.4.
Pallium,& Pallij cõcessio primatibus.Et de illius origine. Et de quorundam præsulum præeminentia.fo.68.col.2.nu.15.
Panis,uinum,carnes,aut fructus,q̃ non habuerint primò suam benedictionem præter authoritatem domini ab episcopis introductam.fo.308.col.3.nu.1
Panis q̃ nõ maneat post cõsecrationẽ, nec panis dicatur,sed corpus appelletur.fo.90.col.2.nu.5.
Panis indiuisibilis diuiditur.fo.92.col.1.nu.2.
Panem nostrum quando oramus quotidiè dari nobis, quid intendendum est secundùm Chrysostomum.fo.308.col.4.nu.3.
Papa dictio,quomodo interpretatur.fo.82.co.2.nu.6
Papa, quare debeat esse primus in deprecatione præcunctis fidelibus.fo.82.col.2.nu.7.
Paracletus quòd non doceat mathematica.fol.6.col.2.nu.3.
Parentes quòd sint honorandi.Et quando contemnendi.fo.183.col.3.nu.1.
Parentum pro liberis sponsionis origo.fo.105.col.3.nu.6.
Participare meritis sanctorum,quid sit.fo.201.col.3.nume.7.
Participatio meritorum post obitum contra Lutherũ.fo.196.col.1.nu.6.
Paschalis festiuitatis præclara officia tangit Ambrosius.fo.307.col.4.nu.3.
Paschæ, & Pentecostes festa quomodo ab apostolis institutа dum uiuerent, & sicut instituerant dedicata.fo.265.col.3.nu.1.
Paruuli fidelium,quòd sint etiam baptizãdi aqua sensibili.fo.109.col.3.nu.6.
Pastores,& Magi,quòd peregrè primi uenerint adorare Saluatorem.fo.251.col.4.nu.4.
Pater noster in missa.fo.89.col.3.nu.1.
Pater,quòd quatuor modis per scripturas diuinas uocetur.fo.155.col.1.nu.14.
Pater qui sit dicendus. Et quare episcopus solus rectè uocetur,Pater.Et multa de superioribus, & inferioribus ibi.fo.161.col.1.nu.16.
Patres antiqui,& sacerdotes ecclesiæ, quomodo ex officio antiquo audiuerunt confessiones pœnitentiũ, absoluebant in remissionẽ peccatorũ, & cũ peccatoribus dispẽsabant.fo.138.co.1.nume.11.
Patres sancti, quomodo sint laudabiles, q̃ sanctitatis suæ consuetudinem, & regulam suis successoribus dereliquerunt.fo.175.col.4.nu.1.
Patres ueteres,& nouelli,supremi,& infimi,sancti,et peccatores,q̃ anhelauerint suffragia,ostenditur.folio.192.col.1.nu.3.
Patriarcharum,& apostolorum nomina,cur in Canone recitentur.fo.83.col.2.nu.13.
Patrini quot esse debeant.fol.98.col.4.nu.8.
Patrinis cur tradatur baptizatus.fo.108.col.2.nu.4
Patrinus,qui & Anadochus secundũ Dionysiũ.Et q̃d sit eius officium.fo.98.col.4.nu.7.
Paula laudatur à Hieronymo sancto de ipsius peregrinatione assidua ad sanctorum memorias. fo.253.col.4.nu.3.
Pauli assiduitas orandi per singulos dies, & noctes, notatur.fo.60.col.3.nu.3.
Pauli regula,quomodo cõmendat,ut cãtemus, & psallamus totis præcordijs.fo.63.col.1.nu.3.
Pauli uestimenta. Et quid de illis dicat Hieronymus.fo.187.col.1.nu.4.
Paulo sine ecclesia quòd non sit credendum.fo.4.col.3 nu.4.
Paulus quid uelit, cùm suadet continentiam uirginalẽ & uidualem.fo.2.col.2.nu.4.
Paulus quãdo superædificauerit aurum probatissimæ charitatis.fo.2.col.3.nu.10.
Paulus post Ascensionem domini de cælo uocatus, ecclesiæ credidit.fo.4.col.3.nu.3.
Paulus cùm esset subtilis philosophus, quare noluerit Corinthios inducere ad intelligentiam scripturarum per dialecticam.fo.6.col.3.nu.5.
Paulus,& Silas, quòd media nocte in carcere hymnũ Deo canebant.Et de duobus beneficijs Dei, quæ cãtibus Apostolorum euenerunt.fo.45.col.1.nu.9.
Paulus,quòd ordinauerit cantum.fo.45. col.3.nu.2.
Paulus,quòd uocaliter cantare docuerit.fo.45.col.3.nu.4.
Paulus quos habuerit ministros,cooperatores,& adiutorem.fo.160.col.3.nu.14.
Paulus, cur ad Hebræos se apostolum non scripsit.fo.161.col.2.nu.17.
Paulus,q̃ non recesserit à secta Pharisæorum, sed superstitione eorum abiecta,in eorum ritu,religiõe, & nomine se esse gaudebat.fo.177.col.1.nu.4.
Paulus, quomodo Epicureis, & Stoicis philosophis nũtiator nouorum dæmoniorum dictus, & quare.fo.182.col.4.nu.1.
Paulus q̃ notam auaritiæ nõ euaserit. Et quomodo de hac se purgauerit.fo.199.col.1.nu.2.

Digitized by Google

Paulus quomodo placuit omnibus.fo.199.co.2.nu.3
Paulus quomodo concedit Corinthios esse participes meritorum suorum moriendo,& uiuendo.fo.201 col.1.nu.3.
Paulus pro quibus pauperibus postulare non erubuerit.fo.203.col.2.nu.3.
Paulus purus homo, quomodo securauit fideles socios factos,& participes meritorum apostolicorum,cõtra Witcleff.fo.207.col.3.nu.9.
Paulus quomodo hospitium sibi præparari mandauerit.Et quòd fuerit celebre,& amplum,cõtra Witcleff.fo.279.col.2.nu.4.
Paulus quid fecerit, cùm circumiens Phana Atheniensium,reperisset inter ea arã,in qua erat scriptum, Ignoto Deo.fo.294.col.1.nu.3.
Paulus apostolus,quomodo constituerit uocales cãtus exercẽdos maximè psalmorũ, hymnorũ, & spiritualiũ cãticorum per famatissimas ecclesias Corinthiorũ,Colossensiũ,& Ephesiorũ.f.46.co.1.nu.7
Paulus quomodo modernũ ritũ in mysterijs sacræ missæ iã factum uniuersalẽ per orbẽ, prout à Christo, & ab apostolis ipse accepit,tradebat ecclesijs. fol. 67.col.1.nu.11.
Pauperes sancti,& religiosi præ cæteris nutriendi.folio.203.col.1.nu.2.
Pauperes,& inopes spiritu, q ad Deum pertineant. Et qui sunt pauperes spiritu secũdùm Augustinũ. fo.28.col.3.nu.3.
Pauperibus quibus præcipuè subueniendum.fo.168. col.1.nu.14.
Paupertatem quantùm præceperit Christus perfectis suprà perfectionem mandatorũ.fo.183.co.4.nu.4
Paupertas quæ,& quando reddat hominem perfectũ. fo.164.col.2.nu.9.
Paupertum duo genera,scilicet,pauperũ sanctorũ, & uulgarium egenorum.fo.202.col.4.nu.1.
Pax in diebus nostris. Et Pax domini.& c.fo.90.col. 3.nu.7.
Pax uobis à sacerdote,seu episcopo prolatum: fol.94. col.3.nu.2.
Pax ecclesiæ,quòd peccata dimittat. fo.135.colum.3. nu.5.
Peccatorũ retẽtio,q fiat uirtute clauiũ, sicut earundẽ uirtute fit remissio.fo.137.col.4.nu.9.
Peccatorum quòd sint disquirendæ circunstantiæ. fo. 141.col.3.nu.6.
Peccatũ ad mortẽ irremissibile. Et quãdo tale dicatur secundũ Augustinũ.fo.205.col.4.nu.4.
Peccatũ quibus modis soluatur.fo.139.col.1.nu.5.
Pelagij errore maculatus Witcleff notatur. fo.31.colum.3.nu.11.
Pelagij hæresis circa baptismum paruulorũ. fo.109. col.2.nu.2.
Pennæ alterius ad alterum sub firmamento directæ, quas Ezechiel commemorat,quid signent.fo.202. colum.3.nu.11.
Pepuziani hæretici assignantes mulieribus dominari, & sacra ministrare.fo.118.col.1.nu.4.
Peregrinari quid sit.fo.251.col.2.nu.1.
Perfectionis gradus,Et perfectum esse.fol.169.col.4. nu.18.
Perpetuũ quid.Et quomodo debeat intelligi. fo. 190. col.1.nu.3.
Perseuerantia bona usq; in finem, q nõ nisi orantibus datur.fo.21.col.3.nu.7.
Perseuerantiã in sancta uita, q diebus ac noctibus debeamus petere,& rogare.fo.21.col.3.nu.6.
Per dñm,& c.finis orationis.Et per Christum,quomodo præmittantur in fine collectæ.Et quare. fo.72. col.3.nu.12.
Per omnia secula seculorum.cur altè dicatur. fol.78. col.3.nu.6.
Petendum quid sit primò in oratione. fo.25.col.4.nume.17.
Petiliani hæretici diabolica superbia. Et quid de eo dicat Augustinus.fo.210.col.2.nu.7.
Petri primatus ostenditur.fo.159.col.2.nu.3.
Petrus solus coniugem habuisse certò scitur.fol.132. col.3.nu.2.
Petrus,& Paulus traduntur confessi. fo.140.colũ.1. nu.3.
Petrus,quòd tam primatum, quàm Capitaneitatem in signo sensibilis uerbi acceperit.fo.145.col.4.nu.8
Petrus cur attonsus,& cur alij. fo.157. col.1.nu.5.
Petrus,& Paulus quomodo prædicauerint Christum uirũ,de Deo nihil exprimentes. Et quare.fo.226. col.2.nu.3.
Petrus quomodo probauerit potestatem simul miraculi primus post Christum in Simone Mago,ad laudem euangelij.fo.245.col.1.nu.6.
Petrus, & Paulus quomodo in suis memorijs ultra sua premos Gentilium Deos auxiliabantur Romanæ reipub.& suis rebus.fo.257.col.3.nu.2.
Phariſaicũ superciliũ de cõfidendo in propria iustitia operũ,q sit dimittendũ,& ad orationis hominis Publicani officiũ attendendũ. fo.31.col.4.nu.13.
Phariſæi uerba oranis ad disciplinam Witcleff documentis,conferuntur.fo.30.col.1.nu.4.
Phariſæus quare à domino damnatur, & Publicanus exaudiatur.fo.28.col.2.nu.2.
Phariſæorum fimbriæ spinosæ.fo.177.col.2.nu.5.
Philippus euãgelista.Et quare sic appellatus.fo.270. colũ.1.nu.5.
Picturis sanctis, aut reliquijs quòd communicet Deus uirtutem,non autem numen.Et quid sit Numen.fo 301.col.3.nu.5.
Pœnæ per sacerdotem taxatio contra Witcleff. fol. 137.col.4.nu.10.
Pœnitentia triplex.fo.139.col.1.nu.4.
Pœnitentiæ sacramentum.Et quid de eo dicat hæreticus

cus Witcleff, arguendo. fo. 134. col. 4. nu. 1.
Pœnitentiæ sacramentum quod sit reiterabile. fo. 135 col. 4. nume. 7.
Pompæ diaboli quæ sint. fo. 104. col. 2. nu. 7.
Polycarpus martyr, quomodo tendens ad martyriū, in oratione sua de singulis memoriam fecerit. foli. 211. col. 3. nu. 3.
Populus quid orare debeat, quando sacerdos conuertit se ad populum, dicendo, Orate pro. &c. fol. 78. col. 2. nu. 2.
Postulationes quæ sint. fo. 80. col. 3. nu. 7.
Potestas ligandi & soluendi, quòd non Petro tantùm, sed in Petro ecclesiæ data erat. fo. 4. col. 2. nu. 4.
Potestas ordinis quòd sit æqualis, quomodo debeat intelligi. fo. 124. col. 3. nu. 3.
Præceptis salutaribus moniti audemus dicere. uerba posita ante orationem dominicā. fo. 90. col. 1. nu. 3.
Præceptorū diuinorū inuersio. fo. 284. col. 1. nu. 1.
Præceptum antiquorum, q̄ semper sit cōgruentius nō solum de fide, sed in quolibet tractatu sanctæ uitæ. fo. 7. col. 3. nu. 4.
Præcursoris iubilus in occursu Saluatoris. Et quid sit Iubilus. fo. 34. col. 3. nu. 8.
Prædicatio nouis sacerdotibus ab antistite facta. foli. 130. col. 1. nu. 9.
Prædicatio, quomodo inter celebrandum post packs osculum fiat secundū Dionysiū. fo. 75. col. 3. nu. 4.
Prædicatio tabularū quid sit. fo. 90. col. 4. nu. 9.
Prædicare, q̄ nō omnibus sit cōcessū. fo. 75. co. 4. nu. 8
Prædicata à Christo, & apostolis, quòd nō sint omnia scripta. fo. 126. col. 4. nu. 3.
Prædicatores, quòd debeant à præpositis ecclesiarum examinari. fo. 76. col. 1. nu. 9.
Præfatio in missæ officio ad quid fiat à sacerdote in ingressu precis solennis. fo. 78. col. 4. nu. 10.
Præfatio in ordinatione presbyteri adducitur, ad probandum presbyteros, & pastores secundi ordinis esse opitulatores, & cooperatores summorum præsulum. fo. 159. col. 2. nu. 2.
Prælati licèt iniusti, quod sint ecclesiæ membra. folio. 146. col. 4. nu. 6.
Prælatorum merita. fo. 163. col. 3. nu. 4.
Præsciti, quòd possint emendari, & salui fieri. fo. 205 col. 4. nu. 3.
Præscitū non posse saluari, quomodo probent hæretici. fo. 195. col. 1. nu. 1.
Præscitus quòd sit nullus dum uiuit. fo. 194. colū. 3. nume. 6.
Præsulibus quæ deceant. fo. 212. col. 3. nu. 7.
Pragensium Witcleuistarū error circa officium missæ. fo. 65. col. 2. nu. 3.
Precandi, seu orandi ordo. fo. 81. col. 4. nu. 3.
Precationes, seu obsecrationes, quæ dicantur. fol. 80. col. 2. & 3. nu. 5.
Preci quòd sit innitendum, cùm recta agimus, secundùm Gregorium. fo. 34. col. 1. nu. 1.
Precum solennium uerba superædificata, quod à uerbis euangelij non sint diuersa, nec à fundamento apostolorum aliena, sed consona. fo. 3. col. 1. nu. 16.
Presbyteri, quòd non nisi ab Episcopis fuerint creati, etiam in primitiua ecclesia. fo. 121. col. 4. nu. 7.
Presbyteris manus q̄ ungantur sicut Episcopis. Et quare. Et unctio capitis quare ad Episcopum specialiter pertineat. fo. 129. col. 3. nu. 4.
Professio religionis, quòd sit secundum baptisma, delēs omnia peccata, & lumen conferens. Et unde meruerit hanc prærogatiuam, ut secundum baptisma nū cupetur. fo. 157. col. 4. nu. 8.
Professio quomodo apostolica lege orationibus solennibus consecratur. fo. 158. col. 1. nu. 9.
Professor simplicis mandati, & Professor consilij quā tùm distent. fo. 147. col. 4. nu. 3.
Prophetare, uirtutes facere, & dæmonia eijcere, quomodo possint etiam mali. fo. 245. col. 3. nu. 7.
Propositum quòd non liceat nobis mutare, licèt dignitatem propositi perdiderimus. fo. 179. col. 2. nu. 8.
Prouerbium in rectos à fœminis. fo. 120. col. 2. nu. 9.
Prudens homo quis dicatur. Et q̄ Prudentia sit futurorum prouidentia. fo. 195. col. 4. nu. 3.
Psallendi disciplina monachorum, quam commendat Ambrosius, quòd non dissonet cultui Christiano. fo. 62. col. 4. nu. 2.
Psallendi usus, unde imolescere cœperit. fo. 53. col. 4. nu. 8.
Psalmista quare dixerit, Media nocte surgebam. &c. fo. 62. col. 1. nu. 12.
Psalmodia quòd cum magna delectatione sit agenda. Et quomodo refert à Dei laudibus uitiosos cantus excludere. fo. 63. col. 1. nu. 4.
Psalmodiam ecclesiæ unde inceperit Hieronymus. fol. 70. col. 4. nu. 3.
Psalmus, & Hymnus, an sint idem. fo. 45. col. 3. nu. 3
Publiæ fœminæ factum contra Iuliani Cæsaris apostatæ impietatem. fo. 44. col. 2. nu. 4.
Puerorū laus ore deprompta, quòd fuerit oratio perfecta. fo. 34. col. 3. nu. 7.

Q

QVarta pars missæ. fo. 94. col. 2. nu. 1.
Quæstiones Witcleuistarum circa suscipientem ordinem, & circa ordinantē, recēsentur. fo. 117. col. 2. nu. 1.
Quæstus gratia an religiosi conferant literas communicationis meritorum. fo. 199. col. 1. nu. 1. & per totum. cap.
Qui pridie. fo. 84. col. 4. nu. 5.
Qui uos spernit, me spernit, quibus dictum sit à domino. Et quid super hoc dicat Cyprianus. fo. 11. col. 2. nu. 4. 5. & 6.
Quomodo frustra roges pro indigno. f. 230. c. 4. n. 4

Digitized by Google

R

Rabanus, quid dicat ſuper dictum Chriſti, Munda priùs quod intus eſt. & c. fo. 10. co. 3. nu. 7

Rationale pontificis. fo. 128. col. 3. nu. 9.

Regeneratus quòd non regeneret filios carnis, ſed generet. & c. fo. 111. col. 1. nu. 2.

Regula quædam notanda, pro cauenda, & abijcienda doctrina Witcleff hæretica. fo. 31. col. 1. nu. 9.

Regulæ duæ Chriſtianorũ perfectorũ, & inferiorum contra Witcleff. fo. 174. col. 4. nu. 5.

Regularis integritas quid ſit. fo. 168. col. 2. nu. 15.

Religionis profeßio, quòd ſit latria exhibita Deo, probatur. fo. 168. col. 2. nu. 1.

Religionis præconia. fo. 180. col. 2. nu. 13.

Religio omnis Chriſtiana, q̃ ortum habeat à cruce, cõtra cuius cultores uociferatur cum Iudæis Witcleff. fo. 180. col. 4. nu. 1.

Religio etiam ſi noua ſit, & ita calumnioſè ab Witcleff dicatur, quòd non ſit iniuria, oſtenditur. fol. 182. col. 1. nu. 2.

Religio quòd ſit in Chriſto fundata, & antiqua Dei hæreditas, contra Witcleff. fo. 182. col. 1. nu. 3.

Religionis obſeruantia, q̃ nõ ſit cõtra honorẽ parẽtũ aduerſus Witcleff. fo. 183. col. 3. nu. 1.

Religio perfectorũ quæ ſit. fo. 183. col. 4. nu. 3.

Religionẽ perfectam à Chriſto domino Deo & homine per Apoſtolos & euãgeliſtas inſtitutam, & auctam eſſe probatur. fo. 175. col. 1. nu. 7.

Religio quare ſchola uirtutum dicatur. fo. 174. col. 3. nu. 4.

Religio q̃ contra dæmones bellũ aſſumpſit acerrimũ, & ille aduerſus illam. fo. 164. col. 4. nu. 11.

Religio duplex. fo. 148. col. 1. nu. 4.

Religio uoluntariorum, quòd anteponatur, & excedat in numero religionem ſimplicium mandatorũ. fo. 148. col. 3. nu. 7.

Religionem à teneris ingreſſus laudatur. fo. 150. col. 4. nu. 1.

Religionis diſſuaſores arguuntur. fol. 151. colum. 1. nu. 2.

Religionis perfectorum ſchola in clauſtro unde fuerit traducta. fo. 174. co. 1. nu. 1.

Religio ſpecialis Iſraël, non tã armis, & manu, q̃ ſanctis oratiõibus hoſtes proſternere. fol. 36. colum. 2. nu. 10.

Religioſi, & clerici, quid alteri alteris deferant. fol. 171. col. 4. nu. 22.

Religioſus uir, & fortis, quomodo prophetæ monitu debeat regulariter ſurgere, & media nocte præcipuè uigilare. fo. 59. col. 1. nu. 4.

Religioſo uiro, quòd in conuentu ſit ſimpliciter amplectenda precum obſeruantia media nocte, cæterisq; publicis. Et quòd idem dicendum ſit de omni clerico. fo. 62. col. 4. nu. 1.

Religioſorum clandeſtinæ orationes ex Hieronymo notantur. Et quomodo antiquior uſus hoc habebat in uſu, quod habet modò. folio. 150. colum. 1. nume. 2.

Religioſorum uita, & conuerſatio, quomodo multùm optabatur à iam epiſcopo Chryſoſtomo. fo. 164. colum. 4. nu. 10.

Religioſorum quorundam habitus deſcribitur, & ſermo. & c. Et de alijs eorum obſeruantijs. fo. 166. col. 2. nu. 13.

Religioſorum uana excuſatio. fo. 169. colum. 1. nume. 17.

Religioſorum laus. fo. 171. col. 3. nu. 21.

Religioſorum eſſe prædicare, demonſtratur. fol. 208 col. 4. nu. 6.

Religioſo q̃ non liceat religionis propoſitum, quod ſemel accepit, dimittere. fo. 178. col. 4. nu. 4.

Religioſus uir quomodo ante profeßionem ſit de familia Chriſti, non aũt de miniſtris. Et quid ſi promiſit, & recedat. fo. 178. col. 3. nu. 3.

Religioſi, & fideles Chriſtiani, quibus ſint odor mortis in mortem, & fœtentes merdæ, & apoſtemata, & uenenum. fo. 181. col. 2. nu. 4.

Reliquiæ patrum legis ueteris, quare templo non inſerebantur, & altaribus. fo. 305. col. 4. nu. 1.

Reliquiæ ſanctorum, quòd debeant eſſe cooopertæ, & à tactu uulgi fidelium remotæ. fol. 306. colum. 4. nume. 6.

Reliquiæ ſanctorum uſuales, quæ locis ſanctitatẽ reddunt, recenſentur. fo. 307. col. 1. nu. 7.

Reliquiæ cur honorandæ. fo. 237. col. 4. nu. 5.

Reliquiæ quomodo ſint inferendæ, & collocandæ in dedicatione eccleſiæ, uel altaris. fo. 304. column. 3. nume. 1.

Reliquiæ ſanctorum quomodo debeant uenerari contra Witcleuiſtas. fo. 304. col. 4. nu. 2.

Reliquiarum, aut rerum ſanctarum triplici conſideratione diſtinctio. fo. 236. col. 3. nu. 1.

Reſpicere poſt aratrum, qui dicantur. fo. 179. col. 1. nu. 6.

Reſponſio ad Armachanum, dicentem ſecundum ſacerdotem in lege conſtituere ſummum Pontificẽ. & c. fo. 122. col. 1. nu. 8.

Reſponſio ad Witcleuiſtas, qui cauſantur, quòd populus ignoranter adorans imagines, incidit, in idolatriam. fo. 294. col. 3. nu. 8.

Reſiſtendum quòd ſit Witcleff, & alijs hæreticis fortiter à religioſis, & Chriſtianis ſacerdotibus. foli. 181. col. 3. nu. 5.

Reſponſoria, quòd ſint grauitatibus lectionum adhibenda. Et qui primò ſtatuerint ea. fo. 49. col. 4. nume. 7.

Reſponſorium, quod Graduale uocant, quomodo ſequatur poſt lectionem. fo. 73. col. 2. nu. 3.

Reuereri, Honorare, Laudare, Glorificare, Adorare, quo-

Digitized by Google

quomodo differant. fo. 234. col. 2. nu. 4.
Ritus sacros, & sacramentales obseruantias quomodo iubemur reuerenter, ut traduntur, tenere. &c. fo. 99. col. 1. nu. 1.
Ritus sacramentales, quòd sint antiqui, licèt non omnes scripti. fo. 116. col. 1. nu. 2.
Romam peregrè proficisci, laudat. fo. 254. col. 2. nu. 5.
Romanorum fides, quã præcipuè monstrabant circa uisitationem sepulchrorum martyrum. &c. laudatur. fo. 254. co. 1. nu. 4.

S

Sabbati celebratio sub præcepto figurato est. fol. 263. col. 3. nu. 5.
Sacerdotes omnes quodammodo Christiani, quòd mẽbra sint unius sacerdotis. fo. 119. col. 2. nu. 2.
Sacerdos Willelmus uxoratus. fo. 130. colum. 3. nume. 4.
Sacerdos summus, quòd sacerdotes minores instituat: sacerdos autem minor parem sibi non ordinet. fol. 123. col. 3. nu. 3.
Sacerdos ordinandus, quòd ab ordinatore suo uestibus debeat indui. fo. 127. col. 4. nu. 1.
Sacerdos simplex sacerdotem non creat. fo. 121. col. 2. nu. 5.
Sacerdos in quibus sit domini uicarius, ostenditur. fo. 136. col. 4. nu. 3.
Sacerdos quare orat salem ponens in ore baptizandi, & saliuam in aure. fo. 102. col. 1. nu. 7.
Sacerdos quare nominetur ante matrem à diuo Paulo. fo. 117. col. 4. nu. 2.
Sacerdotibus quòd non sit liberum canere, uel dicere quod uelint in choro, aut omittere quod nolint. fo. 53. col. 2. nu. 4.
Sacerdotis ordinandi ad altare adductio, & eiusdem episcopo præsentatio. Et quid hoc significet. folio. 130. col. 2. nu. 1.
Sacerdotis inferioris, & episcopi distinctio in ecclesia temporibus sancti Petri, & euangelistæ Marci satis notanda. fo. 53. col. 3. nu. 6.
Sacerdotis officium circa solennia sacræ missæ, unde sumit initium. fo. 67. col. 2. nu. 1.
Sacerdotis ad introitum pro celebratione missæ quare resonat omnis chorus in uoce exultationis. &c. fo. 70. col. 3. nu. 1.
Sacerdotis oranuis in missa cautio. fol. 83. column. 1. nu. 10.
Sacerdotium quàm grande, & sanctum. fo. 170. col. 2 nu. 19.
Sacerdotũ contemptores, quòd peiores sint, quàm Dathan, & Abiron. fol. 119. col. 4. nu. 5.
Sacerdotum, Pontificum, scilicet, & minorum arguere paritatem, quia olim omnes uno nomine sacerdotes, aut in commune presbyteri uocabantur, quàm parum faciat, ostenditur. fo. 124. colum. 4. numero. 5.
Sacerdotum in consecratione manuum impositio super hostiam in patena, & calice, quid designet. fo. 129. col. 3. nu. 5.
Sacramentum dominici corporis, quòd non sit communis cibus, sed sanctum sanctorũ. &c. fol. 86. col. 3. nu. 3.
Sagarelli hæretici error, quòd ecclesia consecrata non plùs ualeat ad orandum, quàm stabulum porcorum. &c. Et quomodo cum eo conuenit Witcleff. fol. 268. col. 4. nu. 1.
Salis exorcismus. Et quare dabatur cùm baptizabantur plures adulti in primitiua ecclesia. fo. 101. colum. 3. nu. 4.
Salis exorcizati mysteria, atq; bona describuntur. fo. 101. col. 3. nu. 5.
Saliua quare tanganeur nares & aures baptizandi. Et de eius efficacia. folio. 102. columna. 3. numero. 11.
Saluator, quòd specialiter orauerit pro Petro, & postèa etiam pro Apostolis. fol. 211. columna. 3. nu. 4.
Salutatio perfectiua quid. folio. 130. columna. 2. nume. 10.
Samuel quòd fuerit sacerdos, probatur. fol. 160. col. 2. nu. 10.
Sanguis, quòd etiam sub specie panis sumatur. fol. 93. col. 4. nu. 4.
Sancti defuncti, quòd sint honorandi, non adorandi. folio. 248. col. 4. nu. 4.
Sancti quòd ubique sint honorandi. Et quomodo secũdùm ueritatem non possint deesse sepulchro, cõtra Witcleff. fo. 250. col. 1. nu. 2.
Sancti uarij, quòd uaria conferant. fo. 267. colum. 2. nume. 8.
Sancti qualiter aliqua ratione possint orari ut orent, quanuis ab orando non cessent, contra Guillelmum album hæreticum. fol. 224. colum. 4. numero. 2.
Sancti uiri, quòd possint suis precibus Deo resistere: & quòd Deus posit ab hoc, quod statuit, sanctorũ precibus retineri, contra Witcleff. fol. 227. col. 2 nume. 2.
Sancti, quòd non sint qualitercunque salutandi, sed honorandi, & magnificè ueneranai, imò congruentiùs adorandi. fo. 233. col. 3. nu. 2.
Sanctitas triplex describitur. fol. 119. colum. 4. numero. 6.
Sanctorum oratio quàm efficax, quàmq; potens sit coram Deo. fo. 227. col. 3. nu. 3.
Sanctorum intercessio demonstratur cõtra Witcleff, qui sanctorum orationes pro nobis contemnit. fol. 35. col. 3. nu. 4.

Digitized by Google

Sãctorum memoria, quòd non ſit parum utilis, ut quis exaudiatur. fo. 84. col. 1. nu. 18.
Sanctorum cum ſanctis comparatio ex Chryſoſtomo. fo. 165. col. 4. nu. 12.
Sanctorum preces quantum poßint apud Deum. foli. 228. col. 3. nu. 8.
Sanctorũ honorandorũ ordo deſcribitur. fo. 234. col. 4. nu. 7.
Sanctorum primus, & præcipuus honor quis ſit. fol. 239. col. 4. nu. 1.
Sãctorum inter homines ſepultorum utilitas. fo. 258. col. 3. nu. 5.
Sanctos interpellandi quãta ratio. fo. 223. col. 4. nu. 3
Sanctos quomodo non colimus ut Deos, neq; pro dijs eos habemus, ſed ut Dei amicos. fo. 248. colum. 2. nu. 3.
Sãctum ſanctorum Chriſtus, & altare, Chriſti corpus hoſtia, Chriſtus ipſe ſacerdos æternus. fo. 87. col. 1 nu. 7.
Saul, quòd noluerit obedire Samuelis imperio, culpatur. Et multa de obedientia, quæ ſuperioribus, & prælatis etiam dyſcolis debetur. fo. 153. col. 1. nume. 4.
Saul in regni primordio quòd cœperit pſallere cũ prophetis, quid denotet. fo. 55. col. 3. nu. 3.
Saulus oratione triduana iam facta, Ananiæ commendatur de cælo. fo. 42. col. 4. nu. 9.
Scarabei more quomodo clamauit Chriſtus. fol. 238. col. 2. nu. 4.
Scientia bonæ fidei. fo. 230. col. 3. nu. 2.
Scõma in uicarium perpetuum relatum. fo. 190. col. 1. nu. 2.
Scripta quomodo nõ omnia, quæ nobis tradita ab apoſtolis. fo. 77. col. 4. nu. 7.
Scripta quòd non ſint omnia, quæ ad ſacramenta pertinent, contra Witcleff, & eius ſequaces. fol. 96. col. 2. nu. 1.
Scriptoris catholici opus quale debeat eſſe. fo. 137. colum. 3. nu. 6.
Sebboleth quomodo interpretetur. fo. 79. col. 4. nu. 1.
Sectæ quatuor, in quas inuehitur Witcleff, & fœtentes dicit, quæ ſint. fo. 181. col. 1. nu. 3.
Senſus quomodo in Euchariſtia fallunur. fo. 92. co. 2. nu. 4.
Septenarij perfectio. fo. 160. col. 1. nu. 7.
Sepulchra mortuorum quomodo dicuntur uel memoriæ, uel monumenta, & quare. Et quomodo has ſanctorum memorias deprauat Witcleff. fo. 253. col. 4. nume. 2.
Sepulchri dominici ornatus deſcribitur. Et quomodo illuc multi fideles deuoti ad adorãdum confluebãt. fo. 250. col. 3. nu. 1.
Sepulchri Chriſti forma. fo. 273. col. 4. nu. 2.
Sepulchrum Mariæ in medio uallis Ioſaphat. fo. 250 col. 4. nu. 2.
Sepulchrum Ioannis baptiſtæ, & quomodo oſſa eius fuerunt cremata. Et de crebro illuc fidelium cõcurſu. fo. 251. col. 1. nu. 3.
Serapis Aegyptiorum Deus, qui priùs & Apis appellatus. fo. 249. col. 1. nu. 5.
Seruitus uoluntaria, quòd ſit abiectior, quàm coacta. fo. 131. col. 1. nu. 6.
Sibylla pagana quid in laudem ſanctæ Crucis exclamauerit. fo. 296. col. 2. nu. 5.
Signum crucis quomodo apparebit in cælo, quũ dominus ad iudicandum uenerit. Et cur Chriſtus cũ cruce ueniet. fo. 295. col. 4. nu. 3.
Silentij commendatio. fo. 150. col. 2. nu. 4.
Silentium primum in miſſa. Et quid denotet. fo. 78. colum. 2. nu. 3.
Silentium ſecundum in miſſa. Et quid notatur per ipſum. Item & de tertio ſilentio. fo. 78. colum. 3. nume. 5.
Silentium Pythagoricum notatur ex Ambroſio. foli. 150. col. 2. nu. 5.
Solis imago, & currus ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus, & fictus. fo. 282. col. 2. nu. 1.
Solitudo claustralis. fo. 155. col. 2. nu. 2.
Spiritualis perfectionis omnium religionum in eccleſia urbis terrarum uarietas, unde deſcenderit. foli. 176. col. 2. nu. 3.
Spiritusſanctus, quòd uariè afficiat hominem, demonſtratur. fo. 290. col. 3. nu. 3.
Spiritusſanctus quòd per partes non detur. foli. 129. col. 4. nu. 8.
Standum quòd ſit interdum laico tempore celebrationus. fo. 78. col. 1. nu. 11.
Stare quid ſit. Et qui dicantur ſtare. fo. 312. colum. 2 nume. 2.
Statuarij, & Idololatræ hæretici ab Ezechiele demõſtrantur. fo. 292. col. 1. nu. 4.
Stephani oratio, quòd fuerit à Deo exaudita pro Saulo. fo. 228. col. 4. nu. 2.
Stephani Canonizatio. fo. 241. col. 4. nu. 1. Et. fo. 246 col. 1. nu. 4.
Stola, quæ & orarium dicitur, quintum indumentũ. Et quid denotet. fo. 67. col. 4. nu. 9.
Stola immortalitatis denotata per ueſtem candidã baptizato traditam. fo. 107. col. 4. nu. 2.
Suffragia fratrum religioſorum. fo. 190. colũ. 4. nume. 5.
Suffragia defunctorum quòd proſint patronis defunctis iam damnatis ad damnationem mitiorem. foli. 215. col. 3. nu. 4.
Summi Pontificis in lege ueteri conſecrationis ritus deſcribitur. Et in quo diſtabat ab alijs ſacerdotibus oſtenditur. fo. 124. col. 1. nu. 2.
Superædificia quæ ſint. fo. 2. col. 4. nu. 12.
Superædificia quòd liceat alijs conſtruere poſt prædicationem apoſtolorum, dumtaxat in doctrina, & fide

Digitized by Google

de.fo.2.col.4.nu.13.
Superbumerale iungendum esse rationali, quid denotet.fo.20.col.4.nu.2.
Sursum corda, ad quid dicat sacerdos in missa ante præfationem.fo.78.col.3.nu.8.
Symbola secundum Dionysium, quòd sint panis, & uinum, quæ altari superponuntur.fo.84.col.2.nu.2
Symboli acceptio. Et quid sit.fo.108.col.3.nu.5.
Symboli, & orationis dominicæ secũdùm usum Christi, & apostolorum antiqua à fidelibus obseruatio. fo.51.col.2.nu.7.
Symboli, & orationis dominicæ iniunctio, atq; traditio.fo.102.col.4.nu.13.
Symboli articulos quare cõmiscuerit sigillatim cũ immersionibus Ambrosiana ecclesia.fol.106.colũ.4. nume.7.
Symbolum quare priùs fuerit datum, & non oratio. fo.23.col.3.nu.9.
Symbolum ut sequatur post orationem dominicam, quomodo obseruat ecclesia: licèt in uia generationis ad fidem primò habeant fideles discere Symbolum, & pòst orare secundùm Augustinum.fo.51. col.2.nu.8.
Symbolum quomodo in missa sequatur post euangelium. Et q. Ecclesia nunc utitur Symbolo Nicæno, anteà uerò utebatur apostolico. Et quid de eo dicat Isidorus.fo.73.col.3.nu.6.
Symphonia quid sit.fo.47.col.4.nu.1.
Syriæ, atq; Aegypti reges contendentes de regno, quomodo auxilium, & amicitiam Ionathæ expetebant. Et quid hoc signat.fo.201.col.4.nu.8.

T

Taboritæ Pragenses, quid pro completa missa pronuncient.fo.2.col.2.nu.3.
Tactus nudus quòd non faciat rem adorabilem.folio. 237.col.3.nu.4.
Talio charitatis.fo.201.col.2.nu.5.
Teclam à Christo Deo sacratam esse, & professam fuisse uirginitate perẽni sub manu Pauli, quòd omnes scripturæ resonẽt. Et quid de uirginitate dicat Faustus.fo.184.col.4.nu.3.
Te igitur clementissime. &c. ut est in Canone missæ, exponitur.fo.79.col.4.nu.3.
Te petimus. Et supplices te rogamus. &c.fo.86.colũ. 3.nu.4.
Templa, idola, luci. &c. si potestate data euertuntur, quomodo nõ possint in usus priuatos, & proprios conuerti.fo.70.col.1.nu.9.
Templi ædificatorem quomodo Christus dilexerit. folio.269.col.4.nu.3.
Templum cõmune patri, & filio.fo.269.co.3.nu.2.
Tempora quæ obseruanda.fo.265.col.4.nu.5.
Testamenti noui Laus. Et quomodo tenenda est nobis Christiana religio, & ecclesiæ eius communicatio, quæ catholica est. &c.fo.99.col.3.nu.4.
Theodosius princeps Augustæ memoriæ, ab Ambrosio sanctus enuntiatur. fo.243.co.4.nu.3.
Timotheus, & primæui, quomodo tenebant formam baptizandi cum renuntiatione Satanæ, ex apostolica traditione.fo.104.col.1.nu.5.
Tonsura quid sit in clericis. fo.128.col.1.nu.4.
Tonsura clericalis. Et quid designet. fo.156.colũ.4. nume.3.
Trinitatis in tribus hominibus figura ostenditur. fol. 290.col.2.nu.2.
Trinitatis imaginem quomodo gratia rei demonstrandæ uidere habent simplices.fo.290.col.3.nu.5.
Trinitati quòd nõ adsint omnia, sed ipsa omnibus adsit.fo.26.col.2.nu.9.
Trinitatis adoratio per Kyrie eleyson denotatur. fol. 71.col.2.nu.6.
Trinitas quòd probetur, cùm ter Sanctus canitur. fol. 78.col.4.nu.11.
Triticum, & Lolium, de quibus in euangelio, quid denotent.fo.10.col.2.nu.2.
Tubæ duæ argenteæ ductiles describũtur, Et ad quid. fo.75.col.4.nu.7.

V

Vacua opera quæ dicantur. fo.246.col.4.nu.3.
Valdenses hæretici.fo.217.col.3.nu.3.
Valdensium errorem, quòd festa sanctorum nõ sint celebranda, quomodo sequitur Witcleff, & confutatur.fo.259.col.2.nu.1.
Vasa sacra qualiter conseruanda. Et quomodo nunquàm exire iubentur de templo, sed semper esse in sanctis.fo.69.col.4.nu.5.
Verbum Dei, quòd sit passim seminandum. fol.194. col.2.nu.5.
Verè dignũ, & iustũ est, quomodo à sacerdote canitur in missa.fo.78.col.4.nu.9.
Vestes domini, & sacerdotis celebrantis describuntur. fo.67.col.2.nu.2.
Vestigia pedum Christi, quomodo ab Apostolis adorata. Et quid de eis dicat Sulpitius.fo.252.colum.3. & 4.nu.9.
Vestimẽta ecclesiastica quomodo debeant esse sacrata, & honesta, & in templo.fo.69.col.4.nu.6.
Vestis candida baptizati, qua induitur post sanctum lauacrum, & chrismatis iunctionem, quid denotet.fo.107.col.3.nu.1.
Viduarum electio. Et quare eligebãtur ut diaconissæ. fo.118.col.2.nu.7.
Vigilandũ quòd sit media nocte, quõ solerter moneat, instet, & hortetur Ambrosius. fo.61.col.3.nu.10
Vigilãtius hæreticus, qui & Dormitãtius à Hieronymo appellatur, quem sequitur Witcleff, quomodo fuerit primus, qui contra uigilias sacras disputauerit. fo.58.col.3.nu.1.

Digitized by Google

Vigilãtius hæreticus de ſemine Conuenarũ natus. Et unde Conuenæ dicti. fo. 217. col. 2. nu. 2.
Vigilantius, & eius ſequaces, qui dicebãt ſanctos poſt obitum non poſſe orare pro uiuis, confutantur. fo. 224. col. 1. nu. 1.
Vigilia una quomodo tres horas habeat. Et ſic nox habet quatuor uigilias, quas à tempore Chriſti obſeruauit eccleſia. fo. 57. col. 1. nu. 3.
Vigiliæ quatuor deſcribuntur, quas ſtationes Iſidorus appellat. fo. 57. col. 1. nu. 2.
Vigiliæ tres nocturnæ mediæ noctis ab initio Synagogæ iußione domini per trinas ſemper horas à ſe diſtantes, quas in exemplum traduxit mater eccleſia, deſcribuntur ab Auguſtino. fo. 62. col. 2. nu. 15.
Vigiliam corporalem qualiter nobis exemplarit Chriſtus, frequẽter in oratione pernoctans, totamq; noctem ducens inſomnem. fo. 59. col. 4. nu. 8.
Vigilias noctũ continuas quomodo fecerit Paulus orãdo. &c. fo. 60. col. 3. nu. 2.
Vincentij cuiuſdam error circa baptiſmum. fo. 109. col. 2. nu. 3.
Virginitas quare maiori præmio coronetur. fo. 2. col. 2. nu. 7.
Virginum profitentium nuptiæ. fo. 156. col. 3. nu. 1.
Virginum bona recenſentur. fo. 164. col. 2. nu. 8.
Vita in præceptis, quòd ſit bona, ſed inutilis ad cumulum præmij. fo. 147. col. 4. nu. 2.
Vita omnis bona, quòd eſt ſanctis precibus præeunda. fo. 21. col. 2. nu. 4.
Vita ſancta, & oratio, quòd ſic ſint commiſta, ut ſe ſemper amplectantur mutuò. fo. 21. col. 3. nu. 8.
Vita hominis actuoſa, quòd antecedenter, & conſequẽter ſit precibus inuoluenda. fo. 22. col. 1. nu. 4.
Vita æterna quòd detur pro meritis, ſi cũ meritis numeremus & gratiam, ſine qua nec ipſa ſunt merita, quia nec Dei dona. fo. 32. col. 2. nu. 1.
Viuere quòd liceat de altario, oſtenditur. fo. 199. col. 3. nu. 4.
Viuere quòd rectè nouit, qui rectè nouit orare. fo. 21. col. 4. nu. 9.
Viuere qui fecit, docuit & orare. fo. 21. colum. 4. nume. 10.
Vnctio in baptiſmo. Et quomodo à primæuis ſit ſeruata eccleſiæ. fo. 104. col. 3. nu. 1.
Vnde & memores. &c. fo. 86. col. 1. nu. 1.
Vnguenti ex quatuor ſpecibus aromatum confectio. Et quomodo nil plus balſamo noſtro deſignet. fol. 115. col. 4. nu. 11.
Vnitas epiſcopalis eccleſiæ probatur à Cypriano. fo. 159. col. 2. nu. 4.
Voluntas plena confitẽdi, quòd ſit neceſſaria uerè pœnitenti. fo. 135. col. 2. nu. 3.
Voluntas Dei in lege. fo. 195. col. 4. nu. 4.
Voluntatis profeßio quando ex incremento fidei eſt. fo. 3. col. 1. nu. 15.
Vota parentum, quòd proſint liberis. Et quanta uis ſit in uotis parentum. fo. 151. col. 4. nu. 3.
Vota etiam inconſultè facta, quomodo non ſine magna formidine temerantur. fo. 178. colum. 4. nu. 6. aliàs. 5.
Votum parentelæ, an ſit conſequuturũ effectum, oſtenditur. fo. 152. col. 2. nu. 4.
Votum, quòd libertatem auferat. fo. 131. col. 3. numero. 8.
Votum ſimulatum quomodo obliget. fo. 131. colũ. 3. nume. 9.
Vouere Deo quòd liceat, contra Witcleff. fo. 147. colum. 2. nu. 1.
Vox cãtus in eccleſia qualis eſſe debeat. Et quibus magis prodeſſe poſſet uox ſubmiſſa, quàm alta. fo. 46. col. 4. nu. 13.
Vox ſonora, uel alta, in laude Dei plena, quòd ſit Deo placita. fo. 48. col. 4. nu. 6.
Vtilitates noſtræ omnes, quòd ſint in medium conferẽdæ, ut adiuuemus alterutrum. &c. fo. 201. colũ. 3. nu. 6.
VVitcleff, quomodo utendo fallaci, & amphibologico argumento, dißipet orationes ſacras, uigilias noctis, miſſas, & aliorum ſacramentorũ ſolennes preces. &c. fo. 3. col. 1. nu. 14.
VVitcleff, quòd more beſtiæ in apocalypſi deſcriptæ, gerat cornua teſtamentorum uelut agnus, ſed loquitur uelut draco. Et quid de hoc dicat Auguſtinus. fo. 3. col. 3. nu. 3.
VVitcleff corrũpit ſcripturas, & Dei leges præſumptionibus ſuis peßimè uitiat. fo. 6. col. 1. nu. 5.
VVitcleff fugiendus, qui ijſdẽ deliramentis fallit ſuos ſectatores fatuos, quibus et Manichæus fefellit ſuos. fo. 6. col. 2. nu. 1.
VVitcleff directè contra Apoſtolum docet. fol. 6. col. 3. nu. 6.
VVitcleff inſanum, & perfidum, non eſſe ſequendum, de dotatione eccleſiæ, de ſacramento altaris, de religione perfectorum ſupra Auguſtinum ſciolum. fo. 7. col. 2. nu. 3.
VVitcleff ad intelligentiam ſcripturarum iubet amplecti philoſophos, & prætermittere ſanctos. Et q philoſophi non ſunt citandi catholico, ſed ſancti. fo. 7. col. 3.
VVitcleff hæreticus, quòd nõ ſolùm præſumes uocet Cæſareos, ſed & ſanctos antiſtites, & patres, Auguſtinum, Ambroſiũ, Hilariũ. &c. ut ſit cõformis Iuliano, & Pelagio hæreticis. fo. 8. col. 2. nu. 6.
VVitcleff probauit, quòd fecit aduerſus clericos Iulianus. fo. 8. col. 4. nu. 9.
VVitcleff, & Lutheri arrogantia notatur, quòd ſoli illi acceperint ſenſum ſcripturarum. fo. 4. col. 2. nu. 1.
VVitcleff ſuperbißimus authoritatem uendicat exponendi ſenſum Chriſti. fo. 4. col. 3. nu. 4.

Digitized by Google

VVitcleff atrocis hæretici superbia inæstimanda, qui ab uniuerso orbe uendicat sibijpsi credentiam, & denegat eam sanctis. fo. 5. col. 1. nu. 7.
VVitcleff plenè contradicit dictis Pauli ad Philemonem. fo. 5. col. 1. nu. 8.
VVitcleff superbus se singulis anteponit, & sibijpsi credit, & sanctos glorioſos cunctos dijudicat. fo. 5. col. 1. nu. 9.
VVitcleff in quo defendit eccleſiã, author oſtendit ironicè. fo. 5. col. 4. nu. 2.
VVitcleff uox, dicentis se nolle præpoſitis obedire. fo 11. col. 4. nu. 11.
VVitcleff hoſtis eccleſiæ, ut fidem Chriſti apertiùs obruat, quomodo abſconse contra orationis formam ſua tela deuibrat. fo. 17. col. 1. nu. 3.
VVitcleff, quòd catholicum ſimulet uultu uerbi, ſed fructu uerbi fauet erroribus, & tegit hæreticos. folio. 18. col. 2. nu. 10.
VVitcleff, quòd intendat præferre, uel æquare nudã uitam ſine oratione, orani mente & ore. fo. 18. colum. 4. nu. 3.
VVitcleff, quòd in maiorem lacum deceptionis inciderit, quàm primæui fideles, qui dictum Pauli male acceperant de iuſtificatione plena per fidem. fo. 19. col. 1. nu. 7.
VVitcleff carpitur, quòd ſanctas preces à finibus ſanctæ uitæ, & operibus ſanctis remoueat. fo. 22. col. 1. nu. 15.
VVitcleff carpitur ab authore, quòd ſubobſcurè loquatur, atq; captioſè. fo. 22. col. 4. nu. 1.
VVitcleff quòd non euadat Pelagianorum errores, præferendo bonam uitam ſanctis orationibus, quibus ipſa uita per gratiam debuit impetrari. fo. 22 col. 4. nu. 2.
VVitcleff proceſſus de oratione, quomodo ſit imprægnatus ambiguis, & turgeat æquiuocis. fo. 25. colum. 1. nu. 1.
VVitcleff imitatur Iouinianum magiſtrum. fo. 25. colum. 2. nu. 4.
VVitcleff, quòd eo maledicti uinculo innectatur, quo innectitur omnis, qui in ſeipſo ſpem ponit. fo. 29. col. 4. nu. 1.
VVitcleff doctrina, quod doctrinæ Chriſti Ieſu ſit cõtraria, demonſtratur. fo. 30. col. 2. nu. 5.
VVitcleff falſa doctrina de oratione uitali, & ſpe, & confidentia de propria iuſtitia, conuincitur. fo. 30 col. 3. nu. 6.
VVitcleff quomodo nititur doctrina ſua retrahere homines à iugiter deprecando Deum, & ab eleemoſynam largiendo. fo. 31. col. 1. nu. 8.
VVitcleff, qui blaſphemat deuotos excitare Deũ qui non dormitat, neq; dormit, confutatur. fo. 42. col. 4 nume. 10.
VVitcleff, qui conatur propellere cantus ab eccleſia, Auguſtini authoritate redarguitur. fol. 44. col. 3. nume. 8.
VVitcleff ſub titulo ſuæ libertatis falſiſſimæ, quomodo penè diſſoluat totam eccleſiam. fo. 50. col. 4. nume. 2.
VVitcleff hæreticus, qui tantum iactat leges Chriſti, qualiter Chriſti leges conatur euertere, ſub titulo libertatis effrænatiõis barbaricæ. f. 52. co. 4. nu. 2
VVitcleff, qui matutinas, & ſacras noctis uigilias damnat, ſanctorum authoritatibus confutatur. fo. 58 col. 3. nu. 3.
VVitcleff tanquàm mendax & ſtolidus in ſcripturis deprehenditur. fo. 59. col. 2. nu. 7.
VVitcleff, qui dicebat non eſſe ſurgendum media nocte ad orandum, quomodo Dauid, & aliorũ ſanctorũ authoritatibus confutatur. fo. 60. co. 3. nu. 1
VVitcleff triformis proteruia circa horas canonicas, condemnatur. fo. 64. col. 2. nu. 11.
VVitcleff, Orphanus, uel Taboriſta Pragẽſis, quomodo ſint hoſtes altaris. fo. 81. col. 1. nu. 10.
VVitcleff cum ſuis ſequacibus quomodo non habeat catholicam eccleſiam. fo. 82. col. 1. nu. 4.
VVitcleff blaſphemi quæſtio contra præſentiã Chriſti corporalem in hoſtia. fo. 92. col. 3. nu. 7.
VVitcleff confutatur circa baptiſmi obſeruantias. fo. 97. col. 3. nu. 1.
VVitcleff obiectio, quòd non ſit in poteſtate ſacerdotis ſcribere baptizandum in ſacris memorialibus, &c. Et authoris ad eandem reſponſio. fo. 100. colum. 1. nu. 9.
VVitcleff, qui dixit ſufficere baptiſmum flaminis ſine lauacro, ſine ſale. &c. carpitur. fo. 116. col. 4. nume. 5.
VVitcleff blaſphemia in epiſcopos de mundano honore, quem eis imponit, quando honorantur ſublimiter, confutatur. fo. 120. col. 1. nu. 7.
VVitcleff alter Diotrepes, ſeu potiùs Diotrephes. fo. 121. col. 1. nu. 3.
VVitcleff argumentum, quòd ſimplex ſacerdos ſupleat epiſcopi uices in ordinando preſbyteros. fo. 122. col. 4. nu. 1.
VVitcleff peruerſum dogma, non oportere ordinatũ per unum ſimplicem ſacerdotem timere de preſbyteratu. &c. confutatur. fo. 123. col. 3. nu. 5.
VVitcleff, quomodo ſacerdoti nuptias permittat. fol. 130. col. 3. nu. 3.
VVitcleff argumẽtum contra ritus pœnitentiales, & potiſſimùm contra illud, Abſoluo te. &c. fo. 136. col. 3. nu. 1.
VVitcleff, quomodo Phariſæorum inuidorum more dubitat ſuper poteſtate Chriſti in eccleſia. fo. 136. col. 4. nu. 2.
VVitcleff magiſtri Lutheri obiectio, quòd non ſint cõfitenda peccata, niſi ſolis ſanctis, non autem peccatoribus. Et ad eandem reſponſio. fo. 128. col. 1. nume. 1.

Digitized by Google

VVitcleff, quòd ſit perfidus Donatiſta (qui meritis hominum ſacramentorum alligat poteſtatem) oſtenditur. fo. 128. col. 3. nu. 5.

VVitcleff, qui blaſphemat contra religioſos, ab authore confutatur. fo. 148. col. 4. nu. 8.

VVitcleff fremens furia contra religioſorum obedientiam, quomodo dicat religionis præpoſitos diabolos. fo. 152. col. 3. nu. 1.

VVitcleff organum eſſe zabuli, oſtenditur. fo. 152. colum. 3. nu. 2.

VVitcleff quomodo falsè dicat religioſorum ordines aduentitios, aut factitios à puro homine. fo. 172. colum. 3. nu. 1.

VVitcleff arguitur mẽdacij in eo, q̃ dicat, plùs trecentis annis poſt Chriſtum religionẽ perfectorũ ſumpſiſſe initium. fo. 175. col. 1. nu. 6.

VVitcleff, quõ ſpiritu Petiliani fingit ſe neſcire monaſticum ordinem in Chriſto fundatum. fol. 176. col. 2. nu. 4.

VVitcleff blaſphemia, quòd religioſi ſint iure ſoluẽdi, quòd ſine ſectæ Phariſæorum, Eſſeorum, & Sadducæorum, quas Chriſtus ſoluit, confutatur. fo. 176. col. 4. nu. 1.

VVitcleff fugiendus tanquã Satanæ conſiliarius, qui audet apoſtaſiam ſuadere, & approbare clauſtralibus. fo. 179. col. 1. nu. 7.

VVitcleff aduerſus religiones perfectas contentio, & ad eam reſponſio. fo. 138. col. 4. nu. 5.

VVitcleff, qui uirginitatem Deo dicatam, & Chriſto profeſſam damnat, & doctrinam dæmoniorum dicit, damnatur. fo. 185. col. 2. nu. 5.

VVitcleff de participio meritorum obiectio, & ad eã reſponſio. fo. 189. col. 1. nu. 7.

VVitcleff, qui negat conceßiones participij precũ, & piorũ operũ aliquid prodeſſe, confutatur. fo. 192. col. 4. nu. 1.

VVitcleff calumnia, quòd religioſi cõferũt ſpiritualia propter quæſtũ, reprobatur. fo. 199. col. 1. nu. 1.

VVitcleff, & eius collegæ quomodo cũ Donatiſtis habent cõmune, prædicare alijs paupertatẽ, dũ diuitias colligunt perditorum. fo. 200. col. 1. nu. 6.

VVitcleff, quàm impiè dixit cõtra Deum, iure euãgelij paſcendos eſſe pauperes publicos, ſanctis dimiſſis. fo. 203. col. 2. nu. 4.

VVitcleff, qui dicit fideles homines non poſſe alios facere participes meritorum ſuorum, retunditur. fo. 210. col. 1. nu. 5.

VVitcleff obiectio contra ſpecialem orationem, & ad eam reſponſio. fo. 216. col. 2. nu. 6.

VVitcleff, qui dicit, quòd ſtultum foret alium interceſſorem præter Chriſtum inquirere, confutatur. fol. 220. col. 4. nu. 2.

VVitcleff, qui negat rectè Canonizationem fiendam per teſtes, per iudicem competentem, & per miracula, confutatur. fo. 239. col. 4. nu. 2.

VVitcleff, qui dicit omnia miracula eſſe illuſiones diaboli, confutatur. fo. 244. col. 3. nu. 1.

VVitcleff, quare tam inimicatur ſanctorum miraculis, oſtenditur. fo. 245. col. 4. nu. 8.

VVitcleff, quòd mentiatur contra Deum, & ſanctos, quum dixit, quòd miracula nihil probant. fo. 247. col. 3. nu. 6.

VVitcleff, qui dicit, ſepulchra, & tumulos peromatos, eſſe tripliciter illuſionis obiecta, & ſic religioſa peregrinatione non uiſitanda, confutatur. folio. 253. col. 2. nu. 1.

VVitcleff, qui dicit Chriſtum parum curaſſe de templi ædificio ſumptuoſo, confutatur. fo. 269. col. 2. nu. 1.

VVitcleff blaſphemia, ſcilicet, principium eſſe diabolicum in ſplẽdidis eccleſiarum fabricis, damnatur. fo. 271. col. 2. nu. 1.

VVitcleff, qui penè ſimul ſacra obruit uniuerſa, & nihil uult in nomine domini benedictum, confutatur. fo. 301. col. 4. nu. 1.

VVitcleuiſtæ hæretici, & Lutherus, docentes, & tradẽtes, ſolas Chriſti præceptiones in ſcripturis expreſſas, à fidelibus adimplendas, quòd ſint fugiendi. fo. 2. col. 1. nu. 1.

VVitcleuiſtæ, quòd ſola uerba ſacramentalia pro completa miſſa, uel baptiſmo pronunciãt. fol. 2. colũ. 2. nu. 2.

VVitcleuiſtæ hæretici, quòd ſint peruerſores patuli ſcripturæ, eccleſiæ, atq; imperij, ſubditos eccleſiæ ordines Cæſareis titulis, & in dedecus Cæſaris no men gloriæ ſuæ ad exteros obliquè deriuantes. fol. 8. col. 2. nu. 5.

VVitcleuiſtæ quòd debeant dici apoſtatæ à principe ſuæ hæreſeos, non Cæſarei. fo. 9. col. 1. nu. 11.

VVitcleuiſtæ, quòd de ritibus, & moribus honeſtis, quos in celebrandis ſacramentis, aut in ſacris diſpẽſandis ad laudem Dei inuenit eccleſia, dicant prælatorum auaritiam ſapere, & ambitum ſacerdotũ. fo. 9. col. 2. nu. 1.

VVitcleuiſtæ, & Hußitæ hæretici quòd ſint fugiẽdi, non tanquam fidei defenſores, ſed oppugnatores. &c. fo. 5. col. 3. nu. 1.

VVitcleuiſtæ fingentes Chriſti pauperiem honorare, quomodo nolint modernis clericis, & ſanctis Chriſti credere, ſed Chriſto ſoli. fo. 11. col. 3. nu. 8.

VVitcleuiſtæ hæretici, & Lutherani, quòd ſint Nemrod ſimiles. fo. 17. col. 2. nu. 5.

VVitcleuiſtæ, quomodo quorundam hæreticorũ more transforment hominum animos ſimplici duplicitate, & dupla ſimplicitate. fo. 18. col. 2. nu. 11.

VVitcleuiſtæ hæretici, quomodo clament in multiloquijs Ethnicorum. fo. 42. col. 3. nu. 6.

VVitcleuiſtæ hæretici paganis aßimilantur, qui in timore perdendi uanam, & uagam licentiam, ſuam prædicant libertatem. fo. 65. col. 1. nu. 2.

Digitized by Google

INDEX.

VVitcleuiſtæ, qui modum celebrandi miſſam, quo utitur eccleſia orbis terrarum, nolunt recipere, quia ipſum non legant in euangelio, aut apoſtolorũ ſcriptis, ecce Pelagianis ſimiles, & hæreticos eſſe conuincuntur. fo. 65. col. 3. nu. 4.

VVitcleuiſtæ omnes quomodo ſunt Cainitæ, & maledicti cum Iudæis. fo. 94. col. 4. nu. 4.

VVitcleuiſtæ, quomodo imitantur Perſium Deorum templis apparatum negantem. fo. 277. col. 2. nu. 3

VVitcleuiſtæ deponentes Chriſti imaginem à tẽplo, ex admiſſione imaginis Cæſaris in numo, confutantur. fo. 286. col. 1. nu. 6.

VVitcleuiſtæ quomodo rationem contra ſacras Chriſtianorum imagines non traxerunt ex euangelica ſcriptura, ſed Socratica. fo. 292. col. 1. nu. 2.

VVitcleuiſtæ, qui dicunt lumina nec in eccleſiis ardere oportere, confutantur. fo. 308. col. 1. nu. 6.

VVitcleuiſtæ, qui nolunt ſtare, & tenere traditiones, quas Apoſtolus mãdat non deſerere, ab authore carpuntur. fo. 312. col. 2. nu. 1.

VVitcleuiſtarum turpitudo recenſetur. fol. 268. col. 3. nu. 4.

VVitcleuiſtarum ſchiſma tripertitum de orãdo Chriſtum. fo. 220. col. 3. nu. 1.

VVitcleuiſtarum audacia, & ſuperba hæreſis notatur. fo. 66. col. 2. nu. 6.

VVitcleuiſtarum hæreſis, habilitantium omnes, quos appellant fideles, ad prædicandum in eccleſia uerbum Dei, omnino excluditur. fo. 75. col. 3. nu. 5.

VVitcleuiſtarum hæreſis circa baptiſmum eccleſiaſticum. fo. 109. co. 2. nu. 5.

VVitcleuiſtarum extrema ſæuitia in Boëmia, recenſetur. fo. 180. col. 1. nu. 10.

VVitcleuiſticum documentum, quòd homo confidat omnino in iuſtitia uitæ ſuæ, in operibus, meritis, & uirtute ſua, quàm grauidum ſit coram Chriſto Ieſu, & quomodo omni Pelagiano ueneno, & ſanie Donatiſtarum totum tabeſcat. fo. 31. col. 4. nu. 14.

VVitcleuiſtica hæreſis, quæ damnat imagines, quomodo dæmones adorat in ſuorum phantaſmatum idolis. fo. 292. col. 1. nu. 3.

X

XEnodochium Leporij recenſetur. Et quid ſit Xenodochium. fo. 279. col. 3. nu. 6.

Z

ZOnæ ſacerdotis quid denotent. fo. 67. col. 3. nume. 4.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAESTANTISSIMI Theologi, Thomæ VValdensis, Carmelitarum in Anglia prouincialis, in decem doctrinas, quas operi huic suo, de sacramentalibus, contra VVitcleuistas, præmisit,

PRÆFATIO.

DOCTRINAM SALuatoris nostri Dei, ornent in omnibus. Ad Titum. 2. Tota substantia credendorum de Deo, & filij eius generatione perenni, de Angelis, de orbibus cælestibus, de singulis creaturis, de uirtutibus & donis, de eius incarnatione & uniuersis gestis ex tempore, de salubri sacramentorum historia, de legibus, & statibus, & præposituris ecclesiæ: in ipsa doctrina Saluatoris fundamenta strauit tutissima. Quid igitur adhuc restat, nisi ut iuxta Apostolum, hanc doctrinam homines modulis suis exornent, castis actibus, precibus sanctis, ieiunijs, psalmis, & spiritalibus hymnis: diebus autem feriatis, materialibus fabricis, genuflexionibus, deuotis osculis, cultibus uestium, benedictionibus sacerdotum, & talibus pluribus, quæ temporum successione sancti studebant adijcere: ne doctrinam Saluatoris nudam, & sine grandi cultu susciperent: sed ut res occurrit in omnibus perornarent. ¶ De doctrina hac, secundum suam substantiam, in præhabitis quinque libris prolixè satis, suggerēte Christo actitauimus. De ornatu autem eius, in hoc sexto tractabimus: qualiter productis rebus die sexto, tuba cælestis epilogat, Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Ornatus siquidem doctrinæ Saluatoris, quæ de Deo, de rebus & sacramentis diuinis præcessit: in orationibus mentalibus & uocalibus ad Deum, est, & sanctos eius se recipientibus. Officijs adhæc ecclesiasticis, sacris missarum, & aliorum sacramentorum amictibus, uenerationibus item, imaginum fabricis & cōsecrationibus ecclesiarum, peregrinationibus ad loca sancta, uenerationibus reliquiarum, obseruantijs ieiuniorum, uigiliarumq; sanctarum, & celebritatibus festiuitatum sanctarum, cum similibus: quas omnes VVitcleff quia nescit probare, nec improbare, condēnat: quia scilicet in doctrina Saluatoris eas ipse non prospicit. Sufficit ad cassandam iniquam sententiam, censorium uerbum Apostoli, quo licentiat & monet sanctos, ut Christi doctrinam ornent in omnibus. In nullo enim exceptionem admittit, qui de omnibus iubet, sciens quòd ibi meritum uenerantis ex crescit, ubi supra quam iubetur, conatum non modo iussionis, sed piæ deuotionis accumulat. O bone Iesu nunquid uidebantur redarguendi discipuli, quibus mandauerat adducere tibi asinum & pullum: quia superadebant ipsis tuis, decentem sessionis ornatum, imponentes super eos uestimenta sua, & te ipsum desuper sedere fecerunt? Legi singulos Euangelistas & sacros expositores multos diligenter aspexi: nondum tamen reperi Christum mandasse eis, quòd sibi iumentum uestibus adornarent, sed tantum ut adducerent. Reuera ergo nec delinquunt ecclesiæ sacerdotes, si cū rudem quemlibet ad sacramenta baptismi, confirmationis, aut cuiusuis ordinationis adducunt, uestibus suarum precum supra uerba sacramentorum adornent, quo sessorem Iesum aptius mereantur suscipere. Sic enim dicit HIERONY. ibi in commentario de his pullo & asina. Postquā apostolicas susceperе uestes, pulchriores facti, dominum merentur habere sessorem. Vestis autē apostolica, uel doctrina uirtutum, uel editio scripturarum intelligi potest: sicut ecclesiasticorum dogmatum uarietas, quibus nisi anima instructa fuerit, sessorem habere dominum non meretur. Hæc ille. AVTHOR. Reminiscі ergo debes de cætero, quòd uestes, quibus ornantur bestiolæ simplices, uel doctrina uirtutum, uel editio scripturarum, uel æquè potest intelligi uarietas dogmatū, & obseruantiarum ecclesiæ. Et hæ non simpliciter uestes, sed apostolicæ uestes dicūtur. Quibus nisi anima instructa fuerit, & ornata, sessorem Christū habere non merebitur. Sed si obseruantiæ recipiendæ sunt (inquis) cur non recipimus obseruantias ueteres? Quia sic ait Propheta, quòd nouis superuenientibus, ueteres proijcientur. Et in figuram huius ponebant Iu-

Ornatum ecclesiæ cur sexto describat libro: & in quo consistat.

Contra Lutherū quosque.

Nota ornatum asinæ & pulli p Apostolos.

Obiectio.

Responsio. dei uestes concludens sub pedibus, super iumentum Apostoli. Vnde in expositione Matthæi ANSELMVS. Vide quòd super iumentum ponebant Apostoli uestimenta sua: sed sub pedibus iumenti cætera turba Iudaica ponit uestimenta sua: quia mandatis Apostolorum instruimur Christiani, & ornamur: legis autem mandata conculcamus, dum carnales ob seruationes, & circunsionem reprobamus. Hæc ille super illud: Imposuerũt uestimẽta sua. AVTHOR.

VVitcleff nudam se=quitur sal=uatoris do=ctrinam ut inquit au=thor: quod etiam præ=tendit Lu=therus.

Ergo sine uarietate ornatus ecclesiæ in obseruantijs & pijs dogmatibus, temerarius VVitcleuista Christũ sessorem promereri non poterit. Vnde AVGVS. super illud Psal. 141. Tu cognouisti semitas meas: Vis (inquit) ut ducat te per ipsas semitas? Esto mitis, esto mansuetus: noli esse ferox, noli esse superbus, noli excussa & erecta ceruice incedere, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Cùm enim fueris mitis, cum fueris mansuetus, insidebit dominus, & diriget te per uias rectas. Hæc ille. AVTH. Si igitur mitis asina domini essent VVitcleuistæ, non excussa ceruice sicut pullus ferox, apostolicas uestes excuterent. Nec ex hoc satisfacient Christo, quòd se præbent illi nudos uectores, secundùm nudam doctrinam Saluatoris, dum per temeritatem mentis, uestes recusant ecclesiæ, ne ornent eam in omnibus. De cuiusmodi fugiendis grande præceptum donat Apostolus. 1. ad Timothæum scribens. Hæc doce, & exhortare: si quis aliter docet nõ acquiescens sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est doctrinæ, superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorũ, & quia ueritate priuati sunt, existimant quæstum esse pietatem. Sequitur tãdem ibi. Tu autem homo Dei hæc fuge. ca. 6. Quod sub interminatione hæc fugere docet, & acquiescere sermonibus domini nostri Iesu Christi, adijciens & ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ, doctrinam & traditionem ecclesiæ uoluit intelligi. Vnde in eundem locum, in magna expositione AMBROSIVS, Discrepantes à disciplina catholica, præcepit spernendos, maximè qui conuicti, & correcti, nolunt acquiescere, sed perturbatione mentis, prauisq; contentionibus delectantur, & pascuntur. Elatus autem uinci se non patitur, quippe cũ ad fauorem quærendum in conflictum prorumpat.

Quod à mansuetis & à bonis uiris uitandum est.

Contentio enim nunquam est sine lite. Et parum esset si lis sola oriretur, sed cooriuntur blasphemiæ, & inimicitiæ: quod à Dei seruis alienum est: ab ijs autẽ, qui corrupti mente, & ueritate priuati sunt, utile iudicatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd Apostolus fugiendos docet discrepantes omnes à disciplina catholica, maximè qui uicti & correpti nolunt acquiescere. Tu inquiens homo Dei hæc fuge, discede ab huiusmodi, scribit AMBRO. Quando tamen fugiendum est, & ad quantum, doctrinæ Christi significare solent in istiusmodi paginarum exordijs: scribente Psalmographo de eo, Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.

¶ De

Digitized by Google

¶ De vitandis V Vitcleuistis Doctrina. I.

SVMMA.

1 V Vitcleuistæ hæretici, & Lutherus, docentes, & tradentes, solas Christi præceptiones in scripturis expressas, à fidelibus adimplendas, quod sint fugiendi.

2 V Vitcleuistæ, quòd sola uerba sacramentalia pro completa missa uel baptismo pronunciant.

3 Taboritæ Pragenſium, quid pro completa missa pronuntient.

4 Paulus quid uelit, cùm suadet continentiam uirginalem, & uidualem.

5 Consilia, quòd sint in lege euangelica.

6 Faciens plus, quàm præceptum sit, quòd uincat eos qui tantummodo imperata fecerunt.

7 Virginitas, quare maiori præmio coronetur.

8 Lex, & ordinantia Iesu Christi, quòd consilium & mandatum complectatur. Et de probatiuæ & pererogationis.

9 Lutherus taxatur, quòd prohibet superædificare nomini Christi, & eius fundamento legitima, aurum, & argentum. &c.

10 Paulus quando superædificauerit aurum probatißimæ charitatis.

11 Architectus sapiens quis dicatur, secundum Ambrosium.

12 Superædificia quæ sint.

13 Superædificia quòd liceat alijs construere post prædicationem apostolorum, duntaxat in doctrina, & fide.

14 V Vitcleff quomodo utendo fallaci, & amphibologico argumento, dißipet orationes sacras, uigilias noctis, missas, & aliorum sacramentorum solennes preces. &c.

15 Voluntatis professio, quando ex incremento fidei est.

16 Precum solennium uerba superædificata, quòd à uerbis euangelij non sint diuersa, nec à fundamento Apostolorum aliena, sed consona.

1 Idem Lutherus facit

EVGE primo homo Dei, V Vitcleuistas hæreticos tradẽtes, & docẽtes quæ diximus, solas Christi præceptiones in scripturis expressas, à fidelibus adimplẽdas, quas V Vitcleff nomine legũ, Christi vt secretius fallat, ediserit: inferens semper verbum odibile, quòd preter ordinantiam Christi inducuntur, aut supra eius ordinantiam construuntur. Et ob hoc quidam V Vitcleuistæ sola verba sacramẽtalia pro cõpleta missa, vel baptismo pronunciant: quidam euangelium, Ante diem festum paschæ, 3 sicut Taboritæ Pragenſium: cætera omnia recusantes, quia traditiones sint hominum. Doctrina ecclesiæ Christi iubet discedere ab huiusmodi. Aut dicant nobis quid velit Paulus cum suadet continentiam vidualem, & virginalem, prima sua epistola ad Corinth. V nusquisque proprium donum habet, alius sic, alius verò sic, dico autem innuptis, & viduis, bonum est illis si sic permaneant: quòd si se non continent, nubant. Item ad finem capitu. Si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat, tantum in domino: beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium. In vtroq; casu continentiæ, de lege Christi præceptum nullum fuit. Adest secundum indulgẽtiam dicit, non secundum imperium. Et de continentia virginum. De virginibus, inquit, præceptum domini non habeo, consilium autem do. Cũ igitur in vna lege Christi aliud est præceptum, aliud item consilium: beatior item est secundum Apostolum qui præcepto superoptat cõsilia: quomodo tu dicis præuaricatrices legis Christi, & super ordinantiã eius facere, quæ cum possunt de lege, non nubunt, sed præeligunt cõtinere quod nulla lex præcipit, quo beatores fiant: ita vt quod voluntarie faciunt maius præmium consequatur? Qualiter idem Apostolus cõmendat obedientiam Philemonis, in epistola ad eundem, dicens. Confidẽs de obedientia tua tibi, sciẽs quoniam super id quod dico facies. Si super id q̃ dicit Apostolus, quomodo nõ supra legẽ & ordinantiam Iesu Christi? interrogatio tua foret. Vnde super eũdem textum in commentario suo HIERONYMVS. Porrò si scit ille qui postulat, plusquam rogauit, rogatum esse facturum, ideò minora petit, vt habeat rogatus maiorem ex volũtaria præstatione, mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit, quanto magis faciet ob dilectionem. Vnde & meritò Apostoli voce laudatur quòd mandata eius opere præueniat, & posit dicere: Voluntaria oris mei complaceant tibi domine. Plus enim faciens quàm præ 6 ceptum est, vincit eos qui tantummodo imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Virginitas quoque maiori præmio corona- 7 tur, quia præceptum domini non habet: &

Arg. quòd sint cõsilia in lege euangelica.

Digitized by Google

vltra imperata ſe tendit. Hæc ille. AVTHOR. Quanta planitiæ verborum ſanctorum, deijcitur VVitcleff, qui nihil ſpondet ſe voluntate facturum ſupra præceptum Chriſti expreſſum, vocans hoc ordinantiam Ieſu Chriſti. Hic ſanctus Paulus cõtrario modo ſub ſtraxit imperium, vt Philemon maiorem haberet ex voluntaria præſtatione mercedem: vt plus faciens imperato, vincat eos qui tantum imperata fecerunt: & virginitas, inquit, maiori præmio coronatur: quia domini præceptum non habet. Quomodo ergo non eſt humana electio ſupra id quod iubetur erecta, potiſsimè coronanda? Parcat tamen mihi fidelitas, quòd vadens cum aduerſario in via, tã illi conſenſi in verborum abuſu. Reuera autem lex & ordinantia Ieſu Chriſti vtrunque complectitur, conſilium & mãdatum: & quicquid quis perficit bonæ voluntatis induſtria, vltra præceptum, ſupra ordinationem Ieſu Chriſti facit: dicente Apoſtolo ad Galath. 3. Hominis teſtamentum cõfirmatum nemo ſpernit, aut ſuperordinat, quia & hoc ipſum quod ordinata charitate nudo mãdato ſuperedificat, Chriſtus ordinauit cum libere fieret, amplius coronandum. Alioquin dicenti, Euge ſerue bone, non diceret ei, qui ait, Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Et iterum alteri, duo talenta, tradidiſti mihi &c. Ordinantiam autem Chriſti, lucrum non ſuperat, ſicut nec traditum, quamuis traditum numeretur expreſsè: lucrum autem creſcat ex ſpontanea voluntate reddentis. Quid prohibes vir inique ſuperædificare nomini Chriſti, & eius fundamẽto legitimo, aurum, & argentum, & lapides precioſos: & tibi non putas illicitum ſuperædificare lignum, fœnum, & ſtipulam in faſciculis Lollardinis, per omnes eccleſiæ angulos, diro cremio condamnatis? Legi Chriſti (quam prædicaturis Apoſtolis, Chriſtus fixit. Comedite & bibite quæ apud eos ſunt: Dignus eſt enim operarius mercede ſua:) aurum probatiſsimæ charitatis ſuperædificauit Apoſtolus, quòd non eſt vſus hac poteſtate: ne ſcilicet offendiculum poneret euangelio. Quid nunc? nunquid fecit ipſis placitum ſuper ordinantiam Chriſti? Nam ipſe Apoſtolus planè dicit: ita & dominus ordinauit ijs qui euangelium annunciauit, de euangelio viuere. Apud hos tamen videlicet Corinthios, abundantiori charitate pollebat, ne faceret. Quomodò hoc ſuper ordinantiam Ieſu Chriſti? Iſte item ſanctus Apoſtolus ſuperædificauit argentum eloquẽtiæ, præter ea quæ loquutus eſt dominus, cum ait, Nam cæteris ego dico, non dominus, ſi quis frater infidelem habet vxorem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Nunquid præter ordinantiam Ieſu Chriſti, Apoſtolus ipſe hoc dixit, non dominus? In hoc loco annotationũ ſuarum HIERONYMVS. Conſilium do, quod mihi videtur vtile eſſe. Hæc ille. AVTHOR. Haymò ait quòd in euangelio ſuo dominus non ita dicit, vt habet Euangeliſta Lucas, Thabithacumi, quod eſt interpretatum, inquit, puella dico tibi, ſurge: vbi BEDA lib. 3. ſuper Lucam cap. 6. Diligens lector inquirat, quare veracem Euangeliſta dictum Saluatoris exponens, interpoſuerit de ſuo, tibi dico, cum in domini ſermone, quem ipſe poſuit non plus ſit dictum quam, puella ſurge. Hæc ille. Qualiter ergo Paulus aut Lucas in Chriſtum nõ blaſphement, qui ſic ſupra ordinantiam Chriſti argẽtum ſuum ædificant? Reſpondet forſan VVitcleuiſta, ſuperædificare licebat Apoſtolis cũ quibus loquutus eſt Chriſtus, non autem alijs. Cur ergo non alijs ſuperædificare prohibebat Apoſtolus, ſed permiſit in eadem. 1. ad Corinthios capit. 4. Vt ſapiens architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat: vnuſquiſque videat quomodo ſuperædificet, & ibidem in expoſitione ſolenni AMBROSIVS. Sapiens architectus eſt qui iuxta diſciplinam authoris collocat fundamentum. i. qui ſecundum traditionem Saluatoris euangelizat. Alius autem ſuperædificat. Superædificia ſunt quę poſt prædicationem Apoſtolorum, à ſuperuenientibus traduntur, aut à malis, aut à bonis doctoribus. Vnuſquiſque autem videat quemadmodum ſuperædificet. i. ædificia congruant fundamento, ne ſi obliqua fuerint, & friuola, ruinam faciant, fundamento manente in columi. Quia etſi malè docuerit, Chriſti nomen permanet, quod eſt fundamentum: doctrina autem mala peribit, ſicut dicit Dominus: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. Hęc ille. AVTHOR. Ergo ſuper ædificia conſtruere, alijs licet poſt prædicationem Apoſtolorum, duntaxat in doctrina & fide: ſed ibi vnuſquiſque videat quemadmodum ſuperædificet. i. quemadmodum cõgruat fundamento, quod eſt Chriſtus. Non dicit quòd hoc dicant verba Chriſti in Euangelio. Sufficit enim quòd nõ diſsimilis artificij ſit qui ſuperædificet, artifici fundatori. Vnde in annotationibus HIERONYMVS. Huius artis eſt qui ædificat, licet minori ſit in opere, cuius ille qui poſuit fundamentum. Non ergo vnuſ-

Supererogatiõis probatio.

Contra Lutherum,

Superædificare ſuper fundamentum Chriſti licet.

vnuſquiſque homo ſuper fidem ſuam, ei ædificat, ſed quilibet doctor: quia nec parietes per ſe aliquando poſſunt erigi: niſi fuerint ab operatore deſtructi. Hæc ille. AVTHOR. Huc vſque tractatum, de ſuperædificando legi, & fidei Chriſtianæ, produximus: vt euidens cunctis fiat, quomodo amphibolico, & planè fal-
14 laci argumẽto totiens vſus eſt VVitcleff, quotiens concluſit legi Chriſti, blaſphemiam, quia ſupra ordinantiam Chriſti, hic aut iſte ordinem talem, vel ritum conſtruxit, aut preces. Sub quo inuolucro, orationes ſacras, vigilias noctis, horarum canonicarum aſsiduitates, maximè ſacræ miſſæ, & aliorum ſacramentorum ſolennes preces quaslibet diſsipat, continens ſe nudis verbis, vt dicit, & ritibus ſaluatoris. Cum tamen in his publicis ſolennijs nõ vnuſquiſque fidelis commentabatur quod voluit, quia forſan habens zelum, non haberet ſcientiam: ſed nec quilibet doctor, vt concedit HIERONYMVS: ſed vice totius eccleſiæ, vnus magiſter, aut pauci, iuxta fundamentum legis Chriſti, has ſolennitates, præclaras ſuperædificare ſtudebant, vt ordinationes Chriſti, noſtri meritis facerent dulciores, ſecũdùm illud Pſalmiſtæ. Voluntaria oris mei, beneplacita fac domine: Ne diceret ſola neceſsaria legi tuæ. Vbi in Pſalm. 118. HILA-
15 RIVS. Voluntatis profeſsio, ex incremento fidei eſt, cum in his quæ moderata lex nobis eſt, noſmet ipſos voluntariæ deuotionis ſtudio continemus. Hæc igitur voluntaria vt Deo ſint placita, Propheta orat: quia illa ex præſcripto legis geruntur, ipſa ſeruitij ſui neceſsitate peraguntur. Hæc ibi. AVTHOR.
16 Dicerem tamen verba ſuperædificata præcũ ſolennium, non à verbis euangelij eſſe diuerſa, nec à fundamento Apoſtolorum eſſe aliena, ſed conſona. Quòd ſi VVitcleff iſtud nõ ſufficit, dicente Apoſtolo, Si quis loquitur quaſi ſermones Dei, non quòd omnino ſint ſermones Dei ſcripſit: dicat cur aliud verbum, quam Dei verbum, ſcriptum, euangelizãdo pronunciat ipſe Paulus dicẽs: Si quis vobis euangelizauerit præter quod accepiſtis, anathema ſit. Non inquit prædico aliud. Ecce quã iniuria vult VVitcleff, nihil niſi euangelium Chriſti eſſe quod prædicat: & omnino inſtitutiones humanas, præter ordinantiam Chriſti, voluit, ac cenſuit, eſſe ſolennes ſacramentorum preces, quas à ſuis primordijs omnis eccleſia præordinauit.

¶ De vitandis Lollardis.

Doctrina II.

SVMMA.

1 *Lollardorum diuerſorium, dicentium ſe nihil præter ſcripturas ſacras recipere. &c. quòd ſit omnino fugiendum.*

2 *Maximini Arrianorum presbyteri uerba, cùm eſſet in conflictu cum Auguſtino, deſcribuntur. Et quòd eadem Lutherus, & VVitcleuiſta cum ſuo authore pronuntiat.*

3 *VVitcleff quòd more beſtiæ in Apocalypſi deſcriptæ, gerat cornua teſtamentorum uelut agnus, ſed loquitur uelut draco. Et quid de hoc dicat Auguſtinus.*

4 *Chriſti fidem quòd non minus neget, qui uerba ſacra ſenſu meretricis adulterat, quàm ille, qui reſpuit, & nullàtenus admittit.*

5 *VVitcleff corrumpit ſcripturas, & Dei leges præſumptionibus ſuis peſsimè uitiat.*

6 *Hæretica gens infida, ioculatoribus, & mimis aſsimilatur.*

VItem homo Dei fuge conſequenter hoc vnũ, & commune, quo ad has rationes vitãdas, diuerſorium Lollardorũ. 1 Nihil enim, inquiunt, præter ſcripturas ſacras accipim⁹: quicquid iſtis apponitur aut ſubtrahitur, eſt blaſphemũ. Fuge toxicũ in teſta blãda verbum, ſed fructum ferens ſpinoſum: non enim ad reuerẽtiã ſcripturarũ, vt verba ſignãt, hoc ſuggerit: ſed ad ſuæ hæreſis tegimẽ quod conſulpſit: & hoc quidem ab Arrianis principibus deriuauit. Vnde in conflictu Maximini Arrianorum presbyteri cum Auguſtino, verba Maximini ad eundem, ſunt hæc. Si aliquid rationabile dixeris, neceſsè eſt vt ſequar ſi quid enim de diuinis ſcripturis protuleris, quod commune eſt cum omnibus, neceſsè eſt audiamus. Hæ vero voces quæ extra ſcripturam ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiuntur. Præterea cum ipſe dominus moneat nos, & dicat: Sine cauſa colunt me, docentes mandata, & præcepta hominum. Hæc ille Arrianus. Conformiter VVitcleuiſta cum ſuo auctore pronunciat. Sed nonne tu dicis in trialogo, non hoc eſſe ſcripturam, quo ad ſenſum ſiniſtri auditoris verba conſonant, ſed quo ad ſen-

2 Hæc ſequitur Lutherus.

ſum ſiniſtri auditoris verba conſonant, ſed quo ad ſenſum ſpiritus ſancti, ſine dolo reſpondent? Qualiter ergo vis tibi credi, cum verba ſcripturæ protuleris, cum ſenſum illi deſponſas hæreticum? Videris forſan tuis, & per te deceptis hominibus, integram proferre ſcripturam, cum talem ſimilem mentiris eſſe, non ipſam. Et ſecundùm Ioannem Euangeliſtam Apocal. 13. qui de vobis tunc plebem admonuit, Cornua geris teſtamentorum velut agnus, ſed loqueris velut draco. Quem paſſum proſequens Auguſtinus in expoſitione ſua ſuper Apocaly. ſermone. 11. ſic inquit. In lectione quæ modo recitata eſt, fratres charisſimi, audiuimus Ioannem dicentem: Et vidimus aliam beſtiam aſcendentem de terra: qđ eſt mare, hoc eſt terra, & habebat duo cornua ſimilia agno. i. duo teſtamenta ad ſimilitudinem agni, quod eſt eccleſia: & loquebatur vt draco. Hæc illa, quæ ſub nomine Chriſtiano agnum præfert, vt Draconis venena latenter infundat: hæc eſt hæretica eccleſia: agni enim ſimilitudinem non imitaretur, ſi apertè loqueretur: nunc Chriſtianitatem per hypocriſim fingit, quo ſecurius incautos decipiat. Propterea Dominus: Cauete, inquit, à pſeudoprophetis, & reliqua. Sequitur, Beſtia ergo cum duobus cornibus facit, vt ſimulachrum beſtiæ adoretur. i. vt Apoſtolus adoret diaboli adinuentionem. Hæc ille AVTHOR. O perditum hominem, o adhuc in carne viuentem certa damnatione præuentum, ſi hanc beſtiam non modò non conſequitur: ſed ſi non fugiat, & quantum poteſt, loquendi ſi inſtet neceſsitas, cum Chriſto pro eiſ alloquitur. Quicquid enim VVitcleff his agni cornibus efficit, hoc vult, vt Apoſtolus diaboli adinuentionem adoret. Vis noſſe myſterium: attende loquelam: Cornua teſtamentorum diuinorum prætendens, vocem habet Draconis: illius qui flumen mittit poſt fœminam: & qui in verbo eccleſiæ, fidem, & miniſtros eius, cum cultu parat vt ſorbeat. Bene quippe dicit Auguſtinus quòd agni ſimilitudinem non imitaretur, ſi apertè loqueretur: nec minus tamen peccat quòd ſimulat: quia ſimulatio ipſa non æquitas, ſed duplex eſt iniquitas: nec minus negat Chriſti fidem: qui verba ſacra ſenſu meretricis adulterat, quam ille qui planè reſpuit, & nullàtenus admittit: prout beatus LEO in epiſtola decretali ad Turibium epiſcopum capitu. 15. ſcribit de hæreticis. Ideo ad eccleſiam catholicam cum tanta conueniunt frequentia, vt & quos poſsint, ſuos faciant, & legis ſeueritatem, dum ſenſus noſtros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priſcillianiſtæ, faciunt hoc Manichæi: quorum cum iſtis, tam fœderata ſunt corda, vt in ſolis nominibus diſcreti, ſacrilegijs autem ſuis, inueniantur vniti, Quia & ſi vetus teſtamentum, quod & iſti ſe ſuſcipere ſimulant, Manichæi refutant, ad vnum tamen finem vtrorũque tendit intentio: cùm quod illi abdicando impugnant, iſti prædicando corrumpunt. Hæc ille. AVTHOR. Elegans & miro modo beati viri præclara eſt ſententia: ad vnum vtrunque tendit intentio: quia quod illi ſcilicet Manichæi, abdicando impugnant, iſti prædicando corrumpunt. Iudicio ergo meo mi VVitcleff, corrumpendo ſenſum ſcripturæ, ſcripturas negaueras, & eo pœnalius quòd eius per hypocriſim falſum oſculum ſpopondiſti: quod non fecerat Manichæus. Non credunt forſan plurimi quòd ſis falſarius. Quot locis monſtraui iam ſuperius, corruptiones ſcripturarum per te immiſſas, & ipſas Dei leges, præſumptionibus tuis peſsimè vitiatas? Vt quia dicit Euangeliſta, omnia per verbum facta, eſſe vitam in Deo: tu dicis ſimpliciter quodlibet eſſe Deum. Dominus item dicit in Euangelio. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire regnum Dei: Tu corruptione hæretica dicis illam intelligi aquam de latere Saluatoris, vt aquam baptiſmalem ab hac neceſsitate ſecludas. Dominus dicit in Euangelio, panem eſſe veraciter corpus ſuum: Tu dicis intelligendum panem eſſe veraciter panem tuum. Quia item dominus dicit quòd Leuitæ nihil poſsiderent inter alias tribus: ideo ais Chriſti clericos nihil poſſeſſuros rei immobilis: cum tamen ecõtrariò, Leuitici vltimo iuſsit, vt poſſeſsio conſecrata ad ius pertineat ſacerdotum. Et quia Chriſtus dicit ſecundùm Lucam. Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Tu dicis arctari ad iſtam paupertatem, quoslibet ſacerdotes, & clericos Chriſtianos. Manichæi vero, & Iulianus Apoſtata, omnes vtriuſque ſexus fideles. Vterque veſtrum, textum Chriſti corrumpit: abundantius tu, quam illi. Sed ſi iſta non moueant: quid dices, aut quam excuſationem obtendes, quod ipſas Dei ſcripturas non tantùm corrumpis ad ſenſum, ſed ne vincaris falſarij, peruertis ad literam? Tu dicis electionem Matthiæ factam poſt ſpiritus ſancti miſsionem: ſcriptura verò quòd ante, ſed poſt Aſcenſionem. Tu dediſti Diabolo millenarium annorum, quibus ſoluetur in exercitium ſaluandorum: Chriſtus & ſcriptura tan-

VVitcleff corrumpit ſcripturã.

Digitized by Google

ra tantum tres annos & dimidium. Tu dicis quòd media nocte populꝰ exiuit de Ægyptò: ſcriptura dicit quòd non exierant propter exterminatorem Angelum, vſque manè. Tu dicis, quòd ſtatim poſt Aſcenſionem, fuit Paulus electus in Apoſtolum, & ſtatim tranſiuit prædicare per populos: Scriptura dicit, quòd ibi fuit electus in apoſtolum, vbi ſpiritus ſanctus iuſsit ſegregare ſibi Saulum, & Barnabbam, in opus ad quod aſſumpſit eos poſt Aſcenſionem Chriſti, ſecundùm computum Bedæ circiter duodecim annos. Tu etiam dicis, quòd Chriſtus in perſona, nullam fecit orationem, niſi illam dominicam, Pater noſter: Scriptura aſsignat aliam poſt cœnam, in monte, Abba pater omnia ſunt poſsibilia tibi, ſi vis, transfer calicem hunc à me: & hanc, ita aliam dico, vt tu cenſes alias orationes à dominica oratione, dicendas, tertia parte ſermonum. Ecce hominem iam habentem in ſe, mentem legis, & diligentiam ſcripturarum. Ecce qui prædicat non furandum furatur, non mœchandum mœchatur: qui tantis vocibus
6 ſcripturas exclamat, tot corruptelis, & falſis notis oppilat. Infida enim gens hæretica, plus vniuerſis catholicis, ſibi de fide Chriſti, & ſcripturarum veritate, blanditur: ſicut ioculatores, & mimi ſemper inferūt, ſe nihil factu ros fallacia, ſiue dolo. Velim ego vt parcant verbis, & factis exhibeant, quòd ſint diſcipuli ſcripturarum. Vnde MAXIMINVS. hæreticus Arrianus, ſicut ait in altercatione cum Auguſtino, lib. 1. ad finem. Omnia quæ proferuntur à ſanctis ſcripturis, plena veneratione ſuſcipere debemus: nec enim in noſtrū magiſterium deuenit diuina ſcriptura, vt à nobis emendationem accipiat: atque vtinam & digni inueniamur, ſcripturarum diſcipuli approbari. Et reſpondet illi Auguſtinus in fine, adductis teſtimonijs ſcripturarum. His itaque, & huiuſmodi teſtimonijs, quæ omnia quærere & colligere longum eſt, ſi pacificè acquieſcas, eris quod orare, & optare te dicis, diuinarum ſcripturarum diſcipulus, vt de tua fraternitate gaudeamus. Hęc ibi. Hoc ipſo reſpōdeatur & VVitcleff: quia in vna hæreſi, hos duos, interrogatio diſputatoris inuenit.

Ironia.

Ioculatores

¶ Sanctis doctoribus, & eccleſiæ catholicæ habendam eſſe fidem, etiam in quibuſdam, quæ Chriſtus expreſsè non dixerit.

Doctrina III.

SVMMA.

1 *VVitcleff & Lutheri arrogantia notatur, quòd ſoli illi acceperint ſenſum ſcripturarum.*
2 *Manichæus, VVitcleff & Lutheri magiſter, quòd eadem inania captus ſit, quæ illi, ſcilicet, eum ſolum accepiſſe ſenſum ſcripturarum.*
3 *Paulus poteſt Aſcenſionem Domini de cælo uocatus eccleſiæ credidit.*
4 *VVitcleff ſuperbiſſimus authoritatem uendicat exponendi ſenſum Chriſti.*
5 *Paulo, ſine eccleſia, quòd non ſit credendum.*
6 *Chriſtus quare nō pſeudoprædicatores, ſed fideles præpoſitos indoctores figit in eccleſia.*
7 *VVitcleff atrocis hæretici ſuperbia inæſtimanda, qui ab uniuerſo orbe uendicat ſibi ipſi credentiā, & denegat eam ſanctis.*
8 *VVitcleff plenè contradicit dictis Pauli ad Philemonem.*
9 *Credens Deo, quòd aliter eius fidem recipere non queat, niſi credat in ſanctos eius.*
10 *Eccleſiæ concordia, quòd hæreſes pellat.*
11 *Nouorum inuentores deſcribit Caſſiodorus.*
12 *Gregorij, uerba cuidam domicellæ ſic dementatæ, ut nulli antiquo, ſed ſibi ſoli crederet.*
13 *VVitcleff ſuperbus ſe ſingulis anteponit, & ſibi ipſi credit, & glorioſos ſanctos cunctos dijudicat.*
14 *Chriſtus totus in corpore ſuo, quòd uideatur ſcala Iacob.*



VDITVR ab VVitcleff & eius ſectatoribꝰ, dictū plerunq;, hunc eſſe ſenſum domini, quem ipſe elicit de verbis Chriſti, & Apoſtolorū, nec eſſe de ſenſu tali, credēdum mo 1
dernis: ſed nec sāctis prioribus qui habebant antiquā conſuetudinē ad peccandū, quaſi diceret, igitur ad mentiendū. Tu autē homo Dei hæc fuge, ſciēs vt hāc procacitatē eius, in doctrina ſecūda primi libri notaui, q̄ non eſt vnquā viſa, vel cōcepta pompa elatior, vel ſeductiuior error, fidei Chriſtianæ.

Arrogantia VVitcleff, & Lutheri.

Digitized by Google

Nam quòd ipse solus à tot annis sensum scripturarũ accepit,id quis crederet Christianus? Manichæus magister eius hac item inania captus est. Vnde inducit. AVGV. 12 contra. Faustum, eum dicentem sic. Fidei confessio est,Christum sine teste,&argumento credere. Nempe ipsi nos docere soletis idcirco nihil esse curiosius exquirendum, quia simplex sit, & absoluta, Christiana sedulitas. Quomodo ergo nunc fidei simplicitatem destruitis, Iudicijs,eam & testibus fulciendo,&hoc Iudęis? Qua propter nos testimonijs de Saluatore nostro, nullis egemus: exempla tantum vitę honestæ, & prudentiam, atque virtutem, in prophetis quærimus. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ergo syllogismo vitauit prophetas vt testes, quo VVitcleff Christi sanctos, & hoc ipse voluit superare Matthæum. Quo contra AVGVSTI. 28.lib.contra Faustum capit.4. Quis,inquit,tam demens,qui hodie credat esse epistolam Christi, quam protulerat Manichæus,& non credat facta,vel dicta esse Christi, quæ scripsit Matthæus? Aut etiam de Manichæovtrum ista scripsit dubitat,de ipso quoq; Matthæo,non potius id credat, quod credit,& inuenit ecclesiæ, quæ ab ipsis Matthæi temporibus, vsque ad hoc tempus certa successionũ serie,declaratur: & credat nescio cui ex transuerso venienti de Perside, post ducentos,vel amplius annos venienti,& suadenti,vt sibi potiꝰ,quod Christus dixerit,feceritq;,credatur.Cum ipse Paulus post Ascẽsionẽ domini de cælo vocatus,si non inueniret in carne Apostolus,quibus cõmunicando, & cũ quibꝰ cõferendo euangeliũ,eiusdẽ societatis esse appareret,etiã illi,omnino nõ crederet: sed cũ cognouissent eũ hoc annunciãtem,quod etiã ipsi annunciabãt,& in sua cõmunione,atq; vnitate viuentem,accedẽtibus per eũ etiam talibus signis,qualia & isti operabãtur: ita eũ domino cõmendante,meruit auctoritatẽ, vt verba illius hodie sic audiãtur in ecclesia, tanquã in illo Christus,sicut ipse est verisimè loquutus,audiatur:& Manichæus credit sibi debere putat ab ecclesia Christi,loquẽti cõtra scripturas,tãta,&tã ordinata,&tãta auctoritate firmatas:per quas ei præcipuè cõmendatum est, vt quisquis illi annũciauerit,præterquã quod accepit anathema fit.Hæc ille.AVTHOR. Hic superbissimus VVitcleff authoritatem vẽdicat exponendi sensum Christi, quẽ habuit de vita exproprietaria clericorum, de sacra eucharistia,de sacris ritibus in ecclesia, & cæteris sine numero. Hoc, inquit,fecit Christus, hoc Apostoli in ecclesia primitiua, & cæteri sancti. Quidquid igitur dixerint citeriores sancti, non est eis credendum, nisi de quanto in verbis scripturæ se fundauerint:quasi dicat de fundatione mea non dubium: de fundatione. Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Hilarij, & cæterorum patrum,an bene,an aliter fecerint, cautius disputandum. Nonne audiui eum dicere: Nolite credere VVitcleuistis, quia authoritas Christi est infinito præstantior? Quis ergo fidelis non crederet Christo domino nostro,omnium Vitcleuistarum consuetudine prætermissa? Nusquam hoc dicit, sed magis nobis credite habentibus Christi sensum,aliorum sanctorum contradicentium consuetudine prætermissa. Ecce Paulo credi non debuit ab ecclesia primitiua, nisi sensus suos tunc patrum sensibus conformasset, sic nec Augustino,vt ipse de se scribit, nõ Gregorio, non Ambrosio, nisi vnusquisque fuisset in sensu suo cõformis sensui Christi,& scripturæ, quem pro tractu temporis patres ecclesiæ sapiebant. Et sine scrupulo credi debet etiam contra sanctos Dei, isti iam venienti post Apostolos, non modo ducentis, sed mille quadringentis ferme annis: cuidam ex transuerso de Perside sed longe à terræ Britanicæ finibus: ad certificandum non contra authoritatem ecclesiæ orbis terrarum, supra omnes sanctos,à tempore Apostolorum,quid Christus in euangelio censuit, quid Apostoli docuerunt? Proh alta stutitia seductorum, & infatuata dementia, quòd non vident tam apertè, tam stolidè præsumentem. Cur stultissimi non circa verba eius & doctrinam, dubia erigunt quæ circa dicta aliorum ipse docuit erigenda? Cur non dicunt ipsi & eius sectatoribus,Proba quæ dicis,in scripturis sanctis: proba illic esse fundata purè,nec per hæreticum sensum extorta. Captiui homines cur tam citò sequuntur, dum vlulant lupi sæuissimi.Idcirco autem pij fideles spiritu Christi instructi, pastores suos potius audiunt, nõ audientes vocem fatuam alieni. Propterea enim Christus, non pseudoprædicatores, sed fideles præpositos, in doctores conuenienter figit in ecclesia: quia nec eis item destituit synagogam quę sine temporum interuallis,veros sensus scripturarum exponant: & discernere doceant populos suos, pseudoprophetas aufugere, & adhærere probatissimis, dicente HIERONY. in commentario super Esaiam lib.2.textu,Et prudentem eloquij mystici. Dicendum primùm iuxta.70.quòd inter cæteras gratias spirituales,etiam auditor prudens, in ecclesia necessarius sit.Alij enim datur prophetia,

3 *Paulus eccle siæ credidit*

4

5 *Paulo sine eccleſia non credendum*

6

Hieron.

Digitized by Google

phetia,alij discretio spirituum:vnde & constituti erant in populo Iudæorum sacerdotales gradus, qui prophetas pseudòq; prophetas discernerent:hoc est in telligerent,qui de Dei spiritu loquerentur,&qui de contrario. Hæc ille. AVTHOR. Crede mihi qui hunc spiritum non sectatur ex corde integro, hic
7 bestiis traditur illudendus à Domino. Nec cessо à corde clamare superbiam inæstimandam atrocis hæretici, qui ab vniuerso orbe, vendicat sibi ipsi credentiam,& denegat eam sanctis. Dicit enim in speculo Ecclesiæ,si auctoritas Christi sit in infinitum præstantior, quàm consuetudo eorũ, quis fidelis crederet nõ auctoritati Christi,demũ eorũ cõsuetudine ptermissa? Ergo Christũ vult à suo corpore separare,& à templo suo propellere,quod sunt sancti,secundum Apostolum,& sanctorũ omnium cõsuetudinem à scriptura. Et quomodo ergo sancti Christi,an non etiam Antichristi? Quomodo iam crediturí sumus Christo capiti,eius corpori diffidentes. Scribę,& Pharisęi, iam melioris cõditionis sunt his omnibus sanctis Christi:quia de eis dicit Christus turbis. Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite. Nonne modo sanctis Iesu,aut eorum dictis,vel factis proposita negatione VVitcleff oppositam dicat sententiam,non omnia (inquiens)quęcunq;vobis dixerint sancti Christi,seruate,vel facite,sed soli auctoritati Christi,fidẽ date,ipsorum,vel indictis,vel in factis, consuetudine prætermissa. Videte si ista forma docendi fuit Apostoli Pauli,quando commendauit Philemonem,pro eo ꝙ non credidit Christo tãtum,sed etiam omnibus sanctis eius:Gratias(inquiens)ago Deo meo,semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam,& fidem quam ha-
8 bes in domino Iesu, & in omnes sanctos eius. Plenè contradicit VVitcleff,admirando quis fidelis non haberet fidem auctoritati Christi, & non omnibus sanctis eius,sed eorum consuetudine prætermissa. Beatus autẽ HIERO. Exponens prædictum locum in commentario. Ad expositionem (inquit) huius loci,de Exodo sumamus exemplum. Credidit populus domino,& Moysi seruo eius:vna atq; eadem credulitas in Moysem refertur,& in Deũ, vt populus qui credebat in Deũ æquè credidis se scribat in seruũ. Hoc autẽ nõ solũ in Moy
9 se,sed in omnibus sanctis est,vt quicunq; creditDeo,aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctos eius. Non est in Deũ perfecta dilectio, & fides, quæ in ministros odio,& infidelitate remurmurat. Sequitur in fra. Non errabit in discretione sanctorum, qui cum in Deum,& in sanctos eius æqualem habuerit charitatem,& fidem,ipsius fidei communicationem debet habere non disparem: vt sicut,& diligit,ita fidẽ,& dilectionem,opere consumet. Hæc ille. AVTHOR. Euidenter igitur VVitcleff militat contra fidem, qui consulit sanctis Christi, substrahere Christi fidem. Hæc est vt dixi superius. capit. 22. li- 10
bri,sola machina Christiana, quæ cunctas hæreses semel aboleuit:ipsa,scilicet,professio cor sanctorum patrũ,secundum suorum temporum interualla, reddentium testimonium Christi verbis,& cõsuetudini primitiuæ. Quid mirum igitur si vt lupus canes exhorret, sic insidiosus hæreticus patres à fide populorum exterminet etiam ipsius Christi verbis,& ipso gladio verbi Dei,cunctos iugulet? Consonanter his dicit in libro de institutione diuinarum literarum cap. 11. CASSIODORVS. Sunt nonnulli qui putãt esse laudabile si quid contra antiquos sapiant, & aliquid noui vt periti 11
videantur,inueniant. Hæc ille AVCTOR. Mira delusio sensuum humanorum, quòd statim nõ obuiant dicẽti talia, nulli antiquo esse credendum, & sibi tamen in loquẽdo esse credendum. Cuidam domicellæ sic demẽtatæ scribit 12
lib.7.regiſtri epistola.33. GREGO. Considerare debuisti gloriosa filia,quanta multitudo fideliũ in matris Ecclesiæ sinu cõsistat:quantisq; virtutibus sacerdotes,qui in ista fide defuncti sunt corruscarunt, vel quãta ad corpora sua miracula faciant: atq; illos non diiudicare,sed plus tãtis viris ac sacerdotibus,quàm tibi credere debuisti. Hæc ille. AVCTOR. Consideratis his, superbus VVitcleff se sin- 13
gulis anteponit, & nec miraculorum potestate terretur, nec antiquorum fide tenetur: sed plus omnibus, & sibi ipsi credit,& gloriosos sanctos cũctos diiudicat. Et ò vos deceptæ gentes audite. In ciuili aut domestico quouis negocio, si de atiquitate quæratur, non noui tyrones, sed veterani producantur in testes: ita faciat modò VVitcleff, si velit sibi de antiquitate, iam credi, quòd ipse habeat sensum Christi, plana non caliginosa patrum verba ducat secum in planitiem veritatis: quia vt iam dixit HIERONIM. Non est in Deum perfecta fides, quæ in ministros eius, odio vel in fidelitate, remurmurat. Videtur 14
mihi iuxta fidem, CHRISTVS totus in corpore suo esse scala Iacob: quam videns habet ad caput lapidem reprobatum iam olim, factum in caput anguli:per cuius quidem scalæ varios gradus, Angeli ascendunt,& descen

Ecclesiæ tre dendum.

Hieronym.

Nouorũm uentores.

Concordiæ Ecclesiæ hæ reses pellit.

Scala Iacob.

Digitized by Google

dunt,ſuper filium hominis: deſcendunt nempe per eum,teſtes eius,prophetæ ſancti, ad teſtificandum filium incarnandum. Aſcendunt illuc,per ſanctos,& Apoſtolos, quum videamus eum iam natum,paſſum,& glorificatum. Quid igitur prohibet nobis,per hos gradꝰ Sãctorum, in Chriſtum aſcẽdere? Ipſe nobis iter aſtruit,à fide. Intelligit ferè ſimiliter AVGV. hunc paſſum. 12.libro contra Fauſtum ante medium: In illo.i.Chriſto,ſcala eſt à terra,vſque in cælum,à carne vſque in ſpiritum: quia in illo carnales velut aſcẽdendo,ſpiritales fiũt: ad quos lacte nutriendos, etiam ipſi ſpiritales deſcendunt quodam modo,quum eis nõ poſſunt loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Sic enim aſcenditur,& deſcenditur ſuper filium hominis. Filius enim hominis ſurſum,in capite noſtro,quod ipſe eſt ſaluator:& filius hominis deorſum,in corpore ſuo, quod eſt eccleſia,ipſum & ſcalam intelligimus: quia ipſe dicit. Ego ſum via. Ad ipſum ergo aſcenditur,vt in excelſis intelligatur,& ad ipſum deſcenditur, vt in mẽbris ſuis paruuli nutriãtur: & ſic per illũ aſcẽditur, & deſcẽditur. Hæc ille.

¶ Quòd ſe falsò defenſores fidei orthodoxæ iactent VVitcleuiſtæ.

Doctrina IIII.

SVMMA.

1 *VVitcleuiſtæ, & Huſitæ hæretici, quòd ſint fugiendi, non tanquàm fidei defenſores, ſed oppugnatores: etiam ſi in pleriſq; locis plangant fidem lapſam eccleſiæ, & hæreſes introductas à presbyteris, occaſione hac uel illa.*

2 *VVitcleff in quo defendit eccleſiam, author oſtendit ironicè.*

3 *Inimicus & defenſor fidei, quis dicatur.*

4 *Author inuehitur in VVitcleff hæreticum, quòd prætextu defenſoris fidei, non uocatus in mediũ prodierit, & ſe turbis ingeſſerit pacificis.*

5 *Hæretici procaces, quòd facilius in tutorum, & defenſorum uoces erumpant, quam catholici.*

1 

VItem homo Dei, auditurus es in pleriſque locis, VVitcleuiſtas, & Huſitas hæreticos, plãgere fidem lapſam eccleſiæ, & hæreſes introductas à præbyteris, occaſione hac, vel illa. Vnde dicẽt, ſe defenſuros fidem eccleſiæ vſque ad mortẽ. Fuge hæc. Non moueant te verba ipſa, vel ſimilia: vario nanque tempore, cœtibus dominorum, & populorum, columnas ſe tales fidei defenſores ſpondebant in Anglia, Sed tunc clericis orthodoxis, vt nunc etiam citra, conſtanter innotuit, quòd eorum Auctor VVitcleff, cuius ipſi vocem, vt cogniti, cognoſcebãt defenſorem ſe ſcribens, oppugnatorem factis exhibuit: cuiuſmodi defenſorem imprecatur, Pſalmiſta, vt deſtruat Deus. Pſal. 8, ſecũdũ trãſlationem Romanam. Deſtruas inimicum, & defenſorem. vbi HIERON. in maiori breuiario. Hæreticum ſcilicet, qui cum nequitia ſua impugnet eccleſiam, defendere tamen eam ſimulat. Hæc ille. AVTHOR. Attende ſi vis ſcire perſpicuè, vbi de paupertate ſacerdotum, 2
omnem facit inſtantiam, & dotem dicit reuerſuram ad dominos: ibi prouiſionem clericis nullam facit de certo, & illis ipſos dominos ſtatim cõſtituit ſucceſſores, ad votum populi, pro quocunq; mortali. Videte in quo defendit eccleſiam: ſacratiſsimum corpus Chriſti in ſacramento, ſecundùm eſſentiam commutat in panem putreſcibilem: baptiſmo, & cæteris ſacramentis ſicut neceſsitatem, ſic adimit ſolennitatem: vt planè nihil in Chriſtiano viro ponat ſupereſſe Pagano. Ecce fidei defenſorem, ac diligenter inſpice ſingula, ſi non per eum commutentur in peius. Iſte defendit ergo fidem, more ethnicorum illorum, contra quos ſcripſit AMBROSIVS ad imperatorem Valentinianum dicens. Aurum ſi diligentius manu tractas, foris præcium, intus metallum eſt. Volue quæſo atque excute ſectam gentilium: precioſa & grandia ſonant, veri effœta defendunt: Deum loquuntur: ſimulachra adorant. Hæc ille. AVTHOR. Et nunquid videtis quòd iſte grandia verba, ſed veri effœta defendit: fidem loquitur, ſed propria ſimulachra adorat. Reſumo igitur adhuc ego in ſenſu Pſalmiſtæ prædictum verſiculum: Deſtruas inimicum, & huiuſmodi defenſorem, AVGV. Quem niſi hæreticum? Nam ipſe eſt inimicus, & defenſor, qui fidem Chriſtianam cum oppugnat, videtur defendere. AVTHOR. Reuera talem defenſorem Chriſtianitas noſtra non exigit, quem in conflictu orto, Paganus ex maiori parte concordẽ: Chriſtianus ſentiret in maiori parte diuerſum. At ſæue, & turbulente hæretice, quis te vocauit in mediũ? Nullæ tuis temporibus partes erant de fide: tu primũ ibi litigium ſuſcitaſti, tu non vocatus, te turbis ingeſiſti pacificis. Et quàmquam eſſes defenſor, non tamen

3

4

tamen eo esses fidelior: quia nō bene credulis vnquàm, sed titubantibus solis, posis esse defensor, sicut habet AVGV. in parte sermonū, sermone. 71. de resurrectione, qui incipit per hos dies. AVGV. qui nouit quomodo ista defendat, doctior est, non fidelior: habes fidē, nō habes facultatem, & copiam, & doctrinam defendendi fidem, sed habes ipsam fidem: Ille autem qui nouit defendere fidem, titubantibus est necessarius, non credentibus. In defensione enim fidei, curantur vulnera dubitationis, vel infidelitatis. Qui ergo fidem defendit bonus medicus est, sed in te non est infidelitatis morbus. Quum ille nouit curare quod tu non habes. Nouit ille ponere medicamentum, sed in te non est vitium: quia nō est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Hæc ille AVTHOR. Reuera ergo, non tam facile catholici viri, quàm procaces hæretici, in tutorum, & defensorum voces, erumpunt, Ipse nempe Iulianus Pelagianus hæreticus, spopōdit se tueri veritatem fidei, de libertate arbitrij, cōtra Augustinum, & Ecclesiam. Libro autem 2. cōtra eundē, cap. 22. ait AVGVST. Absit à me ista (quam mihi obiicis) arrogantia, vt me istam causam contra vos, vnum pro omnibus agere pollicerer. Quod tu tamen inter Pelagianos, non erubescis dicere maioris tibi esse apud Deum gloriæ, destitutam veritatem tueri. Multum abiecti, & vere destituti sunt, multum absīe pendent, sed hanc intolerabilem arrogantiam esse iudicant, qua te & ipsis Pelagio, scilicet, & Cælestio vestrū omnium doctoribus anteponis: quasi iam & illi cesserint, & tu remanseris qui destitutam tuearis, quam veritatem putant. Hæc ille.

¶ Quòd stultè cōfidant VVitcleuistæ in artibus, quas sibi arrogauit VVitcleff.

Doctrina. V.

SVMMA.

1 *VVitcleff fugiendus, qui iisdem deliramentis fallit suos sectatores fatuos, quibus & Manichæus fefellit suos.*

2 *Manichæus, quare à Fœlice, & suis sectatoribus fuit creditum q̄ esset paracletus. Et quid de hoc dicat Augustinus.*

3 *Paracletus, q̄ non doceat mathematica.*

4 *Errores capitales VVitcleff, quos inducit quasi necessarios ad summam scripturæ ueritatem.*

5 *Paulus cum esset subtilis philosophus, quare noluerit Corinthios inducere ad intelligentiam scripturarum per dialecticam.*

6 *VVitcleff directe contra Apostolum docet.*

7 *Christiano, si quæratur quid credendū sit, quod ad religionē pertineat, quid erit ei satis secundū Augustinum.*

8 *Doctrina humana quàm parum ad diuinā faciat.*

9 *Doctrinæ humanæ professor, quòd omni studio debeat eius mentem, aptare diuinis.*

RESonant VVitcleuistarū voces in auribus modernorum, q̄ auctor illorū VVitcleff mirabili pollebat noticia legis dei, prę cunctis patribus suis pro eo q̄ in dialecticis, physicis, & metaphysicis, cūctos transcendit: vnde & necessaria est singulis aliis postpositis, doctrina eius, ecclesiæ. Tu dico homo Dei, fuge hęc. Similibus deliramentis fefellit suos sectatores fatuos, Manichæus: quia. s. docuit eos cursum solis, & lunæ, & syderum: quæ vt dicebant, non docuit eos Paulus: vnde in actis contra Fęlicem libro. 2. Augusti no Fęlix dicit, quia venit Manichęus, & per suam prędicationem docuit nos initium, mediū & finem: docuit nos de fabrica mundi, & quare facta est, & vnde facta est, & qui fecerūt: docuit nos quare dies, quare nox: de cursu Solis, & Lunæ: quę in Paulo non audiuimus: nec in cęterorum Apostolorum scripturis: ob hoc credimus q̄ ipse est paraclitus. AVG. dicit. Quia dixisti, q̄ Manichęus docuerit vos initiū medium, & finem, & quomodo factus sit mūdus, de cursu Solis, & Lunæ, & de aliis quę cōmemorasti, non legitur in Euangelio, dominū dixisse: mitto vobis paracletum, qui vos doceat, de cursu Solis & Lunę: Christianos enim facere volebat, non mathematicos. Sufficit autē, vt homines d his rebus, quantū in schola dicerūt, nouerint, ppter vsus humanos: Chīus autē vēturū paracletū dicit, qui inducat in omnē veritatē: sed nō ibi ait initiū, mediū, & finē: nō ait Solis, & Lunę curs⁹. Aut si putas hāc doctrinā, ad illā veritatem ptinere, quā per Spiritū sanctū, Christus promisit: interrogo te quot sint stellę. Si accepisti spiritū illū, ad quē ptinet docere ista, quę ego dico, ad doctrinam, & disciplinam non ptinere, oportet, vt dommcies, & respōdeas mihi. Debitorem enim te, fecisti ut si quid de talibus interrogauero, respōdeas, si non respondeas, non in te apparet spūs illo: de quo

1

2

Mathematica nō docuit Paraclet⁹

3

de quo dictum eſt, Inducet in omnem veritatem: ſi illa eſt veritas, quò iſta pertinent? Hæc ille. AVTHOR. Quid potuit ad iſta reſpõdere ſtultiuagus ille Fœlix, qui potuit ideo putare Manichęum paraclitum, quia docuit illum vt dicit, de differẽtijs temporum, de curſu Solis, & Lunę, & ſyderum. Ad hac ſeductione quantum putas abeſt VVitcleff? quã
4 in fine tertij trialogorum dicit, omnino expediens ad intelligentiam ſcripturarum, quòd viator in recta logica, & phyſica, ſit inſtructus, in vniuerſalibus ſuis: in metaphyſica, de quidditate temporis, & aliorum accidentium: de hoc, quòd omne quod fuit, vel erit, eſt in magno tempore ſemper ſpiritus: de eſſe ideali, quo quilibet eſt Deus: de materiali eſſentia perpetua. Hi ſunt errores eius in logica, phyſica, & alijs ſcientijs, capitales: & ideo hos inducit quaſi neceſſarios ad ſcripturam: cum tamen neceſſariò ad ſummam ſcripturę veritatem pertinere non poſſent, etiam ſi verę eſſent: quemadmodũ AVG. ſupra dicit. Quæ ego dico ad doctrinam & diſciplinam non pertinere. Aut ſi omnino pertinent, quo modo ſine iſtis, immo ſtudijs, & ſcholis oppoſitis, AVGV. & AMBRO. HIERONYMVS. & HILA. ſcripturas intelligere potue
5 runt? Hac ergo de cauſa beatus Paulus cum foret ſubtilis philoſophus, & biennio diſputaret Epheſi, in ſchola cuiuſdam tyranni, noluit tamen Corinthios inducere ad intelligentiam ſcripturarum, per dialecticam, ne ponderarent ibi philoſophiam, ſupra ſcripturam. Ego (inquiens) in infirmitate, & timore, & tremore multo, fui apud vos: & ſermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. Vbi HIERONY. in annotationibus, Quia dialectici erant Corinthij, noluit apud eos diſputatione vti: ne hoc quoque, illis aliqua noua philoſophia videretur, ſed magis illis virtutes, ac miracula demonſtrauit. Hæc ille. AVTHOR. Dire-
6 ctè ergo contra Apoſtolum docet VVitcleff, introitum in ſcripturam, volens omnino videri philoſophiam ſuam nouam: conatus illicere animos incautorum, ſpecie nouitatis: Sic decipi poſſunt, qui decipi tecum maluerunt, quam cum Chriſto concipere. Crede mihi, nec tuam philoſophiam contra Chriſtum concipimus, nec quamlibet aliam, ad veritatem ſcripturæ rimandam, neceſſariam eſſe concedimus, ſed ipſam ſolam, quam ibi influit Ieſus Chriſtus, ſicut & AVGVSTI. in
7 Enchiridio ſuo ad Laurentium capitu. 4. docet. Cum (inquit) quæritur quid credendum ſit, quod ad religionem pertineat: non rerum natura ita rimanda eſt, quemadmodum ab eis quos phyſicos Græci vocant: nec metuendum eſt, quemadmodum ab eiſdem, ne aliquid de vi & numero elementorum, de motu atque ordine, & defectibus ſyderum, de figura cæli, de generibus, & de naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium: de ſpatiis locorum, & temporum: de ſignis imminentium tempeſtatum: & alias ſciẽtias de his rebus, quas illi vel inuenerunt, vel inueniſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret. Quia nec ipſa omnia repererunt tanto excellentes ingenio, flagrantes ſtudio, abundantes ocio: & quædam coniectura humana inueſtigantes, quædam verò hiſtorica experiẽtia perſcrutantes: & in eis quæ ſe inueniſſe gloriantur, plurima opinantes, potius quam ſcientes. Satis eſt Chriſtiano rerum cæterarũ cauſas, ſiue cæleſtium ſiue terreſtrium, ſiue viſibilium, ſiue inuiſibilium, non niſi bonitatẽ intelligere creatoris, qui eſt vnus & verꝰ Deus, nullamque naturam eſſe, quę non aut ipſe ſit, aut ab ipſo: eumque eſſe Trinitatem, patrẽ ſcilicet & filium, à patre genitum, & ſpiritum ſanctum ab eodem patre procedentem, ſed vnũ, eundèmque ſpiritum patris & filij. Hæc ille. Satis eſt Chriſtiano, inter creaturarum cauſas agnoſcere: quid nobis confert quod VVitcleff de prolixo ſuo eſſe domini, & ſua materiali eſſentia, cum alijs trufellis, ad intellectum prodidit ſcripturarũ: quæ ipſe potius opinans, quã ſciens, ad offuſcandum Chriſti fidem, de errori bus antiquorum extraxit? Sanè inter Titonij regulas, Auguſtinus iſta numerat, aut peritus Caſsiodorus facile fallebatur, qui libro ſuo de inſtitutione diuinarum ſcripturarum, vniuerſalium VViteleff, aut quidditatis magni ſui temporis immemor, & aliorum accidentium, multos fecit eſſe theologos. Vnde Origenes has artes liberales exiguum quid, iuuare dicit, ad ſcientiam de diuinis Homilia. 6. ſuper Ioſue & inſuper: ideo conſimiliter Auguſtino, hoc fermentum à ſacrificio verbi diuini, & ſcientia legis, tollendum inſinuat, ſuper Leuiticum Homilia. 5. ORIGENES. Domi 8 *Doctrina humana patũ ad diuinam facit.*
nus in euangelijs, humanam doctrinam Phariſæorum, qui tradebant traditiones, & præcepta hominum, fermentum appellat, cum dicit diſcipulis obſeruate à fermento Phariſæorum, ſimiliter ergo humana doctrina eſt: verbi cauſa, grammatica ars, vel rhetorica, vel dialectica, ex qua doctrina ad ſacrificium quoddam, hoc eſt in ijs quæ de deo ſentienda ſunt, nihil ſuſcipiendum eſt. Sermo verò lucidus,

Digitized by Google

lucidus & loquentiæ splendor ac disputatio nis ratio, ad ministerium verbi dei decentius iubetur admitti. An non super hoc fermentum habebat verbi dei sacrificium, ille qui docebat: Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Hæc ille. AVTHOR. Vult Origenes Dei legem, & eius scientiam his artibus
9 lucidari decentius, non eas superponi, vt earum regulis diuinas leges inficiat. Vnde & omni studio debet professor eius, mentē aptare diuinis. Hoc nēpe est vitiū presumptionis, quo frequenter plures laborant, qui cum statim ab his artibus veniunt, se putant bene doctos theologos: quæ arrogātia plures propagare solet hæreticos. In eadē Homelia, ORIGEN. Si sit aliquis naturæ floren tis & ardentis ingenij, non continuo aptus videbitur ad suscipienda vera dei mysteria: sed requiritur, etiam vt à prophanis actibus, & immundis operibus separetur, & ita demum eruditionis capax fiat, si prius capax fuerit sanctitatis. Simile his in Numeris legimus scriptum: vbi dominus carnes cælitus dedit filijs Israel, & dicit: Sanctificamini in cras ftinum vt manducetis carnes, hoc ostendens q̄ nisi sanctificati essent prius, & mundi effecti, carnes eis non daret Deus. Hæc ille.

¶ Non esse credendum VVitcleff asserenti omnes ecclesię doctores à tempore donationis Cōstantinianę excęcatos fuisse.

Doctrina. VI.

SVMMA.

1 Donatio Constantini, quòd non excæcauerit ecclesiam, ut dicebat VVitcleff.

2 Doctores sancti, quòd possint falli de hominū iniquitate, non de fidei ueritate.

3 VVitcleff insanum, & perfidum, non esse sequendum, de dotatione ecclesiæ, de sacramēto altaris, de religione perfectorum supra Augustinum sciolum.

4 Præceptum antiquorū, quòd semper sit congruētius non solum de fide, sed in quolibet tractatu sanctæ uitæ.

5 Ambrosiū quid mouerit, ut imbueret uirginem magis præcessorum exēplis, quàm regulis suis, & præceptis.

6 VVitcleff ad intelligentiam scripturarum iubet ampletti philosophos, & prætermittere sanctos & quòd philosophi non sunt citandi catholicō, sed sancti.

QVis item ferre poterit orthodoxus, fidem ecclesiæ tantis temporibus, vitiatam vt à tēpore dotationis Cęsareę vsq; ad VVitcleff, omnes sancti patres à religione domini magis ac magis, continuē declinauerunt, & sic ecclesia tam longeuis excęcata temporibus, errauit de fide, de sacramento altaris, & de paupertate clericorum. Cum alijs fuge hęc homo dei. Præsumptio hæreticorum confingit ista, superbissimè iudicans omnes cæcos, Augustinum, Hilarium, Ioannem, & Hieronymum, & quoslibet sanctos patres, donec in nostrū hemisphærium, lux VVitcleff mendosa prosilijt. Et isti, Christi Iesu mendacem faciunt prophetiam. Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Breuiter dico, omnes quotquot venerunt hęretici, sunt hoc laqueo deprehensi. Quia cum arguuntur, contra dictamen fidei ecclesiæ prædicare, quæ ab initio tradita per successiones prefbyterorum, & plębium, vsq; ad hæc tempora nostra, in ecclesia dei, circūquaq; diffusa durauit: ipsa eorum insania cadens in laqueum patentis mēdacij, fingit omnes sanctos priores errasse, & ecclesiam fuisse deceptam. Hoc modo Donatus fidem ecclesiæ incarcerauit in Affrica: hoc item modo Berengarius ecclesiam totā cōclusit in Francia: sed sanctus AVGV. breuiusus, & firma sententia: Si vra (inquit) vera, & nra falsa sunt, falli potuimus cū orbe terrarū, de hominū iniqtate, nō de fidei veritate. Hæc ille libro. 3. contra Petilianum ad Fidentium. AVTHOR. Ecce nunc VVitcleff. Augustinus falli potuit cum pluribus orbis terrarum, de hominis iniquitate, non autem de fidei veritate. Nolite sequi insanum VVitcleff, & perfidum, de dotatione ecclesiæ, de sacramento altaris, de religione perfectorum, supra Augustinum sciolum, & putare Augustinum in Christi fide deceptum: quia falli potuit Augustinus cum orbe terrarum, de hominum iniquitate, non autem de fidei veritate. Nec tamen de fide, sed in quolibet tractatu sanctæ vitæ, congruentius est semper antiquorū preceptum: prout in principio secundi libri de sancta virginitate practizauit, AMB. dicens: Quoniā infirmi ad monendū sumus, & impares ad docendum (debet enim is qui

1 Donatio Cōstantiniān excæcauit ecclesiā.

2 Falli de hominum iniqtate, nō de fidei ueritate pñt doctores sancti.

3

is qui docet, ſupra eum qui docetur, extollit) ne vel ſuſceptum deſeruiſſe munus, vel nobis amplius arrogaſſe videremur, exemplis potius, quam præceptis, putauimus imbuendam: licet amplius proficiatur ex emplo. Quoniam nec difficile quod iam factum eſt exiſtimatur, & vtile quod probatum, & religioſum, quod hæreditario quodam paternæ virtutis vſu, in nos eſt ſucceſsione tranſfuſum. Hæc ille. AVTHOR. Videtis quid mouit Ambroſiũ vt imbueret virginem, magis præceſſorum exẽplis, quam regulis ſuis & præceptis: quia quod ante nos, per ſanctos patres factũ eſt, aut inſtitutum, hoc ſtatim homini exiſtimatur vtile, probatum, & religioſum eſſe, & quodam paternæ virtutis vſu, in nos eſſe ſucceſsione trãſfuſum. Sed quid trepidant catholici, ſanctum & probatum eſſe, quod eſt patrum exemplum? Expecto ego audire, VVitcleff impingere tantam mendam deceptionis philoſophis, quantam non veretur Chriſti ſanctis aſcribere. At credere poteſt, ſevelle magis reperiri philoſophum, quam fidelem. Nã vt ſupra ſcribitur, hortatur in tractatu de fide, prætermittere ſanctos: & conſequenter ad intelligentiam ſcripturarum, iubet amplecti philoſophos. Ex quanta ergo, parte eſt ipſe dogmatiſta catholicus, dicente nihilominus ſapiẽte, quod iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtendit illi regnum Dei: & dedit illi ſcientiam ſanctorum, ne diceret philoſophorum. Et iterum, ipſa ſapientia. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Oſtenſurus dominus iuſto ſuo, regnum Dei, in fide eccleſiæ, dedit illi ſanctorum ſcientiam: vt eũ duceret per vias rectas. Iſte autem VVitcleff ducet eum per erroneam philoſophiam Empedoclis, & metaphyſicam Ariſtotelis: nec mirum, quia in cœtu ſanctorum, deficerent ipſi teſtes. Sic itẽ egerat Iulianꝰ hæreticus, cõtra quẽ AVGV. lib. 4. capit. 22. Habes ne ad huc quod contra nos de ſecularium literarum auctoritatibus garrias? ſed ſi contra epiſcopos, eloquiorum diuinorum præclariſsimos tractatores, pro iſto (quem à te Deus auertat) errore, quæſiturus es: quid dicas, quo ve modo, illorum ſanctitati reſiſtas? Quid tibi erit Tullius, vt eum in hac ſapientia, deſipuiſſe, ac deliraſſe contendas? Tace ergo de illius generis libris, & noli nos aliquid inde contumelioſe docere conari: ne quorum te inaniter ſubleuari credis, eorum teſtimonijs comprimaris. Hæc ille. Et id circo cap. 27. Obſecro te (inquit Auguſtinus) non honeſtior ſit philoſophia gẽtium, quam noſtra Chriſtiana: quæ vna eſt vera philoſophia: quando quidem ſtudium, vel ſcientiæ amor, ſignatur hoc nomine. Hæc ille. AVTHOR. Ita obſecro te VVitcleff, non ſit honeſtior logica, aut phyſica, quam noſtra Chriſtiana ſanctorũ tractatio. Nec dicas Chriſti fidem, per mille annos ante natiuitatem tuã, in patribus defeciſſe: & philoſophiã gentilium incorruptam, à tempore Anſbotebs, diu ante Chriſtum, hactenus permanſiſſe.

Philoſophi non ſunt citandi catholico, ſed ſancti.

¶ Non eſſe vocandos clericos Cæſareos, tametſi id nominis pudendum non eſt.

Doctrina VII.

SVMMA.

1 *Clerici, & prælati catholici quòd non debeant turbari, neq; relinquere eccleſiam, etiam ſi ab VVitcleuiſtis hæreticis vocantur Cæſarei.*

2 *Chriſtus, quòd Cæſaris nomini attulerit reuerentiam, iubens nominatim Cæſari dare, quæ Cæſaris erant.*

3 *Hæreticis antiquus mos, ſuper nomine Cæſaris exaſperare catholicos.*

4 *Imperator, filius eccleſiæ dicitur. Et dicitur intra eccleſiam, non ſupra eccleſiam eſſe.*

5 *VVitcleuiſtæ hæretici, quòd ſint peruerſores patuli ſcripturæ, eccleſiæ, atq; imperij: ſubdentes eccleſiæ ordines Cæſareis titulis, & in dedecus Cæſaris nomen gloriæ ſuæ ad exteros oblique deriuantes.*

6 *VVitcleff hæreticus, quòd non ſolùm præſentes uocet Cæſareos, ſed & ſanctos antiſtites & patres, Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium: &c, ut ſit conformis Iuliano, & Pelagio, hæreticis.*

7 *Iulianus Imperator á Chriſti clericis tyrannidem ſuam exordiẽs, quòd eos domibus, & priuilegijs ſuis ſpoliauerit.*

8 *Conſtantinus Imperator diſponens res clericorũ unicuique ciuitati, proſpexit, ut clerus ſufficiẽtia emolumenta perciperet.*

9 *VVitcleff probauit, quod fecit aduerſus clericos Iulianus.*

10 *Iulianus, Iudæi, & VVitcleuiſtæ, quòd ſint terni raptores, in eiusdem ternæ blaſphemiæ maſſa cõcordes.*

11 *VVitcleuiſtæ, quòd debeant dici apoſtatæ à principe ſuæ hæreſeos, non Cæſarei.*

Clamant

Digitized by Google



1 Lamant impij VVitle uiſtæ, & in paginis ſuis ſcribũt, clericos, & prælatos catholicos, eſſe Cęſareos. Tu autem homo Dei noli turbari, tãquàm ideo relictur⁹ ecclesiã: ſed fuge proteruiam. Iniuriam duplicant, & hæreſim ſuã non minuunt: quia contumeliam clericis intẽtant de nomine Cæſaris, & Cæſari derogãt in contumeliam clericorum. Nouerint contemptores, nomẽ Cæſaris glorioſum, ſub deſcriptione cui⁹, & huius nominis atteſtatione certiſſima, Rex gloriæ, carnis ſumpſit initia: qui ele
2 ctos ſuos antè deſcripſerat in æternitate. Huic nomini Chriſtus attulit reuerentiam, iubens nominatim, Cæſari dare quæ Cæſaris erant.
Mat. 25. Huic item Paulus non modicum detulit, cum Cæſarem appellauit. Hunc primitiuæ Eccleſiæ ſancti, quãuis paganum, & perſecutorem ſanctorum, ſic decreuerunt accipere, quaſi inſtitutum eis, à domino. Vnde TERT. in ſuo apologetico cap. 34. Quod ego amplius de religione, atque pietate Chriſtiana in imperatore: quem neceſſe eſt ſuſpiciamus, vt eum quem dominus noſter elegit, vt merito dixerim, noſter eſt magis Cæſar à noſtro Deo conſtitutus. Et infra, Si homo ſit, intereſt homini Deo credere: ſatis habet apellari imperator: Grande, & hoc nomen eſt quod à Deo traditur: negat illum imperatorẽ: qui Deum
3 dicit. Hæc ille. AVTHOR. Antiquus eſt mos hæreticis ſuper nomine Cæſaris, exaſperare catholicos, & quando poſſunt pro ſe ad ſanctorũ inuidiam, quando hoc non poſſunt, impatientia ſtrangulati, Cæſaris ſemper nomen obtendant iniuriæ, prout Arrianos notat AMBROSI. libro. 7. epiſtolarum, epiſtola contra Auxentium. Semper ne de Cæſare, ſeruulus Dei, inuidia commouetur, & hoc ad calumniam ſibi arceſsit impietas, vt imperiale nomen obtendat: & poſſint dicere, quòd eorum non habeant ſacrilegium, quorum imitantur magiſterium. Hæc ille. Sed infra verſus finem epiſtolæ moderatur, AMBROSI. reuerentiam debitam Cæſari, cum Eccleſia Chriſti, & priuilegio clericali. Accipiant, inquiens, obedientiæ magiſtrum, cui nos inhæremus, dicentes iis: qui nobis de imperatore inuidiam faciunt.
Soluim⁹ quę ſunt Cæſaris, Cæſari, & quę ſunt Dei, Deo: tributum Cæſaris eſt, non negatur: Eccleſia Dei eſt, Cæſari vtique non adiicitur: quia ius Cæſaris non poteſt eſſe Dei templum. Quod cum honorificentia imperatoris dictum nemo poteſt negare: quid eẽ honorificẽtius, quàm vt imperator filius 4
Eccleſiæ eſſe dicatur: quod cum dicitur, ſine peccato dicitur, cum gratia dicitur imperator: intra Eccleſiam non ſupra Eccleſiam eſt. Bonus enim imperator quærit auxilium Eccleſiæ, nõ refutat. Hæc ille. AVTHOR. Mon 5
ſtrant ergo VVitcleuiſtæ hæretici, ſe patulos peruerſores: peruertunt enim ſcripturam, peruertunt Eccleſiam, imperiumque peruertunt: dum Eccleſiæ ordines ſubdunt Cæſareis titulis, & in dedecus Cæſaris, nomen gloriæ ſuæ, ad exteros obliq; deriuãt: dicent, ſed dotationes, & dotationis ſuæ munera vos transformant: vnde & nomen in vos cum 6
forma conueniant. Non in nos tantum, ſed in cunctos ſanctos antiſtites, quos hæc dona Cæſaris tetigerunt, hanc ſtruis contumeliam nominis, vt vocitentur Cæſarei. Et erit Syluęſter Cæſareus, Marcus, Iulius, Liberius, Damaſus, Ciricius, Anaſtaſius, omnes Cæſarei, ſacerdotes. Sed quos dices eos fuiſſe, quibus ante iſtos, & hunc Cæſarem, poſſeſsionibus ſuis retentis, agrorum, domorum, & rerum immobilium diuitiæ redundabant? Dixi tibi in libro. 4. de Vrbano ſancto qui hoc inſtituit fieri. Cui in eadem rerum forma ſucceſſerunt Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Syxtus, Dionyſius, Fœlix Eutitianus, Caius, Marcellus, Euſebius, Melchiades: omnes ſancti patres & omnes fere martyres; & ſine Cæſare, & ante Cæſarem poſſeſſores, & ante Syluęſtrum vnà cum ſacerdotibus, & clericis qui tunc in ſtaurabant eccleſias, dotem quam poterant retinebant. Si iſti non à donis Cæſaris poſſent eſſe Cæſarei, iam prouide iſtis nomen, & Eccleſiæ Chriſti per tuam blaſphemiam ſacerdotes tripharios, & clericos tripertitos. Adde, & his ſanctos patres, Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium, Ioannem, quos omnes, quia miniſtrauerunt donaria Cæſaris, audeas appellare Cæſareos: ſisque conformis Iuliano magiſtro tuo, Pelagio hæretico, quem propter falſas imputationes ſuas inuitauit AVGVSTI. vt tot ſanctos patres ſimili cauſa cogente diceret Manichæos, libro. 3. contra Iulianum, capit. 13. Si (inquit) per ſanctos Antiſtites Dei, memoriabiles q; doctores: Irenæum, Cyprianum, Retitium, Olympium, Hilarium, Ambroſium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, conſtu-
prauerunt Eccleſiam Manichæi: dic mi-
hi

hi Iuliane quæ te peperit vtrum casta, an vero meretrix in lucem quam deseruisti per vterum gratiæ spiritualis enixa est: an vt dogmata Pelagiana defendas, coniugis Christi, & tuæ matris viscera, instinctu nepharij, non erroris, sed furoris infamas. Vsq; adeò enim cõtra vetustam pulchritudinem Saræ, non inuenit quod nouitia deformitas mentiatur: vt tot episcoporum, glorioſorum, catholicorũ, in tãtã sententiarum suarum manifestatione, consensum in quibus sint ne Manichæi, necne, nõ audierunt, Manichæorum blasphemia criminetur. Hæc ille. AVTH. Hac ipsa serie orationis, & rationis eius retenta, paululum nostris terminis intromissis arguatur, VVitcleff

Cæsarei nõ dicẽtur ob dotem catholici.

Si per sanctos, antistites Dei memorabilesque doctores tam orientalis quam occidẽtalis ecclesiæ, Cyprianum, Aurelium, Hilarium, Ambrosium, Gregorium Nazianzenum, Basilium, germanumque eius Gregorium Nicenum, Martinum, Nicolaum, Epiphanium, Ioannem Chrysostomum, Innocentium, & Fulgentium, summosque pontifices, quos supra recoluimus constuprauerunt ecclesiam Manichæi sint sacerdotes Cæsarei: dic nobis VVitcleff, quæ te peperit, vtrum casta an meretrix: an vt falsa dogmata tua defendas, matris tuæ viscera, instinctu furoris infamas. Vsqueadeò non inuenit quid nouitia tua deformitas mentiretur, nisi tot episcoporum glorioſorum catholicorum in hac dotatione cõsensum, Cæsareorum blasphemia criminetur.

Omnes isti de dote Cæsaris quam acceperunt, vixerunt & ministrauerunt ecclesiis. Omnes ergo isti patres innumeri, criminantur, blasphemantur, condemnantur præuaricatores euangelij & sacerdotes Cæsarei, ex ore vni⁹ nouelli satellitis, prætextu huius Euãgelici: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Cum ante istos peruenit quam stolidus, quã ignarus, putas vincendus est legibus nec stupeat. Et quia superiori li. 5. vbi de sacramento ordinis scripseram, probaui eos omnes à Cæsare Iuliano, Cæsareos, pro eo quòd eius apostaticam peruersitatẽ in hoc errore sequũ-
7 tur, & alijs. Iam & Manichæos & Iudæos esse simili ratione conuincam: vnde ipse Iulianus ab ipsis Christi clericis tyrannidem suam exordiens, eos bonis, & priuilegijs spoliauit, retorquens in eos hoc idem quo iam VVitcleff vtitur, contra nostros. CASSIODO. scribente lib. 6. tripertitæ historiæ, capitul. 7. Clericis (inquit) omnia priuilegia, honores cõ suetudinesque subtraxit, & leges positas pro eis soluit. Ipsosque curiæ tradidit, simul & virgines, atque viduas, quæ pro penuria inter clericos pascebantur, iussi exigi ea quæ quòd à publico accepissevidebantur. Constantinus 8 enim Imperator disponens res clericorum vnicuique ciuitati prospexit, vt clerus sufficientia emolumenta perciperet: & hoc lege firmauit: quod hactenus mortuo Iuliano seruatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quod 9 Iulianus fecit, VVitcleff probauit, vtique hac vna authoritate contentus: Qui non renunciauerit &c. Quia qđ VVitcleff de veteri lege pro paupertate Leuitarum assumpsit, si respondeatur soli legi congruum fuisse, nõ gratiæ: nihil habet quod sumat contra clericos, nisi quod Iulianus accepit. Nisi quis renunciauerit &c. Et in hoc fatebatur iustitiam habere Iulianum, & verum sensum euangelij Iesu Christi: sicut quidam dixit hæreticus Donatista quem alloquens A. V. G. hoc versu psal. 37. Qui ceciderit non conturbabitur. Recito (inquit) preces ad apostatam imperatorem cui dixisti, quòd iustitia sola apud eũ locum habet. An forte apostasia Iuliana, pars euangelij tibi videtur? Ecce mendacem teneo.

Hæc ille. AVTHOR. Dicas sacerdos apostate, dic VVitcleff Cæsaree: si apostasia Iuliani tyrannizantis in clericos, pars euangelij tibi videtur, nunquid in hac re sola iustitia apud eum locum habet, & apud Constantinum iniustitia? Atqui euangelium non dicit, Nisi quis clericus aut sacerdos: sed absolute, Nisi quis renunciauerit omnibus nõ potest meus esse discipulus: ideo apud Iulianum tuum completa iustitia locum habuit, quia ad eam paupertatem compulit, non tantum clericos, sed & quoslibet Christianos, sic spolians omnes, sicut & prius clericos spoliauit: inferens semper sic statuisse magistrum eorũ quòd nisi quis reliquisset omnia, non posset eius esse discipulus. Permisitque Iudæis hoc idem facere Christianis: quos fouit, liberos quoque fecit, & eis ob inuidiam Christianorum Hierosolymam tradidit, vt ibi Cassiodorus scribit, Qui iam alumni facti perfidi Iuliani antiquum furorem, ad rapinas bonorũ fidelium innouare cœperũt in synagogis suis, sub nomine Nazarẽorum, sicut & Iulianus ipse sub nomine Galilæorum: vt dolenter scribit HIERO. lib. 1. commentariorum super Amos, textu, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non corripiam. Quod de Esau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos, & populũ Christianum. Illi etenim terreni & sanguinarij persecuti sunt fratrem suũ Iacob

qui

qui eos ſupplantauit & abſtulit primogenita eorum:& perſecuti ſunt in gladio,ita vt ſubſtãtias,poſſeſſioneſq; credentium, publicè raperent,quod in Apoſtolorum actibus legimus. Et violauerũt matrem ſuam, & iura naturæ: oblitiq́ue ſunt matris ſuæ Rebeccæ, quæ interpretatur patientia, & ſimul eos generauit in Chriſto:& antiquum furorem & iracundiam tenentes,vſq; hodie in ſynagogis ſuis,ſub nomine Nazaræorum, blaſphemant populum Chriſtianum: & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi. Hæc ille. AVTHOR.

10 Ecce raptores terni in eiuſdem ternæ blaſphemiæ maſſa concordes,Iulianus, Iudæi VVitcleuiſtæ.Sub nomine Galilæorum ſpoliat Iulianus fideles,ſub nomine Cæſareorum VVit cleuiſtæ. Addamus his tribus ſceleribus Edõ, Manichæos:vt Deus ſecundum prædictã prophetiam ſuper quatuor non conuertat ipſos hoc errore detẽtos: ſic Auguſtinus redarguit. libro de moribus eccleſiæ cap.65.AVG.Quid calumniamini quòd fideles iam baptiſmate renouati procreare filios,agros & domos,pecuniamq́; vllam poſsidere non debeant.Permittit hæc Paulus.Et infra cap.66.Qui lucem ſcripturarum vanis vmbris obnubilare conamini nolite iam dicere cathecuminis licere vti coniugibus,fidelibus autem non licere: Cathecumenis licere habere pecuniam, fidelibus non licere.Nam & multi ſunt qui vtuntur, tanquã non vtentes.Hæc ille. AVTHOR. Gaudeant

11 VVitcleuiſtæ tot ſe iam habituros in errore conſortes:ſed vt à potiori quoque nomen accipiant,quia Iuliano Cæſari in Chriſtianorum potiſsimè clericorum exproprietate conueniunt omnes etiam VVitcleuiſtæ: à principe ſuæ hæreſos non Cæſarei ſed Apoſtatæ dici debent.

Exproprietas, proprij ablatio.

Ornatus & ritus ſolennes eccleſiæ ritè eſſe inſtitutos.

Doctrina VIII.

SVMMA.

1 *VVitcleuiſtæ, quòd de ritibus, & moribus honeſtis quos in ſacramentis celebrandis, aut in ſacris diſpenſandis ad laudem Dei inuenit eccleſia, dicant prælatorum auaritiam ſapere, & ambitum ſacerdotum.*

2 *Chriſtus,quòd notatus fuerit ambitus à Phariſæis, & ſcribis.*

3 *Chriſtus,quare nudatus priſtinis veſtibus, fuerit indutus Chlamyde coccinea.*

4 *Clero quæ ſint obſeruanda.*

5 *Tradita à domino,& ab Apoſtolo,quòd nõ omnia ſint ſcripta.*

6 *Apoſtoli,ſeu eccleſiæ primitiuæ principes q, non euaſerint auaritiæ,quæſtus,& commodi notam.*

EXacerbauerent itẽ VVit cleuiſtæ eloquia Dei frequenter populum commouentes in prædicationibus & priuatis tractatibus quod omnes honeſti ritus &mores,quos in ſacramentis celebrandis aut in ſacris diſpenſandis ad laudem Dei inuenit eccleſia,prælatorum auaritiam ſapiunt & ambitum ſacerdotum: inde docent populos ſpernere dies feſtos,ornatus eccleſiæ, ſacras orationes in miſsis aſsignatas officiis, ſanctificationesveſtium,habitus ſacrorum vſibus applicitos,& quícquid ad eximium Dei cultum,ſanctorum peritia,ſuggerente Deo,conſtituit, in auaritiam clericorum peruertunt. Tu autem homo Dei hæc inter omnia mala fuge, ſciens primò ſeruo ſufficere,ſi ſit ſicut dominus eius. At nunquid impij Phariſæi & ſcribæ cum ſacerdotibus Iudæorum,hoc crimẽ ambitus terreni imperij obiecerunt in Ieſum, dicentes eũ prædicare,ſigna oſtendere,vt ſe regem ſtatuat Iudæorum?Quod Romani milites pluries audiendo tandem ad illudendum aſſumpſerunt dicentes ei, Aue rex Iudæorum:prout notat HIERONY. in cõmentario ſuper Matthæũ in eundem locum.Milites,inquiens, quia rex Iudæorum fuerat appellatus,& hoc ei Scribæ & ſacerdotes crimen obiecerunt, quòd ſibi in populo Iſraël vſurparet imperium: hunc illudentes faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydem coccineam pro ruffo limbo,quo reges vtebantur veteres:& pro diademate imponant ei coronam ſpineam:pro ſceptro regali dent calamum, & adorent quaſi regem.Hæc ille. AVTHOR. Iam Phariſæos iſtos non cernimus:ſed loco ipſorum hæretici ſurrexerunt,qui etiam ſicut Phariſæi à diuiſione dicũtur.Ipſorum Scribæ,Chriſti ſcripturas legentes, ipſorunq; Lollardici ſacerdotes funeſta ſacra tradentes,iam vnà contra ſponſam Chriſti,corpus Chriſti,ſicut illi cõtra Chriſtum,machinas conſtruunt & eaſdem. Eandẽ auaritiæ notam in Chriſtum, vt regnet: & in eccleſiã,vt inſatiabiles quæſtus aſſumat, aſpergunt.Sequuntur magiſtros ſuos diſcipuli do-

1

2 *Ambitus notatur Chriſtus.*

3

Digitized by Google

ciles. Quomodo autem imputationem iſtam poſſent rectores eccleſiarum euadere quis docebit? Dicent forſan, vt ſolent, Tenete nudas obſeruãtias, quas Chriſtus probauit, & primitiua eccleſia. Interrogo ego vbi eas inueniam,
2 ſi non hæ ſunt, quas tradidit eccleſia? Dicẽt, In
Obſeruanda ſero. euangelio & ſcripturis. Sed vbi euangelium dicit, aut ſcriptura Canonica, quòd tantùm hũc modum celebrandi vel baptizandi, aut pſallẽdi Chriſtus ſeruauit, Euangeliſta dicente in eo
5 dem euangelio multa feciſſe IESVM, quæ nõ
Non omnia domino & ab Apoſtolo tradita, ſunt ſcripta ſunt ſcripta in libro hoc: & Paulo item dicẽte, Tenete traditiones quas tradidi vobis, ſiue per perſonam, ſiue per epiſtolam? Qua fronte igitur imperiti iſti compellent eccleſiam ad hoc ſolum ſeruandum, quod ſcriptum inueniunt, quando nulla ſcriptura dicit hoc ſolũ, & nihil aliud feciſſe, vel dixiſſe Chriſtum, non alios Apoſtolos: immo multa alia eos ſtatuiſſe confirmat, quæ cùm eccleſia ſeruat rite obſeruat: & ipſi temerè dimittentes, contra Chriſti monita & Apoſtolorũ eius, damnationis ſuæ focos accumulant. Sed nedum ad hoc, quod interrogo, ſatisfacit dicens: Tenete nudas obſeruãtias primas Chriſti, & ſanctorum. Non enim dico Chriſtum eas conſeruaſſe, & tamen auaritiæ notam, quam nobis imponitis, nõ euaſit. Nec dices de Apoſtolis: nec tamen euaſerunt & ip
6 ſi. Vnde iudex quidam Paganus ſcribens contra Chriſtianos libellũ, dicit Apoſtolos Chriſti piſcatores fuiſſe & pauperes: & ideo talem ſeminaſſe doctrinam notiſsimi quęſtus: prout tradit LACTANTIVS lib. 5. diuinarum Inſtitutionum cap. 2. Bene inquiens, quòd nihil dicit aut nihil intellexit: tantũ enim abeſt à diuinis literis repugnantia, quantum ille abfuit à fide & veritate: præcipuè quia Petrum, Paulumq; lacerauit, cæterosq; diſcipulos, tanquã doctrinæ ſeminatores, quos tamen rudes & indoctos fuiſſe teſtatus eſt. Nam quoſdam eorũ piſcatoriæ artificio feciſſe quæſtum cùm ægrè ferret, quòd illam rem non Ariſtophanes aut Ariſtarchus cõmentatus ſit &c. Et ſequitur in ca. 3. Non igitur quæſtus & cõmodi gratia religionẽ iſtam cõmentati ſunt, quippe qui præceptis & re ipſa, ipſam vitam ſequuti, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis, ſpernit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce principes eccleſiæ primitiuæ poſt Chriſtum notãtur ex ſola prædicatione, nota quæſtus & cõmodi, cũ tamen pauperrimi viri cuncta ſperneret, quæ haberi poſſent in bonis. Nec apud gẽtiles tantũ, ſed etiam apud Chriſtianos Corinthios Paulus ad hoc purgandum, ſolebat inſtare ſollicitus, & miro modo, cũ nec quicquã ab ipſis accipere: ſed quia magno dolo eũ putare poſſent hoc facere, & ipſi tã grata merita, maiori quã offerebãt, munere cõpẽſarẽt: propter hoc ſe purgare volens interrogat, Ego nõ grauaui vos, ſed vt aſtutus dolo vos cepi. Vbi in expoſitione ſolẽni AMBROSIVS. Omnia quę poſſent ex aduerſo proponi non tacet, vt ſe purget per omnia: quia nihil per circũuẽtionem egit apud eos, ſed in ſimplicitate ſemel ſibi proſpiciẽs duplici genere, vt & apud Deũ prouideret, & hic cẽſum eorũ nõ quæreret. ſibi autẽ hoc ſufficeret quod à domino promiſſum eſt in futurũ. Forte enim ſuſpicarẽtur illũ contẽpſiſſe, quia parua erãt quæ offerebãtur, vt maiora cõſequeretur, & circũſpiciens merita ſua, non pecuniã refutaret: ſed numerũ, indignũ ſe exiſtimãs, cõtemneret. Sequitur. Quod compoſitũ Apoſtoli aſtutia intelligerẽt, vt qđ egit non per cõtemptum, ſed per auaritiã egiſſe probaretur. Hæc ille. AVTHOR. Nolite ergo in miniſteriis veſtris turbari ſancti Pręſules nolite ſacerdotes Chriſti aut religioſi viri & p̃dicatores egregij. Non ſic circũferamini omni ventoſo verbo ſuſpicionis hęretici: vt ſacramẽ tales orationes & ritus, quos ſanxit eccleſia, dimittatis. Qui iudicat vnũquẽq; noſtrũ, qua cõſciẽtia rẽ formet, dominus eſt. Sed proinde minimũ eſt viris catholicis, vt ab hæretico iudicẽtur vel ab humano die: quia quicquid qualiter cunq; fecerit apud impiũ VVitcleulſtã, auaritiæ vel alterius mali ſuſpicioſa imputatiõe nõ carebit. Igitur erat (vt dixi) quod Apoſtolus de eo ſcribens ait, quòd ſit ſuperbus nihil ſciens, ſed languens circa pugnas verborũ, ex quibus lites, blaſphemiæ & ſuſpicionẽs malæ, & cõfligtationes hominũ mente corruptorũ. Et vt alibi dicit. Omnia munda mundis: coinquinatis autẽ & infidelibus nihil mundũ: ſed & coinquinatæ ſunt eorum mens & cõſcientia, cũ ſint abominati & incredibiles ad omne opus bonũ reprobi, omnes homines ex ſeipſis metientes: Deus autẽ ſolus eſt, cui dici poteſt: Tu cognouiſti ſemitas meas. Vnde AVGV. in expoſitione illius Pſalmi. Quis autem nouit vias iſtas hominis, fratres mei? nullus verè, niſi ille, cui dictũ eſt, Tu cognouiſti ſemitas meas. Oĩa enim facta humana ante oculos hominũ, incertũ eſt quo corde fiãt. Quòd multi impij, metiẽtes nos ex ſemetipſis, dicũt de nobis, q̃ iſta in eccleſia quærim⁹: honores laudes, vtilitates tẽporales? Quòd multi dicũt ꝓpter hoc me loqui vobis, vt acclametis & laudetis me, & hũc habere me finẽ, & hãc intẽtionẽ cũ loquor? Et quomodo eis oſtendam non ea intentione me loqui. Reſtat vt dicam, Tu cognouiſti ſemitas meas.

Quomodo

Quomodo enim illi sciũt quòd nec vos scitis? Neq; enim ego meipsum iudico, qui enim iudicat me, dominus est. Hæc ille.

¶ Signa exteriora & ceremonialia nõ esse tollenda eò quòd signata sint potiora.

Doctrina IX.

SVMMA.

1 *Argutia, & repagulum generale VVitcleff contra sanctos ritus, & sacramentales, uel religiosas obseruantias.*

2 *Triticum, & Lolium, de quibus in euangelio, quid denotent.*

3 *Deus cùm sit pronior ad ueniam, quàm ad uindictam, tolerat minora bona.*

4 *Christus, quare tolerauerit Iudam.*

5 *Christus, quòd malum toleret, ne bonũ destruatur, aut deseratur.*

6 *Christus, quid in Pharisæis redarguerit. Et quomodo oporteat maiora facere, & minora non omittere.*

7 *Rabanus quid dicat super dictum Christi, Mũda prius quod intus est, & deinde id, quod deforis est, munda.*

8 *Deus, quòd utranq; naturam ad honorem suum, mundari desyderet.*

6 *Maius quomodo sollicitè custodire iubemur ut id, quod minus est, omnimodè compleamus.*

10 *Gregorius quid dicat super illud Ezechielis ubi mensarum labia metiebantur palmo. &c. quomodo maiora præponderat, sed minora non abiicit.*

1 SVperest adhuc vna fundamentalis argutia nostri VVitcleff, contra sanctos ritus & sacramentales, vel religiosas obseruãtias repagulum generale, quam volo cognoscat & cognitam fugiat homo Dei. Solet enim dicere irreligiosè, Isti præponderãt ritus signorũ, & traditiones humanas, expressis in lege domini, & obseruantia mandatorum: Melius ergo est sine signis introductis ad onus ecclesię, obseruare purè traditiones Christi & Apostolorũ: quia signata per se sufficiunt sine signis, sicut per tonsam coronam, signatur nuditas tẽporalium bonorum in clericis: per albam, mũditia carnis in presbytero: per mitram, diligẽs studium vtriusq; testamenti in episcopo: per cappam latam, latitudo charitatis in religioso. Sed in his signis seminantur spissa mendacia. Tollantur ergo, quæ sic præponderantur obseruantiæ mandatorum: tollantur basilicæ ecclesiarum, in quarum fulgore plus nimiũ gloriantur: tollantur dedicationes earum, tollantur preces canonis in missa, ritus ordinandorum, baptismi, pœnitentiæ, & omnium sacramentorum. AVTHOR. Quis huic argutiæ Lollardinæ fidelis aures suas exponat, quam de abysso hæreticæ mentis suæ sine probatione catholicæ legis, immo Christi iussioni planè contrariam exsufflat? Ecce serui patrifamilias, lolio deprehenso in agro tritici, dixerunt, Vis, imus colligimus illud? respondit, Non: sed sinite vtraq; crescere vsque ad messem, ne fortè extirpantes zizaniã eradicetis similiter & triticum. Istud triticum est sacer ritus sacramẽ- 2
talis, aut vestis sacra, vel præclara basilica ad Dei cultum facta, si præponderentur diuino cultui, ipsa præponderantia lolium est, ne triticum sacri ritus aspernas. Ne præponderantiã fugias iubet Christus: immo potiùs sinite vtraque crescere, sacrum cum execrato, decus virtutum cum vitio, quousq; veniat messis, diuinæ scilicet inspirationis, aut euangelicæ prædicationis, quæ culpam crescentem demetat in gladio verbi Dei, & sacra construat. Plus er- 3
go pater amabilis, quod honestum est, diligit, quàm quod inhonestum est abhorreat: pro cuius incolumitate seruanda, tolerandum iudicat in honestum: sic tolerauit, Iudam in dispẽsatione, quem sciuit plus furto suo, quam pauperibus indulgere. Non enim quandoque cũ sæuo VVitcleff officium dispensationis de- 4
struxit, non loculos dissipauit: sicut nec officium prædicationis, quam ille per suam hypocrisim maculauit, præponderans in eo suam auaritiam, honori Dei, & animarum saluti. Si 5
ergo malum tolerat Christus, ne bonum destruatur aut deseratur, quis bonum minus, cũ maiori bono non efficiet ordine seruato, cum præponderatione maioris? Lege euangelium Christi per loca, donec venias ad octauũ, Væ. Pharisæorum, vbi redarguens illos, quòd præponderarent iuramentum in aurum templi, templo: in donum altaris, altari: non iussit templum tolli vel aurum, vel altare, vel donum: sed præponderationem peccatricem redarguit, & docuit aurum esse sanctum & venerandũ ex tẽplo, & donum ex altari: & per hoc vel in altari præstantius iuramentum. Increpat eos itẽ, quòd calices & paropsides diligenter munda-

Pronior ad ueniam quã ad uindictam deus tolerat minora bona.

rent, cum ipſi eſſent intus pleni rapina: nō iuſſit rumpere calices, aut non de cætero munda re paropſides: ſed ſignata ſignis adaptans, mūda (inquit) priùs quod intus eſt. Culpat item grauiter, quod decimabāt mentā, anethum & omne holus, relinquentes iudicium & miſericordiam, quæ ſunt grauiora legis. Et quid cenſuit? Nunquid dimittere iſtas decimationes, quas ſic præpōderarūt grauioribꝰ legis? Planè non. Dicit enim, hæc oportuit facere, & illa nō omittere. Ex hac practica Saluatoris attenddāt Chriſti fideles, ſi præponderet quis fulgentē eccleſiam, aut precioſam crucem, aut precem ſolennem, aut cantum ſuauem, grauioribus legis Chriſti, neutrum contemnere: ſed ponderā reformare, habens ſemper præ oculis, quòd hæc oportet facere, & illa non omittere, honorem Dei, ſcilicet præcipuè cogitans & licitos ritus, & ſigna exteriora ordinata perficiens. Sic enim & Chriſtꝰ, qui iuſsit orare patrē in abſcōdito, ſigna tamen exteriora mandauit, dicens: videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui eſt in cælis. Mundemus igitur priùs quod intus eſt non tantum, ſed etiam per exteriorem cultum in precioſis veſtibus, ſacris ædificiis, picturis, & vaſis, etiam quod foris eſt, vt honoretur Deus in omnibus. Sic enim Chriſtus ait, munda priùs quod intus eſt, & deinde id quod deforis eſt, munda.

Maiora oportet facere, & minora non omittere.

Super quod in expoſitione Matthæi RABANVS. Hoc eſt munda priùs cor & conſcien-
7 tiam à concupiſcentia & prauis deſideriis, à fraude & dolo, quàm foris ſis oſtendens per opera ſanctitatem. Stulti, nonne qui fecit quod foris eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Qui (inquam) naturam hominis fecit, vtramq; mundari deſiderat. Hoc contra Manichæos, qui animam tantùm à Deo, carnem verò putant à Diabolo creatam. Hæc ille. AVTHOR. Nec hoc tantùm contra Manichæos, ſed ſequētiùs contra VVitcleff, quí non mūdauerit corpus corporalibus ſignis, quia ſufficit animam mūdari ſignatis: cum tamen Deus ad honorem
8 ſuum vtranque naturam mundari deſideret, qui fecit. Stulti (inquit) nonne qui fecit quod foris eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Et quamuis corpus minus eſt, anima verò maius: & quanquam quidam præponderant corpus animæ, non ideo iubet corpus abiicere: ſicut dicit Chriſtus in euangelio? Nonne corpus plus eſt quàm eſca, & anima quàm veſtimentum? nec tamen præponderantes eſcam corpori, aut animæ veſtimentum, iubet abiicere regulariter veſtimentum & eſcam. Ita quoq;
9 maius ſollicitè cuſtodire iubemur: vt id quod minus eſt, omnimodè compleamus: ſcientes illud eſſe Sapientis, Qui minora contemnit, paulatim decidit. & illud Palladij, Vbi exteriora non coluntur agrorum, interiora non vacant periculis: ideo ſuper illud Ezechielis. Vbi menſarum labia metiebantur palmo Homilia. 31.
10 GREGORIVS. Penſandum quippe, quòd in palmo digitus maior ac minor tenditur: qd verò in maiori ac minori digito, niſi magna & extrema actio deſignatur? Palmum vero menſæ in labio habeāt, quatenus in doctorum ſuorum prædicatione auditor euigilet. Et ſic ex eorum admonitione opera magna faciat, vt agere & minima non omittat: ſic minimis intentus ſit, vt piger in agendis maioribus non ſit. Vnde per euangelium veritas dicit. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mētham & anethum, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Per iudicium quippe & miſericordiam & fidem, maior digitus operationis oſtenditur: per mētham verò anethum & cyminum, digitus procul dubio minimus figuratur. Hæc ergo oportuit facere & illa non omittere: quia ſi opus noſtrum palmo metiri volumus, ſic neceſſe eſt, vt tendatur minimus, quatenus maior digitus non abſtrahatur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce maiora præponderat Gregorius, ſed minora non abiicit: immo ſic magna opera faciat (inquit) vt agere minima non omittat. Ita ſemper vſque ad hæc tempora fuit & eſt doctrina catholica.

Non ſolùm prælatos Eccleſię in primitiua Eccleſia, ſed etiam in omni tempore audiendos eſſe.

Doctrina X.

SVMMA.

1 *Excuſabiles qui ſint à peccato infidelitatis.*
2 *Chriſtus, quòd per Eccleſiam ſuam uenerit ad gentes, & per Eccleſiam loquatur gentibus.*
3 *Chriſti dictū in Cruce, ſcilicet, Pater ingnoſce illis &c. quòd non ad Crucifixores tantùm, ſed ad Patrum poſtea ſæuientem pertinuerit.*
4 *Poteſtas ligandi & ſoluendi, quòd non Petro tantùm, ſed in Petro eccleſiæ data erat.*
5 *Hæretici uiri prima notitia quæ ſit.*

Cyprianus

6 *Cyprianus quid dicat contra hæreticos, & ſchiſmaticos.*
7 *Euangelia quòd ſpernãtur, ſi facta Eccleſiæ ſpernantur.*
8 *VVitcleuiſtæ fingentes Chriſti pauperiem honorare, quomodo noluit modernis clericis & ſanctis Chriſti credere, ſed Chriſto ſoli.*
9 *Epiſcoporum uitia ex Cipriano tanguntur.*
10 *Obediendum quòd ſit Præpoſitis, etiam diſcolis*
11 *VVitcleff uox dicentis ſe nolle præpoſitis obedire.*
12 *Chriſtò, & Petro ſimiles prælatos exigunt VVituiſtæ, ut eis obediant.*
13 *Eccleſiam quòd contemnant inſani.*
14 *Errores VVitcleff deſcribuntur.*
15 *Eccleſiæ gloria.*
16 *Eccleſiæ quare ſint diuerſæ.*
17 *Angeli, quòd in aliquibus ab Eccleſia doceantur.*
18 *Ordo docendi Principatus, & ſummas Poteſtates deſcribitur.*

FORSAN non omnes hæretici tam planè ſtulte ſcient, ſed dicent (occultiùs tamen idem) quòd ſanctis antiquis bene credunt, & quòd fidem habeant documentis maximè illorum, qui in primitiuis docebant eccleſiis. Præſentis autem temporis epiſcopis & clericis non tenentur fidem dare docẽtibus, aut eorum ſtare decretis: quia dote Cæſarea & aliis cõſuetudinibus ſunt ſubuerſi. Tu (dico) homo Dei hæc fuge, noſcaſq; ideo dixiſſe Chriſtum, Matthæi. 15. ſuis diſcipulis, pro gentibus, ad quas miſit illos prædicare verbum ſuum: Si ſermonem meum ſeruauerint, & veſtrum ſeruabunt: & ne dicerent hęretici, ſed non veſtrum, qui hodie eſtis ſacerdotes: immo cunctorum clericorum, ſermonẽ Chriſti in eodem diſcipulatu loquentium: ſicut dicit Chryſoſtomus, Ea quæ loquutus eſt Scribis Chriſtus de ædificantibus ſepulchra mortuorum, non tantùm illis tunc præſentibus, ſed poſt modũ naſcituris dicit: quia ſi ſolis illis hæc dixiſſet, dicta fuiſſent, non autem ſcripta: dicta propter illos, ſcripta ꝓpter iſtos. Homilia. 42. imperfecti. Multò magis qui ad poteſtatẽ verbi pertinent, in eccleſia omnibus nunc ſacerdotibus in forma Chriſti promerẽtibus pertinet quod dicit, Si ſermonẽ meũ ſeruauerint, & veſtrũ ſeruabunt. Sicut illud quod ſequitur, Nunc autẽ excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo, ſicut AVGV. ibi ſup Ioã. 89. prætermittens illos ad quos nõ venit Chriſtus. Reſpõdeo (inquit) illos habere excuſationem nõ de omni peccato ſuo, ſed de hoc peccato, quòd in Chriſto non crediderunt ad quos non venit, & quibus non eſt loquutus: ſed non in eo ſunt numero ij, ad quos in diſcipulis venit, & quibus eſt loquutus per diſcipulos, quod eſt nunc facit: nam per eccleſiam ſuã venit ad gentes, & per eccleſiam, loquitur gentibus. Ad hoc enim pertinet quod ait, Qui vos recipit, me recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. An vultis (inquit) Apoſtolus Paulus, expreimentum accipere eius, qui loquitur in me Chriſtus? Hæc ille. AVTHOR. Et ita ſicut quod Chriſtus in cruce dicit, Pater ignoſce illis, non ad crucifixores tantùm, immo etiam ad Paulum pertinuit poſtea ſæuientem, ſecũdùm Auguſt. in lib. de ſymbolo ante mediũ. Et ſicut quòd poteſtas ligandi & ſoluendi nõ Petro tantùm, ſed in Petro, eccleſiæ data erat, author eſt Auguſtinus ſuper Ioannem Homilia vltima ita non dubium eſt, cunctis dictum eſſe ſacerdotibus, pro auerſantibus ſermones Chriſti: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Quomodo enim ſint ſermones Chriſti in ore eorum, qui nec ſermonem Chriſti ſeruauerũt? Et hæc prima notitia viri hæretici, ſi ſacerdotes contẽnit, ſi clericos Chriſti, & eccleſiam eius ſpernit: quòd ſpernat & Chriſtum. Vnde venerabilis ſenex Cyprianus lib. contra hæreticos & ſchiſmaticos CYPRIANVS. An eſſe ſibi cum Chriſto videtur, qui aduerſum ſacerdotem Chriſti, facit? Qui à clerici eiꝰ, ſocietate ſe ſecernit? Arma ille contra eccleſiam portat, contra Dei diſpoſitionem repugnat, hoſtis altaris, ad uerſus ſacrificium Chriſti rebellis, pro fide perfidus, pro religione ſacrilegus, in obſequiis ſeruus, filius impius, frater inimicus: qui contemptis epiſcopis & Dei ſacerdotibus derelictis, conſtituere audet aliud altare, precem alterã, illicitis vota vocibus facere, dominicæ hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia prophanare. Nec ſcit, quoniam qui contra Dei ordinationem nititur, ob temeritatis audaciã diuina animaduerſione punitur: ſicut Chore & Dathan, & Abiron, qui contra Moyſen & Aaron ſacerdotes ſacrificandi licentiam vendicare conati ſunt, pœnas ſtatim pro ſuis conatibus pependerunt. Terra compaginibus ruptis in profundum ſinum patuit, ſtantes atque viuentes recedentis ſoli hiatus abſorbuit. Nec tantum eos, qui auctores fuerant, Dei indignantis ira percuſsit, ſed & cæteros ducentos quinquaginta eiuſdme furoris participes & comites, qui † coagulati cum eiſdem ſimul ad audaiciam fuerãt exiens à domino ignis properavltione cõſumpſit: oſtendens cõtra deum fieri, quicquid

Excuſabiles à peccato infidelitatis.

1
2
3
4
5
6 *Qui uos ſpernit me ſpernit.*

† *Aliàs, coadunati.*

Digitized by Google

improbi fuerint, ad deſtruendam ordinationem Dei, humana voluntate conati. Hæc ille.
AVTHOR. Et poſtea dicit illis peiores hos lapſos in fide, qui Chriſtum coram perſecutore atterriti pœnis, negauerint. Vides igitur quantum crimen eſt in fidem, contemnere ſacerdotes: non tamen deerunt eis excuſationes in peccatis, Primò ſolent dicere, Sed de fidelibus hoc tenet, & in hoc (inquiunt) ſequitur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: in his autē quæ contrariè agunt quis obedire iubebit?
Euangelia ſpernuntur ſi facta eccleſiæ. 7 Quæſo ego, quæ ſunt aut qualia requiris, vt ſe quantur: Nunquid pro dote contendis, quam Chriſtus non habuit, ideo reiicis iam habentes? Quomodo ergo non benefecerint, qui ſcripta euāgelia contempſerint, cùm ſcriptoribus? ficte Chriſto ſoli adhærentes, qui euangelium non ſcripſit: ſicut habet Auguſtinus. retractationum capitulo. 42. ſuper lib. de conſenſu Euangeliſtarum, AVGVSTINVS. Primus (inquiens) liber aduerſus eos ſcriptus eſt, qui tanquam maximè ſapientem Chriſtū vel honorant, vel honorare ſe fingunt: & ideo nolunt euangeliis credere, quia nō ab illo illa cōſcripta ſunt: ſed ab eius diſcipulis, quos exiſtimant ei diuinitatem, qua crederetur deus, errore tribuiſſe. Hæc ille AVTHOR. Ita VVitcleuiſtæ putātes modernos clericos & ſanctos
8 Chriſti, iam mille annis & amplius, errore dotem eccleſiæ occupare, fingētes Chriſti paupe riem honorare, illis nolunt credere, ſed Chriſto ſoli, ſicut iſti hęretici nec Chriſti diſcipulis. Qualiter iam, excuſare vos poteſtis & eis excuſationem abripere? Chriſtus non ſcripſit, ſcripſerūt Apoſtoli, quod ſi nō in hoc Chriſto cōtrarij: Chriſtus non poſſedit prędia, hi poſſident: qualiter nec hi à contrarietate tali ſalui, ante dotationem Cæſaream ſacerdotes omnes & epiſcopi, quos iam ſupra hortatur tam vali dè Cyprianus in epiſtola, quam ad lapſos ſcribit: dicens CYPRIANVS. Epiſcopi plurimi, quos & hortamento oportet eſſe cæteris & exemplo, videntur diuina procuratione cō tempta, procuratores rerum ſecularium fieri derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas p uincias oberrantes negociationis quæſtuoſæ nundinas aucupari, eſurientib⁹ in eccleſia fratribus, habere argentum largiter velle, fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicātibus fœnus augere. Hæc ille AVTHOR. Et
10 replicat Auguſtinus modum & vices in libro.
Obedien dum præpo ſitis etiam diſcolis. 7. De baptiſmo contra Donaſtitas, ne etiam talibus cōmunicatio negaretur. Ecce auari, raptores, deſertores ſuæ plebis, negocioſi, fraudulenti, & nūdinas aucupantes epiſcopi, & tamē ipſorum contemptor vocatur à Cypriano hoſtis altaris, ſacrificio Chriſti rebellis, pro fido perfidus, pro religioſo ſacrilegus, filius impius, frater inimicus. Quare? Quia contemptis epiſcopis, & Dei ſacerdotibus, derelictis Dei epiſcopis quoniā dicit eos eſſe oberrantes per prouincias, & eſurientibus fratribus habere argentum largiter velle: reputauit tamen Chriſti hoſtes & ſacrilegos, qui conſtituerent aliud altare & ſine eis precem aliam facere vellent: admiranſque, ſi ſibi cum Chriſto eſſe videatur, qui aduerſus Chriſti ſacerdotes facit, & *VVitcleff.* à cleri eius ſocietate ſe ſecernit. Agnoſco ta- 11 men eius vocem, qui dicit: quis me iubet obedire vni Diabolo incedenti viam Chriſto contrariam: & non magis eo derelicto ſequi dominum noſtrū Ieſum Chriſtum! Vox VVitcleff hæc eſt. Et ſi vis, quære dialogum Auguſti. ſi hoc idem Contemptus non dicat de conflictu vitiorum & virtutum capitul. 4. vbi in rubrica: Contemptus dicit. Quis tu, vt peioribus obtuſis, deterioribus famulatū exhibeas? Te magis quàm illos decuerat imperare, qui tibi non poſſunt ingenio vel induſtria coæquari. Obtempera igitur magis domini imperio, & non ſit tibi cura de aliquo. Subiectio reſpondet. Si domini obtemperandum eſt imperio, humano ſubdi neceſſe eſt magiſterio. Ipſe enim dicit, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit me ſpernit. Ita (inquis) oporteret: ſed ſi talis, qui imperat, eſſet: non eſt talis per quem Deus imperaret. Sed Apoſtolus contrà: non eſt poteſtas, niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Quales enim eſſe debeant ij, qui imperant, non eſt à ſubditis diſcutiendum: & quidem primis eccleſiæ paſtoribus dominus dicit, Scitis quòd reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic: ſed qui vult in vobis eſſe maior, erit omnium ſeruus. Et tamen non omnes tales futuros præuidet, ſubiectorum omnium perſonas in diſcipulis aſſumens præmonuit, dicens, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt vobis facite, quæ autem faciunt facere nolite. Hæc ille. AVTHOR. In hoc amputata eſt VVitcleuiſtarum excuſatio: quia cùm dicunt, ſi eſſet talis Papa, aut talis epiſcopus, vel ſacerdos, qui imperaret aut doceret, vt erat Petrus vel Hilarius, ſequeremur eum: ſed iam quid iſti Papæ & Petro? Ita VVitcleff contumax dicit: ita & hoc CONTEMPTVS aſſumpſit: ſed redarguens eum cum ſuo VVitcleff, auctore Chriſto,

SVB-

SVBIECTIO. Qui vos ſpernit, me ſpernit: quia ſi ſermonem meum ſeruabunt, & veſtrũ
12 ſeruabunt. Et quid dicitis VVitcleuiſtæ, quid
Chriſto & Petro ſimiles VVitcleff exigit Papæ & Petro? Da nobis talem Papam, aut talem presbyterum, & audiemus eum. Et cur fideles non ita dixerunt Petro & Paulo; Quid Petro iſti cum Chriſto? Da nobis talem Chriſtum & audiemus eum. Cur inſaniſsimi VVitcleuiſtę; Quid VVitcleff cum Petro? Da nobis talem Petrum, & audiemus eum. Sed miror cę citatem & ſanitatem veſtram, quòd dominũ non auditis imprecantẽ vobis octauum. Væ. Matthæi. 23. Væ vobis Phariſæi & Scribæ hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarũ, & dicitis, ſi fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorum, non eſſemus ſocij eorum: ita & vos qui dicitis, Si fuiſſemus in diebus Petri & Pauli audiuiſſemus eos, nõ eſſemus ſocij Simonis Magi aut Alexandri ærarij. Si in diebus Auguſtini, Ambroſij, Hieronymi, audiuiſſemus eos: nõ eſſemus ſocij Manichæi, Vigilantij, Auxentij, aut fœui Pelagij. Audite quod Chriſtus vobis dicit, Itaq; teſtimonium eſtis vobis, quod filij eſtis eorum qui prophetas occiderunt, filij hæreticorum veterum, qui illis patribus repugnarunt: quia iam eorum per ora doctorum prolatis ſententiis, repugnatis. Vnde Homilia 42. imperfecti, CHRYSOSTOMVS. Cum audieritis aliquem beatificantem antiquos doctores, pbate qualis eſt circa ſuos doctores: ſi enim illos, cum quibus viuit, ſuſtinet & honorat: ſine dubio illos, ſi cum illis vixiſſet, honoraſſet: ſi autem ſuos contemnit, ſi cum illis vixiſſet, illos cõtempſiſſet. AVTHOR. Cæca igitur reſponſio VVitcleuiſtarum eſt, non eſſe ſacerdotes tales ſequendos, niſi ſequantur dominum noſtrum Chriſtum: nam quia alia eſt ratio vitæ, alia cathedræ: ſequela cathedræ non eſt vitãda propter vitam, dicẽte Chriſto, Quæ dicunt facitæ, quæ autem faciunt nolite facere. Sed adhuc audite. Multi ſummi põtifices in Romana ſede ſuccedunt, & vario ſacerdotum ſanctorum cœtu circuncincti: nam non ſemper iidem commanẽt: multi poſt eos ſunt epiſcopi ſanctæ vitæ, multi etiam ſacerdotes in eccleſia qui & orthodoxi ſunt. Cur illos non auditis inſtruentes vos in recta fide? An omnes infideles ſunt, qui VVitcleuiſtæ non ſunt? Omnes Græci, Illyrici, Hiſpani, Galli, & Indi, ſi ſint: Hungari, Daci, Germani, Italici, Poloni, & noui ſacri germinis Letuani catholici, & demum Anglici, Hibernici, Scoti, tot ſancti penè innumeri ſacerdotes, terrarum epiſcopi: & omnes cæciſunt & infideles, & tota eccleſia orbis terrarum à Ioanne cognomento impiæ, vitæ, neceſſe habet q̃rere quid velit Chriſtus in Euangelio de corpore ſuo in ſacra Euchariſtia, de dotalitiis ſponſæ ſuæ, de neceſsitate futurorum, de ritibus ſacramentorum, & alia: & ſic penitus deſtitutam ritæ fidei inſtitutis, reliquit Chriſtus ſponſam ſuam eccleſiam orbis terrarum, vt adhæreat meretrici? Satis eſſet pro perenni ſupplicio tam immanis ambitio. Miſeri & ſeducti, eſt ne tantilli vobis, Chriſtum (vt dicitis) credere caput, & corpus eius ſacrum diuellere? Symbolum inchoare cum, Credo in Deum: & contra ſymbolum terminare cum, Nego eccleſiã catholicam? Sed credo plus quàm totam illam turbam, paucam VVitcleff hæreticam, velut arguit inuincibiliter magiſtros veſtros in hoc ſcelere Donatiſtas lib. 3. contra Creſconium cap. 53. AVGVSTINVS. Ipſe domin⁹ ait, Prædicabitur hoc euangelium in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Niſi fortè etiam in tantùm vos præcipitat inſana ſuperbia, vt hoc quod prædictum eſt, de parte Donati putetis incipiendum, non ex illis eccleſiis, quas Apoſtoli plantauerunt, quibus non cõmunicat pars Donati? An & ipſas, vt mũdum impleat, rebaptizare conabitur cum catholica per cuncta creſcente, illa etiam ipſa in Aphrica quotidie minuatur? O inſana peruerſitas hominũ! Laudari te credis de Chriſto credendo quem non vides, & damnari te non credis de eccleſia, negando quam vides. Cùm illud caput in cælo ſit, hoc corpus in terra. Agnoſcis Chriſtum in eo, quod ſcriptum eſt: Exaltare ſuper cælos Deus, & non agnoſcis eccleſiam in eo, quod ſequitur, Et ſuper omnem terram gloria tua. Agnoſcis Chriſtum in eo, quod ſcriptum eſt, Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea &c. vſq;, Super veſtem meam miſerunt ſortẽ: Et non agnoſcis eccleſiam in eo quod paulò pòſt ſequitur, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ patriæ gentiũ. Agnoſcis Chriſtum in eo quod ſcriptum eſt, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: Et non agnoſcis eccleſiam in eo, qđ præſenti tẽpore teſtatur, Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad flumen, vſq; ad terminos orbis terræ. Coram illo decident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: reges Arabum & Sabba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient illi. Agnoſcis Chriſtum vbi dicitur ad Iudæos, Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit

Matthæi. 24. 13 Eccleſiã cõtemnunt inſani.

Digitized by Google

dominus omnipotens,nec accipiam ſacrificia de manibus veſtris:quia vtiq; Chriſti aduẽtus abſtulit illa omnia ſacrificia Iudæorum: & nõ agnoſcis eccleſiam in eo,quod ſequitur.Quoniam ab ortu Solis vſq; ad occaſum,glorificatum eſt nomẽ meum in gentibus. Hæc Auguſtinus.AVTHOR. Vides quãtus horror eſt profiteri Chriſtum: & corpus eius, ſponſam eius, nouam nuptam eius Eccleſiam, diffiteri? Sed dicitis pro conſuetudine peccãdi, deſerit deus homines,ſed fidem ſuam reuelat fidelib⁹ ſed quãto tempore,dicite,deſeruit Deus Eccleſiam ? Nunquid mille ducentis annis,&vt ſolet is dicere, à tempore Vrbani, qui intulit dotẽ, reliquit Chriſtus Eccleſiam ſuam,abſcondens fidem ſuam ab Epiphanio,Alexandro, Athanaſio,Hilario, Martino ,Nicolao, Sixto,Laurentio,Sylueſtro,Auguſtino,Ambroſio,Hieronymo,Gregorio,Githberto,Beda, Fulgẽtio & omnibus generaliter vſque ad VVitcleff, 14 qui primus abſtulit orbi dotationem,Eccleſiæ neceſsitatem baptiſmi,religiones perfectas, & præſidentiam apoſtolici præſidis,contra legẽ Chriſti,in tantùm vt omnes epiſcopi ſancti,& Chriſti martyres,qui non de his pœnitent, & fiunt de ſecta VVitcleff,ſunt eo ipſo damnati? Hæc audetis dicere,hæc ſcribere, O VVitcleuiſtæ miſelli cum vetuſto Donato,ſicut iã ſcripſit Auguſtinus?Nunquid in tantùm vos præcipitat humana ſuperbia, vt fidẽ Chriſti poſt tot annos à parte VVitcleff putetis incipiendam,& non ab eccleſiis,quas Apoſtoli plantauerunt,maximè à Romana,pro cuius Antiſtite rogauit Chriſtus, vt nõ deficeret fides eius? Si autẽ cõtumaces permanſeritis,producite teſtes,aut libros qui vobiſcum teſtentur & damnent patres tanti ſeculi,qui omnes contra illũ ſcriptis teſtãtur & factis:producite,inſto,proferte eos,inuito,qui damnent poſt eos præſentẽ eccleſiam,quã non accipitis. Hãc dico Chriſti eccleſiam ſuper terram,quã tã dedignanter reſpuitis:hãc eccleſiam Chriſti per orbem terræ diffuſam,pro qua probanda ſcripturis, aſſumpſit Augu.iam ſupra,cuius caput in cælo 15 & corpus in terra.Et demum ſuper omnẽ terram gloria tua,ſupple,eſt eccleſia, & conuertẽtur ad Deum vniuerſi fines terræ . Et à flumine vſq; ad terminos orbis terræ . Et adorabũt eum omnes reges terræ . Hæc(inquam)eccleſia militans ſuper terram cur à vobis pro recta fide conſequenda non petitur?cur amplexanda ſynagoga VVitcleff? Hæc quæ ipſum VVitcleff non nouit, ſed fidem à Chriſto vſque nunc bene nouit, pro vili contemnitur, Penè extra hominem factus ſtupeo,ſed pompa ſuperſedeo.Nolo hoc verbo Chriſti furentẽ prouocare ſuperbiam.Sordida ſecta VVitcleff,qua fronte dedignaris ab hac eccleſia fide imbui,à qua doctrinam veritatis accipiunt ciues cæli, principes paradiſi?Hoc fortè neſciſti inter omnia myſteria legis hoc hactenus ignoraſti . Sed audi Paulũ dicentem ad Ephe. 3. Mihi minimo ſanctorum omnium data eſt gratia inter gentes euangelizare.Sequitur. Vt innoteſcat principatibus,& poteſtatibus in cæleſtibus per eccleſiam multi formis ſapientia Dei.Audi exponentem Auguſt.lib. quæſtionum noui & veteris teſtamenti cap.67. de lectione Eſaiæ.AVGVSTINVS.Idcirco enim 16 diuerſæ ſunt eccleſiæ, vt quia non omnia ſingulæ poſſunt, poſſunt ſimul. Omnes ſunt Chriſti: quia ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, ex quo totum corpus ſubſiſtit,ideſt, ex quo omnia in cælis & in terra habent originem.In hac ergo,quæ in terris eſt eccleſia,omnium eccleſiarum facta eſt mentio, quia cùm huic ſacramentum creatoris prædicatu ,etiam cæleſtibus,huius intimatur doctrina . In inferioribus enim cum inſinuatur,neceſſe eſt,vt audiãt & ſuperni. Vnde & Apoſtolus , Mihi(inquit) minimo omniũ ſanctorũ data eſt gratia inter ſanctos,& hæc gratia inter gentes, euangelizare inueſtigabiles ſeu incomprehenſibiles diuitias Chriſti , & illuminare omnes , quæ ſit diſpenſatio myſterij abſconditi à ſeculis in domino , qui vniuerſa creauit:vt innoteſcat principatibus,& poteſtatibus,in cæleſtibus:per eccleſiam, multiformis ſapientia Dei: per hanc igitur eccleſiã ſuperni docentur : quia veritas, vt ait,de terra orta eſt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Paulo datũ eſt notificare ſupernis principib⁹ myſteria Dei abſcõdita:ſed per eccleſiã multi formis ſapientiæ Dei,nõ per vnã perſonã multiformis perfidiæ VVitcleff.Sic quoq; Hieronymus in commentario exponit hunc locum,& recitat eum Haymo in expoſitione dicens HAYMO.Vt ergo iſta multiformis ſapientia Dei manifeſtaretur principatibus,& poteſtatibus in cæleſtibus , quas beatus Hieronymus Angelicas virtutes vult intelligi cælo reſidentes , filius Dei veniens in mundum reuelauit eam Apoſtolis ſuis:& per eccleſiam, hoc eſt,in eccleſia prædicãtes Apoſtolos ſuos, manifeſtauit n Agelicis virtutibus.Dicit nanq; beatus Hierony. quòd quædam ſunt Angelicæ dignitates,quæ myſteria ſuperius memorata ad purum non intellexerunt, donec completa eſt paſsio Chriſti : & Apoſtoli per omnes gentes cœpiſſent prædicatione ſua, gentiles trahere ad fidem . Quod probari poteſt

per

Errores VVitcleff

Eccleſiæ gloria.

Angeli ab eccleſia docentur.

per hoc, quod Angeli admirãdo dixerunt, illo aſcendente ad cœlos propria virtute. Quis eſt iſte qui venit de Edom? Hæc ille. AVTH. Ambroſius videtur hunc locum exponere de ſpiritibus errorum in cœleſtibus, ad modum loquendi eiuſdem Apoſtoli alibi. Spiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Neutra autem harum diſsidet: ſed concordantiã ex hoc loco indue re poſſunt ſine diploide, vaniſsimorũ VVitcleuiſtarum, qui per hanc Eccleſiam Chriſti vbiq; militantem in terris, fidem rectam Chriſti dedignantur addiſcere: per quam, & ſuperni principatus in cœlis, & erraticæ poteſtates, diuerſo licet tramite, doctrinam veritatis inſtabant audire. Nec moueat aliquos, q̃ idem AVGV. ſuper Geneſim ad literam exponens eundem textum Apoſtoli, dicit innoteſcentiam illam factã Angelis in ſpeculo verbi: quia & hoc verum eſt: ſed quod ibi in principio remotè eis innotuit, iam in Eccleſiæ prædicatione propalatum eſt innoteſcens diſtinctiùs per effectum. Quod idem ſtatim ſubdit. AVGV. ibidem afferẽs Apoſtoli alium textum è prima ad Timotheum. 3. Quòd autem nõ in Deo tantùm innoteſcit Angelis quod abſcõditum eſt, verum etiam hic eis apparet, cum efficitur, atq; propalatur, idem Apoſtolus teſtis eſt. Et ſine dubio, (inquit,) magnũ eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt in gẽtibus, aſſumptum eſt in gloria. Hæc ille cap. 19. AVTH. Etenim hoc loco admirari nõ deſino væſanã ſuperbiã iſtius VVitcleff. Noluit eñ doceri, immo ſcribit eſſe impoſsibile, vt docere eum poſsit etiã orbis terræ: & ideo relictis omnib⁹ ſanctis & quicquid
18 vnius eſt Eccleſiæ triumphantis, volat ad Chri
ſdocen ſtum: & tamẽ Principatus, & ſummas Poteſtates in cœleſtibus noluit Deus: cùm poſsit erudire de ſingulis in ſeipſo, ſed etiam per Chriſtum: nec in Chriſto ſolo, ſed etiam per Paulum: nec per Paulum ſolum, ſed etiam per Eccleſiam, non modò triũphantem in cœlis, ſed adhuc peregrinãtem, in terris, periclitantem cum perfidis, luctantem cum peruerſis hominibus, & certamen quotidianum experientem, ſicut modò cum acerbis hæreticis.

(.2.)

Doctrinarum decem, quas huic toto de Sacramentalibus operi Author præmiſit.

FINIS.

¶ Inuocatio Authoris ex verbis Sanctæ Iudith. in Cap. 13. ſic dicentis.

(œ)



Onfirma me domine deus Iſraël, & reſpice in hac hora, ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Hieruſalem ciuitatẽ Eccleſiæ catholicæ tuæ erigas: & hoc, quod credens per te fieri poſſe cogitaui, perficiam. Et quia ſummus ille tyrannus retentos pedibus in abyſſo hæreſum exprobrat fidelibus tuis, q̃ credant vitas Auguſtini, & aliorum Sanctorum peccatrices, & doctrinas eorũ apocryphas, quod eſt legẽ Chriſti poſtponere, & hæc apocrypha anteferre, & antiquum dierum relinquere: ad te ipſum antiquum dierum omnium, in omni probatione aut expreſsione veritatis, oculos pios cõuerto, vt tu ſis mecum. ℵ. &. ω. principium & finis omnis ſcripturę meę de te ipſo: vt à ſcripturis tuis ſanctis lineam determinationis aſſumam, in tẽq; conuertam circuli curuaturam. Dõce me domine Deus magnr, & mirabilis, quod de tuis ſacris in tuo ſpiritu ſum ſcripturus: vt non eam poſt ſpiritum meum ſicut arreptitius VVitcleff ſuos inſtruxit, vt facerẽt: contra clamante. AVGV. ſermone. 27. ſuper Pſal. 117. Non enim qui ſpiritu ſuo aguntur, ſed quotquot ſpũ Dei aguntur, ij. filij ſunt Dei. Nõ quia ipſi nihil agũt ſed ne nihil boni agãt, à bono aguntur, vt agãt. Nã tanto magis efficit quiſq; filius bon⁹, quãtò largiùs ei dat à patre ſpiritus bonus. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo à ſpiritu meo, ſed à ſanctis expoſitoribus qui ſemper ab Apoſtolorum temporibus ſucceſsiuè finem tuæ legis concorditer deſcripſerunt, ſenſum legis aſſumã: & in ſpiritu tuo ſancta verba legis educam. Tunc enim ſcripturæ tuę nõ erunt extortę aut violẽtiam paſſę, ſi præcedẽtium patrum lineas, punctaq; certatim obſeruem: ſimul, & totius eccleſiæ famatã conſuetudinem longęua fide plebibus annuntiatam. Hoc quia VVitcleff pręuaricatus eſt pactũ, idcirco lapſus eſt præceps: verba legis Dei fecit ſua, & à ſiniſtra ſuſpicione peccantiũ clericorũ, Dei cultũ prędicauit infamẽ. Si quidẽ miniſter pollut⁹ eſt, mundũ eius miniſterium ab immunditia vitę diſcernã: vt de eis ſim quos per Ezechielẽ dñus monuit, vt doceant populum, quid ſit inter Sanctũ, & *Spiritu dei ag optãdũ.*

Digitized by Google

pollutum, & inter mũdum, & immundum. Nec ſimul cum euangelicis porcis, margaritas cultus eccleſiæ ſuæ, VVitcleff conculcare permittam: vt omnes conſtantes ſimus in traditionæ eccleſiæ, quaſi vnum caput habentes ſecundùm Apoſtolum, donec occurramus in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei. Super hoc in expoſitione, AMBRO. Tandiu dicit manere ordinationem, quamdiu cuncti deſtinati ad vitam, vnius ſint fidei, in agnitionem Chriſti: Sequitur. Vt vltra non ſimus paruuli neq; fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad remedium erroris. Fundatos & ſtabiles eſſe nos vult in diſciplina fidei catholicæ, quam Petrus Apoſtolus, reuelante Deo, profeſſus eſt. Nec ventilari nos aberrantes per diuerſarum hæreſum peſtilentioſas aſſeuerationes, nequitia humana adinuentas, vt per has fallentis inimici, ſub veri nomine, error poſsit aſſeri. Hoc enim remedium eſt falſitatis: vt, ſub prætextu veritatis, inducat errorem, & non ſolum ſubveri nomine: ſed & ne, ſicut ante acceptam fidẽ, ſenſu humiles vagabamur, per diuerſos errores, fideles facti, diſcurramus, fragiles & dubij. De ſpe promiſſa commonet, quia iam Chriſtiani facti fundati eſſe debent, quia ambiguitas in fide noſtra nõ eſt. Hæc ille. AVTHOR. Quia verò inter ſacra eccleſiæ Chriſti, oratio generaliſsima eſt, quæ item omnibus ſacris, & ſacramentis nunquam deeſt, ideo de oratione primitus diſſerendum. Circa cuius tractatum, ne hâc vel illâc contingat errare: cum magiſtris eccleſiæ, ad orationis Authorem oraturus accurro: dicens, vt illi; Domine doce me orare. Tanti enim operis limina ſacra ingredi non præſumam, niſi tuam gratiam priùs orẽ, qualiter de oratione, & qualitatibus eius te docente, definiam. Abſit adhuc, & iterum, & ſemper abſit à me ſpiritus ille VVitcleff, vt eum ſequar iam ſcripturis impulſus. Eſt enim non ab Auſtro à quo venit Deus, ſed ab Aquilone ſubſibilans, vnde pandũtur omne malum. Hũc oro vt fugiam: peto, quæro, pulſo, vt à longè proſpiciens illum vitem. Teneo me cum Beda Chriſti famulo de precante in prologo libri quarti ſuper Lucam. BEDA. Quapropter ipſe quartum expoſitionis euangelicæ librum incipiens à lectione, in qua ſuperbiæ ſpiritus in digito Dei eiicitur, tuam Chriſte clementiam ſuppliciter imploro: vt ſpiritus tuus bonus ducat me in viam rectam: & eum qui ab Aquilone eſt longè fac à me, quatenus à me eiectis malignis, ſcruter mandata Dei mei, reuelatisq; mentis oculis ad conſideranda tuæ ſacroſanctæ legis mirabilia, deuotus lector ingrediar.

Digitized by Google

ELENCHVS CAPITVM
huius libri, atque adeò, index rerum omnium quæ in toto hoc, de Sacramentalibus opere disseruntur.

DE orando Deum in communi. Tit. 1.

De hæresibus antiquorum, & VVitcleuistarum contra orationes sacras, & Deo acceptas. Cap. 1.

Quòd uita hominis ab omni orandi officio suspensa, mentis uel oris, est uita imperfecta non catholicè christiana. Cap. 2.

Quòd bona uita habet bonas orationes, sicut & bona opera: quia orationibus opera procurantur. Cap. 3.

Deus priùs orando inuocatur, quàm uitæ iustitia in bonis operibus habeatur. Cap. 4.

Qualiter comparantur oratio, & operatio, Cap. 5.

Quòd bona uita cedit orationi, tanquàm minus maiori. Cap. 6.

Ne tollantur orationes sanctæ ad confidendum meritis propriis, ut secundùm ea Deus præmiet necessariò sic merentes. Cap. 7.

Non audiendus est VVitcleff, qui docet hominem in propria iustitia uitæ suæ sperare. Cap. 8.

Quòd operibus nostris non meremur, sed gratia Dei nobiscum. unde Deus ea non attèdit cùm præmiat, sed gratiam quàm donauit. Cap. 9.

Plus confidendum precibus, quàm aliis meritis in conspectu iudicis, & quæ sunt Christianorum preces uocales. Cap. 10.

Ad argumentum VVicleff de necessitatione Dei per preces hominum. Cap. 11.

Ad argumentum VVitcleff contra orationes ne alia bona opera omittantur. Cap. 12.

Ad argumentum VVitcleff, quòd quia Deus est omniscius propter suam misericordiam dabit uiuenti iustè, sine oratione: & quòd liceat orare aliis uerbis, quàm expressè ordinatis in oratione dominica. Cap. 13.

Ad argumentum VVitcleff contra orationes, propter prolixitatem earum. Cap. 14.

Ad argumentum VVitcleff de prolixitate orationis propter multiloquium. Cap. 15.

DE orationibus altis, & canticis regulariter in Ecclesia usitatis. Tit. 2.

De orationibus altis, & cantibus in Ecclesia, q. fiunt catholicè. Cap. 16.

Cantus Ecclesiastici sunt instituti à Christo ordinante Apostolos concinere, & primò de hæresibus contra cantus. Cap. 17.

De institutione cantuum, Psalmorum, & Hymnorum per primas Ecclesias ab Apostolis: & q. ab eis trahebatur in alias usq; ad præsens. Cap. 18.

Quòd cantus Ecclesiastici sine artificio regulati debitè. Cap. 19.

DE orando Deum canonicis horis per Ecclesiam institutis. Tit. 3.

Quòd apostolica authoritate statuenda fuit orandi forma in clero cum alternatione Psalmorum, Antiphonarum, Lectionum, & Hymnorum. Cap. 20.

Ecclesia Christi primæuis fuit ad certam orandi formam astricta, & demum Ecclesiastico creuit in officio. Cap. 21.

Quòd clerici, & sacerdotes ad certum usum officij teneantur ex præcepto. Cap. 22.

Quòd clerici, & sacerdotes non liberè omittant officium Ecclesiæ ad orandum horis statutis. Cap. 23.

Horæ orandi ecclesiasticæ qualiter cœperunt distingui. Cap. 24.

De dicendo Matutinas ad mediæ noctis uigilias. Capit. 25.

Quòd Religiosi surgunt ad orandũ media nocte Christi consilio, & exemplo. Cap. 26.

Religiosi, & clerici obseruare debent horas publicas die ac nocte, secundum morem Ecclesiæ, in qua degunt. Cap. 27.

DE Sacramentalibus, & ritibus principalibus missæ. Tit. 4.

De institutione missæ. Cap. 28.

De sacris uasis, & uestibus, quibus sacerdos intret ad missam. Cap. 29.

De sacro altari, corporali, & calice, & thuribulis, & phialis non uiolandis, nec in usus publicos assumendis. Cap. 30.

De introitu missæ cum cantu Psalmi, thurificatione, Kyrieeleison, Gloria in excelsis Deo, Dominus uobiscum, cum collectis, per Christum. Cap. 31.

De lectione, epistola, alleluia, & q. Euangelium stando audiatur, de offertorio, Symbolo. de præparatione calicis, & de miscẽdo aquã cũ uino. Cap. 32.

De

De oratione commendante oblationem, de oſculo & prædicatione ad plebem, de nominibus non recitandis nunc palàm & catechumenis emittẽdis. Ca.33.
De lotione manuum ſacerdotis, & quòd ſtet orans uerſus orientem. Cap.34.
De hortando populum ad orandum, de collecta ſecreti, Surſum corda, Gratias agamus, de præfatione miſſæ, & ſolenni ſilentio in miſſa fidelium. Ca.35.
De unico canone per eccleſiam diſtincto per quatuor portiones iuxta Apoſtolicum inſtitutum. Cap.36.
De prima parte canonis in ſecundò ſilentio. Te igitur cle. pater, Memento domine. Communicãtes, & memoriam uenerantes: & ne hæreticorum nomina in miſſa recitentur. Cap.37.
De parte canonis: Hanc igitur: Qui pridie, Simili modo & calicem: & eleuatione euchariſtiæ in conſpectu plebis. Cap.38.
De prece. Vnde & memores: Supra quæ propitio, & Supplices te. &c. Cap.39.
De Memento pro defunctis. Nobis quoq; peccatoribus. Per quem hæc omnia. ut terminetur canon cum oratione dominica. Cap.40.
De oratione dominica cum ſua præfatione poſt ſecundum ſilentium, & oratione ſequente pro pace: & Pax domini cum pacis oſculo, Et Agnus Dei in fine tertij ſilentij. Cap.41.
De communione corporis & ſanguinis Chriſti in natura ſua: ut ieiuni communicent, & ſacerdos prius ſe communicet ex utroq;, quàm alios, ſicut Chriſtus fecit. Cap.42.
Quòd ſacerdos poſtquam ſeipſum, communicet alios, quibus detur liquor communis, à quo ipſe abſtineat ſi ſit iterum celebraturus. Cap.43.
De quarta parte miſſæ ſcilicet gratiarum actione cum oratione ſacerdotis, Amen, & Deo gratias. Ca.44.

DE ſacramentalibus precibus, & ritibus baptiſterij Tit.5.
Quòd ritus Euchariſtiæ baptiſmi & aliorum à Chriſti conſuetudine & Apoſtolorum donantur eccleſiæ, ſine ſcripto propter hæreticos & execratos. Capitu. 45.
De obſeruantijs baptiſmi, in quo Chriſtus plus aquæ ſimplici requiſiuit, & de patrinis, qui offerant baptizandum. Cap.46.
Quòd ritus baptiſmales ſeruentur ut poſſint, & hoc regulariter. Primò de traditione nominis cum crucis ſignatione in fronte. Cap.47.
De exorciſmo ſalis, & impoſitione ſalis, & exufflatione ſalis cum crucis ſignatione: de myſterio apertionis oris cum effæta: de iniunctione ſymboli, & orationis dominicæ ſcilicet Pater noſter. Credo. Ca.48.
Quòd conſtituatur baptizandus ad fontem ſanctum, & abrenunciet Sathanæ. Cap.49.
Quòd baptizandus ungatur in pectore, in ſcapulis: & de profeßione credendi. Cap.50.
De conſecratione ſacri fontis, & trina immerſione baptizantis caput primò ad orientem, cuius uertex poſt baptiſmum chriſmate inungatur. Cap.51.
De ueſte candida, quam accipit baptizatus, & lampade ardente in manu: & quòd traditur patrinis, uel parentibus in cuſtodia ad ſeptennium, & cum commendatione ſymboli. Cap.52.
Contra nouellos hæreticos, quòd paruuli de neceßitate ſalutis baptizantur aqua ſenſibili. Cap.53.
Ad argumenta hæreticorum prohibentium parvulos baptizari in fide parentum pro eis uouentium. Cap. 54.

DE ſacramentalibus precibus, & ritibus ſacramẽti confirmationis. Titu.6.
De confirmatione baptizati poſt ſacrum fontem ſi ei aßit epiſcopus: & quòd communicet corpus Chriſti, & audiat euangeliũ in complementum myſteriorum. Capit.55.
De conſecratione ſancti chriſmatis. Cap.56.
Quòd hi ritus ſacramentales non paruipendantur ut noui, ſed honorentur ut Apoſtolici: quamuis ad pũctum in eorum literis non ſint expreßi. Cap.57.

DE ſacramentalibus precibus, & ritibus ſacramenti ordinis. Tit.7.
De ſacramentalibus ordinis: ubi primò probentur ordinandi, & excludantur fœminæ propter ſexum. Capitu. 58.
Ad argumentum VVitcleff probantis fœminas ſacerdotes fieri, quia de lege Dei à ſacerdotio proprio in eccleſia ſunt exortes. Cap.59.
Quòd ſacerdos ſimplex non ordinat ſacerdotem, nec ſe cũdùm Dei legem & eccleſiæ ſanctiones hoc poteſt, ſi epiſcopus non fuerit. Cap.60.
Ad primum argumentum Armachani, quòd ſimplex ſacerdos poteſt ordinare presbyterum uice epiſcopi. Cap.61.
Ad ſecundum argumentum Armachani & VVitcleff de æqualitate poteſtatis ordinis. Cap.62.
Ad tertium argumentum Armachani & VVitcleff pro defectu epiſcopi ad ordinandum: & increpatur uterq; quòd de proteſtatione ſua fidem excludit eccleſiæ. Cap.63.
Quòd miniſter altaris eſt ordinandus ordinatione per eccleſiam inſtituta, ſacris indutus, tonſus, inuocationi ſubiectus epiſcopi, & impoſitioni manuum eius, & crucis ſignationi. Cap.64.
De obſeruantijs in ordinatione ſacerdotis, de conſecratione tripharia, de manuum oſculo, & acceptione poteſtatis ad remittendum peccata: & de præfatione epiſcopi. Cap.65.
De ſacra obſeruantia præſentandi epiſcopo ſacerdotẽ cùm ad altare ingreditur in quo ſignatur caſtimonia clericorum, quam hodierni VVitcleuiſtæ contaminant. Cap.66.
Quòd in tota eccleſia ſanctorum deeſt VVitcleff authoritas

ctoritas, uel exemplum de cõiugio sacerdotum, & ordinatione bigamorum. Cap. 67.

DE Sacramẽtalibus ritibus, & precibus Sacramenti pœnitentiæ. Tit. 7.

De Sacramentalibus precibus, & ritibus pœnitẽtiæ. s. manus impositione cum prece absoluentis. Cap. 68.

De ritu absolutionis, quo dicitur absoluo te, & quòd prius sacerdos absoluit, ut absoluatur in cœlis indubie. Cap. 69.

De ritu confessionis faciẽdæ sacerdoti solitarie, & priuatim, q̃ sit legi Christi propinquior, & q̃ manifestẽ cunctis edicta. Cap. 70.

Quòd confessio auricularis sit tanquàm ex Apostolica regula pl', & pri' laudata, quã publica: & d' ritu interrogatiõis faciẽdæ in ea p̃ presbyterũ. Cap. 71.

Quòd potestas sacerdotalis ad remittẽdũ peccata est donũ Spiritus sancti, tã in sancto uiro, quã in præsbytero peccatore: dũ fit in Ecclesiæ unitate. Cap. 72.

Quòd clerici in Ecclesia sunt excellenter, & per anomonasiam ecclesiastici, & per ordinationem, partes Ecclesiæ. Cap. 73.

Quòd clericus aut alius fidelis, est pars aut membrum ecclesiæ ex susceptο officio, nec ex uitæ uel actuum merito. Cap. 74.

De sacris, & ritibus, & obseruantiis in solenni institutione religiosorũ, & Euangelicè p̃fectorũ. Cap. 75.

Quomodo sacræ obseruãtiæ claustraliũ modernorum cõformentur antiquis. Cap. 76.

De oblatiõe, & ritu sacræ inductionis iuuenũ antequã bibãt calicẽ principis huius mundi. Cap. 77.

Ad calumniam VVitcleff contra sanctam obediẽtiam, qua subditus religiosus subiicit se prælato facere quidquid iubet. Cap. 78.

De sancta obediẽtia, ad cuius iugum uocandi sunt paruuli, & de ætate profitentis. Cap. 79.

Quòd die solenni professio indissolubilis ritè fiat, in qua supra alios meretur professus aureolã, & primam innocentiã post baptismum: & q̃ lege apostolica orationibus solennibus cõsecratur. Cap. 80.

QVomodo cõparantur pastores secundi ordinis ad religiosos. Tit. 8.

Quòd presbyteri, & pastores secundi ordinis, sunt opitulatores, & cooperatores summorum præsulum uii institutionis suæ in ecclesia. Cap. 81.

Dialogus religiosi, & clerici curati, quomodo comparantur adinuicem: hic isti, ut honore præstans, & ecclesiastico officio: ille iterum isti uitæ merito, & studio contemplandi. Cap. 82.

AD blasphemias: & contumelias contra sacras religiones. Tit. 9.

Quòd religiosi ordines p̃fectorũ nõ sunt factitij à puro homine, sed à Christo homine, instituti. Cap. 83.

Quòd à conuersatione beatæ uirginis, & apostolorum in cœnaculo, deinceps est introducta schola religionis perfectorum in claustro. Cap. 84.

Quòd diuina authoritate moniti sancti patres curauerunt uniuscuiusq; religionis relinquere successores. Cap. 85.

Ad blasphemiam VVitcleff de religione perfecta sol uenda: qui sine uerecundia apostasiam consulit, & commendat. Cap. 86.

Quòd non licet religioso propositum dimittere quod accepit, quia nisi religiosus saluus esse non potest. Capit. 87.

Ad contumelias VVitcleff de religiosis perfectis. Cap. 88.

Ad contumelias VVitcleff de nouitate religionum. Cap. 89.

Ad argutias VVitcleff contra religionem perfectam, primò quia fit contra honorem parentum: secundò quia non est perfectior religione uulgi. tertiò quia est ea imperfectior authoritate, leuitate, seu facilitate, & necessitate. Cap. 90.

De leuitate. i. facilitate, & authoritate religionis Christi uulgaris supra perfectam. Cap. 91.

Ad argutias VVitcleff de libertate, quã Christus dedit in uestibus religiosorum, claustris, atq; sensibilibus signis. Cap. 92.

DE suffragiis Ecclesiarum, clericorum, & religiosorum participandis, & cõcedẽdis. Tit. 10.

Clerus, & religio unum opus perfectum faciunt ad bonum Ecclesiæ, quorum concessio participationis meritorum fundatur in Christo. Cap. 93.

Apostoli concesserunt fieri participes suffragiorum suorum homines. Cap. 94.

Episcopi, & religiosi dotati concedunt communicationes homini charitatis, & requirũt ab aliis. Cap. 95.

Ad obiectum VVitcleff contra concessiones participij præcum, & piorum operũ, quia nescimus utrùm sint damnandi. Cap. 96.

Ad tres obiectiones VVitcleff contra concessionem participij spiritualium operum pro præscitis, pro conditione implicita Dei uoluntatis, & quia concedunt post obitum. Cap. 97.

Ad regulas hæreticas VVitcleff, q̃ Deus prius concedit participationes meritorum temporaliter quàm homines, & homo nulli potest concedere, nisi sipsum dignificet apud Deum. Cap. 98.

Ad calumniam VVitcleff, q̃ religiosi conferunt spiritualia sua suffragia sub spe quæstus. Cap. 99.

Qualiter ꝓticipãt Christiani meritis mutuis. C. 100.

Quòd sanctos pauperes debent fideles præcipuè carnalium suorum habere participes. Cap. 101.

Quòd fide sunt certi de suo participio cum sanctis qui communicant cum eis carnalibus. Cap. 102.

Ad obiectũ VVitcleff, q̃ religiosi deberẽt instare pro participio suffragiorum à populo, sicut laici instãt apud eos p̃ suffragiorũ ipsorũ participio. Ca. 103.

Digitized by Google

Fructuoſius, & efficaciùs exaudiuntur, uiri officio & perfectione ſublimes in eccleſia, quam etiam ualde iuſtè uiuentes in ſeculo. & ideo in arduis potius expetendi. Cap. 104.

DE orationibus generalibus & ſpecialibus. Ti. 11.
De orando oratione ſpeciali, & quòd oratio ſpecialis prodeſt amplius ei, pro quo oratur, quam oratio tantummodo generalis. Cap. 105.

Quòd oretur ſpecialiter pro defuncto, quamuis orãs ignoret ſtatum eius, & quòd amici eius inſtent apud ſanctos orare pro eo. Cap. 106.

Quòd apud Deum & ſanctos, ſatisfaciant amici eius ut oretur pro mortuo & ſpecialiter adiuuetur. Cap. 107.

DE orando ſanctos. Titu. 12.
De orando ſanctos contra impietatem VVitcleff. Cap. 108.

Quòd Chriſtus ſecundùm quòd homo, eſt ut refugiũ noſtrum orandus à ſingulis, ſine quo nulla uenit ſalus à Deo. Cap. 109.

Quòd cæteri ſancti ſint orandi, quamuis Chriſtus ſit potißimus mediator, & optimus. Cap. 110.

Quòd ſancti Angeli, & beati ſunt præcibus inuocandi, ſicut in litaniis ſolet eccleſia. Cap. 111.

Quòd ſancti iam beati, ſunt orandi, non obſtante obiectione duplici hæreticorum quia ſcilicet iam obierunt, & quòd continuè intercedunt. Cap. 112.

Ad obiectum hæreticorum nouellorum ne orentur ſancti, quia in Apocalypſi Ioannis omnis oratio & adoratio fiebat ſedenti in throno, non ſanctis aliis, non etiam homini Ieſu Chriſto. Cap. 113.

Quòd ſancti orationibus inuocati ſunt magni amici Dei, domeſtici, & interceſſores ad impetrandum potentes. Cap. 114.

Ad dictum VVltcleff hæreticum, quòd non ualet oratio alicuius ſancti, niſi is, pro quo orat, ſit tunc iuſtus per obſeruantiam mandatorum, & tunc ualebit ipſò ſancto nolente. Cap. 115.

Vt diligenter oremus ſanctos, ne ſine eorum interceßione ſaluari non poßimus, & quòd ſolus ille orat frustra, qui mereri contemnit. Cap. 116.

QValiter adorentur ſancti, & eorum reliquiæ. Titu. 13.

Contra libellum VVitcleff, quòd ſolus Deus ſecũdum diuinitatem eſt orandus, quia ſolus eſt fideliter adorandus. Cap. 117.

Quòd Angeli, & ſancti beati, & nõdum beati, poſſunt in ſe licitè adorari, ſed cultu duliæ citra Deum. Cap. 118.

Quòd creaturæ in Deo adorantur cultu diuino, ſicut humanitas Chriſti, imago eius, Crux, & reliquiæ. Cap. 119.

Qualiter ſanctæ reliquiæ pro ſeipſis uenerandæ non ſint, ſed pro ſanctitate contracta, & tunc per ſe uel in ſuis principiis contemplatæ. Cap. 120.

Quòd adoratio aut honor excellẽs defertur ſanctæ rei, nõ propter qualemcunq; modum diuinæ præſentiæ in illa, ſed propter effectum aliquem gratiæ ſingularis. Cap. 121.

DE canonizando ſanctos. Titu. 14.
De canonizatione ſanctorum rectè fienda per teſtes, per iudicem competentem, & per miracula. Cap. 122.

Quòd in forma Chriſti canonizantur ſancti eius per teſtes uitæ. Cap. 123.

Quòd item canonizantur ſancti probatis miraculis, quæ ultra modum diſplicent VVitcleuiſtis, ſicut olim Saracenis, Arrianis, & Paganis. Cap. 124.

Qualiter miracula apud ſanctorum memorias probant, & iudicant eos ſanctos, & Dei amicos. Cap. 125.

Qualiter uera probẽtur Dei miracula, & cultum Dei commendent: & quòd quum meritis bonæ uitæ ſuccedunt, tunc probent eos ſanctos, per quos fiũt. Cap. 126.

Qualiter neceſſe eſt ſanctos canonizari nobis adhuc continuè per eccleſiam: & de iis, qui canonizantur à ſcripturis, & à Deo: Cap. 127.

De exhumatione, & ſolenni translatione ſanctorum, & eorum oßium, ad loca ſolennia. Cap. 128.

De ſolenni dedicatione corporum ſanctorum, & oßiũ, & repoſitione eorum in capſis, ædiculis, aut ſcriniis precioſis. Cap. 129.

Quòd hos honores exhibentes ſanctis, non colimus eos ut deos, ſed ut Dei amicos, & noſtros apud Deum patronos, Cap. 130.

Ornare uel cõdere ſepulchra precioſa ſanctis Dei mortuis, eſt à lege Dei pietas approbata, ſed ſemper impiis & hæreticis deteſtata. Cap. 131.

DE peregrinando ad ſanctorum tumulos. Tit. 15.
Quòd Chriſtus uoluit ſemetipſum, matrem ſuã beatißimam, & Sanctũ Ioannẽ Baptiſtam in ſepulchris congruis poni, & in eis à deuotis populis adorari. Cap. 132.

De deuota peregrinatione fidelium ad templum domini olim approbata, ſicut modò ad loca ſacra natiuitatis, crucis, & ad cunabula ſaluatoris. Cap. 133.

Quòd religioſa ſit peregrinatio deuotorum fideliũ ad ſanctorum tumulos perornatos. Cap. 134.

Quòd ſanctorum memoriæ, & cætera loca, ſacra ſint, & catholicorum peregrinationibus, rerum oblationibus, perſonaliter uiſitanda. Cap. 135.

Propter nouem cauſas catholicè uiſitantur quædam loca ſancta præ aliis locis, nec hoc ipſis præiudicat. Cap. 136.

Quòd ſancti Dei magnum ferunt præſidium ciuitatibus, & territoriis, in quibus habent memorias: & quòd eos honorãtibus ualidi ſunt patroni. Ca. 137.

DE feſtiuitatibus ſanctorum, & Chriſti, celebrandis. Titu. 16.

Quòd

Quòd ſanctorum Chriſti martyrum,Angelorũ,& hominum feſti dies piißimè celebrentur. Cap. 138.
Quòd dicẽdi ſunt dies feſti ſctõrũ, & ſunt à nobis tũc orãdi,nõ autem pro eis orandum. Cap. 139.
De celebrãdo feſtiuè diem dñicum ſine mundanis operibus, niſi propter neceßitates imminentes leuiſſimis,non à diuinis laudibus abſtractiuis. Cap. 140.
Ad aneiquã hæreticorũ argutiam De obſeruatione dierũ,& temporum: & q, celebrantur feſta inducta à Chriſto,& Apoſtolis,& eorũ uicariis,ut Paſcha Pẽthecoſte,cœna dñi,cũ confectiõe chriſmatis. C. 141.
Qualiter obſeruãdi ſint feſti dies dñi, & ſctõrum cũ plenis cœtibus populorũ in Eccleſia,in hiſtoriis, lectionibus,Pſalmis,Hymnis,& Cãticis:eo q, cœleſtes ſancti pro nobis orent, & feſtis noſtris congaudent. Cap. 142.
DE fabricis Eccleſiarum Titu. 17.
Quòd hæretici ſpernũt eccleſias fabricãdas Deo, & ſanctis,& cõuenũt ad ſpelũcas,& ſyluas.& catholici præcipuè in Eccleſia Deũ orãt. Cap. 143.
Quòd Deus utiq; Chriſtus tanquã ſibi ſacratas habet baſilicas,propter quas ab innocentiæ ſtatu non receßit. Cap. 144.
Cõtra blaſphemiã VVitcleff dicẽtis principiũ eſſe diabolicũ in fabricis ſplẽdidis Eccleſiarũ: cum ſit opus latriæ Deo ſumme gratum. Cap. 145.
Quòd Chriſtus cuncta penè agens in domibus baſilicarum,domos gratas habet, & ad earum ſtructuras attendit. Cap. 146.
Quòd aliquãto præſentior eſt dñs Deus oranti in Eccleſia p gratiã,quã orãti alibi extra ipſam. C. 147.
DE apparatu Eccleſiæ. Titu. 18.
Quòd in ſplendentibus Eccleſiis non confidamus cum hæreticis: ornemus tamen eas ſplendidè ad honorem Dei,picturis,libris,uaſis, & amictibus prætioſis Cap. 148.
DE religioſorum domibus. Tit. 19.
De fabricãdis domibus religioſis, & Eccleſiaſticis altis ſcdm moderamen:& de Apoſtolis:q, nõ omnino carebant eis Chriſtus,& Apoſtoli. Cap. 149.
De ornatu ſacrarum imaginum in Eccleſiis, & de earum uiolatoribus. Cap. 150.
Quòd ſatis differenter Chriſtiani colunt imagines à cultoribus idolorum. Cap. 151.
Quòd cultus ſacrarum imaginum non eſt contra præceptum:Non facies tibi ſculptile. Cap. 152.
Quòd imagines apud Chriſtianos ſunt ſigna utilia ſuperſtitione carentia,& literæ laicorum. Cap. 153.
Quòd imago artificialis aptior eſt cultui humano,quã imago nudi hoïs,uel naturæ intellectualis. C. 154.
Quòd imago trinitatis in Eccleſiis poni ſolita aduerſatur hæreticis:& quare Iudæi non ſic colebant imagines,quas fecerunt. Cap. 155.
Quòd hæretici colunt dæmones,& qualiter Chriſtiani colunt ſanctorum imagines. Cap. 156.
Ad argumenta VVitcleuiſtarum contra imagines,Confundantur omnes,qui adorãt ſculptilia:& q, fideles uocant dñm,& ſanctos eius imagines. Cap. 157.
DE adoratione ſanctæ crucis. Tit. 20.
De cruce Chriſti lignea,quòd ſit à fidelibus adoranda. Cap. 158.
De feſtiuitate eccleſiaſtica ſanctæ crucis, q, eius officiũ non ſit plenum idololatriæ. Cap. 159.
Quòd non ſola crux prima Criſti ſit colẽda,ſed etiam ſignacula eius:& illæ cruces ſunt exaltandæ in eccleſiis coram prælatis, & in regum catholicorum diadematibus. Cap. 160.
DE peregrinando ad ſacras imagines. Tit. 21.
Quòd licitè adeunt fideles imagines & loca ſancta quædam præ aliis,propter maiorem dei uirtutem in eis,uel gratiam potiorem. Cap. 161.
DE dedicatione Eccleſiarum. Tit. 22.
Quòd à primæuis fidei erant Eccleſiæ dedicandæ,& ipſarum dedicationes obſeruantia annua celebrandæ. Cap. 162.
De ritibus dedicationis Eccleſiæ, de crucis ſignaturis, & cereis, de ingreſſu,præce, & alphabeti inſcriptione Pontificis, & canu cleri, & quid hæc deſignent. Cap. 163.
DE reliquiis ſanctorum. Tit. 23.
De inferendo, & collocando reliquias in dedicatione Eccleſiæ,uel altaris: quæ item ad dedicationẽ requirantur adeſſe. Cap. 164.
Quare patrum reliquiæ ueteris legis nõ inferebantur templo,& altaribus:& de ueneratione earum:modo quanta cura geratur. Cap. 165.
DE benedictione cerei Paſchalis. Tit. 24.
De benedictione cerei Paſchalis, & luminum,& item candelabri. Cap. 166.
De benedictione panis,& aquæ, & primitiuorum fructuum,ciborumq; menſæ. Cap. 167.
De exorciſmis ſalis & aquæ,quomodo ſint ẽ fide ſcripturæ,& de utilitate huius aquæ taliter benedictæ. Cap. 168.
De ſanctificatione armorum. Cap. 169.
Epilogus totius libri. Cap. 170.
Oratio,& peroratio Autboris.

¶ Explicit Titulorum Capitulorumq; totius de ſacramentalibus,operis, Tabula.

¶ Sequitur Tractatus Tituli primi de oratione: & eius ritibus.

Digitized by Google

DE HAERESIBVS ANTIquorum & VVitcleuiſtarum contra orationes ſacras Deo placentes,& acceptas.

CAPVT I.

SVMMA.

1 Orare ſicut oporteat, quòd neſciamus, ſed Spiritus poſtulat pro nobis, & poſtulare nos facit.
2 Apoſtoli Chriſti quomodo de Chriſto ſtudioſè requirunt, ut doceat eos orare.
3 VVitcleff hoſtis eccleſiæ, ut fidem Chriſti apertiùs obruat, quomodo abſconsè contra orationis formam ſua tela deuibrat.
4 Futurorum neceſsitas ſecundùm. VVitcleff.
5 VVitcleuiſtæ hæretici,& Lutherani,quòd ſint Nē broth ſimiles.
6 Origenes notatur ab Epiphanio.
7 Pelagiani quòd deſtruant orationes Eccleſiaſticas, hæreticè prædicantes gratiam Dei dari pro meritis.Et VVitcleff non ſolum gratiam, ſed & gloriam.
8 Errata VVitcleff & Lutheri deſcribuntur.
9 Arbitriū eſſe ſupra gratiā dicunt Pelagiani.
10 VVitcleff quòd catholicū ſimulet vultu uerbi,ſed fructu uerbi fauet erroribus, & tegit hæreticos.
11 VVitcleuiſtæ,quomodo quorundam hæreticorum more transforment hominum animos ſimplici duplicitate, & dupla ſimplicitate.

DOMINE DOCE me orare. Summarum rerum hæc vna conditio ſemper fuit: vt vix humanis viribus, ſed diuina tātùm ope queant attingi. Quod dè orandi faſtigio verum eſſe tanto facilius arbitror, quantò clariùs intonat auribus noſtris ipſe Apoſtolus:Spiritus
1 adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, & poſtulare nos facit, & hoc gemitu inenarrabili,quo ipſe facit nos ge
2 mere,vt exponit eccleſia.Hanc orationem poſtulandam à ſpiritu,voce hominis ſiue mente, iam magna ex parte in vita ſancta fundati Apoſtoli Chriſti, videntes quaſi apicem ſanctitatis abeſſe,de Chriſto ſtudioſe requirunt, & 3
dicunt,Domine doce nos orare. Vt autem hoſtis eccleſiæ Chriſti VVitcleff fidem Chriſti apertius obruat,contra hanc orationis formā quaſi contra animatem ſpiritum totius ſancti tatis humanæ ſua tela deuibrat: abſconsè tamen,vt aſſolet:& Pſalmiſta conqueritur ,Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, dicens in primo cap.libelli de oratione, Ordinauit au- VVitcleff.
ctor noſter,vt homo non ſolum oret in voce, & mente:ſed omnino in iuſto opere,ſiue vita, quia Deus eſt auctor realis, qui non requirit cogitationem,vel vocem, ſed omnino vitam ſuæ iuſtitiæ complacentem. Hæc VVitcleff.
AVTHOR. Audacter dicit:Deus non requirit,& quos non requirit?De tali fideiuſſore dicit Pſalmiſta:Propter quid irritauit impius Deum?Dicit enim in corde ſuo:non requiret. Sed intueamur quid dicat. Ordinauit (inquit) auctor noſter,quòd homo nō ſolùm oret.Dicit(non ſolùm) ad tegendum ſibi ſophiſma: quia ſi Deus non requirat cogitationem orantem,vel vocem,ergo nec ordinauit orationem cogitationis,vel oris. Hoc ſolum quod inſtituit, requirit: & quicquid requirit fieri, hoc priùs ordinauit,vt fieret,ne eſſet calumnia ſerui pigri ad dominum,Tollis quod non poſuiſti,& metis quod non ſeminaſti. Hoc antecedens,Deus non requirit cogitationem orantis,& vocem,ſed omnino vitam:vult eſſe conſequens, hoc in caſuali, quòd auctor naturæ ordinauit omnino vt homo nō oret voce, aut mente,ſed opere. Et propter hoc,infert tertia parte ſermonum,ſermone.49. Confidat homo in merito proprio: quia ad mēſurā illius,
Deus neceſſariò præmiabit.Hæc eſt totius hu 4
ius hæreſis de non orando,radix & origo,miſera neceſsitas futurorū:habito enim hoc me- Futurorum
dio,quòd Deus merita noſtra coronat,ex hoc neceſsitas.
cōficitur, quòd homo in meritis propriis cōfidat.Sed vt viam antiquam contineam,fundamenta

menta eius extrahere conabor in lucem: ſicut dominus ait in Michea, Detraham in vallem lapides eius, & fundamenta reuelabo, & omnia ſculptilia illius concidentur. Primum fun-
5 damentum huius hæreſis inter homines à Nē-
Nēbroth. brothitis effluxit. Gen. 10. quòd in virtute ſua confiderent: vt habet Sapiens Eccleſiaſt. 16. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum. De quibus item libro primo antiquitatum Ioſephus. Fecit (inquit) eos eſſe elatos ad iniuriā, atque contemptum, Nembroth filius Cam, filij Noë: & cùm eſſet audacior, & manu fortiſsimus ſuadebat eis, vt non Deo aſcriberēt, quòd hominibus per illum fœlicitas eueniret: ſed quòd hoc eis propria virtute pręberetur: & cognatos generis ſui, ad cauſam tyrannidis adduxit, ſolus ipſe præſumens, homines à Dei timore reuocare, & ſpem ſuam in propria virtute reponere. Hæc ille AVTHOR. Aduerte dictum Witcleff, nihil apponamus. Quod dicit Witcleff, Confidat homo in merito proprio: quod & Nembrothitæ fecerunt, Deſtructi ſunt (inquit Sapiens) confidentes ſuæ virtuti: & ſuadebat, inquit Ioſephus, quòd fœlicitas propria virtute præberetur hominibus. Quæ maior fœlicitas, quam illa de qua Witcleff autumat, quòd ad mēſuram proprij meriti Deus neceſſariò dabit præmium? Et quid his concludit vterque? Non orandum Deum mente vel voce, ſed vtendum cuilibet propria ſua virtute. Nec hic ſuffocatus eſt error, ſed valuit in Iudæis vſque ad tempus fidei primitiuæ: qui pari modo de ſuis viribus ſuperbiſsimè præſumentes, nec ipſum diuinum adiutorium poſtulare curabant. De quibus libro ſuo de fide & operibus, ante medium, AVGVSTINVS. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Et ideo verum eſt, quòd legem accipientes homines, qui de ſuis viribus ſuperbiſsimè præſumebant, nec diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiſcentiarum, recta fide impetrantes, pluribus grauioribuſque delictis, etiam lege præuaricata onerati ſunt. Hæc ille. AVTHOR. Notate quæ ſe inferūt, catenam attendite. Homines de ſuis viribus præſumebant, & nec diuinum adiutorium recta fide impetrabāt. Aſſerto primo, ſecundum regulariter ſequitur: nec vidi quenquam dicere primum ſine ſecundo, eo quòd præſumptio ſui, ſurgit ſtatim in cōtemptum Dei. Et qui de viribus propriis, & meritorum qualitate confidit, qualiter alium extra ſe orandum putabit? Reptilis demum erat hæc hæreſis, & poſt iſtos partim Origenem, prout notat 6
vetus pater Epiphanius in epiſtola ad Ioānem Origenes.
Conſtantinopolitanum, quam tranſtulit ipſe. HIERONYMVS. & inter eius epiſtolas collocatur. EPIPHANIVS. Quis ſuſtinebit ergo Origenis ineptias, vt non grauius aliquid loquar, & ſimilis efficiar vel ipſi, vel diſcipulis eius, qui audent in periculo animæ ſuæ aſſerere quodcumque eis in buccam venerit: & magis iubere Deo, & non ab eo vel orare, vel diſcere veritatem. Hæc ille. AVTHOR. Neſcio quomodo iubeat Deo, quā ſi agentibus meritis Deus ad mēſuram ſic merentibus, neceſſariò præmiabit. Interuenerunt Pelagiani, qui iſtam hanc hæreſim ſuſcepe-
runt ne ſine eis perueniret ad Witcleff. De qui bus libro hæreſum ca. 88. AVGVSTINVS: Deſtruunt etiam orationes, quas facit eccleſia, ſiue pro infidelibus & doctrinæ Dei reſiſtē tibus, vt conuertantur ad eum: ſiue pro fidelibus, vt augeatur in eis fides, & perſeuerent in ea. Hæc quippe non ab ipſo Deo accipere, ſed à ſeipſis homines habere contedunt, gratiamque Dei, qua liberamur, ſecūdum noſtra merita dari. Quod quidem Pelagius in epiſcopali iudicio Palæſtino damnari metuens, damnare compulſus eſt: ſed in poſterioribus ſuis ſcriptis hoc inuenitur dicere, & docere. Hæc ille. AVTHOR. Semper vides eſſe coniunctas he- 7
reſes. Deſtruūt Pelagiani orationes eccleſiaſti- Pelagiani.
ſticas: quia gratiam Dei hæreticè prædicant, dari pro meritis: Witcleff verò non tātùm gratiam, ſed & gloriam. Confidat homo (inquit) in merito proprio, quia ad eius menſuram Deus neceſſariò præmiabit. Accurrens forſitam Witeleuiſta feſtinus irruit, vt magiſter ſuus ab hoc Pelagiano puteolo, ſaltem quibus poteſt occaſionibus extrahatur: ipſe Witeleff (inquit) orare commendat in aliis: & eodem libello ipſe dicit non negare, quin multùm valeat deprecatio iuſti aſsidua: habet enim vſus eccleſia, dicit, non omnimodè cōtemnendos. Non vult autem orationes nudas ſine bona vita, nec vſus tales, vt euangelium acceptari: quę ſingula à recta fide non deuiant. Sed & ego cum domino Ieſu meo finem hęreticiverbi aſpiciens, vlteriusverbi mentem intueor. Scribæ quod exteriùs tacuerunt, interiùs clamauerūt, Hic blaſphemat: idcirco Euangeliſta ſubiungit, quòd Ieſus vt vidit cogitationes eorū &c. vt Matthæi. 9. Ita, quod callidus hæreticus exterius laudaſſe videtur, intus diſtimulat. Nec tamen cor hominis intueri me fateor, quod Ieſu Chriſto ex eius Deitate eſt proprium: ſed quod homini datum eſt, in aliis eius dictis &

Errata Witcleff, & Luther.

ſectatorum eius exemplis intentionem dogmatis, manu palpo conceptam. Aliter dic
8 mihi cur omnem ſanctam vitam, & opera iuſta, orationi præferens ab oratione ſancta con dimidit? Cur item deſtruere omnes Chriſti religiones perfectas, & oratorum collegia, plus iuuat eccleſiam Dei, quàm oratio quantumlibet ſpecialis? Cur etiam ſacerdotes eius ſedu cti penitus, ab horis dicendis, & ab aliis orationibus, generaliter abſtinent, dicentes, & penè ſemper in ore habentes, illud magiſtri ſui, Plus eſt orare ſancta vita vel opere, quàm ſermone vel mente. Vis autem vt altiùs repetam? ſi ipſe cum Pelagio damnata non ſenſerit, cur ipſe damnatum hæreticum ſubſtinet & excuſat? Ipſe palàm dixit, ipſe cathedraliter docuit, ipſe in membranis reliquit, in parte ſermonum, quos diſcipuli ſupra euangelium dulces habent, ſicut Sarraceni perfidum Alchoranum.

Arbitrium ſupra gratiã dicunt.

9 Ibi enim ſermone. 46. dicit. Conſimili ratione tollitur error Pelagianorum, quos creditur ad tãtum magnificaſſe liberum arbitrium hominis, quòd homo poteſt per ſe mereri beatitudinem, ſine gratia animæ ſuperinfuſa. Et fortè intellexerunt, quòd non requiritur gratia præter Deum & ſpiritum, quæ gratia poterit per ſe eſſe ſpiritui conlinita. Non enim capit intellectus fidelium, quòd anima mereatur per ſe, niſi priùs per Deum gratis, & per conſequens, per gratiam ſit adiuta: ſed illa gratia cùm ſit bona qualitas, non poterit per ſe eſſe. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce ſi non ſit inter Witcleff & Pelagium germana ſocietas: ſi tamen velit Pelagius errorem ſuũ ſuſtinere, quem vocat metaphyſicam de eſſentia accidentis. Quòd ſcilicet nihil ſit gratia præter ſpiritum Deo gratum: non autem aliquid potens per ſe eſſe ſpiritum conlinitum. O redemptorem damnati Pelagij! O ſaluatorem ſeculi! Origenes ſi ſic ſenſit de eſſentia gratiæ (vt tu dicis fortè ſenſiſſe) iam catholicus eſt, & iam ſine cauſa damnatus eſt. Cur iſtud non attingit Auguſtinus, cum tot diſputaret, & tanta, & contra Iulianum eius alumnum, & magiſtros Pelagium & Celeſtium, dicentes gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari: & ſic gratiam non eſſe gratiam, quia non gratis datam, & quòd per vſum liberi, arbitrij poſsit quis mereri gratiam? Quòd item paruuli ita ſint ex ſuis naturalibus ſalui, vt ſine ſaluatore valeant eſſe ſalui. Et inter tot & tantos conflictus, aut hæretici defendendo: aut Auguſti cum catholicis arguẽdo, nunquã meminerunt ridiculæ gloſſæ Witcleff, vnde dicere potuiſſent gratiam Dei, quæ non poteſt per ſe eſſe, ſed eſt Deus, vel ſpiritus, ſecundùm merita noſtra dari, & tranſiſſet Auguſtinus deluſus, & Pelagius abſolutus: quia dicit Witcleff, error Pelagianorum ſic tollitur. Sed etiam tota ſynodus ſancta Numidiæ, quæ ibi Pelagium comdemnauit, ſcribens epiſtolam calamo Auguſtini huius gloſſæ non meminit. AVGVSTINVS. Noua, inquit, hæreſis, & in vnum pernicioſa, cum tentat aſſurgere doctrinæ inimicorum Chriſti, quæ nobis etiam Dominicam orationem, impijs diſputationibus conatur auferre. Et infra. Vt ergo alia omittamus, quæ contra ſcripturas ſanctas plurima. diſſerunt, hic iterum duo, quibus omnino totum, quod Chriſtiani ſumus, nituntur euertere. Quæ fidelia corda ſuſtinent non eſſe rogandum Deum: vt contra peccati malum, atque ad operandum iuſtitiam, ſit noſter adiutor: & non opitulari paruulis, ad conſequendum vitam æternam, gratiæ Chriſtianæ ſacramentum? Hæc inſinuantes Apoſtolico pectori tuo, non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare. Et ſequitur. Huius autem pernicioſiſſimi erroris auctores eſſe perhibentur, Pelagius, & Celeſtius, quos in eccleſia quidẽ ſanari maluimus, quàm deſperata ſalute ab eccleſia reſecari. Hęc ibi ad Innocentium papam inter epiſtolas Auguſtini capitu. 34. AVTHOR. Quis ferat audaciam, aut magis ineptiam, nec ſe intelligentis, nec rem, de qua loquitur, ſapiẽtis: ita vt intervnius anni theologos pro vili opinione ſui accidentis tam vanè, tanquam impertinenter intruſa palea ſterneretur, cùm etiã in veritate rei, gloſſa illa nulla ex parte errori reſpondeat, nec quicquam proderit ſuſtinenti? Nam dato, quòd gratia nihil aliud ſit à ſpiritu grato Deo, nunquid tunc erit catholicum, Dei gratiam dicere ſecundùm merita noſtra dari, aut per liberi arbitrij vsũ mereri nos, Dei gratiam? Aut quòd paruuli iã nati, primo peccato non tenentur obnoxij? Hæc & plura dixit Pelagius, Quomodo iã per accidẽs tuum tollitur hæreſis Pelagianorũ: quia dicis, ſic tolli
tur. Sed vt redeamus ad priora. Hęc idcirco ꝓ 10
tulerim, vt videãt omnes quã callidè Witcleff catholicum ſimulat vultu verbi, ſed fructu verbi fauet erroribus, & tegit hæreticos. Quotiens igitur propoſitiones eius occurrant, videant in vultu ſermonis quaſi phyſiognomiã ſenſus, & in bifronte iã animum dictantis examinent: quia (vt ſæpe prædmonui) tanta ſe inuoluit ambiguitate ſententiæ, vt fideli ſimplici, putetur valde catholicus, & in eodem (ſine mutatione) ſermone, perito orthodoxo hæreticus

ticus conuincatur. Tales magistros Witcleff artifices doli reperit defensores Origenis: de quibus, in epistola ad Pammachium & Oceanum HIERONY. Sic verba temperant, sic ordinem vertunt, sic & ambigua quæque concinnant, vt nostram & aduersariorum cõfessionem teneant: vt aliter hæreticus, aliter audiat catholicus: quasi non eodem spiritu & Apollo Delphicus, atque Loxias oracula fuderit Crœso, & Pyrrho, diuersis temporibus, sed pari illudentes stropha. Credimus, inquiunt, futuram resurrectionem corporum. Hoc si bene dicatur, pura confessio est: sed quia corpora sunt cælestia & terrestria, & aër iste & aura tenuis, iuxta naturam suam, corpora nominãtur, corpus ponunt non carnem: vt orthodoxus, corpus audiens, carnem putet, hæreticus spiritum recognoscat. Hæc est eorum decipula, quæ si deprehensa fuerit, alios dolos & innocentiam simulant, & malitiosos nos vocant & quasi simpliciter credentes aiunt. Credimus resurrectionem carnis. Hoc verò cùm dixerit, vulgus in doctum putat sibi sufficere: maximè quia & idipsum in symbolo creditur. Interroges vltrà, circuli strepitus commouetur, fautores clamant, Audisti resurrectionem carnis: quid quæris amplius? & in peruersum studiis
11 nos commutatis sycophantę, illi simplices appellantur. Hæc ille. AVTHOR. Mos iste adhuc nostros sequitur Witcleuistas, simplici duplicitate, & dupla simplicitate, animos hominum transformantes. Aut quid dixit vulgus vt creditis, audito vno eorum dicere, sacra hostia corpus Christi natum est de virgine. Audistis, fidem clamitant, quid quæritis amplius? & in peruersum studium fidem simplicem cõmutatis? Cùm tamẽ solum figuraliter esse corpus Christi intendat hæreticus: ita vt in re de orationibus sacris dicit Witcleff in iam dicto capitu. 46. Debemus diuino suffragio intendere, & sperare, non creaturæ suffragio irreligiosè confidere. Fallaciam habet attentius si confideres: vel irreligiosè fidendum decernens, si suffragio creaturæ intendat, quod est hæresis: vel irreligiosè confidere, vetans quod item inhibet bona fides, Sic verba temperant, & ambigua quæque concinnant, vt in illo simplici sermone populi credant, esse verissimos, in quo orthodoxi eos in hæresi deprehendunt.

¶ Quòd vita hominis ab omni orandi officio suspensa, mentis vel oris, est imperfecta, non catholicè Christiana.

CAP. II.

SVMMA.

1 *Oratio quòd sit triplex secundum Witcleff mentalis, uocalis, & uitalis.*
2 *Witcleff quòd intendat præferre, uel æquare nudam uitam sine oratione, oranti mente & ore.*
3 *Maßilianorum hæresis per extremum opposita hæresi Witcleff. Et quomodo Euchitæ ab Augustino dicuntur, ab orando, sic appellati.*
4 *Orare semper quid sit. Et qui hæretici malè senserunt de orando.*
5 *Maßilian, & Witcleuistæ quàm malè sibiipsis conueniant,*
6 *Beda quid dicat super illud Iacobi, Fides sine operibus otiosa est.*
7 *Witcleff, quòd in maiorem lacum deceptionis inciderit, quàm primæui fideles, qui dictum Pauli malè acceperant de iustificatione plena per fidem &c.*
8 *Iudæi, Gentes, Maßiliani, & Witcleff quomodo peccauerunt in fide de fide.*
9 *Oratio mentalis, quòd transcendat orationem uocalem & uitalem.*
10 *Oratio mentalis, quæ sit secundum Augustinum.*
11 *Orare sine intermißione, quid sit.*
12 *Credere, quid sit secundum Augustinum.*
13 *Vitalis oratio, quòd sine oratione mentali non sit.*
14 *Animũ quòd plus attendat Dominus, quàm opus.*
15 *Orationis mentalis uis.*
16 *Oratio uitalis quòd sine mẽtali non sit meritoria.*
17 *Cogitatio, quòd de radice mentis surgat in ramum operationis.*

DIsponens Witcleff cõflictum inire cũ orthodoxis orantibus, in libello, quem ad hoc edidit, de oratiõe in exordio: Quædã, inquit est oratio mentalis, quædam vocalis, & quædã vitalis. De prima. Apostolus. Orabo spiritu, orabo & mente. De secunda. Matthæi. 6. Sic orabitis, Pater noster qui es in cælis. De tertia. Oportet 1 *Triplex oratio secundũ Witcleff.*

portet ſemper orare. Et Apoſtolus. Sine inter miſsione orate: nam iuſta vita, & opera meritoria bene orant. De iſta triplici oratione patet ex fide, quòd tertia amplectẽs ambas priores, eſt à Deo maximè commendata. Matthæi. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem patris mei. Hęc illic Witcleff. AVTHOR. Interrogandus eſt æmulus ſi bona ſit diuiſio, qua arte diuiſionis, partes ponit in numerum cum ſuo toto: aut particulare cum ſpecie: vt ex Sorte & Petro cum communi eis natura hominis, dicat tres homines: quia dicit tertiam orationem vitalem ambas complecti priores. Aut ſi diſcretè eas connumeret: vt ſi duo, tria, quinq; tres numeros dicam: & quòd tertius vtroſque priores com-
Witcleff. plectitur: ſed tunc non excedit vtroſque ſumptos coniunctim. Et ipſe hoc ibi proſequitur. Cum enim, inquit, oratio generalior à Chriſto prefertur, & generalius eſt iuſtè orare in opere, quã animo vel ſermone: patet, q̃ iſta oratio eſt melior altera præcedẽte. Hæc Witcleff. AVTHOR. Fingit, ſed ex illo medio arguiſſet, q̃ oratio ſua tertia ſit meliorvtraq; prę cedente & ſi neutram includeret: quod ipſe ſtatim annuit: quia multi ſunt, inquit, muti & in-
† Tempus ſenſibile. fantes, qui non habent † poſsibilitatem taliter exorandi, & tamen propter eorum iuſtam vitam, à Deo cui cuncta ſunt cognita, ſunt ſaluã di. Hæc Witcleff. AVTHOR. Senſum eius ad
2 aſſumpta confero, vt clarè pateat q̃ intendit præferre, ſcilicet, vel æquare nudam vitam ſine
3 oratione tali, oranti mente & ore. Huic hæreſi
Maßiliani. alia per extremum oppoſita eſt Maſsilianorũ, qui ſolũ orandũ dixerunt in hac vita, nec alteri operi inſiſtendum. De qua lib. hæreſum. 57.
Euchitæ. AVGV. Græcè dicuntur Euchitæ, ab orando ſic appellati. Tantùm enim orãt, vt eis qui hoc de illis audiunt, incredibile videatur. Nã cũ do
4 minus dixerit, Oportet ſemper orare, & nõ de-
Orare ſemper. ficere: & Apoſtolus, Sine intermiſsione orate. Quod ſaniſsimè ſic accipitur, vt nullo die intermittãtur certa tempora orãdi: iſti ita nimis hoc faciũt, vt hinc iudicẽtur inter hęreticos nominandi: quãuis nõnulli eos dicant de purgatione animarum neſcio quæ phantaſtica ridiculè fabuloſa narrare. Sequitur. Dicuntur Euchitæ opinari, nõ licere ſuſtẽtãdæ vitę ſuæ cauſa aliquid operari: atq; ita ſeipſos monachos profiteri, vt omnino ab operibus vacent. Hæc ille. AVTHOR. De iſtis libro primarum hæreſum DAMA ſcenus. 80. Dicunt, quòd neque baptiſma perficit hominem, neque diuinorum myſteriorum aſſumptio purificat animam, ſed ſola apud eos exercita diuina oratio. Et bene infra. Prodigialiter dicunt, quod oportet eos qui ſaluari volunt, tantùm orare, nihil omnino alterum operantes, vſquequo peccatum ſentiant, quemadmodum fumum quendam vel lignem, vel draconem, vel aliquã talem beſtiam per orationẽ expulſum, & ſenſibiliter per orationes exiens: ſpiritus autem ſancti rurſum ingreſſum ſenſibiliter ſuſcipiãt, & manifeſtum in anima habeant ſenſum in ingreſſu ſpiritus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſi- 5
biipſis quàm malè conueniunt iſti. Maſsiliani ita orationem extollunt, vt opera iuſta cõfundant: ècontrario Witcleuiſtæ vitam operoſam magnificant, & omnem orationem mentis & oris ab eius merito præſcindentes vix vllam eſſe conſentiant: ſimiles facti (quantum mihi videtur) ſectis illis Iudæorum, & gentium ſic inter ſe tumultuantium, pro præferendo opera fidei: vel ſic fidem ſicut iſti iam rixoſè comparant inter orationes bonæ fidei: de quibus Saluator ait, Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis: & ipſa opera iuſtæ vitæ. Vnde ſuper illud Iacobi. 2. Fi- 6
des ſine operibus otioſa eſt. In expoſitione illius Canonicæ BEDA. Quoniam Paulus Apoſtolus prędicans iuſtificari hominem per fidem ſine operibus, non bene intellectus eſt ab eis, qui ſic eum acceperunt, vt putarent ſi ſolùm in Chriſtum credidiſſent, etiam ſi malè operentur, & facinoroſè, flagitioſeque viuerent, ſe ſaluos eſſe poſſe per fidem. Locus iſte huius Epiſtolæ eundem ſenſum Apoſtoli Pauli quomodo intelligendus ſit, expoſuit: ideoque Abrahæ magni exemplo vtitur, vacuam eſſe probans fidem, ſi non etiam operetur. Sequitur. In hoc ſe gentibus in Chriſtum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quòd dicebant ſe meritis bonorum operum, quæ in lege ſunt, peruenisſe ad euangelicam gratiam: ideoque ſcandalizabantur multi, qui ex eis credidere, quòd incircunciſis gentibus Chriſti gratia traderetur. Vnde Apoſtol⁹ Paulus dicit poſſe hominem ſine operibus, ſed præcedentibus iuſtificari per fidem. Hæc ille. AVTHOR. Primo in his dictis perpendo meum Witcleff in illum, ſed maiorem la- 7
cum deceptionis incidere, quàm iſtos primæuos fideles, qui dictum Pauli malè acceperant de iuſtificatione plena per fidem, ideo opera negligentes, ſed per Iacobum poſtea de intellectu peruerſo Pauli correctos. Quòd ſi præſumit Witcleff ex Chriſti verbis aut Apoſtoli nouam doctrinam conficere: qui nec per Vnum patrem aut multos: immo nec per to-

Digitized by Google

per totam ecclesiam permittit se corrigi: sed contra omnes, ausus est dicere, quòd vltra omnes, authoritas Christi sit prestātior: quasi ideo ad eius intellectum tenenda, dimisso intellectu omnium correctorum, quasi nullus primæuæ fidei, qui sit correctus, erat aut fuerit ipsi compar, aut iam dandus talis Iacobus, & nullus inferior, cui tantus credat taliter corrigenti. Sed
8 ad rem. Vtriq; peccauerunt in fide: de fide Iudæi opera præferendo, gentes in tantum opera negligendo: ita Massiliani declinant ad tantum orationes ex tollendo in præiudicium operum, Witcleff item opera sustinēdo in cōtemptum precum sanctarum. Et distinctionē attendite primò: quia vtranq; authoritatem, quam pro oratione sua vitali fundanda præsumpsit, Augustinus iam supra contra Massilianos sanissimè de oratione secundum quòd est vocalis dictam asseruit. Oportet semper orare, & sine intermissione orate: inquit, sanissimè sic accipitur, vt nullo die intermittātur certa tempora orandi. Oratio autem iustæ vitæ, nec temporis nec momēti intermissionem admittit. Tertia autem authoritas euangelij, orationem mentalem non excludit propter opera, sed magis includit opera cum effectu, prout exponit HIERONY. in cōmentario Esaię cap. 66. ad illud. Audite verbū domini qui tremitis ad verbum eius. De quibus & dominus loquebatur, Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit volūtatem patris mei, qui in cælis est. Sicq; stare potest illa sententia: Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Nā cùm hæretici dicāt dominum Iesum, & multi in resurrectione sint dicturi, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus? Respondebit eis dominus, Recedite à me nescio vos, operarij iniquitatis: ergo dicere nō sermone, quæ res facilis est, sed affectu & operibus comprobatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd tertia tua sine secunda non commendatur ibidem, Non omnis qui dicit, sed qui facit: sed nec prima contemnitur, nec cum sola venit sine secunda, vel tertia dicere, inquit, affectu & operibus comprobatur. ¶ Item si vitalis oratio priores duas complectitur, qua ratione ipsam sine illis esse dicitis in mutis & infantib⁹, aut in illis ipsis duabus non præfertur vt melior, quia ibi eas nō complectitur? Item si Deo placet res melior: quomodo in eius prospectu oratio tua vitalis orationem vocalem & mentalem cōplectitur? quia neutra illarum ab eo, sed tantum oratio iustæ vitæ requiritur: sic enim scribis in dicto primo capit. consequenter: Deus est auctor realis, qui non requirit cogitationem vel vocem, sed omnino vitam, suæ
9 iustitiæ complacentem. AVTHOR. Iam ex argumento tuo orationem mentalem, orationem vocalem, & vitalē scio transcendere, quia oratio mentalis vtramque aliarum complecti tur: non tantùm amplexione tua, sicut saccus poma aut lapides, sed sicut perfectionalis forma perfectibile proprium. Intelligas autem o- 10
rationem mentis ipsum habendi affectum, sicut verum esse declarat super Psalmi. 37. versum, Ante te omne desiderium meum, dicens AVGVSTINVS. Ipsum desiderium tuum oratio tua est: & sit continuum desiderium cō tinua oratio. Non enim frustra dicit Apostolus: Sine intermissione orantes. Nunquid sine intermissione genu flectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus: vt dicat, sine intermissione orate? At sicut diximus, orare hoc, puto sine intermissione non possumus facere. Est alia interior oratio, sine intermissione oratio, quæ est desiderium. Quicquid aliud agas, si desideras illud sabbatum, non intermittis orare. Si non vis intermittere orare, noli intermittere desiderare: continuum desiderium tuum, continua vox est. Tacebis si amare destiteris. Tacuerunt de quibus scriptum est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Frigus charitatis silentium cordis est. Flagrātia charitatis clamor cordis est. Si semper manet charitas, semper clamas. Si semper clamas, semper desideras. Hæc ille. AVTHOR. Iam doceris ab Augustino, quæ sit mētalis oratio, ipse sanctus affectus mētis, amor, charitas, flagrans desiderium placendi Deo per iustitiam, mansuetudinem, eleemosynam, ieiunium, aut cæteras virtutes: quæ omnes si in oratione tua vitali ponantur, sine oratione dicta mentali, sic animatione carent, vt mortem non vitam constituant: & hoc desiderium, hanc orationem mentis continuam exponit esse illam sine intermissione & indeficiē tem: ita vt vltra expositionem tuam de oratione vitali, Augustinus norit eam dici de orationevocali, vt supra, & de oratione mētali, vt hic, & hoc ne omnino videretur tuam solam probare, quod putas. Et iterum in epistola ad Probam de orando Deum, Idē AVGVSTINVS Quod ait, Apostolus sine intermissione orate, quid est aliud quàm beatam vitam, quæ nulla nisi æterna est, ab illo, qui eam dare solus potest, sine intermissione desiderare? Semper enim hanc à domino desideremus, & semper orabimus. Sed ideo ab alijs curis & negocijs, quibus ipsum desiderium quodammodo tepe

Digitized by Google

ſcit, certis ad negotium orandi mentem reuocamus verbis orationis, nos admonentis in id, quod deſideramus intendere, ne quod tepeſcere cœperat, animo frigeſcat & penitus extinguatur, niſi crebriùs inflammetur. Hæc ille.

11 AVTHOR. Ecce ſine intermiſsione orare, eſt deſiderio cordis orare continuè: quæ cordis continuitas haberi non poteſt, niſi certis horis verba orationis fundamus, aliis curis & negotiis tunc omiſsis. Et Caſsianus dicit, quòd mentis puritas, & cæteræ virtutes animæ, ſine hac iugi oratione depereunt. Collatione Yſaac capitul. Quòd iugis oratio ſit cordis perfectio: CASSIANVS. Sicut ad orationis perfectionem omnium ſtructura virtutum tendit: niſi huius culmine hæc omnia fuerint colligata, atque compacta, nullo modo firma poterũt, vel ſtabilia perdurare. Quemadmodum enim ſine illa plena cordis quiete, acquiri, vel conſummari non poteſt hæc, de qua loquimur perpetua orationis iugiſq; trãquilitas: ita ne illæ quidem virtutes, quæ hanc animi præſtruunt firmitatem, abſque huius poſſunt orationis aſsiduitate compleri. Hæc ille. AVTHOR. Hoc dicit Auguſt. quòd hæc virtus ſancti deſiderij penitus extinguitur, niſi per orationem iugẽ crebriùs inflammetur. Quomodo autem paſſio mentis quid eſt, ſi actu vel habitu cogitatio mentis non eſt? Qualiter ergo dicit Witcleff, quòd hanc cogitationem vel vocem Deus nõ requirit? An bonam fidem non requirit Deus quæ ſine cogitatione non eſt? Vnde de prædeſtinatione ſanctorum citò poſt principium, AVGVSTINVS. Nullus quippe credit aliquid, niſi priùs cogitauerit illud eſſe credendum: quamuis enim raptim, quamuis celerrimè credendi voluntatem, quædam ſanctæ cogitationes anteuolent, moxque illa ita ſequatur, vt quaſi coniunctiſsima comitetur: neceſſe eſt tamen, vt omnia, 12 quæ creduntur, præueniente cogitatione credantur. Quanquam & ipſum credere nihil aliud eſt, quàm cum aſſenſione cogitare. Sequitur. Quoniam fides ſi non cogitetur, nulla eſt: & nõ ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Hæc ille. AVTHOR. Si igitur verum eſt, quòd ſcriptura dicit, Quum venerit filius hominis, putas inueniet fidem ſuper terram? quod eum fidem quæſiturum in terra conuincit: qualiter cogitationem non requiret, qui fi-

13 dem requiret: quum fides ſi non cogitetur, nulla eſt? Hæc igitur oratio mentis, quam cogitationem ſi ſcires, hæc oratio mentis, & amoris, & ſancti deſiderij vita eſt, & tota perfectio precis vitalis, qua ſine vitalis non eſt. An non audis Apoſtolum dicentem, Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, ſi tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem, non habuero, nihil mihi prodeſt. Gratiùs ergo reſpicit gratus dominus gratum animum, quàm opus arduum quantumcunque. Vnde in expoſitione Pſalmi. 118. Quia mandata tua dilexi domine: CASSIODORVS. Poſtquam perſecutorum ſæuitiam, & illata ſupplicia memorauit, venit ad charitatem, quæ cuncta commendauit: nam ſi non diligens mandata domini noſtri Ieſu, talia pateretur: non erat fœlix corona, ſed vitioſa iactantia, ſicut dicit Apoſtolus. Si tradidero corpus meum, vt ardeam &c. Sequitur. Dominus enim animorum qualitates gratiùs reſpicit, quàm cruciatum carnalis paſsionis intendit. Sicut & eleemoſynas illas habet gratas, quæ ſub animi 14 hilaritate præſtantur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo ſi animorum qualitates ſunt gratioſiores, quàm eleemoſynæ, aut paſsiones carnales: quomodo non requirit dominus cogitationem, ſed vitam aliam complacentem: cùm ſine qualitate cordis, omnis vita ipſi ſit ingrata? Vide quòd vita alia non commendatur in vidua, præter animum largiendi, quo totum dedit quod habuit: nec illa dediſſet plus omnibus, ſi non potius eius animum aſpexiſſet Chriſtus, quàm cenſum. An non traxit Chriſtum ad miſerendum pauperi mendico, deſiderium patientis: pluſquàm morbi compaſsio, vitalis oratio, quam tu laudas? Quo paſſu in commentario Marci, HIERONYMVS. Conſiderans Ieſus promptam completionem deſiderij, remunerat. Vnde aliàs dixit. De quocunque petieritis credentes in nomine meo, accipietis. Hæc ille. AVTHOR. Completionem deſiderij ecce 15 Chriſtus remunerat, quod eſt ſecundum Auguſtinum oratio mentalis. Vires puto orationis mentalis Witcleff non nouit, quando poſt poſuit eam, quam in comparatione operum, Chriſtus in euangelio lumen appellat: Lucerna, inquiens, corporis tui, eſt oculus tuus. Super quod quinto Moraliũ GREGORIVS. Corpus dicit opera, quæ palàm cunctis apparent: oculum verò ipſam mentis intentionem, qua operatur, & de cuius merito eadem opera, lucis an tenebrarum ſint opera, diſcernuntur. Sicut conſequenter exponit, dicens: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.

Animum plus quam opus attẽdit dominus.

Orationis mẽtalis uis.

Digitized by Google

erit. Si, inquit, pura, rectaq; intentione quæ potes, agere bona studueris: lucis profectò sunt opera quæ facis. Sequitur. Si autem peruersa est intentio, quæ præcedit, prauum est omne opus, quod sequitur, quamuis rectum videatur. Hæc ille. AVTHOR. Ex affectu ergo mētis assurgit meritum operis: & vmbra est omne opus huius vitæ, nisi fruatur lumine splendentis intentionis in corde. De corde, inquit Saluator, exeunt blasphemiæ, homicidia, furta. Et iterum scribitur, Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Ex corde ergo mors, ex corde vita hominis, vita & operis. Immo & ex solo cordis, aut mentis habitu non operis, mensurat Deus omne meritum facientis. Vnde libro primo super Lucam cap. 1. AMBROSIVS. Idem enim est arbiter mentis & facti: diuina iudicia meritum iusti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu metiuntur. Plerunque enim aut bona mens facti reprehensibilis exitu deformatur: aut improba cogitatio, facti alicuius decore velatur. Sed etiam quod bene feceris: si malè cogitaueris, diuino iudicio non potest probari. Hæc ille. AVTHOR. Audeo dicere nullū esse meritum orationis tuæ vitalis, vbi non præcessit meritum oratiōis mentalis. Ex oppositō tamē esse contingit, dicente Apostolo: velle adiacet, perficere autem nequaquam. Item in. 1. parte Sermonum, sermone. 25. AVGVSTINVS. Quomodo aures vestræ ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes vestras: non potest autem fieri, vt habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione procedunt: nec quisquam potest aliquid facere, vel ad aliquid faciendum, membra mouere, nisi prius præcesserit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit Imperator per imperium Romanum emanat: quicquid videtis agi per prouincias: quantus motus sit ad vnam iussionem imperatoris intus sedentis? Mouet ille solummodo labia cùm loquitur, sed tamen in vnoquoque eorū est intus Imperator in corde: sed si bonus est bona iubet, & bona fiunt: sin malus, mala iubet, & mala fiunt. Hæc ille. AVTHOR. Hac comparatione qua cogitatio imperat, & opera obsequuntur: Videat VVitcleff quid Deus ab homine plus requirat. Et iterum. Scio propter hoc dictum à Deo, Cum oratis non eritis sicut hypocritæ stantes vt orare videantur. Vbi dominus nō factum damnat, sed animū, ita vt animum plusquam factum orantis conspiciat. Vnde libro secundo de sermone domini in monte AVGVSTI. Neq; enim hoc monet vt oremus: sed quomodo oremus: neque superiùs vt faciamus eleemosynam, sed quo animo faciamus. Quoniam de corde mundo præcepit: quod non mundat nisi vna & simplex intentio in æternam vitam, solo & puro amore sapientiæ. Hæc ille. AVTHOR. Quo modo ergo est generalior, & per hoc præferibilior oratio operis, quàm orare animo vel sermone: cùm oratio animæ vel cogitationis surgat in factum operis, qualiter ex radice arboris distenditur humor in frondes & in fructus? Vnde. 12. moralium GREGOR. Quod enim radix arbori, hoc vnicuique homini sua cogitatio est: quia in eo quod exteriùs videtur, & illud tenetur quod interiùs non videtur. vnde & per prophetam dicitur, Mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. Cùm enim cogitationem nostram ad compatiendum indigenti proximo tendimus: quasi radicem deorsum mittimus, vt retributionis fructum superiùs faciamus. Hæc ille. AVTHOR. Cogitatio de radice mentis surgit in ramum perfectæ operationis. Idem ergo viroris succus in radice priùs, & demum sursum in culmine operis. Compara iam ramos virentes ad viredinem in radice: & hoc est comparare preces vitæ operosæ, ad operationes sanctorum desideriorum in mente.

16 *Oratio uitalis sine mētali non est meritoria.*

17

¶ Quòd bona vita habet bona orationes sicut & bona opera, quia orationibus bona procurantur.

CAP. III.

SVMMA.

1 *Orationes quòd non sint adeò præferendæ, ut uita iusta & sancta contemnatur.*
2 *Superhumerale iungendum esse rationali, quid denotet.*
3 *Orare semper, & sine intermissione, de qua oratione debeat intelligi.*
4 *Vita omnis bona, quòd est sanctis precibus præeunda.*
5 *Mos præmittendi salutationem Angelicam pro adiutorio, in exordio prædicandi, unde manauerit.*
6 *Perseuerantiam in sancta uita quòd diebus ac noctibus debeamus petere, & rogare.*
7 *Perseuerantia bona usq; in finē, quòd non nisi orātibus datur.*

Digitized by Google

8 *Vita ſancta & oratio quòd ſic ſint commiſta, ut ſe ſemper amplectantur mutuò.*
9 *Viuere quòd rectè nouit, qui rectè nouit orare.*
10 *Viuere qui fecit, docuit, & orare,*
11 *Opera uitæ cuncta, quòd ſint oratione continua munienda, exemplo Hieremiæ, dicentis. Leuemus corda cum manibus.*
12 *Corda leuare cum manibus qui dicantur, & quis cor tantum leuat, & non manus, & quis manus, & non cor.*
13 *Linguam habere domitã, quòd ad bonam uitam pertineat. Et quid de hac dixerit Auguſtinus.*
14 *Vita hominis actuoſa, quòd antecedenter, & conſequenter ſit precibus inuoluenda, contra VVitcleff.*
15 *Witcleff carpitur, quòd ſanctas preces à finibus ſanctæ uitæ, & operibus ſanctis, remoueat.*
16 *Hieronymus ad Euſtochium quid de oratione dicat.*
17 *Oratio uerſiculi, Deus in adiutorium meum intende. &c. Quòd inceſſabili uigilantia fundenda ſit, ſecundum Caſſiodorum,*
18 *Orationis inſtantia quòd ſit neceſſaria.*
19 *Imperatorum, in quo fœlicitas.*
20 *Deus Chriſtianorum quòd nunquam catholicis precibus offendatur.*

1 NEmo tamen ſic orationes prę-ferat, vt vitam iuſtam & ſanctam cõ cõtemnat: ſciens quoniam ſicut vita propter oratiões eſt iuſti or: ita oratio, bona vita eſt probatior. Iugiter inſiſtendum eſt ſanctis actibus, quę vndiq; ſanctis precibus includantur. Idcirco enim ſu-
2 perhumerale rationali copulatur in lege. Vt epiſtola ad Fabiolam de veſte ſacerdotali.

Super humerale rationali iungendum.

HIERONY. Nec ſufficit nobis priorum abſolutio peccatorum baptiſmi gratia, doctrina ſecretior, niſi habuerimus, & opere. vnde iungitur, & ephoda ſuper humerale, quod rationali copulatur, vt non ſit laxum, nec diſſolutum: ſed hæreant ſibi inuicem, & auxilio ſint: & ratio enim operibus, & operatio ratione indigent, vt quod mente percipimus, opere perpetremus. Hæc ille. AVTHOR. Non audiatur Witcleff cũ dicit primo capitulo de oratione, homines debent continuè iuſtè viuere, quia interſciſſa illa iuſtitia viuunt diabolo: &

Orare ſemper.

ideo de hac ſola, quam dicit orationem vitalẽ, intelligẽdum eſt illud Apoſtoli, Sine intermiſ-
3 ſione orate, & nõ quòd ſine inter miſsione oretur, cogitatione, vel voce. Eccleſia Chriſti Ieſu, nos docet & ab initio ſemp docebat, ſic ſine intermiſſione orare, vt omnes actus nr̃os alios præcedat oratio. omneſq; ſequat, & oẽs actus noſtros oratio comitetur. ad eũ nimirũ à quo habeamus, & velle, & pficere ꝓ bona volũtate. Nã qd prius habet ſancta vita q̃ fidem? & tñ ipſa precibus prę-uenit, & ſi nõ propriis, vt qui dã putãt, attamẽ alienis. Eccleſia pro fidelibus ſemper orat, & in baptiſmo ſuper baptizandũ ſacri inuocãt ſacerdotes, vt ſaluetur in Chriſto. ſicut filia Syrophenicæ ex fide matris, & prece: & filius ex fide patris: qui tñ non plenè credẽs auſus eſt dicere, adiuua in credulitatem meã. Nõ omnino credidit. Quia quomodo inuocabunt, in quem nõ crediderunt: Nec item perfectè credidit, qui ſuam fidẽiuuari petebat: ſed ipſa fides, aut ſi quid prius eſt fide, oratione præuenitur ad dñm, eo ꝙ ipſum fidei initiũ eſt verũ Dei donum, vt aptiſsimè probat illud apoſtoli. 1. Theſſalonicẽ. 2. Ideo, & nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione, qm̃ cùm acce piſſetis à nobis verbum auditus Dei &c. De quo, libro de prædeſtinatione ſanctorum verſus finẽ. AVGV. Nõne initium fidei apparet Theſſalonicenſium, de quo tñ Apoſtolus idẽ Deo gratias agit dicẽs, Propterea, & nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione, qm̃ cum percepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis, non vt verba hominum, ſed ſicut verè verbũ Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. Quid eſt ꝙ hinc Deo gratias agit? Nempe vanum eſt & inane ſi alicui gratias agit de hoc quod ipſe non fecit. Sequitur Illud etiam initiũ fidei hominũ, donũ Dei eſſe nos admonet, cùm hoc ſignificet Apoſtolus dicens in epiſtola ad Coloſſeñ. 4. Orationi inſtate vigilantes in illa in gratiarũ actione: orantes ſimul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi ſui, ad loquendum myſterium Chriſti. Non enim aperietur myſterium Chriſti, niſi cũ ſenſus aperitur audientis, vt credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandum per ſalubrem doctrinam prædicantur, & diſputantur admittit, ne per infidelitatem corde clauſo ea quæ dicuntur, improbet ac repellat. Hæc ille. AVTHOR. Attendamus Apoſtolum hic dicere ſe ſine intermiſsione gratias agere & ſic orare: ſicut in illo ad Coloſſeñ. patet. Orationi inſtate vigilantes in illa gratiarum actione: cùm tamen nõ diceret ſe ſine iuſtitia interciſa ſemper agere iuſtam vitam: ipſo dicẽte. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum Qualiter ergo de aliis ſit exponendũ hoc verbũ, vellet Apoſtolus, ꝙ nullo modo ſineret exponi de ſe. Tandẽ penſandũ eſt quomodo probet

probet Apoſtolus initium & primum fidei aditum eſſe Dei donum, de quo poſt ſubdit ibi dem, AVGV. Quid eſt enim, Orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi, niſi apertiſsima demonſtratio etiam ipſum initium fidei, eſſe donum Dei? Non enim orando peteretur ab eo, niſi ab eo tribui crederetur. Hoc donum cæleſtis gratiæ in illam purpurariam deſcenderat, cui ſicut ſcriptura dicit in Actibus Apoſtolorum, Deus aperuerat ſenſum eius, & intendebat in ea, quæ à Paulo dicebantur, ſic enim vocabatur vt crederet. Agit quippe Deus, quod vult in cordibus hominum, vel adiuuando, vel indicando, vt etiam per eos impleatur, quod manus eius & conſilium prædeſtinauit fieri. Hęc ille. AVTHOR. Ex hoc ergo quòd initium fidei eſt donum, & ipſum ergo præcedat oratio per hortamentũ
4 Apoſtoli, patet quòd omnis bona vita eſt ſanctis precibus præeunda. Quod exemplum Apoſtoli de apertura oſtij ad primum habentiũ ingreſſum ad viuificandum fideles hoc arguit: cui tamen orationem præponit fidelium. Orantes inquiens ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi: & ne quid impedimento eſſent alicui ex illis nondum credentibus, vt ipſi orarent hoc idem Pauli, vel apud Deum, & ſanctos, & dicerent, orantes ſimul & & pro nobis ipſis, vt pateat oſtium nobis verbi in prędicatione Pauli. Et tu da mihi inter opera vitæ, ſi noſti opus perfectius, quàm inſtare verbo Dei: & tamẽ hoc ipſum in Paulo præceſsit oratio, præceſsit etiã in ſingulis Apoſtolis iuxta decretum ipſorum commune, Act. 6.
Nos verò orationi & myſterio Chriſti inſtantes erimus. orationem præponunt, vt adverbũ
5 eant. Ex quo mos communis manauit eccleſiæ, vt oratio fundatur ad dominũ pro adiutorio in exordio prædicandi: & priuſquã Saulus ſuſcepiſſet verbũ Dei ab Anania Damaſci, pro ſe ipſo orabat, vt crederet, vnde & dominus ait Ecce enim orat. Et orationes Cornelij dicũtur aſcendiſſe coram domino, vt intra biduũ audiret Petrũ prædicantẽ ſibi aduentũ, & beneficia Saluatoris, & baptizaretur, & crederet. In his & pluribus, ſi nõ des bonam vitã ſine fide, cùm ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, ante bonã vitã, vt habeatur, dabis orationẽ pręambulã vitæ bonæ, quãuis aliquãdo non petẽtibus hoc vitæ initiũ donet Deus. Et ſicut initiũ bonæ vitæ, ita & ipſa bona vita donum Dei eſt, & ab eo, vt perſeueretur, continuis præcibus, poſtulãda: ,,put ſanct⁹ pater Cyprian⁹ in lib. de Oratiõe dominica ſcribit & reſumit in lib. de Bono perſeuerãtiæ, ad principiũ. AVG. Quòd ipſe dicit, Sancti eſtote, quoniã ego ſanct⁹ ſum, id petimus & rogam⁹, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo, quod eſſe cœpimus, perſeueremus. & Paulò poſt de ipſa hac re adhuc diſputãs, & docẽs nos perſeuerantiã petere à domino: qđ nullo mõ rectè acveraciter faceret, niſi eius donũ & hoc eſſet. Hæc inquit ſanctificatio, vt in nobis permaneat, oramus. Et quia dominus iudex noſter ſanato à ſe, & viuificato cõminatur nõ delinquere, ne quid ei deteri⁹ fiat: hãc cõtinuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctib⁹ poſtulamus, vt ſanctificatio, & viuificatio, quæ de Dei gratia ſumitur, ipſi⁹ protectiõe ſeruetur. In ſanctificatione igitur p ſeuerantiam, hoc eſt, vt in ſanctificatione perſeueremus: nos ab eo petere iſte doctor intelligit, cũ ſanctificati dicimus, Sanctificetur nomẽ tuũ. Quid eſt. n. aliud petere quod accipimus, niſi vt id quoq; nobis præſtetur, ne habere deſinamus? Sicut ergo ſanctus cũ Deum orat, vt ſanct⁹ ſit, id vtiq; rogat, vt ſanctus permaneat: ita & caſtus cũ rogat vt caſtus ſit: continẽs vt cõtinens, iuſtus vt iuſtus, pius &c, Que contra Pelagianos dona Dei eſſe defendimus, hoc ſine dubio petũt, vt in eis perſeuerẽt bonis, quæ ſe accepiſſe nouerũt. Quòd ſi accipiunt, profectò & ipſam perſeuerantiam magnum Dei donũ, quo cætera eius dona cõſeruãtur, accipiũt. Hæc ille. AVTHOR. In hoc proceſſu docet Auguſt. ex Cyprian quomodo perſeuerantiam in ſanctavita petamus & rogemus, & hoc 6
diebus ac noctibus ne deterius nobis contingat. Nec per negligentiam excuſamur, ſi bonã vitã nõ habemus, cũ orãdo habere poſsimus, ſicut cuidã Pelagiano reſpõdit, poſt principiũ de natura & gratia, AVGV. Sed qđ dicit negligentiæ ſuæ potiùs imputari, q nõ eſt ſine peccato, bene quidẽ dicit: ſed dignetur orare Deũ, ne illi hęc vnquã negligẽtia dominetur: quod rogabat quidẽ quando dicebat, Itinera mea dirige ſecũdùm verbũ meũ, vt non dominetur mihi omnis iniquitas: nedũ ſuæ diligẽtiæ quaſi propriis viribus nõ fidit, neq; hæc ad verã iuſtitiam, neq; illic vbi ſine dubio, perfecta deſiderãda eſt & ſperanda peruenirat. Hæc ille, AVTHOR. Hic ſupponit Auguſt. hũc imputantẽ ſibi ipſi ſuã negligẽtiã, q nõ ſit ſine peccato: qa ſi nõ orat Deũ, propriis viribus cõfidit, & tunc nec hic peruẽturũ adverã iuſtitiã, nec poſt modũ ad perfectã cẽſet: ideo q nouit vitã ſuã eſſe peccatricem & non pro illa orat Deũ, quia cõfidit in viribus propriis: dupliciter peccat in vitam, & duplicem amittit vitæ iuſtitiam. Quòd ſi iuſtam vitam haberemus à Deo ſine precibus, ſuperfluum videtur & vanum orare

Mos præmittẽdi ſalutationem Angelicam ab Apoſtolis deſcẽdit.

Digitized by Google

pro donis gratuitis:quod tamẽ videtur VVit cleff intendere cùm ſic dicat, Viuamus bonã vitam, & Deus dabit nobis vtile quid petamus:ſed qualiter viuamus bonam vitam? Vel ex nobis,& es Pelagianus:dicens, quod Deus dabit nobis gratiam propter merita:aut àDeo & tunc priùs orandus eſt Deus:ideo ſuprà di-
7 cit Auguſtinus quòd bona perſeuerantia vſq; in finem non niſi orantibus datur. Aptiùs igitur dixiſſes,det nobis Deus vtile quod vocaliter poſtulemus,& viuemus bonam vitam. ſicut Auguſtinus ſe in confeſsionibus ad dominum dixiſſe cõmemorat:Domine da quòd
8 iubes,& iube quod vis.Mihi autem videtur ſic ſanctavita cum oratione,& oratio cum ſancta vita commixta,vt ſe ſemper amplectãtur mutuò.Nec enim ſanctam vitam noſtram excluſa oratione cognoſco. vnde prima parte ſermonũ ſermo.ſuper illudpſal.58.Bonitatẽ,diſci
9 plinam,& ſcientiam doce me. AVGV. Verè (inquit)rectè nouit viuere, qui rectè nouit orare. Hæc ille. AVTHOR. Breue verbum ſed ordine ſuo notandum.Non enim ait,rectè nouit orare qui rectè nouit viuere: ſed rectè nouit viuere, qui rectè nouit orare: ne ipſum vitale tuum,viuere duceret, niſi iuuaret orare: ſed rectè viuit,qui rectè orat inquit:quia, vt rectè viuat,oratio impetrat apud Deum.Ideo in
10 principio libri de oratione CYPRIAN. Qui fecit viuere, docuit, & orare, benignitate ea qua ſcilicet & cætera dare & conferre dignatus eſt:vt dum prece & oratione, quam filius docuit apud patrem,loquimur,faciliùs audiamur.Hæc ille. AVTHOR. Orationem & precem dicit vocalem,qua loquimur,quam orare
11 docuit,qui fecit viuere,quia vitæ eſt præſidiũ: vnde & cuncta opera vitæ,ſunt oratione munienda continua:ſecundum illud Hieremiæ dicentis,Leuemus corda cum manibus.Per manus opera huius vitæ, per corda leuanda preces deſignans.Sicut exponit hunc locum.18.
12 moralium capi.3.GREG. Corda vero cum manibus leuant,qui orationem ſuam operib⁹ roborant:nam quiſquis orat,ſed operari diſsimulat,cor tantùm leuat.Quiſquis verò operatur & non orat,manus leuat & cor non leuat. Iuxta Ioannis ergo vocem,tunc cor fiduciam in oratione accipit,cùm ſibi vitæ prauitas nulla contradicit.Hæc ille.AVTHOR. Iuxta ergo hunc ſanctum tractatum, vitæ ſynceritas precibus conualeſcit.Nec igitur eſt ſancta vita ſine ſanctis operibus:profectò nec poſſunt ſine precibus,opera eſſe ſancta. de precibus loquor affectus,vel vocis. Ecce de ipſius linguæ opere,dicit Apoſtolus Iacobus,Linguam nullus homo domare poteſt.In libro de natura & gratia,poſt principium dicit AVGV. Neque hoc ideo dicit,vt huius in nos mali dominationem,per negligentiam permanere patiamur: ſed vt ad domandum linguam, diuinæ gratiæ poſcamus auxilium. Non enim ait,Linguam nullus domare poteſt,ſed ait,Nullus hominũ: vt cum domatur,Dei miſericordia,Dei adiutorio,Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam: & dũ conatur, poſcat auxilium,oret lingua, vt dometur lingua,domãte illo qui dicit ad ſuos:Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.Hæc ille.AVTHOR. Perpen
13 de quod linguam habere domitam,ad bonam vitam pertinet,& de hac Auguſtinus dixit:Oret lingua,vt dometur lingua. & cur nõ dixit, Non oret lingua,ſed vita, vt dometur lingua? Quia ſi bona vita viuamus,dabit nobis Deus vtile quod petamus:& quid poteſt vtilius petere quam bonam vitam? Cur ergo non per ſeipſam,ſed per linguã, aut aliam precem,bona vita appetitur?Igitur vt prædixi,ſicut cor-
14 pus veſtibus foris, aut complexionalibus humoribus,intus ambitur:ſic antecedenter,& cõſequenter,eſt actuoſa vita hominis, precibus inuoluenda.Vel dicat VVitcleff cur ſancta opera vitæ ſuæ, ſine precibus Apoſtolus Paulus,vt exhortationes,prædicationes, increpationes quam plurimas,quibus ſanctam vitam exercuit,apud Corinthios ex toto ſciuit inualidas,ſi orationem non adiunxiſſet operibus, dicens.Oramus autem Deum ne quid faciatis mali:ſecũdæ ad Corinth.13.vnde libro de prę deſtinatione,& gratia ad principium:AVGV. Oramus autem ad dominum ne quid faciatis mali:non vt nos probari pareamus ſed vt vos quod bonum eſt faciatis. Quis hoc audiat,& non euigilet,atq; fateatur,à Deo nobis eſſe, vt declinemur à malo,& faciamus bonum? quandoquidem non ait Apoſtolus,Monemus, docemus,hortamur,increpamus:ſed ait Oramus ad Deum ne quid faciatis mali,ſed quod bonũ eſt faciatis:& tamen etiam loquebatur eis,& faciebat illa opera quæ commemoraui: monebat,docebat,hortabatur, increpabat, ſed ſciebat hæc omnia non valere,quæ plantando,& rigando, faciebat in aperto, niſi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incrementum in occulto.Hæc ille. AVTHOR. Ecce bonam, ecce ſanctam vitam Paulus exercuit monendo,increpando,hortando fideles, & hæc omnia nõ valitura ſciuit in publico,niſi eum pro illis exaudiret Deus orantem in occulto. Qua
15 igitur inſania remouet VVitcleff ſanctas preces à

Digitized by Google

ces à finibus ſanctæ vitæ, & operibus ſanctis: ſicut docet orationẽ vitæ, præferendã aliis tanq̃ generaliorẽ, & ſub hoc fuco licentiat, ac permittit ſacerdotes ſuos horis ſtatutis, non orare ſecũdũ modũ Eccleſiæ, ſed prędicare, vel ſtudere, vel aliud vtile operari: vt habebitur infra. Et ita dicit, Apoſtolos nõ inſtitutos a Chriſto cõcinere ſed ad ædificationem Eccleſiæ operari: quaſi orare, & pſallere Deo, non ſint opera ad ædificationẽ. Nos aũt dicam⁹ cũ Eccleſia, etiã cũ operamur, ſi pſallamus, & orem⁹: opera reddere meliora. Vnde libro de opere monachorũ, cap. 17. AVGV. Cãtica diuina cãtitare, etiã manibus operãtes facile poſſunt, & laborem ipſum tanq̃ diuino celeumate conſolari. An ignoramus opifices in quibus vanitatibus, & plærũq; etiã turpitudinibus theatricarũ fabularũ, donẽt corda, & linguas ſuas, cũ manus ab opere nõ recedat? Quid ergo impedit ſeruum Dei, operãtem manibus, in lege domini meditari, & pſallere nomini domini altiſſimi? Hæc ille. AVTHOR. Hic non conſulit Auguſtinus oratiões, & Pſalmos dimittere, & alia opera facere, ſicut Witcleff, maximè cũ hora adeſt orãdi, ſed etiã in ipſo opere, diuino celeumate conſolari, vt aſſequatur quis illud ſapiẽtis elogium: Ne impediaris orare ſemper. Et ſecundũ hanc regulam inſtituebat Euſtochium virgi-
16 nem in epiſtola ad eandem. HIERO. Egredientes hoſpitiũ armet oratio, regredientibus de platea, oratio occurrat, anteq̃ ſeſsio: nec priùs corpuſculum requieſcat, q̃ anima paſcatur. Ad omnem actũ, & ad omnẽ inceſſum, ma-
17 nus porrigat crucẽ. Hæc ille. AVTHOR. Et ſanctus pater Caſsianus in collatione Iſaac. Deus in adiutoriũ meum intende, domine ad adiuuandũ me feſtina. Huius verſiculi oratio in aduerſis vt eruamur, in proſperis vt ſeruemur, nec extollamur, inceſſabili vigilantia funděda eſt. Huius inq̃ verſiculi meditatio in tuo pectore indirupta voluatur: hũc in opere quolibet ſeu miniſterio vel itinere conſtitutus decantare non deſinas. Hunc dormiens, reficiẽs. & in intimis naturæ neceſsitatibus, meditare.
18 Hæc ille. AVTHOR. Quòd ſi deludendo ais hanc orationis inſtantiam poſſe valere fratribus, monachis, aut clericis: nõ autẽ eſſe neceſſariam, ſed bonã vitam mercatori aut militi: Iã deduxi: cuilibet accordo, neceſſariam cuilibet bonam vitã: ſed dico cũ nõ niſi ex Dei dono, vita ſit bona, neceſſariam eſſe precem: da ſi vis
19 regem tãto magis habet orationes neceſſarias

Imperatorum in quo felicitas.

Vnde libro. 5. de ciuitate. cap. 24. AVGVS. Neq; nos Chriſtianos quoſdam Imperatores, ideo fœlices dicimus, quia vel diutiùs Imperarunt, vel imperatores filios morte placita reliquerunt, vel hoſtes reipublicæ domuerunt, vel inimicos ciues opprimere potuerũt. Sequitur. Sed ſi iuſtè imperãt: ſi ſe homines meminerũt, ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maximè dilatandum maieſtati eius famulã faciunt, ſi Deũ timent, diligunt, colunt: ſi plus amant illud regnum vbi non timent habere conſortes: ſi tardiùs vindicãt, facile ignoſcunt. Sequitur. Si p ſuis peccatis humilitatis, & miſeratiõis, & oõnis ſacrificiũ Deo ſuo vero, immolare nõ negligũt: tales Chriſtianos imperatores dicimus eſſe fœlices. Hæc ille. AVTHOR. Vbi penè ſingulos bonos mores, in vita regia, tanq̃; ad veritatis culmen, in oratione configit. Vbi etiam infrà, victoriam ſubdit Theodoſij, contra quendam tyrannum Eugenium. AVGV. Accepto rurſus prophetico reſponſo, fide certus oppreſſit, contra cuius robuſtiſsimum exercitum, magis orando quã feriendo pugnauit. Milites nobis qui aderãt retulerũt, extorta ſibi eſſe de manibus, quæcunq; iaculabatur, cum à Theodoſij partibus in aduerſarios vehemens ventus iret: & non ſolum quęcunq; in eos iaculabantur concitatiſsimè raperet, verumetiam ipſorũ tela in eorum corpora retorq̃ret. Vnde & poẽta Claudianus quãuis à Chriſti nomine alien⁹, in eius tamẽ laude dicit. O nimiũ dilecte Deo, cui militat æther. Et coniurati veniunt ad claſſica venti. Hæc ille. AVTHOR. Poſſem ex ſimilibus, volumen extendere per immenſum, eo p omnes Chriſtianorum libri orationis laudes extollunt. Et paganorum cultus etiam cõtra Witcleff inſurgeret, ſi orationi qualicunq; quantuluncunq; detraheret. Quãdo vnus illorum poëta ait. Et ſi non dederis Cæſar permitte rogari. Offendunt numq̃; thura preceſq; Iouem. Audeo dicere p Deus Chriſtianorum catholicis precibus numq̃; offenditur, ſed placa- 20
tur: qua propter inter diſputandum, nolumus tam eſſe ſoliciti, vt non meminerimus orando etiam pro hoſtibus orationum ſanctarũ. Sed iam verborum recolimus, quæ in fine libri de bono perſeuerãtiæ ſubijcit. AVGV. Nõ itaq; ſimus in diſputationibus prõpti, & in orationibus pigri. Oremus dilectiſsimi, orem⁹: vt Deus gratiam det inimicis noſtris, maximeq; fratribus, & dilectoribus noſtris intelligere, & confiteri, poſt ingentem, & ineffabilem ruinam: quia in vno omnes credimus, neminem, niſi gratia dei liberari: eamq; non ſecundum merita accipientium tanq̃; debitam reddi, ſed tanq̃; veram gratiam, nullis meritis precedentibus gratis dari. Hæc ille.

Digitized by Google

¶Quòd Deus prius orando inuocatur quàm vitæ iuſtitia in bonis operibus habeatur.

CAP. IIII.

SVMMA.

1 VVitcleff carpitur ab authore, quòd ſub obſcurè loquatur atq; captioſè.
2 VVitcleff quòd non euadat Pelagianorum errores, præferendo bonam uitam ſanctis orationibus, quibus ipſa uita per gratiam debuit impetrari:
3 Deus quòd quandoq; dat initium fidei non orantibus, perſeuerentiam autem in bona uita, non niſi orantibus.
4 Auguſtini dictum ſuper illum locum. Orantes noli te multùm loqui ſicut ethnici.
5 Multiloquium in oratione cùm ſit uitãdum, quòd tamen eloquium ſit neceſſarium ſecundum doctrinam Chriſti, & ualde utile.
6 Deus omniſciens dat nobis iuſtitiam uitæ propter rationabilem precem &c. non precẽ rationabilem propter uitam primò.
7 Apoſtolus quare non dixerit, Miſericordiam conſecutus ſum quia fidelis eram, ſed ut fidelis eſſem.
8 Apoſtolus quare aſſiduè legi præponat fidem.
9 Symbolum quare priùs fuerit datum, & non oratio.
10 Dominus quòd ſtatim in initio fidei ſit inuocandus.
11 Origenis expoſitio ſuper illud Apoſtoli. Et erit tempus cùm inuocabitis me, ego autem non exaudiam uos.
12 Inuocatio quid ſit.
13 Inuocare nomen domini, & adorare dominum, quòd eſt unum atq; idem, ſecũdum Origenem. Et quòd ſicut offerimus Deo patri primò omnium orationes, ita & domino noſtro Ieſu Chriſto.
14 Enos interpretatur uir uel homo, & quomodo incepit inuocare nomen domini.
15 Oratio quare omnino præponitur operi.
16 Fides quòd ipſa eſt, quæ orando impetrat quod lex imperat.
17 Petendum quid ſit primò in oratione.

ET ſubiungit Witcleff eodem capitulo primo de oratione Matthæ. 6. Nolite multum orare ſicut ethnici: ſcit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequã petatis. Cum enim ex fide, Deus ſcit omnia præterita, præſentia, vel futura: & non ſolum ſcit ſed præparat ac diſponit quod eſt vtile viatori: patet ex eadem fide, quòd homine viuente iuſtè, Deus propter ſuã iuſtitiã dabit illi qđ rationabiliter poſtulabit. Hęc Witcleff. AVTHOR. 1
Subobſcurè loquitur dicens, Deus propter ſuam iuſtitiam dabit illi, vel. n. propter ſuam iuſtitiam diuinam: vel illi propter ſuam iuſtitiam qui iuſtè viuit: verum ſi primum intelligat, à ſanctorum patrum regulis & ſcripturis diſſentit, qui ſemper ſolent dicere quòd Deus ſola miſericordia, & larga pietate remunerat. Si ſecundum, turpius errat vt ſolet, quòd iuſtitia humana ſit Dei donis condigna. Et nec euadit Pelagianorum errores in ordine præferendi bonam vitam, ſanctis orationibus: quibus ipſa vita per gratiam, debuit impetrari. Homine, inquit, viuente iuſtè, Deus propter ſuam iuſtitiam dabit quod rationabiliter poſtulabit. Et item ſubdit hoc idem Witcleff. Cum ſæpe ignoramus in talibus particularibus ſecundum Apoſtolum quid petamus, patet perplexitatis excluſio, per hoc quòd viuamus bonam vitam: etiam Deus omniſciens dabit nobis vtile quod ab eo vocaliter poſtulem⁹. Hęc Witcleff. AVTHOR, Præfert continuè bonam vitam & ſubdit preces: quaſi facile poſſet homo iuſtam vitam ducere, gratia non prius per orationem petita, & habita. Et hic erat Pelagianorum error qui ideo orare non curarũt, propter hãc rationem erroneam quam Witcleff ex euãgelio iſto fingit. Vnde libro de bono perſeuerantiæ circa medium, AVGV. Sunt qui propterea vel non orant, vel frigidè orant, quoniam domino dicente, didicerũt ſcire Deũ quid nobis neceſſarium ſit priuſquam peteremus ab eo. Num propter tales hæc ex euangelio delenda putabuntur? immo cum conſtet Deum alia danda etiam non orantibus ſicut initium fidei, alia non niſi orantibus præparaſſe, ſicut vſque in finem perſeuerantiam, profectò qui ex ſeipſo hanc habere ſe putat, non orat vt habeat. Cauendum eſt igitur ne dum timemus, ne tepeſcat hortatio, extinguatur oratio, accẽdatur elatio. Hæc ille. AVTHOR. Hic 3
attende quòd initium fidei dat Deus quandoque non orantibus, quoniam non credentibus: perſeuerantiam autem in bona vita non 4
niſi orantibus: quomodo ergo prius viuam iuſtè, & tunc orabo, quando bona vita ſine oratione non traditur? Neceſſariò enim dabis q̃ ex me ipſo habeam bonamvitam, quam iubes habere antequam orẽ. Et profecto inquit Auguſtinus. Qui ex ſeipſo hanc habere ſe putat,

non

Digitized by Google

non orat vt habeat: & tũc cauẽdum ne extinguatur oratio, & accẽdatur elatio. Sed ad verbũ Christi intelligendum radicitus, quo iussit non multum orãdum, quia scit Pater nr̃. &c. Notãdum est, quod libro secũdo de sermone
4 dñi in mõte, scribit AVG. super illum locum: Orãtes nolite multũ loqui sicut ethnici. Arbitrãtur em̃ q̃ multiloquio suo exaudiantur: sicut hypocritarũ est præbere se expectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus. Ita Ethnicorũ. i. gentilium multiloquio se putare exaudiri. Et multiloquium à gẽtibus venit, q̃ exercẽdæ linguæ, potius q̃ mundando animo, dant operã. Et hoc rugatorij studij genus, etiam ad Deum prece flectẽdum transferre conantur, arbitrantes sicut hominem iudicem verbis adduci sententiam. Nolite itaq; similes esse illis dicit Dominus, & verus magister: Scit enim Pater vester quid vobis necessarium sit, anteq̃ petatis ab eo. Sed verba multa quid ei? Num ad id proferuntur vt instruatur, & doceatur ignarus? Quid em̃ verbis opus est, ad rerum omnium cognitorẽ, cui omnia quæ sunt, eo ipso q̃ sunt, loquuntur, seq; indicant facta: & ea quæ ventura sunt, eius artem, sapientiamq; non latent, in qua sunt, & quæ transierunt, & quæ trãsitura sunt, omnia præsentia, & non transeuntia. AVTHOR. Hucusq; contra multiloquium in oratione. Sed
5 ne propter vitãdum multiloquium, videretur esse eloquium nõ necessarium, secundùm doctrinam Christi, immò valde vtile, & propter serenationem cordis, & propter capacitatem diuini muneris: subdit. AVGVST. Sed quoniam, (quamuis tamen pauca verba, & ipse dicturus est, quibus nos doceat orare,) quęri potest cur vel his paucis verbis opus sit, ad eum qui scit omnia, & nouit, vt dictũ est, quid nobis necessariũ sit, anteq̃ petamus eum: Hic respondẽdum est, nõ verbis agere apud Deum debere, vt impetremus qd' volumus: sed rebus quas animo gerimus, & intẽtione cogitationis, cũ dilectione pura, & simplici affectu. Sed res ipsas verbis nos docuisse Dominũ nostrũ, quibus memoriæ mandatis, eas ad tẽpus orandi recordaremur. Sed rursus quæri potest siue rebus, siue verbis orandũ sit, quid opus sit ipsa oratione, si Deus iam nouit quid nobis sit necessariũ, nisi q̃ ipsa orationis intẽtio, cor nostrum seruat, & purgat, capaciusq; efficit, ad susc ipienda munera, quæ specialiter nobis infunduntur. Non enim anbitione precum, nos exaudit Deus, qui semper paratus est, dare suã lucem nobis. Non visibilem, sed spiritualem, & intelligibilem, sed nos nõ semper parati sumus accipere, cum inclinemur in alia, & rerum temporalium cupiditate teneamur. Fiat ergo in oratione, cordis ad Deum cõuersio, qui semper dare paratus est, si nos captamus quod dederit, & in ipsa conuersione purgatio interioris oculi, cùm excluduntur ea quæ temporaliter cupiebantur, vt actione simplici cordis, ferre possit simplicem lucem diuinitùs, sine vllo casu, aut commutatione fulgentem. Hæc ille. AVTHOR. Semper in solutione recurrit ad verba orandi: non propter se, sed propter cognitionem, & purgationem cordis generandã, cum intentione cogitationis, ad dilectionẽ pu
6 ram. Omniscius ergo Deus dat nobis iustitiã vitæ, propter rationabilem precem, iam purgatricem hominis in mente, non precem rationabilem, propter vitam primò. Sed dicunt. Ipsa vita bona, bonæ voluntatis ratione, oratio est: & ideo gratiam meretur in oratione sequenti: ergo gratia Dei secundũ merita nr̃a datur, secũdum q̃ Pelagiani dicebant. Et arguit eos, libro de gratia Dei, & libero arbitrio, circa medium. AVGV. Cum conuicti fuerint ad hoc se cõuertũt, vt quomodo possunt conẽtur ostẽdere gratiam Dei, secundum merita nostra dari: dicunt enim. Et si non datur secundum merita bonorum operum, quia per ipsam bene operamur, tamẽ secũdum merita bonæ volũtatis inquiũt, gr̃a præcedit orãtis, quã præcesit volũtas credẽtis, vt secũdum hęc merita: gr̃a seq̃tur exaudiẽtis Dei. Iã quidẽ de fide, hoc est, de volũtate cre- *Vt eſſẽ non*
dẽtis, superi⁹ disputaui, vsq; adeo eã demõstrãs *q. erã. &c.*
ad gr̃am pertinere, vt Apostolus nõ diceret. Mi
7 sericordiã cõsequut⁹ sum, quia fidelis erã: sed diceret misericordiã cõsecut⁹ sum, vt fidelis essẽ. Et illud maximè vbi dicit. Habẽtes aũt eũdem spiritũ fidei. Quod ꝓpterea dicit vt intelligeremus, q̃ fides, etiã nõ petita cõceditur, vt ei petẽti alia concedãtur. Quomodo enim inquit invocabũt in quẽ nõ crediderũt. Ergo spũs gr̃æ facit vt habeamus fidẽ, vt per fidẽ impetremus orãdo, vt possimus facere quæ iubemur. Ideo
8 ipse Apostolus assiduè legi præponit fidẽ quo niã quę lex iubet, facere non valemus, nisi per fidem rogando impetremus, vt facere valeamus. Hæc ille. AVTHOR. In processu hoc palam confundit Augustin. præpositionem meritorum iustæ vitæ, vt sequatur donũ, & gratia Dei, quam oratione expetimus. hoc enim dicit Pelagianos dixisse q̃ præcesit bona voluntas credentis, vt secundum hæc merita, gr̃a sequatur exaudiẽtis Dei. Quãuis enim sit quãdoq; contigat, q̃ post bona facta p̃cessimus, quas de gratuito dono, Deus exaudit, ordo tamen iste nec necessarius, nec ab exor

dio

dio est regularis,in tantum vt dicit, vt ipse Apostolus asserat,se misericordiam consecutũ, non quia fidelis erat, sed vt fidelis esset. Et tãdem subiungit,de spiritu gratiæ, quòd primò faciat habere fidem,& per fidem preces,& per preces facta. Probat hanc sequelam ex illo Apostoli.Quomodo inuocabunt in quem nõ crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt?Quem item textum ponderãs secunda parte sermonum, sermone secundo,
9 de oratione dominica. AVGV. Quia ergo dicit quomodo inuocabunt in quem non crediderunt:ideo non accepistis prius orationem, & postea symbolum:sed prius symbolum,vbi sciretis quid crederetis, & postea orationem, vbi nosceretis quem inuocaretis. Symbolum ergo pertinet ad fidem,oratio ad precem:quia qui credit,ipse audietur inuocãs.Hæc ille. AVTHOR. Ipse ergo ordo traditionis antiquæ Apostolicæ ecclesiæ, prodit inuocationem nõ
10 ex pectare moras,sed statim in exordio ipsius fidei,Dominum esse inuocandum: vt iustam vitam,sua gratia faciamus. In expositione huius textus,libro.8.in epistola,ad Romanos ORIGE.
11 Et erit tempus cùm inuocabitis me, ego autem non exaudiam vos.In quo mihi videtur sapientia coarctare,&perurgere eos,qui saluari volunt, vt citiùs inuocent sapientiam, neq; morentur,neq; differant,ne fortè cũ statutum tempus præterierit, in quo pœnitendi facultas est,tardè post hoc inuocent,vbi pœnitentiæ locus non est,& tunc dicit,quòd inuocabitis me,& ego non exaudiam vos. Et infrà super hunc locum.Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt:In quo docet dici non posse inuocari nomen Dei, nisi priùs credatur in Christum:cum autem crediderit quis Christo,etiam si nondum sanctificatus sit,& Ecclesiæ corpori sociatus,tamen necesse est vt inuocet iam eum,cui credidit. Christus enim venit credentes offerre Patri.Quos autem offert Patri,Spiritus suscipit, vt sanctificet eos, & tanquam cælestis ecclesiæ primitiuorum mẽbra viuificet, atque in soliditatem totius corporis, perfectionemq; restituat,vt ita demum Ecclesia Dei non habẽs maculàm,aut rugam, appellari mereatur.Priùs ergo quã ad gradum istius perfectionis accedant,tanquã mediatoris Dei, & hominum,inuocent nomen domini nostri Iesu Christi.Sequitur.Et in hoc arctissima eos conclusione constringit. Salus inquit non est nisi inuocanti:nemo vero inuocat,qui nõ credit. Ergo quia non creditis non inuocatis,& quia non inuocatis,non saluamini. Hæc ille. AVTHOR. Ad hanc consequentiam Apostoli,dic mihi Witcleff, qui hortaris tantùm homines,contra orationes vocis,& mentis,dicens quòd Deus eas non requirit: Apostolus sub expositione dicit Origenis, Nisi inuocetis nõ saluemini. Et de diffinitionib⁹ gratiæ rectæ fidei ca.26.AVGV.Nullum credimus ad salutem,nisi Deo iuuante,& inuitante,venire:nullum inuitatum salutem suam,nisi Deo auxiliãte,operari:nullum non orãtem,auxilium promereri.Hæc ille. AVTHOR. Si igitur nullus non orans,& inuocans,promeretur auxilium vt saluetur,inuocare primò omnium, pòst credere necesse est,vt viuendi Deus præstet auxilium: Etiam vt dicit Origenes, & si nondum sanctificatus sit,aut viuificatus per gratiam,aut Ecclesiæ incorporatus vt membrum,priùs inuocet Iesum Christum, sicut Cornelius: quia salus non est nisi inuocanti. Quomodo ergo iusta vita aliqualiter præcedit, aut perfecta salus,vt inuocatio cõsequatur? At ipsam inuoca 12
tionem appello,quæ vocalis est instãtia, & ab intus vocando formatur:sicut in principio cõfessionum suarum AVGV. Inuocat te Domine fides mea quam dedisti mihi per humanitatem filij tui,per ministerium prædicatoris tui. Et quomodo inuocabo Deum meum, & Dominum meum?Quoniamvtiq; in meipsum eũ vocabo,cùm inuocabo eum. Hæc ille. AVTHOR. Et nunquid audebunt aliud dicere Witcleuistæ,quàm quòd sic inuocare, sit orare?Quòd si audeant,dicet eis in prædicto capitulo.10.& eodem loco.ORIG. Et si inuocare 13
nomen Domini,& adorare Dominum,vnum atq; idem est:& sicut offerimus Deo patri primo omniũ orationes,ita & domino Iesu Christo.Hæc ille. AVTHOR. Pro primitate autẽ huius cultus, qui est inuocatio, agere potest quis,ante bona cuiusdam perfectionis opera, in naturæ primordiis. Enos enim tertius ab 14
Adam,primus homo ex nomine cœpit inuocare nomen Domini.Gene.4.De quo in libro de temporibus,BEDA.Enos interpretatur homo:de quo benè dicitur,Iste incepit inuocare nomen Domini:quia hominum est proprium vt suæ fragilitatis memores,inuocent conditoris auxilium,duntaxat qui in fide Christi viuentes,filij rationis esse lætantur. Hæc ille AVTHOR. Ecce primus ex nominis interpretatione dictus homo,cœpit inuocare nomẽ Domini scilicet Enos: & hoc quia est proprium hominis naturale, vt fragilitatis suæ memor, auxilium inuocet Conditoris.Hoc proprium hominis intendit auferre,qui orationes vocales hominum,conatur extinguere.Nam si omnino vitæ hæc inuocatio esset: non hominis

proprium

proprium diceretur, cum ipsa cõmunis sit Angelis: sed hominis proprium scribitur, & hoc præcipuę sanctitatis, quẽadmodum iam dicto loco libri octaui super epistolam ad Romanos, ORIGENES. Videtur mihi grande aliquid in scripturis diuinis, sub hoc inuocationis nomine, designari. Non enim de qualibuscunq; viris in gentibus, sed de præcipuis scribitur, q̃ Enos primus sperauit inuocare nomẽ Domini. Et in psalmis, Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eius, Inuocabãt Dominum Deum nostrum, & ipse exaudiebat eos. Sine dubio Christum. Sequitur infra: Si ergo Enos, Moyses, & Samuel inuocabãt Dominum, & exaudiebat eos: sine dubio, Christũ Dominum Iesum inuocabant. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sancti inuocant. Cur non inuocemus, & nos, & quid hoc contra sanctas inuocationes, & orationes, quãuis Deus hoc vtile mihi scit, & præparat: immo eũ magis inuocabo, q̃ iubẽte Propheta Amos. 4. iuxta. 70. Præpara te ad inuocandum Deum tuum, ò Israel, quoniam ego sum formans tonitruum, & creans spiritum, & annuncians in homine † Christum suum. Quem locum exponens, libro de Spiritu Sancto DIDYMVS. Dominus, inquit, est qui Spiritum se condere fuerat præloquutus, pariter, & se facturum tonitruum, & formare diluculum, & nebulas facere. Sequitur vt illud quod â Deo dicitur, tale sit. Ego qui Deus sum vniuersa procuro, qui & Creator sum omnium, qui formo tonitruum, & cõdo Spiritũ, qui diluculum, & nebulã ad quasdam vtilitates hominum facio: præpara te, vt inuoces me, ò Israel, vt præparatus fueris ad inuocandum, & memoraueris supradicta quę constituo, fœlicitate temporum, & aliorum bonorum largitionibus perfruẽtem, & tibi per singulos annos iuxta naturę ordinem, ministrantem: vt secundus annus fluat, vt certis spatiis horarum momẽta decurrant, vt suo tempore tonitrua mugiãt, vt salutaris aura opportunis flatibus inspiret. Hæc ille. AVTHOR. Conclude ergo, Præpara te ad inuocandum me: scio enim quid tibi vtile sit, & præparo: sed si vis effectum, præpara te ad inuocandum. Hæc ergo inuocatio quæ est oris, &, vocis vocatio, præcipuorum hominum cultus ad Deum, ex sua institutiõe statim erat in principio rerum, & demum ex coniunctione sua ad primam fidẽ: secundũ illud Apostoli. Quomodo inuocabunt in quem nõ crediderũt: patet q̃ de diuinis cultibus erat primus, nõ saltẽ consequẽs omnẽ aliã vitam sanctam: sine qua nec reputo vitam sanctam. Si autẽ contradicatur per scripturas, aut simile Augustin. quod scribitur de agone Christiano. Fides est prima quæ subiugat animam Deo, deinde præcepta viuendi. Respõderi potest secundum Augusti. de libero arbitrio. Apostolus dicit ad fidem, gratiam pertinere, & quomodo tunc non orationem quæ inter fidem situatur, & gratiã: cum Apostolus Petrus post sobrietatem, orationem inferens adiungit. Cui resistite fortes in fide: & Centurio fortiter orans impetrasse cõmendatur. Vade, & sicut credidisti fiet tibi. Hęc ergo fides quę est plena oratione, continet, & gratiam, vt viuendi pręcepta sequantur: sicut iam supra dixerat Augustinus. Et item ordinem istum Apostoli, Euangelium Christi commendat, vbi Dominus noster Luc. 10. docens discipulos ordinẽ orationis, & operis. Ego, inquit, vobis dico, petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur. Inter quæ petere primò ponit quod fit orando, dein subiungit quęrere, putà instando, & tertiò pulsare operãdo: quia enim manibus pulsamus, & item manibus operamur, idcirco pulsare ad opera nostra refertur. Qualiter. 2. parte sermonum, sermone. 15. de dandis explicat, AVGVSTI. Certè quando pulsas ad aliquid, manibus agis: & quod agas manibus quando pulses ad Dominum prorsus, age manibus pulsa: si hoc non egeris, non dico, pulsas frustra, sed dico, non pulsas. Quomodo, inquis, vis vt pulsem, ecce quotidie rogo: benefacies: nam & hoc dictum est, Petite, & dabitur vobis, quęrite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnia dicta sunt, pete, quære, pulsa: petis orando, quęris perseuerando, pulsas erogando. Ne ergo quiescat manus Apostolus cum de eleemosynis plebẽ moneret: Cõsilium, inquit, in hoc do: hoc enim prodest, quia non solum sapere, sed velle cœpistis ab anno priore. Hæc ille. AVTHOR. In hoc ergo ordine orare præfertur, vt pulsationis actio per eleemosynam sub sequatur: aperte autem vt per sacrę orationis frequentiam, propellatur difficultas operis. Sublimia enim vitę opera, Deus pręcepit, vt sine ipsius dono, nec ipsa se facere posse homo intelligat: & ideò ad ipsum orandum recurrat, prout illud Matthæi. Petite & dabitur vobis, in expositione tractat, ANSELMVS. Multa quidem & grauia sunt quæ præcepi, sed quia ad ea complenda per vos non sufficitis, petite vires faciendi, & quærite viam perficiendi, & datis viribus, & inuenta

† Eloquium suum.

inuenta via,tũc inſtate pulſando,vt aperiatur vobis ſecretum contemplationis. Petitio pertinet ad impetrãdum ſanitatem, firmitatemq; animi: vt ea quæ præcipiuntur implere poſſimus:inquiſitio autem ad inueniendum veri-
15 tatem.Hæc ille. AVTHOR. Ecce ratio quare oratio omnino præponit operi,vt ea quæ præcipiuntur (inquit) implere poſsimus: multa enim,& grauia ſunt quæ præcepi, ſed quia ad ea complenda per vos non ſufficitis:petite vires faciendi.Sed dicet Wittleuiſta,Optimꝰ dominus non præciperet ſeruis,vt facerent quæ ſciret eos non poſſe:ſed in libro de natura & gratia reſpondet,poſt principium,AVGV. Itaque,præcepta facere commonemur, vt conantes,& noſtris viribus nonvalentes,adiutorium diuinum precemur.Hæc ille.AVTHOR. Ergo impotens eſt vita nuda ſeipſam ſecundum Dei præcepta traducere.Qualiter tunc eſt noſtris viribus confidendum ſine prece?Hoc motiuum ante erat Pelagianorum, ſed dicendum eſt vtriſque,quia quod ex ſe non poſſunt,orare poſſunt,vt ex ſe,ipſum poſsint.Sed reſpondet eis,libro ſuo,de gratia & libero arbitrio,bene poſt medium AVGVS. Magnum,inquit, aliquid de ſcire Pelagiani putant, quando dicunt,non iuberet Deus quod ſciret non poſſe ab homine fieri.Quis hoc neſciat? ſed ideo iubet aliqua quæ non poſſumus, vt nouerimus
16 quid ab illo petere debeamus.Ipſa enim eſt fides,quæ orando impetrat, quod lex imperat. Denique ipſe qui dicit: Si volueris obſeruabis mandata,in eodem libro eccleſiaſtico, aliquanto poſt dicit:Quis dabit in ore cuſtodiam,&ſuper labia mea ſignaculum aſtutum,ne forte cadam ab eo,& lingua mea perdat me?Iam certe mandata acceperat, cohibe linguam tuam à malo,& labia tua ne loquantur dolum.Cũ ergo verum ſit quod dicit, Si volueris ſeruabis mãdata,quare quærit ori ſuo dari cuſtodiam? Similis ei qui dicit in pſalmo.Pone domine cuſtodiam ori meo.Non ei ſufficit mandatũ Dei & voluntas ſua, quandoquidem ſi voluerit cõ ſeruabit ea.Quare ergo paulò poſt dixit, Domine pater & Deus vitæ,meæ:elationem oculorum ne dederis mihi.Sequitur. Si hæc ei in præſenti diceremus, rectiſsimè nobis reſponderet,& diceret.Ex iſta oratione mea, qua hęc à Deo peto,intellige quomodo dixerim, ſi volueris obſeruabis mandata. Certum eſt enim nos ſeruare mandata ſi volumus: ſed quia præparaturvoluntas à Domino,ab illo petendum eſt,vt tantum velimus quantum ſufficit: vt volendo faciamus.Certum eſt nos velle cum volumus,ſed ille facit vt velimus bonum: de quo ſcriptũ eſt quòd paulòante poſui. Quòd præparatur volũtas à domino,de quo dictum eſt, A domino greſſus hominis dirigetur, & viam eius volet.De quo dictum eſt, Deus eſt qui operatur in nobis & velle.Certum eſt nos facere cùm facimus:ſed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficaciſsimas voluntati: qui dicit, Faciam vt in iuſtificationibus & iudicia mea obſeruetis & faciatis.cum dicit,Faciamvt faciatis,quid aliud dicit niſi, Auferam cor lapideũ à vobis, vnde non faciatis: & dabo vobis cor carneum vnde faciatis?Hæc ille. AVTHOR. Ecce mandata ſancta poſſumus obſeruare ſi volumus, quæ tamen nõ poſſumus.i.per nos poſſumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus. Poſſumus velle, poſſumus facere: ſed ſi ille faciat velle, ſi faciat facere, qui velle nobis præcepit,& facere. Reſumendum ergo quòd nec velle poſſumus vt nouerimus quid ab illo qui præcepit,petere debeamus:vt fidelis Chriſto habeatur, qui dicit, Sine me nihil poteſtis facere.Et item Apoſtolus eius dicens: Omnia poſſum in eo qui me confortat Chriſtus.Primò ergo in oratione petendum vt iu- 17
ſtitiam mandatorum ſeruemus, vt item ſeruare velimus,& vt volita faciamus.Quis ergo negat inſipiens quin orationem vitæ iuſtæ, volũtatis aut vocis præcedit oratio? Vnde libro 7.regiſtri epiſtola.32.GREGORIVS. Quia ita de gratia debemus ſuperna præſumere, vt non ſimus negligentes in oratione vel opere, voce eiuſdem veritatis exprimitur. Oportet ſemper orare & non deficere. Petamus ergo orando,quæramus legendo,pulſemus operando.Sit igitur mens vigilans,ſit vndique ſuſpecta, ſit vbique ſollicita,vt inſidiantes poſsit laqueos præcauere.Hæc ille.

¶ Quomodo comparantur oratio,& operatio.

CAP. V.

SVMMA.

1 *Witcleff proceſſus de oratione,quomodo ſit impregnatus ambiguis,& turgeat æquiuocis.*

2 *Oratio debita tam uocis,quàm animi,quòd orationem actus ſemper amplectatur, & illi præferatur.*

3 *Oratio, cui non cauſa conclamat & lingua, actus & ſermo,uita & cogitatio, quòd non ſit perfecta.*

Witcleff

4 *Witcleff imitatur Iouinianum magistrum.*
5 *Oratio uocalis, quòd sit omnibus præferenda, & quare.*
6 *Orationẽ cõparat Bernardus operi, & præfert eã.*
7 *Oratio uitalis, quòd non sit oratione mentis perfectior, probatur.*
8 *Oratio, quòd sit opere melior.*
9 *Trinitati quòd non adsint omnia, sed ipsa omnibus adsit.*
10 *Orationibus mediis quomodo nos oporteat ad Trinitatem reduci, ut ei appropinquemus magis, & ei adsimus secundùm Dionysium.*
11 *Contemplatiuæ uitæ laus, quæ Theoria nuncupatur.*

AD cõparationẽ Witcleff inter orationẽ & operationem satis facere properemus, inter quæ operationẽ orationi præponit. Cùm dicat cap. 1. de oratione, ꝙ iusta vita & opera meritoria bene orant. De ista tertia oratione patet ex fide, ꝙ tertia amplectens ambas priores est à Deo maximè cõmendata: & sequitur. Cùm enim omnino generalior à Christo profertur, & generali⁹ est iustè orare in opere quàm animo, vel sermone: patet ꝙ ista oro est melior altera præcedẽte. Hæc Witcleff. AVTHOR.

1 Iste † processus est impræ gnatus ambiguis, turget æquiuocis: posset enim vna res dici altera melior secundùm intensionem, aut iteratò hæc melior illa secundùm extensionem, vel cumulum. Oratio quæ & operatio cumulum facit maiorem, quia duas primas amplectitur, & superaddit seipsam: sed paupcula vi dua præcessit intensione meriti cunctos diuites, qui eam extensiuè in donorum cumulo præcesserunt. Iterum oratio animi siue vocis, est item operatio, est pars vitæ iustæ, sollicitudo præualida: quõ ergo est seipsa cordis oratione perfectior? & quòd oratio operis commẽdabilior esset Christo: & præferebatur orationi oris vel cordis: posset etiam esse: quòd secundùm aliquid quandoq; hoc præferebat: & quandoq; illud: secundùm quòd Poëta cecinit anglicanus: Cùm Dominus Petro præferret amore Ioannem, Papatu Petrum voluit præferre Ioanni. Cùm autem dicit quòd regula illa operis vel iustæ vitæ amplectitur ambas priores: quare ergo statim in exemplo sequẽte excludit illas vtrasq; priores ab oratione iustæ vitæ infantium & mutorum? Multi, inquit, sunt muti & infantes, qui non habent* posibilitatem taliter exorandi, & tamen propter eorum iustam vitam à Deo, cui cuncta sunt cognita, saluãdi sunt. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce oratio iustæ vitæ non ambas priores amplectitur: igitur tanquam generalior non præfertur. Et ego iteratò dico, ꝙ † oratio debita tã vocis quàm animi orationem actus semper amplectit, quare ergo nõ vtraq; illi præfertur? Vnde in expositione Psalm. 17. in principio CASSIODORVS. Exaudi Domine iustitiam meam, intende voci deprecationis meæ. Apud Deum, inquit, certum est habere iustitiam vocem suam, qui res tacitas intelligentiæ suæ virtute cognoscit. Ipsius em̃ est oratio perfecta, cuius & causa clamat, & lingua: actus, & sermo: vita, & cogitatio. Hęc ille.

*Tempus sensibile.

2 lior non præfertur. Et ego iteratò dico, ꝙ † oratio debita tã vocis quàm animi orationem actus semper amplectit, quare ergo nõ vtraq; illi præfertur? Vnde in expositione Psalm. 17. in principio CASSIODORVS. Exaudi Domine iustitiam meam, intende voci deprecationis meæ. Apud Deum, inquit, certum est habere iustitiam vocem suam, qui res tacitas intelligentiæ suæ virtute cognoscit. Ipsius em̃ est oratio perfecta, cuius & causa clamat, & lingua: actus, & sermo: vita, & cogitatio. Hęc ille.

3 AVTHOR. Ecce quòd † oratio perfecta nõ est, cui non causa conclamat & lingua; actus & sermo, vita & cogitatio. Et nota quòd de oratione famosè loquitur, qualiter preces dicimus: quia de orõne intitulatur hic Psalm. qui specialiter dicitur supplicatio maiestatis: sicut ibi in expositione tituli CASSIODORVS. Cùm multi Psalmorum in textu suo habeant orationes, moueri videtur quæstio, cur hic talem posuerit inscriptionem. Sed quanuis alii cùm rebus diuersis breuiter mixtas contineãt deprecationes, iste tamen penè tota sui contextione supplicatio est. Meritò ergo sic prænotatus est, quando intentio eius ad precum

4 studium tota porrigitur. AVTHOR. Tot † ergo inflatus ambiguis noster Philosophus multùm turbauit orones cordis sui & vocis, inuoluens, & reuoluens seipsum tot æquiuocis in oratione operis sui scripti: imitans hoc ipso Iouinianum magistrum, qui ad obumbrandum suam perfidiam, talem, sub qua lateret, quæsiuit loquendi nebulam, & adinuenit. Vnde contra eundem in prologo HIERONYMVS. Tãtis, inquit, vitiis spurcissimi sermo confusus, vt nec quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare quod loquitur, potuerim intelligere. Totus em̃ tumet, totus iacet. Attollit se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frãgitur. Nõ est cõtentus nostro. i. humano more loqui. Altius quiddam aggreditur. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quod ipse non sani esse hominis non sanus iuret Orestes. Præterea sic inuoluit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis vniuersa perturbat, vt illud plautinarum literarum ei possit aptari: nam quidem præter Sybillam leget nemo. Nam diuinãdũ est. Sequitur. Quis enim superare queat, cuius assertionẽ penitus ignoret? Hæc ille. AVTH. Palpare igitur vellem de nostro Witcleff quã orationem vitalẽ vel operosam dicit, quæ sic

D orationem

orationem vocalem & mentalem exuperat: dicit illam generalem, quæ ambit omnes. Sed ſicut nec operatio, ita nec vita hominis: quia talis eſt illa oratio commendata, ſed ſic operatio vel vita meritoria de Deo digna, igitur
5 oratio † vocalis eſt omnibus præferēda: quia oratio vocalis bona, & Deo digna, requirit orationem mentalem, & bonam operationem. Tum quia ipſa eſt de ſe bonum opus. Tum quia ſine bono opere, non eſt bona oratio, nec ſine mente deuota. Oratio ergo vocalis ambit omnes. Cur ergo nō melior? Si iterum petam qualiter illis eſt melior: & ille in aliud, ex alio fugiens, dicet: iſtam requirit Deus, nō illas. Amoucamus ergo nos nebulas iſtas cō plexus, vel incluſionis communis, nec metiamur ex ea perfectiones, aut melioritates entium ſingulorum, ne dicamus cum eo melius & perfectius ens analogum eſſe, quàm Ieſum Chriſtum, vel ſupremum Archangelum. Aut ne dicamus ſpeciem perfectiorem genere, aut genus ſpecie reciprocè melius, quia cōuerſim & mutuò ſe includunt. Pure autem contemplantes orationes iſtas tres, cordis, oris, & operis in ſe vt excludunt ſeipſas, & nihil præter proprias rationes includunt, quomodo vna foret alia peior inuenio, quomodo autem ſit melior, non aduerto. Si autem penſemus eas vt in merito conuertuntur, inuenio prælationem illam, quam inter virtutes theologicas: quia fides formata ſicut & ſpes eſt charitate poſterior: & quælibet induit charitatem ſecūdùm Apoſtolum. Loquamur ergo de oratione illa trina, vt quæ libet eſt perfecta: & tunc quantò oratio cordis & oris eſt vicinior principio meriti, tantò eſt operatione diſtincta præſtantior. Hæc ratio mouit ſanctum Bernardum ad hanc partem, cùm diceret in epiſtola ad Baldevvinū. Epiſtola quam miſiſti. in ordine epiſtolarum.
92. BERNARDVS. In his duobus mandatis, verbi ſcilicet atque exempli, ſummam tui officii ad conſcientiæ ſecuritatem pendere intellige. Tu tamen ſi ſapis, iunges & tertium ſtudium orationis. Ad complementum vtique trinæ illius repetitionis in Euangelio, de paſcendis ouibus: in hoc noueritis trinitatis illius ſacramentum in nullo fruſtratum à te, ſi paſcas verbo, paſcas exemplo, & ſanctarum fructu orationum. Manent itaq; tria hæc, verbum, exemplum, oratio, maior autem his eſt oratio: nā & ſi, vt dictum eſt, vox virtutis ſit opus, & operi tamen, & voci, gratiam, & efficaciam promeretur oratio. Hæc
6 ille. AVTHOR. Comparat † hîc orationē operi, & præfert eam: cùm tamen opus huiuſmodi verbum in ſe contineat, & exemplum, verbum, putà, ſanctæ prædicationis, & exemplum viuendi, quæ abbati noſcuntur incumbere. Quòd ſi plus his operibus valet oratio: vbi eſt opus hominis peccatoris, qđ affectuoſè eius orationi præponderet? Manent, inquit, tria hæc, verbum, exemplum, & oratio, maior autem his eſt oratio. Et reddit rationem, quia & voci & operi, gratiam promeretur oratio. Gratia enim eſt immediatum promerendi principium, immediatum inquio, principio largitori, ſcilicet, Deo: quā oportet poſtulari à Deo ſecundùm illud Iacobi. Qui indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans, ſed tanquam donum Dei gratuitum, non iam hominis meritum: quia eſt actus primus merendi, non ſecundus, nec eius effectus. Vnde, quemadmodum virtus fœcundatiua arboris, ſuo appetitu, & auiditate quadam naturali, expetit, & procurat ſibi cæleſtes influentias, ad germinandum fructum competentem naturæ: nec ideo illa ſuprema virtus poſſet dici fructu deterior: ita in trunco bonæ voluntatis humanæ, eſt virtus quædam executiua deſiderii inſtanter poſtulantis cæleſtem gratiam, ſecundùm quā proſiliat in fructum bonorum operum: quæ ideo virtus tam in ratione partialis cauſæ, quàm virtualis principii, non eſt fructu tali deterior: nempe Apoſtolus fructus ipſos, ſiue bonos, ſiue malos, opera ipſa cognominat: Fructus, inquiens, ſpiritus eſt gaudium, pax, patientia. Item. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, & impudicitia. &c. Et Saluator ait: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Et libro ſeptimo ſuper epiſtolam ad Romanos, ORIGENES. Fructum bonorum, & malorum eſſe, docet ſcriptura diuina: vt ipſe Saluator in euāgeliis dicit: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, vel facite arborem malam, & fructum eius malum. Non poteſt arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. In quibus propoſitum, & voluntas hominis, arbor dici videtur, vel bona vel mala: fructus verò eius o-
7 pera. Hæc ille. AVTHOR. Ergo † ſi volūtas bona, arbor eſt, bonū opus, fructus eius; ſicut fructus non eſt arbore ſua dicēdus perfectior, ſic nec oratio vitalis, oratione mentis, & ſancti propoſiti: quia de corde, non de corpore exeūt omnia opera bona, vel mala: De corde,

Digitized by Google

de, inquit Christus, exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blasphemiæ, falsa testimonia. Dicamus, arbores ergo sunt, sed tales fructus sine virtute illa germinare non possunt: ita homines sunt, sed fructus operũ bonorum secundũ legem Christi, proferre non possunt, sine gratia Dei, ad quã ideo procurandam virtus orationis annectitur. Vnde satis lucidè declarat hoc ipsum AVGVSTINVS. sermone. 27. super Psalm. 118. Noli superbire, noli de tua (quę nulla est) virtute præsumere, & intelliges quare sit à bono Deo, bona lex data, quæ tamen viuificare non posit. Ad hoc enim data est, vt de te magno, paruulum faceret, vt te ad faciendam legem, vires de tuo non habere monstraret: ac sic opis indigus, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Sequitur. Ita Domine, ita fac misericors Domine, impera quod nõ possit impleri: imò impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri, vt cùm homines per suas vires id implere nequiuerint, omne os obstruatur, & nemo sibi magnus videatur. Vnde subdit, Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Quid desiderabat, nisi facere tua mandata diuina? sed nõ erat vnde faceret infirmus fortia, paruulus magna. Aperuit os confitens qđ per seipsum non faceret, & attraxit spiritum vnde faceret. Aperuit os quærendo, petendo, pulsando, & sitiens hausit spiritum bonum, vnde faceret quod per seipsum nõ poterat, mandatum iustum, & sanctum, & bonum. Si enim nos cùm simus mali, nouimus bona data dare filijs nostris, quantò magis pater noster de cælo, dat spiritum bonum petentibus eum? Hæc ille. AVTHOR. In hoc passu quid aliud intendit Augustinus, nisi superbiam nostram retũdere, ne in virtute, vel actione propria confidamus, aut in iustitia vitæ nostræ, de obseruantia legis Dei. Non, inquiens, possumus illa mãdata perficere: quia infirmi sumus: sed ideo tamen talem legem mandauit nobis Deus, vt opis indigi, & egeni, confugeremus ad gratiã, & clamaremus, Miserere Domine quoniã infirmi sumus. Sicut aperuit ós suum Psalmista petendo, quærendo, pulsando: & attraxit sibi gratiæ spiritum, ad operandum secundùm le-
8 gem Domini. Primum † ergo initium mandatorum, est oratio, vt sequi per gratiam pos-
Oratio melior ope est sit operatio. Quod non esset, si operatio esset melior: quia meliori medio placatur melius Deus, & eius gratia impetratur. Sed Witcleff nescit demonstrare per aliquam scripturam canonicam, quòd operatio exterior, melius possit diuinam gratiam procurare, quàm mediatrix oratio: quia tũc ab illa operatione inchoandum esset, & oratio sequeretur. Vnde tertio ca. de diuinis nõibus DIONYSIVS. Oportet enim nos orationibus primũ in eam vt in bonorum principium reduci (subaudi in Trinitatem) magis ei appropinquãtes in hoc doceri opportuna dona circa ea collata. Et-
9 enim † ipsa quidem omnibus adest, non omnia verò ei assunt. Tunc autem cùm eam inuocamus castissimis quidẽ orationibus, reuoluto quoq; animo ad diuinã vnitatem, opportunissimè nos ei assumus. Hæc ille. AVTHOR.
Trinitas q dem omnibus adest, sed non omnia ei assũt.
10 Planè ecce dicit, quòd † primò oportet nos mediis orationibus ad Trinitatem reduci, vt ei appropinquemus magis, & ei assimus. Quod, inquit, opportunissimè fit, quando eam castissimis orationibus inuocamus: qui tunc quasi animo reuoluto in vnitatẽ eius assurgimus: & tunc in eo docebimur optima dona Dei quæ sunt: vt ait Apostolus ad Roma. 12. cùm sumus habentes donationem, secundùm gratiam quæ data est nobis differenter: siue prophetiam, secundùm rationem fidei: siue ministerium in ministrando: siue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest in sollicitudine: qui miseretur in hilaritate. & plura talia: quæ differentes donationes Dei dicit Apostolus secundùm differentias officiorũ, & hominum: sicut & alibi dixit ipse. Diuisiones operationum sunt: diuisiones ministrationum: diuisiones gratiarum: sed idem semper Dominus: quia optima quæq; dona dixit Dionysi⁹ circa Trinitatem deificam collata: & ideo cũ sint Dei dona, oẽs istæ operationes tam variæ: oportet nos primũ omnium, mediis orationibus ad Trinitatem reduci, vt ei appropinquemus castissimis inuocationibus nostris: & tunc ei assumus, & vnum sumus. Huic rationi Dionysij, ratio naturalis assentit, ita vt præcũctis operãtibus, qui per eam operatur, intellectum curans semper, & per amorẽ fertur in Deũ, eum dicit felicissimũ, & Deo cognatissimum esse, & per hoc maximè beneficiatum à Deo lib. 10. Ethicorũ ca. 13. Aristo. Et expositor eius Ioãnes Bacũcorp. Qui sunt amãtissimi Dei, secundũ intellectũ curam apponẽtes; ipsi sunt maximè diligentes Deũ, & eum honorãtes: ideo rationabile est qꝑ dii beneficent, ac beatificẽt sui amãtissimos, secundũ intellectũ speculatiuũ benè operãtes. Qui enim sunt amãtissimi Dei secũdũ intellectũ, & ipsi sunt diligẽtes Deũ, & ipsi gaudent de eo qđ in ho-
1. Cor. 12.

mine eſt optimum,& Deo cognatiſsimũ: huiuſmodi eſt intellectus,qui perinde ac poteſt, ſe coniũgit,& extẽdit ad Deũ,& amat ipſum, gaudens deificari,& Deo aſsimilari quantum poſsibile eſt.Hæc ibi.AVTHOR. Ecce iuxta illã philoſophiã Ariſtotelis,qui maximè operãtur ſpeculatione intellectus, & amant Deũ, ipſi ſunt feliciſsimi: & ſecundũ beneficentiã Dei:quia Deo maximè gaudent,& eum maximè amant:ideo ſcdm animam, quaſi deificãtur,& Deo aſsimilantur quantum eſt poſsibile.Quomodo ergo eſt illa vita operoſa extra animũ,& ſermonẽ,magis Deo complacita,& oratio vitalis aliqua melior oratione animi deſiderantis ſpeculari Deum, & vltimatè ipſi cõiungi? Aut quis tam rudis philoſophus,vel inflatus theologus, qui dicat meliorem eſſe vitã vel operationem purgare ſenſitiuã, quàm deſideranter continuè ſpeculari & amare Deũ? Si illa ſit oratio tertia,hæc eſt prima: ſi illa ſit vtraq;,hæc non fuit prima: vt tertia eſſet illa, vel partes diuiſionis tuæ coincidunt, & es inſcius logicus,vel ſecundùm mentẽ tuam, mutuò ſe excludunt: ſic enim dicis, ꝙ Deus, qui autor eſt realis, cogitationem vel vocem nõ requirit,ſed omnino vitam ſuæ iuſtitiæ complacentem:hæc ergo vita, orationem cogitationis excludit,& vocis. Quomodo ergo amplectitur omnes,vel includit?an ſimul includit quod excludit ? quia Deus hoc requirit, Deus hoc non requirit: & es falſus philoſophus, & mendax theologus. Nam ipſum euangeliũ Chriſti cõſonãter dicit,Lucæ. 10.Mariã meliorẽ partẽ elegiſſe ſorore: quia vitam ſecundũ animũ contemplando Deum, præelegit vitæ operationis exterioris Marthæ. Super quẽ locũ in cõmẽtario Luc.3. lib. ca. 17.BEDA.Dic ergo illi vt me adiuuet.Ex illorum perſona loquitur, qui adhuc diuinæ contẽplationis ignari,ſolũ quod didicere fraternæ dilectionis opus, Deo placitũ ducunt: ideoq; cũctos, qui Chriſto deuoti eſſe velint, huic mãcipandos autumant.Sequitur. Porrò vnum eſt neceſſarium. Et beatus Dauid ſolũ hoc neceſſariũ homini eſſe definiens, Deo iugiter inhærere deſiderat,dicens.Mihi autẽ adhærere Deo bonum eſt,ponere in Dño Deo meo ſpem meã.Et alibi. Vnã petii à Dño hãc requirã: vt inhabitem in domo Dñi omnibus diebus vitæ meæ,Vt videã voluntatẽ Dñi,& viſitẽ tẽplũ eius. Vna † eſt ergo,& ſola theoria.i.contẽplatio Dei,cui meritò omniũ iuſtificationum merita, vniuerſa virtutum ſtudia poſtponuntur.Hæc ille.AVTHOR. Vide iã ex euangelio,vtra vita melior,an orandi Dominũ,iugiter inſiſtẽdo ipſi mẽte & verbo: an operoſe tractandi rem exteriorem cum Martha, quam tu dicis orationẽ vitalem,quaſi Maria orãs nõ viueret,ſed orãs aĩ vita careret.Ecce Maria oraſſe verbo,nihil dixiſſe fertur,ſed audiſſe Chriſtũ, & aĩo cogitaſſe, & ſic oraſſe ſpiritu, ſecundùm te, Martha orauit vitaliter operando hoſpitii gratiã,& tamẽ oratio vitalis Marthæ poſtponitur, & cogitatio Mariæ præfertur. Quòd igitur opera, & vitales orationes Marthæ poſtponuntur orationi mentali Mariæ, vt ſunt recipere vagum in domũ: eſurientem reficere, refectionem diſponere, familiam regere, proximo ſubuenire, & quũ plura talia fuerint, de quibus veritas ait, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima: tamen vnum ſolùm definitur neceſſarium ad ſalutem,quod vnum elegit Maria. Oratio ergo vitalis ſi ſit aliqua præter Mariæ partem, ipſa,non dico non meritoria, ſed audacter dico non eſt neceſſaria ad ſalutem: Mariæ verò mentalis oratio flagrantis deſiderii Deo iugiter adhærendi,& omnibus vitæ diebus in domo Domini habitandi,vt videat ſemper volũtatem Domini, & viſitet templum eius: ipſa ſecundùm ſententiam Saluatoris eſt neceſſaria:& ipſa ſola,quia ſola vitam efficit in præſenti,& erit tota vita beatorum in patria.

11 *Contemplationis laus.*

¶Quòd bona vita cedit oroni, tãquàm minꝰ maiori.Cap. VI.

SVMMA.

1 *Orationis excellentia,quòd turbet frequentiam coniugalem.*
2 *Apoſtolus quare ſuſpendat coniugibus officium concubendi.*
3 *Orationes quòd impediãtur officio coniugali iuxta Apoſtolum Petrum.*
4 *Oratio quòd ſit melior opere coniugali.*
5 *Corpus Chriſti quòd tempore Hieronymi ſumebatur à Chriſtianis ſecundùm ſuam naturam,nõ tantùm ſecundùm ſuã figuram.*
6 *Oratiões ſanctorum,ut Moyſi,Danielis, & Tobiæ Deo offeruntur.*
7 *Helias,ꝙ penè totã uitam in orando conſumpſerit.*
8 *Chriſtus ſaluator noſter,eiuſq; mater, Apoſtoli, & diſcipuli pluries oraſſe leguntur.*
9 *Deus,qui author eſt realis, quòd requirat cogitationem orantem,uel uocem,ſicut & uitam ſuæ iuſtitiæ complacentem.*
10 *Authoris reſponſio ad argumentum Witcleff,inferẽtis ad ſuæ falſæ doctrinæ fundamẽtũ illud Matthæi,Non omnis,qui dicit mihi Dñe Domine.&c.*
11 *Deprecationis uocalis,aut ſonoræ differentia.*

Ab excel-

AB excelsis euangelii demum ad campestria descendamus. Ecce vita cõiugum in Christo meritoria est, & sancta, & propter orationis instãtiã est tollenda ad tempus, quasi mi
1 nor cederet ad maioris præsentiam, sic † orationis excellentia turbat frequentiam coniugalem. Vnde Apostolus. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum ad ipsum reuertimini, ne tentet vos Satanas propter incontinentiã
2 vestram. Postulo meum Witcleff, cur † suspẽdit Apostolus coniugibus officium concubendi? nunquid quia est maior oratio in tãtum vt nec orare liceat illo tempore, si non mutuò se suspendant? Quod ergo maius est, an orationis instantia, an coniugum vita iusta? Contra Iouinianum libro primo cap. 3. disputat hoc idẽ sanctus HIERONYMVS. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Oro te quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipere nõ permittit? Quãdiu impleo mariti officium, non impleo continentis. Iubet idem Apostolus in alio loco vt semper oremus: si semper orandum, nunquã ergo coniugio seruiendum: quoniam quotiẽscunq; vxori debitum reddo, orare non pos-
3 sum. Petrus † Apostolus experimentum habens coniugalium vinculorum vide quomodo informet ecclesiam, quid doceat christianos. Similiter, inquit, viri cohabitantes iuxta sciẽtiam, quasi infirmiori vasculo muliebri tribuentes honorem, & sicut cohæredes multiplicis gratiæ, vt non impediantur orationes vestræ. Ecce eodem sensu, quia & eodem spũ, impediri dicit orationes officio cõiugali. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quid iuxta Apostolum definit Hieronymus. Si vxori debitũ reddo, orare non possum. Et iuxta Petrum impediri dicit orationes officio coniugali. Quam expositionem resumens in epistola apologetica ad Pammachium, quæ incipit. Quod te hucusq; HIERONYMVS. Quotienscumq;, inquit, vxori debitum reddo, orare nõ possum. Hæc quare dixerim, perspicuum est: quia interpretabar illud Apostoli dictum, Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex cõsensu ad tempus, vt vacetis orationi. Paulus Apostolus dicit: quũ coimus orare non posse: Petrus ad continentiam cohortatur, ne impediãtur orationes. Quod hic quæso peccatum meum est? Quid cõmerui? quid deliqui? si turbidæ & nebulosæ aquæ fluunt, non est aluei culpa, sed fontis. An idcirco arguor, ꝙ de meo sim ausus dicere: quale illud bonum est, quod corpus Christi accipere nõ permittit? non permittit accipere vtiq; corpus Christi. Quia si per coitum, quod minus est, impeditur, multò magis quod maius est. Hæc ille. AVTHOR. Iam ergo dicat Witcleff ad sanctum Hieronymũ. Vtra maior est, an oratio iustæ vitæ coniugalis, quæ generalis est: an oratio sermonis, vel animi, quæ orationẽ vitæ coniugalis non sustinet, sed suspendit ad tempus. Si iustitia vitæ coniugalis est maior, quare impedit sumptionem corporis Dominici? Sic enim dicit Hieronymus, quale illud bonum est quod corpus Christi accipere non permittit? si enim non minor est, quare propter suam indignitatem
4 ab assumptione recluditur? Itaque † maior est oratio, à cuius rectè sancta præsentia coniugalis vitæ iustitia religatur. Sic enim dicit ex Paulo: quando coimus cum vxoribus, nos orare non posse. Planissimè ergo patet, quomodo oratio iustæ vitæ non præferetur ex sua generalitate orationi solẽni animi siue vocis. Simul nec dissimulandum censeo, quod tam familiari stylo, & cursu Hieronym. dicit de coniugali coitu, ꝙ corpus Christi accipere non permittit: non dicit figurã corporis Christi, sed corpus ipsum, quod oratione melius esse dicit. Et in parte superiori ibidẽ ex dictis Ambrosii libr. de viduis HIERONYMVS. Cõiugia, hordeo: virginitatem corpori Christi comparat: & puto multò minorem distantiam inter frumẽtum esse, & hordeum, quàm inter frumentum, & corpus Christi. Hæc ille. AVTHOR. Nota quid comparat, & inter quæ minorem distantiam esse confirmat: inter hordeum, inquit, & frumentũ quàm inter hordeũ, & corpus Christi: sed inter hordeum, & corporis Christi figuram non est distantia maior: quia si panis est triticeus, an, hordeaceus, idem est secundùm naturam: igitur inter corpus Christi, quod tunc recipere non permittuntur coniuges, est distantia illa ma-
5 ior secundùm naturam. Vnde † diebus. B. Hieronym. videtur fides fuisse ecclesiæ, ꝙ christiani corpus Christi comedãt secundùm suã naturam, non tãtùm scdm suam figuram. Nã vt riuus nri processus suũ alueũ repetat: quid oportet dicere quotiens multiplex iusta vita propter reuerentiã orationis publicæ vel priuatæ vocalis tanq; indignior sit suppressa? illa dico, sicut pri⁹, quę oro nẽ animi, vel sermonis
6 excludit. Quàm † iusta vita Moisi serui Dei, quando cum exercitu pugnante incessit, & tamen pugnanti cum Amalech non adfuit,

Oratio est melior operẽ cõiugali.

Corpus Christi secundùm naturã sumitur.

Orationes sanctorum.

Digitized by Google

ſed eo relicto, oraturus voce & animo, montẽ aſcendit? Quàm ſancta vita, & innocens pueri Danielis? & tamen ad agendum ſanctitatem vitæ, & ad abbreuiandam captiuitatem tribus vicibus legitur in die flexiſſe genua, & oraſſe. Quàm ſancta item vita ſenioris erat Thobiæ, quando eleemoſynas quotidianas, & contribulium ſepulturas exercuit? pro nulla tamen harum dicitur, ſed quando orabat cum lachrymis, quòd angelus obtulit orationem eius Domino. Sãcta item Iudith de pudica vita & longęua ſanctitate laudatur, ſed in neceſſitatis examine plus his omnibus in ſancta oratione confidens, ante lectum Holofernis legitur oraſſe cum lachrymis. Quòd ſi viciſſitudinem orandi & operandi cum interpollatione conferas, quid tibi hoc proficit, aut nobis quid officit, dum ſine vna oratione breui vel efficaci nihil impetrat quantumlibet bona vita producta? Lege libros regum tertium & quartũ,
7 ſi non noſter ſanctus Patriarcha Helias † non dico per plures vices, ſed penè totam vitam
8 in orãdo conſumpſit. Saluator † noſter Chriſtus iam in templo per vices iam continuata tempora in deſerto, & ſingulas noctes in oratione vſq; ad mortẽ inceſſanter protraxit. Et mater eius Maria & Apoſtoli .11. cum diſcipulis non erant per vicos, ſed perſeuerãtes vnanimiter in oratione. Bona eſt iuſta vita, ſed oratione facta perficitur. Bonũ operari delectat Deum, coniũge orationem deuotã, & flectit iratũ. Idcirco Pſalmiſta, Subditus eſto Deo, & ora eũ. Et in expoſitiõe eius. AVG. Quid debes audi. Subditus eſto Domino, & obſecra eum. Hæc ſit vita tua obedire præceptis eius, hoc eſt, ſubditũ eſſe illi, & obſecrare illi donec det quod promiſit. Perſeueret bonũ opus, perſeueret & oratio. Oportet enim ſemper orare, & non deficere. In quo appares ſubditus faciendo quod iubet: ſed mercedem nondum accipis, fortè quia capere nondum potes. Iam enim ille poteſt dare, ſed tu nõ potes accipere. Exercere operibus: labora in vinea: finito hodie, pete mercedẽ: fidelis eſt qui te adduxit ad vineam: ſubditus eſto Domino & obſecra illum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce habes vitam tuam obedire præceptis, hoc eſt ſubditum eſſe Domino nõ tantùm, ſed & obſecrare donec det promiſſum: & ideo ſubdit Auguſtinus. Perſeueret bonum opus, perſeueret oratio: oportet enim ſemper orare, &
9 nõ deficere. Deus † ergo ſpiritus, qui hũc ſenſum inſpirauit pſalmographo, q̃ Deus, qui eſt autor realis, requirit cogitationẽ orãtem, vel vocem ſicut & vitam ſuæ iuſtitiæ complacentem: nec ſufficit nuda vitæ obſeruatio præceptorum, per quam te exhibeas Deo ſubditum, niſi etiam adiũxeris orare Deum. Aut, quod verius eſt, nunquam ſic Deo ſubderis, nunquam præcepta eius obſeruas integrius, quàm cùm omnibus exterioribus vacans, ſolo interno deſiderio Deũ oras: hoc modo cũ Maria ſine intermiſsione orabis, placẽs Deo, vt iam expoſuit Auguſti. hic modò factores erimus verbi Chriſti, & non auditores tantũ: ſi totã vitã in hac oratione trãſigimus. Hoc modo nõ ſicut corpus ſine ſpiritu mortuũ, ſed ſicut ſpũs ſine corpore totus viuit, ſic magna fides plena operibus tota viuida tota ſit ſpirãs gratiarum, vitam eligit meliorem nullatenus
10 auferendam. Quod † autem hæreticus noſter iutulit de Matthæo. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum: nouerit hoc dicere non eſſe, quod quis ſanctus mente deo pſallit & ſpiritu: ſed ſi quis hypocrita dominum verbis orat non factis, aut certè quòd vir hæreticus tibi ſimilis Deum verbis prædicat, ſed factis impugnat. Vnde ſuper illum locum in Matthęum. lib. 1. RABA. Quia multi falſò ſub religionis ſpecie latitant, cauendum eſt ergo, ne ipſo Chriſti nomine ab hæreticis, vel quibuſcũque malè intelligẽtibus & ſeculi huius amatoribus decipiamur. Rectè ideo ſequitur, & monet, Non oĩs qui dicit mihi Dñe Dñe, intrabit in regnũ cælorũ: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, intrabit in regnum cælorum. Regnum cælorum verborum officia non obtinent: neq; qui dixerit Domine Domine, cohæres illius erit. Quid enim meriti eſt dicere Domine Domine? Nunquid Dominus nõ erit, niſi dictus fuerit à nobis? Et quæ officij ſanctitas eſt nominis nuncupatio: cùm cæleſtis regni iter obedientia potius voluntatis Dei, quàm nuncupatio repertura ſit? Hæc ille. AVTHOR. Vides iam hanc dictionẽ Domini verboſam longè eſſe à dictione illa deuotæ orationis, vbi mens & vox concordes in Deum ſunt coniunctæ pſallẽtibus, ſic enim dixi, quòd bonus affectus mentis animat voces noſtras. Et ſuper Pſalm. 139. AVGVSTI. Delectat fortè cogitare quare non dixerit, Percipe auribus deprecationem meam, ſed velut euidentius affectum animi ſui, ait, vocem deprecationis meæ: non quod ſonat in verbis meis, ſed vnde veniunt verba mea. Cæteri verò ſtrepitus ſine animo, ſoni dici poſſunt, voces dici nõ poſſunt. Vox propriè animatorum viuorum eſt. Quòd multi autem deprecantur Deum, & non ſentiunt

Ad argu. VVitcleff.

Digitized by Google

tiunt Deum, nec bene cogitant de Domino. Sonum deprecationis habere possunt, vocem non possunt, quia vita ibi non est. Huius deprecatio viuebat, qui Deũ suum intelligebat. Hæc ille. AVTHOR. Secundum hanc differentiam Augustini deprecationis vocalis aut sonoræ, intellige pariformiter dictionem vocalem, aut sonoram. Tantùm vocaliter dicit, Domine, Domine, qui affectu boni cordis dicit, & sic Apostolus loquitur dicens: Nemo loquens in spiritu sancto, dicit anathema Iesu: & item, Nemo potest dicere, dominꝰ Iesus, nisi in spiritu sancto. & omnis qui sic dicit, Domine, Domine, omnino intrabit in regnum cælorũ. Sono tantum dicens, aut loquens, Domine, Domine, non propter hoc intrabit, quia non vocaliter deprecatur, sed quia non viuit verbum eius, aut dictio, vita mentis. 11

¶Ne tollantur orationes sanctæ, ad confidendum meritis propriis, vt secundũ ea Deus præmiet necessariò sic merentes.

CAP. VII.

SVMMA.

1 *Confidendum quòd non sit in meritis propriis, nec sperandum in propria iustitia uitæ suæ, sic, ut tollantur orationes, contra Witcleff.*

2 *Pharisæus quare à domino damnetur, & Publicanus exaudiatur.*

3 *Pauperes, & inopes spiritu, quod ad Deum pertineant. Et qui sunt pauperes spiritu secundùm Augustinum.*

4 *Confidendum quòd sit in gratia, non in meritis.*

5 *Deus, quòd secũdùm mensuram operum meritorium præmiabit hominem sic merentem, ut dicunt Witcleuistæ, quòd sit Pelagiana hæresis.*

6 *Mereri quòd non possit quis regnum cælorum simpliciter, sed ex gratia Dei, aut uoluntate largitoris.*

PRimum principium verborum Witcleff contra fidem orationis Christianę est hoc. Confidat homo in merito proprio, quia ad mensuram illius, Deus necessario præmiabit. 3. parte sermonum, & libello de oratione, capi. 2. Nemo speret in nuda oratione alterius, sed omnino in propria iustitia vitæ suæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Si in vtroq; quod conficit, non est hęreticum, scilicet, quòd homo confidat in merito proprio, & quòd speret omnino in propria iustitia vitæ suæ: quid est quòd Apostolus ecõuersò suadet, in epistola ad Corinthios, nè aliquatenus confidamus in nobis, sed in Christo? Vbi secundùm Hieronymum, in secundã epistolam sic notatur. De tribulatione ingenti Pauli, & cæterorum quæ in Asia facta est, & quòd nemo in se fiduciam habere debeat, sed in Domino. Textus autem Pauli huic respondens est iste. Ipsi in nobis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos. 2. Corinth. 1. Vbi in libro annotationum HIER. Ipsa mors notat omne humanum auxilium defeciſſe, & ab ipso solo, sperandum esse remedium, cui etiam mortuos suscitare possibile est. Hæc ille AVTHOR. Item ad Ephe. 3. In Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam, & accessum, & confidentiam, per fidem eius. In annotationibus, Ibidem. HIERON. Nõ per nostram iustitiam, sed per eum cuius fide, nobis peccata dimittuntur. Hæc ille. AVTHOR. Et ad Ephe. 1. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos, in omni benedictione cæli. Exponẽs autem quid sit benedictio cælestis, AMBRO. Deus benedicitur cùm laudibus dignis extollitur: homines autem sic benedicit Deus vt donum gratiæ eis suæ impertiat, non secundùm opera, vel merita eorum, sed secundùm suam misericordiam. Hæc ille. AVTHOR. Omni ergo sollicitudine prædicauit Apostolus, ne habere mus fiduciam per nostram iustitiam, & Witcleff iubet omnino sperare in propria iustitia vitæ nostræ. Vnde & Dominus in euangelio Lucæ, non Pharisæum damnauit quia, vt iacta uit, multa bona opera fecit, sed quia temere confidebat in eis. Publicanus autem quem talibus operibus expertem, insinuat sententia Christi, sola humili oratione præualit. Vbi in expositione Lucæ libro. 5. cap. 9. BEDA. Publicanus humiliter orãs, ad illa præfatæ viduæ, hoc est ecclesiæ membra, pertinet: de quibus supra dicitur: Deus autem non faciet vindictã electorum suorum clamantium ad se. Pharisæus autem merita iactans, ad ea de quibus terribilis in conclusione sententia subditur. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Et ita assignans tertiam speciem arrogantiæ, quando pro suis meritis se 1 2

Digitized by Google

accepiſſe aliquid putant. Quòd Phariſæus iſte inquit, iactantiæ peſte laboraſſe deprehenditur, qui idcirco de templo, abſq; iuſtificatione deſcendit, quia bonorum operum merita ſibi, quaſi ſingulariter tribuens, oranti publicano ſe prętulit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quia bonorũ operum merita ſibi ſingulariter tribuit, idcirco abſq; iuſtificatione deſcendit, ideò ſuper hunc verſum. pſal. 73. Egenus & inops laudabit nomen tuum: AVGV. Videtis fratres quam debeat dulcis eſſe paupertas: videtis, pauperes & inopes pertinere ad Deum: ſed pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Qui ſunt pauperes ſpiritu? Humiles, tremẽtes verbum Dei, confitentes peccata ſua, non de ſuis meritis, nec de ſua iuſtitia ſuperbiẽtes. Qui ſunt pauperes ſpiritu? Qui quando quid boni faciunt, Deum laudant: quando mali, ſe accuſant. Hæc ille. AVTHOR. Nec exiſtimet ſe Witcleff purum à labe hęretica: quia dicit, vtraque præcedens authoritas iactat merita: phariſæi autem de ſuis meritis præſumentes: quando ipſa fiducia meritorum noſtrorum, in conſpectu Dei, ſuperbiæ deputetur. Sicut ſubtiliter ſatis Benardus ipſe penſat hunc verſum pſalmiſtæ: Delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Vt reperi in libro florum. BERNARDVS. Nonnunquam enim temporalia quæri ſolent ad voluptatem, virtutes ad oſtentationem: ſed & vitam æternam fortaſsis aliqui nõ humiliter quærunt, ſed tanquam in ſuorum confidentia meritorum. Nec hoc dico, quin accepta gratia fiduciam præſtet orandi, ſed omnino non oportet vt fiduciam in ea conſtituat quiſquam impetrandi. Hoc ſolum conferunt hæc prima dona, ab ea miſericordia, quæ tribuit hæc, vt ſperemus & ampliora. Ergo quæ pro temporalibus, eſt circa ſolas neceſsitates reſtricta, quæ pro virtutibus animæ, eſt ab omni impuritate aliena: & circa beneplacitum Dei intenta ſit ea, quæ ſit pro vita æterna, & in omni humilitate, præſumens de ſola miſeratione diuina. Hæc ille.

4 AVTHOR. Hæc eſt antiqua doctrina ſanctorum patrum, nec à canone fidei & Apoſtolorum diſcedens: quòd nec ipſam vitam æternam fructuosè requirunt, qui quærunt illam in ſuorum confidentia meritorum. Maledictus homo qui cõfidit in homine. Maledicta ergo doctrina Witcleff, quæ potiùs confidere iubet in merito, & hoc proprio, vt Chriſti, & ſanctorum videatur excludere: quam in oratione humili pro Chriſti gratia. Omnino inquit ſperet homo in propria iuſtitia vitæ ſuæ.

Confidendũ in gratia non in meritis.

Et omnino inquit Bernardus, non oportet vt fiduciam in ea quiſquam conſtituat. In qua? in Ipſa fiducia impetranda, poſt acceptam gratiam. Si in ipſa fiducia confidere non conuenit: qualiter in ipſa iuſtitia mutilata? ſed fiat oratio talis, inquit, præſumens in ſola miſeratione diuina. Ideo dicit Auguſtinus. Deus non inueniret aliquid in hominibus niſi ad interitum: ſi cũ eis ageret per pondera meritorum. Super illud pſalmi. 94. Præoccupemus faciem eius in confeſsione. AVGVSTINVS. Quomodo diſtinguis vota quę reddis Deo: vt eum laudes, te accuſes, quia illius eſt miſericordia, vt peccata noſtra dimittat: nam ſi vellet pro meritis agere, non inueniret niſi quos damnaret. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qualiter ad menſuram meritorum noſtrorum, Deus nos neceſſariò præmiabit. Ecce quibus iubet confidere Witcleff: pro quibus ſi Deus agere vellet, non inueniret niſi quos damnaret. *Obiectio.* Obiiciet nobis fortè, quòd ipſe Apoſtolus opera prætendebat, vt præmium vendicaret, dicens. Bonum certamen certaui, curſum conſumma ui, fidem ſeruari, ideòque repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Reſpondet AVGVSTINS *Reſponſio.* quòd his omnibus præpoſuit Domini gratiã, & ſecundùm illam ſubintulit opera meritorum, in ſuo hypognoſtico, ante medium. Ipſe (inquit) dicit. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Quomodo potuit namque, bonum certamen certare, curſum conſummare, fidem ſeruare: cum ante iam dixerit: Nõ autem ego, ſed gratia Dei mecum? Amputauit autem omnẽ humanam gloriam, & dedit ſoli Deo: qui iterum dicit: Vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos. Hæc ille. AVTHOR. Quamuis ergo bona opera recoluit, tamen non in eis confidit qui ſoli Deo gratiã dedit. Et cum omnia faceret: non autem ego inquit, ſed gratia Dei mecum. Hanc item normam obſeruat pſalmiſta, cum dicit. Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meã, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me: & ipſum verſum congeminans: Retribuet mihi Dominus, ſecundùm innocentiam meam, & ſecundùm pietatem manuum mearum, in cõſpectu oculorum eius: ſed his verbis præmiſit. Quoniam voluit me. Gratiam ergo voluntatis eius præſumens, deſcendit ad innocentiam actionis. In expoſitione eiuſdem pſalmi. CASSIO. Quoniam voluit me, id eſt quoniam me elegit, qui gratis vocat vniuerſos. Nec prius beneficium accipit, quã præſtare dignetur, ſicut ipſe in euangelio dicit. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Retribuet mihi Dominus

Digitized by Google

Dominus ſecundum iuſtitiam meam. & prius dixit, antequam aſſumi mereretur, Quoniam voluit me: & nunc dicit, Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, id eſt, ſecundum voluntatem meam, quam poſt beneficia ipſius, ſancto corde geſtabat. Innocentiam manuum: opera vult ſignare pietatis, quam exercet diuino munere virtus eius. Sed hoc, retribuet, geminatum, ſollicitè reſpiciendum eſt, ne ſibi aliud fallaciter Pelagiana hæreſis blandiatur, dicit enim & Apoſtolus: De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quã reddet Dominus mihi, in illa die iuſtus iudex. non quòd ſuis aliud meritis humilis applicabat, ſed quia præmiſsis beneficiis Domini, iam deberi poſſe præmium confidebat. Idipſum Apoſtolus Iacobus ſic dicebat. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Hæc ille. AVTHOR. Attendite Witcleuiſtæ, quia Pelagiana eſt hæreſis quam vos docetis, quòd
5 Deus ſecundùm menſuram operum meritoriorum, præmiabit hominem ſic merentem. Vnde nec Apoſtolus aliquid ſuis meritis applicabat: ſed præmiſsis beneficiis Domini, deberi poſſe præmium confidebat. hoc non erat in meritis confidere, ſed in beneficiis Domini, ſecundùm Pſalmiſtam, Quoniam ſic voluit me. Quantum ergo mea ſapit modicitas, hæc ipſa determinatio ſcripturarũ, quã ſic ex Apoſtolo, & pſalmiſta, annotant ſancti patres, congruentiùs iungeretur locutionibus de meritis hominum: quàm abſolute iungeretur, vel diceretur, quòd homo ex meritis, eſt dignus regno cœlorum, aut hac gratia, vel illa gloria: quamuis quidam ſcholaſtici inuenerunt ad hoc dicendum, terminos de condigno, & congruo. Et noſter Witcleff fauet, de ſermone Domini in monte, capite nono: cum alibi ſoleat tales abiicere, vt penitus magiſtrales: ſicut diſtinctione de libertate contradictionis, & indifferẽtiæ: nec hanc d' merito cõgrui, & condigni, putat melius fundari. Nam quòd ibi dicit Chryſoſtomum illi diſtinctioni alludere, meliùs dixiſſet illudere: cum illo in loco, meritum de condigno negat, & de alio vllo non loquitur. Quod enim dicit, hoc eſt. Quid ergo dignum facimus in hoc ſeculo vt participes Domini noſtri, in regnis cœleſtibus, fieri mereamur. Ideo iuſtè dicit Apoſtolus. Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam. Ecce quid dignum facimus, vt particeps cœleſtibus fieri mereamur: dicente Apoſtolo. Exiſtimo q̃ nõ ſunt condignæ paſsiones. &c. Quid hoc iam vt ſic mereamur de congruo? Reputo igitur ſaniorem theologum, fideliorem catholicum, & ſcripturis ſanctis magis concordem: qui tale meritum ſimpliciter abnegat, & cum modificatione Apoſtoli, & ſcripturarum, concedit, quia ſimpliciter quis non meretur regnum cœlorum, ſed ex gratia Dei, aut voluntate largitoris. Sic enim dicit Apoſtolus, prẽferens diſpenſatores nouæ legis antiquis. Non quòd ſufficientes ſimus ex iſtimare aliquid â nobis: ſed ſufficientia noſtra, ex Deo eſt: ſecundæ ad Corinth. 3, vbi in expoſitione. AMBROS. Quamuis prẽferat Apoſtolicam dignitatem, in Dei tamen laudem prorumpit, non iſtud meritis humanis aſcribens: ſed gratiẽ Dei, qui dignatus eſt, pro uita humana, ſalutarem prædicationem ordinare: quæ, quos lex vetus reos tenebat, ſaluaret, data remiſsione peccatorum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hęc ille. AVTHOR. Hæc ergo locutio crebra eſſet in ore peritorum fidelium: quę tam conſueta fuit Apoſtolo, ſicut per omnes eius literas paſsim conſpicimus, ut item Pelagianitis, & Wicleuiſtis, qui gratiam Dei tacent, vel abnegant, & in meritis hominum, omnino confidunt, ex parte gratię Dei inueniremur eſſe diſcordes, ſicut omnes ſancti priores vſq; ad recentes ſcholaſticos, & communis ſcripſit eccleſia. Vnde in oratione canonis ad Deum. Non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſumus largitor admitte: & ſuper populum. &c. Feria. 4. Paſsionis. Vt qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum, ſed miſericordiam conſequi mereamur. Et in ſecreta oratione Dominicæ ſecundæ aduentus: vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuæ nobis indulgentiæ ſuccurre prẽſidijs. Et ſanctus Laurentius non ante dixit, quòd ianuas tuas ingredi merui: quàm præmiſiſſet gratias Chriſto. Gratias ago tibi, inquit, domine Ieſu Chriſte. Quia ſi hoc ſit mereri de congruo, hoc loquitur, quòd loquuntur ſcripturæ exprimentes gratiam, ſilentes de meritis: aut gratiam meritis præferentes, ſicut in re, ſic in verbis. Nam meritum noſtrum in articulo minimè Deus attendit, ſiue rationem congrui, vel condigni: ſed gratiam ſuam, aut voluntatem ſuam: aut miſericordiam ſuam.

6 *Non mereamur niſi ex gratia Dei.*

Quomodo ergo non ad iniuriam Saluatoris, & gratuiti coronatoris, accedit, quod gratia eius tacita, tantum diſputamus de meritis.

(3,)

¶ Quod nó eſt audiendus VVitcleff, cùm docet hominem ſperare in propria iuſtitia vitæ ſuæ.

CAP. VIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, quòd eo maledicti uinculo innectatur, quo innectitur omnis, qui in ſeipſo ſpem ponit.*
2 *Iudæorum nouiter conuerſorum ſuperba hæreſis.*
3 *Pagani multi quare nolint fieri Chriſtiani ſecundùm Auguſtinum.*
4 *Phariſæi uerba orantis, ad diſciplinam Witcleff docentis, conferuntur.*
5 *Witcleff doctrina, quòd doctrinæ Chriſti Ieſu ſit contraria, demonſtratur.*
6 *Witcleff falſa doctrina de oratione uitali, & ſpe, & confidentia de propria iuſtitia, conuincitur.*
7 *Homini quàm ſit deteſtabile in ſua uirtute confidere, oſtenditur.*
8 *Witcleff quomodo nititur doctrina ſua retrahere homines à iugiter deprecando Deum, & ab eleemoſynam largiendo.*
9 *Regula quædam notanda, pro cauenda, & abiicienda doctrina Witcleff hæretica.*
10 *Legis periti reprobatio, & Mariæ Magdalenæ orationi continuè uocantis ad ueniam receptio, à Beda deſcribitur.*
11 *Pelagij errore maculatus Witcleff notatur.*
12 *Donatiſtæ, quos ſequitur Witcleff, dicentes ſacramenta non eſſe ſancta, niſi per ſanctos dentur, quomodo cogunt ſumentes ea, ſpem ſuam in homine ponere.*
13 *Phariſaicum ſupercilium de confidendo in propria iuſtitia operum, quòd ſit dimittendum, & ad orationis hominis Publicani officium attendendum.*
14 *Witcleuiſticum documentum: quòd homo confidat omnino in iuſtitia uitæ ſuæ, in operibus, meritis, & uirtute ſua, quàm grauidum ſit corã Chriſto Ieſu, & quomodo omni Pelagiano ueneno, & ſanie Donatiſtarum, totum tabeſcat.*

QVis Chriſtianis imbutus principiis, non compungitur, audiendo Witcleff tantum indulgere Pelagio, in laudem operũ quę vocat bonam vitam, & diuinæ gratiæ nihil tribuendum docet: nec propterea orandum, nec in ea confidendum: ſed in iuſtitia propria vitæ humanæ. In lib. de oratione cap. primo. Deus nõ vult nos eſſe in oratiõe vocali nimis prolixos, ſed omnino vt orationi iuſtæ vitæ, vel operis, intẽdamus. Ex iſtis colligitur, quòd nemo ſperet in nuda oratione alterius, ſed omnino in propria iuſtitia vitæ ſuæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce in aſſumptione vtriuſq; enthymematis, vult videri ſuaſor fidelis: in concluſione autem vtrobique ſubinferens, eſt omnino Pelagianus hæreticus: contra quem, ſemper adducunt patres illud imprecatorium legis, Maledictus homo qui cõfidit in homine. Vnde in enchiridio. c. 67. AVGV. Maledictus omnis, ſicut diuina teſtantur eloquia, qui ſpẽ ponit in homine. Ac per hoc qui in ſe ipſo ſpẽ ponit, huius maledicti vinculo innectitur: ideò non niſi à domino Deo petere debemus quid quid ſperamus nos vel bene operaturos, vel pro bonis operibus adepturos. Hæc ille. AVTHOR. Vide nunc ſi huius malecti vinculo non eſt innexus Witcleff, quo innectitur omnis qui in ſeipſo ſpem ponit, quando ſperare in propria iuſtitia vitæ ſuæ, hortatur & præcipit. Hæc enim erat ſuperba hęreſis Iudæorum nouiter conuerſorum, dicentium, euangelium & gratiam Chriſtianam, eis eſſe datã, propter iuſtam vitam, & opera ſua bona: contra quos Apoſtolus ait: Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. Quaſi dicat, Si iuſtitiæ vitæ, vel operis, debetur merces: ergo ſecundùm debitum, & non ſecundùm gratiam. Vnde prima parte ſermonum, ſermone. 25. AVGV. Hæc dicebant gentibus in ipſa cõtentione qui ex Iudæis carnaliter ſentientes, Chriſtianos ſe dicere audebant: tanquam enim debitum ſuę iuſtitiæ, dicebant veniſſe euangelium. Sequitur. Quos ita refellit Apoſtolus, vt tantò minus ad eos dicat pertinere gratiam Chriſtianam: quanto magis eam ſibi tanquam debitam vendicabãt, & quaſi iure operum, ſuam eſſe gloriabãtur. Ei enim qui operatur, inquit, non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundùm debitum: ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium: deputatur fides ad iuſtitiam. & ideò illos etiam ab eorum numero excludit qui ex Iudæis rectè crediderant, & viuam ſpiritalem gratiã retinebant. Hæc ille AVTHOR. Et rectè hoc animaret Paganos, ne de fide Chriſti curam facerent, ſi in iuſtitia ſua gloriari poſſent, quæ eſt ex operibus: ideò contra inducit Apoſtolum ad Abraham ſuper pſal. 31. AVGV. Hoc dicit Apoſtolus commendans iuſtitiam, quæ ex fide eſt, aduerſus eos qui gloriãtur

1 2

Digitized by Google

tur de iuſtitia, quæ eſt ex operibus: cùm ait. Quid ergo dicimus inueniſſe Abraham patrẽ noſtrum ſecundũ carnem. Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed non ad Deum. Auertat ipſe Deus talem gloriam, & illud potius audiamus: Qui gloriatur in Domino glorietur. Multi enim gloriãtur
3 de operibus. Inuenies† multos paganos propterea nolle fieri Chriſtianos, quia quaſi ſufficiunt ſibi de bona vita ſua. Bene viuere opus eſt, ait: quid mihi præcepturus eſt Chriſtus vt bene viuam: iam bene viuo, quid mihi eſt neceſſarius Chriſtus: nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio: res alienas non concupiſco, nullo adulterio cõtaminor. Nam inueniatur aliquid in vita mea, quod reprehendatur, & reprehendere faciat Chriſtianum. Habet gloriam, ſed non ad Deum: non autem ſic pater noſter Abraham. Hæc ille. AVTHOR. Perſpicuè iam videtis, q̃ diſplicet Auguſtino, qui omnino ſperat in propria iuſtitia vitæ ſuæ, quia ſic, inquit, haberet paganus, vnde ſuam vitam oſtendat ex operibus iuſtis, ita vt nunquàm fieret Chriſtianus. Et ideo Apoſtolus contra omnem gaudentẽ ſolùm de propria iuſtitia vitæ ſuæ, dicit: q̃ habet gloriam, ſed non ad Dominum, maximè cùm nec iuſtus ex iuſtitia ſua viuit: ſed iuſtus ex fide viuit, inquit. Et in commentario ſuper Epiſtolam ad Galatas, libro. 1. text. Apoſtoli: Quis tribuet nobis ſpiritum. AVGV. Ipſa opera Chriſti fide adornantur. Scita eſt enim ſapientis viri illa ſententia, Non fidelem iuſtũ viuere ex iuſtitia, ſed iuſtum ex fide. AVTHOR. Quid autem eſt quod docet omnino ſperare in iuſtitia vitæ noſtræ, & hominẽ confidere in merito proprio, niſi quod orauit reprobus Phariſæus: de quo quoſdam, qui in ſe confidebant, tanquàm iuſti, Lucæ. 18. Chriſtus reprehendens ait. Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omniũ
4 quæ poſſideo. Attende† verba iſtius orãtis, & confer ad diſciplinam Witcleff docentis. Euangeliũ dicit, q̃ Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat, nihil à Deo precibus impetrando, ſed efficacius ſecundum Witcleff, opera ſua prædicando, & in ſua iuſtitia ſpem ponendo. Et formam vitæ exhibẽdo, narrat primò qualiter declinauit à malo, non ſum vt cæteri raptores, iniuſti, adulteri: & conſequenter, quomodo fecit bonum: Ieiuno, & do decimas. Ecce ſecundum diſciplinam Witcleff, iſte nihil omiſit, quoniam laudabiliter orauit vitaliter, nec debuit imputari ad culpam eius, eo q̃ confidebat in ſe tanquã iuſtus: quanuis Chriſtus hoc intenderat: quia omnino ſecundum Witcleff, in propria iuſtitia vitæ noſtræ ſperare debemus. Econtrario publicanus à longè ſtans, & nullius ſui boni operis memoriã habens, neq; ſpem, ſed tantũ vocaliter rogans Deum: Deus propitius eſto mihi peccatori: orationem multò perfectiorẽ, quàm ille Phariſæus emiſit. Et conſequenter, Dominus noſter Ieſus, non rectam tulit ſententiam, q̃ publicanus deſcendit iuſtificatus ab illo Phariſæo: de quo nihil Witcleuiſtica doctrina diuerſum, vel reprehendẽdum, ſed laudandum
5 ſcribit. Ecce † qualiter doctrina Witcleff ſine argumentis, ſine vi, doctrinæ Chriſti Ieſu, patet eſſe contraria. Nam ſic de propria iuſtitia confidere, vocant ſancti patres, Præſumere: & ab hoc exemplo magis Chriſtum iudicaturũ ſeueriter opera fidei quàm verba. Vnde lib. 7. ſuper Lucam ca. 8. AMBROS. Quia parabolam Dominus, qua ſemper orare, & nõ deficere dicebat, ita concluſit, vt diceret veniente iudice, difficile fidem in terra reperiẽdam: ne quis fortè de ſuperuacua fidei cognitione, vel etiam confeſsione, blandiretur, mox alteram iunctam parabolam diligẽtius oſtendit, à Deo fidei non verba examinanda, ſed opera. Sequitur. Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Cui cõtra ſuperbi, qui nequaquàm omnia, ſed modicum quid eorũ, quæ præcepta ſunt, faciunt, non ſolũ mox de ſua iuſtitia præſumunt, ſed & infirmos quoſq; deſpiciunt: atq; ideò quaſi fide vacui, cùm orauerint, non exaudiuntur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce confidentia Witcleff iam eſt dicta præſumptio, & ſpes in iuſtitia operum, eſt in præſumptionem tranſlata: & nunquid ipſe orauit vitaliter, confidens ex operibus & iuſtitia vitæ ,ppriæ, quod eſt multò melius, quàm orare animo, vel ſermone. Dicis, Sed ſuperbiunt de meritis. nam quantum docet Witcleff, & merita referebat in Deum, Gratias (inquiens) tibi domine ago: ſed quia gratias agens de præteritis, gratiam non petijt pro futuris operibus, fruſtratus abijt vacuus ab vtriſq;, ſicut tractat locum illum tertia parte ſermonum, ſermone. 105. de ſancto Ioanne baptiſta. AVGV. Attende diuitem indigeſta ructantem, crapulam exhalantẽ, ſed ſuperbiæ, nõ iuſtitiæ: Deus (inquit) gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, iniuſti. & cætera. Rogare veneras, an te laudare? Totum te habere dixiſti, nihil tanquàm egẽs petiſti. Quomodo ergo orare veniſti. Gratias ago

tias ago tibi domine. Non ait, Domine da mihi gratiam, vt non ſim ſicut cæteri hominum iniuſti, raptores, & adulteri: Ergo tu iuſt⁹? quia non ſum ſicut publicanus iſte: inſultans, & nō exultans: ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſsideo. O diuitem exinanien dum. Veni pauper eſurіēs publicane, imò ibi ſta vbi ſtas. Publicanus enim de lōginquo ſta bat, ſed Deus humili appropinquabat: nec oculos audebat in cælum leuare. Quò oculos non leuabat, ibi cor habebat: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Domine propitius eſto mihi peccatori. O eſurientem bonis implendum. Hæc ille. AVTHOR. Ergo exinde conuincitur Phariſæus ſuæ ſuperbiæ, quia totum ſe habere dicit: nihil tāquàm egens petit. Nec ait, da domine gratiam vt bonis meritis futuris inſiſtam. Quomodo ergo orareveniſti? Au
6 guſtinus interrogat. Falſa † ergo conuincitur doctrina Witcleff, de oratione vitali, & ſpe, & cōfidentia de propria iuſtitia: quia contra hos dixit Ieſus ad quoſdam, qui in ſe confidebant tanquàm iuſti, exprobrans de ſe bene credulum Phariſæum: & qui ſperant in propria iuſtitia vitæ ſuæ, nonne de ſe confidunt: tanquā ſint iuſti? ergo tu iuſtus interrogat Auguſtinus. Certè qui ſic confidit, neceſſariò hoc concedit. Vnde in libro de oratione dominica CYPRIAN. Adorans autem fratres dulciſsimi, nec illud ignoret quemadmodum in templo cum Phariſæo publicanus orauerit, non eleuatis in cælum impudenter oculis, nec manibus inſolenter erectis, pectus ſuum pulſans, & peccata intercluſa conteſtans, diuinæ miſericordiæ implorabat auxiliū, & cùm ſibi Phariſæus placeret, ſanctificari hic magis meruit, qui ſpem ſalutis non in fiducia innocētiæ ſuæ poſuit, cùm innocens nemo ſit: ſed peccata cō feſſus, humiliter orauit: & exaudiuit orantem, qui humilibus ignoſcit. Hęc ille. AVTHOR. Ecce commendatio publicani, quia non poſuit ſpem ſalutis in fiducia innocentiæ ſuæ: ergo ſecundùm Witcleff, Phariſæus deſcendit iuſtificatus, quia confidit in virtute ſua: ſecundùm Chriſtum publicanus, quia inſtabat pro
7 gratia. Et † quàm deteſtabile ſit homini in ſua virtute confidere: oſtendit conſequenter citò poſt prædicta AVGV. Non audis in pſalmo: quia cōfidunt in virtute ſua: ergo carnē Deus tibi, ſēnſum Deus tibi, gratiam Deus tibi, mentem Deus tibi, intelligētiam, dedit: tu das ipſe tibi iuſtitiam? Nonne iſta omnia, ſi iuſtitia careant, ad pœnam valebunt? ergo tam diues es, vt cùm Deus dederit tibi inferiora, des tibi potiora? Male diues, exinaniende diues, ſi tamen habes quod te habere dixiſti: quid habes qđ non accepiſti? Nec ſaltem à ſuperbo diuite illo Phariſæo ex his, quæ te habere dixiſti, gratias agere Deo didiciſti. Hæc ille. AVTHOR. Notabiliter in hac diſputatione beatus Auguſtinus ſuperat noſtrum Witcleff, cùm iubet omnino ſperare in propria iuſtitia vitæ ſuæ, & aliâs in bonis operibus propriis: iunge iſta ſimul, & habebis propriam iuſtitiam de opere proprio. Tu ergo operaris tibi iuſtitiam: & cur non mentem, animam, carnem, intelligentiam, quæ ſunt inferiora bona, bono iuſtitiæ? quia ſine ipſa, non valent niſi ad pœnam. An tibi ipſi confidis pro re meliori, & pro re deteriori confidis in Domino? & nec in Deo confidis pro iuſtitia, nec Deo gratias agis. Sapiēs dicit prouerbio. 28. Qui ſperat in Domino, ſaluabitur. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt. Quid prohibet confidere in corde proprio ei, qui præcipitur confidere in iuſtitia propria? Quid amplius aduerſatur Deo? Quid Nembrothitis, & paganis amplius amicatur, quàm confidere in virtute propria? Sanctus Dauid dicit, quòd ipſos circundabit iniquitas calcanei, qui confidunt in virtute ſua. Pſal. 48. Vbi AVGV. Qui ſunt autem, quos circundabit iniquitas calcanei? Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Ego vitabo iſta, & iniquitas calcanei mei non circundabit me. Quid eſt vitare iſta? non confidamus in virtute noſtra, non gloriemur in abundantia diuitiarum noſtrarum: ſed gloriemur in eo, qui nobis promiſit humilibus altitudinem, & minatus eſt elatis dānationem: & non nos iniquitas calcanei circundabit, vt qui confidunt in virtute ſua. Et infra. Ille confidit in virtute ſua, & in abundantia diuitiarū ſuarum gloriatur: qui non dabit Deo depreca tionem ſuam. i. placationem, qua placet Deū pro peccatis: nec pretium redemptionis animæ ſuæ: quia præſumit de virtute ſua, & de amicis, & de diuitiis ſuis. Qui autem ſunt, qui dant pretium redemptionis animæ ſuæ? Quibus ait Dominus. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt & ipſi recipiātvos in æterna tabernacula. Qui non ceſſant eleemoſynas facere, illi dant pretium redemptionis animæ ſuæ. Hæc ille. AVTHOR. Vide quanta cenſura Auguſtinus monet, ne quis confidat in virtute ſua: quod docet noſter Witcleff. Et ne quis fautor hæretici excuſet eum, quòd velit hominem maximè confidere in Deo, quamuis ſecundariò in virtute: Auguſtinus coniunxit vtrunque: Non confidamus in virtute noſtra, ſed gloriemur in eo ſcilicet Deo. &

ſubdit

ſubdit cauſam, quia qui confidit in virtute ſua, non dabit Deo deprecationem ſuam, nec pretium redemptionis animæ ſuæ, & eleemo
8 ſynam corporalem. Conſidera † bene doctrinam Witcleff, & vtrunque reperies: quòd nitebatur ex totis viribus retrahere homines à iugiter deprecando Deum, & ab eleemoſynam largiendo. Sed omnino, inquit, confidite in bonis operibus propriis, quaſi iſta non eſſent de numero bonorū operum. Vnde dicit Chriſtum, vel Apoſtolos eius, non fuiſſe circa eleemoſynam corporalē ſollicitos, ſicut infra patebit. Beatus Auguſtinus iſta duo coniungit omnino: vt ſentinetur nauis vitæ noſtræ, ne in huius mundi pelago naufragetur, dicens ſecunda parte ſermonum, ſermone ſecundo, De oratione dominica. AVGVSTINVS. Qui baptizantur, & tenentur in hac vita, de fragilitate mortali contrahunt aliquid, vnde & ſi non naufragetur, tamen oportet vt ſentinetur, quia ſi non ſentinetur, paulatim ingreditur, vnde tota nauis mergatur. Et hoc orare, ſentinare eſt. Non autem tantùm debemus orare, ſed & eleemoſynam facere: quia quòd ſentinatur, ne nauis mergatur, & vocibus agitur, & manibus. Vocibus agitur, cùm dicimus, Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Manibus autem agimus, cùm facimus illud: Frange eſurienti panem tuum, & egenum ſine tecto, induc in domum tuam: includ eleemoſynā in ſinu pauperis, & ipſa pro te orabit ad Dominum. Dimiſsis ergo peccatis omnibus per lauacrum regenerationis, in magnas anguſtias contruſi fuerimus, ſi nō daretur nobis quotidiana mūdatio ſanctæ orationis. Orationes, & eleemoſynæ mundant peccata, tantùm ne talia committantur, vnde neceſſe ſit ſeparari nos à pane quotidiano. Hæc ille. AVTHOR. Ecce iuſtitiam vitæ, & opera bona amplectitur Auguſtinus, ſed non ſine oratione præambula, & eleemoſyna corporali. Et orationem ponderans vocalem ait: Ne mergatur nauis, vocibus agitur, & manibus, ad ſentinam, voce orationis, & manu eleemoſynæ. Et in magnis anguſtiis fuerimus contruſi, ſi non daretur nobis quotidiana mundatio ſanctæ orationis. Orationes, & eleemoſynæ, mundant peccata maiora propter quæ excommunicari debemus, ideſt, vt ante vitentur quàm fiant, bene oran
9 tes diſponunt. Finaliter † ergo, nō tantùm cauenda, ſed abiicienda eſt hæc doctrina hæretica, ſic vt omni ſtudio piis operibus inſiſtamus, meliora ſemper iudicantes quæ docente ſcriptura & traditione patrum eccleſiæ, plus placeant creatori. Vt autem taliter operari valeamus, ante opus quodlibet, ſollicitè orandus eſt Deus voce orationis, & continuè voce cordis: ita vt ſuam gratiam inuocantes, nuſquam in noſtris meritis, ſed in ſua gratia confidamus. Hanc regulam obſeruantes, procul ſemper erimus à typo Phariſæi: qui in ſua confiſus iuſtitia, ſeipſum iuſtificabat ex operibus, ſicut Witcleff, & prope erim⁹ ad in iuſtitiam publicani, qui meritis ſuis non confiſus, ſeipſum tradidit ad orandum. Sicut ſuper Pſalm. 73. Animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. AVGVSTIN. Iam modò non conſtituimus iuſtitiam noſtram: agnoſcimus gratiam tuam. Pauperes ſumus exaudi mendicos tuos: iam non audemus oculos ad cælum leuare, ſed percutiētes pectus noſtrum dicimus: Domine, propitius eſto mihi peccatori. Hæc ille. AVTHOR. Audi
10 † & illum legiſperitum reprobatū à Chriſto, qui ſeipſum iuſtum reputauit ex operibus: & demum verte ad conuerſionem humilis Mariæ, quæ orationi vacat continuè, vt facere didicit: quæ innixa pedibus Saluatoris aliquid audiuit, ſicut ſcribit in prologo quarti libri ſuper Lucam BEDA. Deniq; vt proxima parumper attingam: legiſperitus volens ſeipſum iuſtificare, dominum tentaturus aduenit, ſed confuſus abſceſsit. At Maria pedibus eius humiliter acclinis, optimam partem philoſophiæ cæleſtis elegit. Item paruuli Chriſti, qui non de ſua iuſtitia, ſed de redemptoris ſui gratia præſumere didicerunt, quibus orationum modis eandem gratiam aduocare debeant, inquirunt: audiuntque confeſtim & quibus verbis orare, & pro quibus maximè rebus orare, & qua inſtantia perſeuerare, & pro quibus maximè rebus ſupplicare oporteat, ſi de ſcilicet, ſpe, & charitate: quòdq; petētes eam rundem largitorem à patre ſpiritum bonum percipiant: contrà ſapientes, & prudētes, qui quia ſpiritum gratiæ non modò non petere, & quærere, pulſare, ſed & blaſphemare ſatagunt, irremiſsibiles & hic & in futuro ſuæ peruicaciæ pœnas luunt. Hæc ille. AVTHOR. Fuge hinc Witcleff ſi potes: ſanctus enim pater Beda inſultationes tuas contra ſacras oratiōes ducit in medium, acriter te accuſans, & inter ſapientes, & prudentes illos teipſum annumerans, qui ſpiritū gratiæ nō modò non petere, quærere & pulſare ſatagūt, ſed & blaſphemare, ſicut & tu blaſphemando orationes eccleſiæ, facis audire orantes quod ſacerdotes Baal, quòd Deus noſter dormiat, aut

Nota regulam.

cum

tum aliis loquatur, ideo fortius eſſe clamandum,& ſpiritui gratię contumeliã facis,quam doces non petẽdam,ſed omnimodè bonã vi-
11 tã,& in noſtra iuſtitia confidẽdum. Et † quid ſonat hoc niſi illud Pelagij, q̃ ſine gratia poteſt quis aſſequi bonã vitã. Sed paruuli Chriſti,inquit Beda,qui non de ſua iuſtitia, ſed de redemptoris ſui gratia præſumere didicerunt, quibus orationum modis eãdem gratiam aduocare debeant, inquirunt. Et in hoc verbo duas doctrinas & earum ſequelas demõſtrat. Prima eſt doctrina Chriſti & eccleſiæ, cuius paruuli docentur ne in ſua iuſtitia, ſed in ſola ſperent creatoris gratia:& quid ſequitur?Ideo quibus orationum modis eandem gratiam aduocare debeant, diſcunt inquirere. Et contrà per doctrinam Witcleff quia addiſcunt ſuperbi in ſua propria ſperare iuſtitia, ideo nec de gratia ſaluatoris aliquid audiũt, nec conſequẽ ter quibus ea orationum modis acquiratur, auſcultant:ſicq; vſq; in Donatiſtarum voragi nem nauigant, à quibus diſcunt quomodo ſpem ſuam ponant in homine, & dicere negligant:in domino confido. Vnde in eundem locum pſalm. decimi. AVGV. Non enim confidũt in domino,qui dicunt tunc eſſe ſancta ſacramenta,ſi per ſanctos homines dentur. Itaque cùm ab eis quæritur qui ſunt ſancti? erubeſcunt dicere,nos ſumus. Quòd etiam ſi illi non erubeſcant hoc dicere, hi qui audiũt pro ipſis erubeſcunt:ita cogunt eos qui accipiunt ſacramenta ſpem ſuam in homine ponere: cuius cor videre non poſſunt.& maledictus omnis qui ſpem ſuam in homine ponit. Quid eſt enim dicere quod ego do ſanctum eſt,niſi ſpẽ tuam in me ponere? Quòd ſi es ſanctus,doce aut oſtende cor tuum. Quod ſi non potes,vbi videbo quòd tu ſanctus es? An forte dicis q̃ ſcriptum eſt.Ex operibus eorum cognoſcetis eos. Vide planè mira opera,quotidianas violẽtias circunciſionum ſub presbyteris & epiſcopis ducibus circunquaq; volitare,& terribiles fuſtes Iſraëles vocari. Quæ homines qui nunc viuunt quotidie vident & ſentiunt. Hæc ille. AVTHOR. Qui docent confidere in propria iuſtitia vitæ ſuæ, & non dicunt in domino cõfido:ecce qualiter inuoluuntur, quia cũ quæritur ab eis an ſint viri iuſti & ſancti, non audent ſe iuſtos fateri,qualiter poſſunt ſperare in eo quod neſciunt eſſe ſperandum? Imò ipſe Witcleff docet nobis ſtultum eſſe aſſerere quòd oremus, vel faciamus quicquam meritoriè vt debemus:in tertia parte ſermonũ ſermone.48.Sed non eſt iuſtitia vitæ vbi non quicquã facimus meritoriè,vt debemus. ſtultum eſt ergo alicui aſſerere ſe habere iuſtitiã vitæ,in qua debet omnino confidere & ſpera-
12 re.Et iterũ † cùm dicat noſter Witcleff cum Donatiſtis,vt iam recitauit Auguſtinus,quòd non ſint ſancta ſacramẽta niſi per ſanctos dẽtur: quomodo ipſe ſperat per nudam orationem ſacerdotis aliquod habere participium ſacramenti: quando cor illius videre non poteſt?Aut quid poteſt in aliquo Witcleuiſta cõfidere tradente ſacramẽta vel euangelium cõferente:cuius cor an ſanctus ſit videre nõ poſſum⁹ ?quòd ſi dixerit quòd ex operib⁹ cognoſcetis eos,multa habent opera tenebrarũ quæ faciunt in ſecretis. Et ſeditiones crudeles,& ingentia odia,& perſecutiones in ſanctos,cõuin-
13 cunt eos non ſanctos in operibus. Idcirco † hoc ſupercilium phariſiacum de confidendo in propria iuſtitia operũ dimittentes, potius attendamus ad orationis officium humilis publicani, qui ſecũdùm Chriſti ſententiam meruit iuſtificatus ab illo deſcendere: & aliorum iuſtitiam in conſideratione propriæ præferamus: noſtram autẽ(ſi quam habere videmur) diuino iudicio committamus: quemadmodũ Chriſtianus noſtro Witcleff lib.7.ſuper Lucam capit.8.tradit AMBRO. De verbis elati Phariſæi,quibus humiliari meruit, poſſumus ediuerſo formã humilitatis, qua ſublimemur, aſſumere: vt ſicut ille conſideratis proximorum vitiis, & ſuis virtutibus, eſt elatus ad ruinam, ita nos non noſtram ſolùm pigritiã, ſed & meliorum virtutibus inſpectis,humiliemur ad gloriam: quatenus vnuſquiſq; noſtrũ hoc apud ſe ſupplex atq; ſubmiſſus obſecret, Deus omnipotens miſerere ſupplici tuo,quia non ſum ſicut innumeri ſerui tui contempta ſeculi ſublimes,iuſtitiæ merito glorioſi,caſtitatis laude angelici: veluti etiam multi eorum, qui poſt flagitia publica pœnitendo tibi meruerũt eſſe deuoti:qui etiam ſi quid boni fecerunt,tua gratia largiente fecêre: quo fine hoc faciam,qua ve à te diſtrictione penſetur ignoro.Hæc ille.Ecce qualiter Ambroſius non docet homines confidere in iudiciis & operibus ſuis, ſed confidenter cum ſancto baptiſta ſeipſos non exiſtimare,imò & ſic negare ſuo iudicio quod eſt Deo:Cum quia in comparatione ſeruorum Chriſti ſe putet inutilem, Tum quia quo fine pẽſetur illud feciſſe quod fecit, ignorat apud diſtrictiſsimimũ iudicem. Nec
14 † leue debet æſtimari piaculum, hoc Witcleuiſticum documentum,quòd homo omnino cõfidat in iuſtitia vitæ ſuæ,in operibus, & meritis, & virtute ſua: nec hortatur expreſsè vel tacitè quòd in Deo vel de gratia eius cõfidat.

Co-

Digitized by Google

Coram Christo Iesu grauidum est, omni Pelagiano veneno, & sanie Donatistarum totum tabescit. Tantumq; est flagitium ingratitudinis, tam horrendum pelagus efferendi se contra gratiam conditoris, vt sanctus Iob imprecatus sit sibi casum humeri sui à iunctura, & vt brachium suum cum suis ossibus confringatur, si lætatum est in abscondito cor meum, inquit, & osculatus sum manū meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Iob. 31. Per manum in scriptura designantur opera, sicut per os verba, & per cor desideria. Vana ergo lætitia cordis ad osculandum ore manum, est cum intenta confidentia cordis vocaliter applaudere suis operibus. Vnde. 22. Moral. Capitul. 9. GREGORIVS. Manum suam osculatur ore suo, qui laudat quod facit, & testimonio propriæ locutionis sibi virtutem tribuit operis: qua in re quis despicitur, nisi qui ipsa operandi munera largitur? Vnde bene per egregium prædicatorem dicitur: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos, & nō virtute propria, sed præueniente superna gratia ad meliora se vota vel opera cōmutatos: & quicquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali propagine sentiunt meritū. Quicquid verò in se boni inspiciunt, immortalis gratiæ agnoscunt donum: eiq; accepto munere debitores fiunt: qui & præueniendo dedit eis bonum velle, quod voluerunt: & sequēdo concesit bonum posse, quod volunt. Vnde bene per Ioannem dicitur, Adorauerūt viuentem in secula seculorum, mittētes coronas suas ante Thronum Dei. Coronas nanq; suas ante Thronum mittere, est certaminum suorum victorias non sibi tribuere, sed autori, vt ad illum referant gloriam laudis, à quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo Iob, qui sic bona, quæ operatus est, narrat, vt tamen hæc operationi suæ non tribuat, sed ad autoris laudem recurrat, manum suam ore osculatum fuisse se denegat. Ac si patēter dicat, Ego mea opera tanquam mea non profero: quia autoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Vnde & protinus subdit. Quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimū. Liquet enim, quod illum negat, cuius despecta gratia, sibi vires boni operis arrogat. Quod rectè quoq; & iniquitas maxima vocatur: quoniā omne peccatum, quod ex infirmitate est, spem nequaquam perdit, quia à superno iudice veniam requirit: præsumptio autem virtutis propriæ tā tò grauius in desperatione est, quātò longius ab humilitate. Cumq; vires sibi tribuit operis, & ad adiutorium nō recurrit autoris, fit vt eo graui⁹ pereat, quo & hoc ipsum quòd est peccator, ignorat. Hæc ille.

¶ Quòd operibus nostris nō mercemur, sed gratia Dei nobiscū. vnde Deus ea non attendit cùm præmiat, sed gratiam, quam donauit.

CAP. IX.

SVMMA.

1 *Vita æterna quòd detur pro meritis, si cum meritis numeremus & gratiam, sine qua nec ipsa sunt merita, quia nec* Dei *dona.*

2 *Gratiam suam quòd coronet, seu præmiet in nobis* Deus, *non merita nostra.*

3 *Merita nostra quòd non attendat* Deus, *sed bonitatem suam.*

4 *Iustus homo, aut sanctus, quare non debeat meritum suum allegare dum orat, secundùm optimā Ambrosij rationem.*

5 *Iustificari quòd non posit quis uiuentiū in cōspectu* Dei. *Et quid super hoc dicat* Hilarius.

6 *Iustitia uitæ* VVitcleff, *& opera meritoria, in quibus confidere hominem consulit, exploduntur.*

SED adhuc quorūdam percutit cor, sic laborare verba scripturæ pro gratia. dicūt enim quomodo ergo gloria paradisi datur promerentibus, si ipsam ex libertate arbitrij mereri nō possumus? Aut si totum efficit gratia, vt quid merita requirūtur? Quasi nō sit qui respondeat: si totā hanc domū solus fecerit artifex, ad quid quærebatur securis? & si Christus solus totū hominē sanū fecit in sabbato, quid profuit claudo sermo curātis? Sed † nouerint 1
vitā æternam dari nobis pro meritis, si cū meritis ipsis numeremus & gratiam, sine qua nec ipsa sunt merita: quia nec Dei dona. Vnde libro de gratia & libero arbitrio. AVGV. Si dei dona sunt bona merita tua, nō Deus coronat merita tua, sed tanquā dona sua: proinde cōsideremus merita ipsa apostoli Pauli, quibus dicit coronā redditurū iudicē iustū: & videamus vtrum merita ipsius, id est ex ipso ei cōparata, an dona sint Dei. Bonum, inquit, certamen certaui

certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Primò iſta bona ope: a ſi non præceſsiſſent cogitationes bonæ, nulla eſſent. Attende itaque quid de ipſis cogitationibus dicat. Ait enim ſcribens ad Corinthios: Non quia idonei ſumꝰ cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Deinde ſingula inſpiciamus, Bonum, inquit, certamen certaui. Quæro qua virtute certauit, vtrũ quæ illi ex ſemetipſo fuerit, an quæ deſuper data ſit? Sed abſit vt tantus doctor gentium ignorauerit legem Dei, cuius vox eſt in Deuteron. Ne dicas in corde tuo: fortitudo mea, & potẽtia manus meæ fecit mihi virtutem magnam hanc, ſed memoraberis domini Dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinem facere virtutẽ. Hæc ille. AVTHOR. Per ordinem à primis principiis meritorium opus exhaurit, & à prima cogitatione vſque ad extremum operationis hominis, Dei gratiã probat eius authoritatẽ, ita vt ſicut dicit Apoſtolus, in omni cogitatione & opere dicamus ſinguli: nõ ego, ſed gratia Dei mecum, id eſt, non ego hęc operor, ſed gratia Dei mecum: nec ego quidem hæc cogito, ſed gratia Dei mecũ hæc cogitat. Imò nec hanc vitam ego viuo, ſed gratia Dei mecum. Viuo ego, iam non ego: viuit autem in me Chriſtus. Quis ergo cõfidere debet in vita propria, aut in iuſtitia propria, aut in operibus propriis? quæ de quanto própria ſunt, non ſunt niſi contra Dei mandatum: dixerit inſipiens in corde ſuo, fortitudo mea, & potentia manus meæ fecit virtutem mihi hanc magnã. Qui meam dicit, propriam dicit, quod dominus interdixit. Adhuc tamen agitant illud primum, quia gloriam coronæ promiſit vigilantibus, quod eſt promerentibus. Reſpondeo quia ille vigilat, qui Deo vigilat: qualiter vigilat nemo, niſi cui gratia donat vigiliã. Et ipſa vigilia gratiam continet, ratione cuius debetur corona, quæ vtiq; eſt gratia, vt ſic gratiæ, non operibus per ſe gratia rependatur. Sicut conſequenter poſt iam dictum paſſum intulit AVGV. Quia & ipſa bona opera nobis ex Deo ſunt, à quo nobis & fides eſt, & dilectio: propterea idem ipſe doctor gentium etiã ipſam vitam æternam gratiam nuncupauit. Et naſcitur inde non parua quæſtio, quæ domino donante ſoluenda eſt. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſsimè dicit ſcriptura: quoniam Deus reddet vnicuique ſecundùm opera eius: quomodo gratia eſt vita æterna, cùm gratia non operibus redatur, ſed gratis detur: ipſo apoſtolo dicente, Si quis operatur, merces non imputatur ſecũdùm meritum. Sequitur. Cùm tamen dixiſſet ſtipendium peccati mors: continuò ſubdidit, Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu. Iſta ergo quæſtio nullo modo mihi videtur poſſe diſſolui, niſi intelligamus ipſa bona opera noſtra, quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere: propter illud, quod ait dominus Ieſus: ſine me nihil poteſtis facere. & ipſe Apoſtolus cùm dixiſſet: gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt: non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Et infra mox itaq; addidit. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Quid eſt hoc, qđ cùm Dei gratiam commendans, dixiſſet non ex operibꝰ ne fortè quis extollatur? Sed audi, & intellige non ex operibus dictum tãquam tuis ex teipſo tibi exiſtentibus: ſed tanquam his, in quibus te Deus finxit, id eſt formauit, & creauit. Hoc enim ait: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis: non illa creatione, qua homines facti ſumus, ſed illa, de qua ille dicebat, qui vtiq; iã homo erat, Cor mundum crea in me &c. Sequitur. Itaque chariſsimi, vita bona noſtra nihil aliud eſt quàm dei gratia: ſine dubio, & vita ęterna, quæ bonę vitæ redditur, Dei gratia eſt: & ipſa enim gratis datur, quia gratis data eſt illa, cui datur: ſed illa, cui datur, tantũmodo gratia eſt: hæc autẽ quæ illi datur, & pręmiũ eius eſt, & gratia: quoniã merces pro iuſtitia. Hæc *Gratiam*
2 ille. AVTHOR. Ex † hoc loco Auguſtini *ſuã, non me-*
ſecundùm fidem apoſtoli merita noſtra non *rita noſtra*
coronat Deus, niſi quia gratiam ſuam coro- *coronat*
nat in meritis: & nihil de ſuo habent meri- *Deus.*
ta, ſed ex toto quod ſunt, gratia ſunt. vita, inquit, mea bona nihil aliud eſt, quàm gratia, & ideo non ex operibus tãquam tuis, ex teipſo tibi exiſtentibus. Hæc verba proprietatem ex puunt Witcleff quantum poſſunt, iubẽtis confidere in bonis operibus propriis: nam ſiue vt inde propriis qa tuis, ſiue inde propriis quia ex teipſo tibi exiſtentibus: totum perfidia eſt, totum corruptio veritatis. Hoc ergo docet Witcleff contra fidem apoſtoli, ſecundùm quam nullo modo confideremus in meritis propriis, ſed in gratia Dei, qui ex operibus noſtris merita fecit: & vt iam nec ipſa merita feciſſe nos dicamus, ſed gratiam Dei nobiſcum. omnia enim opera ſecundùm hanc logicam ſancti Pauli ad gratiam Dei pertinent, & ſic à nobis abſtrahuntur. Quòd autem ſine hac additione gratiæ quidã merita noſtra loquuntur, & vitã iuſtam ſpondent, de reliquiis

Pela-

Digitized by Google

Pelagianorum, aut gentilium hoc traxerunt. Quod passim antiqua patrum fides, si attendatur, ostendit. Vnde super illud Psal. 60. Misericordiam & veritatem eius quis requiret AVGV. Breuiter accipite quid sit misericordia & veritas: quia non paruum est, quod dictū est: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: misericordia dicitur, quia non merita nostra attēdit Deus, sed bonitatem suam, vt peccata nobis omnia dimitteret: veritas autē, quia nō fallit reddere quod promisit. Hæc ille. AV-
3 THOR. Quòd† absolutè dicit Augustinus, q̄ merita nostra nō attendit Deus, sed bonitatē suam: alioquin non coronaret nos in misericordia & miserationibus, sed in iustitia sua, & meritis nostris magis. Itē super illud Psal. 32. versu. Ecce oculi domini super metuentes eū. AVG. Non de meritis nostris, non de fortitudine, non de virtute, non de æquo, sed de misericordia eius. Hæc ille. AVTHOR. Nō de meritis, non de virtute, imò nec de æquo: quomodo ergo de merito, & condigno? Item de vera innocentia, propositione. 54. AVG. Omnes nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito. Hæc ille. AVTHOR. Item super psalmū, Beati immaculati: versu, Vocem meā audi secundùm misericordiam tuā Domine. AMBRO. Semper homo si etiam iustus est, & sanctus, sic debet orare, vt exaudiat eum Dominus secundū suam misericordiam, non secūdùm meritū virtutis alicuius: quia rara virtus multa peccata. Hæc ille. AVTHOR. Optima† ratio sanc-
4 ti patris Ambrosij quare nullus iust⁹, aut sanctus homo debet meritum suum allegare dū orat: quia rara virtus nostra, & multa peccata. Quid ergo iuuat fatuū oratorem necessitare Deum per vnum actū virtutis, vbi librātur ad oppositū centū peccata? quia hoc dicit Witcleff Deū non requirere cogitationem orantem, vel vocem, sed omnino vitā suæ iustitiæ complacentē. Et quis tūc stabit in conspectu iudicis exigēs sibi iustitiam fieri propter manipulū meritorum quē exhibet? Et surdus est Witcleff, ne audiat spiritū sanctum in Iob dicentē ca. 22. Quid prodest Deo si iustus fueris? aut qd ei cōfers si immaculata fuerit vita tua? nunquid timens arguet te, & veniet tecū in iudiciū, & nō propter malitiam tuā plurimā, & infinitas iniquitates tuas? Quocirca Psalmista orat Dominū. Non intres, inquiens, in iudiciū cum seruo tuo Domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Super quē versum in expositione Psal. 142. HILARI. Quid enim spei est, si iudicare nos secundū se Deus velit, si ad comparationē sui, vitæ
5 nostræ innocentiā postulabit? Iustificari† autem in conspectu Dei quis viuentium potest: cui ira, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui obliuio, cui casus, cui necessitas vel per naturam corporis, vel per motū animæ semper fluctuantis ammixta sit? Cui & quotidie grauissimus hostis immineat diabolus, videlicet animæ viri fidelis insidians, eamq; ad interitū persequēs: hanc enim esse causam docet, quia nemo viuens iustificari in conspectu Dei pos-
6 sit. AVTHOR. Ecce† vbi iam est iustitia vitæ Witcleff? vbi opera meritoria, in quibus confidere hominem consulit super omnes orationes, & deprecationes quascunque pro gratia Dei hic & in futurum: cùm ex operibus suis nemo iustificabitur in conspectu Dei: & quomodo ad illorū mēsuram Deus necessariò iudicabit? Multò disertius orauit sanctus voce pia ostentationem denegās meritorum: propter temetipsum inclina Deus meus aurē tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationē nostrā. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuā, sed in miserationibus multis. Bene exorditur precem suā sanctus orator, dicēs, propter temet ipsum Deus audi. Secūdū consiliū Witcleff dixisset nō sic, sed, propter memetipsum Deus, & propter opera meritoria mea me audi. Sed August. consiliū istud spernens, secundū Danielis sententiā merita non promouit, sed misericordiam appellauit: merita, inquiens, nostra non attendit Deus, sed bonitatē suam. Et sanctus Daniel æquè subintulit. Neque. n. in iustificatiōibus nostris prosternimus preces, sed in miserationibus tuis. Vbi iā oratio Witcleff vitalis, quam propheta sanctus propalare nō auderet, sed occultat: orationem autem cordis, & oris publicè profert, vt gratiā consequatur? Et vt à prophetis quādoq; veniamus ad Christum, ipse in euangelio Lucæ. 17. planissimè docet contra Witcleff sub specie domini dicentis ad seruum suum venientem de agro: para vt cœnem, & præcingere, & ministra mihi donec manducē & bibam: & post hæc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiā habet seruo illi quia fecit quæ illi imperauit? Non puto. Sic & vos cùm feceritis omnia, quę præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Verba plana sunt, & sensum Christi secum ostendūt. Cùm feceritis quæ præcepta sunt vobis, nolite decipi secundùm Witcleff in operibus confidentes, sed in gratia Dei: tantū dicite, q̄ quātum ex operibus præceptorum habemus, aut

Rara virtus, peccata multa.

Digitized by Google

luſtitiæ vitæ noſtræ,ſerui inutiles ſumus.Meritoria opera nō negamus,dicēte Chriſto pro nobis.Quod debuimus facere fecimus: in his tamen omnino non confidimus,ſed in gratia Saluatoris:vt ad ipſorū menſurā,vel ſupra,de quolibet præmiemur.Quod ponit ſuper eundem textū in cōmentario lib.5.ca.5.BEDA. Serui inutiles ſumus: quia nō ſunt condignæ paſsiones huius tēporis ad ſuperuenturā gloriā,quæ reuelabitur in nobis. Et alibi.Qui coronat te in miſeratione & miſericordia:nō ait, in meritis,& operibus tuis:quia cuius miſeratione prēuenimur,vt humiliter Deo ſeruiam⁹, eius munere coronamur,vt ſublimiter cū illo regnemus. Quod debuimus facere fecimus. Quia Chriſtus nō venit miniſtrari, ſed miniſtrare:debitores ſibi nos fecit,ne noſtris videli cet operibus confidētes, ſed de eius ſemper examine pauētes,cū propheta dicamus,Quid retribuemus domino pro omnibus quæ tribuit nobis?Hæc ille.AVTHOR.Ecce iam armata verba Chriſti contra Witcleff aſcendūt. Nō,ait,inquit Beda,in meritis & operib⁹ tuis: & iterum:ne noſtris videlicet operibus confidentes,vt planè pateat hanc ſanctos antiquos ſtatuiſſe ſibi cōmunem doctrinam cōtra Plagianā ſententiā,quā ſub eiſdē verbis Witcleff nūc reportauit in orbem.Re enim vera nō ſapiūt hoc dicētes quanta cēſura credendum ſit nos nihil habere boni quod nō accepim⁹, ſed Dominū omnia agere in nobis,nō opera tantū,ſed velle ipſum,quod eſt principiū operis, perfectionis,& meriti,iuxta Apoſtolū.Hoc ergo ſi ſaperēt,& q̄ nō ex ſe,ſed ſpiritu Dei agūtur,qui filij Dei ſunt,nō cōfidendū in meritis propriis ſcriberēt:quin potius,Bonū eſt cōfidere in domino quàm cōfidere in homine, omni mēte ſonarēt. At ſtatim proſiliūt vt dicāt, Quid ergo ꝓderit nobis facere, ſi cūcta faciat Deus,& merita noſtra nō attendit, ſed gratiā operantis,& velle,& facere? Reſpōdet AVG. libro de correptiōe & gratia ad principiū. Nō ſe itaq; fallant qui dicūt,vt quid nobis prædicatur atq; præcipitur vt declinemus à malo & faciam⁹ bonū: ſi hoc nō agimus,ſed id velle & operari Deus operatur in nobis? Sed potiùs intelligant ſi filij ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, vt qđ agendū eſt agāt: & cùm egerint,illi,quo aguntur,gratias agāt:agūtur enim,vt agāt,nō vt nihil agāt:&ad hoc eis oſtenditur quid agere deb eāt,vt quādo id agūt ſicut agendū eſt.i.cū dilectione,delectatione,iuſtitiæ ſuauitatē,quam dedit Dominus,vt eius terra daret fructū ſuū, accepiſſe ſe gaudeant. Quādo autē non agūt, ſiue omnino non faciendo,ſiue nō ex charita te faciēdo,orent,vt quod nō habent, accipiāt. Hæc ille.AVTHOR. Vtrobiq; ergo ad orationem,humanam reflectit ſolertiam: vel ad gaudendum in Domino, ſi ab eo acceperint, vt eius terra meritorij operis daret fructum: quod omnino à confidentia in propriis meritis extat diuerſum:vel ſi bene facere non acceperint,vt accipiāt. Nuſquam autem vt in bene factis ex parte,vel omnino confidant.

Quòd plus confidendum eſt precibus,quàm aliis meritis in conſpectu iudicis.Et quę ſunt preces vocales Chriſtianorū.

CAP. X.

SVMMA.

1 *Preci quòd ſit innitendum,cùm recta agimus, ſecundùm Gregorium.*
2 *Iuſtitia omnis humana,quòd iniuſtitia eſſe conuincitur,ſi diſtrictè iudicetur.*
3 *Oratio ſola quòd poßit hominem ſaluare, & iudicē flectere.*
4 *Orare ueraciter quid ſit,ſecundùm Gregorium.*
5 *Ninuitarum oratio deſcribitur, & quomodo exauditi fuerint de cælis.*
6 *Lachrymis quòd non iraſcatur Deus.*
7 *Puerorum laus ore deprompta,quòd fuerit oratio perfecta.*
8 *Præcurſoris iubilus in occurſu ſaluatoris. Et quid ſit Iubilus.*
9 *Deus uerbum,quòd requirat orantis uerba.*
10 *Deus ut bonum faciamus,quid ad gloriam eius requirat à nobis.*
11 *Orandum quare ſit uoce,& uerbis.*

SED dicis, multiplicius bonum opus eſt ſanctū, quàm opus mentis tantùm:quia & ſanctitatem mentis habet, & operis. Vnde & craſsioris eſt meriti in conſpectu iudicis. De hac re diſputationem non fixi: ſed vtrum melior ſit oratio vitæ iuſtæ præciſa ab oratione affectus, vel vocis, quā dicis eſſe in mutis, & paruulis,& quam ſolā requirit Deus. Hoc tamen ſcio ex ſcripturis,quod ſancti viri aſtātes ſummo iudici omnia iuſta opera ſupprimant,tradentes ſe ad orationem animi,vel ſermonis,ſecundùm illud Iob.9.Etiam ſi habuero quippiam iuſtum,nō reſpondebo,ſed meū iudicem deprecabor.Super quod lib.9.moralium.GREGORIVS.Etenim, vt ſæpe diximus,omnis humana iuſtitia iniuſtitia eſſe cōuincitur,

Digitized by Google

uincitur,si districtè iudicetur. Prece post iusti
tiam indiget,vt quæ decumbere discussa pote
rat,ex sola iudicis pietate conualescat. Sequi-
tur.Dicat ergo,etiã si habuero quippiã iustũ,
non respondebo,sed meum iudicem deprecа
bor,vt si apertius fateatur dicẽs. Et si ad opus
virtutis excreuero ad vitam,nõ ex meritis,sed
1 ex venia conualesco. Preci † itaq; innitendũ
est cùm recta agimus:vt omne, quod iustè agi
mꝰ,humilitate cõdiamꝰ.Hęc ille.AVTHOR.
Ecce confidentiam meritorum, quam prædi-
cat Witcleff,vt secũdùm illa Deus necessariò
præmiet.Ecce vitã iustitię hominis,quã Deus
omnino requirit:non autẽ preces mentis, vel
oris: cùm omnis iustitia nostra ibi ex sola ve-
nia conualescat, & ideo precis post omnẽ iu-
stitiam suã indigeat. Vnde postea GREGO.
De iustitiæ suæ meritis nõ confidẽs,sed ad so-
lam se spem postulationis conferens, subdit.
Quòd etiam si habuero quippiã iustum, non
respondebo, sed meum iudicem deprecabor.
Hæc ille.AVTHOR. Totũ dicit contrarium
Witcleff,qui nec ad iustitiam vitæ pro securi
tate recurrit,nec in iustitiæ suæ meritis confi-
dit:ideo illis tacitis,ad solam spem postulatio-
nis,& sanctæ precis accelerat. Cur hoc? quia,
2 vt sæpe dixit,omnis † humana iustitia iniusta
esse conuincitur,si districtè iudicetur.Hoc lib.
8.iam dicit textu Iob,Oculi tui in me, & non
subsistam.GREGO. Hoc ipsum quoq; ꝙ iu-
stè videmur viuere, culpa est, si vitam nostrã
cùm iudicat,hanc apud se diuina misericordia
non excusat.Hinc scriptum est,Astra nõ sunt
munda in conspectu eius: quia apud eum di-
strictè iudicati,ipsi quoq; maculas inquinatio
nis habent, qui per munditiam sanctitatis lu-
3 cent. Hæc ille.AVTHOR. Quis † igitur ne-
get hanc esse orationem præcipuam,quæ so-
la hominem saluare poterit, & iudicem flecte
re?Obtice solam orationem tuã vitalem, quã
iustitiam meritorũ appellas, & petis deprecа-
re iudicem oratione iusti desiderij,aut vocis,&
hæc orandi species meritis tuis pristinis coro
nam adducet ab eo, qui iustitias non coronat
nisi in misericordia,& miserationibus. Sed di-
cit Witcleff,quòd in mutis,& infantibus iustã
vitam exaudit Deus sine oratione tali mentis
* *Tempus sensibile.* & vocis omnino,quia non habent* possibili
tatem taliter exorãdi:quasi oporteat eas viro-
rũ expectare figuras. Vir iste magnis coarcta-
tur angustiis,qui latitudinem orationis mẽta-
lis & vocalis tam arctis admittit compedibus:
quasi flagrans desiderium cordis non inuenia
tur in mutis: aut saltem ipse gemitus cùm fit
ab ore muti,vel infantis,non esset oratio,cùm
dicat GREGO.libro.23.moral.12.ca. Quòd
4 † veraciter orare,est amaros gemitus, nõ ver-
ba composita resonare. Et libro primo super
Lucam.capit.3.AMBRO.Ille clamat, qui in
corde suo clamat per diem.Qui ergo clamorẽ
cordis perdidit,& linguæ perdidit. Hæc ille.
5 AVTH.Duco † eum item ad merita Niniuita-
rum,in quibus non tantùm homines perfe-
cti,sed infantes,& bestiæ mugiẽtes orasse scri-
bũtur,& exauditi de cælis. Quem locũ tractãs
in sermone de ieiunio Niniuitarũ,qui sic inci-
pit, Clemẽtissimus Ioãnes episcopus. Adhuc
triduũ,&Niniue subuertetur.His auditis,Nini
uitæ, rex,vniuersæq; dignitates, comites,sena
tores, prĩcipales,abiecta purpura,& byssо, in
duti sunt cilicio:delicatę & illustresfœminę de
posito honestatis cultu, despecto capitis orna
mẽto,cinerevultibus defœdatis,omnes ad pœ
nitentiã conuolant. Teneri adhuc infantes,&
ignari paruuli ab vberibus matrum separan-
tur,vt fierent in pœnitentia cõsortes. Anima-
lia quoque cũ dominis seruauêre ieiunia, ste-
têre longa pecudum & mũda præsepia:& qui
bus fletum natura denegabat,suis tamen mu-
gitibus pœnitentium lachrymas adiuuabant.
Nemini iam licuit esse felicem:ciuitatis interi-
tum planxit etiam qui non timuit: iusti ora-
bant, vt peccatores liberarentur: peccatores
orabant,vt iusti exaudiri mererentur: omnis
omnino vtriusque sexus ætas in cinere & cili-
cio voluebantur,clamantes,& dicentes, Quis
scit,si miserebitur Dominus, & auertetur ab
6 ira furoris, & non peribimus? Et † quia Deus
nunquam iratus est lachrymis, misericordia
motus,pœnitentium voces exaudiuit,senten-
tiam mutauit, & veniam peccata deflentibus
cõdonauit.Hæc ille. AVTHOR. Quàm fide
lis expositio sancti patris, ꝙ teneri adhuc in-
fantes ab vberibus separati, sicut & omnis æ-
tas clamabant,& dicebant,Quis scit,si misere-
bitur Dominus. Et pecudes pœnitentium la-
chrymas adiuuabãt.Sicut item in Iohele pro-
pheta cap.1.bestiæ agri quasi area sitiens im-
brem,suspexerũt ad Dominũ:quoniam exic-
cati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit
speciosa deserti.Vbi in commẽtario AVGV.
Clamare ad Dominum prophetam, & iumẽ-
ta ad eum suspicere fecit ignis, qui deuorauit
speciosa deserti, & flamma, quæ succendit o-
mnia ligna regionis.Sequitur: Simulq; consi-
deremus,quòd nisi propter angustiam,& abla
tionem deliciarum,nec propheta, nec bestiæ
clamassent,nec ad dominũ suspexissent. Hæc
ille.AVTHOR. Ecce bestiæ clamabãt, & su-
spexerunt ad Dominum.Clamor iste non ex-

Lachrymis non irascitur Deus.

Digitized by Google

pectabat poſsibilitatem taliter exorandi, ſed communi fide maiorũ fiebat: ſicut libro primo ſuper Lucã cap. 3. AMBRO. Vox enim noſtra fides eſt. Et ideo Apoſtolus, In eccleſia malo quinq; verba loqui mente mea vt alios inſtruam, quàm decem milia verborũ in lingua. Hæc ille. AVTHOR. Et † item nunquid laus puerorum ore deprompta, perfecta fuit oratio? & nunquid eis etiam oratio vocalis defuit, cùm rogarẽt oſanna, quod interpretatur, ſaluifica? Et nunquid hi erant, de quibus Saluator intulit ex Pſalmiſta: Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem? Et † præcurſor inuitro iubilum edidit in Saluatoris occurſu. *Iubilum.* Et iubilus altiſsimæ orationis eſt ſpecies, vox. f. ineffabilis gaudij, cùm nec loqui poſſumus, nec tacere permittimur, prout illud notat ſuper Pſal. Qui ſatiat in bonis deſideriũ tuũ. AVGV. Bonum eſt Deus: quale bonum? quis dicat? Ecce non poſſumus dicere, & non permittimur tacere. Ergo ſi non poſſumus dicere, & præ gaudio non permittimur tacere, iubilem⁹. Iubilate Deo ſalutari noſtro, iubilate Deo omnis terra. Quid eſt iubilate? differte vocem ineffabilem gaudiorũ veſtrorum, & eructate in eũ lætitias veſtras. Hæc ille. AVTHOR. Exiliter ergo nimis, vt mihi videtur, Witcleff ſapuit de diuinis, quãdo beneficium orationis, pro defectu verbi ſenſibilis infantibus abnegauit, & mutis: ipſe enim gemitus cordis etiã in viris perfectis ipſe ſanctus plus omnibus orat, etiam in cuius operatione Deus verba nõ quærit: ſicut epiſtola ad Probam de orando Deo, AVG. Plerunq; hoc negotium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur, plus fletu, quàm affatu. Poſuit enim lachrymas noſtras in conſpectu ſuo: & gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo, qui omnia per verbũ ſuũ condidit, & humana verba non quærit. Hæc ille. AVTHOR. Hinc forſan accepit Witcleff, quòd Deus verba noſtra non quærit: ſed exceſsit ſententiam mandatorum, quando cogitationes adiunxit: dicente Auguſtino, q̃ gemitus noſter non eſt abſconditus ab eo. Verùm errauit de verbis, cùm intelligat Deum illa quærere à nobis dũ oramus: quia quod tradidit, hoc requirit: ipſe verba in orando nos docuit propter nos. ſ. vt quomodo in oratione loqui debeamus, exprimeret: ſicut in libro de magiſtro poſt principium AVGVSTIN. Nõ ergo te moueat, quod ſummus magiſter, cùm orare doceret diſcipulos, verba quædam docuit, in quo nihil aliud videtur feciſſe, quàm docuiſſe quomodo in orãdo loqui oporteret. Hæc ille. AVTHOR. Et hanc antiquam fidem etiam apud Ethnicos probabilem fecit antiquus lib. 6. diuinarum iuſtitutionum in fine LACTANTIVS. Verbo. n. ſacrificari oportet Deo: ſiquidem Deus verbum eſt, vt ipſe confeſſus eſt. Summus igitur colendi ritus eſt ex ore iuſti hominis ad Deum diuina laudatio. Quæ tamen vt ipſi Deo ſit accepta, humilitate, & timore, & deuotione maxima opus eſt. Ne quis fortè integritatis, atque innocentiæ fiduciam gerens, notam tumoris, & arrogantiæ incurrat, eoq; facto gratiam virtutis amittat: ſed vt Deo charus ſit, omniq́ue macula careat, miſericordiam Dei ſemper imploret: mihiq; aliud peccatis ſuis niſi veniam, licet nulla ſint. Si quis aliquid aliud deſiderauerit, non eſt opus indicare Deo ſcienti quid velimus. Si quid boni euenerit, gratias agat: ſi quid mali, ſatisfaciat: & illud ſibi propter peccata ſua veniſſe fateatur, & nihilominus etiam gratias agat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † Deus verbum, orantis verba requirit. Cauendum tamen ne de merito innocentiæ fiduciam gerat, quod eſt dicere, cõfidat in eo: quia tunc gratiam virtutis amittit. Et nota quod dicit, ſummus colendi ritus eſt ex ore iuſti hominis, conformans ſe Apoſtolo ad Hebræos vlti. per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentiũ nomini eius. Exponit ergo Apoſtolus hoſtiam laudis fructum labiorum confitentium nomini eius: non dicit, laborum, aut actuum aliorum, ſed labiorum, quibus oratur Deus quotiens ſic laudatur. Requirit ergo Deus verba noſtra, ſi lingua ſufficiat, vt benedicat omnis caro nomini ſancto eius, ſed hoc propter nos: ita tamen, vt eloquium ſpiritu decoretur ad intra, & fiat argentũ igne cordis examinatum. Quòd tamẽ verba Deus non requirit, vt ipſis inflectatur, aut inſtruatur, eſt quod intelligunt ſancti patres: ſicut lib. 3. de ſummo bono capi. 7. ISIDORVS. Non in multiloquio exaudiuntur homines à Deo, quaſi plurimis verbis eum conentur inflectere. Neque enim conciliat eum multiplex orantis ſermo, ſed pura, ſynceraq́; orantis intentio. Bonũ eſt corde ſemper orare, bonum eſt etiã ſono vocis Deũ ſpiritualibus hymnis glorificare. Hæc ille. AVTHOR. Deus † ergo, vt bonum faciamus ad gloriã eius, bonũ animũ requirit à nobis, bonũ deſiderium, bonã cogitationẽ in mente, bonũ gemitũ in voce, bonũ verbũ ab ore, bonã vitã vtrinq; & verbo & opere. Vbiq; à nobis propter nos bonũ noſtrũ requirit, qui ꝓpter ſe vllo bonorũ noſtrorũ non eget. Quale hoc bonũ noſtrũ ſit, quod ex ſic orãdo certis

Digitized by Google

certis temporum interuallis attrahitur, subtiliter exponit in dicta epistola ad Probam AVGV. In ipsa fide, spe, & charitate continuato desiderio semper oramus: sed ideo per certa interualla horarum, & temporum etiam verbis rogamus Deum, vt illis rerum signis nosipsos admoneamus, quantumq; in hoc desiderio profecimus, nobis innotescam⁹, & ad hoc agendum nosipsos acriùs excitemus. Dignior enim sequitur effectus, quem feruentior præ-
11 cedit affectus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † q ideo oramus voce, & verbis, vt illis signis monitionē accipiamus, qua ex affectu bono proficimus: & item vt eo acriùs augeamus affectū illum, quo nos profeciſſe videmus: totaq; oratio ista verborum à sancto fluit mentis desiderio in ipsa fide, spe, & charitate continuato. Si hanc orationis cogitationem non requirat Deus, dicat Witcleff quid sibi fides sua, spes sua, charitas sua proficiat: cùm omnes istæ in suo desiderio qualitates mentis sint actus, vel habitus.

¶ Ad argumentum Witcleff de necessitate Dei per preces hominum, Responsio.

CAP. XI.

SVMMA.

1 *Deus quòd possit impediri, aut sanctorum precibus retineri, ne usq; ad quantum culpæ iustitia postulat, ipse sæuiat.*
2 *Misericordia Dei quòd tanta sit erga sanctos, ut quasi eorum precibus uelit retineri ne faciat.*
3 *Moyses q. uicerit plagā à Deo paratam, non Deū.*
4 *Sanctorū intercessio demōstratur cōtra Witcleff, qui sanctorum orationes pro nobis contemnit.*
5 *Authoris dictū contra necessitatē fatalē Witcleff.*
6 *Notabile contra prolixum esse Witcleff.*
7 *Continuatio quomodo augeat meritum orationis.*
8 *Origenes ostendit præstantiā orationis, & operis.*
9 *Ablingere, ut ablingit uitulus, quid sit.*
10 *Religio specialis Israël, non tam armis, & manu, quàm sanctis orationibus hostes prosternere.*
11 *Oratio crebra commendatur ad Ambrosio.*

SED contra hæc Witcleff rixatur sic. Posset stultus dimittere opera meliora, & intēdere orationi, acsi necessitaret Deū ad dandū homini illud quod petit. ca. secūdo de oratione Witcleff. AVTHOR. Hoc nō dicet tecū vir catholicus, qui exuflās necessitates tuas hæreticas, quotidie orās dicit, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis pater noster. &, Fiat volūtas tua sicut in cęlo & in terra. Attamē ex fide scripturæ si verborū proprietas nō ponderet præter æquū, secundū sanctam quandā audaciā ad tantū præsumere possunt fideles de Dei clementia, q̄ quicquid pro salute sua orāt, quasi necesse erit hoc Deū præstare petētibus. Sic enim librat hæc verba super Psal. Beati immaculati, versu, Clamaui ad te, saluū me fac, HILARIVS. Nos verò salutē tanquā debitum postulamus, & velut Deo sit hāc eandē pręstare necesse, primis ab eo precibus oramus, atq; vtinā cordis clamore loqueremur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce Hilarius concedit tibi in pia deuotione fideliū eos sic deditos ad orandū, acsi necessitarēt Deum ad præstandū quod petūt. Nō putes, inquiens, hoc dicere secundū quendā modum nostrū, in re tamen nō sic est. Ideo dicit sic sicut & tu dixisti: itē habēt tropū. No-
1 uimus Deū † impediri posse, aut sanctorū precibus retineri, ne vsq; ad quantū culpę iustitia postulat, ipse sæuiret. Nā quid prętendit aliud quod ad Moysen Domin⁹ ait Exodi. 32. Cerno quòd popul⁹ iste durę ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus, faciamq; te in gētē magnam? Quasi diceret, vim quādā mihi facis quantū ex pietate portare dispono. Sed dimitte me, & tūc irascar, cùm nō talis fuerit intercessor. dimitte, inquit, me. Quem locū per tractās in minori breuiario super illud Psalm. Moyses & Aarō in sacerdotib⁹ eius, & Samuel inter eos HIERONY. inquit. Vide potestatem: quid ei dicit Deus? Dimitte me, vim mihi facis, preces tuæ quasi tenēt me: manū meā retinent orationes tuæ. Ego mitto sagittam, & iacula, & orationes tuæ protegūt populū. Dimitte me vt percutiā populū istum. Simulq; considerate misericordiam Dei. Quando dicit, dimitte me, ostēdit q̄ si non dimiserit Moyses, Deus nō percutit: si ergo tu nō dimiseris, ego nō percutiā: dimitte me, & percutiā. Legimus in libris Regum, quòd Samuel iram Dei prohibuit venientem super populum: quoniā & in tempore messis fecerit pluuiam, & tonitrua, & fulmina: & quid ibi scriptum est? Et venerunt, inquit, lapides grandinis, & percusserunt allophylos. Vide quàm sapiens ignis, sapiens grando. Dimitte me, & percutiam. Vbi Samuel erat, fulmina non audent venire. Vident enim Prophetam Dei, vident Leuitam. Manus Samuelis minabantur fulminibus, ille orabat, & fulmina venire nō po-
2 terāt. Hæc ille. AVTHOR. Ex † hoc literali

interprete,& ſancto patre habemus ex intentione ſcripturæ tantam eſſe Dei miſericordiã erga ſanctos,vt quaſi eorum ſanctis precibus velit retineri ne faciat.Sicut etiã vult per eoſdem inuitari vt faciat. Si iſta tibi neceſsitas nominetur, qui rerum neceſsitates abſolutas impingis,tu videris. Tu dicis. 11. trialogi ter damnati,quòd creaturæ etiã peccabiles Deũ neceſsitant ad creandum. Tu dicis ſermone. 44.ex neceſsitate futurorum ſequi quam tu tenes, quòd ſiue oretur, ſiue non oretur pro perſona data de neceſsitate Deus, tantus profectus euenit vt fuerit Deo digna:ſic tibi videtur neceſsitari Deum facere.Certè viris catholicis non ſic videtur,ſed reputant hæc de diuina tantùm emanare clementia,qui ab infirmitate hominum quaſi vinci,& teneri,ac prohiberi dignatur:vt quaſi oſtendere homini velit quanta ſanctorum precibus contra reorũ plagas ineſt poteſtas.Quòd ſi ſubtiliter cogitetur,adhuc non eſt poteſtas contra Deum, ſed in creaturas diuerſas homini limitata: ſicut ſapienter oſtendit per metaphoram ſuã ibi HIERONYMVS, quòd ſapiens grando,& ſapiens fulmen viderunt manus Samuelis orantis,& deſcendere non audebant.Reuera quia per huiuſmodi creaturas ad vlciſcendum diuinam deſtinatas iniuriam, Propheta in oratione præualuit: ideo Deum tenere ac prohibere ſcriptura cõcedit. Sic etiam ſapiẽs Pſalmiſta de hoc facto Moyſi dicit,quòd ſtetit in confractione,id eſt,obiecit ſe plagæ imminenti:non ipſe confregit Deum, ſicut ſuper illum verſum Pſalm. 105.dicit. vt diſperderet illos, ſi nõ Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in cõſpectu eius, AVGVS. Non ita dicit ſtetiſſe in confractione quaſi vt frangeret iram Dei,ſed in confractione,id eſt, in plaga, qua erant illi feriendi.i. obieciſſe ſeipſum pro eis,dicẽs:Si dimittis eis peccatũ dimitte:ſinautẽ dele me de libro tuo. Vbi demõſtratũ eſt,interceſsio ſanctorum quantũ pro aliis valeat apud Deum.Securus enim Moyſes de iuſtitia Dei,q eum delere nõ poſſet, impetrauit miſericordiã,vt illos,quos iuſte poſſet delere,non auferret:ita ſtetit in confractione in cõſpectu eius.Hæc ille. AVTHOR. Vi
3 cit † ergo plagam à Deo paratam, non Deũ: ſed etiam diabolo quãdoq; contra hominem à Deo datur poteſtas,& homini cõtra Angelũ:ſicut in Geneſi. Quãtò magis cõtra ſpiritus vltores,ſanctus homo poteſt à Deo impetrare victoriã? Vbi,inquit Auguſtinus,demõſtra
4 tur † interceſsio ſanctorũ quantũ pro aliis valeat apud Deũ.Hoc verbum militat acerrimè cõtra Witcleff,qui ſanctorum orationes pro nobis contemnit.Occurrat hoc nobis in poſteris.Si † verò Witcleuiſta ibi capiat occa-
5 ſionem ſuæ neceſsitatis: quia dicit Auguſti. Moyſen ſecurum de iuſtitia Dei q eum delere non poſſet:Dicat mihi neceſsitatem ſuam, cùm ſubdit eũ impetraſſe Dei miſericordiã, ne auferret,quos iuſtè poſſet delere. Si prædeſtinatorũ libro inſcripti eſſent:quomodo deleri tunc poſſent? & iterũ,quomodo ab illo libro deleri poterant,qui inſcripti nõ eſſent? Si ergo inſcripti eſſent per neceſsitatẽ Witcleff, deleri non poſſent,ſicut nec Moyſes. Et cùm hoc indicet Auguſt. reſpondeatur ergo Witcleff,q orans Deum intentè,Deũ non neceſſitat:quia hoc tantũ à domino impetrat,q ab æterno ſe largiturũ orãti media interceſsione præſciuit. Alioqn dicat ipſe WITCLEFF, quare ipſe ſcripſit in tractatu ſuo de oratione dominica, petitione prima,q non obeſt, ſed conſonat orare pro illo,quod eſt euenire neceſſariũ.Hæc ille. AVTHOR. Huius rei fidẽ declarat ſuper illud Pſal. 105.Audiuit orationem eorũ,& pœnituit eũ.&c. AVGV. Hoc fecit quod diſpoſuerat,cùm tribulatis,& orãtibus ſe,id conceſſurũ eſſe præſciuerat:quia & ipſa oratio eorum cùm adhuc non eſſet, ſed futura eſſet, Deum proculdubiò non latebat. Hæc ille. AVTHOR. Nõ eſt ergo Deus neceſſitatẽ cõcedere,quod ab æterno diſpoſuit: nec erat illud euenire neceſſariũ,quia tunc negare petitũ non poſſet omnipotẽs: certè potuit negare,quod clemẽter tamẽ conceſsit,& ideo cõ
6 tingens fuit.Et † nota cõtra prolixũ eſſe Witcleff,q ipſa oratio aliquãdo non fuit, ſed futura fuit:& tamẽ tunc Deũ non latebat in cognito eſſe præſens: nec ergo quidlibet eſt Deus, quia oratio talis eſt,aut erat, quæ etiã tunc nõ erat,quãdo in eſſe cognito Deus erat: nec itẽ omne erit eſt quæ nõ, tamẽ poſtmodum erit. Vnde ergo proceſsimus reuertentes,dicamus ad Witcleff:bonũ eſt intendere prudẽti operi,nec tamẽ decipi oratiõibus intendẽtes, hac argutia:ſi bonũ eſt orare perhorã,ergo oratio in duplo diuturnior plus prodeſſet. Nã in prima congreſsione Iſraël contra Amalech in oratione Moyſi ſequela profecit Exodi. 17. Quia quandiu oraret Moyſes manibus eleuatis, vincẽbat Iſraël. Cùm verò dimitteret
7 manus, vicit Amalech. Vnde † cùm magis prodeſſet diuturna oratio,quàm horalis, vſq; ad occaſum Solis protendebatur oratio, & cõſecuta eſt plena victoria. Dicat nũc Witcleff, ſi multum profuit Iſraëli ad victoriam vnius horæ,horalis oratio: in duplo,& triplo, & ſeptu-

Contra neceſsitatem fatalem.

Continuatio auget meritum orationis.

Digitized by Google

& ſeptuplo, aut decuplo plus profuit oratio diuturnior inteſceſſoris etiam manibus fatigati. Et ſi literam inſpiciamus interius, contra noſtrum Witcleff planè militat hic proceſſus illius: quòd operationes bonæ ab ipſa oratione vnde prodeſſe poſſunt, accipiunt. Audiatur ſuper Exodum Homilia. 11. ORIGENES. Eleuare manus, hoc eſt, opera, & actus eleuare ad Deum: & non habere actus deorſum deiectos, & humi iacentes: ſed Deo placitos, & ad cælum erectos. Ita eleua & tu manus ad Deū. Imple mandatum, quod Apoſtolus dicit, Sine intermiſsione orate: & tunc fiet quod ſcriptum eſt: quia ſicut vitulus ablingit in campis herbam viridem, ita ablinget hic populū, qui ſuper terram eſt. Per quod, vt à maioribus accipimus, indicari dicitur, quia populus Dei nō tā manu, & armis, quàm, voce & lingua pugnabat, ideſt, orationem fundens ad Deum, proſternebat inimicos. Ita ergo & tu ſi vis vincere inimicos, eleua actus tuos, clama ad Deū: vt dicit Apoſtolus, orationi inſtantes, & vigilate in ea: hæc eſt chriſtiani pugna, qua ſuperat inimicum. Hæc ille. AVTHOR. Hic

8 † poteſt fidelis addiſcere à ſancto patre Origene præſtantiam orationis, & operis: ipſe dicit eleuationē manuum Moyſi opera deſignaſſe: ſed quia non ſufficeret ad victoriam qui manus leuauit, item orationem adiunxit. Et in his duobus ablinxit Iſraël populum illum de terra: quia hæc eſt pugna Chriſtiani, qua ſuperet inimicos, orationi inſtare, inquit: ſicut populus Iſraël, nō tam manu, & armis, quàm voce, & lingua, ideſt, orando vocaliter, æmulos ſuperauit. Vbi iam eſt operatio & actus, quæ melius orat? Vbi vita Chriſtiana, quam dicis ſanctis precibus meliorem? Nunquid dicit tibi, quòd magna pars vitæ Chriſtianæ eſt orare? Item vocaliter, iubente Chriſto, Orate, & nolite deficere. Et ſubiecit: ſic orabitis, Pater noſter. &c. Et nunquid ſecundùm Prophetam ſanctum, tentatio eſt vita hominis ſuper terram? Ergo ne à tentatione vincamur, oratio eſt quoque vita hominis ſuper terram: non penitus nuda vita, dicente Origene: Tu ſi vis vincere inimicos, eleua actus tuos, & clama. Et concorditer libro tertio de ſummo bono. capit. 7. ISIDORVS. Quia operari neceſſe eſt, & orare, bene iuxta vtrunq; dictum eſt, leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum, ne de negligentia mandatorum corde reprehendamur, dū ſalutē noſtrā obtinere, aut ſola oratiōe, aut ſola operatione cōtendim⁹. Poſtquā bonū opus agimus, lachrymæ orationi infundantur: vt meritum actionis humilitas impetret precis. Hæc ille. AVTHOR. Et iſte pater non dicit cum Witcleff dimittendo orationem confidendum eſſe in merito propriæ actionis: quia meritum actionis, vt dicit, humilitas impetrat precis: & ideo de negligētia mādatorum reprehēdimur, ſi ſola oratione, aut ſola operatione ſalutem obtinere contendimus. Ratio, quia ſecundùm prędictum verbum Origenis: in his duobus eſt pugna Chriſtiani, in actibus, & precibus. Et notanter dicit Chriſtiani. Sicut item victoria quotidiana Iſraël non tam manu, & armis, quæ opera bona ſignificant, quàm voce, & lingua prouenit. Et hoc erat illi populo ſpeciale: ſicut à maioribus noſtris accepimus, inquit. Et in expoſitione Numerorum aſsignat vnū magiſtrum de Iudæis, qui ſic ipſi retulit: hac de cauſa regem Balach adiſſe Balaam carminatorem, vt vinceret ſine armis, cùm verba verbis, & precibus ſuis Iſraëlitarum preces elideret. Homilia. 13. ORIGENES. Audierat rex Moab, quòd populus hic vincit orationibus, & pugnat aduerſus hoſtes ore, non gladio: & ob hoc ſine dubio apud ſe metipſum cogitauit, dicens: quoniam quidem orationibus populi huius & precibus nulla arma conferri poſſunt: ideo etiam mihi tales aliquæ preces & talia requirenda armaverborū, & orationes tales, quæ ſuperare poſsint orationes iſtorum. Vt autem ſcias tale aliquid cogitaſſe regē, ex ſcripturæ verbis intellige, quæ ego à magiſtro quodam, qui ex Hebræis crediderat, expoſita didici. Scriptum eſt ergo. Et dicit Moab ad ſeniores Madian. Nunc ablinget ſynagoga hæc omnes, qui in circuitu noſtro ſunt, ſicut ablingit vitulus herbam campi. Aiebat magiſter ille, qui ex Hebræis crediderat. Cur, inquit, tali vſus eſt exemplo, dicēs

9 † ſicut lingit vitulus herbam campi? Ob hoc ſine dubio, quia vitulus ore abrumpit herbā de campo, & lingua tanquam falce quæcunq; inuenerit ſecat: ita & populus hic quaſi vitulus ore & labiis pugnat, & arma habet in verbis, ac precibus. Hæc igitur ſciens rex, mittit ad Balaam, vt & ipſe deferat verba, verbis contraria, & precib⁹ preces. Hæc ille. AVTHOR.

Ablingere ut uitulus.

10 Ecce † ſpecialis fuit religio Iſraël inter cūctas ſeculi nationes, quòd nō tam armis, & manu, quàm ſanctis oratiōibus hoſtes proſterneret: quia ore, & labiis pugnans, arma habebat in verbis, ac precibus. Quantò magis Chriſtiani, qui ſunt Iſraël corde circunciſo, & ſpiritu, hoc inter omnes nationes habent religionis inſigne, ſiſtere precibus, & vitam innocuā armare diuinis verbis & colloquiis quantuncunq; poſſent, vim facere carni ignobili, vt orationē

Digitized by Google

ſuam cum Chriſto prolixam ducerēt contra cunctas nequitias irruentes: nec prætermittant vitæ ſanctitatem, ſine qua ſunt orationes caſſæ: ſed plus orationi, quàm operi cōfidant, propter eum, qui oranti aſsiſtit. Vnde & ibidem paulò ante idē ORIGENES. Amplius aliquid puto commouerit regem. Videtur enim audiſſe, quòd filij Iſraël ſolēt hoſtes vincere oratione, non armis, nec tam ferro, quàm precibus. Nulla enim Iſraël aduerſus Pharaonem arma commouit, ſed dictum eſt ei: Deus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Sed ne contra Amalechitas quidem tantum vis armorum, quantum valuit Moyſi oratio. Vt enim leuaſſet Moyſes manus ad Deum, vincebat ipſum Amalech: remiſſæ verò, & deiectæ, vinci faciebant Iſraël. Hoc profectò audierat Balach rex Moab. Scriptum eſt enim, Audierunt gentes, & iratæ ſunt, dolores apprehēderunt habitantes Philiſtiim. Hæc ille. AVTHOR. Ecce nulla arma commouit Iſraël aduerſus Pharaonem, ſed preces tantùm. Ideo dictum eſt ei: Deus pugnabit pro vobis. Quia ergo Deus ſic occurrit orantibus in bona vita, ideo in precibus confidendum eſt: & omni no precibus intendendum die noctęq;, maximè verò ab illis, qui ideo vacant operibus. De quibus item libro tertio de virginibus AM-
11 BROSIVS. Oratio † nos crebra Deo commendet. Sic enim Propheta dicit, Septies in die laudē dixi tibi. Quod ſi fecit, qui rex erat, neceſsitatibus occupatus, quid nos facere oportet, qui legimus, Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem? Certe ſolennes orationes cum gratiarum actione ſunt deferendæ cùm de ſomno ſurgimus, cùm prodimus, cum cibū paramus ſumere, cùm ſumpſerimus, & hora incenſi: cum deniq; cubitum pergimus. Sed in ipſo cubili volo pſalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice, vel cùm euigilaueris, vel antequam corpus ſopor irriget: vt te in ipſo quietis exordio rerum ſeculariū cura liberum diuina meditantem ſomnus inueniat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ad Ambroſium dicat iam Witcleff, qui tam intentū vult ad orationem facere quenquā die noctęq; ante ſomnum, poſt ſomnum, hora officij eccleſiæ, etiam in cubili ipſo, vt vix hora ſine orando pertranſeat: intendens neceſsitare Deum ad dandum hoc, quod petit.

¶ Ad argumentum Witcleff contra orationes, ne alia bona opera dimittantur.

CAP. XII.

SVMMA.

1 *Orationes quòd non ſint eo prætextu omittendæ, ne alia bona opera dimittantur. Et qui debeant indulgere propenſiùs orationi.*
2 *Cornelij Centurionis oratio & ieiunium.*
3 *Chriſtus quare dederit trinam illam de oratione cautelam, petite, quærite, pulſate.*
4 *Melius in ſe, & melius nobis, quòd ſemper ſit attendendum.*
5 *Oratio publica quòd ſit ſuccincta, & quare. Et quid de orationibus fratrum in Aegypto dicant Auguſtinus, & Caſsianus.*
6 *Homo quō ſit hortādus ad inſtandum ad modū angelorū, & fortiter ad orandū aliquantū cogēdus.*
7 *Orare quòd quandoq; nos fortiter cogat dñs, mittens nos in alta pericula, ut coēgit diſcipulos orare.*

QVID autem amplius ex priori deductione ſubinfert, ipſe palàm fecit ibidem. Intēdat prudenti operi, non decet ptus per iſtam argutiam. Oratio horalis multū prodeſt iuſto, vel populo pro quo orat: ergo oratio in duplo diuturnior plꝰ prodeſſet. Sic enim poſſet ſtultus dimittere opera meliora, & intendere vocali orationi. Hęc Witcleff. AVTHOR. Reſpondeo ſic, ſtultus poſſet, ſed ſapiens non deberet. Poteſt tamen eſſe, quòd opus melius ad eum non pertinet: ſicut ad ſimplicem religioſum conferre ſacros ordines, aut ad degradatum ſolennia celebrare: & multò prudentiùs tunc orationi priuatæ intenderet, quàm opus melius attentaret. Melius eſt in ſe opus
1 ſimpliciter, ſed non ipſis. Hi † ergo orantes, quibus alia forinſeca opera ſublata ſunt, tantò debent indulgere orationi propenſiùs, quantò à talibus operibus ne ſint eis debita, ſunt ſe queſtrati remotiùs. Vnde in epiſtola prædicta ad Probam iuxta finem AVGVSTINVS. Quantò magis domum veſtram piè tractatis, tantò impenſiùs orationibus inſtare debetis: rerum præſentium non occupatæ negotiis, niſi flagitante cauſa pietatis, ſanè memineritis orare pro nobis, nec negligenter. Hæc ille. AVTHOR. Ecce deuotæ fœminæ de-

Digitized by Google

debuerũt impẽſiùs inſtare orationibus, & opera, quanuis meliora, dimittere, quantò minus aliarum rerum erãt negotiis implicatæ. Quòd ſi impenſiùs quàm ſolebant, ergo ſi antea multùm eis profuit oratio horalis, oratio impenſior plus prodeſſet. Nõ dubiũ quin Petro principi Apoſtolorũ plus profuit oratio, quę ſine intermiſsione fiebat ab eccłia ad Deũ pro eo, quàm oro feciſſet horalis. Et ipſe † Cornelius orãs, & ieiunãs per quatriduũ ab hora. 6. vſq; ad horam nonã copioſiùs exauditur, propter orandi inſtantiam. Vnde lib. retractationũ ſuperactus Apoſtolorum BEDA. In græco pleniùs & apertiùs ſcriptũ eſt. A quarta die vſq; ad hanc horã eram ieiunans, & orans, à ſexta vſq; ad horã nonam. Vbi apertè oſtenditur, ꝙ quarta die antequã hæc cũ Petro loqueretur, ieiunus vſq; ad horã nonã permanebat: & vt ieiunium Deo acceptabile fieri poſſet, à ſexta diei hora vſq; ad nonã deuotis precibus agebat: ideoq; quod tanta ieiunii & orationis inſtantia quærebat, obtinere promeruit. Hęc ille. AVTHOR. Nota ꝙ Cornelius obtinere promeruit, qđ tanta orationis inſtantia perquirebat. Vnde † Auguſtinus dicit Chriſtum dediſſe trinam illam de oratione cautelam: petite, quęrite, pulſate, ad ſuadendum nedum inſtanter, ſed inſtantiùs, & inſtantiſimè nobis eſſe orandum, lib. primo retractationum. cap. 18. in fine AVGVSTINVS. Quod Dominus ait petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: operoſè quidem tria iſta quid inter ſe differant, exponendum putaui. Sed longè meliùs ad inſtantiam petitionum omnia referuntur. Hoc quippe oſtẽdit, vbi eodem verbo cuncta concluſit, dicens: quantò magis pater veſter, qui in cælis eſt, dabit ſpiritum bonum petentibus, & quærentibus, & pulſantibus. Hæc ille. AVTHOR. Pro certiori tamẽ huius euidentiæ documẽto ſemper † attendendũ eſt quid in ſe melius eſt, & quid nobis melius pro neceſsitate huius vitę, & noſtræ fragilitatis intuitu. Ecce Apoſtolus ad Corinth. dicit. Bonum eſt homini mulierem non tangere. Propter fornicationem aũt, vnuſquiſq; ſuã vxorem habeat, & vnaquæq; virũ ſuum. De virgine dicit, faciat quid vult, ſi nubat, non peccat: quia qui iungit virginem ſuam, benefacit, & qui non iungit, meliùs facit. De muliere vidua dicit, quæ vult, nubat tantũ in Dño: beatior autẽ erit, ſi ſic permanſerit ſecundùm conſilium meum. Ecce in omnibus his aliud eſt vtilius, & aliud eligendum, quod non permittit infirmitas. Meliùs mulierẽ nõ tangere, meliùs virginẽ non iungere. Beatiùs viduam poſt mariti mortem nõ nubere. Vbi tamen obſtat ſtimulus fornicationis, rumpenda eſt, vt ſaluetur, optio melioris, & datur tangere mulierem, & virginem iũgere, & nuptias petere viduatam: ita ſemper orare melius, non tamen ſemper pro hac carne conceditur, ne obtundatur intentio: ſed † breues ſaltem in communi ideo orationes eduntur, vt inter perfectos conſulatur infirmis: qualiter fratres in Ægypto feciſſe noſcuntur. In ſępe dicta epiſtola ad Probã AVGVSTI. Dicuntur fratres in Ægypto crebras habere orationes, ſed eas breuiſsimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilantia arrecta, quæ oranti plurimùm neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atque hebetetur intentio. Ac per hoc ipſi ſatis oſtendunt hanc intentionem ſicut non obtundendam, ſi perdurare nõ poteſt: ita ſi perdurauerit, non citò eſſe rumpendam. Hæc ille. AVTHOR. Caſſianus addit aliam rationem, ne dæmon infeſtus orantibus, aliquibus impedimẽtis mentẽ abducat. lib. 2. de inſtitutis monachorum. ca. 10. CASSIANVS. Ideo præcipiunt, ſubaudi patres, orationem celeri fine concludi, ne fortè immorantibus in ea, redundãtia quædam ſputi, vel phlegmatis interrũpat noſtrę orationis exceſſum: & idcirco dum adhuc feruet, velut è faucibus inimici velociter rapienda eſt. Qui proculdubiò cùm ſit nobis ſemper infeſtus, tunc maximè aſsiſtit infeſtior, cum cõtra ſe offerre nos Domino vel preces peruiderit, cogitationibus, ſeu diuerſis humoribus excitatis abducere mentem noſtram à ſupplicationis intentione feſtinans, ac per hoc eam tepefacere, abrepto feruore cõtendẽs. Quam obrẽ vtiliùs cenſent breues quidẽ, ſed creberrimas oro̅nes fieri: hoc quidẽ, vt frequentiùs Dñm deprecantes, iugiter ei cohærere poſsimus: illud verò, vt inſidiantis iacula, quæ infligere nobis tũc precipuè cùm oramus, inſiſtit, ſuccincta breuitate vitemus. Hęc ille. AVTH. Ex hoc loco forſan habuit Auguſtin⁹ oro̅nes fratrum in Ægypto fuiſſe breues, ſed crebras. Quæ omnes, non obſtante intermiſsione iſta frequenti, poſſent vnam cõſtituere orationẽ per ſe, & prolixam, quemadmodum ponunt logici ſecundam ſpeciem quantitatis diſcretæ ſimpliciter per ſe vnam. Sed tota ratio breuitatis huiuſmodi orationum, non erat bonitas maior ſimpliciter, ſed bonum noſtrum, & pro miſero huiuſmodi ſtatu moderata prouiſio, ne. ſ. tentatione dæmonis, vel laſsitudine noſtræ fragilitatis, deuotæ oro̅nis teperet affectus, alioqui q̃diu nõ tepuerit, propagari poteſt

Cornelius Centurio. 2

Oratio publica ſit ſuccincta. 5

3

Melius in ſe, & melius nobis. 4

teſt oratio. Ideo adiecit Auguſti. Si perdurauerit orationis intentio, oratio non eſt citò rumpenda. Vnde ſic procuranda eſt animæ ſtabilis puritas: ſicut eodem loco ſcribit idem CASSIANVS. Oīs monachi finis cordiſq; perfectio, ad iugem, ad indiruptam orationis perſeuerantiam tendit: & quantum humanæ fragilitati conceditur, ad immobilem trāquillitatem mentis, ac perpetuam peruenire nititur per veritatem: ob quam, omnem tam laborem corporis, quàm contritionem ſpiritus, in defeſſe quærimus, & iugiter exercemus. Hæc ille. AVTHOR. Et nota qualiter excipit: quantum, inquiens, humanæ fragilitati conceditur. Omnes enim operationes noſtræ intellectuales pro hac vita, quia vtimur actionibus ſenſuū, ſunt harmonicę, ſicut & ſenſus: ideoq; ſunt fatigabiles vltra medium poſitæ, & franguntur exceſsibus, ſimpliciter aūt meliores eſſent ſi durarent, ſicut orationes patriæ ſunt prolixæ, quia æternæ, vel per ſpeciē ſupplicādi vſque ad conſummatum iudicium, vel per ſpeciem iubili & gratiarum actionis poſt ſecūdam ſtolam adeptam. Apoc. 11. Factæ ſunt voces magnæ in cælo, dicentes: Factum eſt regnum huius mūdi Dei & proximi eius, & regnabit in ſecula ſeculorum Amē. Et Eſaiæ. 51. cap. Conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinē eius quaſi hortum Domini. Vbi. 70. quaſi paradiſum Domini gaudium & lętitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Super quod in cōmentario lib. 23. HIERONYM. Hoc notandum, quòd in Sion, quæ comparatur paradiſo Dei, aliud eſſe non debeat, niſi gaudium, & lætitia, confeſsio & vox laudis: vt quod in cælis facturi ſunt ſancti cum angelis Dei, hoc etiam in terra iugi in Domino laude meditentur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſancti cum angelis Dei nihil niſi gaudio & gratiarū actioni habent intēdere: & hoc in eccleſia iugiter meditari debemus. Quid hoc? niſi quòd conſuetudine bona proficere poſsit humana
6 operatio. Ideo † ad inſtandum hortandus eſt homo ad morem angelorum, & fortiter ad orandum aliquantum cogendus. Quod item poteſt probare textus euangelii, ſi penſetur, de illo, qui moleſtè flagitauit amicū, vt de nocte ſurgeret, & daret tres panes: prout luculenter declarat in epiſtola ad Probam AVGV. Ille, cui amicus de via venerat, nec qđ ei apponeret, habebat, ab amico cupiens ſibi accōmodari tres panes, quibus fortaſſe ipſa Trinitas vnius ſubſtantiæ figurata eſt, cum ſeruis ſuis dormientē petitor inſtātiſsimus & moleſtiſſimus excitauit, vt daret ei quantos volebat: magis & ipſe vitando tædium, quàm beneuolentiā cogitādo: vt hinc intelligeremus ſi dare cogitur, qui cùm dormiat à petente excitatur inuitus, quātò det benignius, qui dormire nō nouit, & dormientes nos excitat vt petamus? Hinc eſt illud. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Et infrà. Quid quærere nos facit, qui nouit quid nobis neceſſe ſit antequàm petamus, & intueri animum poteſt? Videtur ergo mihi, quòd Dominus noſter non voluntatem noſtram ſibi velit innoteſcere, quam non poteſt ignorare: ſed exerceri in orationibus deſideriū noſtrū, quo capere poſsimus quod præparat dare. Illud enim valde magnum eſt, ſed nos ad accipiendum parui & anguſti ſumus. Ideo nobis dicitur: Dilatamini, ne ſitis iugum ducētes cū infidelibus. Tantò quippe illud quod magnū eſt valde, quod nec oculus vidit, quia non eſt color: nec auris audiuit, quia non eſt ſonus: nec in cor hominis aſcendit, quia cor hominis illuc debeat aſcēdere: ſumemus capaciùs: quātò & id & fideliùs credimus, & ſperamus firmiùs, & deſideramus ardentiùs. Hæc ille. AVTHOR. Iam probauit ſanctus pater qđ dixi, ſcilicet quòd arcta eſt humanæ exercitationis affectio, maximè verſus inuiſibilia bona: ideo excitanda eſt eius pigritia, & puſillus animus dilatandus ad ſumendum capaciùs, illud magnum bonum diuinum: ad quod conſequendum, exercendum eſt in orationibus noſtrum deſiderium. Et ad hoc dicit Auguſtinus: Dominus nos dormientes excitat ad pe-
7 tendum: imò † quandoq; fortiter cogit orare, mittens nos in alta pericula. Qualiter diſcipulos orare coēgit, cùm excitarent eum dicētes: Domine, ſalua nos, perimus. Vnde in Homilia eiuſdē lectionis ORIGENES. Ingreſſus nauiculam, fecit turbari mare, commouit ventos, & excitauit fluctus. Cur hoc? ideo vt diſcipulos mitteret in timorem, & ſuum auxilium poſtularent, ſuamq; potentiam rogantibus manifeſtaret. Iſta tempeſtas nō ex ſe obortа eſt, ſed poteſtati paruit imperanti eius, qui educit ventos de theſauris ſuis, qui terminum mari arenam cōſtituit. Et infrà. Dormiebat itaque corpore, vt Apoſtolos ſuſcitaret, & euigilare faceret: præcipuè autem nos, ne vnquam omnino dormiamus in intellectu, aut prudentia: ſed vigilare in omni tempore, & iubilare Domino, & ſalutē ab eo poſtulare ſtudeamus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qđ Chriſtus Dominus Deus noſter docet verbis, hortatur exemplis, & crebris ictibus pulſat ſuos

ad

Digitized by Google

ad orandum, idq; vocaliter. Non ergo propter nudam vitam, sed oratione vestitam Christus se petẽtibus manum porrigit adiutricem: ideo vigilare in omni tẽpore, inquit Origenes, & iubilare Dño, & salutẽ ab eo postulare debem⁹.

¶ Ad argumentum Witcleff, q̃ quia Deus est omniscіens, propter misericordiam suã dabit vienti iustè &c. quod dabit cum oratione: & q̃ liceat orare aliis verbis, quàm expressè ordinatis in oratione Dominica.

Cap. XIII.

SVMMA.

1 *Hæresis uetus philosophorum de non orando Deum, propter eius præscientiam, quia scilicet omnia præscit. Quam uidetur sustinere Witcleff, & docere.*

2 *Orando quòd non simus narratores, sed rogatores, & desyderatores.*

3 *Oratio nostra uocalis ne sit uacua meriti, quomodo restat desiderare quod proderit.*

4 *Deus quòd uelit peti, ut nos capaces donorum eius fiamus.*

5 *Orare quòd liceat alijs uerbis, quàm expressè ordinatis in oratione Dominica, contra Witcleff, multis authoritatibus demonstratur.*

6 *Orantes ritè & congruẽter, quomodo nihil aliud oramus, quàm qđ in Dñica oratione positũ est.*

SVpecta est mihi probatio tertia, quam asseruit contra orationem vocalem infrà in illo cap. de oratione Matth. 6. Scit enim pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum. Cùm enim ex fide Deus scit omnia præsentia, præterita, & futura, & non solùm scit, sed præparat, ac disponit quod est vtile viatori: patet ex eadem fide, quòd homine viuente iustè, Deus propter suam iustitiam dabit ipsi, quod rationabiliter postulauerit. Hæc Witcleff. AVTH. Ego timeo mihi, q̃ perfunctoriè ponit hoc in cõclusione, postulationem vocalẽ: quia ad probandum q̃ Deus nõ requirit cogitationẽ vel vocẽ, sed solũ vitæ iustitiã, hoc assumpsit, & sic ad probandũ confidendũ esse in iustitia vitæ, quæ est omnino melior quàm vocalis: & quæ tunc consequẽtia, ergo per orationem vocalẽ, quæ est deterior, nec requisita Deo, deprecans impetrat quicquid petit, quia iustè viuit, magis sequitur: ergo ipsa oratio iustæ vitæ impetrat à Deo omnia per seipsam sine postulatione vocali. Et hoc opinor eum mente proponere, sed in verbo, vocalem, vel postulationẽ, disposuit sibi viã, quam imperitus posset aufugere. Si ergo sic voluit, & discipulos docuit orationem vocalẽ superfluam, vel saltẽ magnoperè nõ sequendam: quia Deus omnia parat & disponit in tãtũ vt si oret quis vel nõ oret, nõ magis vel minus dabit Deus qđ semper disposuit: sicut dicit sermone. 44. tertiæ
1 partis sermonum. Tũc † non est dubium sustinere eum, & docere hæresim illam veterum philosophorum de oratione, quam in eodem loco Matthæi. lib. 1. commentarii sui sic recitat HIERONYMVS. Scit pater vester quid sit opus vobis antequam petatis. Cõsurgit in hoc loco quædam hæresis, philosophorumq; dogma peruersum, dicentium, si nouit Deus quid oremus, & antequã oremus scit quibus indigeamus, frustra scienti loquimur. Quibus breuiter respõdendum est: nos non narratores esse, sed rogatores. Aliud enim est narrare ignorãti, aliud scientem petere: in illo iudiciũ est, hic obsequium: ibi fideliter referimus, hic miserabiliter obsecram⁹. Hęc ille. AVTHOR Vide ergo lector qualis ex hoc loco verborũ Domini error obrepsit: quia dixit Deus: scit pater vester quid vobis opus sit antequam petatis, frustra ergo scienti loquimur, inquiunt. hoc ita esset, si orare esset narrare, non rogare scientem, dicit Hieronymus. Et in epistola ad Probã AVGVSTI. Nobis verba necessaria quibus cõmoueamur, & inspiciam⁹ quid petamus: nõ quibus Dominũ seu docendũ, seu flectendũ esse credamus. Hæc ille. AVTHOR. Quid huc obtrudit Witcleff? Ex quo non solùm scit, sed ipse præparat, ac disponit, qđ est vtile viatori: quid tam auidè petitur verbis, qđ iam parauit vt detur? Quia bonus Dñs intendit excitare desiderium sumentis: idcirco ne vilescat donũ, vult in oratione prius audire de precãtis affectũ. Sic columba pręparat cibum pullo, sed differt dare, nisi gemitũ pulli postulantis audierit. Sicut & in secũda parte sermonũ sermone secũdo. AVG. Nolite multùm loqui, quia nouit quid vobis necessarium sit. Sed ne forte hic dicat aliquis: si nouit quid nobis necessariũ sit, cur oremus. Ideo voluit vt ores, vt desideranti det, ne vilescat quod dederit: quia & ipsum desiderium ipse inspirauit. Verba ergo, quę Dñs noster Iesus Christus in oratione docuit, forma est desideriorũ. Hæc ille.
2 AVTHOR. Hoc ait Hieronymus, q̃ † orando non sumus narratores, sed rogatores, & desideratores

Vetus hæresis de non orando deũ propter præscientiam.

ſideratores ſecundũ Auguſt. ideo forma verborũ Chriſti, eſt forma deſideriorũ, quæ ſunt preces mentis. Gloſſator Vitcleff purney in libello de oratione cap. 4. quod eſt de oratione, temerariè adducit Baſilium ex aſſumpto Thomæ prædicta firmantem. BASILIVS. Sæpius quidã obuiant dicẽtes, quare oramus? An ignorat Deus quid opus eſt nobis? Nouit quippe, & omnia ſpũalia dat nobis vberiùs, etiam antequam poſtulemus: ſed opera virtutis, regnumq; cælorum oportet prius optare, optantẽ verò quærere, quærentẽ ingerere per fidem & patientiam quicquid intereſt ſua, in nullo redargutum à propria cõſcientia. Hæc ille. AVTH. Optimè cõtra magiſtrũ ſuum, q̃ opus virtutis, & regnũ cælorũ prius eſt optandum, quod eſt oratio mentalis: & tunc quærẽ dũ oratione vocali: & ſic demũ ingerenda bona vita per fidẽ, & patientiã, ita vt in nullo redarguatur à ſua conſcientia. Quod item ante orationẽ præparãda eſt, nõ nego, ſed item per orationẽ quouſq; ad initium fidei veniamus, quod eſt merum Dei donum, & orationẽ præcedens, & meritũ: ſed proximũ huic nõ dubiũ ante omnem bonã vitã adulti, eſt oratio mentis ad Deũ, & ab ipſo in ſe cõuerſę. Hæc omnẽ aliam vitã, & omne meritum præcedit, & impetrat bonam vitam per gratiam. Ex fonte enim mentis tota manat merces, & operis, &
3 oris. Ne † igitur noſtra oſo vocalis ſit vacua meriti, reſtat deſiderare, quod proderit. Et iterum vt deſideriis mereamur, inſtanter orare Deus inuitat Hierem. 25. Tũc inuocabitis me, & ibitis in Hieruſalem, & orabitis, vt exaudiã vos. Vbi in cõmentario libr. 5. HIERONY. Certè abſq; vlla inuocatione, & oratione captiuorum, poterat implere quod promiſerat, ſed hortatur eos ad preces, vt quod promiſſum eſt, mereãtur accipere. Hæc ille. ISIDORVS. Ergo ſi hortatur nos Deus ad preces, vt promiſſa mereamur accipere: ſine precibus non illa merebimur nuda vita. Cui item cõſonat lib. 5. ſuper Lucã cap. 20. AMBROSI. Si enim amicus homo ſurgit de lecto, & dat non amicitia, ſed tædio victus: quantò magis dat Deus, qui ſine tædio largiſsimè donat q̃d petit. Sed ad hoc ſe peti vult, vt capaces donorũ eius fiant, qui petũt. Hæc ille. AVTHOR. Vi
4 de quòd † Deus peti vult, vt nos capaces donorum eius fiamus, hoc efficit in nobis ſecundùm deſideriũ quaſi omnis animæ aperturã. Sic ſuprà dixit Auguſtinus, orationẽ Domini cã eſſe formã deſideriorũ: & bonus Dominus intẽdit excitare deſiderium ſumentis, hoc eſt, meritum accipiẽdi hoc Dei donum, illo ipſo ſumus capaces. Quod in verbo Chriſti ad mendicum cæcum perpendere poſſumus, dũ dixerat, Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Vbi in expoſitione Luc. lib. 8. cap. 22. BEDA. Nunquid qui lumẽ reddere poterat, quid vellet cæcus ignorabat? Sed peti vult hoc, quod & nos petituros, & ſe conceſſurũ prænoſcit. Importunè nanq; ad orationem nos admoneret, cùm prædixerit. Scit nanq; pater veſter quid opus ſit vobis antequã petatis eum. Ad hoc ergo requirit vt petatur, vt nos ad oſonẽ excitet. Hęc ille. AVTH. Attendendũ item ad exorbitationẽ exceſsiuã fragmentorũ quorundã de hæreſi Witcleff, dicentium Chriſtianos viros nulla alia oſone debere ſecundùm ſenſum vel verba precari Deũ, niſi oratione Dñica Pater noſter. &c. Eo q̃ illã ſolam Chriſtus in perſona ſua confecit, & tradidit eſſe tenendam, dicens, ſic orabitis. Hanc peruerſitatẽ in eorũ magiſtro non legi: imò reperio eũ alias orationes admittere propter varietatẽ orandi: ſicut in parte ſermonũ ſermone. 44. Niſi variè ſimul illuminaretur, & accenderetur, plus prodeſſet orando nudè dicere orationem Dominicam. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sic forſan poſt dies ſuos rationibus catholicorum hoc dicere ſunt coacti, aut principia magiſtri ſui fundamẽtalia denegare. Ecce frequẽs principiũ eius contra religioſos, & Epiſcopos eſt, q̃ Chriſtus eos nõ inſtituit, ſed vnam tantũ religionem eandẽ & inuariatam ſignis & ritibus. Illam ergo dixit neceſſariò aſſumendam tanquã ab authore & patrono optimo adinuentã, & omnẽ aliam dimittendã. Hoc item principio cõtra eum aſſumpto, quid ipſe, aut omnes pulli eius hæretici reſpõdebunt: q̃ hãc ſolam orationẽ Chriſtus fecit, & docuit vſitandã: ergo hæc ſola tanquã à magiſtro optimo inſtituta dicenda eſt, & omnis alia dimittenda. Aſſumptũ eſt ipſius in libello de oratione Dñica. Excedit inquientis cunctas orationes alias in authoritate, quia Chriſtus Deus & homo ipſam dictauit, & docuit in propria perſona: quod de nullis aliis orationibus exiſtimo me legiſſe. Hæc Wit-
5 cleff. AVTHOR. Si † intelligat alias orationes eſſe, quæ aliis verbis orãt quãuis non alio ſenſu, ſicut intelligunt eum eius ſatellites, & ipſe idem intelligit, vt ſequẽtia verba ibi conuincunt, pro nihilo exiſtimo ego eum multa legiſſe. Attollat luſcus oculos ſuos, & videat Matthæũ Euãgeliſtã dixiſſe de Chriſto Matth. 26. quomodo procidat in faciẽ ſuã orans, & dicens, Mi pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Et iterũ ſecundò abiit, & orauit, dicens.

Digitized by Google

dicens. Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et orauit tertiò eundem sermonem, dicens. Hic nusquã dixit orationem Dominicã, sed secundùm sen sum aliquã eius particulam, sicut Marc. 14. & Lucæ. 22. Et ipse istas fecit, & docuit in persona sua. Et nunquid etiam ipse, qui dixit discipulis suis, Sine me nihil potestis facere, illam orationẽ cum eis fecit, & docuit, quam in electione Mathiæ deprõpserant, dicẽte scriptura Actuũ primo. & orantes dixerunt. Tu Dñe, qui corda nosti omniũ, ostende quem elegeris ex his duobus accipere locum ministerii huius? Et nũquid item illã, quam discipuli cõgregati vnanimiter leuãtes vocẽ ad Dñm, & orantes dicebant: Domine, tu qui fecisti cælũ, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid &c? Et subditur, & cùm orassent, locus est motus ille, in quo erãt cõgregati. Et sequitur. & repleti sunt omnes spiritu sancto. Actuum. 4. Ecce multi orabãt hic simul, & in signũ acceptationis eorũ à Deo Spiritus sanctus se in eos infudit, & per sensibile signum terræ motus suum confirmauit aduentũ: quia & hac ratione, & in dicio terrena corda hominum sibi cessura cognoscerẽt: vt in expositione sua super hũc locũ in Actus apostolorũ BEDA. Qui virtutẽ robusti pectoris contra fraudẽ quærebãt hostium, indiciũ iam auditæ precis terræ motu percipiunt, quatenus agnoscerent terrena sibi corda esse cessura, sub quorũ pedibus, sancto adueniẽte spiritu, terra ipsa sit pauore cõcussa. Hæc ille. AVTHOR. Ergo aliis verbis orãtes hoc apostoli nõ illicitè aut inualidè precabãtur. Attamen quid ita cæcauit mentẽ Witcleff, vt nullã orationẽ, quàm istam, quã Christus fecerit in persona existimet se legisse, hoc miror, si nunquàm potuit recordari, qualiter Christus pro discipulis exorauit, & credituris per eos Christo. Ioã. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo. & præmisit. Ego pro eis rogo, non pro mũdo. Et item postea pro crucifixoribus suis orauit, dicẽs, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Luce. 23. in quem locum homilia. 5. super canonicã Ioãnis. AVGVS. Perfecta illa charitas est, vt parat⁹ sit mori pro fratre, hanc ipse Dñs in se exhibuit. Mortuus est pro omnibus, orans pro eis, à quibus cruci figebatur, & dicẽs, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt. Sed si solus hoc fecit, nõ erat magister, si discipulos non habebat. Secuti apostoli hoc fecerũt: lapidabatur Stephanus, & genu flexo ait, Dñe, ne statuas illis hoc peccatũ. Amabat à quibus occidebatur, & pro illis moriebatur. Audi & apostolũ Paulum, & ipse inquit, impendar pro animabus vestris. Inter illos enim erat, pro quibus Stephanus deprecabatur, quãdo eorum manibus moriebatur. Hæc ille. AVTH. Et hîc habes orationes varias à Christo factas personaliter sub aliis verbis ab oratione Dominica, & hoc docuit discipulos facere, Stephanum, atque Paulum, quorum neuter dixit sic orans orationem Dominicam: imò in scripturis non legitur, quòd orationem Dominicã apostoli post Christi editionem orauerint, saltem in ea forma verborum, quãuis in sensu verborum vllã aliam nõ orabant. Et illam ipsam tamen intuitu Christi sic iubentis eos frequẽter orasse nõ dubitem. Illam dicã verbis, & aliã item verbis, sed ipsam semper sensu. Quã differentiã ponderãtes, dicemus eandem semper orationẽ esse per quẽcunq; fiat: si non à sensu, quãuis à verbis interdum Dñicæ orationis recedat. Sed hanc Witcleff non attendit vnitatẽ, quando consequenter addidit supradictis in de oratione Dñica, quòd multas alias orationes fecit Deus per sanctos, vt catholica mẽbra sua: sed istam orationem fecit, & docuit in propria persona.

AVTHOR. Alias orationes ergo vult dicere, quas fecit Dauid in psalmis, aut Salomon in dedicatione templi, aut Iudith coram lecto Holofernis, aut in nouo testamento, quas fecerunt Apostoli, aut item religiosi primitiui quotidie orantes in templo in actibus apostolorum. Aut si quæ aliæ fuerint, quas fecerint sancti patres citerioris ecclesiæ, aut saltem si Deus istas fecit per illos: quid impedit, quòd nõ in propria persona fecisset per illas Deus? Cùm secundùm philosophos actus sint suppositorum? Sed ne libere Witcleff noster permittatur errare: alias orationes illas à Dominica oratione non diceret, quæ aliæ non erãt, quanuis aliis verbis orent, sicut in epistola ad Probã diffusè probat AVGVSTINVS. His inquiens verbis res ipsa memoriæ nostræ
6 cõmendari oportebat. Nam † quælibet alia verba dicamus, quæ affectus orãtis, vel præcedendo format vt clareat, vel consequendo attẽdit vt crescat, nihil aliud dicimus, quàm qđ in ista Dñica oratione positũ est, si ritè, & congruenter oramus. Quisquis aũt id dicit, quod ad istam euangelicam partem pertinere non possit, etiam si non illicitè orat, carnaliter orat. Quod nescio quemadmodum non dicatur illicitè: quandoquidem spiritu renatos nisi spiritualiter non deceat orare. Qui enim dixit verbi gratia, Clarificare in omnibus gentibus sicut clarificatus es in nobis, vt prophetæ

phetæ tui fideles inueniãtur:quid aliud dixit, quàm Sãctificetur nomẽ tuũ. Qui dixit,Deus virtutũ conuerte nos,& oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Qui dixit, Itinera mea dirige ſecundùm verbũ tuum, vt nõ dominetur mei oĩs iniuſtitia:quid aliud dixit,quàm Fiat volũ tas tua,ſicut in cælo & in terra?Qui dixit, Pau pertatẽ,& diuitias ne dederis mihi: quid aliud dixit,quàm Panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie?Qui dixit, Memẽto Dñe Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Aut, Domine ſi fe ci iſtud,ſi eſt iniquitas in manibus meis?Si red didi retribuentibus mihi mala : quid aliud dixit, quàm Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris?Qui di xit,Aufer à me concupiſcentias ventris,& deſiderium concubitus ne apprehẽdat me: quid aliud dixit, quàm Ne nos inferas in tẽtationẽ? Qui dixit,Erue me de inimicis meis Deus meꝰ, & ab inſurgentibus in me libera me : quid aliud dixit:quàm Libera nos à malo?Et ſi per o mnia precationũ ſanctorum verba diſcurras, quantũ exiſtimo,non inuenies,quod non iſta Dominica contineat,& concludat oratio. Vn de liberum eſt aliis,atq; aliis verbis, eadem tñ in orando dicere: ſed nõ debet eſſe liberũ alia dicere.Hæc ille. AVTHOR. Quod Auguſtinus iam concludit, Witcleuiſtæ perpendãt:liberum(inquit)erit aliis atque aliis verbis orãdo dicere:ſemper tamen ad Dominicæ oratio nis idẽtica verba,aut ad Dominicæ orationis ſenſa,ſeu ſententias reſpicere cogamur : ſiquidem nõ debet eſſe liberũ aliã dicere,quia quiẽ quid oramus licitè,idẽ ſemper oramus , quod Dominica oratio,ſicut palàm edocuit.

¶ Ad argumentũ Witcleff,quod facit cõtra orationes propter earum prolixitatem. Cap. XIIII.

SVMMA.

1 *Orationum prolixitatem damnat Witcleff.*
2 *Orationis prolixitas non omnis uitanda.*
3 *Oratoris improbi perſeuerantia collaudatur à Domino.*
4 *Orationis extenſio, & ſanctæ precis prolixitas laudatur contra Witcleff.*
5 *Orare continuè quòd ſit remedium cõtra peccata continua.*
6 *Orandi prolixè & continuè rationes quædam.*
7 *Oratio quàm ſit pretioſa.Et quæ ſit eius dignitas & uirtus ſecundùm Chryſoſtomum,*

POſtquàm contra orationem ad Deum abſolutè pugnauit hic hoſtis fidei Chriſtianæ,ſe transfert,vt quantum audet,pennas ſanctæ orationis euellat:iurgium excitans contra rationes orandi,& appendices modos
1 eius.Primò † ſi ſit prolixa,ſi ſit cum cãtu,vſ al ta,aut vſu aliquo ordinatè ſtatuta. Vnde in ca pitulo primo de oratione. Deus, inquit, non vult nos eſſe in oratione vocali nimis prolixos,ſed omnino vt iuſtitiæ vitæ,vel operis intendamus.Hæc Witcleff. AVTH.Quod dicit nimis,hoc eſt refugiũ herinaciis eius,vt quis ſtatim reſpondeat, quid peccauit magiſter in ſua ſentẽtia? Non enim dixit nos nõ fore pro lixos in oratione vocali,ſed nõ nimis.Reſpon det orthodoxus:& poſt cùm ſubintulit,quòd omnino iuſtitiæ vitæ,vel operis intendamus, cur itẽ non addidit ibi nimis, omne quod nimis eſt,vitiũ eſſe ſcimus.Aut forſitã ſecurum eſſe putas, quia dixit, iuſtitiæ vitæ, vel operis. Et nõ aduertis dictum Eccleſiaſtici.19. Eſt iuſtus,qui ſe nimiũ ſubmittit à multa humilitate.& Eccleſiaſtes.7.Noli eſſe iuſtus nimis. Vel ſecũdùm cõmunẽ literã,Noli eſſe iuſtus multùm:neq; plus ſapias, quàm neceſſe eſt. Cùm ergo iuſtum nimis,aut nimis ſapientẽ eſſe cõtingit:cur non cauebat Witcleff tuus nimietatẽ iuſtitiæ tuæ,vel operis vitæ,qñ de nimia prolixitate in orãdo cauebat? ſed qui ad rem iuſtitiæ vitæ vel operis intendendũ præcipit, & orationi vocali moderamẽ imponit ne nimis fiat:quid aliud,niſi iuſtitiã vitæ,vel operis ab orationis actione ſecernit:quaſi opus oran di vocaliter ſine vita,non ſit aliquod opus vel vita iuſtitiæ?Et quid mirum tunc , ſi conſulat plus confidendum in iuſtitia operis,quàm cu iuſlibet orationis,putà,oblationis , eleemoſynæ dationis, aut ſationis agrorũ, aut alterius forinſeci operis,quod non ſit oratio ? Nec audit ſapientem ſibi contradicentẽ Eccleſiaſt.7. Exorare,& facere eleemoſynam ne deſpicias. Ne dicas in multitudine munerũ meorũ reſpiciet Deus,& offerente me Deo altiſſimo,ſuſcipiet munera mea.Exorare,& facere hìc ſimul annectit:de nimietate exorandi nõ admonet: ſed de multitudine factorum, quæ in muneribus continentur,ne valde cõfidatur , inſtituit.
2 Sed † vt de prolixitate dicamus orandi,nõ omnis eſt nimia:plus cauẽdum eſſe reputo inter hominum genera orationes breuiſsimas, quàm prolixas. Quid trepidas timore, vbi nõ eſt timor? Aut vbi putas turbã illam oratorũ inuenies , cui breuis oratio non videtur eſſe prolixa?

Orationis prolixitas nõ omnis uitanda.

Digitized by Google

prolixa? Et nō plurimos habes, quibus tædio ſum prius videtur orare, quàm orationem incœperint? Sed ecōtrario cerne periculum breuitatis, & vide ſi tale quid vnquam de prolixitate contigerit. Ecce Saul à Dño reprobatus eſt, & à regno deiectus, & ab æmulis Philiſtæis interfectus in prælio. Vniuerſa autē mala hæc potuiſſet euadere per orationem extēſam ad Deum: quæ orationis breuitas importuna creauit. Refert hoc in commētario Hieremiæ libro ſecundo ſuper hunc textū. Quam obrem hoc dixit Dñs. Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt. HIERONYMVS. Non exaudiet Dominus in tēpore neceſsitatis, & anguſtiæ, quia & illi vocē Domini audire noluerunt: quod & Saul paſſus eſt. Cùm enim Philiſtiim agmina reformidans, verbum Domini non meruiſſet accipere: conuerſus eſt ad Phitoniſſam, vt ab idolis diſceret, quod inſtantia orationis, ac fletuū à Domino debuit extorquere. Per quæ diſcimus, etiam ſi Dominus non exaudierit, ne quaquam eſſe ceſſandum, nec confugiendum ad dæmones, qui cultores ſuos adiuuare non poſſunt: ſed ad Dei auxiliū, qui iratus citò flectitur, & mutat ſententiam: ſi & hi, quibus iratus fuerit, cōmutentur. Hæc ille. AVTHOR. Sanctus ecce Hieronymus culpam Saulis exponit, quòd magis inſtantia orationis, ac fletuum à Dño debuit extorquere, quod in oratione breui non merebatur accipere. Et ſi Dominus (inquit) non exaudierit, nequaquam tamen erit ab oratione ſancta ceſſandū. Hoc & ſanctus Samuel primi Regum. 12. reſpondit ad populum. Abſit à me hoc peccatum à Domino, vt ceſſem orare pro vobis: & docebò vos viam rectam, & bonam. Quia ſi res ardua, aut ira minetur obſtaculum, humili tamen, & perſeueranti prece tollitur difficul-
3 tas. Vnde † & perſeuerantia improbi oratoris collaudatur à Domino, Lucæ. 15. & ille, inquit, ſi perſeuerauerit pulſans, dico vobis ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. & libro quinto commentari. Lucæ capit. 20. BEDA. Iuxta præmiſſam poſtulantis amici parabolam, per hanc perſeuerantiam opus eſt vt accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quærimus, & quod pulſamus aperiatur. Nam ſi petenti datur, & quærens inuenit, & pulſanti aperitur: cui non datur, & qui non inuenit, & cui nō aperitur, apparet ꝙ non bene petierit, quæſierit, pulſauerit. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo perſeuerātia opus eſt in oratione, vt accipiamus quod petimus: ergo qui perſeuerantiam iſtā tollit, etiam ne vtile aliquid ad ſalutem à Domino accipiamus, cupit efficere. Vnde eundem locum euangelii ad prolixitatem orationis agendam, & fortem inſtantiā nocte dieq; continuandā, tāgit cum magna ſerioſitate ſuper epiſtolā ad Hebræos, mora. CHRYSOSTOMVS. Spiritus non indigens oratione hæc faciebat, ſed & te volens adducere, vt cōtinuè intendas orationi impræteriſſæ: vt vigilanter, & cum multa expergefactione hoc facias. Vigilare autem non ſurgere nocte ſolùm dico, ſed expergiſci die in orationibus. Vigil eſt enim qui talis vocatur: quia eſt (ideſt cōtingit) & nocte orantē dormire, & in die non orantē vigilare. Qualiter cùm anima fuerit aliquantū deuota, tenſa ad Deum, cùm intelligit cui loquitur, ad quē ſermo ei eſt: cùm ſuſceperit in intellectu quoniam angeli aſsiſtant cum timore & tremore: ipſe verò accedit oſcitans, & caput ſcalpēs? Oratio magnum eſt ſcutum, ſi condecenti fiat mente. Vt diſcas eius fortitudinem, iniuſtitiæ, & crudelitatis, & acerbitatis dominatur cōtinua interceſsio. Audite enim quid iudex iniuſtitiæ dicit, & pigritiæ rurſus dominata eſt: & quod non fecit dilectio, hoc fecit interceſsio continuata: & ſi non vt ſit amicus eius (ait) ſurgens dabit ei, & indignum exiſtentem, dignum fecit continua interceſsio. Sequitur. Intendamus interceſsioni, vel orationi: magnum ſcutum eſt, ſi cum extenſione fiat, & ab anima ſyncera: hæc prælia deuincit: hæc gentem integram, ſeu totam, dignam viſitatione fecit. Audiui (ait) gemitum eorum, & deſcēdi vteripiā eos. Hæc ille. AVTHOR. Videtis quantum inſtat pro oratione continua, vt continuò intendas, inquit, orationi impræteriſſæ, vt vigilanter nō ſolùm, ſed cum multa expergefactione de nocte. Hæc oratio cōtinua fecit amicum ſurgere propter improbitatem, non propter amicitiam. Hæc totam gentem dignam fecit viſitatione diuina. Hæc magnum ſcutum eſt, non ſi fiat, ſed ſi ſit extenſa. Ergo † laudanda eſt orationis exten-
4 ſio, & prolixitas ſanctæ precis, quam Witcleff vituperat contra Chriſtum, & Chryſoſtomum. Atque Chriſtianorum doctrina orationum continuitatem ſemper hucúſq; laudauit, propter varias rationes. Primò, quia cū omni tempore ferè contra Deum delinquimus, reſtat vt omni tēpore iratum Deū per orationum ſuffragia conpeſcamus. ſuper Pſal. 115. verſu, Domine clamaui ad te exaudi me CASSIODORVS. Volēs, ꝓpheta humano

generi

generi affectum cõtinuæ orationis infunderẽ, duo tempora videtur diſcrepãtia poſuiſſe. Dixit enim de præterito, clamaui, quod perfectã ſignat orationẽ. Et iterũ repetit, dum clamaue ro ad te, quod vtiq; conſtat poſitũ de futuro: vt ſicut nullũ tẽpus à culpis eſt vacuũ, ita nec à deuotis precibus reddatur otioſum. Contra peccata ſiquidẽ continua, ſalutare remediũ eſt iugiter pio Dño ſupplicare. Nam quid prode rit dimitti præterita, ſi videãtur obligare vẽtura? Finis ergo bonus quæritur Chriſtiani: vt in extremis tũ venia pertranſeat, ne vita vltima
5 ſit quæ delinquat. Hæc ille. AVTH. Ecce † cõ tra peccata continua, remediũ eſt orare continue. Vnde & apoſtol⁹ docet hac oratione dif ferre viduam veram à vidua delicata, primę ad Thimoth. 5. Quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet oſonibus, & obſecra tionibus nocte, ac die. Nam quę in deliciis eſt, viuens mortua eſt. Et in epiſtola ad Probã de orando Deo. AVGVSTI. Antequã ſuperna conſolatio veniat, quantacunq; temporaliũ bonorum felicitate circunfluas, vt perſiſtas in orationibus nocte, ac die, deſolatam te eſſe me mineris. Non enim Apoſtolus qualicunq; viduæ tribuit hoc munus: ſed quæ verè, inquit, vidua eſt, & deſolata, ſperabit in Dño, & perſi ſtet in orationibus die ac nocte. Hæc ille. AV-
6 THOR. Hæc † ergo eſt alia ratio orandi pro lixè, & continuè: ad admonendum deſolatio-nem noſtrã prolõgatione vitæ futuræ. Eſt & alia, vt expectemus in oratione angelorũ ad-uentũ, per quorũ officium petitiones noſtræ (vt ait Apoſtolus) innoteſcant apud Deum. Vnde in eadem epiſtola ad Probã, bene infrà. AVGVSTI. Illud, quod idẽ apoſtolus dicit, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, non ſic accipiendum eſt, tanquàm Deo innote-ſcant, qui eas etiam antequàm eſſent, vtique nouerat, ſed vt nobis innoteſcãt apud Deum per tolerantiam, non apud homines per iactã tiam: aut fortè innoteſcant etiam angelis, qui ſunt apud Deum, vt eas quodãmodo offerant Deo, & de his cõſulant, & quod eo iubente in-plendum eſſe cognouerint, hoc nobis vel eui-denter, vel latenter apportent. Dixit enim an
Tobiæ.12. gelus Tobię. Cùm orares, ego obtuli orationẽ tuam in cõſpectu claritatis Dei. Quæ cùm ita ſint, etiã diu orare cùm vacat (.i. cùm alia bo-narũ neceſſariarum actionum non impediun tur officia: quanuis & in eis, vt dixi, eſt deſide-rio ſemper orandũ) non eſt im probũ, nec in-utile. Hæc ille. AVTHOR. Attende quid con cludit. Quæ cùm ita ſint, etiã diu orare non eſt improbum, nec inutile. Quæ ſunt illa? angeli-ca preſentatio, & ad nos reportatio cõmodo-rum. Statim enim viſa Deum delectat, & com modum oranti reportat, vnde thimiamati cõ-paratur. Super Matthæum in imperfecto ho-
7 mi. 13. CHRYSOSTOM. Vis † ſcire quàm pretioſa ſit oratio? Nulla iuſtitia thimiamati aſſimilatur, niſi oratio ſola. Sicut in Apocaly-pſi, ideſt reuelatione Ioannis oſtenditur, quo-modo angelus ante conſpectum altaris proce-ſsit, habens in manu thuribulũ incenſi odo-ramẽtorum: & dictum eſt ei, Iſtæ ſunt oratio nes ſanctorum. Sicut enim thimiama bene cõ fectum delectat odorantem: ſic iuſta oratio ſuauis eſt ante Deum. Vis autem ſcire digni-tatem eius? Mox vt de ore orantis proceſsit, angeli manibus ſuis eã ſuſcipiunt, & ante Deũ offerunt, ſicut angelus ait ad Tobiã. Ego ſum, qui oſonẽ tuã obtuli ante Deũ. Vis ſcire vir-tutem eius? Oratio trium puerorum fecit, vt ignis ardens non adureret eos, ſed delectaret. Hæc ille.

¶ Ad argumentum Witcleff de prolixitate orationis propter multiloquiũ. Cap. XV

SVMMA.

1 *Orationem arguit Witcleff propter multiloquiũ.*
2 *Orare diutius, quòd non ſit orare in multiloquio. Et quomodo Chriſtus in orando pernoctauerit, & prolixiùs orauerit.*
3 *Deus quòd diligat in oratione ualidè inſtantes, & importunè auidos petitores.*
4 *Orationẽ continuã & diuturnã eſſe homini utilem ad aſſequendum quod optat, docet Chryſoſtomus.*

1 CONfirmat † tñ Witcleff ſentẽ tiam ſuam contra orationes prolixas ex verbo Saluato-ris cõtra multiloquiũ Ethni-corum Matthæi. 6. quando in quit, dicit. Orãtes nolite mul-tũ loqui, ſicut Ethnici faciũt: putãt enim, q̃ in multiloquio ſuo exaudiantur. & poſt multa. Hæc ratio, quare Deus nõ vult nos eſſe in ora tione vocali nimis prolixos. Hæc Witcleff. c. 1. de oratione. AVTH. Accedat ſtatim de loco
2 prædictæ epiſtolæ ad Probã AVGVS. Neq; † enim, vt nonnulli putant, hoc eſt orare in mul tiloquio, ſi diutius oretur. Aliud enim eſt ſer-mo multus, aliud diuturnus affectus. Nam de ipſo Domino dictum eſt, quòd pernoctaue-rit in orando, & quòd prolixiùs orauerit. Vbi quid aliud quàm nobis præbebat exemplũ in tẽpore precator opportunus, cũ patre exau-ditor æternus? Sequitur. Nam multũ loqui in orando,

Digitized by Google

orãdo, eſt rem neceſſariã ſuperfluis agere verbis. Multum aũt precari, eſt eum, quem precamur, diuturna, & pia excitatione pulſare. Hęc ille. AVTH. Attende iã quàm auidè Witcleff noſter, ſi videat furẽ, currit cũ eo. Fuerũt tempore Auguſtini peruerſores illius loci Euãgelii de multiloquio, dicentes, diuturnam orationem ex eo eſſe culpatam, contra quos Auguſtinus. Neque, inquit, vt nonnulli putant, hoc eſt orare in multiloquio ſi diutius oretur: hoc hactenus & Witcleff putauit, quia hæc ratio eius eſt ad hoc: quare Deus non vult nos eſſe in vocali oratione prolixos. Fallax (inquit Auguſtinus) ratio: quia aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. Nec enim dixit Chriſtus, Orantes nolite diu, aut prolixè loqui: ſed nolite multùm loqui, ideſt, rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis: ideo opinor q̃ non nimis prolixa eſt oratio, ſi in diuturna oratione prolixa ſeruetur affectio. Ipſe enim Chriſtus prolixiùs deprecabatur: ipſe decretũ ſtatuit, q̃ oporret ſemper orare, & non deficere. Vnde libr. 5. ſuper Lucã cap. 6. AMBRO. Species tibi datur, forma præſcribitur, quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat? Quid te facere cõuenit, cùm vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Chriſtus miſſurus apoſtolos orauit? Hæc ille. AVTHOR. Si ergo formam Chriſtus nobis, quam æmulemur, præſcripſit, quando in oratione pernoctauit, & orauit prolixiùs: quis prolixitatem in oratione condemnet, ſi non debilitetur intentio? Fabulatur Witcleff ad iſta libro de oratione capit. 2. Lucæ. 6. Legimus de Chriſto, quem Chriſtiani ſinguli debẽt ſequi, q̃ exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratiõe Dei: & multæ ſunt authoritates huiuſmodi mouentes hominem ad orandũ. Sed caueat hic fidelis argutias *guloſorum, & intendat prudẽti operi, non deceptus per iſtam argutiam. Oratio horalis multùm prodeſt iuſto & populo pro quo orat: ergo oratio in duplo diuturnior plus prodeſſet. Hæc Witcleff. AVTHOR. Concordet principium ſuo fini, ſi fieri poteſt. Quid enim concluderet quis ex pernoctatione Chriſti, quẽ ſinguli Chriſtiani debẽt perimitari, niſi q̃ oratio diuturnior vbi nõ ægreſcit affectus, nec res impedit valẽtior, ſicut in Chriſto: eſt duplo vtilior, quàm ſubdupla, nec pernoctans. Hoc argumentum ſi guloſi formauerint, ſaltem acidioſi Witcleuiſtæ non ſoluant. In tantum, vt ideo Chriſtus fideles admonuerit vt non ſolùm ad duplum, & triplum, ſed inceſſanter, & omni tempore orarent, Lucæ. 21. Vigilate itaq; omni tempore orãtes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt: & ſtare ante filium hominis. In quem locum libr. 6. ſuper Lucam. capit. 3. BEDA. Qui ante filium hominis ſtare, eiq́ue iuxta Apocal. Ioannis die noctuq́; in templo eius ſeruire deſiderat: ne ab eius aſpectibus in ignem æternum maledictus abijciatur, debet non ſolùm ab illecebris ſecularibus caſtigari, ſed & orare, & vigilare: & hoc non certis quibuſdam diebus, ſed omni tempore facere debet. Iuxta quod Pſalm. ait: Benedicam dominum in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. Hæc ille. AVTHOR. Ecce q̃ nõ certis diebus, vel horis ſecundùm proportionem duplam, vel triplam: ſed omni tempore præcipimur orare: ergo ſi bonum eſt orare per horã, melius eſt orare per duas, quia orandũ eſt per omnes, iuxta Chriſti præceptum. Reddidit autem rationem huius Chryſoſt. quia Deus ‡ diligit in oratione validè inſtantes, & importunè auidos petitores: ſicut declarat in tribus hiſtorijs de petente tam improbè panes de nocte, de muliere exigente opem ab iniquo iudice, & de muliere Chananæa, quæ clamore diutino ſalutem filiæ impetrauit à Chriſto. ſuper Matthæũ opere perfecto. Homil. 22. CHRYSOSTOMVS. Siquidem Deus vehementer *iniacentem viderit eum, qui expetit ea, quæ non accepit à nobis, ſoluit. Si autem pigritanter, & ipſe retardat: non quia non vult dare, ſed quia libenter à nobis non expetitur. Propter hoc tibi & exemplum dedit illius amici, qui accedebat, & panẽ petebat: & iudicis, qui Deum non timebat, neq; homines verecundabatur, & non ſtetit vſque ad hæc exempla, ſed & in ipſis operibus id oſtendit, cùm Phœnicen illam mulierem magno munere implẽs emiſit. Per hoc enim, q̃ etiã quæ decentia non ſunt, expetentibus vehementer dat, oſtendit. Sequitur. Non ergo acceperunt aliquid illi, ſ. Iudæi: ſed quæ eorum ſunt, perdiderunt. Et hi quidem quia non petierunt, neq; propria acceperunt: illa autem quia vehementer inſtitit, & quæ aliena erant potuit defendere, & quæ filiorum erant, accipere. Canis ſi fueris inſiſtens, pręponeris filio pigritanti. Quantacũq; enim nõ expleuit amicitia, tanta expleuit aſſeſsio. Hæc ille. AVTHOR. Aſſeſsionem dicit, & inſiſtentiam, & irremiſſam ſine fatigatione, & interpellationẽ diutinam. Vnde ſubdit ibi CHRYSOSTOMVS. Et ſi moleſto, & ſi irato acceſſeris: vel ſolùm ora, & reuertẽs omnia accipies, & iram, & condemnationem confeſtim extingues. Sed ecce ora, ait, & nihil

*Legãglo ſatorũ, niſi author aliter.

* Inſtantẽ.

fit amplius. Non enim secundùm illos oras, Phœnicen dico, & amicum importunè accedentem: & viduam, quæ cõtinuè molesta erat iudici: & filiũ, qui paterna consumpsit: si enim ita orares, citò potireris. Sequitur. Accedamus igitur ad eum, & dicamus, vtiq; domine, etenim canes de micis comedũt: accedamus opportunè, & importunè. accedere importunum enim, est non continuè accedere: concupiscẽtem enim dare semper opportunum est petere. Sicut enim respirare nunquàm importunum, ita neq; quærere: sed non quærere est importunum. Etenim quemadmodum respiratione hac indigemus, ita & auxilio quod est
4 ab ipso. Hæc ille. AVTHOR. Quid † docet hîc Chrysostomus, nisi continuam, & diuturnam orationẽ esse vtilem homini ad assequendum quod optat? Quia rarò concedit Deus nisi diu orantibus salutem. Solus in oratione fructus est, orationem non soluere, quousque receperis: quia sicut oportet continuè respirare propter vitam, ita semper orare Deum propter beneficium. Ibidem Homil. 23. CHRYSOSTO. Quo itaq; oportet petere vehementer, & quæ oportet petere. Sequitur. Et quę tu excogitaris, ne desistas donec receperis, donec inueneris: ne recesseris, ne dissoluaris, donec aperiatur ianua. Si enim cum hac aduenerís mente, & dixeris, si non accepero non recedam, accipies omnino, si talia petieris, qualia & petenti dare decet, & tibi petenti conferunt. Hæc ille. AVTHOR. Hoc respicit Witcleff. Si enim ad orandum Deum pro beneficiis eius solitus esset, & veniret cum hac mente, si non accepero non recedam, sciret procul dubiò, q; si orando per horam modicum aliquid sibi cõferret, vtilius esset orare per duas, vt plena sequeretur vtilitas.

De orationibus, & canticis altis. Tit. II.

De orationibus altis, & cantibus in Ecclesia, quòd fiunt Catholicè.

CAP. XVI.

SVMMA.

1 *Orationes altas, & cantus Ecclesiæ, & officia diuturna, horasq; Canonicas, & studia modulationum in choro increpat Witcleff.*
2 *Orationis clamosæ uitia describuntur.*
3 *Anna oratrix, de qua in libro Regum, quare debuit orare secretè. Et sacerdotes templi quare sonanter orent.*
4 *Orandi disciplina pro plebe ex Cypriano deducitur, ubi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus sonus: Et quomodo alia est regula clericorũ, ubi laus Dei sonora requiritur.*
5 *Author inuehitur contra Witcleff proterunm, comparantem catholicos oratores sacerdotibus Baal, si contingat propter plebem orare clamosè.*
6 *Witcleuistæ hæretici quomodo clament in multiloquijs Ethnicorum.*
7 *Anna prophetissa, quæ prolixè orabat, quomodo Euãgelica laude sublimatur, & præco nouæ natiuitatis dominicæ ob id efficitur.*
8 *Cornelius Centurio ob prolixam orationem Apostolorum principis aduentum consequitur.*
9 *Saulus oratione triduana iam facta, Ananiæ commendatur de cælo.*
10 *Witcleff, qui blasphemat deuotos excitare Deũ qui non dormitat, neq; dormit, confutatur.*
11 *Christus omnium præscius, q; clamorem importunũ oratoris expetat, contra Witcleff.*

1 SIC † postquàm dehortatus est Witcleff fidelissimos Christianos ab assiduè orãdo Deũ increpatiões parat cõtra orationes altas, & demũ labitur in errorem contra cantus ecclesiæ, & officia diuturna, horasq; canonicas, & studia modulationum in choro: capit. 2. de oratione. In ista, inquit, fide errãt plurimi, acsi cum sacerdotibus Baal audirent. 3. Regũ. 18. verbum Heliæ talibus stolidis eis dictum. Clamate voce maiore. Deus enim vester forsitan cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere: aut certè dormit, vt excitet. Et ex hoc considerent fideles, q; orationes multæ, & prolixæ, & cantationes cum variis ritibus in ecclesia ordinãtur, & tamen non est fides, q; earum quantitas, vel qualitas placeat Deo. Hæc Witcleff. AVTHOR. Videtur ecce q; simus de societate Catholica sancti Pauli. Pariter enim blasphemamur, & obsecramus. 1. Corinth. 4. Sed quid respondebimus blasphemo? Errores plurium in hac parte damnat mater ecclesia, nec tamen orationes omnes clamosas & altas cum vocibus pseudoprophetarũ enumerat. Sunt enim quædam orationes priuatæ secundum arbitrium personarum: sunt & communes per vniuersum cœtũ ecclesiæ. Primæ sub tecto alti silentij sunt fundendæ propter orationes, quas Homilia. 13. imperfecti distinguit CHRYSOSTOMVS dicens: Possumus intelligere

Digitized by Google

telligere & oſtium domus os corporis, vt non clamoſa voce oremus Deum, ſed deſiderio ta-
2 cito. Nam † ex clamoſa oratione multa mala naſcuntur, maximè hæc tria. Primum, quia clamoſa voce orans, non credit Deum vbiq; eſſe & ſecreta audire: & ideo Deum honorat, qui abſconſè orat, quia credit Deum audire abſcõſa, ſicut & audit. Nam non clamoſa voce eſt Deus pulſandus, ſed corde, & ſancta conſcientia placandus: quia ſolius vocis non eſt auditor, ſed & cordis. Secundum malum eſt, quia myſteria tuarum ſecretarum petitionum, quę fortè nõ oportebat alterum ſcire præter te, &
4 Deum, in auribus bonorum & malorum audienda committis. Et non ſolùm à Deo, quia indiſciplinatè oraſti, non audiris, ſed etiam ab hominibus, quibus tua abſconſa manifeſtaſti, derideris. Tertium malum eſt, quòd clamoſè orans, alterum iuxta te orare non permittis, tuis enim vocibus illius ſenſum ad tuos ſermones rapis: ideo non ſolùm non audiris, quia malè oras, ſed adhuc peccatum colligis, dum alios orare non permittis. Sic ergo ora ſicut audiſti in libro Regum, Annam orantem, quę eccleſiæ figuram portabat, de qua dictum eſt: labia eius mouebantur, vox autem eius non
3 audiebatur. Hæc ille. AVTHOR. Hæc † Anna bene ad exemplum inducta eſt, quæ etiam priuata erat oratrix occultam agens cauſam: ideo debuit orare ſecretè. Sacerdotes verò tẽpli publicam agentes cauſam, ſonanter orent. Sic itẽ in eccleſia ſubmiſsè docebat orare plebẽ in libro de Dominica oratione. CYPRIANVS. Sit autem orantibus ſermo & prædicatio cum diſciplina, quietem continens, & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare. Placendum eſt diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis. Nam vt impudentis eſt clamoribus ſtrepere, ita contrà, congruit verecundo modeſtis precibus. Deniq; magiſterio ſuo dominus ſecretò nos orare præcipit in abditis, & ſemotis locis, in cubiculis ipſis, quod maximè congruit fidei, vt ſciamus Deũ vbique eſſe præſentem. Hæc ille. AVTHOR. Cui mandauit Cyprianus hunc morem orandi priuatũ, patet in principio, cùm dicit. Qui inter cætera ſua monita ſalutaria, & præcepta diuina, quibus populo ſuo conſulit ad ſalutem, etiam orandi ipſe formam dedit. Hæc ille. AVTHOR. Et poſt priorem proceſſum ſubdit, quòd ſilenter orent in eccleſia, & ſubiicit item exemplum de Anna CYPRIAN. Et quando in vnum cum fratribus conuenimus, & ſacrificia diuina cum Dei ſacerdote celebramus, verecũdiæ memores eſſe debemus, non paſsim ventilare preces noſtras inconditis vocibus, nec commendandam petitionem modeſto Deo, cum vultuoſa loquacitate iacere, quia Deus nõ vocis, ſed cordis auditor eſt: nec ammonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt. Sequitur. Quod Anna in primo libro Regum eccleſiæ typum portans cuſtodit, & ſeruat, quæ Deum non clamoſa petitione, ſed tacitè, & modeſtè, inter ipſas pectoris latebras precabatur. Loquebatur occulta prece, ſed manifeſta fide. Loquebatur non voce, ſed corde, quia ſic dominum ſciebat audire.
4 Hæc ille. AVTHOR. Hæc † diſciplina orandi eſt pro plebe, vbi ad cultum Dei non ab eis exigitur altus ſonus. Alia tamen eſt regula clericorum, vel plebium, vbi laus Dei ſonora requiritur. Sic in eccleſia item Paulus inſtituit, vt prophetantes, aut interpretes publicè ad cunctorum intelligentiam clamoſa voce ſonarent. Cæteri tacitis verbis orarẽt. primæ Corinth. 14. Si non fuerit interpres, taceat in eccleſia: ſibi autem loquatur, & Deo. Vbi in expoſitione AMBRO. Sibi loquatur & Deo, hoc eſt, intra ſe tacitè oret. Quid loquaẽ Deo, qui muta omnia audit? In eccleſia enim ille debet loqui, qui omnibus proſit. Hæc ille. AV-
5 THOR. Videte † iam proteruum Witcleff. Ex fundamento cœpit comparare catholicos oratores ſacerdotibus Baal, ſi contingat eos propter plebem orare clamoſè. Et ex hoc conſiderent fideles, inquit, quòd orationes, & cantationes, & cætera, non placent Deo. Ex quo conſiderẽt hoc? Ex hoc, quòd Helias ad Baaliticos ſacerdotes: clamate, ait, voce maiore: quaſi non ſint oratores clamoſi, niſi ſtatim comparabiles Baalitis? Et quid dicis ad cantores Domini cantantes tunc etiam, & vociferãtes; & ludentes in organis, & tympanis, & omni genere inſtrumẽtorum muſici inſtrumenti ſecundùm ritum Templi? Quid item ad pueros clamantes Oſanna, in ſaluatoris obſequium? Aut quomodo Saluatorem noſtrum non audis orare clamoſè, cùm dixit in cruce: Deus meus vt quid me dereliquiſti? Et iterum cùm dixiſſet, Conſummatum eſt: & clamans voce magna, emiſit ſpiritum. Et in ſuſcitatione Lazari dicens, Gratias tibi pater, quia ſemper me audis, clamauit voce magna, Lazare, veni foras. Vnde & Apoſtolus ad Hebræos. 5. Qui in diebus carnis ſuæ, preces, ſupplicationesq; ad illum, qui poſſet eum ſaluum à morte facere, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Dic item, q̃ Chriſtus errauit in fide, ſi audes, ideo quòd Helias perfidis ait, clamate voce maiore. Non ita,

Digitized by Google

ſed ſi vis moderno tempore prophetas Baal, & ſacerdotes eius audire, quibus dicat Helias, clamate voce maiore: teipſum, & tuos intelli-ge, qui hucúſque prophetatis in Baal, peruertentes populum à fide Chriſti. Sic enim lib. 4. Commentarij Hieremiæ, textu Prophetabāt in Baal, & decipiebant in Baal. HIERONYMVS. Ego prophetas Samariæ iuxta myſticos intellectus propriè hæreticos dici puto, & omnes, qui iactant falſi nominis ſcientiam. Quomodo enim prophetę Samarię quicquid loquebantur, prophetabant in Baal idolo, ſcilicet, dæmonibus conſecrato: ſic hæretici quicquid loquuntur in eccleſia, ſiue extra eccleſiā, loquuntur vt ſupplantent populum Iſraël, ſi quid prius cernebat, Deum loquuntur in dæmonibus. Vnde & ſignanter ait, Et in prophetis Samariæ vidi ſtultitiam. Hæc ille. AVTH. Ecce vos hæreticos, dicit Hieronymus ſacerdotes Baal, & prophetas Samariæ, qui olim altè clamantes, auditi eſtis nequaquàm: ideo & nunc orare deſpicitis, ſcientes vocem veſtram inexaudibilem Deo ab origine, & canticum veſtrum in auribus eius ad modum grunnientium pecudum. Sicut in Commentario Amos lib. 2. textu, Auſer à me tumultum carminum. HIERONYM. Iudæorum, inquit, oratio, & pſalmi, quos in ſynagogis canunt, & hæreticorum compoſita laudatio, tumultus eſt Domino: &, vt ita dicam, grunnitus ſuis, & clamor aſinorum, quorum magnis carminibus Iſraël opera comparantur. Hæc ille. AVTHOR.

6 Vos † igitur hæretici Witcleuiſtæ cum grunnitibus veſtris clamatis in multiloquijs Ethnicorum, quod prohibuit Chriſtus, quia ſacerdotes idolorum eſtis, qui corde veſtro confingitis, & longis ſermonibus adoratis, ſicut in ſupra dicta Homilia. 13. CHRYSOSTOMVS. Orant ſupple Ethnici, reges mortuos, Iouem, Mercurium, & cæteros, quorum crimina ſunt manifeſtiora, quàm nomina, qui nec, ſi viuerent, ſaltem adiuuare poſſent: orant idola inſenſata, quæ nec audire poſſunt, nec reſpõſa dare. Iuſtè ergo dum clamant, non eſt qui exaudiat. Præterea cum ſacerdotes Baal ad Deos ſuos clamarent propter ſacrificia comburenda, deridens Helias ait, Clamate fortiter, forſan dormiunt dij veſtri: ſic & modo Deum quaſi dormientem accuſat, qui orationē ſuam longo ſermone proſequitur. AVTHOR. Nõ dicit, longo deuotionis affectu, ne Chriſtum accuſaret, qui prolixiùs exorabat: ſed vbi orantis affectus eſt aridus, & ſolo ſermone prolongatur oratio, ibi etiam totam orandi moram intus totus vacuus ſermo hypocritarum conficit, & Baaliticis prophetis aptus, à multiloquio Ethnicorū nõ diſtat. Ipſi enim Gentiles ſic orare cœperunt, vt verborum ſenſu placerent, non fructu. Sicut item in expoſitione ſuper Matthæum eundem locum deſcribit RABANVS. Sicut hypocritarū eſt præbere ſe ſpectandos in oratione, quorum fructus eſt placere hominibus: ita Ethnicorum, id eſt, gentilium in multiloquio ſuo ſe putare exaudiri. Et reuera omne multiloquium à gentibus venit, qui exercēdæ linguę potius, quàm mundando animo dant operam: & hoc nugatorij ſtudij, vel rogatorij genus etiam ad precē Deum flectendum transferre conantur: arbitrantes ſicut hominem iudicem, ita verbis Deum abduci in ſententiam. Nolite itaque ſimiles eſſe illis, dicit vnus, & verus magiſter. Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc fonte verbi percipere poſſumus, qua cauſa Chriſtus cõtra has orationum nugas duxerit Ethnicos in exemplum, quia ab eis mutiloquium venit, & quadam arte loquendi credebant fallere, vel flectere infallibilem iudicē: prout homines flexiſſent ad ſententiam. Quo contrà Chriſtianorū ſpes eſt animi pietate placabilem iudicem reddere: & quoúſque hoc ſenſerint, verbis, & gemitibus iam interciſis, iam extenſis petere Saluatorē. Et ſi taliter orans, & inſtans quaſi dormiat Deus ſuus, clamare deriſori videatur hæretico, non ſic tamen orthodoxo catholico,

7 qui † Euangelica laude ſublimatam videt Annam prophetiſſam filiam Phanuelis, quia nõ diſcedebat de templo ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Ob quam rem nouæ natiuitatis Dominicæ præco eſſe commeruit. Lucæ. 2. Et † Cornelius Centurio Apoſtolorum principis aduentum conſequitur, ipſo dicente, quia à nudiuſquarta die vſque ad eam horam orās erat hora nona in domo ſua,

9 Actuum. 10. AVTHOR. Et † Saulus orationē triduana iam facta, Ananiæ commendatur de cælo. Si tibi orationes huiuſmodi non videntur eſſe prolixæ, quid te offenſum facit deuotorum eccleſiaſticorum multò correptior

10 deprecatio moderata? An † ipſius malignationis occaſio te compulit ad exemplum, quia ibi audiſti eos Deos dormientes excitare clamoribus, ideo Deum, qui non dormitat, neq; dormit, blaſphemas excitare deuotos? Noli iſta attendere, ſed veram fidem ſcripturarum attende: & verè dormientem Deum in nauis veris verbis orantes excitabant Apoſtoli, & dormienti cum pueris in cubili ſe comparat, vbi tædio deprecantis excitandum ſe docuit, prout hūc locum ſuper illū verſum Pſal. 102.

Anna prophetiſſa prolixè orabat

Qui ſanat

Qui ſanat in bonis deſiderium tuum, ediſſerit AVGVSTINVS. Mendicus ante ianuã eius ſto, non dormit quem inuoco: det mihi tres panes. Sequitur. Non recordamini quendam inopem veniſſe ad domum amici ſui, & petiſſe tres panes: & ille, inquit, dormiens reſpondebat ei, & dicebat, iam requieſco, & pueri mei mecum intus dormiunt: ipſe perſeuerans petendo, extorſit tædio, quæ non poſſet merito: Deus autem dare vult, ſed non niſi petenti, ne det non cupiẽti. Nam tædio tuo vult excitari. Non enim cùm oras, tanquàm dormienti moleſtus es: ait enim, Non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Semel Chriſtus dormiuit, vt illi de coſta lateris coniunx fieret: dormiuit in cruce manifeſtum eſt: mortuus eſt enim vt diceret, Ego dormiui, & ſomnum cepi: ſed nunquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? Propterea ſequit, Et exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Quid verò iam Apoſtolus? Chriſtus, inquit, reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Ipſe ergo non dormit: vide ne fides tua dormiat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dormiẽs non dormiuit. Dormiuit intus cum pueris: dormiuit in naui cum diſcipulis: ſed dormiuit vt tuis precibus excitetur, vt tuo tædio conuictus exurgat: non autem quin dare vult, ſed non niſi petenti, & inſtanter petenti, inſtantia illa, quæ ſufficit excitare dormientem. Ipſe tamen non dormit, ſed tibi videtur ſi non ſtatim ad votum reſpõdeat, dormiuiſſe. Tu ipſe ſi non dormias, vide ne dormiat fides tua. Et qualiter occurret fidelibus petentibus argumentum de efficacia orationis clamosè? Id exponet nobis Euangelium Lucæ, de cæco mendico ſedenti iuxta viam: qui audiens præteriſſe Chriſtum, clamauit, dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei: & cùm increparetur vt taceret, iterum atque iterum clamare non deſtitit, quoúſque diceret ei Ieſus, Fides tua ſaluum te fecit. Quid in hoc loco perſpicimus, niſi quòd † omnium præſcius Chriſtus, clamorem importunum oratoris expetiit: vt animoſitatem fidei eius probaret, quem ſanaret. Vnde ſuper illum locum libr. 5. ſuper Lucam BEDA. Quem turbæ increpant vt taceat, magis ac magis clamat: quia quantò grauiori tumultu cogitationum carnalium præmimur, tantò orationi inſiſtere debemus ardentiùs. Sequitur. Cùm verò orationi vehementer inſiſtimus, ſtat Ieſus, & lucẽ reſtituit: quia dum Deus in corde figitur, lux amiſſa reparatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd aſſiduitas clamoris de fideli corde, cæco lucem reduxit. Vnde tantò vehemẽtiùs orationi debemus inſiſtere, quantò longiùs differt donare. Et nunquid iſte cæcus comparandus eſt ſacerdotibus Baal clamantibus ad Deos ſurdos, & deſides: quia vehementer inſiſtit apud Deũ attentum tantis clamoribus? O ſi clamorem item cordis eius audiſſes, cuius ſtrepitus pluries & acriùs Chriſti auribus reſonabãt, quàm omnia eius verba clamoſa: de quo Pſalmiſta, Clamaui in toto corde meo, exaudi me domine. Vbi in expoſitione CASSIODORVS. Fidelium, atque deuotæ mentis clamor, affectus eſt, qui non tantùm ſermone promitur, ſed magna cordis intentione profertur: clamabat enim populus Iudæorum murmurãs, & nõ exaudiebatur à domino. Tacebat Moyſes, & Dominus ei dicebat: Quid clamas ad me? Scilicet quoniam illas cogitationes exaudit altiſsimus, quæ pia intentione deuoluuntur. Additum eſt, in toto corde meo, ne putares aliud cogitandũ quando clamatur ad Dominum. In ſola enim religioſa cogitatione totus debet ſpiritus occupari: ne mens diuiſa, effectum nequeat impetrare, quẽ poſtulat. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit, non aliud cogitandum quando clamatur ad Deum, ſcilicet, ore. Clamor enim internus, quaſi anima eſt clamoris vocalis: atque ideo eſt clamor cordis, non oris, continuò adhibendus. Vnde in eodem verſu Pſalm. 118. AVGVSTINVS. Clamor ad Dominum, qui fit ab oratoribus, ſi ſonitu vocis corporalis fiat, non intento in Deum corde, quis dubitet inaniter fieri? ſi autem corde, etiam ſilente corporis voce, alium quemlibet hominẽ poteſt latere, non Deum. Siue ergo cùm voce carnis id opus eſt, ſiue cùm ſilentio: ad Dominum cùm oramus, corde clamandum eſt. Eſt autem clamor cordis magna cogitationis intentio. Quæ cùm eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis, & petentis affectum, vt non deſperet effectum. Tunc porrò in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Tales orationes raræ ſunt multis, crebræ autem perraris: omnes verò vtrum cuiquam tales neſcio. Hæc ille. AVTHOR. Approbat igitur Auguſtinus clamorem oratoris etiam voce carnis, quando id opus eſt, inquiens, ſi intento corde fiat in Deũ.

Altus erit clamor tuus, ſi erit alta deuotio. In cuius contrariũ ſuggillat nos Witcleff de alto clamore prophetarum Samarię, vt clamores, & cantus deuotos appellat eccleſiæ.

¶ Quòd Cãtus Eccleſiaſtici ſunt inſtituti à Chriſto ordinante Apoſtolos concinere. Et primò de hæreſibus contra Cantica.

CAP. XVII.

SVMMA.

1 *Cantus eccleſiaſtici quòd inſtituti ſint à Chriſto ordinante Apoſtolos cõcinere, cõtra Witcleff.*
2 *Hæreticam attentationem cõtra ſacros cantus, unde acceperit Witcleff.*
3 *Hæreſes contra cantica deſcribuntur, & earum authores.*
4 *Publiæ fœminæ factum contra Iuliani Cæſaris apoſtatæ impietatem.*
5 *Hæretici, & aduerſarij cantuum laudum Chriſti narrantur.*
6 *Hymnus quid ſit proprie.*
7 *Chriſtus an docuerit quandoq; diſcipulos concinere, & ſimul conſonanter orare.*
8 *Witcleff, qui conatur propellere cantus ab eccleſia, Auguſtini authoritate redarguitur.*
9 *Paulus & Silas quòd media nocte in carcere hymnũ Deo canebãt. Et de duobus beneficijs Dei, quæ cantibus Apoſtolorum euenerunt.*
10 *Eccleſia quomodo plerunq; mari comparatur ſecundùm Ambroſium, & bene.*

CONSIDERANT, inquit, fideles, ꝙ multæ oratiões prolixæ, & cãtationes cum variis ritibus in eccleſia ordinantur, & non eſt fides, ꝙ earum quãtitas, vel qualitas placet Deo: imò prolixitas orandi, & cantus alti, qui vni competunt, ab altero diſſonant: & hinc conuentus plurimi congregantur contrarij domini voluntati. Et iſta creditur eſſe cauſa quare Dominus elegit Iudã Scarioth cum alijs apoſtolis vndecim, & non ordinauit eos concinere, ſed ad ædificationem eccleſiæ operari. Hęc Witcleff cap. 2. de oratione. Et in libro ſuo de oratione cap. 3. Gloſſator eius peruerſè multa dicta ſanctorum ad hanc partẽ exaggerat in-
1 diſcuſsè. AVTHOR. Videtis † qualiter cauſas immiſcet prolixæ orationis & cantus eccleſiæ, & occaſionem loquendi contra cantus eccleſiæ, ab oratione ſumit prolixa: nec cernit, vel negligendum ducit, quòd vtrunq; Saluator noſter Chriſtus in vna nocte traditionis ſui exercuit, tam dicente palàm euangeliſta de cantico Chriſti poſt cœnã, quàm quòd ſtatim in Oliueto orauit prolixiùs. Vtrunque ergo Saluatoris noſtri confirmemus exẽplo, quod procax hæreticus non veretur arguere. Cantationes, inquit, cum variis ritibus in eccleſia ordinantur: & tamẽ non eſt fides, quòd earũ quantitas, vel qualitas placet Deo. Quòd ſi retundamus hanc eius ratiunculam, ꝙ in re publica humani generis innumerę hominum turbæ ordinantur in orbe, quorum non eſt fides, ꝙ quantitas vel qualitas placet Deo: quid igitur, nunquid ideo malè eas Deus condidit, & tollendæ erunt de terra? Imò tam hominũ ſectæ ſuæ, quàm verborũ, & rituum fides eſt, ꝙ nec quantitas, nec qualitas placet Deo, aut ad minus non eſt fides, ꝙ placeat. Tollat ergo prius qualitatem, & quantitatem perfidæ ſuæ gentis, aut ritus, vt orationẽ ſuam probet ha-
2 bere ſequelam. Attentationem † autem iſtam hæreticam contra ſacros cantus, ab Hilario quodam accepit, cõtra cuius errorem ſcripſit libellũ AVGVSTINVS. prout ipſe in 2. lib. Retractationum, cap. 9. ſic tradit. Inter hæc Hilarius quidam vir laicus catholicus, neſcio vnde aduerſus Dei miniſtros, vt fieri aſſolet, irritatus, morem, qui tunc apud Carthaginẽ eſſe cœperat, vt hymni ad altare dicerẽtur, de pſalmorum libro, ſiue ante oblationem, ſiue cùm diſtribueretur populo quod fuiſſet oblatum, maledica reprehenſione vbicunq; poterat, lacerabat, aſſerens fieri non oportere. Huic reſpondi iubẽtibus fratribus. Hæc ille. AVTH. Neſcio an Hilarius iſte fuerit de Arianis, quorum inuidia fuit communis tempore perſecutionis, cantibus ſacris detrahere, quia his laudibus pars eorum non poterat reſpondere. Vnde lib. 8. Epiſtola cõtra Auxentium de traden da Baſilica. AMBROS. Audis nempe legi,
3 quòd † cùm Chriſtus ſuper pullum aſinæ ſederet, clamabant pueri, & moleſtè ferebãt Iudęi: deniq; interpellauerunt Iudęi Dominum Ieſum vt faceret eos tacere: reſponditq;, ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Sequitur. Semper ergo Chriſti laudes verbera perfidorum ſunt. Et nunc cùm laudatur Chriſtus, dicunt hæretici, quòd eis mors paratur: & verè mortem habẽt in laudibus Chriſti: quomodo eũ eius laudes ferre poſſent, cuius infirmitatem prædicant? Itaq; & hodie cùm laudatur Chriſtus, Arianorum vehementia verberatur. Geraceni præſentiam Chriſti ferre non poterãt, iſti peiores Geracenis, nec laudatores Chriſti

ſuſtinere

Digitized by Google

ſuſtinere poſſunt. Videt Chriſti gloriam pueros concinentes:quia ſcriptum eſt, Ex ore infantiū, & lactentium perfeciſti laudē propter inimicos tuos. Irrident iſtam ætatulam plenam fidei,cùm dicūt,Ecce quid clamant? Sed reſpondit eis Chriſtus, ſi hi tacuerint, lapides clamabunt,hoc eſt,fortiores clamabunt, & iuuenes clamabunt, & maturiores. Clamabunt iſti laudes ad illum iam ſolidati lapidē,de quo ſcriptum eſt, Lapidem,quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput anguli.Hæc ille. AVTHOR. Numerus hoſtium laudum Chriſti, Iudęi, Phariſæi, Geraceni, Ariani, & vos Witcleuiſtæ interpellatis contra pueros Chriſtianos, qui concinunt Chriſto laudes. Clamant, inquit Euangeliſta,ſed hunc exponens Ambroſius. Vident,inquit,pueros gloriam Chriſti concinētes, & hoc altis valde vocibus Oſanna in excelſis. Nimirum clamor erat non intelligētis ætatis, ſed vbi inſtructor eſt Spiritus ſanctus, clamor fit concentus. Sicut diuinatio Balaam conuertitur in prophetiam, quia & à Deo motus,& in Dei laudem eſt eius ſermo conuerſus. Concinebant ergo pueri,quos hæretici Hilariani,Ariani,Geraceni, Phariſæi,ferre non poſſunt:ſed cùm Chriſtus eorum concentu laudatur, eorum vehementia verberatur. Quæramus ſi forſan plures fuerunt aduerſarij laudum Chriſti. Manichæi puto ex eis erant.Nam.9.confeſsionum poſt principium AVGVS. Quas tibi voces dabam in Pſalmis illis.1. Dauid,& quomodo in te inflāmabar ex eis,& accendebar eos recitare ſi poſſem toto orbe terrarū aduerſus typum generis humani:& tamen toto orbe terrarum cantatur, et non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Quàm vehementi,& acri dolore indignabar Manichæis, & miſerabar eos rurſus,quòd illa ſacramēta,illa medicamenta neſcirēt, & inſanirent aduerſus antidotum,quo ſani eſſe potuiſſent. Vellē vt alicubi iuxta eſſent,tūc ignorante me vtrum audirent, & me neſciēte quòd ibi eſſent,intuerentur meam faciem, & audirent meas voces. Quando legi quartum pſalmum in eo tūc otio quid de me fecerit ille Pſalm. Cùm inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ:in tribulatione dilataſti mihi. AVTHOR. Auxerunt ergo numerum hoſtium canticorum eccleſiæ Manichæi, qui inſaniebant aduerſus antidotum pſalmorum, quos Auguſtinus pſallebat vocaliter, & tota tunc cantabat per orbem eccleſia, quo item ſani eſſe potuiſſent, ſi concorditer decantaſſent. Accedat item ad clerum Cæſareum ſuus Iulianꝰ Cæſar apoſtata, roboret ſi poterit partem ſui Witcleff, de cuius hac impietate inter alias ſcribit lib. 6. hiſtoriæ tripertitæ.cap. 26. CASSIODORVS. Adijciā etiam ſuper hæc miracula fœminæ,quæ zelo diuino huius cōtempſit impietatem. Publia quædam fuit illo tempore nominatiſsima,& pretioſis virtutibus exornata. Hæc cùm nuptiale iugum ad tempus ſuſcepiſſet, fructū digniſsimum obtulit creatori. Sequitur. Hæc habens apud ſe chorū conuerſatione digna virginitatem ſeruantium, cum eis ſemper laudabat factorem, ſaluatoremq; Deum. Tranſeunte verò imperatore,clariùs in commune pſallebant:cōtemptibilem,& deridendum iudicātes erroneum: illaq; maximè cantica reſonantes, quæ idolorū præoptare vidētur debilitatem:dicebantq; cū Dauid,Simulacra gentiū argētum & aurū: opera manuum hominum.Et iterum,Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.Hæc audiens Iulianus,& ira vehementer accenſus,eas cùm tranſiret, tacere præcepit. Quæ eius legem paruipendentes,chorū maiori ordine compleuerunt: rurſumq; illo tranſeunte pſallebant,Exurgat Deus,& diſsipentur inimici eius. Tunc ille ſæuiens,Magiſtram chori, quam iuſsit adduci, cùm videret ſenectute maceratam, nec corporis canitiem miſeratus eſt,nec animi ſtuduit honorare virtutem, ſed quibuſdā ſpatariorum iuſsit vt eam alapis cæderent. Quæ veluti ſummū donum illas contumelias excipiens, domum reuerſa eſt, Deumq; conſuetē melodijs ſpiritualibus deuocabat: ſicuti conſcriptor illius cātici malignum ſpiritum effugauerat à Saul. Nam & Iulianus erroneos dæmones ſibimet applicans,contra donum pietatis inſaniebat.

5 Hæc ille.AVTHOR.Iam † colligas aduerſarios cantuū laudū Chriſti Phariſæos, Geracenos,Arianos, Hilarianos, Manichæos, Iulianos Witcleff, vt non ſine turba multa ſequente cum fuſtibus, & gladijs, Chriſti proditor antecedas. Si quis autem præſtoletur habere fundamentum eius hæreſis, iam Witcleff ſuo decreto præfixit, ita inquiens. Creditur eſſe cauſa quare Deus elegit Scarioth cū alijs ſanctis.11.& non ordinauit eos concinere,ſed ad ædificationem eccleſiæ operari.Quàm fallax, & quàm mēdax ſit hoc fundamentum à Chriſto,& apoſtolis,probat euāgeliſta Matthæus ca.26.vbi deſcribēs ſanctam cœnā,addidit:& hymno dicto exierunt in montem Oliueti.Et iterū Marci.14.Hymno dicto exierūt in montem Oliuarū.At ſi neſciat Witcleff noſter q d ſit hymnus.lib.6.Etymologiarum ca.34.dicit

6 ISIDORVS.Hymnus † eſt canticū laudan- *Hymnus.*

Digitized by Google

tium propriè, aut hymni ſunt concinẽtes laudem Dei: quòd ſi ſit laus, & non eſt Dei, nõ eſt hymnus: ſi ſit & Dei, & laus, & non cantetur, non eſt hymnus. Hæc ille. AVTHOR. Et habet ab AVGVST. ſuper pſalmum. 72. in titulo vbi dicit, Hymni laudes ſunt Dei cum cantico. Hymni cantus concinentes laudem Dei: ſi ſit laus, & nõ eſt Dei, nõ eſt hymnus. Oportet ergo vt ſit hymnus, vt habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum. Hæc ille. AVTHOR. Et libro de officijs cap. 25. AMBROSIVS. Hymnus ſpecialiter Deo dicitur: hoc tanquam excellentius cęteris decorum. Hæc ille. AVTHOR. Vnde & dominus Ieſus ibi vocaliter cantaſſe legitur vnà cum diſcipulis, tradens formam cantandi. Vbi in commentario HIERONYMVS. Hymno dicto, exierunt in mõtem Oliueti, hoc eſt quod in Pſal. legimus. Edent pauperes, & ſaturabunt, & laudabũt dñm q requirũt eum. Hæc ille. AVTH. Qualiter ergo dicit Witcleff, q̃ Saluator non ordinauit diſcipulos ſuos cõcinere, audiẽs euãgeliũ affirmare, q̃ iã dixiſſet hymnũ poſt cœnam: qui ſi nõ cantetur in laudem Dei, nõ eſt hymnus. Et quid potiùs Ieſu Chriſto omnes erigeret in Dei laudem? Et quos potiús, quàm Apoſtolos ſuos ſibi chariſsimos, & orbis, ſui loco, vicarios conſtitutos? An forſan timet ſibi, q̃ non conſonarent cantãtes. quia hoc eſt concinere. Vnde Pſalm. 72. verſu. Si dicebam narrabo ſic. AVGVSTIN. Concinit enim, qui conſonat: qui autem non conſonat, non concinit. Hæc ille. AVTHOR. Sed reuertamur ad id, an † Chriſtus docuit eos quãdoq; 7 concinere, & ſimul conſonanter canere. Numeremus à diebus carnis ſuæ Zachariam ſancti Baptiſtæ parentem, qui poſt prolixum ſilentium, hymnum canere ordinauit. Et Dominus in ipſa hora natiuitatis ſuę, angelos cum cantu ab ipſo cæli vertice venire conſtituit. Pueros etiam ipſe admonuit diuinam ſibi laudem concrepaturos Oſanna. Ac cùm inuidi Chriſti laudibus Phariſæi in ſpiritu Witcleff, & errantis Hilarij, in pueriles voces irruerent, comprobans eos Chriſtus, Et ſi iſti tacuerint, inquit, lapides clamabunt. Ecce q̃ non ſemel, ſed pluries, Chriſtus Deus inſpiratione ſua diuina ſenes, & iuuenes hortatur, vt vocalibus canticis laudent nomen domini. Sacratiſsimo choro apoſtolorum ſuorum tantum meritũ putas detrahere, ordinans eis fixè ne concine 8 rent? Audiat † qui vult, qualiter magni huius mẽdacij magiſtrum Witcleff in libello de laude ſpiritualium canticorum redarguit AVGVST. In euãgelio inquiẽs inuenies primùm Zachariam patrem magni Ioannis poſt longum illud ſilentium in hymni voce prophetaſſe. Nec Elizabeth diu ſterilis edito de promiſsione filio, Deum de ipſo, anima magnificare ceſſauit. Notãdum etiam, q̃ in terris ideo laudem ſonuit exercitus angelorum Gloria in excelſis Deo, & annuntiantes in templo, Oſanna filio Dauid clamauerunt. Nec Phariſæis liuore obſtrepentibus Dominus ora innocentium clauſit, ſed potiùs aperuit, eis dicens, Non legiſtis ſcriptum, Ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem propter inimicos tuos? Et ſi iſti tacuerint, clamabunt lapides. Ipſe dominus in verbis doctor, & in ſanctis conſummator, vt hymnorum dictorum gratiſsimũ miniſteriũ cõprobaret, cũ diſcipulis, hymno dicto, exijt in montẽ Oliueti. Quis iam habito tali documento de pſalmorum & hymnorum religione dubitauerit, quando ille, qui à cæleſtibus adoratur, & pſallitur, ipſe cum diſcipulis hymnum cantaſſe perhibetur? Et Ioannes in Apocalypſi refert ſe ſpiritu reuelante vidiſſe, & audiſſe vocem aquarũ multarũ & tonitruũ multorum dicẽtiũ Halleluia. Hæc ille. AVTH. Notẽ quod dicit Auguſti. q̃ q à cæleſtib⁹ adoratur, & pſallitur, ipſe cũ diſcipulis hymnum cantaſſe perhibetur: ne dicere euangelium tacuiſſe cantum Chriſti, quia hymno dicto, inquit, in montem exiuit. Sed q̃ hymnus illic dicitur, nunc Auguſtinus expoſuit, q̃ cantatur, nec ſolus, ſed Chriſtus cantauit cum diſcipulis. Quomodo ergo auſus eſt Witcleff aſſerere, q̃ nuſquam potuit inuenire, quòd ordinaſſet Chriſtus apoſtolos ſuos cõcinere, qui & alios exemplo & authoritate concinere ſtatuerit? dicente libro primo de officijs, cap. 6. ISIDORVS. Itaq; & in hymnis & pſalmis canẽdis, non ſolùm prophetarum, ſed etiam ipſius domini & apoſtolorum habemus exemplũ, & prẽcepta de hac re vtilia ad mouendum piè animum, & inflammandum diuinę dilectionis affectum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd & Domini, & apoſtolorũ habemus tam exemplũ, quàm præcepta, pro hymnis, & pſalmis canendis. Et ſuper Matthęum opere perfecto homilia. 19. CHRYSOS. Etenim prophetis pſallẽtibus, & apoſtolis hymnos canentibus, & Deo diſponente, extrà eramus, & vitæ huius negotiorum introducimus tumultum. Hæc ille. AVTHOR. Apoſtoli igitur canunt hymnos, & prophetæ, & ad quid ſignificat, ad mouendum. ſ. piè animum, & inflãmandum diuinæ dilectionis affectum. Quid poſſent apoſtoli amplius ad ædificationẽ operari, quàm piè mouere animos hominum,

hominum, & inflāmare ad diuinæ dilectionis affectum? Dicat mihi Witcleff operationem illam, quæ cantum talem saltem aliquotiens in die non sustineat, & ad ædificationem ecclesiæ auxilietur vberius. Magis autem dicat, si non ordinauit Christus apostolos suos concinere, qua authoritate præsumpserunt Paulus † & Silas apostoli Christi cātare Deo laudes in carcere? Actuum. 16. Media nocte Paulus & Silas adorantes laudabant dominum, & audiebant eos, qui in custodia erant. Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt. Vbi & alia litera secundùm Bedam habet, quòd Paulus & Silas adorantes Deum, hymnum dicebant. Vbi in expositione super actus. BEDA. Deuotio simul apostolici pectoris, & virtus exprimitur orationis, cùm & illi hymnos in carcere cecinerūt, & eorum laus terram cōmouerit, & carceris fundamēta cōcusserit, & aperuerit ostia, atq; postremò eius vinculorum catenas resoluerit. Aliter quicūq; fidelium omne gaudium existimat, cùm in tētationes varias inciderit, libenterque gloriatur in infirmitatibus suis, vt inhabitet in eo virtus Dei, hic profectò cum Paulo & Sila inter carceris tenebras hymnizat, & cū Psalmista Domino cantat, Tu es mihi refugium à pressura, quę circundedit me, exultatio mea. Hæc ille. AVTHOR. In hac re duo beneficia Dei Apostolorū cātibus euenerūt. Primum erat deuotio apostolorū, quā cæteri imitātes fideles, cū eis hymnizāt inter carceris tenebras, quotiēs omne gaudiū existimāt, cùm in passiones incidunt varias. Secūdum, quòd per virtutē altisonæ orationis, terrorum falsò eos prementium concussit Deus custodiam, & resoluit catenas. Ecce si isti iam apostoli cōgregabantur voluntati Domini contrarij, & si non ordinauit eos Deus concinere in hoc carcere altas Dei laudes, ita vt qui in custodia erāt * audirēt eos, & totā terram quaterent sacræ voces, ostia cuncta vellētes à repagulis, & cippos, & vincula resoluentes. Et hæc hactenus cantibus cleri nostri proficiunt. A qua item laude deuoti cantus plebei tam quo ad authoritatem, quàm quo ad fructum exortes non sunt, quos magnifico stylo lib. Hexameron. 3. in fine, sub maris allegoria AMBRO. Mare est ergo secretum temperantiæ, exercitium continentiæ, grauitatis successus, portus securitatis, tranquillitas seculi, mundi huius sobrietas cum fidelibus viris, atq; deuotis: vt cum vndarum leniter alluentium sono, cer-

Paulus & Silas media nocte in carcere hymnū dicebant.

**audirent.*

tent cantus psallentium, plaudant insulæ, tranquillo fluctuū choro, hymnis sanctorum personent. Sequitur. Et quid plura? quid autem ille concentus est populorum? Vnde † bene mari plærunq; comparatur ecclesia, quæ primò egredientis populi agmine totis vestibulis vndas vomit. Deinde in oratione totius plebis tanquàm vndis refluentibus stridet cū responsorijs, & antiphonis psalmorum, cantibus virorum, mulierum, virginum, paruulorum, consonus vndarum fragor resultat: nam illud ad quid dicam, quòd vnda peccatum abluit, & sancti spiritus auras salutares expirat? Hæc ille. AVTHOR. Ecce non solùm conuentum religiosorum, aut clericorum cantus, sed vtriusque sexus plebis vox in laudem Christi tempore constituto laxata, cùm in responsorijs suis, psalmis, & antiphonis, tāquàm consonus vndarum peccata abluentium fragor resultat, & sancti spiritus auras salutares expirat.

¶De institutione cantuum, psalmorum, & hymnorum per primas ecclesias ab Apostolis, & quòd ab eis trahebatur in alias ecclesias vsque ad præsens.

CAP. XVIII.

SVMMA.

1 *Cantuū, hymnorum, & psalmorum à primitiua ecclesia ad nos traductio.*
2 *Paulus quòd ordinauerit cantum.*
3 *Psalmus, & hymnus an sint idem.*
4 *Paulus quòd uocaliter cantare docuerit.*
5 *Celeuma sanctum quomodo docuerit Apostolus, Et quid sit Celeuma.*
6 *Organum diuinæ uocis quando fiat homo.*
7 *Paulus apostolus quomodo constituerit uocales cātus exercendos, maximè psalmorum, hymnorum, & spiritualium canticorum per famatissimas ecclesias Corinthiorum, Colossensium, & Ephesiorum.*
8 *Antiphonarum, & hymnorum in ecclesijs institutio.*
9 *Hymnos canendi antelucanos in Dei laudem antiquus mos ab Eusebio narratur. Et quid sit Semnion.*
10 *Hymnorum ecclesiasticorum authores.*
11 *Cantus uocales quomodo tam sententia quàm authoritate Christi succreuerunt in ecclesijs in*

triplici ſpecie ſua, ſed pſalmis, hymnis, & canticis.

12 *Cantus eccleſiæ, & Pſalterium cum melodia cantilenarum ſuauium ab eccleſia frequentatum ad quid proficiunt.*

13 *Vox cantus in eccleſia qualis eſſe debeat. Et quibus magis prodeſſe poſſet uox ſubmiſſa, quàm alta.*

14 *Auguſtinus, & Iſidorus quid de cantibus eccleſiæ dicant.*

1 POſt† apoſtolos Chriſti ad plebes cõgregatas in eccleſijs veniamus, quas apoſtoli docuerunt pſalmos cõcinere, adhuc eccleſia Chriſti ſuas agẽte primitias, vt abundantius cõfundatur Witcleff, dicens, Cõuentus plurimi congregantur voluntati Domini contrarij, ſigno illo, quòd Apoſtoli ad cõcinendum nõ erant à Domino ordinati. Nam ſi ad hoc venit Chriſti prouiſio, cur apoſtoli ordinauerunt oppoſitum ordinationi Chriſti? Cur† dico, apoſto-
2 lus Paulus inſtituit Corinthios canere pſalmos in eccleſijs? Cur ſcripturarum expoſitiones? Cur prophetias, ſicut modò cuncta hæc fiunt, inſtituit primæ Corinth. 14. Cùm cõuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, Apocalypſim habet, linguã habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant? Quem locum in expoſitione ſua ſuper hanc epiſtolam explanans AMBROSI. Cùm cõuenitis, vnuſquiſque veſtrũ pſalmum habet. 1. laudem Dei per canticum loquitur. Doctrinam habet, hoc eſt, ſenſuum per ſpiritualem prudentiam habet expoſitionem. Reuelationẽ habet. 1. ſubeſt ei prophetia occultorum, quæ ad omnium mẽtem perueniat, fauẽte ſpiritu ſancto. Sequitur. Omnia ad ædificationem fiant. Concluſio hæc eſt, vt nihil incaſſùm in eccleſia geratur. Hæc ille.
3 AVTHOR. Ecce† quòd in fronte huius cõſtitutionis apoſtolicæ vnuſquiſq; cõueniens ad eccleſiam dicitur habere pſalmum, qui & hymnus ſuprà dictus eſt. Sumuntur enim ab antiquitate promiſcuè, vnde adhuc liber pſalmorum, dictus eſt liber hymnorum. Et Ambroſius hoc exponens. 1. laudem Dei per canticum, inquit. Et ibidem in lib. annotationum HIERONY. Pſalmum, laudem Dei per canticum, doctrinam, ſenſum ſpiritualem per prudentiam. Hæc ille. AVTHOR. Si† veniamus
4 ad Epheſios, inuenire forſan poſſumus, qualiter docuit eos Paulus cãtare vocaliter, dicẽs ad Epheſios. 5. Loquentes vobiſmetipſis in

Paulus ordinauit cantum.

Pſalmus hymnus.

Paulus uocaliter cantare docuit.

pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus. Quæ verba palàm denuntiant eos ab inſtitutione Pauli doctos excercere vocales cantus in ſua eccleſia ad laudẽ Dei. Vnde in annotationum lib. ſuper eundem locũ HIERON. In hymnis, & canticis ſpiritalibus, non in actibus ſeculi, ſicut ait Propheta, vt non loquatur os meum opera hominum, Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Ne diceret hoſtijs ſanctum Paulum iuſsiſſe ſolũ, hoc eſt, in mẽte pſallere, ne ore tãtùm verba Chriſti ſonemus. Hæc ille. AVTHOR. Vide quòd ore reſonãt Dei verba per pſalmos, hymnos, & cantica ſpiritalia: ſed vt pſallant item mente, ſubiunxit, Cantantes, & pſallentes cordibus veſtris Domino, ne diceret hoſtijs ſanctũ Paulum iuſsiſſe ſolùm de cantu mentali: non inquit Hieronym. ſed vt pſallerent item mente ait: cantantes cordibus veſtris, aliter bis dixiſſet idem. Ideo† etiam ſanctus Auguſti. dicit in prædictis verbis Apoſtolum docuiſſe Epheſios ſanctum celeuma. 1. parte ſermonũ, ſermone primo. AVGVSTI. Quãdo dicebat gratia ſalui facti eſtis, tutelam exorabat: quando dicebat in pſalmis, & hymnis cantãtes cordibus veſtris Domino, celeuma ſanctum docebat, & dicebat. Hæc ille. AVTHOR. Celeuma eſt (quod pauci ignorant) cantus nauticus alto clamore canentium penè delatus in cœlum. Celeuma ergo ſanctum tradens Apoſtolus, altum cantum edocuit, non tantùm vitæ aut mentis deuotione altum, ſed canore vocis: ſicut in expoſitione epiſtolę ad Epheſios AMBRO. Rationabilem vitam diligit Spiritus ſanctus: quia ſi bene vixerimus, implebimur eo, vt memorat ad cõfitendum, & extollendum Dei donum diuerſo vocis canore, vt laus in Deum omni lingua canatur. In quo enim eſt ſpiritus, ſemper ſpiritualia meditatur, vt non in labijs tantũ ſit, ſed & de corde prorumpat, propter vetus dictum Domini per Prophetam. Ait enim, Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me. Hæc ille. AVTHOR. Attende proceſſum. Si bene vixerimꝰ, implebimur Spiritu ſancto ad extollendum dona Dei diuerſo vocis canore, vt laus Dei non in corde tantũ, vel vita, ſed in omni lingua canatur, latina, vel barbara, vel græca. Sicut omnis lingua illud cõfiteatur, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Et in Hexamerone. ſermone. 6. Idem AMBROSI. Hoc eſt pretioſiſsimum, inquit, quòd homo Dei veræ vocis ſit organum, quòd corporalibus labijs exprimit cæleſte oraculum. Hæc ille. AVTHOR.

Celeuma.

5

Organum

Digitized by Google

6 Organum † diuinæ vocis fit homo, quãdo vocem exhibet corporalem, siue ad canendum Dei laudes, siue ad loquendum more Apostoli: Si quis loquit quasi sermones Dei: hoc est pretiosissimum, inquit Ambro. adiuncto eo, quod sequitur, vt nõ in labiis tantùm fiat, sed & de corde prorumpat. Tunc enim vox est, quia viua est secundum August. suprà, & pars vitæ Christianæ. Hoc pro Witcleff dico, qui vitam bonã ab his Dei laudibus separat christianis. Beatus em̃ Paulus instituit vt esset portio pretiosa vitæ christianę, & conuersationis fidelis. Si bene vixerimus, implebimur diuerso vocis canore: laudate dominũ, inquit Ambro. Adeamus item ecclesiam Colossensium, audituri, quid sanctus Paulus ibi de cãticis instituit. In omni sapientia docentes, & commonentes vosmetipsos (idest, vt sapienter, & rationabiliter proferantur) in psalmis, hymnis, & canticis spiritalibus. Colossens. 3. In quem locũ Apostoli lib. annotationũ ait HIERONYMVS. Psalmis vt Dauid, hymnis vt triũ puerorum, canticis vt Moysi, & cæterorum, quæ sunt spiritalia, vt non carnalibus, vel turpibus delectemini cantilenis. In gratia cantantes in cordibus vestris domino. Nusquã legimus sine voce cantasse aliquem. Vnde necesse est hîc in corde, & ex corde intelligi, vt. s. non solùm in ore, sed etiam in corde cantemus. Cõfitebor, inquit, Domino in corde meo. Hæc ille. AVTHOR. Distincta ergo genera canticorum eis tradebat Apostolus ad canendũ vocaliter: psalmos Dauid, & aliorum hymnos, & alia cantica spiritalia: non hæc à corporalibus distinguendo, & à carnalibus cantilenis, sicut dicit Apostol⁹ resurget corpus spirituale. Vnde quotiens Witcleuistarum glossa profertur q̃ hi cantus intelligantur vitales, aut mẽtales, non cum canore vocales: obiiciatur ipsi in faciem id, quod ait Hieronymus de mente Apostoli. Nusquam legimus sine voce cantasse aliquem: & ideo dicit, necesse est hîc intelligi in corde, & ex corde, vt non solùm ore, sed etiã corde cantemus. Cùm tamen hoc dicens, habeat exponere, Cantantes in cordibus vestris
7 domino. Per † has ergo tres famatissimas ecclesias Corinthiorum, & Colossensium Græciæ, & Ephesiorũ Asiæ, constituit Apostolus Paulus vocales cantus in ecclesiis exercendos, maximè horum trium generum in testamẽto veteri fundatorum psalmorum, hymnorum, & spiritalium canticorum. Nec determinat singulariter quos, relinquens industriæ sequentium prælatorũ illos, quos propter ritus gentis, loci, vel temporis iudicent aptiores. Ideo dicit in psalmis, hymnis, & canticis. Et interpres eius Hieronymus in psalmis vt Dauid, in hymnis vt puerorum, canticis vt Moysi. Si enim dixisset in psalmis Dauid, videretur eos excluisse à cantu ecclesiæ; quos dedit Asaph Idithum, aut Salomon, Esdras, vel alij. Si item notasset hymnis trium puerorũ, omnes alios videretur alienos fecisse. Indeterminatè autẽ dicens hymnis, & cãticis, electioni dimisit pastorum in plebe: ita vt videantur Apostolico se cõformare præcepto, qui in hymnis canendis sudant, vt nouos faciant, qui apud pastorum examen digni videri possint laudi diui-
8 næ. Deinde, quantum noui, beatus † Ignatius antiphonarũ, & hymnorum vsum celebrem introduxit ecclesiæ. lib. 10. historiæ tripertitæ CASSIODORVS. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius post Apostolum Petrum Episcopus, qui etiam cum ipsis degebat Apostolis, vidit angelorum visionem quomodo per antiphonas sanctæ Trinitati dicebant hymnos. Itaque modum visionis Antiochenæ probatur tradidisse ecclesiæ, & ex hoc ad cunctas transiuit ecclesias. Hæc ille. AVTHOR. Hoc modo ad omnes ecclesias illas, quæ ibi erant, incipiebant antiphonę decantari. Et hic ordo psallendi quàm erat catholicis vsitatus, in suo refert Apologetico. cap. 2. cuius est titulus cõtra inquisitionem TERTVLLIANVS. Plinius enim secundus cùm prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsa tãdem multitudine perturbatus quid de cætero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad conferendum disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibẽtes. Hæc ille. Et habet Eusebius lib. 3. Ecclesiasticæ historiæ authorem cum verbis.
9 AVTHOR. Quàm † antiquus ergo mos erat ecclesiæ canere Deo hymnos etiam anteluca nos ne hora transiret incassùm, antiquus iste pater de primitiuis ostendit. Ita apud ecclesiam primitiuam primi penè religiosi viri, per monasteria circa partes Alexandriæ quotidianã operam impendebant conficiendis hymnis, & canẽdis: sicut scribit sapiẽs ille Iudæorum Philo in libro suo, quem de vita theorica attitulauit, vel supplicium. & recitat libro secundo. de ecclesiastica historia cap. 17. EVSEBIVS. Est, inquit, in singulis locis conseerata orationi domus, quæ appellatur Semnion, id est, monasterium. Semnion autem in nostra

Antiphonarum institutio.

Digitized by Google

in nostra lingua significare potest honestorum conuenticulum, in quod secedentes, casta vitæ ministeria celebrant; nihil illò prorsus quod ad cibum potumq; pertinet inferentes, vel ad reliqua corporis humani ministeria, sed legis tantùm libros, & volumina prophetarum, hymnos quoque in Deum, cæteraq; his similia, in quorum disciplinis, atque exercitiis instituti, ad perfectam beatamq; vitam studiis iugibus coalescunt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd isti conuentus cõgregantur cum hymnis, & canticis: nec iudicantur apud sanctos contrarij Domini volũtati, non tantùm in hymnis canendis, sed etiam edendis: nec hoc solùm, sed etiam allegoricis expositionibus in diuinam legem conficiendis, disputationibus exercendis: sicut suprà beatus Paulus psalmos recensuit doctrinales, & expositiones propheticas recitatas ecclesiæ. Vnde & prosequitur EVSEBIVS. Ab ortu diei vsque ad vesperam omne spatium eis studiorum exercitiis ducitur, quibus ad diuinã philosophiam per sacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes. Sequitur. Habent autem etiam disputationes quasdam, & interpretationes veterum virorum, qui adauctores ipsius hæresis extiterunt, quos eis allegoricæ, atque figuralis intelligentiæ normam quamplurimis scriptorum suorum constat tradidisse monumentis. Et versus finem capituli. Et vt vnus ex omnibus consurgens in medium, psalmum honestis modulis concinat: vtque præcinenti ei vniversiculum, omnis multitudo respondeat. Hæc ille. AVTHOR. Author iste, quem hic adducit Eusebius, Philo erat, qui secundũ recitatum eius, beatum Petrum vidit oculis suis, & fruebatur eius alloquio. Videte ergo quando hi viri erant, quantæque antiquitatis in ecclesia, & vicini Apostolis, quos ipse dicit cõcinere psalmos honestis modulis, sicut Paulus indixit ecclesijs, sed Witcleff dicit Apostolis denegatum. Demum non istis religiosis, sed sancti Marci tantùm videtur ad componendum hymnos ecclesiasticos concessa li
10 cẽtia: sed † & in ecclesia latina Occidentali cœ
Hymnorũ authores. perunt Hilarius, & Ambrosius eodẽ iure sancti Pauli hymnos edere modulandos: sicut testatur libro primo de officijs cap. 6. ISIDORVS. Sunt, inquit, diuini hymni, sunt ingenio humano compositi. Hilarius autem Gallus Episcopus Pictauensis, Pictauis genitus, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo, & in ecclesia clarissimus doctor, copiosiùs in huiusmodi claruisse carmine cognoscitur. Atq; iidem hymni ex eiusdem nomine, Ambrosiani vocantur: quia eius tempore primùm in ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. Cuius celebritatis deuotio dehinc per totius ecclesias Occidentis obseruatur. Carmina autem quæcunque in laudem Dei dicuntur, hymni vocantur. Hæc ille. AVTHOR. Videtis iam,
11 quòd † tam sententia, quàm authoritate Christi, & Apostolorum, cantus vocales succreuerunt in ecclesiis, & crescente ecclesia, creuit & cantus ad laudem Dei in triplici specie sua, secundum distinctionẽ Apostoli, psalmis, hymnis, & canticis. Hymni nomẽ generaliter conuenit vniuersis: sicut hîc iam vltimò dixit Isidorus, quòd cuncta carmina laudis Dei dicuntur hymni. Secundùm verò quòd est carmen tertium per Apostolum à psalmo distinctum & cantico, sic sancti patres in laudem Dei adimplentes iussum Apostoli, per sua tempora hymnis repleuerunt ecclesias. Ecce mi Witcleff cantus, quos reprobas, instituebant Apostoli, sancti laudabant. Quid est quod te molestat in cantu? An quòd altus est? An quòd secundum artificium regularis & dulcis? Si tibi, quia altus est, displicet, quia sic dicis orandi prolixitas & cãtus altus. Ex categoriis tuis noscere poteras altum & bassum secundùm respectum ratiõis oppositos dici posse de eodem: sicut Athlas mons est altus in comparatione terræ, sed comparatus astris, est bassus: ita cùm secundùm tropum transferuntur ad vocem altam, vel bassam, dubium erit, vtrum cantus ecclesiæ primitiuæ nostris fuerint bas-
12 siores, an æquales. Hoc † tamen primò sciendùm est, cantus ecclesiæ maximè ad eleuandum infirmorum animos, necdum vera animi sanctitate constantes, proficiunt: & secundùm hoc vocis perfectio est attẽdenda in cantantibus: quæ tunc requiritur esse alta, sicut libro de institutis clericorum cap. 76. RABANVS. Psalterium idcirco cum melodia cantilenarum suauiũ ab ecclesia frequentatur, quo facilius animi ad compunctionem flectãtur. Perfecta autem vox est alta, clara, suauis. Alta vt insufficiat, clara vt aures adimpleat, suauis vt animos audientium blanditer demulceat: si autem aliquid ex his defuerit, perfecta vox non erit. Hæc ille. AVTHOR. Congruum
13 † ergo puto, vt perfecta laus Dei in publica ecclesia perfecta voce formetur: ita vt vox cãtus sit alta, suauis, & clara: hoc dico consulens multitudini. Non ignoro autem, quòd perfectis viris, & iam amore Christi ex decantati ver-

Digitized by Google

decantati verbi ſenſu raptis ad Deum, poſſet magis prodeſſe vox ſubmiſſa, quàm alta: ſicut de ſe fatetur libro. 10. confeſsionum. cap. 34.

14 AVGVSTINVS. Voluptates † aurium tenaciùs me implicauerant, & ſubiugauerant: ſed reſoluiſti, & liberaſti me nũc in ſonis, quos animant eloquia tua, quum ſuaui, & artificio ſa voce cantantur. Sequitur bene infrà. Aliquando autem hanc ipſam fallaciam immoderatiùs cauens, erro nimia ſeueritate: ſic valde interdum, vt melos omnium cantilenarum ſuauium, quibus Dauidicum pſalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri velim, atque ipſius eccleſiæ. Tutiùs quidem mihi videtur, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſæpe mihi dictum cõmemini: quia tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem pſalmi, vt pronuntianti vicinior eſſet, quàm canenti. Veruntamen cùm reminiſcor lachrymarum mearum, quas fudi ad cantus ecclesiæ tuæ in primordiis tuis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſe cùm commoueor, non cantu, ſed rebus quæ cantantur, quum liquida voce, & conuenientiſsima modulatione cantantur, magnam inſtituti huius vtilitatem rurſus agnoſco: ita fluctuo inter periculum voluptatis, & experimentum ſalubritatis, magisque adducor, non quidẽ irretractabilem ſententiam proferens, cantandi conſuetudinem approbare in eccleſia: vt per oblectamẽta aurium, animus in affectum pietatis aſſurgat. Et cùm mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res, quæ canitur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & mallem tunc non audire cantantem. Hæc ille. AVTHOR. Immoror adhuc huic verbo Auguſtini, vbi reminiſcitur lachrymarum, quas fudit ad cantus ecclesiæ in primordiis ſuæ fidei adeptæ. Sic dixi, quòd infirmis in fide Chriſti cantus huiuſmodi plurimùm valent. Hinc, vt ad euocationem, & compunctionem lachrymas fundant: hinc, vt Deo ſuauiùs inardeſcant. Vnde libro de ſummo bono tertio cap. 7. ISIDORVS. Nihil eſt ſola voce canere ſine cordis intentione: ſed ſicut ait Apoſtolus, cantantes in cordibus veſtris, id eſt, non ſolùm voce, ſed corde pſallentes. Vnde & alibi: pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Sicut orationibus regimur, ita pſalmorum ſtudiis delectamur. Pſallendi enim ſuauitas triſtia corda conſolatur, gratioſas mentes facit, faſtiditos oblectat, inertes excitat, peccatores ad lamenta inuitat. Nam quãuis dura ſint carnalium corda, ſtatim vt pſalmi dulcedo inſonuerit, ad affectum pietatis animum eorum inflectit. Dum Chriſtianum non vocis modulatio, ſed tantùm verba diuina, quæ ibi dicuntur, debeant commouere: ne ſcio tamen quo pacto modulatione canentis, maior naſcitur cõpunctio cordis. Multi enim reperiuntur, qui à cantus ſuauitate commoti, ſua crimina plangunt, atque ex ea parte maximè flectuntur ad lachrymas, ex qua pſallentis inſonuerit dulcedo ſuauiſsima. Oratio tantùm in præſenti vita pro remedio peccatorũ effunditur: pſalmorum autem decantatio perpetuam Dei laudem dęmonſtrat, & gloriam ſempiternam: ſicut ſcriptum eſt, Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Cuius operis miniſterium quicunque fideliter intentaq; mente exequitur, quodammodo angelis ſociatur. Hæc ille. AVTHOR. Adhuc contineant digiti calamum, donec de cantibus eccleſiæ dixerim: in libro de laude cãticorum AVGVSTINVS. Suauiter, inquit, auditur pſalmus cùm canitur: penetrat animum cùm delectat: facilè pſalmi in memoria retinentur, ſi frequenter pſallantur. Et quod legis auſteritas ab humanis mentibus extorquere non poterat, hi per dulcedinem cantionis excludunt. Nam quicquid lex, qcquid Prophetæ, qcquid Euãgelia ipſa præcipiũt, in his carminibus ſuis medicamenti dulcedine cõtinetur. Hæc ille. AVTHOR. In his omnibus ſuaues cantus pſalmorum, & aliorum canticorum extollũtur eccleſiæ, quia ab infirmis mentibus vitia, quæ per legis auſteritatem non poſſent extorqueri, per dulcedinem cantionis cantores excludunt. Et neſcit Iſidorus quo pacto modulatione canentis maior naſcitur compunctio cordis. Et Auguſti. reminiſcitur lachrymarum, quas ad primum fudit cantus auditum: & iterum monitus eſt non cantu, ſed rebus, quæ dum liquida voce, & conuenientiſsima modulatione cantantur, magnam huius inſtitutionis rurſus vtilitatem agnouit. Propter quæ omnia quanuis non irretractabilem ferat ſententiam, conſuetudinem tamen probat eccleſiæ, vt per oblectamenta cantandi infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat. Et quanuis ſtatim ſubdat accidiſſe ſibi vnde mallet non audire cantantem, parcit tamen cantui ſibi non placito propter infirmos, quibus forſan abſentibus, ſibi conſuleret: ſicut quidã deuoti feruntur Dei nutu à ſyluis, quas incolebant, philomenas relegaſſe perpetuò. Et hoc debebat gloſſator Witcleff attẽdere libro de oratione capi. 3. de oratione clamoſa & cantu, vbi cõfundens verba doctorũ, cantus bonũ dãnare conatur cũ vitio. Huic enim cãtus altus plus proderit, huic

verò ſub

verò ſubmiſſus. Et Athanaſius ſubmiſſa voce pronuntiare fecerat lectionem: & hoc idem refert fuiſſe moris eccleſiæ primitiuę libro primo de officiis cap. 1. ISIDORVS. Primitiua autem eccleſia ita pſallebat, vt modico flexu vocis faceret reſonare pſallentem, ita vt pronuntiāti vicinior eſſet, quàm canenti. Propter carnales in eccleſia, nō propter ſpirituales conſuetudo cantandi eſt inſtituta, vt quia verbis non compunguntur, ſuauitate modulaminis moueantur: ſic nanq; & beatus Auguſtinus in libro confeſſionum ſuarum conſuetudinē canendi approbat in eccleſia, vt per oblectamenta, inquit, aurium, animus ad affectū pietatis aſſurgat. Nam in ipſis pſalmis religioſiùs & ardentius mouentur animi noſtri ad flammam pietatis cùm cātantur, quàm ſi non cantentur. Omnes enim affectus noſtri pro ſonorum diuerſitate, vel nouitate neſcio qua occulta familiaritate excitantur magis, cùm ſuaui, & artificioſa voce cantatur.

¶ Quòd cantus Eccleſiaſtici ſint artificio debitè regulati.

CAP. XIX.

SVMMA.

1 *Symphonia quid ſit.*
2 *Chorus quid, & unde dicatur.*
3 *Concinendi diſciplinam exquiſitè tradidit Auguſtinus.*
4 *Cantum regularem in hymnis, & pſalmis quomodo in Occidentalem eccleſiam Ambroſius ſecundùm Orientis exemplum intulerit,*
5 *Anglicanæ eccleſiæ unde pſallendi regula emerſerit.*
6 *Vox ſonora, uel alta, in laude Dei plena, quòd ſit Deo placita.*



AM ad hoc verbum pulſamur, vt de artificio cantus dicamus: quia neſcimus qualiter conſona voce multi canerent, ſi non arctis regulis cohærerent. Et hoc eſt, quod in eccleſiaſticis noſtris religioſorū conuentibus Witcleff eis improperat cap. 1. lib. de oratione. Prolixitas, inquit, orādi, & cantus alti, qui vni competunt, ab altero diſſonant. Et hinc conuentus plurimi congregant contrarij Domini voluntati. Hæc Witcleff. AVTHOR. Vnde contrarij Domini voluntati, quia alti cantus, qui vni cōpetunt, ab altero diſſonant? Nec hoc laudemus in cantibus: quia ſcimus ſcripſiſſe cantorē egregium, Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius inuicem. Sicut habet ſecundùm Romanam literam CASSIODORVS. Quæuis communio iuſtiſſima regula, vt ab omnibus in vnum fiat, quod ſanctæ vnitati conſtat offerri. Inuicem verò ſignificat cōpoſitos choros, qui pſalmodiā Domini alterna ſibi ſucceſsione reſpōdent. Hæc ille. AVTHOR. Tollatur vitium, quod ſanctum Dei tantū denigrat, placet: ſed non placet deprauare virtutem. Tolle diſſonantias, reſeca ſimultates, & iurgia concinentium, vt non ſint conuentus ſibi ipſis & Deo contrarij: ſed chori compoſiti, pſalmodiam Domini alterna ſibi ſucceſsione reſpondeāt, & tunc nil perperam dicis. Vnde in Epiſtola ad Damaſum de pdigo HIERONYMVS. Et cùm veniret, & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam, & chorum. Illud, quod in quodam pſalmo ſuperſcribitur pro Meleth, huic ſenſui conuenit. Siquidem Meleth chorus conueniens in vnum dicitur. Malè autem quidam de latinis ſymphoniam putant genus organi: cùm concors in Dei laudem concentus ex hoc vocabulo ſignificetur. Sympho- *Symphonia*
1 nia † quippe conſonantia exprimitur in latinum. Hæc ille. AVTHOR. Sic enim ab initio conſtituti ſunt, vt concinerent quaſi in circulo cantus edere reſponſales. Vnde libro. 1.
2 de officijs cap. 1. ISIDORVS. Chorum † aiunt, ab imagine coronæ fratrum, & ex eo ita vocatum. Vnde & Eccleſiaſticus liber ſcribit ſtantem ſacerdotem ante aram, & in circuitu eius coronam fratrum. Chorus propriè multitudo canentium eſt. Quippe apud Iudæos non minus decem conſtat canentibus: apud nos autem incerto numero à paucioribus, à plurimis, ſine vllo diſcrimine conſtat. Hæc ille. AVTHOR. Hi ergo chori ſunt, qui multi concinunt, & tunc cùm inuicem concinunt, ſunt chori compoſiti. Cuius differentias bene in libro de laude ſpiritualium canticorum ſic colligit AVGVSTINVS. Sonus, vel melodia credentium ſancta religione pſallatur: nō quā fracta difficultas exclamet, ſed quē inuocant vera chriſtianitate demōſtret: non quod aliquid theatrale redoleat, ſed ad compunctionem peccatorum faciat: ſed & vox omnium noſtrum diſſona non debet eſſe, ſed conſona. Non vnus inſipienter protrahat, & alter contrahat: aut vnus humiliet, alter vocem extollat: ſed nitatur vnuſquiſque humiliter vocem intra

Digitized by Google

cem intra ſonum chori concinentis includere: non extrinſecus extollentes, aut protrahentes, quaſi ad ſtultam oſtentationem indecenter offerre, neq; hominibus placere velle. Totum enim tanquàm in conſpectu Dei non hominibus placendi ſtudio, celebrare debemus. Habemus enim & de hac vocis cõſonantia formam propoſitam, vel exemplum: tres illos vtiq; beatiſsimos pueros, de quibus refert Propheta Daniel. Tunc hi tres quaſi ex vno ore humiliter ſanctéque laudauerunt. Et nos vtiq; omnes quaſi ex vno ore eademq; vocis modulatione æqualiter proferamus. Qui autem æquare ſe cæteris nõ poteſt, melius eſt ei tacere, aut lenta voce pſallere, quàm clamoſa voce omnibus perſtrepere. Si & noſtra omnium vox fuerit inoffenſa vel conſona: labiorum cymbalis beneſonantibus, & nos delectabit, & audientes ædificabit: & Deo noſtro ſanctior erit tota laudatio, qui in domo ſua, ſicut legitur, vnanimes habitare facit. Hæc ille. AV-
3 THOR. Quàm† exquiſitè diſciplinam concinendi tradidit Auguſtinus, quot amouet, quot recipit inſtituta? amouet omnia, quę diſſonantiam generant, protrahentes, frangentes, humiliantes, contrahentes, inæquantes ſe cæteris, exclamantes vetat à cantu. Omnes intra ſoni chorum iubet includi, vt quaſi tres illi pueri, qui ex vno ore quaſi pariles modulos iubilabant: ſic omnium inoffenſa, vel indiſſona voce laudetur, qui nuſquàm eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis: ſicut in omnibus eccleſiis Paulus edocuit. Si verò propter inæqualitatem negetur plurium, ars neceſſe eſt vt præ-
4 ſtet ſuffragium: idcirco† videns hominum vocẽs, & volens Chriſtus ſuis laudibus coaptare, in hanc occidentalem eccleſiam per ſeruum ſuum Ambroſium, cantum intulit regularem in hymnis, & pſalmis ſecundũ Orientis exemplum: ſicut ait. 9. lib. confeſsionum AVGVSTINVS. Quantum fleui in hymnis: & canticis tuis ſuauè ſonantis eccleſiæ tuæ vocibus cõmotus, & eliquebatur veritas in cor meum, & æſtuabat inde affectus pietatis, & currebãt lachrymæ, & bene mihi erat cum eis. Non longo tempore cœperat Mediolanenſis eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus, & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cùm Iuſtina Regis Valentiniani mater, tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſa, quâ fuerat ſeducta ab Arianis. Sequitur. Tunc hymni, & pſalmi vt canerentur ſecundùm morem Orientaliũ partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernũ diem retentum, multis iam ac penè omnibus gregibus tuis, & per cæteras partes orbis imitantibus. Hæc ille. AVTHOR. Tunc incepit ibi eſſe diſciplina cantandi, & Hymnorum carmina faciendi. De quibus vnum aſſumit ibi paulò pòſt Auguſtinus, quod Ambroſij eſt. Vt eram, inquiens, in lecto meo, ſolus recordatus ſum veridicos verſus Ambroſij tui. Tu es enim Deus, creator omnium, poliq́ue rector, veſtiens diem decoro lumine, noctem ſoporis gratia. Artus ſolutos vt quies reddat laboris vſui, menteſq́ue feſſas alleuet, luctuſq́ue ſoluat anxios. Sed hos Hymnos deuotos, & Catholicos, hæretici Ariani tunc obiecerunt Ambroſio, ſicut modò faciunt Witeleuiſtæ catholicis: prout libr. contra Auxentium de tradenda Baſilica commemorat idem AMBROS. Hymnorum quoq; meorum carminibus deceptum populum ferunt planè, nec hoc ab vno: grande carmen eſt iſtud, quo nihil potentius. Quid enim potẽtius, quàm confeſsio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes ſtudẽt fidem facere, patrem & filium & ſpiritum ſanctum norunt verſibus prædicare: facti ſunt omnes magiſtri, qui vix poterant eſſe diſcipuli. Hæc ille. AVTHOR. Poſſet fieri, vt illum hymnum intelligat, quẽ eius eſſe de Trinitate compoſitum verſibus, iam Auguſti. edixit, Deus creator omniũ. Quod autem iam dixerat Auguſti. quòd penè omnes greges Chriſti cœpe-
5 runt habere tunc pſallẽdi regulas, refert† mea, qui Anglicus ſum, dicere qualiter in eccleſiã Anglicanam emerſit. Quod & Beda non omiſit edicere libr. 4. de geſtis Anglorum cap. 17. BEDA. Accepit ſupple benedictus Abbas ſancti Petri in Britannia iuxta Oſtumbriam à Papa Agathone ſuſceptus Romæ Ioannem Archicantorem ſancti Petri, & Abbatem ſancti Martini in Britanniam perducendum, quatenus in monaſterio curſum canẽdi annuum, ſicut ad ſanctũ Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitq́; Abbas, vt Ioannes iuſsionem acceperat pontificis: & ordinem videlicet, ritumq́; canendi, ac legendi viua voce præfati monaſterij cantores edocendo, & ea, quæ totius anni circulus in celebratione dierum feſtorum poſcebat, etiam literis mandando, quæ eatenus in eodem monaſterio ſeruata à multis iam ſunt circunquaque ſcripta. Non ſolùm autem idem Ioannes ipſius monaſterij fratres docebat, verùm de omnibus penè eiuſdem Prouinciæ monaſterijs ad audiendum eum, qui cantandi erant periti, confluebant:

ſed &

ſed & ipſum per loca, in quibus doceret, multi inuitare curabāt. Hæc ille. AVTHOR. His ergo ſe ita habentibus, & à tot tamq; ſanctis patribus ita ſuſceptis, cum tam diligenti cura ad regulariter canendum Dei laudes in eccleſia, fruſtra detrahit erroneus Witcleff, maximè cùm pro parte ſua, & Hilarij magiſtri ſui viri laici, ſolùm habet hoc ad fundamentum erroris item mēdoſum, q̄ Chriſtus diſcipulos ſuos canere nō inſtruxit. Iam enim planè deduxi quòd ſic: quòdq; Paulus Apoſtolus cantus hymnorum & pſalmorum inſtituit facien dos per eccleſias, & demum eos ab Apoſtolorum tēporibus per antiquos & citeriores patres hactenus valuiſſe, tantùm vt dignè Deo fiant, ſicut docuit Auguſtinus, ſine vocū diſſonantijs, aut fractura difficili. Maximè autem in monaſteriis, & cum viris religioſis delicatos cantus cum triplis & quadruplis reſonantes non exiſtimem opportunos: quia infirmi non ſunt, aut eſſe non debent, propter quos ſolos cantus prouidentur dulcis ſoni, vt dicit Iſidorus ſuprà. Et rurſum. Prorſus in omni cā tu debent cantores, qui diuinæ vocis tunc organa erumpant, attendere monito Auguſt. ne velint hominibus cantando placere, ſed Deo: & quaſi homo præſens non eſſet, ſoli Deo canere pleno corde. Scientes hoc ideo dictū ab Apoſtolo, Cōmonentes voſmetipſos in hymnis & canticis ſpiritualibus in gratia, cantātes in cordibus veſtris domino. Ad Coloſ. 3. vbi in expoſitione AMBRO. Hæc meditanda ſemper monet, quæ ſonent Chriſtum: hæc in corda habēda, quæ Deo patri ſemper gratias referant: vt vox canora illi ſeruiat, illum laudet pſalmus, hymnus extollat, & huic ſoli notum ſit, qui occulta peruidet mētis: à quo ſperatur & præmium. In cordibus illi cantari mā dauit, ne fauore hominum fieret, & fructum amitteret. Hæc ille. AVTHOR. Vtrunq; moris genus comprehēdit iſta locutio, vt laus ſonet Dei in publico, & intentio maneat in occulto. Sic em̄ habet textus Ambroſij: vt vox canora illi ſeruiat, laudet hymnus, & pſalmus extollat. Sequitur. Et huic ſoli notum ſit, qui occulta peruidet: ſecundùm illud Matthæi. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra opera bona, & glorificent patrē veſtrum, qui in cælis eſt. Vnde ſuper Matth. lib. 2. RABANVS. Si tantummodo diceret, Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus vt videant bona facta veſtra: finem cōſtituiſſe videretur in laudibus hominum, quas quærūt hypocritæ, & qui ambiunt honores, & captāt inaniſsimam gloriam. Contra quos dicitur, Si adhuc hominibus placerē, ſeruus Chriſti non eſſem. Et Propheta. Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniā Deus ſpreuit eos. Et iterum. Deus confringet oſſa eorum, qui hominibus placent. Et ſequitur. Non ergo tantùm dixit: vt videant veſtra opera bona, ſed addidit, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt: vt hoc ipſo, quòd homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem ſibi cōſtituat vt hominibus placeat, ſed hoc referat ad laudem Dei: & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hæc ille. AV-
6 THOR. Iſta ergo vox ſonora, vel alta, in laude Dei plena, eſt Deo placita: & ideo deprecari Dominum debemus, vt laudibus ſuis os noſtrum replere poſsimus in confuſionem hæreticorum, qui his laudibus inuidebunt: dicendo illud Pſalm. Lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam: cùm confuſi, & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi. Vnde in maiori breuiario ibidem HIERONYMVS. Siue vitia, ſiue aëreæ poteſtates, quę mihi iniquas inferūt immiſsiones: nos verò deprecemur Dominum, vt repleto laudibus ſuis ore humano, ea ſemper meditemur in cordibus, quæ ſibi placitis vocibus proferamus. Hæc ille.

De horis Canonicis. Titu. III.

¶ Quòd Apoſtolica authoritate ſtatuenda fuit orandi forma in clero cum alternatione Pſalmorum, Antiphonarum, Lectionum, & Hymnorum, & cæterorum.

CAP. XX.

SVMMA.

1 *Pauli Samoſatæi hæreſis ab Euſebio narratur.*
2 *Hymni & antiphonæ non reijciendi, eo quòd de nouo humanitùs eſſent facti.*
3 *Concilium Toletanum de Hymnis, & alijs Canticis ab hominibus factis aduerſus eos, qui dicebant debere reprobari tanquam non exiſtentes de ſcripturis ſanctorum Canonum, uel apoſtolica traditione.*
4 *Obſecratio quid ſit. Et quomodo Pſalmus obſecrationem, canus Antiphonarum poſtulationem, collectæ ora-*

ctæ orationem, & hymni gratiarum actionem resonent in diuinis.

5 *Antiphonæ unde cœperint oriri.*

6 *Lectionis gloria, quòd non sit prætermittenda, & quid de ea dicat Rabanus.*

7 *Responsoria quòd sint grauitatibus lectionum ad hibenda. Et qui primò statuerint ea.*

8 *Lectiones, hymni, uel cantus. &c. quòd non debeãt in commune duci iuxta uniuscuiusq; sensum. Et quid super hoc dicat Cõcilium Melenitanũ.*

9 *Concilium Carthaginense circa scripturas, quæ debent legi in ecclesia sub nomine diuinarum scripturarum. Et quid de passionibus martyrum.*

HIS aduersaturos sic esse, de certo nouerim. Witcleuistas, vt dicant, humanæ institutionis figmenta sunt hæc: nec ideo tãtæ obseruationis adhibendã cautelã, vt nunc hi hymni hominũ, nũc ãtiphonę, nũc lectionũ celebrẽtur historiæ, quasi cũcta Dei essent, quę iusserit homo, vel fecerit. Hęc † est antiqua hæreticorũ vesania, qua item laborauit vetus ille & imprudens hæreticus Paulus Samosatæus, adolescente adhuc ecclesia. De quo lib. 7. ecclesiasticæ historiæ capit. 30. antiquus pater referens ex communi multorum episcoporum epistola, EVSEBIVS. Psalmos verò, qui in dominum nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fecit, velut neotericos, & nuper inuentos. In semetipsum verò compositos, in diebus paschæ, in medio ecclesiæ canere mulieres, maximè quas ipse prius ad canendum pro more instituerat, faciebat: ita vt horresceret si quis audiret. Nam cùm ipse filium Dei negaret descendisse de cælis, sed à Maria incepisse, & initium habuisse de terra diceret, psalmi qui dicebãtur in ipsum, & quibus in populo laudabatur, angelum eum dicebant de cælo descendisse, & hoc ipse assistens, & audiens, non solùm dici non prohibebat, sed elato supercilio delectabatur audire. Hæc ille. AVTHOR. Ex quo tantæ ecclesiasticæ authoritatis relatu, vtcũq; patet ex quàm antiquo vsu scilicet inoleuit Christi & ecclesiæ certorum & electorum psalmorum decãtatio in Dominum nostrum Iesum Christũ, per quos laudabatur modò descẽsus eius de cælo, modò de Maria natiuitas, aut iterum eius in cælum ascẽsio. Et item quàm antiquus mos erat hæreticis, sanctorum psalmorum in Deum inuidiosa distractio, tanquàm noui essent, & ideo inhibendi. Suos autem tractatus horrendos licet nouos, etiam per mulierum voces lasciuas decantari instituunt in foris, in nundinis: nec tantùm, sed etiam in ecclesiis, veluti polluti Pragenses, contempta scriptura, extollunt suum confectum omni nouitate Bohemica codicem quendam suæ religionis vocabulo appellatum. Ast ego † respondeo nec ideo reiiciendos hymnos, & antiphonas, quòd de nouo humanitùs facti essent: sed potiùs attendendum puto, quòd tam subtiliter ait scriptura, psallendum in hymnis, & cãticis spiritualibus Deo, quòd nõ de signauit quos hymnos, vel quæ cantica, ideo solertiis hominum eos faciendos dimisisse. Quodque magis euidens est, ex illo primæ ad Timoth. 2. Obsecro omnium primùm fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate. Notetur hic, quòd Apostolus obsecrat Timotheum, vt primò omnium fiant obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones. Hæc autem quatuor sunt distincta genera deprecãdi, nec vno modo fiũt omnes. Igitur vt ecclesia non vacet his omnibus, quibus diuersimodè Deus placatur, necessarium videbatur apostolo eorum formam, & institutionem committere Timotheo. Hoc modo apostolicum præceptum intellexit magnus Isidorus, & cœtus patrum ecclesiæ in concilio Toletano. CONCILIVM TOLETANVM. De † hymnis etiam canendis, & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplũ. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo euangelista testãte, Et hymno dicto, exierunt in montẽ Oliueti. Et Paulus apostolus ad Ephe. dicens. Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Et quia à nõnullis hymni humano studio in laudẽ Dei, atque apostolorum, & martyrum triumphos esse compositi noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidem specialiter reprobant pro eo, quòd de scripturis sanctorum canonum, vel apostolica traditione non existunt: respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico priuatoq; officio in fine omnium psalmorum dicimus, Gloria patri, & filio, & spi-

Digitized by Google

ritui ſancto, in ſecula ſeculorum. Amen. Nam & in illo hymno, quem nato in carne Chriſto angeli cecinerunt, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, reliquaq; quæ ibi ſequuntur, eccleſiaſtici doctores cõpoſuerunt: ergo nec ipſi in eccleſiis cantandi ſunt, quia in ſanctarum ſcripturarum libris non inueniuntur? Componuntur miſſæ, ſiue preces, vel orationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantẽtur in eccleſia, vacant omnia officia eccleſiaſtica. Admonet hæc fieri, atq; hortatur Timotheum Apoſtolus, dicens: Obſecro ergo omnium primùm fieri orationes, obſecrationes, poſtulationes, & gratiarum actiones pro hominibus, pro regibus, & pro his omnibus, qui in ſublimitate ſunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem dei compoſitos, nullus noſtrum vlterius improbet: ſed pari modo in Gallicia Hiſpaniaque celebret, excommunicatione plectendi, qui hymnos reiicere fuerint auſi. Hoc ibi ex libro decretorum pontificum. AVTHOR. Bene probant patres huius ſancti cõcilij, hymnorum ſanctum vſum inſtitutum eſſe à Chriſto, & ab apoſtolis conſecratum, & quanuis ab hominibus aliis componantur, in veneratione tamen habendi ſunt, eo quòd apoſtolus Paulus iuſſit orationes fieri in omni ſpecie: & intelligit fieri, pro componi, quia ſic probat factos ab hominibus non ideo debere pelli. Componuntur, inquiens, miſſæ ſiue preces. ſequitur. Sic hortatur Apoſtolus Timotheum, Obſecro fieri orationes, poſtulationes &c. i. orationes in omni genere. Et ſtatim ſubdit. Sicut igitur orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos nullus noſtrum vlterius improbet. Nempe genus orandi eſt hymnus, quia orat, vel obſecrat, poſtulat, interpellat, vel gratias agit. Has differentias in annotationibus ſuper eundem textum apoſtoli, partim explanat HIERONYMVS. Obſecratio † impenſior eſt oratio: gratiarum actiones, pro eo quòd nos dignos fecit etiam pro aliis impetrare. Hæc ille. AVTHOR. Hęc ergo cura patrum eccleſię à diebus ſancti Pauli, vt ita ordinentur laudes Dei in eccleſia, ſecundùm quòd inſtituebat apoſtolus in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus: & quanuis vnuſquiſque pſalmus, aut hymnus, aut cãticum, aliquam orationem, obſecrationem, poſtulationem, & gratiarum actionem (quas primò omnium faciẽdas hortatur obſeruari) contineat: regulariter tamen pſalmus obſecrationem, cantus antiphonarum poſtulationẽ, & collectæ orationem, & hymni gratiarum actionem reſonant in diuinis. Non enim eſt hora canonica, vel diurnum officium, quod his penè omnibus non repletur. Vnde † autem antiphonæ cœperint oriri libro. 1. de officiis capit. 7. deſcribit ISIDORVS. Antiphonas Græci primi compoſuerunt duobus choris alternatim concinentibus ſint duo Seraphim, duo quoque teſtamenta inuicem ſibi clamantia. Apud autem Latinos primus idem beatiſsimus Ambroſius antiphonas inſtituit, Græcorum exemplum imitatus. Et hinc in cũctis occidentibus regionibus earum vſus increbruit. Hæc ille. AVTHOR. Has enim hymnis, & pſalmis immiſcuit, vt dulciſono carmine, & vario, Dei domus effulgeat. Nec † itẽ ab hac varietate prætermittenda eſt gloria lectionis, quæ item celeberrimo vſu verſari cœpit in templo, & habet vtilitatis plurimum. Vnde de inſtitutis clericorum ca. 80. RABA. Lectiones pronuntiare antiquæ inſtitutionis Iudæorum eſſe traditio habet. Nam & ipſi legitimis ex lege, & prophetis in ſynagogis vtuntur, & hoc de veterum patrum inſtitutione ſeruantes. Eſt autem lectio non parua audientium ædificatio: vnde oportet, vt quando pſallitur, pſallatur ab omnibus: cũ oratur, oretur ab omnibus. Cũ verò lectio legitur, perfecto ſilentio audiatur à cunctis. Cum volueris orare priuatim, ſub obtentu orationis ne perdideris lectionem, quia non ſemper quilibet eam paratam habere poteſt. Quicunque enim legendi officium decenter, & ritè peragere vult, doctrina, & libris debet imbutus eſſe, ſenſuumq;, atque verborum ſcientia per ornatus: ita vt in diſtinctionibus ſententiarum intelligat vbi finiatur iunctura, vbi adhuc pendeat oratio, vbi ſententia extrema claudatur: diſcernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo proprios ſententiarum affectus: modò voce indicantis ſimpliciter, modò dolentis, modò increpantis, & modò exhortantis, modò miſerantis, modò percunctantis, & his ſimilia, ſecundùm genus propriæ pronuntiationis exprimenda ſunt. Hæc ille. AVTHOR. His † demum grauitatibus lectionum rurſus adhibenda ſunt de canticis ſpiritualibus reſponſoriorum ſolatia, quæ primò Italici clerici ſtatuerunt. Vnde libro de origine officiorum ca. 8. Iſidorus. Reſpõſoria, ab Italis lõgo ante tẽpore ſunt reperta, & vocata hoc nomine, q vno canen

4 Obſecratio

5 Antiphonæ

6

7

canente, chorus consonando respondeat. Ante autem id solus quisque agebat, nunc vnus, interdum duo vel tres communiter canunt, choro in plurimis respondente. Hæc
8 ille. AVTHOR. In † his tamen omnibus modus est habendus, vt non vniuscuiusque sensu lectiones, hymni, vel cantus ducantur in cõmune, sed sicut Dominus dedit Beseleel, & Oliab de spiritu suo, implẽs eos omni sapiẽtia ad faciendum opus tabernaculi in auro, & argento, vocans eos ex nomine. Et admisit deinceps omnem voluntariè se offerentẽ, cui dedit dominus sapientiam, & intellectum, si tamen vocaretur à Moyse: ita apostolos, & patres primæ ecclesiæ repleuit Deus spiritu sancto suo ad faciendum cantus in laudẽ Dei: nec tamen ij soli, sed & omnis sponte se offerens ad faciendum recipiendus est, si tamen sit vocatus à Moyse, duce ecclesiæ, vel admissus. Sic sapiebant patres antiquitùs in concilio Melenitano temporibus Archadij & Honorij augustorum, cui item Concilio beatus Augustinus interfuit. Et subscripsit se ibi cap. 12. CONCILIO. Placuit etiam & illud, vt preces, orationes, missæ, quæ probatæ fuerint in Cõcilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ, vel approbatæ fuerint in synodo: ne aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per studium sit compositum. Hæc ibi. AVTHOR. Bene ponderat Concilium, dicens, ne aliquid contra fidem sit compositum: idcirco mos patrum obtinuit, vt omnia penè sumantur ex fide scripturæ: vt sunt psalmi, & lectiones scripturarum, & cantus. Cæterùm
9 † in sanctorum festis licet sanè compositas lectiones ex eorum meritis assignare, scripturæ semper integritate seruata, non in tractatibus inutilib⁹. Vnde ex CONCILIO Carthaginẽ si. 3. cap. 39. Item placuit, vt præter scripturas canonicas nihil legatur in ecclesia sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ hæc, Genesis, & Exodi, & cætera. Liceat enim legi passiones martyrum, cùm anniuersarij dies eorum celebrantur. Sequitur. Finaliter vniuersi episcopi dixerunt. Omnibus hæc placuerunt, & hæc nostra subscriptione firmabimus, & subscripserunt. Aurelius Carthaginensis, Epigonius Bullensis, Augustinus Hipponensis, & alij. 44. qui eidem Concilio interfuerunt. Hæc ibi ex antiquo libro decretorum pontificum. AVTHOR. Et in his tamen passionibus sanctorum semper cauendum est, ne sicut in aliis precibus, aut præfationibus, aliquid contra fidem sit compositum, ne coram altari blasphemias hæreticorum pro Dei laudibus offeramus. Vnde libro primo de sermone Domini in monte super illud euangelium. Si offers munus tuum ad altare. AVGVSTINVS. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue prophetiam, siue doctrinam, siue orationes, siue hymnum, siue psalmum, & si quid tale aliud spiritualium donorũ animo occurrat, acceptum esse non potest Deo, nisi fidei integritate fulciatur, & ei fixè, atque immobili firmiter tãquam altari imponatur, vt possit integrum, atque illibatum esse quod loquimur. Nam multi hæretici non habentes altare, vel veram fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votum suum tanquam in terram proiicientes: sed debet esse sana etiam offerentis intentio. Hæc ille.

¶ Quòd ecclesia Christi à primeuis fuit ad certam orandi formam astricta, & demum ecclesia creuit in officio, sicut patebit infrà.

CAP. XXI.

SVMMA.

1 *Luther quomodo ducem sequitur.*
2 *Witcleff sub titulo suæ libertatis falsissimæ quomodo pene dissoluat totam ecclesiam.*
3 *Libertatis nomine quòd multi homines tempore Pauli errauerunt. Et quomodo alia est libertas à Deo, & alia à peccato secundùm eundem.*
4 *Liber à Deo, quòd sit seruus omnis turpitudinis.*
5 *Libertates falsæ Witcleff describuntur. Et quomodo uincat Mahometum perfidum, qui praua libertate prouocauit sectam Saracenorum.*

Digitized by Google

6 Orãdi usum quòd Christus instituerit, & ad eius obseruantiam suos obligauerit discipulos, & post eos cunctos fideles.

7 Symbolum ut sequatur post orationẽ dominicam quomodo obseruat ecclesia, licet in uia generationis ad fidem, primò habeant fideles discere Symbolum, & post orare secundùm Augustinum.

8 Symboli & orationis dominicæ secundùm usum Christi & apostolorum antiqua à fidelibus obseruatio.

9 Ecclesia quòd in primæuis erat informis, & quomodo paulatim creuerit species operis eius ad perfectum.

10 Christus usquequo non regnet in corpore suo, quod est Ecclesia.

11 Orandi usum, simpliciter à Christo acceptum, quomodo paulatim augebant apostoli, adiicientes ei & Symbolum, &c.

12 Ecclesia adhuc penè iudaizans, non dedignata prout tunc usum capere Iudæorum, quomodo lectionem legis & prophetarum pro quodam usu officij Domini sabbatis nondum dominicis celebrauerit.

13 Iacobus quomodo primus in ecclesia in Ierusalem in choauit officium, non sabbatis tantùm, sed omni feria fixum, legens, & designans officium de carminibus prophetarum.

14 Christus nõ aspernatus usum Iudæorum, quomodo regulariter gratias dixerit, cùm prandaret.

15 Haymo quid de psalmis, hymnis, & canticis dicat.

DENIQVE subiicit in secundo capitulo illius libelli de oratione contra arctam obligationem ad canendum diuinum officium, secundùm aliquem vsum limitatum, specificans vsum Sarum in Anglia. Vt dictum est de confessione, videtur generalis obligatio sub tanta pœna ad vsus talis obseruantiam: talis vsus non est prudens, cùm apostoli longè magis profuerint ecclesiæ sine obseruantia talis vsus, ideo obligare tam generaliter, & tam strictè homines ad orationes huiusmodi, videtur libertati Domini derogare. Hæc Witcleff.

1 AVTHOR. Hanc † libertatem semper obtendit, vt plebem prouocet ad errorem, omni coactione cessante. Ibidem paulò suprà. Orationes tales debent prudenter dimittere, & orationi euangelicæ cum libertate Dei intendere. Et tractatu de quatuor sectis. 6. capit. Hodie tantum ponderatur regula vsus Sarum, quantum catholicus ponderat euangelium. Et sic vbi Christus libertat suam ecclesiam, Antichristo ipsam callidè, & hypocritice illibertat. Hęc

2 Witcleff. AVTHOR. Sub † titulo huius falsi simæ libertatis, penè dissoluit totam ecclesiã, leges tollit, baptismum sensibilem, confirmationem, vnctionem, pœnitentiam exteriorem non necessariam prædicat recusare volenti, laxat cõiugia vsque ad fornicationem, quæ nec auditur inter gentes, cuncta dimittit incerta, quæ psalmista sanctus rogat in chamo, & fræno constringere, vt cum maledicto Cayn vagus, & incertus homo discurrat in orbe: iactãs illud Horatij, Nullius addictus iurare in verba magistri. Quò me cunque ferat tempestas, deferor hospes. De hac libertate brutali dicemus in loco suo: iam restat solum punctum tangere, quantum petit huius errantis argutia, & tandem ad vsum orandi Christi, & apostolorum pede cito pergere: Iuxta Apostolum

3 ad Romanos. 6. In † hoc nomine libertatis sui temporis homines errauerunt, libertatem appellantes, quo libeat facere sine conscientia delicti, vel vltione legitima. Quapropter libertatem distinguens, dicit aliam esse libertatem à Deo, & aliam libertatem à peccato. Cùm, inquiens, serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Et citò pòst subdit: Nunc liberati à peccato, serui facti estis Deo. Vbi in expositione AMBROSIVS. Manifestum est, quòd qui liber est à Deo, seruus est peccati. dum peccat enim, recedit à Deo, & fit sub peccato. Quales ergo sunt fructus peccati, in quibus conuersati, addiscentes bonam vitam, confundimur, eo quòd dudum turpiter vixerimus? Et non solum hoc, quia & sententia paganorum turpis, & fœda est, maximè quæ in Phrygia inuẽta est, in qua nisi spurcitiis interfit sacramentum mutum, torpescit religio. Ecce maculis plena libertas, & squaloribus obligata: cuius opus turpitudinis mercedem habet, cuius finis est mors. Hæc il-

4 le. AVTHOR. Ecce liber † à Deo, seruus est omnis turpitudinis, sicut sunt Phrygia sacramenta. Et in eundem locum super Epistolam ad Roma. lib. 7. ORIGENES. Cũ quis peccato seruit, iustitiæ liber est, hoc est, alienus à iustitia. hic enim liberum, alienũ dicit. Sequitur. Illud sanè notandum est, esse laudabilem seruitutẽ, & culpabilem libertatem. Nã liberum esse iustitiæ, crimen est: seruum verò esse, laudabile. Hæc ille AVTHOR. Ecce vbi tu clamitas libertatem, isti sancti clamitãt seruitutẽ, quæ vtiq; est summa libertas. Christo enim seruire, regnare est: & libertas à

Lutheri dux.

Christo,

Digitized by Google

Christo,& eius officio, libertas est, sed peccatrix,& pessima:& sicut dicit Ambrosius, Ecce maculis plena libertas,& squaloribus obligata, cuius opus turpitudinis mercedem habet.
5 Tali † libertate prouocauit sectam Saracenorum perfidus Mahometus, vincit autem eum Witcleff quantò plures prædicat libertates à baptismo(quem item quotidianum cum Iudæis,Mahometus obseruat)ab orando certis horis,à statutis ieiuniis, à legibus, ab orando in templo diebus statutis, à coniugiis cognatorum, & aliis pluribus, à quibus sectæ suæ prædicat libertates,& in omni foro conscientiæ & viris commiscentes impunes, ideo inquiens, obligare tam generaliter, & tam strictè homines ad orationes huiusmodi, videtur libertati Domini derogare. Cur hoc? quia apostoli longè magis profuerunt ecclesiæ sine obseruantia talis vsus. Hoc volo vt probes à catholico respondente, semper probationes expostulas,& scripturas extorques. Iam proba tu ipse quod profers: proba quòd apostoli sine obseruantia talis vsus orandi amplius proferunt. Et quoúsque hoc nobis probaueris, ipse Christus tibi probat, quòd vsum fixũ, & certum orandi apostolis suis instituit à primæuis, & eius obseruantiam coarctauit, dicens, sic orabitis: Pater noster qui es in cælis. & cætera. Hoc enim apostoli Christum rogabant tradere eis vsum,& formã orandi: quemadmodum Ioannes suis tradidisset discipulis. Ergo ante Christum Ioannes vsum orandi cõstituit,& post Ioannem Christus, quem etiam apostolos transgredi fas non erat. Vnde primo libro de officiis.cap.8. ISIDOR. Precibus Dominum deprecari, Christus nobis & composuit,& cõstituit. Cùm ergo quærerent apostoli Deo, & nescirent quomodo deprecarentur, dixerunt Christo: Domine, doce nos orare, ideſt, compone nobis preces: statim Dominus de libro iuris cælestis docuit quomodo orarent, vel quomodo Dominum implorarent. Ex hoc producta est consuetudo ecclesiæ Dominum precibus exposcere contra ægritudines animæ,& vti precibus ad instar earum, quas instituit Christus, quas primi Græci cœperunt componere, quibus Domino supplicaretur. Hæc ille. AVTHOR. Ec
6 ce † quòd vsum orandi Christus instituit, & ad eius obseruantiam suos obligauit discipulos: imò & post eos cunctos fideles. Vnde & Paulus & apostoli ad hũc vsum primò fideles obligarunt in ecclesiis, sicut dicit Isidorus. Ex hoc producta est consuetudo ecclesiæ. Et primæ ad Corinthi. 11. Apostolus ad hoc ait. Omnis vir orans, aut prophetans scilicet symbolum, quod iam ad vsum Christi coniunxerũt apostoli. Vnde in expositione illius loci. AMBROSIVS. Orare dicit deprecari: prophetare autem fore aduentum Domini voce symboli post orationem effari. Hæc ille.
7 AVTHOR. Sic † adhuc obseruat ecclesia, vt post orationem Dominicam sequatur & symbolum. Attamẽ in via generationis ad fidem, primò habent fideles discere symbolũ, & post orare Deum, propter illud Apostoli. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Prout exponit illum textum secunda parte sermonum sermone. 2. AVGVSTIN. Quia inuidebant ipsi Iudæi gẽtibus euangelium, etiam illi, qui crediderant in Christum, & dixerunt non debere annũtiari euangeliũ Christi illis, qui circunciſi non fuissent, ideo contra istos posuit hoc testimonium Paulus: Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Subiunxit statim ad illos conuincendos, qui nolebant euangelizari gentibus,& ait. Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderũt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? aut quomodo prædicabunt si non mittãtur? Quia ergo dicit. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt: ideo non accepistis prius orationem, & post symbolum: sed prius symbolum, vbi sciretis quid crederetis. Et pòst, orationem, vbi noscere tis quem inuocaretis. Symbolum ergo pertinet ad fidem, oratio ad pietatem: quia qui credidit, ipse audietur inuocans. Hæc ille:
8 AVTHOR. Vtrũque † ergo scilicet symbolum, & orationem Dominicam, iam obseruabãt fideles secundum vsum Christi, & apostolorum, & ad hoc quotidie obligabantur: ideo in oratione sic canitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et de symbolo dicit ibi scilicet. 3. parte, sermone. 1. AVGVSTINVS. Sacrosancti mysterii symbolum accepistis, & singuli reddidistis. Sequitur. Recepistis ergo,& reddidistis, quod animo, & corde semper retinere debetis: qđ in stratis vestris dicatis, quod in plateis vestris cogitetis, quod inter cibos non obliuiscamini: in quo etiam dormientes, corde,& corpore vigiletis. Hæc ille. AVTHOR. Ecce orationis vsum generalem, ad cuius obseruantiam generalem, & strictam tenentur singuli Christiani. Dicat Witcleff, si Paulus derogauit libertati Domini, instituens fideles ad obseruandum vsum symboli vltra Christum? & vbi inueniet Christũ edidisse symbolũ, vel itẽ

Digitized by Google

quando apoſtolos? Pleniſsimæ ſeductione ſunt tales hæreticorum argutiæ, meliùs egerant ſine iſtis: & primis temporibus non agebantur hæc, & illa. In quibus omnibus ſi ſemel dicatur, hoc proba: ſtupidus nouitatis, & litigij cupidus reboabit, Tu ipſe proba quid fuerit per ſcripturas. De talibus monebat apoſtolus Coloſſenſes, & ſingulos Chriſtianos, dicens: Videte ne quis vos decipiat per inanem philoſophiam, & fallaciam ſecundùm traditionem hominum.

9 Pro fundamento tamen ſciri oportet, quòd † in primæuis eccleſiæ omnia penè erant informia: & ſicut tempus illud habebat architectum optimum, ſed opus rude: ita paulatim creuit ſpecies operis eius (ſicut dicit Ambroſius) ad perfectum. Apoſtoli Chriſti multò clariores poſt aſcenſionem, quàm ante. Eccleſiæ Chriſti multò fertiliores, & fide conſtantiores ſub magiſtratu Pauli (ſi fas ſit dicere) quàm ſub prima corporali præſentia Ieſu Chriſti: ipſo agente profectum, qui ſemel dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Moram iſtam fecit carnalis indiſpoſitio hominis, qui nec reformari protinus poteſt per artificem, etiam ſupremum: & quanquam à peccatis liber fiat, non tamen repente ad Dei obſequia, & præconia laudum eius aſcendit. Probationem huius attendens in primis Romæ fidelibus, quibus diſtinctè ſcripſit Apoſtolus hūc ordinem aſcenſionis in gradibus ad Romanos. 6. Cùm ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. & cætera. Sequitur. Nunc autem liberati à peccato, ſerui autem facti Deo. vbi in expoſitione libro ſexto. ORIGENES. Hoc, quod ſuperius dixit, liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ: nunc autem cùm ſimiliter dixerat, Liberati à peccato: non ſimiliter dicit, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, ſed ſerui facti eſtis Domino: non diſtinctio otioſa eſt. Per hoc enim oſtenditur, quòd poſteaquàm quis liberatus fuerit à peccato, ſeruire primò debet iuſtitiæ, & omnibus virtutibus ſimul, vt inde per profectum aſcendat ad hoc, vt ſeruus fiat Deo. Eſt tamen ordo profectuum, & ſunt profectibus, vel virtutibus gradus: & idcirco dicitur Chriſtus regnare profectò ſecundùm hoc, quòd iuſtitia eſt, donec in vnoquoque compleatur plenitudo virtutum: vbi verò menſura fuerit perfectionis expleta, tunc dicitur tradere regnum Deo & patri, vt iam ſit Deus omnia in omni-

10 bus. Hæc ille AVTHOR. Non † ergo regnat Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt eccleſia, donec de ſeruitute peccati aſcendat fidelis ad ſeruitutem iuſtitiæ, & de ſeruitute iuſtitiæ ad ſeruitutem Dei per pulchros ritus, & cultus: in quo perfectionis exceſſu dicitur Chriſtus regnare: quod regnum potiùs toto tempore ſuæ carnis ante reſurrectionem prædixit, quàm habuit. Vnde ſi non glorioſiùs regnaret in eccleſia prædicantibus per orbem apoſtolis, Petrus & Paulus cum illo pigro deputandi eſſent, qui acceptum talentum à Deo ſine lucro ſimpliciter reportabat. Et tunc vbi illi ſunt, quibus tradidit Dominus eccleſiæ ſpem pulchram, & opulentam vt quinque, & ipſi perfectionem eius augebant ad decem? Sic per ſeruos ſuos continuè Chriſtus complet eccleſiam inſtitutis pulchris, & ritibus: vt poſsit tādem regnum pulchrum tradere patri Deo.

11 Hoc † idem dicamus de vſu orandi, qui inter Dei cultus eſt par magnis: quem à Chriſto ſimpliciter acceptum paulatim augebant apoſtoli, ei adiicientes & ſymbolum ad communem vſum orandi fidelium: deinde vt miniſtris orandi decus crebreſceret, quod in ſtolido populo non valebat, ſabbatis lectioni legis & prophetarum cuncti iubebantur accurrere, ſimpliciter incitati per Iudæorum exemplum, qui ſolebant hoc facere, dicente Iacobo Actuum decimoquinto. Moyſes à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbatū legitur. Et in expoſitione ſuper Actus: vbi dicitur abſtinere debere Antiochenos à ſuffocatis à ſanguine. BEDA. Hæc quidem de gentili vita venientibus pro ipſis fidei rudimentis, & inueterata gentilitatis conſuetudine, conceſſa ſunt: ſed ne putarentur eadem etiam perfectioribus ſufficere, vigilanter adiunxit, ac ait, Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus, qui eum prædicent in ſynagogis: hoc eſt, & ſi præceptorum nūc acerbitate nō grauentur à nobis, procedente tamen tempore dum frequentiùs ad lectionem legis prophetarum quia conuenerint, paulatim vitæ inſtituta, & ſeruandæ inuicem dilectionis iura ſuſcipient. Primitiuam enim adhuc iudaizantem eccleſiam, hæc ſabbatis celebraſſe pro certo eſt. Hæc ille. AVTHOR. Ad iſta dicet Witcleff, quòd Iacobus intēdebat aggrauare Antiochenos, & Syrianos præceptorū acerbitate in poſterum, & inſtitutis vitæ paulatim. Nūquid dicetur Iacobus Antichriſtus callidè, & hypocriticè illibertās eccleſiamꝰ

12 ecclesiam? Sed † & hanc lectionem legis & prophetarum pro quodam vsu officii Domini sabbatis nondum dominicis adhuc penè iudaizans celebrauit ecclesia, non dedignata prout tunc vsum capere Iudæorum: quem si alicui credendum est, in propriis exprimit RABI MOYSES de directione perplexorum lib. 1. cap. 14. dicens. Capitula, quæ omni die debent legi, sunt tria in mane & in sero. vt. 6. Deuteronomii circa principiū in verbo illo, dormiens, atque consurgēs, & benedictio, quam quis debet facere ante prādium, & omne illud, quod pertinet ad ista, & benedictio, qua sacerdotes benedicebant Israël in omni die, vt. 6. Numerorū in verbo illo, Sic benedicetis. Et Hebræi bis in sabbato Domini, & in die expiationis, & similiter appensum, vt legitur. 13. Exodi circa finem. Habent Iudæi ex traditione Moysi, quòd omni die feriali nō festiuis debent portare quoddam appensum in manu, & quoddam in pectore suo de capite suo: & in signis illis fuerūt quatuor capita in vno signo simul iuncta, scilicet in manu, & in capite quodlibet capitulū diuisum. Et hoc, quia singulariter proferebatur in Hebræo, & appensum ferentes in plurali. Et primū istorū capitulorū fuit ab initio. 13. cap. Exodi, quod sic incipit, Loquutus est Dominus ad Moysen dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum. vsque ad illum locum sequentem eodem cap. Cumq; introduxerit te in terram Chanaan. & incipit. 2. capitulum, & durat vsque ad illud. Cumq; emisisset Pharao populū. Audi Israël. vsq;. Cumq; introduxerit te Dominus Deus tuus. & 4. capitulum incipit in. 9. Deuteronomii ferè circa medium, ibi, Si ergo obedieritis: vsque illud, Quandiu cælum imminet terræ: & ista duo postrema capitula scribuntur in charta, & ponuntur in limine. Hæc ille. AV-
13 THOR. Hæc † si verè sunt ita à Moyse tradita, quod putatur esse, Beda sic commemorante, hanc religionem priscam beatus Iacobus secundùm hunc ritum antiquum primus vsus talis officium in ecclesia in Hierusalem inchoauit, non sabbatis tantùm, sed omni feria fixū: legēs, & designans officiū de carminibus prophetarum, pudore bono confusus, quòd ecclesia vacaret, synagoga omni die cantante. Moyses inquiens à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, & cætera, vbi per omne
14 sabbatum legitur. Vnde † Dominus Iesus nō est aspernatus vsum Iudæorum in dicēdo gratias regulariter cùm pranderet: sed nec Apostolus eius Paulus. Item tunc demum ecclesia super psalmorum vsum adiecit carmina prophetarum, diuidens per ferias, ita vt Sabbato canticum Deuterono. saltem in quibusdam locis consueuit dicere, prout in commentario super Lucam. lib. 2. super illud Lucæ. 4. vbi Christus incepit legere Esaiā. BEDA. Confluebāt autem die sabbati in Synagogas, vt iuxta id, quod dominꝰ precipit, Vacate, & videte, quia ego sum Deus: feriatis mundi negotiis, ad meditanda legis monita quieto corde residerēt. Cùm eo deuotionis agēdæ hactenus in ecclesia perdurat institutio, quæ ad memoriā priscæ religionis, canticū Deuteronomii, in quo vniuersus veteris populi status, quid videlicet offenso, quid propitio Deo meruit, continetur: nōnullis in locis dicere consueuit. Alioquin esset præposterū, vt priorib⁹ septimanæ diebus prophetarū dictis carminibus, Moysi vltimum diceretur. Hæc ille. AVTHOR. Hactenus ecce in ecclesia perdurat eius deuotionis indicium dicendi canticum Deuteronom. sabbatis carminibus prophetarū diebus aliis expeditis: sed hæc in Iudæa, & vicinis prouinciis, vbi persecutione sæuiente, & recente adhuc ecclesia Christi circa Græcorum prouincias vsus effici cœpit haberi solennior, sicut dixi suprà apud Corinthios & Colossenses: apud etiam Ephesios Paulus instituit, loquentes, inquiens, vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Vnde in expo-
15 sitione. HAYMO. Nobismetipsis † loquimur, quando alternatim canimus psalmos. Psalmi dicuntur à psallendo, qui in psalterio inueniuntur. Hymnus græce: latino eloquio sonat laus Dei. Hymnus autem si cōponitur, & non cantatur, non est hymnus: si cōponitur, & cantatur, sed non in laudem Dei, non est hymnus. Si verò componitur, & cantatur, & in laudem Dei, tunc est hymnus. Hymnos autem apud Latinos Ambrosius, & Hilarius clarissimi viri composuerūt præcipuè. Bene igitur cùm dixit, canticis, subiunxit, spiritualibus: quia sunt cantica, quæ non spiritalia, neque in laudem Dei cantantur, sicut sunt cantica secularium hominum. Cantica spiritalia sunt, quæ composuerunt, spiritu sancto prophetæ afflati, & repleti, vt sunt, canticum Moysi, canticum Annæ, canticum Delboræ, canticum Esaiæ, canticum Ezechiæ, & cætera rum prophetarum. Hoc verò distat inter canticum, & psalmum: quòd canticum ore solum modo profertur, & decantatur, psalmus autē addito quodam instrumento musicæ artis, vt psalterio.

Hæc ille.

Christus gratias dixit.

Digitized by Google

¶ Quòd clerici & ſacerdotes ad certum vſum officii teneantur ex præcepto.

Cap. XXII.

SVMMA.

1 *Canendi diuerſitas per loca unde cœperit.*
2 *Witcleff hæreticus, qui tantum iactat leges Chriſti, qualiter Chriſti leges conatur euertere, ſub titulo libertatis effrænationis barbaricæ.*
3 *Magiſtrorum iuſſa diſcutere, & ad noſtrum arbitrium eligere potiora, quòd non ſit noſtrum, contra Witcleff.*
4 *Sacerdotibus quòd non ſit liberum canere, uel dicere quod uelint in choro, aut omittere quod nolint.*
5 *Officiandi uſus in primæuis eccleſiis quomodo ex religioſis. S. Marci emerſerit.*
6 *Sacerdotis inferioris & epiſcopi diſtinctio in eccleſia temporibus ſancti Petri, & euangeliſtæ Marci ſatis notanda.*
7 *Marcus primus Alexandriæ Pontifex.*
8 *Pſallendi uſus unde inoleſcere cœperit.*
9 *Hieronymus quomodo ad inſtinctum Damaſi Papæ uſum correxerit eccleſiæ, aptans lectiones & cantus locis ſacris. &c.*
10 *Lectiones euangeliorum & epiſtolarum in miſſa quomodo ante Hieronymum annua obſeruatione iungebantur.*
11 *Auguſtinus quomodo repererit ſecundùm antiquatam conſuetudinem eccleſiæ pro ſingulis diebus Dominicæ reſurrectionis euangelia ſecundùm ſingulos euangeliſtas ſuis ſignata diebus.*
12 *Officium miſſæ Dominicæ in albis unde deſumptum fuerit.*
13 *Auguſtinus quomodo obſeruat lectionum & cantuum rationes de Quadrageſima, de Pentecoſte, & aliis anni feſtis. Item & de ſanctis. &c.*
14 *Actus apoſtolorum quòd pro magna conſuetudine eccleſiæ legi inceperit à Dominico Paſchæ, ſecundùm Auguſtinum.*
15 *Eccleſiæ Mediolanenſis uſus in die cœnæ ſecundùm Ambroſium. Et de cereis accendēdis in Paſcha. Et de uerſu. Hæc dies, &c.*
16 *Concilij Toletani, cui præſidebat Iſidorus, decretum, ut unus ordo orandi atque pſallendi. &c. per omnem Hiſpaniam atque Gallatiam conſeruaretur.*
17 *Auguſtinus quomodo regulam generalē præſcripſerit circa uſus obſeruantiales eccleſiæ.*

1 EX † hac, ni fallor, definitione, & præcepto apoſtoli, vt fierent pſalmi, hymni, & cantica ſpiritalia, cœpit per loca eſſe canendi diuerſitas. Tantaque, vt prorſus Chriſtianorum deuotioni non congrueret, non tamen quæ tantum quantum cupit Witcleff induceret, ſub prætenſo titulo libertatis effrænationis barbaricæ: ſecundùm quem nullum clericū ad vſum aliquem pro hora vel officio cenſeat obligan dū: libro de quatuor ſectis nouellis capite. 6. Hodie tantum ponderatur regula vſus Sarum, quantum catholica ponderat euangelium. Sequitur. Ideo videntes ordinationem Chriſti in talibus eſſe liberam, grauiter ferunt talem conſuetudinem tanquàm fidem catholicam introductam: & ſæpe ne ſcandalizent etiam fratres faciunt & approbant talia, dimittendo magis vtilia: & illud eſt etiam conſcientiæ onerosum, qui libenter miſſas audiunt, & miſſas celebrant, dicunt matutinas, & horas alias eccleſiæ, in qua degunt: & tamen videtur illis, quòd meliùs, & eccleſiæ vtiliùs, & honori Dei placentiùs poſſent tempus ſuum expendere, & ad vtilitatē eccleſiæ militare. Hęc
2 Witcleff. AVTHOR. Iam † videtis hūc hæreticum, qui tantum iactat leges Chriſti, qualiter Chriſti leges conatur euertere. Videntes, inquit, ordinationē Chriſti in talibus putà cātibus, & precibus liberam, & dimittunt magis vtilia, & videtur eis, quòd meliùs, & eccleſiæ vtiliùs, & Dei honori placentiùs poſſent expendere. Quid hoc? meliores videntur Naaman Syro, Abana & Pharphar fluuii Damaſci omnibus aquis Iſraël vt lauetur, & mundetur in eis, ſed propheta iubet ex parte Dei, & obtinendæ ſalutis intuitu, vt Iordane lauetur ſepties. Si minor eſt Iordanis cæteris, faciliùs impleri poteſt quod iuſsit, quàm ſi rem grandē tibi dixiſſet. Iordanem tibi ſignat, & vices diſtinguit in ſeptem, quot horæ canonicæ ſunt, meliores ſunt fluuii Damaſci: melior lectio vtriuſque teſtamenti. Sit ita: ſed quod propheta iubet, quod magiſtri iubēt eccleſiæ hoc agas, aut circa ſalutē tuā ſis negligens. Potuit cæcus natus dicere: meliùs eſt dicere orationē Dñicā, quàm linire oculos luto. Poterāt diſcipuli dicere: meliùs eſt ire prędicatū verbum Dei ad ſuſcitādum animas, quàm in Iudæam redire ad ſuſcitandum Lazari corpus.
3 Non † noſtrum eſt iuſſa magiſtrorum diſcutere,

Digitized by Google

tere,non ad noſtrum arbitrium eligere potio ra,ſcis melius eſſe prædicare, quàm comedere:melius orare,quàm dormire: nunquam ergo dormies?nunquam comedes? Sed videtes, inquis,ordinationem Chriſti in talibus liberam.Quomodo liberã?an vt liberè omittatur? ergo Paulus erat Antichriſtus:ille primò liber tans eccleſiam.Aut ſi dicas ideo liberam,quia quilibet vt vult canat, aut pſalmum dicat, & nulli ſtatuto vſui ſe conformet: quales erunt hymni,& pſalmi pleni ſtrepitu,grũnitibus viliores porcinis. Et vbi tunc erunt illæ lectiones euangeliorum,Apoſtolorum,& prophetarum in publico? Qui item in tẽpore Pauli in eccleſia dicebantur, ſecundùm illud primæ ad Corinthios.14.Si non fuerit interpres, taceat in eccleſia:ſibi autem loquatur,& Deo. Prophetæ duo, vel tres dicant, & cæteri diiudicent. Quòd ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.Et ſubdit. Prophetiæ autem non infidelibus: ſi enim conueniat vniuerſa in vnum eccleſia, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, & infideles,nonne dicent quòd inſanitis? Vbi in expoſitione. HAYMO. Prophetiæ, id eſt, ſcripturarum expoſitiones,non infidelibus ſunt, qui non audiũt ſcripturas, ſed fidelibus, qui diligunt eas. Si enim vniuerſa eccleſia ſingulis linguis loquatur, intrent autem idiotæ, id eſt, propria lingua contenti, & infideles, ſiue pagani: nonne dicent quòd inſanitis, id eſt, in amentiam, & phreneſin conuerſi eſtis? Hæc ille. AVTHOR. Hoc turpe contingeret, ſi in eccleſia omnis laicus, & clericus, quod ſibi bonum videretur, loqueretur, aut ageret. Iſte lectionem legeret, ille alius prædicaret altè orationem dominicam: iſte bigam tractaret, aut aratrum, & tunc ſi infidelis intraret, nonne meritò iudicaret inſanos? Ideo in opere perfecto ſuper Matthæum homilia decimanona. CHRYSOSTOMVS. Etenim prophetis pſallentibus, & Apoſtolis hymnos canentibus, & Deo diſputant, extrà eramus, & vitæ huius negotiorum introduximus tumultum, & neque tantam tribuimus Dei legibus quietem, quantam regis literis in theatris inſpectores attribuunt. Silentium illic eſt, cùm literæ illæ leguntur:& conſules, & præfecti, & ſenatus, & plebs omnis arrecti ſtant cum quiete, audientes quæ dicuntur. Et ſi in medio profundiſsimæ illius quietis repente aliquis inſiliens clamauerit, ſeu ad regem iniurians, vltimam dabit vindictam.Hic autem cùm literæ,quæ ab excelſo ſunt, leguntur, multus vndique fit tumultus: quanquam is, qui miſit has literas, multis iſto rege eſt maior, & ſpectaculũ hoc
4 honeſtius.Hæc ille. AVTHOR. Si † ergo ad omne commodum tractandum non ſunt laici liberi in eccleſia, quia propter diſſonantiã rerum illicitum eſt: multò magis in choro ſacerdotum non illa erit libertas,vt hoc canant, vel dicant quod velint,vel quod nolint omittãt: nam Paulus iubet loqui nobiſipſis in pſalmis,hymnis,& cãticis ſpiritualibus: & quibus hoc mandat potiſsimum, ſi non presbyteris, & clericis? & quomodo loquentur ſibiipſi in hymnis,ſi non notentur hymni,vel pſalmi de certo,in quibus concorditer ſibiipſis loquantur,& pſallãt?Quid ergo obuiat libertati Pauli,vel Chriſti, q̃ ad hos hymnos, vel pſalmos aptè cõſtringuntur,qui ad pſallendũ concorditer cõuenienter obligantur? Nã prius quàm in identitatem officij conuenerunt eccleſiæ,
5 precum ſqualebat inculta diuerſitas:idcirco † in primæuis eccleſiis vſus officiandi eſt inſti- *Relig.S.*
tutus cõmuniter,cœpitq́; inter religioſos ſanc- *Marci.*
ti Marci inſtitutio quædam haberi ſolennis, quam poſtea multæ traxerunt eccleſiæ:quam vtique deſcribit Philo, qui ſancti Petri frueba tur alloquio, vt recitat vetus pater EVSEBIVS lib.2.eccleſiaſticæ hiſtoriæ ca.18.dicẽs poſt pauca.Rurſus etiã quòd pſalmos faciant nouos,ita ſcribit.Itaque non ſolùm ſubtilium intelligunt hymnos veterum, ſed ipſi faciunt nouos in Deum,omnibus eos metris, & ſonis honeſtatis verſuum compage modulantes. Multa quidem,& alia in eodem libro enumerat,quæ à noſtris,vel in eccleſia, vel in monaſteriis exercentur.Et bene infrà. Quid autem addere his opus eſt etiam de conuentibus eorum,quæ conſcripſit,& vt ſeorſum quidam viri,ſeorſum etiam in eiſdem locis fœminæ congregẽtur, & vt vigilias, ſicut apud nos fieri moris eſt, peragunt, & maximè diebus illis, cùm paſsionis dominicę ſolẽnitas celebratur, cùm in ieiuniis pernoctare,& lectionibus ſanctis auditũ præbere cõſueuimus. Quæ omnia ſupradictus vir eo ordine,eademq́; conſequẽtia, qua apud nos geruntur, expreſsit. Et vnus ex omnibus cõſurgens in medium,pſalmum honeſtis modulis concinat, vtq́; præcinenti ei vnũ verſiculum omnis multitudo reſpondeat.Sequitur.Addit adhuc his, quomodo ſacerdotes,vel miniſtri exhibebant officia ſua,vel quę ſit ſuprà omnes epiſcopalis apicis ſedes.Hæc ille.AVTHOR.Videtis quàm maturè cœpit pſallẽdi vſus in eccleſia fixũ habere officiũ,& fixè quidẽ varium, & alteratũ cũ identitate ſecundũ temporũ varietates, & ho-

ras,vt aliud quid in paſsionis dominicæ tempore,aliud aliâs.Et in nocturnis qualiter pſalmos cõcinere,& lectiones explanare ſolebãt. Et ita vt vnus pſalmum ſuauibus modulis caneret,aliis verſiculum reſpõdentibus.Nec dubium,quin hymnos,quos fecerant,commiſcebãt,ſicut in eccleſiis,& monaſteriis conſequẽter per trecentos annos diebus Euſebij facere
6 conſueuerunt. Nec † præteriri vellem, quòd his diebus & temporibus ſancti Petri, & euangeliſtæ Marci fuit in eccleſia diſtinctio notanda ſatis, ſacerdotis inferioris, & epiſcopi. Sic enim dicit,ſacerdotes & miniſtri, qualia exhibebant officia,vel quæ ſit ſupra omnes epiſcopalis apicis ſedes.Poſt hæc tempora fide creſcente, per populos fideles,maior cœpit vrgere deuotio,viſumq; eſt multis officium eccleſiæ prætaxatum breue eſſe,& addendos ideo pſalmos vel cantus,è quibus nimia prodiſſet diſparitas:ſi non Deus modum imponẽs,cultum ſuum iuuaſſet,prout libro.2.de inſtitutis monachorũ ca.ȝ.annotat CASSSIANVS. Cum in primordiis fidei pauci quidẽ, ſed probatiſsimi qui ſint,& à beatæ memoriæ euan-
7 geliſta Marco, qui † primus Alexandriæ vrbi pontifex præfuit,normam ſuſcepêre viuendi.Et bene poſt. Cumque pro ſuo vnuſquiſq; feruore infirmitatis immemor alienæ id ſtatuit,deberet cenſere, quod contemplatione fidei,ac roboris ſui facillimum iudicabat, parũ diſcutiens,quid generaliter plenitudini fratrũ poſsibile eſſet:in qua infirmorum quoq; partem maximam experiri eſſet,diuerſoq; modo enormem, pſalmorum numerum inſtituere pro animi ſui virtute certarẽt,& alii quinquagenos,& ſexagenos alij pſalmos,nonnulli vero nequaquam hoc numero contenti, excedi eum debere cenſerent: eſſetq; inter eos pro religionis regula piæ contentionis ſancta diuerſitas,ita vt tempus ſolennitatis veſpertinæ ſacratiſsimæ ſuccederet quæſtionibus celebrationis, vnus in medium pſalmum Domino cantaturus exurgit.Cumq; ſedentibus cũctis (vt eſt moris nũcuſque in Ægypto patribus) & pſallentibus ad verba omni cordis intentione defixis,vndecim pſalmos orationum interiectione diſtinctos, contiguis verſibus, parili pronuntiatione cantaſſet, duodecimum ſub alia reſponſione conſummans, ab vniuerſorũ oculis repente ſubſtractus, quæſtioni pariter, & ceremoniis finem impoſuit.Et hinc venerabilis patrum ſenatus intelligens angeli magiſterio congregationibus fratrum generalem canonem non ſine diſpenſatione domini conſtitutum,decreuit hunc numerum, tam in veſpertinis, quàm in nocturnis conuenticulis cuſtodiri:quibus lectiones geminas adiungẽtes,id eſt,vnam veteris,& alteram noui teſtamenti,tanquàm à ſeipſis traditas, & velut extraordinarias volentibus tantùm, ac diuinarũ ſcripturarum memoriam poſsidere aſsidua meditatione ſtudentibus,addiderũt:in die verò ſabbati,vel dominico,vtraſq; de nouo recitant teſtamento,id eſt,vnam de Apoſtolo,vel actibus Apoſtolorum,& aliam de euangeliis. Quod etiam totis quinquageſimæ diebus faciunt hi, quibus curæ eſt lectio, ſeu memoria
8 ſcripturarum. Hæc ille. AVTHOR. Hac † ecce diſpenſatione diuina vſus quidem pſallendi inoleſcere cœpit, vt duodecim orationes,duodecim pſalmis alternatis vicibus concreparent: ſed quia multos expergefacit ſacræ lectionis hiſtoria, idcirco lectiones binas tot pſalmis & orationibus applicabant. In aliis eccleſiis,quandoque ſingulis pſalmis totidem lectiones exponunt,prout habetur in cõcilio Laodicenſi citò poſt principium. CONCILIVM Laodicenſe.In conuentu fidelium nequaquam pſalmos continuare cõuenit:ſed per interuallum,id eſt,inter pſalmos ſingulos recẽſeri debent lectiões.Hęc ille.AVTHOR. Hanc ergo conſtitutionem Apoſtoli canendi in hymnis,& pſalmis,& habendi ſacros cãtus in eccleſia ſancti patres negligere non audentes,& certum non habentes vſum ex traditione Chriſti,vel Pauli, videntes hanc ſicut & plures alias obſeruantias ſuæ relictam induſtriæ, ex incerto ad certum vſum vno volauerunt aſſenſu:non ſtatim quidem, ſed per vices temporum, ſicut diuina ſuggeſtio eis in
9 ſpirabat. Vnde † pro magna parte ſanctus Hieronymus ad inſtinctum Damaſi papæ vſum correxit eccleſiæ,aptans lectiones & cantus locis ſacris,& diebus ſecundùm circunſtãtias perſonarum, quandoque ſequens neceſſitates euentuum:ſicut aſſumit illud Danielis, Quoniã domine imminuti ſumus plus quàm omnes gentes,& ſumus humiles hodie in vniuerſa terra, propter peccata noſtra. Vnde in expoſitione Danielis HIERON.His verſiculis vtendum eſt, ſiquãdo eccleſiæ propter peccata populi,ſanctorum virorum,& magiſtrorum eccleſiæ,qui in Dei lege doctiſsimi ſunt, penuriam ſuſtinent,& quando in perſecutionibus non offertur oblatio.AVTHOR.Nec
10 † ipſe primus hæc fecit, ſed diu ante eum lectiones euangeliorum, & epiſtolarum in miſſa annua obſeruatione iungebãtur.Quas ipſis diebus ſicut non permutare, ita nec licebat omittere.Vnde ſuper canonicã Ioannis in prologo

Digitized by Google

logo. AVG. Meminit ſanctitas veſtra euangelium ſecundùm Ioannem, ex ordine lectionum nos ſolere tractare: ſed quia nunc interpoſita eſt ſolennitas ſanctorum dierum, quibus certas ex euangelio lectiones oportet in eccleſia recitari, quæ ita ſunt annuæ, vt aliæ eſſe non poſſunt: ordo ille, quem ſuſceperamus, neceſsitate paululum intermiſſus eſt, non omiſſus. Hæc ille. AVTH. Ecce quòd ſacer antiſtes Auguſtinus non erat de videntibus Wicleff ordinationem Chriſti, in talibus vſibus liberam ſeruari, vel omittendam. Dicit enim certas ex euangelio lectiones pro illorum ſanctorum ſolennitate dierum ſic eſſe annuas, vt aliæ eſſe non poſsint. Et nunquid talem conſuetudinem acceptauit tanquàm fidem catholicam, nec ſibi melius videbatur ordinem expoſitionis ſeruare, quem ſuſcepit, & vtilitati eccleſiæ militare, ſed cedere potius ſtatutis eccleſię, & ad expoſitionem ſuam remeare poſt feſtum? Hoc autem modo tam neceſſarium dicit ritum in lectionibus, & ſacris cantibus ſtatutis eccleſiæ, vt illum ſequeretur, & inuiolabiliter obſeruaret. Ordo, inquit, ille quem ſuſceperamus, neceſsitate paululũ intermiſſus. &c. Et pro feſto Paſchæ in tertia parte ſermonum ſermone. 71. AVG. Per hos dies, ſicut recolit charitas veſtra, ſolenniter legimus euãgelicas lectiones ad reſurrectionem Domini pertinẽtes. Omnes enim euangeliſtæ quatuor, neque de paſsione eius, neque de reſurrectione eius tacere potuerunt. Et ſermone. 73. partis eiuſdem, qui incipit, Reſurrectio. AVG. Reſurrectio domini noſtri Ieſu Chriſti hodie recitata eſt, ſed de altero libro euangelij, quod & ſecũdùm Lucam. Primò enim eſt lecta ſecundùm Matthæum: heſterna autem die ſecundùm Lucam, ſic enim habet ordo euangeliſtarum. Sicut enim paſsio ab omnibus euangeliſtis cõ ſcripta eſt, ita dies iſti ſeptem vel octo, dãt ſpatium, vt ſecundùm omnes euangeliſtas Domini reſurrectio recitetur. Paſsio autẽ, quia vno die legitur, nõ ſolet legi, niſi ſecũdũ Matthæũ. Voluerã aliquãdo, vt per ſingulos annos ſecũdũ omnes euãgeliſtas paſsio legeret, & factũ eſt: nõ audierũt homines qđ cõſueuerant, & perturbati ſunt. Hæc ille. AVT. Ecce † q̃ ſecũdũ cõſuetudinẽ antiquatã eccleſiæ, ſingulis diebus dominicę reſurrectiõis reperit Augu. euãgelia, ſecundũ ſingulos euãgeliſtas ſuis ſignata dieb⁹. Quis Antichriſtus ſic callidè illibertauit eccleſiã? aut q̃s Antichriſt⁹ niſi Auguſtinus, qui voluit primus paſsiones ſecũdũ omnes euangeliſtas dici? quod & factum eſt; cũ prius legebatur tantũ ſecundùm Matthæum. Neceſsitatem autem huius inſtitutionis euangeliorum reſurrectionis explanat in ſermone 74. ibi. AVGVST. Reſurrectio ſecundùm omnes quatuor euangeliſtas legitur his diebus: ideo enim neceſſarium eſt vt legãtur, quia ſinguli non dixerunt omnia, ſed quæ alius prætermiſit, alius dicit, & quomodo ſibi dederunt locum omnes, & neceſſarij eſſent omnes. Marcus euangeliſta, cuius hodierna die euangeliũ recitatum eſt, breuiter dicit, quod Lucas vberiùs perſequutus eſt. Hæc ille. AVTHOR. Item † pro dominica in albis recolens officij miſſæ de epiſtola Petri prima, Quaſi modò geniti infantes, tertia parte ſermonum de dominica in albis, qui incipit, Omnium quidẽ. AVGVS. Nobis enim maximè per Apoſtolum Petrum ſic diuinum blanditur eloquium. Depoſita ergo omni malitia, & omni dolo, & adulatiõe, & inuidia, & detractione: tanquã modò infantes nati rationabiles, innocentes, lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi guſtatis quoniã dulcis eſt dominus. Hęc ille. AVTHOR. Ita † de quadrageſima, de Pentecoſte, & aliis anni feſtis, lectionum, & cantuum rationes obſeruat, quos eis diebus frequentat eccleſia, & cunctis mutare non licet, quia ad congruentiam temporum fixi ſunt. De ſanctis item, & eorum diurnis officiis ſecundùm quòd annuatim contingũt, grãdem fecit cautelam, velut & de ſancto Stephano ſermone 22. eiuſdem partis, beatiſsimus AVG. Cũ aliorum martyrum geſta vix inueniamus, quæ in ſolẽnitatibus eorum recitare poſsimus, huius paſsio in canonico libro eſt: act⁹ enim apoſtolorum liber eſt de canone ſcripturarũ. Ipſe liber incipit à dominica paſchę, ſicut ſe cõſuetudo habet eccleſiæ. In hoc ergo libro, cui titulus eſt Actus Apoſtolorũ, audiſtis quomodo ſunt electi, & ab apoſtolis ordinati ſeptem diaconi, de quibus Stephan⁹ erat priores apoſtoli, ſequentes diaconi: & prior martyr de diaconis, quàm de apoſtolis. Hæc ille. AVTHOR. Et ſermone eiuſdẽ partis. 78. qui incipit, Memor. AVG. In actib⁹ apoſtolorũ aduertite quomodo legitur, modò incipit liber legi. Ipſe hodie cœpit liber, qui vocatur actuum apoſtolorũ: qui vult proficere, habet vnde poſsit. Hæc ille. AVTH. Auguſtin⁹ † ecce habet pro magna cõſuetudine eccleſię, qua legi icœpit act⁹ apoſtolorũ à dominico paſchę: nec reſpuit itẽ geſta martyrũ in eccleſiis recitari, quę nõ ſunt de canone ſcripturarũ, recolẽs illud ca. 39. Carthagineñ. concilij tertij, cui ipſe ſubſcripſit, vt ſuprà eſt habitũ. Ambroſius itẽ prę ſul apoſtolicus vſum ſuũ explanat, vel quẽ in eccleſia reperit,

Digitized by Google

perit,vel quem ipſe ediderit:ſecundùm quem dicit ipſum diabolum ſciuiſſe librũ illum tunc temporis eſſe legendum.8.lib.epiſtolarum de traditione baſilicæ epiſtola.77.AMBRO.Au diſtis filij librum Iob legi, qui ſolenni munere eſt decurſus,& tempore. Sciuit etiam ex vſu diabolus hũc librum intimãdum,quo virtus omnis ſuę tẽtationis aperitur,& proditur: & ideo hodie metu maiore conceſsit: ſed gratias Deo, qui nos ita firmauit fide atque ſapiẽtia.Hæc ille.AVTHOR. Et ibi verſus finẽ de libro Ionæ. AMBRO. Cũ fratribus pſalmos in eccleſiæ baſilica minore diximus: ſequenti die lectus eſt de more lib.Ionæ, quo completo,hunc adorſus ſum ſermonem. Liber lectus eſt fratres,quo prophetatur,quòd peccatores in pœnitentiam reuertantur. Sequitur infrà. Erat autẽ dies,quo ſe dominus pro nobis tradidit, quo in eccleſia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nuntiare milites irruentes in altari,ac oſculis ſignificare pacis inſigne. Tunc agnoui,quòd vermem antelucanum percuſſerat,vt tota ciuitas ſeruaretur.AVTHOR. Hic
15 † in die cœnæ recolit vſum illius Mediolanẽſis eccleſiæ habere, vt legatur liber Ionæ, & pœnitentibus indulgeri.Item in libro de myſterio paſchali.AMBRO.Hoc paſchæ bonũ, hæc optabilis anni feſtiuitas. Sequitur. Hinc ſub fidei arbore ab vtero fontis innocui cereorum ſplendet ornatus.Et infrà.Hinc vnius plebis gremio beatæ eccleſiæ nutrita fraternitas, vnicæ diuinitatis ſubſtantiam, ac virtutis trinum nomen adorantes, pſalmum feſtiuitatis annuæ cum propheta concelebrant, Hæc eſt dies, quam fecit dominus,exultemus,& lætemur in ea.Hæc ille. AVTHOR. Et hoc de cereis accendendis in paſcha,& de verſu pſalmi, Hæc dies.Item in apologia Dauid ad Theodoſium libro primo circa mediũ, AMBRO. Suſcepimus in nos gratiam Spiritus ſancti die Pẽtecoſtes,vacãt ieiunia,laus dicitur Deo, hal leluia cantatur.Et ſupra Lucam legitur.6.cap. 8.BEDA.Notandum,quòd ſanctæ mulieres, aſtantibus ſibi angelis, non in terram cecidiſſe, ſed vultum dicuntur in terram declinaſſe.Nec quempiam ſanctorum legimus tempore dominicæ reſurrectionis, vel ipſi Domino, vel angelis ſibi viſis,terræ proſtratum adoraſſe:vnde mos obtinuit eccleſiaſticus, vel in memoriam dominicæ,vel in noſtræ ſpem reſurrectionis,vt omnibus diebus dominicis,& toto quinquageſimæ tempore,non flexis genibus,ſed declinatis in terram vultibus oremus. Hæc ille.AVTHOR.De ſingulis rebus diſputare non poſſumus: ſufficit vt in quibuſdam forma neceſsitatis aſtringat,vt hunc vſum,vel illum,non quilibet ſua ſponte reiiciat, ſed fixum modum retinens omnino ſecundùm eũ modum & vſum oret horis canonicis, quem in illis locis tenet eccleſia:alioquin legem Apoſtoli qualiter obſeruauimus, dicentis, Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus?Si enim vnus pſallat, & alius exhortetur,aut ſcribat, qualiter loquuntur ſibiipſis in pſalmis? Aut ſi vnus prophetiã legat,alius orationem dominicam, aut quod ipſe voluerit,non quod communiter ſtatutũ eſt,qualiter ſibiipſis colloquentur in pſalmis? Idcirco ergo neceſſe erat vſum aliquem figere,qui pluribus ſit communis, tã vt certi ſint in quibus colloqui pſalmis,aut cãticis debeãt, quam vt turpis diſſonantia ſaltem in eadem
16 vitetur eccleſia.Ex † quo in concilio Toletano.50.cap.2.cui præſidebat Iſidorus primas Hiſpalenſis & ſubſcripſit ſe .ISIDORVS. Poſt rectę fidei confeſsionem,quam in ſancta Dei eccleſia prædicatur, placuit omnibus ſacerdotibus, quia catholicæ fidei veritatem cõplectimur,vt nihil vltrà diſſonum, aut diuerſum in eccleſiaſticis ſacramentis agamus: ne a liquibus noſtra diuerſitas apud ignaros, ſeu carnales,ſchiſmatis errorem videatur oſtendere,& multis extet in ſcandalum varietas eccleſiarum. Vnus igitur ordo orandi,atque pſallẽdi à nobis per omnem Hiſpaniam atque Gallatiam conſeruetur. Vnus modus in miſſarũ ſolennitatibus:vnus in veſpertinis officiis:nec diuerſa in nobis ſit vltrà eccleſiaſtica conſuetudo,qui vna fide continemur,& regno. Hoc enim & antiqui canones decreuerunt,vt vnaquæque prouincia,& pſallendi, & miniſtrandi parem conſuetudinem teneat.Hæc ibi.AVTHOR. Hæc identitas tamen officij non onem varietatem euitat,ſed quæ ſit tanta, vt apud ignaros ſchiſmatis errorem videatur oſtẽdere.Cæterùm locorum alternus vſus decori eſt, & ab inſtitutione ſectandus. Vnde libro ad inquiſitiones Ianuarij.2.verſus finem AVGVSTI.Miror ſanè quid volueris, vt de his, quæ variè per diuerſa loca ſeruantur, tibi aliqua ſcriberem:cùm & non ſit neceſſarium, vt vna in his ſaluberrima regula teneatur:vt quę non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores,& habent aliquid ad exhortationemvitæ melioris,vbicunque inſtituta videmus, vel inſtituta cognoſcimus:non ſolùm nõ improbemus, ſed etiam laudando,& imitando ſectemur:ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum ſit.Si enim eo modo impedit,vt maiora ſtudioſorum lucra ſperanda ſint,

Digitized by Google

da ſint,quàm calumniatorũ detrimenta metuenda,ſine dubitatione faciendum eſt,maximè id,quod de ſcripturis defendi poteſt.Sicut de hymnis,& pſalmis canendis, & ipſius domini & Apoſtolorum habemus exemplum, & certa præcepta de hac re tam vtili ad mouendum piè animum,& accẽdendum diuinæ dilectionis affectum,varia cõſuetudo eſt.Hæc
17 ille. AVTHOR. Generalem † nobis regulã præſcripſit Auguſtinus, vt nulli vſus obſeruã tiales prætermittãtur eccleſiæ propter calumniatrices linguas,vbi maiora ſint ſperanda lucra bonorum,quàm timenda detrimenta, maximè ſi ex ſcripturis defendi poſsint.Et addit, ſicut de hymnis,& pſalmis canendis Chriſti, & apoſtolorum habemus exẽplum:& tamen dicit,circa præcepta de re tam vtili varia conſuetudo eſt,& nulla penitus omittenda.

¶ Quòd clerici,& ſacerdotes,nõ liberè omittant eccleſię officium ad orandũ horis ſtatutis.

CAP. XXIII.

SVMMA.

1 *Eccleſia quòd certas horas habeat diſputandi, prædicandi,operandi,feriandi, & inter eas orandi primas,ad ſingula officia commodè deputatas.*

2 *Chriſtus quomodo antequàm ad alia opera deſcenderet,ſemper oraturus intrabat in templum, in exemplum noſtri.*

3 *Saul in regni primordio quòd cœperit pſallere cũ prophetis,quid denotet.*

4 *Daniel quõ nõ inchoauerit ſoluere regis problema,niſi deuotæ precis ſpatio impetrato.Et quare Ananiã, Azariã,& Miſaël iunxerit ad preces*

5 *Beati,cùm ſint conditione & ſtatu liberrimi, quomodo à diuinis laudibus celebrandis, certis item uerbis & horis,uacare non poſsint.*

6 *Eccleſia quomodo certas horas laudũ Chriſti præfixit,iuxta modulum ſcripturarum.*

7 *Horarum canonicarum diſtinctio ſecundùm Cyprianum,& Iſidorum.*



ORTIS inſtantia contra orandi inſtantiã vagam prædicãs libertatẽ. Sequitur ibi cap. 7.de quatuor ſectis. Si qs quærat quid talis presbyter ita de ratione faceret, cùm non debet Deum taliter deprecari?Dictum eſt,quòd vnus debet in caſu,quo Deus inclinauerit,prædicare,alius dicere orationem dominicã, vel ædificare proximum,aut ſpiritualiter, aut corporaliter,ſecundũ quòd Deus inclinauerit faciẽdum.Et ſic ſtandũ eſt conſuetudini loci, de quãto nõ repugnat regulæ Chriſti, vel etiã rationi.Hæc Witcleff.AVTHOR.Hoc vltimũ ſic intelligitur apud eius aſſeclas. Et ſic nõ eſt cedendum cõſuetudini loci,de quãto ſibi videtur repugnare regulæ libertatis Chriſti, vel etiã rationi.Et ſic ipſe intellexit, vt patet per eadẽ dicta eius alibi, ſed nube verborũ voluit artificiosè velare malitiã,& detegere: aliàs autẽ opportunè quid dicat,videamus.Si presbyter nõ debet Deũ taliter deprecari,vnus debet in caſu,quo Deus inclinauerit,prædicare, aliꝰ dicere orationẽ dominicã,alius quod voluerit operari,vt Deus inclinauerit: quaſi omnes obſeruãtes horas orãdi eccleſiæ, nõ inclinẽtur à Deo:& omnes Witcleuiſtæ ſequẽtes libitum volũtatis,inclinẽtur à Deo. Et cũ tẽpus ſuum habeãt vniuerſa ſub ſole,inuocationes ſanctæ apud Deũ nullum tẽpus habent fixũ,niſi qđ decernat vaga voluptas:ecõtrariò iubẽte Paulo primò omniũ fieri orationes in eccleſia, obſecrationes,poſtulationes, & gratiarũ actiões pro regibus,& his,qui in ſublimitate cõſtituti ſunt,ita vt iuxta legẽ Domini, omne opus alterũ præcedat oratio. Sic enim Deus tẽporũ dat tẽpora.Expecta pauliſper,& poſt tempus orãdi,tẽpus erit aliud agẽdi. Et beatus Paulus horas ſibi diſtinxit prædicationis,diſputationis,& operatiõis ſeorſum,& fixè,ne tempora ipſa nũc hac re,nũc illa, importuna varietate cõfunderet.Qualiter libro de operibus monachorũ cap. 18. approbat AVG.Ipſi apoſtolo quomodo vacaret operari manibꝰ, niſi ad erogandũ verbum Dei certa tẽpora conſtitueret? Neq; enim Deus hoc latere nos voluit: nã & cuius artis opifex fuerit, & quibus tẽporibus vacaret diſpẽſando euangelio,ſacra ſcriptura nõ tacuit. Nam cũ eũ vrgeret profectiõis dies in Troade cõſtitutis,etiam in vna ſabbati cõgregatis fratribus ad frangendum panẽ, tanta fuit intẽtio,& tam neceſſaria diſputatio, vt ſermo produceretur ad noctis mediũ,tanquã excidiſſet eis,quòd nõ eſſet ieiuniũ. Quando autẽ alio loco cõmoratus quotidie diſputauerit,
1 quis dubitauerit eũ horas habuiſſe ad hoc officiũ deputatas?Hæc ille. AVTHOR.Multòꝧ magis quis dubitauerit totã eccleſiã horas certas habere diſputandi, prædicandi, operandi, feriandi:& inter eas orandi primas ad ſingula officia commodè deputatas? Chriſtianorum hucuſque fuit iſta religio, quam vtique etiã Paganorũ ſuperſtitio laudabilẽ reputauit, ita vt apud deos ſuos falſos priꝰ quàm ſererẽt,

deam

deam placarent Cererem: ante nauigationem Neptunum, & nymphas: ante certamen belli cùm Iouem & Martẽ primò hoſtiis, & demũ victimis obtenta victoria. Et non vult Witcleff ante prædicationem, aut aliam operationem corporalem, aut ſpiritualem, tantum orationis, vel ſancti ſacrificij apud Deum verum Chriſtianus primò efficiat ſacerdos, quantum apud Deum falſum per ſacerdotes prophanos rogabat paganus auxiliũ. Videte quàm anxia res eſt loqui cum errore peruerſis. De quo libro contra epiſtolam fundamenti cap. 16. AVGVST. Non inuenio quid faciam cũ errore peruerſis, & conſuetudine implicatis miſerrimis animis: non enim ſciunt homines iſti quid loquantur, cùm hoc loquuntur: non enim attendunt. Sequitur. Intuemini paululũ ſine animoſitate, & amaritudine, omnes homines ſumus, non nos, ſed errores per falſitates oderimus queſo. Intuemini paululũ. Deus miſericordiarũ adiuua intuentes, & verũ quærentibus æternum lumẽ accende. Quid enim intelligimus rectum melius eſſe quàm peruer
2 ſum? Hæc ille. AVTHOR. Quid † intelligimus, ſi non intelligimus hoc eſſe ſequendum, quod Chriſtus iuſsit, & Apoſtoli, de horis dicendis primò in eccleſia, & demum ad alia opera deſcendendum, ſicut Chriſtus poſt laudes ſuſceptas à plebe & pueris, Oſanna clamãtibus ante prædicationem, vel alia opera, primò oraturus intrauit in templum: & hoc quidem in exemplum noſtri, dicente ſuper illud Marci. 3. lib. in expoſitione cap. 9. BEDA. Et introiuit Hieroſolymam in templum. Quòd ingreſſus ciuitatem Chriſtus primò templum adut, formam nobis religionis, quam ſequamur, demonſtrat: vt cùm fortè villam, aut oppidum, aut alium quemlibet locum, in quo ſit domus orationis Deo conſecrata, intremus, ad hanc diuertamus: & poſtquàm nos Domino per orationum ſtudia commendauimus, ſic deinde ad agenda, propter quæ venimus, temporalia negotia ſecedamus. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo erat obſeruantiæ perſonalis in Chriſto, ſed quaſi formam nobis præſtituit generalis exempli, vt quotiens villam intramus, aut oppidũ, prius pro oratione fundenda, intremus eccleſiam, vt quidquid acturi ſumus, à laude diuina, & ab oratione ſumat o-
3 riginem: ſicut Saul † in regni primordio cœpit pſallere cum prophetis, vnde exiuit prouerbium: Num & Saul inter prophetas? Habebant enim antiqui prophetę certum vſum cõcinendi per horas fixas, ita vt ſciret Samuel ei dicere. Poſt meridiem &c. Cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſoſq; prophetantes: & inſiliet in te ſpiritus Domini, & prophetabis cũ eis. 1. Re-
4 gum. 10. Propter † hoc autem Daniel cùm eſſet propheta, & religioſus tanti temporis, non inchoauit ſoluere regis problema, niſi de uotæ precis ſpatio impetrato. Super quem locum Danielis. 2. in commentario HIERONYMVS. Daniel ingreſſus rogauit, vt tẽpus daret ad ſolutionẽ meditandam regi. Tempus poſtulat, non quo tractatione, & ſagacitate mentis occulta perquireret, ſed quo occultorum precaretur dominum, & ideo Ananiã, Azariam, & Miſaël iungit ad preces, ne ſolus de ſuo merito videatur præſumere, vt quorũ erat commune diſcrimen, communis eſſet oratio. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ne ſolus de ſuo merito videretur præſumere, comites in oratione coniunxit. Et ſacrilegus Witcleff cõfidit in merito ſuo quando orat, & deſpicit orationem alienam. Et item ſanctus Dauiel tẽpus poſtulat, orationem operi præferens, etiã in ædificationem proximi valituro. Sed hæc dicet Witcleff ideo facienda, vt libertas Chriſti ſeruetur: vt orãs nec arctetur ad vſum, nec ad horam. Neſcio quid prædicat libertatem, cùm hæc vita plena ſit difficultatibus legum, ne ſit plena difficultatibus operum vitioſorũ. Quid putas mi Witcleff vt tua nos facias libertate beatos? Scio libertatem Chriſti eſſe in hac vita, ſecundùm quam per patientiam expectamus. Vnde libro. 2. ad inquiſitiones Ianuarij AVG. Si quid nõ videmus ſperamus, per patientiam expectamus, quod memento quàm commemorem. Neque iam nunc in iſta vita nos beatos fieri debere arbitremur, & ab omnibus difficultatibus liberos, ac ſi in anguſtiis rerum tẽporalium ore ſacrilego murmuremus, quaſi non exhibeat quod promiſit. Promiſit quidem huic vitæ neceſſaria: ſed alia ſunt ſolatia miſerorum, alia gaudia beatorum. Domine, inquit, ſecundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuæ iocundauerunt animam meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem libertatis. Hęc ille. AVTHOR. Murmuras mi Witcleff in difficultatem orãdi certis horis, & tuos presbyteros dicis habere confidentiam, quòd poſſent aliter vtiliter occupari, & ideo libertate magna eos donaſti, vt qđ velint orent, & quando: ſed deſinite murmurare in his Chriſti difficultatibus, ne perdatis lati-
5 tudinem libertatis etiam beatorum. Qui † cũ condi

conditione,& ſtatu ſint liberrimi à diuinis laudibus celebrandis,certis item verbis, & horis, vt ita tua libertate fruantur, vacare non poſſunt,dicẽte ſcriptura Apocal.4.de ſanctis animalibus,q̃ requiem non habebant die ac nocte,dicentia,Sanctus,ſanctus,ſanctus dominꝰ omnipotens. Et in præfatione miſſæ tota eccleſia cohortatur ſeipſam,vt quemadmodum cæli cęlorũq; virtutes Cherubim quoq; & Seraphim ſocia exultatione concelebrãt. Cum quibus & noſtras voces,inquit,vt admitti iubeas deprecamur ſũpplici confeſsione, dicentes, Sanctus &c. Argue iam quos potes propter celebrationem diuinorũ illiberatos, aut angelos beatos, aut homines in ipſa precum celebratione proximos iam beatis: in quo ſi homines à laudando ſic celebriter ceſſant laudes cum angelis Deo dicere, angeli nũquàm ceſſant Dei laudes in eius celebritate cantare cum clericis. Vnde libro.2. de Epiphanijs, ſiue de natali domini, verſus finem GREGO. Cum paſtoribus venerare, cum angelis hymnũ dicito, cum archãgelis choros ducito:ſit nobis iſta cõmunis ſolennitas terreſtribus cũ cæleſtibus: certus ſum etenim, q̃ etiam cæleſtes virtutes hodie nobiſcum pariter in hac ſolennitate gloriantur. diligũt enim & illi & homines Deum. Hæc ille. AVTHOR. Reſpõdẽt ergo angeli ciues in tali celebritate ad horas omnes hominibus ſine ſuæ præiudicio libertatis. Quid nocet libertati hominũ, vt qui non poſſunt ſemper, ſaltem certis horis,angelis reſpondere? Sic † enim certas horas laudũ Chriſti, iuxta modulum ſcripturarum præfixit eccleſia, cuius potiſsimũ ſacerdotes vices ſuas, & populorũ exoluant, qui faciente carnis infirmitate, aliter non poſſent adimplere, quod iuſsit Chriſtus, ſemper orare, & non deficere: aut item apoſtolus eius, Sine intermiſſione orate. Iuxta quod vnum ſenſum elicit in expoſitione Luc. BEDA. Dicebat autem & parabolam ad illos,quoniam oportet ſemper orare, & non deficere.Dicit & apoſtolus, Sẽper gaudete,ſine intermiſsione orate. Quis autem poteſt ita ſemper orare,et ſine defectu, & ſine intermiſsione precibus inſiſtere,vt nec alimentum ſumendi, aut dormiendi tempus habeat?Aut ergo dicendum eſt eũ ſemper orare,& ſine defectu,vel intermiſsione,qui horis canonicis iuxta ritum eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs, precibus conſuetis, dominum rogare,& laudare non deſiſtit.Et hoc eſt quod Pſalmiſta dicebat: Benedicam dominũ in omni tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. Aut certè omnia,quæ iuſtus ſecundùm dominum gerit,& dicit,id orationem eſſe reputandum.Hæc ille. AVTHOR.Diſiunctiuè textus prædictos exponit, vt miniſtros altaris cõprehendat in primo,& cũctos item fideles exeuſet generaliter in ſecundo.Notandũ tamen eſt,q̃ horis canonicis iuxta ritũ eccleſiaſticæ traditionis, pſalmodijs,& precibus conſuetis laudandum ſine intermiſsione Deum exponit. Has horas canonicas à primæuis ſuis diſtinxit eccleſia. Quibus autem occaſionibus ſic diſtinxerit eccleſia,putà, Tertiam, Sextã, Nonã, ſancti patres non omiſerunt edicere. Vnde libro de oratione dominica verſus finẽ ſanctiſsimus CYPRIANVS. In † orationibus verò celebrandis inuenimus obſeruaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes,& in captiuitate victores, horam Tertiã, Sextam, Nonã,ſacramento. ſ. Trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat: nam & prima hora in tertiam veniens, conſummatum numerum Trinitatis oſtendit.Itemq; ad Sextã, quarta procedens,declarat altera Trinitatem. Et quando à ſeptima,nona completur, per ternas horas Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarum ſpatia iam pridem ſpiritualiter determinantes adoratores Dei ſtatutis & legitimis ad precem temporibus ſeruiebant. Et manifeſta poſtmodum res eſt ſacramenta olim fuiſſe, q̃ ſic iuſti antea precabantur.Nam ſuper diſcipulos hora tertia deſcendit Spiritus ſanctus,qui gratiam dominicæ ꝓmiſsionis impleuit.Item Petrus hora ſexta intectum ſuperius aſcendens, ſigno pariter, & voce Dei monentis inſtructus eſt, vt omnes ad gratiam ſalutis admitteret, cùm de immundis gentilibus anteà dubitaret.Et dominus hora ſexta crucifixus, ad nonam peccata noſtra ſanguine ſuo abluit, & vt redimere,& viuificare nos poſſet, tunc victoriam ſuam paſsione ꝓfecit. AVTHOR: Optimè declarat ſanctiſsimus Cyprianus efficaciam orationis eccleſiaſticæ per horas legitimas celebratæ, quas item ſancti comites Danielis ſecundùm inſtituta legalia,de more templi ipſi obſeruauèrè nocte capti:& perſpicuè docet qualiter in myſterio Trinitatis iſtæ tres horæ, Tertia, Sexta, Nona,à ſe inuicẽ triũ horarũ interſtitijs ſemotæ iacuerãt.Cõformiterq; & dñs eas & in ſuis geſtis,nõ tam ante paſsionẽ,quàm in paſsiõe, & poſt reſurrectionis gloriam obſeruauit: & poſt eũ Petrus,& ita in eccleſiã fluxit ab eis. Et ſequit hũc paſſum Cypriani.li.1.de officijs ca.19. ISIODO.Horã tertiã, & ſextã, & nonã Daniel,& tres pueri ſupplicatiõibꝰ deuoue rũt.ſ.vt ab ortu diei in tẽpus deprecatiõis,tres

Horarũ canonicarum diſtinctio.

horæ

Digitized by Google

horæ porrectæ Trinitatis nobis reuerētiā declararēt: pariter cùm tertia ad ſextam, atq; inde ad nonā, atq; per paria lucis interualla certis dimenſionibus terminata, Trinitas ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, q̄ ſpiritꝰ ſanctus hora tertia hoc ſuo loco, & munere, & tēpore deſcendit ad terras, impleturus gratiam, quā Chriſtus promiſit. Nam etiā ſexta hora Chriſtus paſſus eſt, & in nonā patibuli crucia menta porrexit. Tali enim ſacramento legitimis ad precē tēporibus per trinas horas Trinitatis perfectio, aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur: licet cōputetur diurna celebritas, per quaternariū vſq; in veſpertinum officiū, hoc ī quaternario ſignificatur, quia mundus quadrifariè diuiſus in trinitate ſaluatur. Hæc ille. AVTHOR. Et hìc ecce legitimā obſeruantiā horarum diſtinguit Iſidorus, dicens eas à patribus veteris teſtamēti obſeruari, & ab eis in noſtras miſſam eccleſias. Sub ſacramento itaq; Trinitatis, trinis horis ab inuicē vnaquaq; ſemota ab alia, vt ab hora tertia vſq; ad horam ſextā horologij, fluant tres horæ: ab hora nona vſq; in horam veſperarum item tres horæ: ſicut ab ortu diei, quā horam primā vocamus, vſq; in horā tertiam tres horæ interceptæ ſunt. Nec in his horis orandi Deum prima eſt cōtenta eccleſia: niſi etiā abundaret iuſtitia ſua plusquàm Scribarū, & Phariſęorū, & alias horas tā diei quàm noctis cœpit adiicere, putà matutinā, primā, cōpletoriū, prout dicto libro de oratione dominica, ſcribit CYPRIA. Sed nobis fratres dilectiſsimi præter horas antiquitùs obſeruatas orandi, nunc & ſpatia, & ſacramenta creuerunt. Nam & manè orandū eſt, vt reſurrectio domini in matutina oratione celebretur: q̄d olim Spiritus ſanctꝰ deſignabat in pſalmis, dicens, Quoniā ad te orabo domine, manè exaudies vocē meam. Manè aſtabo tibi, & contēplabor te. Et iterū per prophetā loquitur, dicēs, Diluculò vigilabunt ad me, dicentes. Eamus, & reuertamur ad dominum Deū noſtrum. Recedente itē ſole, ac die ceſſante, neceſſariò rurſus orandū eſt. Nam quia ſol Chriſtus verus eſt, & dies verus, ſole, ac die ſeculi recedente, quando oramus, & petimus vt ſup nos veniat denuò lux Chriſti, precamur aduentū lucis æternæ gratiam præbiturum. Hæc ille.

¶ Horæ orandi eccleſiaſticæ, qualiter cœperunt diſtingui.

CAP. XXIIII.

SVMMA.

1 *Horæ matutinalis ac veſpertini officij qualiter ſuccreuerint.*

2 *Vigiliæ quàtuor deſcribuntur, quas ſtationes Iſidorus appellat.*

3 *Vigilia una quomodo tres horas habeat. Et ſic nox habet quatuor uigilias, quas à tempore Chriſti obſeruauit eccleſia.*

4 *Cantus tres nocturni, & quartus laudum, quæ in feſtis ſolenniter celebrentur.*

5 *Iulianus apoſtata quomodo ad decus paganicū ampliādum tranſtulerit Chriſtianorum ritus canendi & pſallendi in eccleſia & horas canonicas in templa funeſta.*

6 *Laudes Pſalmorū quomodo ſint temporis creatori exoluendæ, ubi dies terminum, nox ſumit initiū, exemplo auium, ſecundùm Ambroſium.*

7 *Chriſtus Deus ſol uerus, & dies uerus, quòd omni hora die noctuq; à Chriſtianis frequenter ſit adorandus, & precibus orandus.*

1 QVALITER † aūt hæ horæ matutinalis, ac veſpertini officij ſucreuerūt, tangit Iſidorus libro primo de officijs ca. 23. faciens de Caſſiano memoriā, qui vtiq; ſcribit libro 3. de inſtitutis monachorū, capi. 4. CASSIANVS. Sciendum hāc matutinā, quæ obſeruatur in occiduis vel maximè regionibus, canonicā functionem in noſtro tempore, noſtroq; monaſterio primitùs inſtitutam, vbi dominus noſter Ieſus Chriſtꝰ natus de virgine Maria humanæ infantiæ ſuſcipere crementa dignatus eſt: noſtram quoq; religionem adhuc teneram, & lactentē infantiā ſua gratia confirmauit. Vſq; enim ad illud tempus matutina hac ſolennitate, quę expletis nocturnis pſalmis, & orationibus, poſt modicū interuallum temporis ſolet in Galliæ monaſterijs celebrari, cum quotidianis vigilijs pariter conſummata, reliquas horas refectioni corporis deputatas à maioribus noſtris inuenimus. Hæc ille. AVTHOR. Hic inchoationē officij matutinalis, cuius cauſa diu præceſsit, expreſsit: vbi itē de nocturnis cū ſuis pſalmis eloquitur. Hi quidē nocturni propter ſolēnes vigilias, & dominicas habebātur: ſecundū quatuor vigilias noctis

Digitized by Google

noctis quatuor horis ſeparatim apud antiquã eccleſiam celebratæ: quia & omnis populus tunc totam noctem vigilando tranſegit. Quatuor † ergo vigilias diſtinguẽtes, quas milites in exercitu, aut nautæ ſeruant in naui, tres nocturnis cantibus, & quartum matutinis laudibus donabant: prout Iſidorus ſcribit, appellãs ſtationes capit. 19. libri primi de officiis. ISIDORVS. Siquidem & in nocte ſtationes, & vigiliæ militares in quatuor partes diuiſæ, ternis horarum ſpatiis ſecernuntur: vt in ipſis nocturnis mundialibusq; officiis Trinitatis myſterium veneretur. Hæc ille. AVTHOR. Bene pronuntiat quatuor ſtationes cum ſuis interſtitiis trium horarum, ſicut ſe habent vigiliæ militares: quemadmodum & Lucanus. Tertia iam vigiles commouerat hora, ſacerdos. Et ſaluator in euangelio Marci quaſi has horas inſtituens in eccleſia poſtmodum obſeruandas, Neſcitis, inquit, quando dominus domus veniat, ſerò, an media nocte, an gallicãtu, an mane, & ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit &c. Et AVG. de verbis domini ſermone. 14. Venit ergo dominus ad viſitandum diſcipulos ſuos, qui turbabantur in mari quarta vigilia noctis. Quarta vigilia noctis eſt extrema pars noctis. Vigilia † vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias habet, ternas horas per quatuor vigilias diſtributas. Hæc ille. AVTHOR. Has à tempore Chriſti obſeruauit eccleſia. Vnde & libro primo de officiis ca. de matutinis officiis. VALERI. Diebus dominicis, & ſanctorum natalitiis genua in ipſis non flectimus horis, ſtando profitentes libertatem & gratiã. Et ſequitur. Tunc & vigilias tribus horis diſpertimus nocturnis, vt non ſolũ verbo, ſed & facto tres vigilias prædicemus: de quibus ait dominus, Beati ſunt ſerui illi, quos cũ venerit dominus, inuenerit vigilantes: & ſi in ſecũda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Tunc legendi, atq; canendi officia, quæ ad ædificandam eccleſiam inſtituta ſunt, numeroſiùs concrepant, vt nos præparemur ad aperiendum Domino quacũq; hora pulſauerit, ad modum diuinarum veteris teſtamenti tubarum, quæ caſtra commouere conciſo clãgore iuſſa ſunt. Ipſa autem pluralitas lectionũ nõ eadem in omni ordine eſt. Nam clerici. 9. monachi. 12. legant: ille nouenarius eſt tetragonus, & æquus vndique quadris lateribus: hoc innuit, q̃ verbũ, & opus prædicatorũ æqualia ſemper debẽt eſſe. Hic verò duodenarius inæqualibus conſtans lateribus (nam ter quatuor, vel quater tria, duodecim faciũt) hoc inſinuat, q̃ in vno magis extendãtur, & exemplo Iacob cũ domino luctantis claudicent. ſ. minus operantes, vt amplius meditari queãt hi, qui fidẽ Trinitatis mundo quadrifido prædicant. Nam in vtroq; ordine pluralitas lectionum pluralitatem ſignat prædicatorum, qui ex tempore plures in mũdum miſsi ſunt. Hæc ille. AVTHOR. De myſteriis omnium horarum non vacat omnia ſcribere, quæ authores in ſuis locis latè pronuntiant: ſufficit groſſiora colligere, quæ rationes horarũ apertiùs largiuntur. Cur † ſ. tres nocturni cantus in feſtis, & quartus laudum ſolẽniter celebrantur: quia. ſ. ſic antiqua eccleſia totas noctes in laudibus expendebat, diuidendo noctem in quatuor diſtinctas vigilias cum interciſis ſpatiis trium horarum, ſicut de horis diurnis iã dixi. Vnde ſi omnes horæ cum ſuis interuallis triũ numerentur horarum, in fine tertiæ horæ hora ſuccedit cantus canonici per totum circulum diei ac noctis: ſed quia hoc pondus laboris infirma caro iugiter & continuè ferre non poteſt, redacti ſunt omnes nocturni cum laudibus ad vnam ipſorum vigiliam, vt quidam deuoti prima noctis vigilia totum decantant officium, plurima pars eccleſiæ, vt cathedrales tenentes eccleſias, monachi nigri, fratres canonici, ad ſecundam mediæ noctis vigiliam: alij vt monachi albi, & cæteri religioſi quidem in tertia noctis vigilia gallicãtum obſeruant. Clerici verò cum populo per minores parochiales eccleſias, quarta vigilia canũt de mane, quæ & hora prima nuncupatur: vt euãgelica regula, quæ de diuerſis nõ obſeruatur ab omnibus, ſaltem integrato officio, teneri poſsit à ſingulis, vt ſic à ſummo diluculo Chriſti ſeruus Chriſtum canat ſemper, & ante omne opus habeat horam orandi canonicè, quæ opus humanum omne præcedat. Quòd ſi murmuret Witcleuiſta, quod aliud melius ad ædificationẽ proximi tunc præferret officio, ſi alta vrget neceſsitas: Reſpondeo, q̃ incumbens alta neceſsitas differre poteſt officium, nõ auferre. Igitur vbi talia interuenire ſolent officiis, moderatè præuenire liceret obſequium, præueniendo horam, prout ſanctus Pſalmiſta cuncta opera ſua ſui ſecurus oratione præueniens, Præuenerũt, inquit, oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Super quod in octonario. HILARIVS. Qui in maturitate clamorẽ præuenerat, nunc ipſos dies meditationibus præuenit. Vigilat ille diluculò, non expectat, vt grauatos ſomno oculos lux infuſa perturbet. Vigilat ille, & ipſum redeuntem lucis ortum, orationibus operitur. Nunc prophetarum dictis

Digitized by Google

occupatus, nunc pſalmorum hymnis intentus, nunc patriarcharum & ſanctorum geſtis negotioſus, omne eloquium domini omni tẽpore & aſsiduitate meditatur. Hæc ille. AVT. Vbi nunc eſt Witcleff cum actibus ſuis melioribus ad ædificationem proximi, qui orationes iſtas, & meditationes impediant? Et nũ quid audiuit Chriſtum dicere, quòd hæc oportet facere, & illa non omittere? Et nunquid poteſt Witcleff nobis oſtendere ſacerdotes ſuos abundantiores in opere proximorum, q̃ hæc omiſerunt orandi officia, quàm nos exhibeamus ipſi ſanctos Auguſtinum, Ambroſium, Hilarium, Caſsianum, Gregorium, & cæteros innumeros, qui horas obſeruabant orandi canonicas, & tamẽ plus omnibus ſacerdotibus cum Lollardis ſuis, circa ædificationem proximorum ſcribendo, prædicando, corporaliter viſitando, aut miraculis profuerũt? Et iſti ſunt, de quibus iam dixit Hilarius, & eorum quolibet, quòd nunc patriarcharum, & ſanctorum geſtis negotioſus, nunc prophetarum dictis intentus, omne eloquium Dei in omni tẽpore & aſsiduitate meditatur. Nec in viris tantùm, ſed has horas pro orando ſeruare extollendã ſanctitatem prædicat in ſexu fœmineo, epitaphio ſanctæ Paulæ HIERONYMVS. Mane hora tertia, ſexta, nona, veſpera, noctis medio per ordinẽ pſalteriũ canebant, nec licebat cuiquam ſororũ ignorare pſalmos, & non de ſcripturis ſanctis quotidie aliq̃d diſcere. Hæc ille. AVTHOR. De ſancta Paula hoc dixit, & virginibus ſacris cũ ea collectis. Sileamus† de ſanctis, & ipſos paganos ducamus in cõfuſionẽ hæretici, imò magiſtrum eius Iulianũ apoſtatã, qui ad decus ampliandum paganicũ, trãſtulit in eũ ritus noſtros pſallendi in eccleſia, & horas canonicas in templa funeſta, vt non eſſet honeſtas eccleſiæ tanta plus admiranda gentilibus. prout lib. 6. ca. 29. refert. CASSIODOR. Arbitratus. ſ. Iulianus Chriſtianitatis ſtatum ex vita bona & conuerſatione cõſiſtere, ſtuduit vbiq; tẽpla paganorum cõſtructione, & ordine Chriſtianæ religionis ordinare, ſedibus, atq; profeſsionibus, paganorum dogmatibus, atq; monitionibus, lectores ſuæ ſuperſtitionis inſtituere: & vt inſtar clericorum horas etiã certas, & orationes, & dies ſolẽniter obſeruarent, præcipiẽs pariter habere curã viros atq; mulieres philoſophari ſcientes, de habitaculis peregrinorũ, & pauperũ, aliaq; prouidẽtia circa egenos exhibita, paganorumq; religionẽ cõponere, & pietatis habere nomẽ. Si quis autẽ ſpontè, vel inuitè peccaret in traditionẽ Chriſtianorũ, poſt pœnitentiã medio crẽ cõſtituit ſuſtinere correctionẽ: præcipuè verò zelatus dicit notas literarũ epiſcopaliũ, quibus ſolent alterutris ſcribentes cõmendare peregrinos, & quò proficiſcuntur, & à quibus veniunt, modis omnibus indicare ſolatia promereri, & tãquàm noti, & amici ſint teſtimonio directi ſignaculi. Hæc cõſiderans feſtinabat, vt pagani Chriſtianorũ aſſueſcerẽt officiis. Hæc ille. AVTHOR. Subiungit illic in probationẽ iſtorũ literas Iuliani propter hãc cauſam directas Arſacio pontifici Galatię. Inter cætera verò pietati inuidet Chriſtianorũ, qui etiã Iudæis benefaciãt, & eos nõ abiiciant, etiã & Paganis. CASSIODORVS. Turpe nãq; eſt, inquit, vt Iudęos quidem nõ abiiciãt, ſed potiùs nutriant impij Galilæi, & ſuos pariter, necnõ etiam noſtros, noſtri verò noſtrorum ſolatio deſolantur. Quapropter doce etiã collatiões facere Paganos ad talia miniſteria, Paganorumq; vicos offerre diis primitias frugũ, eoſq; eiuſmodi benefactis inſtitue, docens eos olim hoc fuiſſe opus noſtrorum. Homerus enim hoc probat, introducens Eumeniũ talia facientẽ. Hæc ille. AVTHOR. Annectit item honorem, quem ſacerdotes tẽpli voluit habere ſuprà præſides intra ambitum ſuum. CASSIODOR. Præſides prouinciarum rariùs domi ſuſcipe, frequenter eis ſcripta tranſmitte. Ingredientibus illis ciuitatem, ſacerdotum nullus occurrat. Cumq; ad templa venerint domorum intra ianuas eis nemo præcedat militũ fortè, aut præcedentibus officiorũ, ſed qui voluerit, ſubſequatur. Cùm ad ipſum limen templi peruenerit, priuatus exiſtat. Tu enim, ſicut noſti, tuus es iudex. Hoc enim etiã ſacra ſanctio videtur exigere. Hæc ille. AVTHOR. Multa de inſtitutis noſtris honeſtis hic latè deſcripſit, quæ Iulianus ille apoſtata transferre voluit ad Paganos, ad eorum decus noſtro coæquandum decori: vt ab oratione horis canonicis ad ſuſceptiones peregrinorũ dilapſi ſimus & pauperum, ad oblationes & primitias, ad defendendos honores miniſtris deorũ. Et proh quàm turpe eſt inter Chriſtianos nutrito, has honeſtates cenſere abiectas, quas inimicus horrẽdus fidei chriſtianæ, chriſtianis inuidit, & Paganis addidit ad ornatum.

6 Sed† veniamus ad officij cõplemẽtum, & vbi dies terminum, nox ſumit initium. Pſalmorũ laudes cõditori temporis exoluamus, ne aues illæ minutæ nos ipſos obſequendo Deo præcedant. De quibus libro hexaemerõ de opere quinti diei tractatu primo de auibus habet AMBRO. Vbi omne negotiũ expeditũ putaui, & abſolutũ me eſſe credidi, & diẽ quintũ cõ

ſum

Digitized by Google

ſummatum arbitratus ſum, venit in mentem recordatio auium, quæ cùm eunt cubitum, quaſi peracto lætæ munere æthera cantu mulcere conſueuerunt: quod velut à ſurgente & occidente die ſemper inſtaurare conſuerunt, vt vel decurſo, vel adorto nocturno diurnoq; tempore iuſtas laudes ſuo referant creatori. Magnum igitur incentiuum excitandæ nobis deuotionis omiſeram. Quis enim ſenſum hominis gerens non erubeſcat ſine pſalmorum celebritate diem claudere, cùm etiam minutiſſimæ aues ſolenni & dulciſono carmine ortus dierum ac noctium proſequantur? Hæc ille. AVTHOR. Quid poſt hæc reſtat, niſi vt has aues laudiferas creatoris, quæ horas ita canendi pro omni ſubuētione pullorum, aut generis non omittunt, nec pro ſuo concentu item ab opere deſiſtunt, ad redarguendum mittam noſtrum hęreticum, vt qui ſcripturas, aut ſanctorum antiquorum traditiones non audit, natura victus abſcedat. Nosque velut Chriſti diſcipuli ſenſum gerentes, auxilium humanum: erubeſcamus ſine pſalmorum celebritate diem claudere: nec tātum hoc, ſed ſi diem, noctemque laudibus, vt poſſumus, non dedicamus diuinis: hoc ſanctum, hoc Chriſtianorum laudabile & prædicandum per omnia documentum. prout in libro de oratione dominica verſus finem docet CYPRIANVS. Si † in ſcripturis (inquit) ſanctis ſol verus, & dies verus Chriſtus eſt, hora nulla chriſtianis excipitur, quominus frequenter accedat Deus ſemper adorari: vt qui in Chriſto, hoc eſt, in ſole, & in die ſumus, inſiſtamus per totum precibus, & oremus. Et quando mundi lege decurrens vicibus alternis nox reuoluta ſuccedit, nullum de nocturnis tenebris eſſe orationibus damnum poteſt: quia filiis lucis etiam in noctibus dies eſt. Quando enim ſine lumine eſt, cui lumen in corde eſt? aut quando ſol ei & dies non eſt, cui ſol & dies Chriſtus eſt? Quia autem in Chriſto, hoc eſt in lumine, ſemper ſumus, nec noctibus ab oratione ceſſemus. Sic Anna vidua ſine intermiſsione rogans ſemper & vigilans perſeuerabat in promerendo Deo: ſicut in euangelio ſcriptum eſt, Non recedebat (inquit) de templo ieiuniis, & orationibus ſeruiens nocte, ac die. Hæc ille.

7

¶ De dicendis matutinis ad mediæ noctis vigilias.

CAP. XXV.

SVMMA.

1 *Vigilantius hæreticus, qui & Dormitantius à Hieronymo appellatur, quem ſequitur Witcleff, quomodo fuerit primus, qui contra uigilias ſacras diſputauerit.*

2 *Somniculoſorum & Lethargicorum hæreticorum error circa ſacras noctis uigilias.*

3 *Witcleff, qui matutinas, & ſacras noctis uigilias dānat, ſanctorum authoritatibus confutatur.*

4 *Religioſus uir, & fortis, quomodo prophetæ monitu debeat regulariter ſurgere, & media nocte præcipuè uigilare.*

5 *Monachi æquiparantur martyribus à Hieronymo, in eo, quòd die, noctuq; pſallunt domino.*

6 *Hieronymus quomodo ſacræ uirgini Euſtochio imiūxerit regulam noctu ſurgendi ad orandum.*

7 *Witcleff tanquàm mendax & ſtolidus in ſcripturis deprehenditur.*

8 *Vigiliam corporalem qualiter nobis exēplarit Chriſtus, frequenter in oratione pernoctans, totamq; noctem ducens inſomnem.*

9 *Chriſtus, quòd uerbo & facto à prima electione apoſtolorum, uſq; ad uiciniam paßionis docuerit fideles nocturnas frequentare uigilias continuè.*

QVod tamen matutinarum vigiliarum celebritatē iam diximus noctibus frequentandā, Witcleff indignè contrectat, increpās ex ea religioſos noſtros tractatu ſuo ſecūdo, de ſermone domini in monte cap. 65. vbi ſumēs textum Matthæi: quomodo media nocte clamor factꝰ eſt ecce ſpōſus venit: & deinde expoſitionē Hieronymi, quòd ſubitò intēpeſta nocte, & ſecuris omnibus, quādo grauiſsimus ſopor eſt, per angelorum clamorē, & tubas præcedentium formidinem, Chriſti reſonabit aduentus: & ſic Chriſtum vēturum in ſimilitudinem Ægyptij tēporis: ita reor, inquit Hieronymus, traditionem apoſtoli iam permanſiſſe, vt de vigilia paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectantes aduētum Chriſti. Sequitur. Vnde & pſalmiſta dicebat: Media nocte ſurgebā ad confitēdum tibi. Subdit & Witcleff. Patet ex dictis iſtius ſancti, quàm leuis euidētia eſt in medio noctis ſurgere, & dicere matutinas, modo, quo religioſi noſtri priuati faciunt. Ex iſto ſermone nudo

pſallimus. Ac ſi noſtri religioſi fatui ſic arguerent: pſalmiſta ſic fecit ſemel ad minimũ, ſicut de Ægypto exiuit populus Iſraëliticus ſemel in medio noctis, ſemelq; veniet Chriſtus ad iudicium: ergo illi debent regulariter ſurgere, & dicere illa hora matutinas. Hęc ille. AVTHOR.

1 Quemadmodum† mihi mos eſt, primo ingreſſu erroris libet authorem eius & parentem oſtendere. Et, quãtum video, Vigilantius monachus patronus peculiaris ordinis Lollardini primus contra vigilias ſacras diſputabat audaciter. Qua occaſione ſanctus Hieronymus confutans eum, peruerſo nomine de Vigilantio Dormitantium appellauit, epiſtola ad Riparium presbyterum. HIERONYMVS. Quod dicis eum execrari vigilias, facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt velit dormitare Vigilantius, & non audiat Saluatorem dicentem ſic: Nõ potuiſtis vna hora vigilare mecũ? AVTHOR. Et in epiſtola ſequenti ad Riparium & Deſiderium contra Vigilantium in fine. HIERON. Quòd ſi Dormitantius in mea rurſus maledicta vigilat, & eodẽ ore blaſphemo, quo apoſtolos, & martyres lacerat, de me quoque putauerit detrahendum, nequaquàm illi breui lucubratiuncula, ſed tota nocte vigilabo. Hæc ille. AVTHOR. Re† autem vera, ſeu ante eum, ſeu poſt, error quidem virorum huiuſmodi ſubrepſit in eccleſiam damnantiũ ſacras noctis vigilias, pro eo, quòd noctem dedit eis dominus ad quietem, qui ab erroris affectu iuxta antiquos dicti ſunt ſomniculoſi, de quibus libro primo de officiis. ca. 22. ISIDORVS. Eſt autem quoddam genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali operi infructuoſas, dicentes iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiẽ ſicut diem ad laborem, qui hæretici græco ſermone Lethargici, hoc eſt ſomniculoſi, vocantur. Hæc ille. AVTHOR. Iam† res exigit, vt pergamus ad dicta. Patet (inquit) ex dictis iſtius ſancti, quàm leuis euidẽtia eſt in medio noctis ſurgere, & dicere matutinas modo quo religioſi noſtri faciunt hoc regulariter. Si ex dictis ſancti Hieronymi pateat euidentiam fore leuem, attendantur hæc dicta. Traditio (inquit) eſt Iudæorum, Chriſtum media nocte vẽturum in ſimilitudinem Ægyptij temporis, & ex hoc traditionẽ apoſtolicam permanſiſſe, vt die vigiliarum paſchæ ante noctis medium populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Chriſti. Cùm hic aduentus Chriſti ſemel tãtùm erit, ſicut Ægyptiis ſemel fuit, priuſquàm ad religioſos noſtros perueneris, patebit ex verbis ſancti Hieronymi quàm leuis erat euidẽtia. Fuit apoſtolicæ traditionis ducẽtorum annorum paſchalibus noctibus vſque ad hæc tempora Hieronymi: deinceps imò ad tempora ferè noſtra populum nocte media vigilare expectando aduentum Chriſti, qui ſemel tantùm venturus eſt ſic. Ecce quòd eadem blaſphemia, qua religioſos noſtros derides, euidentia tali pulſari, quòd regulariter media nocte conſurgant, eadem apoſtolos tetigiſti, qui medię noctis vigilias nocte paſchæ totannis in ipſa plebe regulariter ſeruari fecerunt. Sed ſi dicas hoc ex nudo ſermone Pſalmiſtæ, pſal. 118. Media nocte ſurgebam: ſtatim te cõuicero mendacij, quòd non ex nudo ſermone illius, quando commaticè arguendo ſubiungis. Ac ſi fatui ſic arguerent. Pſalmiſta ſic fecit ad minimum ſemel, ſicut exiuit ſemel populus in medio noctis de Ægypto, & Chriſtus veniet ſemel ad iudicium. Hic ergo ex bono ſermone domini, non ex nudo ſermone pſalmiſtæ pſalm. 118. eos approbas arguiſſe. At quod de pſalmiſta, quòd ſemel ſic fecit ad minimum, inquis, pro te facis, dicens ad minimum: pro religioſis, quorum argumentum vſurpas, diceres magis, quòd egit ad maximum, vt augeres frequentiam. Sed & contra teipſum interres, ſi affirmares Pſalmiſtam dicere de ſeipſo: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Miſer hæretice, dormitanſque, qua fronte dicis ex ſemel facto Pſalmiſtæ, aſſumere religioſos noſtros incitamentum ſurgendi regulariter media nocte ad orandum, quando ipſe de ſeipſo pronuntiat non ſemel, ſed per ſingulas noctes, & regulariter ſic feciſſe? Quod CASSIODORVS factum exponit ad literam, & multò magis extendit, exponens illam verſu illo: Memor fui nocte nominis tui domine, ſuper pſalmum. 118. ſanctus pater HILARIVS. Scit præcipuè nocturno tempore diuini eſſe à nobis nominis recordandum. Scit tum maximè cuſtodiam Dei legis à nobis eſſe retinendam, cùm ſubrepunt animo impuræ cupiditates, cùm ſtimuli vitiorum per recens aſſumptum cibum corpus exagitant. Tum Dei nomen recordandum, tum cuſtodienda eius lex eſt: pudicitiam, continentiam, timorem Dei ſtatuens. Nouit hoc præcipuè tempore Dominum eſſe orandum, deprecandum, promerendum: dicens in alio loco, Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Nõ eſt periculoſo nocturnarum vigiliarum otio animus relaxãdus, ſed in omnibus deprecatiõibus, in cõfeſsionibus peccatorum occupandus eſt: vt cùm maximè corpo-

Vigilãtius.

Sõniculoſi.

Lethargici.

Digitized by Google

corporeis vitiis datur opportunitas, tum præcipuè eadem vitia, diuina legis recordatione frangantur. Hæc ille. AVTHOR. Peccasti Witcleff, & Christi iudicio te fecisti reũ gehẽnæ ignis, quia fratri tuo dixisti, fatue, sine causa, & ex doctrina tua consequenter es præscitus. Acsi fatui, inquis, sic arguerent. Psalmista surrexit semel media nocte: ergo & ipsi surgere debẽt sic regulariter omni nocte. Sed si vis argumentum audire tibi insolubile, audi ex Hilario, sciuisse Psalmistam præcipuè noctur no tempore Deum orandum, & Dei legem contra vitia meditandam, & quia nouit hoc præcipuè tempore Deum prædicandum, idcirco regulariter non semel, sed per singulas
4 noctes lauit lectum suum. Huius † quoque prophetæ monitu & exemplo, non est periculoso otio nocturnæ vigiliæ animus relaxandus: ergo vir fortis, & religiosus debet regulariter surgere, & media nocte præcipuè vigilare. Item obiicio tibi factum istud regulare ex eodem psal. quasi in hac regula iam habituato ex actibus, Bonum est (inquit) confiteri domino, & psallere nomini tuo altissimè. Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Non exponatur per Witcleff, sed dicat in minori breuiario super eodem loco, HIERONYMVS. Si confiteris Domino, annuntias manè misericordias Domini. Quando enim confitemur Domino, speramus misericordiã. Nunc enim psallimus, operamur virtutes ad annuntiandum manè misericordiam tuam. Vbi sunt, qui secundùm literam scripturas intelligunt: media die misericordiam annuntiare nõ possumus. Et certè Christianorum, & monachorum est maximè in noctibus peccata sua confiteri. Hæc ille. AVTHOR. Et iã ecce sanctus Hieronymus non leuem putat euidentiam surgẽdi cum Psalmista media nocte per regulam, Certè, inquiens, Christianorum, & monachorum est maximè in noctibus confiteri peccata. Et adhuc pro eiusdem facto Psalmistæ super illum versum, Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo: in minori breuiario
5 idem HIERONY. Sicut, † inquit, martyres laudant Deum purè in regione viuorum: ita & monachi, qui die, noctuq; psallunt Domino, debent eandem puritatem habere martyrum: siquidẽ & ipsi martyres sunt. Quod enim faciunt angeli in cælo, hoc monachi faciũt in terris. Hæc ille. AVTHOR. Iam ecce videtis, quàm leuis est mendosa euidentia Witcleff, quam dixit esse Hieronymi contra sacras monachorum vigilias: quos quia psallũt Deo die noctuq;, Hieronymus martyres dixit, & angelos imitari: &
6 † hanc regulam sic surgendi sacræ virgini iniunxit Eustochio in epistola ad eandem de virginitate seruanda. HIERON. Semper ingemina, Super lectulum meum in noctibus quæsiui quem diligit anima mea. Sequitur. Esto cicada noctium, laua per singulas noctes lectum tuum, lachrymis tuis stratum tuum riga. Vigila, & efficere sicut passer in solitudine: psalle spiritu, psalle & mente, Bene dic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Hæc ille. AVTHOR. Quis dicet hoc docuisse Hieronymum cõtra seipsum? Apprehẽdamus residuum argumentum, quod Psalmistæ cõnexuit. Sicut de Ægypto, inquit Witcleff, exiuit populus israëliti-
7 cus semel in medio noctis. Hęc Witcleff, † vbi cõiunxit scripturam diuinam mendacio suo, notanter considerans, & seipsum magistrum maximum computantem ostendẽs stolidum in scripturis. De Ægypto exiuit popul⁹ Israël semel in medio noctis. Iterum quia atque iterum dico tibi, quod Augustinus contra Petilianum. Mentiris mi Witcleff omni seculo altiùs. Non exiuit ille semel populus Israël medio noctis de Ægypto, sed in figura resurrectionis Christi, & eductionis patrum ab inferno de mane: dicente ibi scriptura: Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsq; mane. Et ideo etiam de sero cœperunt mutuò vasa, & monilia, expoliantes Ægyptios: & de sero pascha celebrabãt, ne occasione aliqua exirent vsque mane propter exterminatorẽ angelum, qui media nocte percussit Ægyptios, parcẽs Hebræis tingẽtibus sanguine agni postes. Vnde super illum versum psal. 118. Media nocte surgebam ad cõfitendum tibi. AMBRO. Itaq; vt tempus hoc habile tentamẽtis, ita etiam tempus est pœnæ, quod ex lectione diuina possumus edoceri. Nõ enim otiosẽ dominus Deus noster eũ posset quocunque momento primitiua Ægyptiorũ extinguere, hoc tamẽ tẽpus dolori, & luctui peccatoris opportunius iudicauit. Sic enim scriptũ est, ꝙ media nocte primogeniti Ægyptiorũ liberi, ab exterminatore sunt interẽpti: ideoq; sanctus Moyses propheta vt hoc præueniret tempus, ac sine Hebræorũ fraude transiret, ante agnũ immolauit, hoc est, vesperi: vt manducãtes eũ, & Domini pascha celebrãtes, nõ occuparẽtur exterminatoris insidiis: ne inermes, & vacuos spiritualis alimẽti, nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent. Hæc ille. AVTHOR. Suffi cit cõtra nostrũ Witcleff, ꝙ media nocte populus Israël exterminatorẽ angelũ saluus eua

ſit,intra domos ſuas manēs agni ſanguine dedicatas.Quòd ſi quis contumax Witcleuiſta dicat ibiſcriptum.Exo.12.Nox eſt iſta obſeruabilis dñi,quando eduxit eos de terra Ægypti:reſpōdeatur ei,cur nō attēdat illi, quod ſtatim prędicitur,Quibus expletis,eadē die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra Ægypti?Die ergo exiit populus,ſed de nocte Phaſe fecit:quaſi in choās domini tranſitū. Et ſtatim poſt noctis mediū,& exterminium angeli percuſſoris,vrgebat Pharao, & ſerui eius populū ad egreſſum,dicēs:Nocte ſurgite,& egredimini à populo meo: & ita nocte cauſaliter, ſed effectualiter facto mane ſurrexit, & abiit. Demū adiungit Witcleff ſuaſiuum tertiū argumento,dicens.Et Chriſtus,inquit,veniet in medio noctis ſemel ad finale iudiciū:ergo debent illi regulariter ſurgere, & illa hora dicere matutinas. Sequitur. Bonum eſſet eis modo, quo fecit Chriſtus,& eius Apoſtoli talibus ritibus alternare. Nam ex cautela diaboli ſunt in talibus iudaizationibus plus Iudæis perfidis profundati.Hæc Witcleff. AVTHOR.Iā hora eſt dicendi,proba quod dicis:quid tēpus occupas garrulis?Cū apud catholicos agis, nihil eſt validū,nihil ſanctū quantūcūq; ab apoſtolis & patribus inſtitutū eccleſiis.Sed ſtatim exclamas aut ſcriptura vel ratione probetur: iam hæc omnia ſine ſcriptura,ſine ratiōe, ſine conſuetudine,aut ſancti patris aſſertione dixiſti.Quis niſi demens tali credet authori, Chriſto ſpreto,& omni choro ſanctorū? Tu dicis leuē euidentiā ex facto Pſalmiſtę.Ego dico,,pba.Tu dicis populum exiſſe media nocte.Ego dico ꝙ falleris,& mētiris,ignorans ſcripturas. Tu dicis Chriſtū vēturum ſemel media nocte ad iudiciū,& ideo nō ſeq vigilaturos nos illa hora.Ego dico ꝙ planè mētiris,intētionēChriſti etiā hoc ipſo peruertēs,qui ideo vltimā horam voluit nobis eſſe occultā,vt ſemper ſuſpectam habeamus,ſemperq; parati vigilemus ſecundū Gregoriū.Vnde & Saluator Lucæ.22. Vigilate omni tēpore orātes, vt digni habeamini fugere iſta omnia,quæ futura ſunt,& ſtare ante filiū hominis. Vbi in expoſitiōe Lucæ lib.6.ca.3. BEDA. Qui ante filiū hominis ſtare,eiq; iuxta Apocalypſin Ioānis die noctuq; in tēplo eius ſeruire deſiderat,ne ab eius aſpectib⁹ in ignē æternū maledictus abiiciatur, nō ſolū ab illecebris ſecularibus caſtigari,ſed & orare,& vigilare,& hoc nō certis quibuſdā diebus,ſed omni tēpore facere debet.Iuxta quod Pſal.ait,Benedicā dominū in omni tēpore:ſēper laus eius in ore meo.Hęc ille.AVTHOR. Videte ergo qualis prædicator euangelij extet Wittleff,qui dum euangelium clamet, & intentè moneat vigilare, ipſe econtrariò monet dormire. Sed gloſſat hic Lucam, quòd intelligit de vigilia allegorica bonæ vitæ: & hāc eius gloſſam non ſpernimus, dum per hanc non damnet, quas Chriſtus, quas Apoſtoli, quas tota laudat eccleſia, virtuti accommodas continuas corporales ſine interpollatiōe vigilias:de quibus,non dubium eſt, ait,Vigilate omni tempore.Et orantes, dicente Beda nō ſolùm ab illecebris caſtigari, ſed orare,& vigilare debet. De qua vigilia intermiſſa increpauit apoſtolos dicens: Non poteſtis vna hora vigilare mecum?Quam ob languorem ſopori ferę carnis conſequenter laxauit eis, dicens, Dormite iam, & requieſcite. Non enim à vigili circunſpectione vitę dormire conceſſerat
8 vnquam.Et † hanc item vigiliam corporalem exemplauit nobis frequenter in oratione pernoctans,totamq; noctem ducēs inſomnem,ſicut item Luc.6.Erat (inquit) pernoctans in oratione Dei.Vbi in expoſitione libro. 5.capi. 8. AMBRO.Species tibi datur,forma prę ſcribitur,quā debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quādo pro te Chriſtus in oratione pernoctat?Hæc ille. AVTH. Si igitur hæc corporalis Chriſti vigilia forma nobis præſcribitur, quam æmulari debemus, quis niſi Chriſti doctrinæ aduerſus,hāc formā nobis tollat,dicens ſufficere ſi vitaliter vigilemus?Sed dicet Chriſtum,& ſuos apoſtolos vices alternaſſe taliter vigilādi. Quid refert hoc, inquit,quia frequētia vigilādi iudaizatio quædā eſt. Vnde hoc?aut vbi legeris hūc ritū vigiliarū continuatum Iudęis in templo?Has vigilias propriè Chriſtianorum, & monachorum ſuprà dixit Hieronymus. Quòd autem fuerint ſub frequentia Iudæorum, hoc peto, hoc exigo vt tu probes: maximè cùm hactenus te traximus, vt non ipſas mediæ noctis iam damnes vigilias ſi alternatim fiant, & non ſæpe, vel ſæpiſsimè. Quod item lentum offendiculum, grande factum, magiſter tuus Vigilantius adinuenit. Et in epiſtola contra blaſphemias eius,quæ incipit, Multa in orbe mōſtra,reſpōdit ipſi HIERONYMVS. Apoſtolorum fidem Iudæ traditio non deſtruxit: ergo & noſtras vigilias malæ aliorum vigiliæ non deſtruent: quin potius pudicitiæ vigilare cogantur,qui libidini dormiunt. Quod enim ſemel feciſſe bonum eſt,non poteſt malum eſſe,ſi frequentiùs fiat. Aut ſi aliqua culpa vitanda eſt,non ex eo ꝙ ſæpe,ſed ex eo ꝙ fit aliquādo,culpabile eſt. Hæc ille. AVTHOR. Eccemi Witcleff dormitanti tibi, qui crebras, &

toto

toto ante te mundo laudabiles damnas noctis vigilias si sæpe fiant, Hieronymus tibi dixit, quòd si culpa est vitanda, non ideo quia sæpe, sed quia aliquando: etiam si alternatim fiant, erunt culpabiles. Et adhuc te pulso, qui tibi peritus videris in scripturis, vt probes si possis, quando Christus dormiuit media nocte, vt sic posset ad sensum tuum alternare vigilias imminente noctis tempore. Vt super Marcum notatur à Rabano, dormiuit Christus super ceruical in puppi: non ergo media nocte tunc dormiuit, quia nec dum plena nox fuit, sed noctis crepusculum.

9 Sed vt agam satis. A † prima electione apostolorum cùm eum pernoctasse legitur, per lineam te duco vsque ad viciniam passionis, quando item noctibus plurimis pernoctasse dicitur, & populus ad eum audiendum manicabat in templo, quasi alto mane diebus conueniens, non iam alternatis, sed singulis, quantum ex ipso dicente perpenditur, Quotidie apud vos eram in templo docens. Si ergo totis noctibus pernoctauit in monte, quotis prædicauit diebus in templo, non noctes videbitur alternasse, sed continuasse diebus. Et hoc, quia imminente tempore passionis, plus his orationibus, & prædicationibus instare, quàm vacare volebat. Vnde super illud Lucæ lib. 6. capit. 3. in expositione. BEDA. Erat autem docens in templo, nocte verò exiens morabatur in monte. Sequitur. Quæ dominus suis confirmat exemplis. Nam qui nos ante repentinum iudicij vniuersalis aduentum, ante incertum singulorum nostrorum exitum sine deliciis & curis huius vitæ, & sine lectis ad vigilandum hortatur, & orandum: & ipse impendente suæ tempore passionis, doctrinæ, vigiliis, & precibus instat, pariter & exemplo: insinuans hoc esse Deo vigilare, vel dicto, vel facto proximis quibusque viam veritatis ostendere. Hæc ille. AVTHOR. Christus ergo verbo & facto docuit fideles nocturnas vigilias frequẽtare continuè ad explorandum aduentum eius ad iudicium, qui hora venturus est incerta. Ne cùm venerit, inquit, repente, inueniat nos dormientes. Contra ipsum suggerit hostis noster diabolus per seruum suum Witcleff, iubens non semper vigilare, sed dormire quandoque, alternare vigilias, vt illos simul Christus aduenies dormientes inueniat: & vt hostis eum rapiat, qui dormiuit.

¶ Quòd religiosi surgunt ad orandũ media nocte Christi consilio, & exemplo.

CAP. XXVI.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicebat non esse surgendum media nocte ad orandum Deo, quomodo Dauid, & aliorum sanctorum authoritatibus confutatur.*

2 *Vigilias noctium continuas quomodo fecerit Paulus orando. &c.*

3 *Pauli assiduitas orandi per singulos dies & noctes à Remigio notatur.*

4 *Hilarius quid dicat super illud dictum Dauidis, Media nocte surgebam. &c.*

5 *Deprecatio diurna quòd non sufficiat. Et quare sit surgendum nocte, & media nocte, secundum Ambrosium.*

6 *Christus quomodo trans torrentem pergens, ad orationem mediæ noctis pergit.*

7 *Christus, Apostoli, Patres omnes Testamenti ueteris & nouelli, quomodo horam mediæ noctis suprà modum orationibus commendent, & psalmis.*

8 *Hæretici quomodo lupis comparantur.*

9 *Diabolus quomodo cum meretrice hæresi Witcleff sibi coniuge despõsata, cupit quasi per Euam efficere, quod per seipsum non prævalet.*

10 *Vigilandum quòd sit media nocte, quomodo solerter moneat, instet, & hortetur Ambrosius.*

11 *Christus, & sanctus apostolus quòd sacras uigilias antiquas usq; in nos transmiserint.*

12 *Psalmista quare dixerit, Media nocte surgebã. &c.*

13 *Ioannes Constantinopolitanus episcopus quare auxerit primus in nocturnis hymnis orationes.*

14 *Ariani quomodo uno & eodem spiritu, quo Witcleuistæ, contra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt.*

15 *Vigiliæ tres nocturnæ mediæ noctis ab initio synagogæ iußione domini per trinas semper horas à se distantes, quas in exemplum traduxit mater ecclesia, describuntur ab Augustino.*

EVRIT Witcleff cõtra Christi vigilias mediæ noctis, dicẽs tractatu. 2. de sermone domini in mõte cap. 16. Religiosi nostri recenter, prẽter ordinationẽ domini introducti habẽt tria, quibus populus est deceptus. Habẽt enim primò politos ordines, sed frigidos à charitate, vt saxũ marmoreũ. Habent obseruãtias

hypocriticas, vt cantum in mediis noctibus, & ieiunium electis temporibus, & alia ſigna, quæ non ſonant in religione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc Witcleff. AVTHOR. Cætera † tranſeamus, & hîc de cantu ſancto mediis noctibus aduertamus. Non dubium, ſiue de vigilia cordis, ſiue corporis hîc Witcleff admonuit, oppoſitum Saluatori noſtro Chriſto docet, qui pro ſalute noſtra ſimul vtrunq; mandauit. Quod item Dauid apud nos eius inſtinctu, & eiſdem de cauſis propheticè obſeruauit, cùm diceret: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. In huiuſmodi expoſitione antiqui patres eccleſiæ hoc feſtiuè, & concordi pẽna deſcribunt. Vnde in expoſitione Pſal. 118. HILARIVS. Non vacat totis noctibus ſomno, nec otioſus lecto continetur, ſed ad confitendum Deo, non ſolùm nocte, ſed etiam nocte media cõſurgit. Meminit hoc eſſe tempus, quo primitiæ Ægyptiorum meritiſsima impiæ obſtinationis clade percuſſæ ſunt. His ergo horis non laxatur in ſomnũ, ne cladi Ægypti admiſceatur. Hoc noctis tempore introeunte ſponſo ſapientes virgines in nuptias cũ lampadibus introibunt. Vigilat ergo, ne cùm ſtultis mereatur excludi: hoc tempore, pſallentibus Paulo & Sila apoſtolis, catenæ, & vincula reſoluuntur. Non dormit itaq; cùm vinctus ſit, nec habet eum totus nocturni temporis ſomn⁹, nec obliuio officij ſui requie medię noctis obrepit. Surgit enim ad confitendum Deo. Confeſsio enim non ſemper ad peccata referenda eſt, verùm etiam in Dei laudibus intelligenda eſt. Hæc ille. AVTHOR. Videat noſter Dormitati⁹, & ſomniculoſus Witcleff, ſi propheta Dauid tãtum iactaſſet de vna ſurrectione media, quam fecerit nocte ad minimum, vt item perenni tempore legendum relinqueret in ſcriptura, dicẽs, Eia vna nocte media ſurgebam ad confitendũ tibi. At quot moderni fideles noctibus mille conſurgunt, & trinis, aut denis menſibus noctes extendunt in Dei laudes? Beatus † Paulus continuas vigilias noctium fecit orando, cùm totos dies trifariè diuiſiſſet operibus ſanctæ vitæ, ne per interciſionem tanti temporis oues Chriſto acquiſitæ, exponerentur periculis, vacarent. Vnde in expoſitione primæ ad Corinthi. textu, gratias Deo meo ſemper pro vobis, REMIGIVS. Quare † ſe dicit gratias agere Deo ſemper pro ſalute eorum, cum nemo hominum ſemper poſsit intẽtus eſſe in orationibus, aut gratiarũ actionibus? Nã ſicut in ſcripturis patrũ legimus, Apoſtol⁹ ab hora prima vſq; ad horã quintam, labori manuũ inſiſtebat: ab hora autẽ quinta vſq; ad decimam, prædicationi operã dabat: poſt decimã verò, curabat pauperũ peregrinorũ hoſpitalitatem, ſuiq; corporis neceſsitatẽ: per noctem verò orationi attẽtiſsimè inſudabat. Igitur propter aſsiduitatẽ, qua per ſingulos dies, & noctes Deo gratias, laudesq; referebat, tam pro Corinthiis, quàm pro omnibus, quos Chriſto acquiſierat, dicit gratias ſe Deo referre ſemper pro illis. Hæc ille. AVTHOR. Iſte ergo Apoſtolus non contentatur ſemel orare de nocte, quod Witcleff imponit ſancto Pſalmiſtę. Audite † itẽ fideles HILARIVM, vt Witcleff rideatis: qa in cõmemorationẽ ſancti Dauid dicit nõ tota vna nocte, ſed nõ vacat, inqt, totis noctib⁹ ſomno, ſed nocte media conſurgit. Et his horis nõ laxatur in ſomnum, ne cladi admiſceatur Ægypti. Quæ cùm olim ſemel aduenit, ſingulis noctibus hora media eſt timenda venire: & ſemel adueniente ſpõſo, poteſt cum ſtultis pro ſemper excludi, niſi illa vna hora omnibus horis venturum ſponſum expectet: maximè cũ hac ipſa hora ſoleant mali ſpiritus vexare fideles, & luctam adhibere, & habere licẽtiam malignandi. Vnde ſuper illum verſum pſal. 118. AMBRO. Non † ſatis eſt dies ad deprecandum, ſurgendum eſt & nocte, & media nocte. Ipſe enim dominus pernoctabat in oratione, vt te proprio ad deprecandum inuitaret exẽplo: & vtiq; peccatis tuis ille indulgentiã poſtulabat. Poſtulabat à patre, operabatur propria voluntate. Non tibi dicit Propheta tantũ modo vt media nocte ſurgas, ſed vt nocte ſurgas, & maximè media nocte. Nocte enim ante ſurgendũ præmiſit, dicens: Memor fui nocte nominis tui domine. Poteſt vnuſquiſque memor eſſe, & nõ ſurgere: poteſt vnuſquiſq; ſurgere, & cũ ſurrexerit, quæ, pprio arbitrio ſederint, poſtulare. Addidit, media nocte: nec otioſum eſt qđ adiũxit, ad cõfitẽdũ tibi: hoc eſt, vt illo maximè tẽpore deprecari Deum, & propria debeamus peccata deflere: nec ſolũ præteritis veniã poſtulare, ſed & præſentia declinare, cauere futura. Multa enim illo tempore tẽtamenta proſerpunt. Tũc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit, coquitur cibus, potusq; digeritur, ſtomachus ęger, mẽs ſomnolẽta, anim⁹ occupatus eſt. Itaq; aut quieſcẽti calor ſoporis augetur, aut vigilãti nõdũ plenus refuſus vigor eſt, qui errorũ cauere poſsit incurſus. Tunc igitur tentator inſiſtit, tunc retia iacit, quibus turbare poſsit mentem improuidam: tunc ſpirituales nequitiæ tenebras offundunt: tunc omne nefas ſuadere contendunt, quando nullus culpæ arbiter, nullus

Digitized by Google

lus criminis conſcius,nullus poteſt eſſe teſtis erroris. Tunc varias diſceptationes peccatori dormitanti infundunt,vt primò de ſtatu mentis deijciāt reluctantē, & aliquorū, qui ſancti habētur,proponatur exēplum,q̄ illi aliquando deliquerint,ſed poſtea veniam ſint adepti, & texerint ſuperiora delicta. Nam & ſi oēm emendationē noſtri inimicus exoſus ſit,tamē ad tēpus,vt ſobriæ mentis virū poſsit elidere, prætendit futuram indulgentiā, vt præſentia peccata perſuadeat: & cùm impulerit aliquē ad erroris aſſenſum,ſi viderit eum iam nō ex amore virtutis à culpa ſed pœnæ contemplatione reuocari,inſerit varias diſceptationes,dicat vt ſibi,quis me videt? & tenebræ circundant me,& parietes. Hæc ille. AVTHOR. O bone Ieſu quàm multū diſſenſit à tuis ſanctis vigilijs inſolens iſte Witcleff. Bone domine,parce fragilibus tuis,q̄ contra molitiones eius hæreticas nō eo fortiùs ſurgimus,vt cautelas,quibus blāditur carnalibus, aſpernemur atrocius:nec tantū ſic ſurgamus,ſed & memores tui ſimus:ſicut illic tangit ſecundū Pſalmiſtā Ambroſius,Memor fui nocte nominis tui domine. Poteſt enim vnuſquiſq; memor eſſe, & nō ſurgere:& ſurgere,& non memor eſſe. Plus ergo eſt memorari,& ſurgere. Surgamus ergo corpore,ſurgam⁹ & mēte:ſed adhuc poteſt quilibet ſurgere,& quæ ſibi ſederint animo cogitare,& meditari:ideo dicit,Media nocte ſurgebam ad confitendū tibi. Quia nocte ſurgendum eſt,& maximè media nocte. Hæc hora ſupradicta eſt orandi præcipua. Vnde etiā idē Pſalmiſta de hac ipſa hora dicit, Præueni immaturitate,& clamaui. ſecundū aliam literā hebraicā, Præueniebant oculi mei vigilias. Litera Auguſtini habet, Præueni intēpeſta,& clamaui. Vbi AVGVSTIN. Plures codices nō habent,intempeſta nocte,ſed immaturitate. Vix aūt vnus inuentus eſt, qui haberet geminatā propoſitionē. i. immaturitate intempeſta. Immaturitas hoc loco nocturnū tēpus eſt,quod non eſt maturū. i. opportunū vt agatur aliquid vigilando. Quod etiam vulgò dici ſolet hora importuna. Nox quoq; intempeſta. i. media,quando quieſcendū eſt,hîc proculdubio nuncupata eſt:quia importuna eſt actionibus vigilantiū,tempeſtiuum eſt opportunū. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Pſalmiſta quàm aſsiduè medię noctis horis obſeruat horam intempeſtā,hōram noſtris actionibus immaturā,& media nocte ſurgendū indicit,
6 & maximè media nocte. Sic † Chriſtus transtorrentē pergens,ad orationē pergit mediæ noctis:prout notat ſuper illud Ioannis,Egreſſus Ieſus trans torrentē Cedron, vbi erat hortus. CHRYSOSTO. Sciebat autē Iudas qui tradebat eum locū,quoniā multotiēs cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis:media nocte vadit,& flumē pertranſit,& properat ad locum proditori cognitū,abſcindens ijs, qui inſidiabantur,laborē. Hæc ille. AVTHOR. Hanc
7 † ergo horā Chriſtus,hanc apoſtoli, hanc patres omnes teſtamēti veteris & nouelli ſupra modū orationibus cōmendant,& pſalmis. Solus noſter Witcleff authoritate Vigilantij,& ſomniculoſorū ſuorū cōſilio contra totū orbem terrarum,aut dānat integrā,aut alternat: qua authoritate? nulla,quia nullā habet. Qua vtilitate? nulla. Nā quid eum nocturnæ preces offendūt? gentiliū eſſet hæc cæcitas,aut perfidiæ Iudæorū:ſicut in lib. orationis dīicæ in fine CYPRIA. Viderūt vel Gentiles, qui necdū illuminati ſunt, vel Iudæi,qui deſerti in tenebris remanſerūt:nos fratres dilectiſsimi,qui in dñi luce ſemper ſumus, qui meminimus,& tenemus quid eſſet acceptū,gratū cepimus,cō putemus noctē pro die:ambulare nos credamus ſemper in lumine:nō impediamur à tenebris,quas euaſimus:nulla ſint horis nocturnis precū dāna, nulla oratiōis pigra & ignaua diſpendia:per Dei indulgentiā recreati ſpiritualiter,& renati,imitemur qđ futuri habituri ſumus in regno ſine interuētu noctis ſolū diem. Sic nocte quaſi in lumine vigilemus oraturi ſemper,& acturi gratias deo,hîc quoq; orare, & Deo gratias agere nō deſinamus. Hæc ille. AVTHOR. Quid ergo miramur, ſi hæretic⁹ Witcleff religioſorū ritus quoſdā maledicta lingua peruadat plus ſanctis inſolitos, aut ab alta p̄fectiōe remotos,velut eſt ſilentiū,& forma habitus,vel regularis inceſſus,vel abſtinētia ſingularis, quando tam cunctis ſcripturis & ſanctis laudabilē ritum contaminat, & ponit ſanctum vigilē in cuſtodē cucumerū? Stupent multi graues,quid ipſi, vt antiquæ huic ſanctitati detraheret,venit in mētem. Putatur autē quia cùm ipſe & ſui conciliabula nocte concelebrent, exploratores odiant, arbitros deteſtentur, vt ſoli peruigilent. Nam & Chriſtus ipſe propheticè de eis dicit, Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Et ideo in authoritate euangelij lupis eos comparat libro. 6. ſuper Lucam capi. 1. AMBROSIVS.
8 Nonne † lupis iſtis hæretici comparādi ſunt, qui inſidiantur ouilibus Chriſti, fremunt circa caulas nocturno magis tempore,quàm diurno? Sēper enim perfidis nox amica eſt, qui lucem Chriſti ſępe nebuloſis interpretationibus obducere, & quātū in ipſis eſt,fuſcare co-

nantur. Verſantur ergò circa caulas, ſtabulà tamen Chriſti intrare nõ audẽt. Hæc ille. AVTHOR. Profectò lupi ſunt, & magna Chriſti mẽbra, de quibus Chriſtus ait: Veniunt in veſtimẽtis ouiũ, intus ſunt lupi rapaces. Sunt catuli leonis, qui rugiens circuit quęrens quẽ deuoret. Vnde & contra eum vigilare iubemur (ſiquidẽ domeſtici inimici hominis) qui nocte, patrefamilias dormiente, venit ſuperſeminare zizania. Quis inimicus homo? Non alius, quàm diabolus, qui ſi p ſe diceret inanes eſſe noſtras vigilias, non tm̃ nõ crederetur ei,
9 ſed cum conuicio fugaretur. Ideo† cum mere trice hæreſi Witcleff ſibi coniuge deſpõſata, cupit quaſi per Euã efficere, qđ per ſeipſum non prævalet. ſ. obruere ſomno malo improuidos, vt cunctis malis, quæ hora illa ſolet immittere ſecundũ Cyprianum, Ambroſium, & patres ſuprà memoratos, incautos poſsit inuoluere. O fraus diaboli, ô dolus & aſtutia inimici: iam ipſe dicit per os Witcleff, ſi quis media nocte dormierit, ſaluus erit. Qui ore ſerpẽtis protulit: Quacunq; die comederitis, eritis ſicut dij. Deus ipſe hoc ſcit, ſed Chriſtum Ieſum, qui te excitabit, & ſi mortuus fueris, velut ipſe ſcribit ſuper illum verſum pſalmi.
118. AMBRO. Excitabit ipſe dominus Ieſus, ammonebit vt ſurgas, & eo tẽpore arma orationis aſſumas, quo ſolet incurſare tentator. Vnde nõ otioſè Paulus Apoſtolus & Silas truſi in carcerem cùm in neruo pedes haberent, media tamen nocte ſurgebant, mentis veſtigio exorabant dominum, eiq; laudis ſacrificium deferebãt: ideoq; vbi non defuit deuotionis officium, affuit & abſolutionis remedium. Subitò enim media nocte terræmotus factus eſt magnus, ita vt mota ſint fundamenta carceris, valuæ apertæ, omnium vincula ſoluta ſint. Audis quemadmodum ſi ligatus fueris, quibus manibus, quibus operibus te ipſe abſoluas: quemadmodũ cuſtodes timere non poſsis. Surge igitur ad deprecandum. Ea hora eſt, qua tentator nocere conſueuit, & irruere. Ea hora eſt, qua ſolet aduerſus tentationes graues remedium venire cæleſte. Excubandũ tibi eſt, ne qua fraude vincaris. Prouidendum vt eo tẽpore, quo potes vincere, nequaquàm tempus tui vincendi admittas. Hæc ille. AV-
10 THOR. Ecce † quàm ſolerter monet, inſtat, & hortatur Ambroſius ad vigilandum media nocte: docet mala cauenda, quæ in illam horã affluenter conueniunt. Docet auxilia diuinitùs promerenda, quæ illis horis abũdanter occurrunt: & ſolus Witcleff timidus ſibi, ne dormitantes, & ſomnolẽtos ſuos Anglia perdat, & breui vigiles fiant omnes, opponens ſe authoritati Apoſtoli, Hora eſt, inquit, iam nos nullo modo de ſomno ſurgere: quia promiſit dominus coronam. Et ironiam Prophetæ in aſſertionem cõmutans, Vanum eſt, inquit, vobis ante lucem ſurgere: quia promiſit dominꝰ coronã dormientibus. Si ſcripturas Chriſti, & Apoſtolorum, & antiquorum patrum ea reuerentia & affectu temeritatis acciperet, quã iactare ſolet, nullo mõ tam planis verbis Chriſti & ſenſibus, ſuos impios ſenſus, & verba p-
11 ferret. Nã † & ipſe Chriſtus, & ſanctus Apoſtolus ſacras iſtas vigilias vſq; in nos tranſiſſe antiquas: prout ex patrum ſcripturis lib. 1. de officijs. ca. 22. probat ISIDORVS. De vigiliarum antiquitate. Antiqua eſt vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus ſanctis. Dauid Propheta deniq; exclamabat ad dominum dicens: Media nocte ſurgebã ad confitẽdum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Hoc nãq; tempore vaſtator angelus tranſiẽs, primogenita Aegyptiorum percuſsit. Vnde & nos vigilare oportet, ne periculo Aegyptiorũ admiſceamur. Hiſdem etiam horis venturum ſe eſſe in euangelio Saluator aſtruxit. Vnde ad vigilandum auditores ſuos ſuſcitans dicit: Beati ſerui illi, quos cũ venerit dominꝰ inuenerit vigilantes. Et ſi veſpertina hora, inquit, venerit, & ſi media nocte, & ſi gallicantu venerit, inuenìet eos vigilantes, beati ſunt. Itaq; & vos parati eſtote, quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Siquidem nec ſolùm docuit verbis vigilias, ſed etiam confirmauit exemplo. Nam teſtatur euangelium, ꝙ erat Ieſus pernoctans in oratiõe Dei. Paul uſq; & Silas in cuſtodia publica circa mediam noctem orantes, hymnum audientibus cunctis dixiſſe memorantur. Vnde repente terræmotus factus, & concuſsis carceris fundamentis, & ianuę ſponte apertæ, & omnium vincula ſunt ſoluta. Vnde oportet his horis pſallendi, orandiq; frequẽtiam nos in ſanctis habere officijs, finemq; noſtrũ vel ſi aduenerit, ſub tali actu expectare ſecuros. Hæc ille. AVTHOR. Cuncta ſcribit Iſidorus ſecundũ dicta priorũ ſanctorum patrũ: & hoc quoq; notandũ, qđ concludit finaliter. Vnde oportet, inquit, his horis pſallendi orandiq; frequentiam nos in ſanctis habere officijs. Dicat hic Witcleff, quare oportet nos his horis. ſ. mediæ noctis orare frequenter: nũ quia Pſalmiſta ſemel media nocte ſurrexit? quia angelus ſemel media nocte percuſsit Aegyptios? quia Paulus & Silas ſemel media nocte decantabant? imò ſicut oportet frequenter & annualiter reſurrectionem Chri-

nẽ Christi celebriter colere, quia semel Christus illo die surrexit: & qui ad Christi festinaret præconia, semper surgere nõ tardaret. Et hoc notat in Psalmistã quia dixit, Media nocte surgebam ad confitendũ tibi. super eundẽ
12 versum in expositione CASSIODO. Nõ † vacat qđ dicit, media nocte surgebã. Scit enim hoc tẽpore primogenita Aegyptiorum fuisse percussa: scit ea tẽpestate Petri, & Pauli, & Silæ in carcere positorũ vincula resoluta: scitq; sponsum media nocte esse venturũ: ideoq; eodem tempore surgit ad laudes, ne inter fatuas virgines ianua clausa remaneat. Nec vacat qđ dicit, surgebam: quia semper surgitur, cùm ad domini præconia festinatur. Hæc ille. AVTHOR. Audiat hoc Witcleff, ideo dicit Psalmista, surgebam, q̃ nõ alternis vicibus, aut in tercisis hebdomadibus, aut mensibus, sed semper, inquit, cũ ad domini præconia festinatur. Hoc quoq; non est silentio prætereundũ, qđ dicit Isidorus, antiquam esse vigiliarum deuotionem à primeua. s. deuotione patrum traductam. Qua deuotione prætensa, multos sibi allexit Ariana perfidia: & ideò antiquę deuotioni quædam circa oratiões & hymnos ad ipsorum obscurandam hypocrisin addebat eccle sia. Ioannes Constãtinopolitanus episcopus hoc fecit. vt lib. 10. historiæ tripertitæ. cap. 8.
13 scribit CASSIODO. Cùm † hæc in Aegypto fierent, Ioãnes Constantinopolitanus doctrina florebat, & apud cũctos fauorabilis habebatur. Auxitq; primus in nocturnis hymnis orationes ad huiusmodi causam. Ariani (sicut dictum est) extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem, atq; dominica intra portas, & per porticus congregati, hymnos, & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant: & hoc maxima parte noctis facientes, diluculò cum ipsis antiphonis p̃ media ciuitatis portam egressi, ad suam ecclesiam concurrebant. Cùmq; hoc crebrò quasi ad vituperationem orthodoxorum non cessarent, frequenter etiam hoc cantabant, Vbi sunt, qui dicunt trina virtute vnum? Tunc Ioãnes metuens ne simplices huiusmodi cãtibus traherentur, instituit suum populum, vt & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, quatenus & illorum obseruaretur opus, & fidelium professio firmaretur. Studium ergo Ioannis nimis vtile cum turba periculisq; finitum est. Nam cùm clariores hymni homousianorum noctibus apparerent, sequitur. Tunc Ariani zelo tracti, vsq; ad neces insurgunt. Hæc ille.
14 AVTHOR. Vno † & eodem spiritu, quo & nunc Witcleuistæ cõtra orationes mediæ noctis religiosorum infremunt: nempe, vt dixi, ipsi nocte latebras cũ discipulis suis replent, sed cùm omni mũdo clariores hymni nostri resultant quàm grũnitus illorum, & detestabiles lectiones, omnimodè tabescunt, & cùm tacere non possunt, blasphemijs inardescunt.
Hoc vnum iam in fine huius tractatus audiãt
15 Witcleuistæ, q̃ † mediæ noctis sint & tres aliæ nocturnæ vigiliæ, per trinas semper horas à se distantes ab initio synagogæ iussione Domini, quas in exemplum traduxit mater ecclesia. Quem processum à scriptura Num. 3. sic colligit AVGVSTI. Loquutus est dominus ad Moysen, dicens. Accipe tribum Leui, & statues eos in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrabunt ei, & custodient custodias eius, & custodias filiorum Israël ante tabernaculũ testimonij. Quas phylacas Græcus dicit, has nostri interpretes alij custodjas, alij excubias interpretati sunt: sed vigiliæ melius dicuntur, quæ solent in castris trinarum horarum spatium habere. Vnde scriptum est, Quarta autem vigilia venit ad eos ambulãs super mare, hoc est, post horam nonam noctis, post tres videlicet vigilias. Et multis locis scripturarũ nostri vigilias interpretati sunt, quas Græci phylacas vocant. Vbi nulla dubitatio est spatia nocturni temporis significari: quod puto & hìc accipiendum. Quomodo enim Leuitæ iubentur seruare custodias Aarõ, & custodias filiorum Israël. i. phylacas, vt dictum est, nè putarent ab obseruandis vigilijs, quæ propriè in castris obseruari solent, propter honorem, quo seruiebant tabernaculo, immunes esse debere, cùm & ipsos oporteret propter opera tabernaculi vicissim obseruare vigilias, quæ obseruarentur in alijs circũquaq; castris filiorũ Israël. Hæc Augustinus in quæstionibus Numerorum ca. 4. AVTHOR. Ergo iuxta typologiam huius legis terrerentur catholici, si non per quadras tabernaculi vicissim omnes quatuor, vt suprà distinxi, vigilias vicissim obseruent: quia & Leuitæ ipsi carnales instar cęterorum filiorũ Israël carnaliter vigilias suas obseruantes in castris stringebantur sanctas circa tabernaculum vigilias frequentare quãto magis ecclesiastici, & religiosi moderni circa tabernaculum non manu factum, quod intraiuit Iesus semel in sanguine, vicissim suas excubias per quatuor partes nulla libertate ex reuerentia eximente contra zabulum offirmabunt?

¶Quòd

¶ Quòd religioſi, & clerici obſeruare debẽt horas publicas die ac nocte ſecundùm morem eccleſiæ, in qua degunt.

CAP. XXVII.

SVMMA.

1 *Religioſo uiro quòd in conuentu ſit ſimpliciter amplectenda precum obſeruantia media nocte, cæteriſq; horis publicis. Et q, idem dicendum ſit de omni clerico.*
2 *Pſallendi diſciplina monachorum, quam commendat Ambroſius, quòd non diſſonet cultui Chriſtiano.*
3 *Pauli regula quomodo commẽdat ut cantemus, & pſallamus totis præcordijs.*
4 *Pſalmodia quòd cum magna delectatione ſit agenda. Et quomodo refert à Dei laudibus uitioſos cantus excludere.*
5 *Hieronymus quid dicat de cantu, exponendo locũ illum Apoſtoli, Loquentes uobismetipſis in pſalmis, &c.*
6 *Cantus quales conceſſerit Lactantius Chriſtianis in eccleſia.*
7 *Cantus ſancti, & Cãtores eccleſiæ ab Ambroſio probantur.*
8 *Horæ ad orandum per ſcripturas expreſſæ, quòd nocte dieq; ſint ſeruandæ.*
9 *Horæ omnes canonicæ à Hierony. enumerantur.*
10 *Orandum quid cenſeat eccleſia pro horis canonicis ſub pœna contemptus.*
11 *Witcleff triformis proteruia circa horas canonicas condemnatur.*
12 *Auguſtinus quomodo in multis, quæ ad eccleſiæ ritus & mores pertinent, ſemper amplexabatur Ambroſij ſententiam.*

RELIGIOSORVM obſeruantias ſacras tãtò acriùs inſectatur hæreticus, quãtò arctiùs ad orandum Deum incũbunt, & in eorum virtutes irruit tanquàm in peccata: quia delicta non inuenit, niſi quæ effingit ibidem. ſ. cap. 65. de ſermone domini in monte. Si, inquit, ſurrectio illorum antiquata ſolidat continuè eorum fidem ac deuotionẽ pluſquàm opus aliud faciendo, regularis huius horæ obſeruatio eſt laudanda: ſed conſtat ex eorum vita, atq; operibus, q̃ ſunt ampliùs cæteris in ſecuritate mundi, atq; proſperitatibus profundati. Hæc Witcleff. AVTHOR. Si deductio iſta ſcintillam habet ingenij, quid ſit ingenium hominis non agnoui. Nam quid pertinet ampliùs eorum ſecuritas & profundatio in proſperitatibus ſeculi ad eorum ſurrectionem antiquatã, quàm ad ſobrietatem geſtus, vel eorum refectionem poſt famẽ, vel quidlibet aliud? quomodo ergo tolletur eis huiꝰ horæ regularis obſeruatio plus quàm corporalis refectio, aut prædicatio: quia conſtat ex eorum vita, & operibus, q̃ ſint ꝓſperitatibus ꝓfundati? Si enim opus aliud facerent, aut verbum Domini prædicarent, poſſet tibi videri cõſtare ex eorum vita, q̃ ſint proſperitatibus profundati cũ pſeudoapoſtolis Pauli æmulis. Tantum ergo agis contra quodlibet eorũ opus extrinſecum præſcindendum & tollendum, quantũ contra ſurrectionem antiquatã, & tunc eſt deductio: eſtis proſperitatibus profundati, ergo nihil agatis boni. Sed ad rem. Cõ
1 tra † hanc turbulẽtam veſaniam Witcleff obſeruantia precum media nocte cęteriſq; horis publicis in conuentu religioſo viro eſt ſimpliciter amplectenda, & ſecundùm vſum eccleſię, cui incumbit omni clerico omni fide ſectãda. Hæc norma decus chriſtianitatis adauget. Hæc lux fratres ſerenat: hic ſplẽdor ſanctorũ clericorum acies oculorum Gentilium tanto perè reuerberat, vt ſe ſurdas beſtiolas in chriſtianorum comparatione cognoſcant. Vnde in epiſtola ad Vercellenſes. AMBRO. Exitus matutini & veſperæ delectabis. Paraſti cibum illorum, quia ita eſt pręparatio eius. Sed ſatis de magiſtro dictum puto: nũc diſcipulorum vitam proſequamur. Qui in illam ſe laudem induxerunt, hymnis dies ac noctes perſonẽt. Hæc nempe angelorum militia eſt ſemper eſſe in Dei laudibus: orationibus crebris conciliare, atq; exorare dominum. Student lectioni, vel operibus continuis mentem occupant, ſeparati à cœtu mulierum, ſibi inuicem tutam præbent cuſtodiam: qualis hæc vita, in qua nihil ſit quod tibi timeas, quod imiteris plurimum? Adeſt ieiunium, labor compẽſatur mẽtis placiditate, leuatur vſu, ſuſtẽtatur otio, aut
2 fallit negotio. Hæc ille. AVTHOR. Nõ † diſſonat cultui Chriſtiano diſciplina pſallẽdi monachorum, quam cõmendat Ambroſ. q̃ qui in illam ſe laudem induxerunt, inquiens, dies & noctes perſonent. Et hæc eſt angelorũ militia, continuo cantu, & ratione canonica laudes celebrare diuinas. In horum typum qui virtutem huius ſanctæ diſciplinæ non ſapiũt,

Dominus

Digitized by Google

Dominus Ieſus.7.ca.Marci,muti & ſurdi vinculum linguæ ſoluit,vt virtute agnita cantici regularis in laudẽ Chriſti prorũpant,quã tacere nõ poterunt. Vnde in cõmentario Marci eodẽ loco HIERONY. Statim apertæ ſunt aures eius, & ſolutũ eſt vinculũ linguæ eius, & loquebat rectè, aperiens aures ad hymnos, & cãtus,& pſalmos,ſoluit liguã,vt eructet verbũ,qđ nõ poſsũt minę, & verbera cohibere. Hæc ille. AVTHOR. S. ecce Hieroñ. ſupponit fidẽ ac deuotionẽ ſpũaliter pſallentiũ hymnos ſollicitã cõtinuè,itavt ſuauècãtãtescohiberi nõ poſsint, qđ in cor obturati hæretici nõ aſcendit. Vnde in cõllationib⁹ patrũ collatione prima Iſaac. CASSIAN. Nonnunquàm etenim pſalmi cuiuſcũq; verſiculus occaſionem orationis ignitæ decantantibus nobis præbuit. Interdum canora fraternæ vocis modulatione, ad intentã ſupplicationẽ ſtupẽtium animos excitauit. Nouimus quoq; diſtinctionem grauitatẽq; pſallentis,aſtantibus plurimum contuliſſe feruoris. Hæc ille. AVTHOR. In his tam nobis cantantibus occaſionẽ feruendi capit ſancta deuotio, quàm in
3 cantus audientibus:& † ideo regula Pauli cõmendat,vt cãtemus,& pſallamus totis prçcordijs:prout in verſi. Pſalm. 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ CASSIODOR. Cùm dicitur,cantabiles, ſignificat pſalmodiã cum magna delectatione peragendã:ſicut dicit Apoſtolus,Cantantes,& pſallentes in cordibus veſtris Deo.Cantus enim ſemper releuat labores,& nõ facit animo ſurrepere tędiũ, qui contemplationis magna ſuauitate mulcetur.Hæc ille. AVTHOR. Docetur hîc, ⁊
4 † cum magna delectatione pſalmodia agẽda eſt, vt diſtinctione,& grauitate ſua, ſecundũ Caſſianũ,orationis ignitæ occaſionem diſpẽſet. Refert tamen à Dei laudibus vitioſos cantus exludere,qui potiùs mulcent animum ad terrena,quàm cæleſtia contemplandum. Qui enim ſic pſallunt vt delectẽt,nõ cordibus ſuis Deo cantant,aut pſallunt. Quapropter huius rei cãtus exponit hunc textũ ſuper illũ locũ Apoſtoli, Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes,& pſallentes.libro.3.cõmentarij ſuper epiſtolam ad Epheſios HIERONYMVS.Certè †
5 aut propter ſimpliciores manifeſtiùs qđ volumus eloquamur.Pſalmus ad corpus: canticum refertur ad mentẽ. Et pſallere igitur, & laudare Deum magis animo,quàm voce debemus. Hoc eſt quippe quod dicitur, Cantãtes, & pſallentes in cordibus veſtris Deo. Audierant hoc adoleſcentuli, quibus pſallendi in eccleſia eſt officium,Deo non voce,ſed corde cantandum:nec in tragœdorum modum gutture & fauces dulci modulatione colendas, vt in eccleſia theatrales moduli audiantur,& cantica,ſed in timore,& opere, & in ſcientia ſcripturarum ſic cantet ſeruus Chriſti, vt nõ vox cantici,ſed verba placeant quæ legũtur:vt ſpiritus malus,qui erat in Saule,eiiciatur ab his, qui ab eo ſimiliter poſsidentur.Hæc ille. AVTHOR. Vult Hieronymus, ⁊ qui cantat tantũ vt hominibus placeat, voce tãtũ pſallit, nõ corde,non Deo:quia corde Deo pſallitur, homini voce.Non refugit vt voce cãtetur,ſed cordium cantum præfert. Vnde laudare magis voce quàm animo debemus, inquit, & ſic cantet ſeruus Chriſti, vt non vox cantici, ſed verba placeant quæ leguntur. Hæc erat regula cantus Apoſtoli, & primitiuæ eccleſiæ, ⁊ ſi nouiter accedentes ad fidem ſic cãtibus mulcebantur eccleſiæ, ſtatim motionem acceperant,vt cantus quidem audirent,ſed vt Dei cãtus, & laudes,non vt humanos applauſus: ⁊ put libro ſexto diuinarum inſtitutionum capi. 22. LACTANTIVS. Carmen compoſitũ, & oratio cum ſuauitate decipiens capit mentes, & quò voluerit, impellet: inde homines lubricrati cũ ad religionẽ Dei acceſſerint, ab aliquo imperito doctore fundati nimis credunt. Aſſueti enim dulcibus, ſiue politis orationibus, ſi eſt de carminibus, diuinarum literarum ſimplicem, communemq; ſermonem pro ſordido aſpernantur. Id enim quærunt, quod ſenſum demulceat. Perſuadet autem quicquid ſuaue eſt, & animo penitus quod
6 delectat, inſidet. Sequitur infrà.Itaque † ſi voluptas eſt audire cantus & carmina, Dei canere laudes, & audire, iocundum ſit. Hæc eſt voluptas vera, quæ comes & ſocia virtutis. Hæc non eſt caduca, & breuis, vt illæ, quas appetunt, qui corpori velut pecudes ſeruiũt, ſed perpetua, & ſine vlla intermiſsione delectans. Cuius terminos ſi quis exceſſerit, nihilque aliud ex voluptate petierit niſi ipſam voluptatẽ,hæc meditet. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo negauit cantus Chriſtianis in eccleſia, ſed quibus voluptas eſt audire cantus, inquiunt patres, audiant laudes Dei, ſacra carmina meditentur.Item & AMBROSIVS ſanctus pater ſuper illum verſum pſalmi. 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ. Quæ enim, inquit, bene tenemus, cantare conſueuimus, & quæ cantantur, meliùs noſtris adhærent ſenſibus.

Sequi-

Sequitur. Hymni nobis, canticum nobis, pſalmus nobis, iuſtificationes Domini ſunt. Pſallamus ſpiritu, pſallamus & mente: & ne ſi oblitifuerimus, in tẽpore neceſsitatis dicatur vnicuiq; noſtrum, Abieciſti ſermones meos poſt te. Ideoq; vt expelleretur, & eliminaretur obliuio à domo ſua ſancta, cantores fecit ſibi verus Salomon, qui toto ſpiritu acquirendæ veræ cognitioni diuinitatis intenderent, ne pſalentes deeſſent eccleſiæ ſuæ, quorum cantu nequam ſpiritus fugaretur: ſicut Dauid ſancti exemplo docemur, quo pſallente malus ille ſpiritus expellebatur, qui Saul regis cor deuexabat. Prophetæ quoq; vt prophetarent, pſalendi peritum iubebant pſallere, quo ſua mutata dulcedine ſpiritualis infunderetur gratia. Et in Euãgelio legimus: in domo patris illius filium recuperantis percrepuiſſe ſymphoniã, quæ epulantes delectabat fideles. Perfidus autem impatienter audiebat. Dulcis igitur canti lena, quæ non corpus effœminat, ſed mentẽ animumq; confirmat: ideoq; canticum dicitur Domini teſtamentum: quia remiſſionem omnium peccatorum, & iuſtitias in ſcriptura euangelij ſuaui mentis exultatione concinimus. Ipſe quoq; Dominus nõ dedignatus eſt dicere: Cantauimus vobis, & non ſaltaſtis.

7 Hæc ille. AVTHOR. Intendit† Ambroſius, quod & ego feſtino probare, cantus ſanctos, & cantores eccleſiæ: dicens etiam verum Salomonem, qui præter Chriſtum nullus eſt, inſtituiſſe eoſdem, ne, inquit, pſallentes deeſſent eccleſiæ ſuæ, quorum cantu nequã ſpiritus fugaretur. Hæc eccleſiaſtica muſica quacunque arte polleat, virtutem ſemper habet conſimilem: non ita Pythagorica, quia non eſt ſpiritus innixa virtuti, ſed dulcibus cantilenis, circa cuius differentias phãtaſmata ſua ſpargunt hæretici: quidam negando, quidam aſſequendo, quia medium aſpernantur virtutis. Vnde lib. 5. contra Iulianum cap. 4. AVGVSTI. Cõmemorans ꝙ in expoſitione cõſiliorũ ſuorum Tullius poſuit, ꝙ cùm vinolẽti adoleſcentes tibiarum etiam cãtu, vt fit, inſtincti, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuiſſe tibicinam, vt ſpondeum caneret, Pythagoras dicitur: quod cùm illa feciſſet, tarditate modorum, grauitateq; cantus, illorum furentem petulantiam reſediſſe. Sequitur. Debuiſti ſanè homo eccleſiaſtica muſica potiùs quàm Pythagorica commoneri, quid Dauidica cithara egerit in Saule, quando malo ſpiritu vexabatur, vt tangente citharam ſancto ab illa moleſtia reſpirabat: ne ideo bonum aliquid exiſtimes concupiſcentiam carnis, ꝙ nonnũquàm muſicis cohibet ſonis. Hæc ille. AVTHOR. Bona ſunt hæc hortamẽta Witcleff, ne cantus eccleſiæ muſica arte compoſitos, aut reſonantes muſicis inſtrumẽtis, velut cymbalis, aut organis, calumniari attentet. Ne dicatur ei ſicut iam Iuliano Auguſt. obiecit, ꝙ potiùs muſicã eccleſiæ probaret ſibi acceptam, quàm Pythagoræ: quia cùm geometriam Euclidis perpendiculis, & perſpectiuam à iacienda viſuali Pyramide canonizet, etiam vt fidem obijciat, intendet aliàs præferre quadriuium. Verum ſanctus pater Ambroſius, cùm ex præfecto proceſsit Epiſcopus, non ſe erubuit dici Pſalmiſtam lib. 2. de pœnitentia verſus finem. AMBROSIVS. Dicetur enim, inquit, ecce ille nõ in eccleſia nutritus, non ei donatus à puero, ſed raptus de tribunalibus, abductus à vanitatibus huius ſeculi, à præconis voce ad Pſalmiſtæ aſſuefactus cãticum in ſacerdotio manet. Reſpondet non virtute ſua, ſed Chriſti gratia inter conuiuas menſæ cæleſtis recumbit. Serua domine munus tuum, cuſtodi donum, qđ contuliſti etiam refugienti. Ego enim ſciebã, ꝙ non eram dignus vocari epiſcopus, quoniã dederam me ſeculo huic, ſed gratia tua ſum id quod ſum. Hæc ille. AVTHOR. Ad Pſalmiſtæ aſſuefactus canticum, in ſacerdotio manet Ambroſius in libertate Chriſti ad quodlibet agendum, quod fuerit ad ędificationem proximi: præferri tanto patri contendet hæreticus? Sacerdotes Chriſti ſciunt ſibi eſſe debitũ pẽſum pſalmorum, & orationũ reddere Deo quotidie, dicente illud Pſalm. Veſperè, manè, & meridiè narrabo, & annuntiabo. Et hoc, vt prædixi, ſecundùm legem Pauli primùm omnium, vt aliena vtilia proximo conſequantur hæc oportet facere, & illa nõ omittere. Vnde Paulus. Obſecro primò omnium facere obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones &c. Alloquẽs in hoc verbo præcipuè ſacerdotes, prout hunc locum in eandẽ epiſtolam exponit. CHRYSOST. Quid autem eſt hoc primùm omniũ? hoc eſt in cultura quotidiana, & hoc primùm ſciunt preſbyteri, qualiter per vnãquãq; diem fiunt & ſerò & manè, qualiter pro omni mũdo, & regibus, & omnibus, qui ſunt in præeminentia, faciũ interceſsionem. Hæc ille. AVTHOR. Nec dicat Witcleff de hoc Apoſtoli Pauli, ꝙ hoc voluit ſemel fieri, ideo bñ exponit Chryſoſtomus hoc eũ bene ſtatuiſſe pro cultu quotidiano manè & ſerò: hoc officium ſacerdotũ, hic cultus ſanctorum, quorum vita vt abſtra-

8 hit à ſeculo, ſic deducit vitam Deo. Hæ† horæ ipſæ ad orandum per ſcripturas expreſſæ, ſunt

sunt nocte dieq; seruandæ: quia & si semper orare præcipimur, horæ tamē ipsæ peculiariter ad orandū inuitant: prout monuit virginē sacrā Eustochiū in epistola ad eandē de virginitate seruanda HIERONY. Christo copulata cātabis, Pars mea domine. Post hęc quāquàm Apostolus orare nos iubeat semper, & sanctis etiam ipse somnus oratio sit, tamen diuersas orandi horas debemus habere: vt si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat: horam tertiā, sextā, nonam, diluculū quoq;, & vesperam, nemo est qui nesciat. Nec cibi sumantur, nisi oratione pręmissa: nec recedatur à mensa, nisi referantur gratiæ creatori. Noctibus bis terque surgendū reuoluēda de scripturis quæ memoriter retinemus. Hæc ille. AVTHOR. Singula huius institutionis verba aut respondēt nostro Witcleff, aut eum impugnant. De oratione eius, quā appellat vitalē, mentionē agit in capite dicens: & si sanctis ipse somnus oratio sit, sed eum oratio talis pręuenit horis facta canonicis, ita vt etiā opus ad aliud assumptū in ædificiū ꝓximi intermittatur, & curratur ad horam, vt iuxta constitutionem Apostoli primū omnium obsecrationes fiant à sanctis: qđ ita intelligendū est, nisi extrema proximi valetudinarij orationem interim omitti petat necessitas. Tunc enim seruiendū articulo censent patres, & postea recurrendum ad omissum officiū: ne audiam⁹ dici nobis à Christo, ꝙ vnusquisq; nostrū bouē iuuat in sabbato, & hora contēplationis internæ; & filiā Abrahæ in sabbato orationis nō soluimus. Enume
9 rat † Hieronymus item horas nostras tertiā, sextā, nonam, vesperā, & cōpletorium. Noctibus bis terq; monet surgēdum, ne semel vna nocte sufficeret iuxta Witcleff: & vt esset virgini vsualis resurrectio, parsimonia esculentorum, ante præmonuit in eadem epistola HIERONYMVS. Ad orationē ter nocte surgenti nō indigestio ructū faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quamplurima. Tenenti tibi codicē somnus surrepat, cadentē faciem pagina sancta suscipiat. Hæc ille. AVTHOR. Ve
10 rum † ex his omnibus liquere oportet, quid pro horis canonicis orandum censet ecclesia: quia non omittendæ sunt sacerdotibus, & religiosis, & clericis oratiōes serò taxatæ, vel mane, aut item vbi regula iubet in nocte: & maximè vsus ille seruandus est pro dicendo officio singulis horis sub pœna contēptus, quem sibi seruandum, aut scripturæ series expressa, vel post eam vniuersalis ecclesia, aut tertio loco quē & scriptura, & etiā vniuersalis ecclesiæ illius locali instituendum dimisit: prout in casu de celebrando manè vel serò feria quinta cœnæ domini respondet libro primo ad inquisitiōes Ianuarij AVGVSTINVS. Ad hæc, inquit, ita respōdeo. Quidquid horū faciendum sit, si diuinæ scripturæ pręsciuit authoritas, nō sit dubitandū quin ita facere debeamus vt legimus, vt iam non quomodo sacramentū intelligendū sit, disputemus. Similiter si quid horum tota per orbem frequentat ecclesia. Nam & hîc quin ita faciendum sit disputare, insolētissimæ insaniæ est. Sed quid si neq; authoritas scripturæ, nec vsus vniuersalis ecclesiæ, neque hoc, neq; illud est in eo, qđ tu quæris? Restat igitur vt de illo tertio genere sit, quod per loca ecclesiarum regionūq; variatur: faciat ergo quis qđ in ecclesia, in quā venit, inuenerit: nō enim quicquam eorū cōtra fidem est, nec
11 cōtra mores fit. Hęc ille. AVTHOR. Ex † hac definitione Augustini Witcleff nostri triformis absq; vlla excusatione proteruia condēnatur, cùm nec vsum dignatur admittere horis institutū canonicis suæ Sariberiensis particularis ecclesiæ, nec vsum aliquē intendit obseruare de certo ad orandū eisdem horis, sicut vniuersa per totū orbem Christi iubet ecclesia: sed nec eisdem horis orare se stringendum putet more Christi, & sanctorum in scriptura, sed omnino ait se liberū omni hora ad orandum, vel aliud faciendū, quicquid vaga sibi dictet cōscientia. De huiusmodi viris gemitū efficit paulò superius AVGV. Tu, inquiens, ad quā fortè ecclesiā veneris, ei⁹ morē serua, si cui quā nō vis esse in scādalū, nec quēq; tibi. Hoc cū matri renūtiasse, libēter amplexata est. Et ego verò de sniā etiā cogitās, ita semp habui, tāquā cælesti oracul o ea acceperim. Sensi em sæpe dolens, & gemens infirmorū perturbationes fieri per quorundam fratrum contentiosam obstinationem, & superstitiosam tumiditatem, qui in rebus huiusmodi, quas neque sanctæ scripturæ authoritate, neq; vniuersalis ecclesiæ traditione, neq; vitæ corrigendæ vtilitate ad certum possunt terminum producere, tantùm quia subest qualiscunq; ratiocinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consueuit, aut quia alibi vidit in peregrinatione sua, quę quo remotior est à suis, eo doctiorem factū putant, tam litigiosas excitant quęstiones, vt nisi qđ ipsi faciunt, nihil rectum putent. Hæc ille. AVTHOR. Dominum ergo deprecor Iesum Christum, vt tandem fideles & videant, & prospiciant, qualiter nostrum Witcleff iam agitat Augustinus. Cùm scilicet dolet infirmorum turbationes

super

ſuper conſuetudinibus eccleſiæ variandis, propter quorundum fratrum hæreticorum contentioſam obſtinationem, vel ſuperſtitioſam ſuperbiam, tantùm quia fauet eorum propoſito qualiſcunq; ratio, dùm quis cogitat, aut quia ſic vidit alibi, & eo doctiorem talis ſe reputat, quo eſt inuentione ſuæ nouitatis à vicinis ſuis extranior, tāq; litigioſas quæſtiones iſti mouent, vt nihil rectum putant, niſi quod ipſi faciunt. Hi ſunt planè noſtri Witcleuiſtæ moderni, qui cunctos ritus ad ſuum ſine vlla authoritate turbant arbitrium. Nec hos deflet Auguſtinus, ſed infirmos eccleſiæ,
12 qui eos auſcultant: quo † contrà ipſe peritiſsimus ſcripturarum, & omnium rationū viuentium, in his & ſimilibus ſententiā ſemper amplexabatur Ambroſij, tanquàm cæleſte oraculum ſibi factum dicentis. Tu ad quā eccleſiam veneris, eius morem ſerua. Quò pergis? quò aſcendit ſuperbia tua ô hæretice? Humilis & ſapiens Auguſtinus, humilis Ambroſij iuſsionem admittit, regulam veneratur. Tu tibi ipſi ne obedias, de libertate blādiris. Ille cæleſti compēſat oraculo, tu aſpernādum deputas humanitùs inſtitutū, hoc ſolum te præcipitauit in hæreſim: non tantùm ꝓ vni ſancto patri nequaquàm ceruicem inclinas, ſed ꝓ toti us eccleſiæ quacunq; per orbem diffuſæ cōſuetudines paruipēdis, leges exufflas tāquàm humanas, cùm nec diuina ſit tua ſuperba ſententia, nec humana. In hanc manſuetudinem Auguſtini, exhortatio currit Hierony. epiſtola ad Lucinum verſus finem. HIERONY. Ego breuiter te admonendum puto, traditiones eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiant, ita obſeruandas, vt à maioribus traditę ſunt, nec aliorum conſuetudinem contrario more ſubuerti. Sequitur. Ita vnaquæq; prouincia abundet in ſuo ſenſu, vt præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qualiter ſententiæ ſanctorum iunctæ ſibi ſunt vnius ad alterum, præcepta maiorum leges apoſtolicas arbitretur, inquit Hieronymus, & de hac ſententia cogitans ita ſemper habui tanquàm cęleſti oraculo eam acceperim, fatetur humilis Auguſtinus, ſed & cùm matri renuntiaſſem, libenter amplexata eſt: & ſic hi tres quaſi vno ore deū in eccleſiæ ſuæ profeſsione collaudant, ſimúlque decernunt traditiones eccleſiæ, quæ à maioribus traditæ ſunt, ſeruandas, ita, vt vnaquę que prouincia ſuo ſenſu licenter abundet: & ad quam eccleſiā veneris, eius mores, & vſus ieiuniorum, orationum, feſtorum, & officiorum obſerues.

¶ De inſtitutione miſſæ, & de ſacramentalibus ac ritibus principalibus eius.

Titulus. IIII.

De inſtitutione miſſæ.

CAP. XXVIII.

SVMMA.

1 *Miſſæ præſtantia, & quomodo omnium ſolennitatum Chriſti in terris hæc ſit maxima.*
2 *Witcleuiſtæ hæretici Paganis aſſimilantur, qui in timore perdendi uanam & uagam licentiam, ſuam prædicant libertatem.*
3 *Pragenſium Witcleuiſtarum error circa officium miſſæ.*
4 *Witcleuiſtæ, qui modum celebrandi miſſam, quo utitur eccleſia orbis terrarum, nolunt recipere, quia ipſum non legant in euangelio, aut apoſtolorum ſcriptis, ecce Pelagianis ſimiles, & hæreticos eſſe conuincuntur.*
5 *Chriſtus, quòd multa reliquerit ſuis apoſtolis pro ſui captu temporis in melius reformanda. &c.*
6 *Witcleuiſtarū audacia, & ſuperba hæreſis notatur.*
7 *Chriſti apoſtoli, quos diuinos duces appellat Dionyſius, quomodo nobis leges dederint de ſacris ritibus & obſeruantijs, & ſacramētalibus ordinibus. &c. ſiue ſcriptis, ſiue non ſcriptis.*
8 *Miſſæ figuratio in myſterio cœnæ dominicæ.*
9 *Epiſcopus quare tangit aures & nares baptizandi, & non os.*
10 *Chriſtus oraturus quare auulſus fuerit à cœtu apoſtolorum.*
11 *Paulus quomodo modernū ritum in myſterijs ſacræ miſſæ iam factum uniuerſalem per orbem, prout à Chriſto & ab apoſtolis ipſe accepit, tradebat eccleſijs.*



RATionum omniū fideliū ſumma & præclara ſolēnitas ad ſacroſanctа miſſæ ſolennia conueniēs, quotidianum præſtat Deo famulatum: ideo nihil feciſſe ſibi viſus eſt Witcleff, quandiu ſolennia miſſæ nō fugat è medio. Sic igitur habet eius ter damnata concluſio. 21. Vtile foret eccleſiæ poni in priſtina libertate, & ſic ceſſarent miſſarum ſolennia ſuperaddita, & orationes, & cum horis canonicis adinuenta: licet enim iſtæ tres adinuentiones humanę per accidens proſint eccleſiæ, nō tamen

Digitized by Google

tamen tantũ q̃tum peccatũ diaboli. Hæc Wit cleff. Et accipitur à libello eius ad. 18. argumẽ ta troodæ, in responsione ad articulũ. 15. AV
1 THOR. Ecce † Dñe Iesu quomodo quibus-
lisse præ tia. q; verbis gloriati sunt inter se, qui oderunt te in medio solennitatis tuę: omniũ soiẽnitatum tuarum in terris hæc est maxima sacræ missę, ratione sacrificij corporis tui veri, qđ in sacris illis mysterijs est teleta teletarum, cõmuniõis nomine inter oẽs cõmuniones dignissima, vt suprà probat Dionysius libr. 5. de sacramẽto eucharistiæ vltimo: & inter articulos symboli, vbi dicitur, credo sanctã cõmunionem, insigniter prædicta. Qualiter igitur ecclesia tua in primæuis pastoribus sine solennitate ritus vel officij hoc solẽne tractauit. quia Witcleff dicit, vtile foret ecclesiæ poni in pristina libertate, & cessarent missarum solẽnia superaddita. Audite fideles, qui non vultis decipi, quæ sit vera libertas ecclesię: nõ enim est hæc, quã iactat hęreticus, sed, vt dicit Augustiñ. ea est vana licentia paganorum. de agone Christiano. AVGVSTIN. Pauci adhuc murmurant, & inani liuore torquentur: aut qui sua quærũt in ecclesia quãuis videãtur catholici, aut ex ipso Christi nomine gloriam quęrẽtes hęretici, aut peccatũ impietatis suæ defendere cupientes Iudæi, aut curiositatẽ vanæ licentiæ perdere timẽtes pagani. Hæc ille. AVTHOR. Hoc
2 † autem tẽpore secundi quartis iunguntur hęretici Witcleuistæ paganis in timore perdendi vanam & vagã licentiã, suam prædicant libertatẽ, de qua distinctiori forma loquẽdum est in frà: nunc autẽ iustum esset ab eo requiri vbi hoc inuenerit, ꝙ in pristina libertate ecclesiæ cessabant missæ solẽnia: & an hæc videtur magna libertas missarũ nõ interesse solẽnijs, cùm tamen audit, ꝙ viæ Sion lugeant, quãdo non est qui veniat ad solennitatẽ? Nõ, inquit Witcleff, ritus laudabiles criminor, sed onus rituum, qui illibertãt, & grauant ecclesiam, & quos tamen præponderant vltra mandata decalogi, intantum, vt dicit capit. 11. de papa, ꝙ quidam in ipsis tam vanè subtiliant, ꝙ totum officium missæ & sacerdotalis officij cum signis suis ac etiam partes Basilicæ cum suis accidentibus mysticè moralizant, vt ventilogiũ in summitate campanilis ecclesiæ dicant significare curatum illius ecclesiæ, qui debet cõuersatione esse superior. Hæc ille. Innocentium fortè iam alloquitur, & Emalericũ Altisiodorensem, & alios, qui vniuscuiusq; ritus, aut gestus apud auditores pios dant mysticas rationes: qui cùm apostolicum virum Dionysium habent in exemplum, quo nullus sanctiùs, nullus diligentiùs cunctos ritus & officia sacerdotum propter quid fuerint ad mores exponit: sed insipido hæretico nihil præter fel sapit. Ego igitur ecclesiæ patres pro huiusmodi ritibus ad vera fundamenta requiram: qui ecclesiam Christi per varias ætates, & continua tempora orbis ecclesiæ partes his ritibus instaurarunt, satagens inuenire si possim si non his precibus, his ritibus, aut paucis exceptis, pro suis sacramentis celebrandis vsi sunt. Vt autem hanc rem congruenter exordiar, tu prius ꝓba mihi qđ assumpseris vt probatum, ꝙ in primæuis ecclesiæ liberè cessabãt missæ solẽnia: puto ꝙ desit tibi omnis probatio canonica, quoúsq; extra canonem, extra fidem ad illam tuam præstigiatricem ducaris, de qua epistola ad Cyprianum. FIRMIAN. Illa mulier, quę prius pręstigias, & fallacias dęmonis multas ad deceptionem fidelium mouebat, inter cætera, quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est, vt & inuocatione non contẽptibili sanctificare se panem, & eucharistiam facere simularet, & sacrificiũ domino sine solitę sacramento precationis offerret: baptizaret quoq; multos, vsitata, & legitima verba interrogationis vsurpans, vt nihil discrepare ab ecclesiastica regula videret. Hęc ille. AVTHOR. Ecce vsa est libertate, q̃ dicis fuisse ecclesiæ, quando cessauerunt missarum solẽnia, & orationes: quia & sacrificiũ domino quasi Eucharistiã simulans, sine solitæ sacramento p̃cationis offerre ausa est: ideo q́; placuit tibi ista libertas, ne sectæ tuæ ad celebrãdum, sicut vna Londonijs comperta est, fœminæ grauarentur. Sed proba libertatem istam à scripturis, aut sine scripturis proba fuisse de more ecclesiæ primitiuæ. Forsitan autẽ, sicut soles, expectabis probationẽ istam à nobis: quã tamen videris consuetudinem antiquatam esse nobiscum, quæ vtiq; tibi deest. Ipsi enim dicere solent: instar Christi & ecclesiæ primitiuę sacrificemus, & viuamus, q istos
3 mores, & has preces non habuit. Vnde † & Pragensium Witcleuistarum quidam feruntur pro missæ officio euangelium totum dicere secundùm Ioannem, Ante diem festum paschæ: quidam, Qui pridie, quidam aliud: à quibus omnibus si peteremus ꝓbari sic fuisse de more primitiuæ ecclesiæ, aut sic orare ĩ missa, muti silerent. Et cur ergo patrum traditionibus, aut scriptis non credunt? quia inquiunt, non sic fecisse Christus, aut discipuli, sed sequaces eorum in ecclesia dicuntur. Vnde hoc nostis? si non nostis, sed autumatis, hæc esse grandi periculo vestro contra totam ecclesiã

I orbi

orbi terrarum inexcuſabili ritu per nos inuento, deſipitis. Breuiter, aiunt, Si noſtra forma ſit Chriſti formis, hoc vbi vos legitis? ſi non legitis, non credemus, hoc vtuntur paralogiſmo. Pelagiani planè hoc ſemper vtuntur, vt ſua, quam appellant, libertate fruantur. Reſtat libro de natura & gratia verſus finem. AVGVSTINVS. Magna planè ſententia. Pelagius concluſit hunc locum, cùm ait, Credamus igitur quod legimus: & quod non legimus, nefas credamus aſtruere, quod de cunctis etiam dixiſſe ſufficiat. Contrà ego dico, nec omne quod legimus credere nos debere, propter illud, quod ait apoſtolus, Omnia legite, quæ bona ſunt tenete: & aſtruere etiam aliquid quod non legimus, nefas non eſſe. Poſſumus enim aliquid bona fide teſtes aſtruere quod experti ſumus, etiamſi fortè non legimus. Hic fortè reſpondet, Ego cùm hæc dicerem, de ſcripturis ſanctis agebam. O vti nam non dico aliud quàm in illis literis legit, verùm contra id, quod legit, nihil aſtruere fideliter & obedienter auderet. Per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundum, per peccatum mors, & ita in omnes homines per tranſijt, in quo oẽs peccauerũt, &c. Hæc ille.

AVTHOR. Quid aliud dicunt Witcleuiſtæ hæretici,† qui modum celebrandi, 4
quo vtitur eccleſia orbis terrarum, quia ipſum non legunt in euangelio, aut apoſtolorum ſcriptis, & alium, quo nunquàm vtebantur apoſtoli, nec primæui patres præſumpſerunt attingere, modo Saluatoris vſurpant: nunquid ferè clamant illud Pelagij, Credamus quod legimus, & nefas quod nõ legimus credamus conſtruere? O vtinam nõ aliud, quàm quod in illis legunt, vel contra id, quod legitur, nihil conſtruerent: quanquam multa dicta, & facta Chriſti, & apoſtolorum in ſua conſuetudine antiquata eiſdem ſcriptis ſanctis æquè libranda tenet eccleſia, quæ in ſacris illis libris ipſi non legunt. Quod ſi verum in ſcripturis patrum nos, dãte Chriſto, probemus, ipſi conuincuntur hæretici. Tanto eccleſiæ periculo ſe exponunt, qui eccleſiæ conſuetudines paruipendunt. Et item vos arguo Witcleuiſtæ: hoc modo, quo patres nouiores reijcitis, & ad apoſtolos curritis: cur item non diſcipulos abijcitis, & ſcripturas eorum, & ſoli Chriſto fidem veſtram donatis, more paganorum? de quibus libro primo de concordia euangeliſtarum capitu. 10. AVGVSTINVS. Solet nonnullos mouere, cur ipſe dominus nihil ſcripſerit, vt alijs de illo ſcribentibus neceſſe ſit credere. Sequitur. Cùm ergo quærunt quare ipſe non ſcripſerit, videntur parati fuiſſe hoc de illo credere, quod de ſe ipſe ſcripſiſſet, non quod alij de illo pro ſuo arbitrio prædicaſſent. Et in capitulo. 28. ſequente. Iſti ita diſputant, quod hęc euerſio templorum, & damnatio ſacrificiorum, & confractio ſimulacrorum non per doctrinam Chriſti fiat, ſed per diſcipulorum eius, quos aliud, quã ab illo didicerunt, docuiſſe contendunt. Ita volentes Chriſtianam fidem Chriſtum honorantes laudanteſque conuellere, quia vtiq; per diſcipulos Chriſti & facta & dicta Chriſti annuntiata ſunt, quibus conſtat religio Chriſtiana, adhuc iſtis iam pauciſsimis, nec iam oppugnantibus, ſed tamen muſitantibus munita. Hæc ille. AVTHOR. Nonne iſti Witcleuiſtæ de diſcipulis apoſtolorum arguunt, ſicut illi de diſcipulis Chriſti: quibus ſine ſcripto non credunt, quod hæc celebratio miſſarum, aut ritus orationum, vel neceſsitas ſeu veritas ſacramentalium traditionum non per doctrinam Chriſti fiat, aut diſcipulorum eius, ſed longè pòſt per adinuentiones antiſtitum? & ſic prætendentes honorare Chriſtum & diſcipulos eius, ipſum, & totam eius fidem conuellunt, qui non meruit habere ſucceſſores fideles, ſed fraudantes homines adinuentionibus friuolis, & illiberaliter prementes eos oneribus importunis. Et quia ſic ad eccleſiam primitiuam 5
recurritis, nunquid† putatis reliquiſſe Chriſtum multa ſuis Apoſtolis pro ſui captu temporis, in melius reformanda? non quia ipſe aut neſciuit, aut noluit, ſed quia auditorum infirmitas ſtatim ſingulis non ſufficit. Lege Euangelium ſecundum Marcum, vbi Dominus domus peregrè profectus, reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſcunque operis, etiam nondum ſcripti: alioquin cur ſuper quinque talenta tradita alia quinque vendicat non ſic data? Nec diſcipuli erant domino meliores. Si Paulus ſuperædificauit in fundamentum Chriſti aurum & argentum cultuum diuerſorum in eccleſia, cur non poſt eum Timotheus vel Titus? Cur item iuſsit vt ea, quę ipſe imperfecta dimitteret, Titus ſuppleret? Huius inquiens rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deerant, corrigeres. In quem locum capituli primi in commentario Titi HIERONYM. Oſtendit necdũ eos ad plenã veniſſe ſcientiã veritatis, & licet ab Apoſtolo correcti fuerint, tñ adhuc indigere correctione.

Digitized by Google

rectione. Omne autē, quod corrigitur, imperfectum est. nam & in græco prepositionis, super, adiectio non id ipsum sonat. i. corrigeres, sed (vt ita dicam) supercorrigeres, vt. s. ea quæ à me correcta sunt, & necdum ad plenam veri lineam sunt redacta, à te corrigantur, & normā æqualitatis accipiāt. Hæc ille. AVTHOR. Planè dicit, ꝙ Titus supercorrigeret, quos correxit apostolus: quia correctio eius eos ad veri lineam non reduxit, ideò à Tito illā normā æqualitatis acciperent. Cur item non poterat Titus hoc dicere suo discipulo, & ille alteri, & sic vsq; nunc, vt semper habeatur Christi seruus in domo, cui ipse dedit cuiusq; operis potestatem? Veruntamē cæcitas ex parte cecidit in Israël: ex parte videlicet Witcleui-
6 starum, ꝙ † tam audacter spernunt, & mutāt sacras obseruantias etiam in missarū celebratione, quas antiquissima consuetudine in toto orbe traxit ecclesia: superba hæresis, q̄ tot simul spernit præsules millenos, & plebes, vt reuereantur Christum solum, & eius discipulos. Cū tamen ipsę ecclesiæ præpositis ait: Qui vos spernit, me spernit: & qui honorat missū, manifestum est eum honorare mittentē: vberior est enim honor, quo non tantū dominus vtitur in seipso, sed qui gratulāter exhibetur & seruo. Sed ingens superbia eorū, ingens traxit periculū, quia dum contemnere putāt antistites & summos pastores ecclesiæ, quos credunt hos ritus statuisse sacrorum, ipsos apostolos Christi, & primæuos patres de facto cō temnunt, qui & ritus ipsos in ecclesijs addiderunt: Petrum dico, Paulum, & Iacobum, & successores eorum. Audite & vnum discipulum sancti Pauli Dionysium quid dicat in libro ecclesiasticæ Hierarchiæ versus finē primi capi. DIONY. Necessariò primi eiusq; secundum nos Hierarchiæ duces ex supersubstātiali thearchia, & ipsi repleti sacro dono, & in qđ deinceps ipsum producere à thearchia bonitate missi, sed & ipsi copiosè amantes vt Deū suū, qui post ipsis reductionē & deificationē sensibilibus imaginibus supercælestia varietate & multitudine connexuit. Vbi in expositione LINCOLIEN. Licet enim eloquiorum intelligentiā à Deo haberent illi priores, nisi à Deo missi non auderent, nec nisi nostrā deificationē amātes, vellent eandē scientiam scriptis, & non scriptis doctrinis nobiscū cōmunicare. AVTHOR. Et iterum in textu, ꝙ hęc scientia sacrorū traditur nobis ab eis, non tātum scriptis, sed etiam nō scriptis, tam vt occultaret hæreticis & malignis, quàm vt veniret ad nos in sacris. DIONY. Scriptis suis & non scriptis doctrinis sacras nobis dederunt leges: non execratorum causa solum, quibus nec symbola est tāgere fas, sed quoniā & symbolica quędam est. LINCOLIEN. Hæc, inquam, sic dederunt, & tradiderūt nobis & scriptis suis & non scriptis doctrinis non solùm causa execratorum, vt videlicet non daretur sanctum canibus, nec margaritæ spargantur ante porcos, quibus neq; symbola tāgere fas est: quia nec sub figurarum velaminibus sunt execratis sacra proponenda: sed quoniam & Hierarchia, q̄ est secundū nos vtēs symbolis, id est, sensibilibus figuris, & ita quas tamē ratiōes nō est licitū denudare his, qui nōdū participant, & cōmunicant ecclesiasticis sacramē tis, & maximè non est licitū neq; fas eos facere q̄ sciunt: quod præfati sacræ perfectores & positores legis sacrorū, qui. s. leges posuerunt de sacris sacramentis, videlicet ordinibus, dignitatibus, & potestatibus, vasis, vestimentis, & ecclesiasticis domibus seu fanis; & si qua similia ordinauerunt Hierarchiam nostrā vnicuiq; particulari Hierarchiæ sub nostra Hierarchia cōmuni conuenientes, & proprias, & inuariabiles tradendo cōstitutiones, & ordines in singulis particularibus Hierarchijs. Hęc
7 ille. AVTHOR. Hic † ergo docet Dionysius nobis leges dedisse de sacris ritibus, & obseruantijs. & sacramentalibus ordinibus, potestatibus, vasis, & vestimentis, domibus, & alijs sacris rebus ipsos Christi apostolos, quos diuinos duces appellat, siue scriptis, siue nō scriptis. Qualiter sanctus Iacob⁹ frater domini in ecclesia Hierosolymitana, & ex eo sanctus Basilius in scriptis tradiderunt missæ celebrationem Christicolis, prout ex canonibus. 6. synodi habēt decreta, de cōsecratione distinctione prima. Iacobus SACROSANCTA SYNODVS. Iacobus frater domini, cui primū tradita est Hierosolymitana ecclesia, & Basili⁹ Cæsarien. episcopus, cuius claritas per totū orbem refulsit in scripturis, nobis addiderunt missæ celebrationē. Hæc ibi. AVTH. Beatus item Petrus forsitā ea forma missā suā primā fertur Antiochiæ celebrasse: put scribit Hugo. & item lib. de officio missæ REMIG. Celebratio missæ in cōmemorationē passionis Christi, peragitur, sicut ipse p̄cepit apostolis, tradens eis corpus suū, & sanguinē: Hoc facite in meam cōmemorationem. Sequitur. Hāc missam primò beatus Petrus in Antiochia dicitur celebrasse, in qua tres tantū orationes initio fidei proferebantur, incipientes ab illo loco, vbi dicitur: Hanc igitur oblationē. Hæc ille. AVTHOR. Vnde verò processit hæc fa

Digitized by Google

bula, ꝙ beatus Petrus & apoſtoli has tres tantùm orationes cecinerunt in miſſa? quis dicet? Niſi fortè quia poſt miſsā Petri, ſubiunxit ibi hiſtoria de illis tribus orationibus, non tamē, ꝙ ipſe Petrus ſic dicit celebraſſe deinceps, ſed quia initio fidei ſic celebratū eſt, ꝙ poſtmodū per Petrū & Iacobū potuit reformari, ꝓbant hoc modo celebrandi, quē ex apoſtolis notat Dionyſius, qui officiū, lectiones, & euangelia cū certa integritate canonis cōtinet, qui & ipſe comes apoſtolorū erat. Probaret itē hoc inſtitutio ſancti Pauli de miſſa, quam docuit Timotheū, & Græcos. Probaret itē hoc, ꝙ modus, quē in celebrādo nunc totus tenet mundus, à ſancto Petro dicit effluxiſſe lib. de officijs primo. ca. 15. ISIDOR. Ordo autē miſſę, vel orationū, quibus Deo oblata ſacrificia cōſecrātur, primò à ſancto Petro eſt cōſtitutus: cuius celebrationē vno eodēq; modo vniuerſus peragit orbis. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo vnum modū, quo iam orbis vniuerſus peragit, miſſam tradidit ſanctus Petrus, cōſequēs erit, ꝙ ipſe hunc modū in celebrādo tenuerit, quē ipſe inſtituit. Sed quomodo dicit ergo ſyn odus, ꝙ ſanctus Iacobus inſtituit fieri: aut ſi alium modū habuit, qualiter dicit nobis eum modū celebrationis tradidiſſe? Poteſt dici, ꝙ Petrus inſtituit vnà cū apoſtolis, ſed Iacobus tanq̄ loci epiſcopus promulgauit, docuit, & facto primus expoſuit: ſicut item aliâs in actibus apoſtolorū in decreto Antiochenſiū ca. 15. vbi ſic exorſus eſt loqui. Viri fratres, Simon narrauit quēadmodū &c. Atteſtatur autem huic, ꝙ Baſilius ei ſcriptor adiungit, cuius miſsā aliā non legimus, quàm miſſā orbis. Sed ſilenter, aut patulè ſcio, ꝙ hoſtis eccleſię dicet Witcleuiſta Pragenſis, vel orphanus. Cur formā miſſæ nō tenemus, quā Chriſtus inſtituit? Ipſe omniſciens præ alijs oībus erat optimus legiſlator. Reſpōdeatur ei, qđ ait HIERON. Non oīa, quæ Dño cōpetunt, ſeruulo cōuenire. Alioquin cur nō corpus propriū conficit hæreticus, ſicut Chriſtus corpus ꝓpriū obtulit? Cur nō itē ſtatim in miſſa raptim ſe diſponit ad crucifigēdū poſt miſſam? Cur nō prius legale paſcha māducat, & tandē celebrat, & in termino vitæ ſemel? Cur nō de traditore prophetat? Cur diſcipulū ſuū chariſſimū ſupra pectus ſuū diſcūbere nō ꝓmittit, vt toto pectore hauriat verbū dei? hæc em̄ oīa Chriſtus in miſſa ſua cōpleuit. Attēdat itē hæretic⁹, & audiat cū pauore, ꝙ apoſtoli, q formā iſtā ediderant, ſicut ſuprà ſcripſit Dionyſius, eā ſcđm ſacras nobis dederūt leges. i. in ſacris legib⁹ traditas ſcđm Lincolienſ. & ſicut ipſi didicerunt immediatè à dño Ieſu Chriſto per doctrinā viuę vocis ſcđm Thomā. Qua igitur audacia ſpernit formā apoſtolicè celebrādi arrogās, & demēs hæreticus, ꝓripiens formā Chriſti ab illo loco, Añ diē feſtū paſchę, vſq; ad illū Ioānis, Egreſſus Ieſus trās torrētē Cedrō, vt quidā, aut tm̄ illum locū, Qui pridie, vt breui⁹ celebrēt q̄ alij. Quod ſimpliciter dico primæ eccleſiæ patres hacten⁹ qđ Chriſti diſcipuli qđ apoſtoli non audebāt: aut ſi hoc eos dicis feciſſe, ſcriptis eorū hoc exhibe. Certo ergo myſterio hoc voluit Chriſtus fieri etiā vel ab ipſis apoſtolis, q ſacræ legis tabulas vicinius iſpexerūt: ſed eos ꝓſcindere tabulas alias Chriſt⁹ iuſſit, inſtar priorū, quas indubiè digito Dei ſuo. ſ. ſpū, vt prius ipſe cōſcripſit. 8 Attēde† miſsā Chriſti, vbi tm̄ inuenies lectiōes nouæ legis, p̄conij lectionē, gr̄arum actionē antecedētē ꝑ modū p̄fationis, gr̄arum quoq; actionē ſequētē cōſecratio- *Miſſæ figuratio in myſterio cœnæ dominicæ.*
nē, orationē ad patrē, ſanctorū memoriā, & pacē, & oīa ad quorū inſtar miſſa tenet eccleſiæ, quoúſq; Chriſtus claudat officiū dicēs, Surgite, eamus hinc. Cui⁹ vice canit eccleſia. Ite miſſa eſt: q̄ ſingula, vt Chriſt⁹ dabit, ſunt dicenda. Ad eius ergo exēplū decreuerūt apoſtoli viri formā p̄cis p̄rogatiuę, p̄centes vocari magiſtri, nec ſe audētes priuilegio capitis ſociare. Lege Ioan. 4. exemplū introiſſe ciuitatē Samaritanorū, & poſt fœminæ credulitatē, ꝑ duos ibi dies plurimos cōuertiſſe. Hoc forsā nō licuiſſet apl̄is, quibus ante reſurrectionē iuſsū eſt, in viā gētiū ne abieritis, & ī ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, ſed poti⁹ ite ad oues q̄ perierunt domus Iſraël. Et quidē in baptiſmi myſterio ſacerdos tangit aures, & nares, nō autē os: qđ Chriſt⁹ tetigit, cōcedēs Chriſto priuilegiū ipſum. Vnde lib. 1. de ſacramentis AMBRO. Sed dicis mihi, quare nares? Quia mutus erat, os tetigit, quia nō poterat loqui ſacramēta cæleſtia, vt vocē acciperet à Chriſto. Sequitur. Et nō eadē puritas ſerui, quanta domini. Cùm ille peccata concedat, huic peccata donentur: q̄ poteſt eſſe comparatio? ideo propter gratiam operis, & muneris non os tangit epiſcopus, ſed nares. Quare nares? vt bonum odorem accipias pietatis æternæ: vt dicas, Chriſti enim bonus odor ſumus Deo. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † epiſcopus nō tangit os bap- 9
tizandi, ſed parcit, reuerentiam agens Chriſto, qui ipſum tetigit, & ſanauit, & hoc facit epiſcopus propter gratiam excellentem operis Chriſti, & muneris. i. capitis officij. Hoc igitur æquè recordari oportet, vt dixi, nō omnino ad omnia ea precem tenendam à nobis, quam redemptor ediderat: ſicut nō in paſſione, ita

Digitized by Google

10 ne, ita nec in prece. In † cuius signum Christus à cœtu apostolorũ auulsus est quantum iactus est lapidis, dicens, Sedete hic donec vadam illuc, & orem: & nec cum tribus maioribus apostolis, sed ad modicũ cùm ꝓcessisset, orauit. Cuius causam reddit in expositiõe huius loci Marci. HIERON. Sedete hîc donec orem. Separantur in oratione, qui separantur in passione, quia ille orat, illi dormiunt. Hæc ille. AVTHOR. Et CHRYSOST. in perfecto homilia 83. Propter hoc ait manete hic donec abeam, & orem. Consuetudo enim ei erat sine eis orare. Hęc ille. AVTHOR. Quos ergo separauit Christus, quis audebit coniun
11 gere? Cæterùm † modernum ritum in mysterijs sacræ missæ iam factum vniuersalẽ per orbem prout à Christo & ab apostolis ipse accepit sanctus Paulus tradebat ecclesijs, sicut ipse se his verbis facturum ꝓmisit ad Corinthios dicens. Cætera omnia cùm venero, ordinabo. Vnde in annotationibus HIERON. Cætera autem cùm venero disponam. Cætera. s. de ipsius mysterij sacramẽtis. Hæc ille. AVTHOR. Et libro ad inquisitiões Ianuarij. AVGVSTI. Cùm verò ait apostolus de hoc sacramẽto loquens: Propter quod fratres cùm conuenitis ad manducandum, inuicem expectate: si quis esurierit, domi manducet, vt non ad iudicium cõueniatis. statim subintexuit. Cætera autem omnia cùm venero, ordinabo. Vnde intelligi datur quia intellectum erat vt in epistola totum illis agendi ordinem insinuaret, quẽ vniuersa per orbẽ obseruat ecclesia, ab illo ita ordinatum, ꝙ nulla horum diuersitate variatur. Hæc ille. AVTHOR. Attende ꝙ dicit ordinem illum in celebratione huius sacramenti per orbem seruat ecclesia ita ordinatum ab illo, ꝙ nulla horum diuersitate variatur. Hinc ergo periculo perfidæ rebellionis contra apostolos Christi se exponunt hæretici, qui ordinem celebrãdi peruertunt, quẽ ecclesia tota sine scriptis apostolicis dignatur accipere, cui soli sine scriptis apostoli tradiderunt. Nec minus rei tenebũtur, quia nõ viderũt in scriptis, cũ etiã de nõ scriptis credere teneant ecclesię.

¶De sacris vasis, & vestibus, quibus sacerdos intrat ad missã.

CAP. XXIX.

SVMMA.

1 *Sacerdotis officium circa solennia sacræ missæ, unde sumat initium.*
2 *Vestes dñi, & sacerdotis celebrãtis describuntur.*
3 *Bissina uestis prima sacerdotis legalis. Et quid significet secundum Dionysium.*
4 *Zonæ sacerdotis quid denotent.*
5 *Amictus, primũ sacerdotis indumentum. Et quid representet.*
6 *Alba, secundũ sacerdotis uestimẽtũ. Et quid significet.*
7 *Cingulũ, tertiũ quo sacerdos induit. Et quid significet*
8 *Manipulus, quartum sacerdotis uestimentum. Et quid representet.*
9 *Stola, quæ & orarium dicitur, quintum indumẽtum. Et quid denotet.*
10 *Colũna, ad quã alligatus dñs. Et quid de ea dicat Beda.*
11 *Dalmatica sextum sacerdotis indumentũ. Et quomodo sit facta. Et quòd fuerit indumentũ Leuitarum.*
12 *Euphrosius Pãphiliæ episcopus, quomodo quãdo accedebat ad sacrificãdum Christi mysteria collobio sancti Iacobi induebatur.*
13 *Collobium diui Iacobi memoratur. Et à quo illorum usus sumpserit initium presbyteris & diaconis. Et quõ postea Collobia in Dalmaticas cõmutata sunt.*
14 *Casula, quã Græci Planetã uocant, septimũ sacerdotale indumentũ, unde dicatur. Et quid per hanc intelligatur.*
15 *Pallium, & Pallij cõcessio primatibus. Et de illius origine. Et de quorundã præsulum præeminentia.*
16 *Christus, quomodo & quãdo ter obtulit corpus suũ.*

1  Acerdotis † officiũ circa solẽnia sacræ missę ab illo loco sumit initiũ, vbi secũdũ euangeliũ Ioannis Christus deponẽs vestimẽta sua vt pedes discipulorũ lauet, iterũ sumit vestimẽta vt sacramẽta cœnæ perficiat, qualiter itẽ de celebrante missam processũ inchoat. ca. 3. ecclesiasticæ Hierarchiæ DIONYS. Hierarcha quidẽ orationẽ sacrã super diuinũ altare perficiẽs, ex ipso thurificare incipiens, ad omnẽ venit sacri chori ambitũ. Vbi in expositione LINCOL. Enarrat mysteriũ eucharistiæ secundũ modũ, quo tũc fiebat in ecclesijs illi⁹ loci. Cõprehendit enim in mysterio ea, q̃ fiebant in solẽni celebratiõe ante corporis Christi beatissimã cõsecrationẽ, & in ipsa post cõsecrationẽ. Primò autẽ ꝓcedebat Hierarcha ad altare, credo ꝙ indutus sacris, & Hierarchicis vestibus, & ornamentis. Hæc ille. A-
2 VTHOR. Rarò † enim Saluator solenne quicquã aggreditur, quin de cultu vestit⁹ eius mẽtio quædã fiat. Nascẽs in mundũ, pãnis inuoluitur: transfiguratus in monte, niueis vestibus ornatus describit: sacerdotiũ nouũ acturus in cœna, vestes sacras reijcit vt resumat: & triumphaturus in cruce, ornat̃ regia purpura: confligens cũ morte, linteis cõditur, & sindone: as- *Vestes dñi.*

cenſum eius in cælos, ſine tinctis veſtibus propheta nō explicat: & reſurrectiōis ſacra ſolennia, q̄ poſt mortis ſpolia ſuis nō voluit, angelicis veſtibus declarauit: vbi ſcribit: viderunt iuuenē ſedentē in dextris coopertū ſtola candida. Vbi in homilia paſchæ GREGO. Stola cādida coopertus apparuit, quia feſtiuitatis noſtræ gaudia nuntiauit. Candor etenim veſtis, ſplendorē noſtrę denūtiat ſolēnitatis. Noſtræ dicamus, an ſuæ? ſed vt fateamur veriùs, & ſuæ
3 dicamus, & noſtræ. Hæc ille. AVT. Hac † ratione byſſina tunica, quā ſibi ſacerdos legalis pro ſuo ſacrificio celebrādo primā aſſumpſit, nec in nouo ſacrificio deeſſe poterit ſacerdoti: alioquin nec ad nouæ ſolēnitatis gloriā angelus reduxiſſet eandē, vt ſic cādor veſtis, ſplēdorem noſtrę denuntiet ſolēnitatis. Noſtrę dicemus & ſuæ, ſed ex ſigno veſtis prius trāſfertur ad angelos: vt quādo aliquid ſacerdotaliter faciant, in veſte clara, & cādida, & ſacerdotali zona p̄cincti cōpareant: prout ca. 15. cæleſtis Hirarchiæ deſcribit DIONYS. Sacerdo talē verò veſtē autumo ſignificare ductū, vel ducatū, ſiue directionem ad diuina, & myſtica ſpecularia, & ſignare votū totius vitæ. Vbi in expoſitiōe HVGO. In ſacerdotali veſte ſignificat, q̄ duplices ſunt ad ſpecularia. i. cōtēplationes diuinas, & myſticas, ſubiectos erudientes ad cognitionē, & q̄ illorū vitā Deo dedicant, exhortātes, & confirmātes ad boni operis deuotionē. Et de zonis DIONY. Zonas
4 † quoq; dicunt ſignificare cuſtoditiuū ipſarū diuinarū virtutū, & ſignificare habitum congregantē eas. COMMEN. Senſus eſt, q̄ zona, q̄ lumbos, & vmbilicū, in quibus eſt ſeminariū p̄pagatiōis, ambit, & cōſtringit, ſignat cuſtodiā fœcundarū virtutū: quæ cuſtodia ipſas virtutes ambit, & cuſtodit, vel cōſtrīgit, ne in ſua multiplicatione extra metas iuſtitiæ relaxent, aut defluāt. Hęc ille. AVTHOR. Et huius acceptiōis efficax euidētia ſumit, q̄ vir ab Ezechiele cōſpectus, indutus lineis, & atramē tariū ſcriptoris habēs ad renes, iuxta altare ſtare deſcribitur: qđ ad gradus & officiū ſacerdotis ex ipſo habitu pertinere dinoſcitur. Poſt hęc itē ab ipſo ſummo ſacerdote Chriſto prò tēpore ſui ſacrificij habituū differentias ſumimus, in quē omnis veſtis regalis, pro ſua ſignificatione cōplenda percurrit, & à quo eo rectiùs veſtis noui ſacerdotij originē ſuā trahit, p̄ut libro de officio miſſæ deſcribit de ordi-
5 ne prædicatorū HVGO. Primū † veſtimentum, quo ſacerdos induit, eſt amictus, quo caput tegit. de hoc apoſtolus ad Ephe. 6. Galeā ſalutis aſſumite. Repreſentat autē illud coope

Byſſina.

Zonæ.

Amictus

rimētum, quo velabāt Iudæi faciē Chriſti, dicentes Matthę. 26. Prophetiza nobis Chriſte
6 quis eſt q te percuſſit? Scđm † veſtimentū, q đ tegit corpus à ſurſum vſq; deorſum, eſt Alba, qua ſacerdos induit: & ſignificat gratiā, q̄ ex ſpe p̄uenit eccleſiæ ſurſum, & meritis eccleſiæ deorſum. Vnde Apoſtolus ad Roū. 8. Spe ſalui facti ſumus. Hæc repreſentat veſtē albā, in qua illuſit Herodes Chriſto, Lucæ. 23. Tertiū,
7 † quo ſacerdos induit, eſt corrigia, vł cingulū: p hoc ſignificat iuſtitia. Eſai. 16. Et erit iuſtitia cingulū lumborū eius. Hęc corrigia ſignificat
8 flagellū, quo cęcidit Pilatus Iesū. Quartū † veſtimentū, quo ſacerdos induit, eſt manipulus, qui ponit in læua manu. Sequitur. Iſte manipulus repreſentat funē, quo ligatus fuit Ieſus à Iudæis cōprehenſus. Ioā. 18. cōprehēderūt
9 Ieſum, & ligauerūt eū. Quintū † eſt ſtola, ſiue orariū. Sequit. Hæc ligaturā repreſentat, qua ligatus fuit Ieſus ad columnā. Hæc ille. AVT.
10 In † hac colūna dñici cruoris vſq; nūc apparent veſtigia. Vnde lib. 6. ſuper Lucā. ca. 6. BEDA. Hāc correctionē, qua populo ſatisfacere nę vſq; ad crucifigendū Saluatorem ſęuirent, ſummoperè quærebat, nō modò eū obtuliſſe rogitādo, ſed etiā deridendo, & flagellando nefandorū deſiderijs exhibuiſſe, & verba euāgeliſtæ Ioānis, & ipſa teſtat colūna, cui alligabat. Sequit. Quæ videlicet colūna in eccleſia mōtis Sion poſita, dñici cruoris vſq; hodie cernētibus veſtigia certa demōſtrat. Hæc ille. AVTHOR. Ab hac ſacra colūna quaſi ſtolā accipimus ſuaue iugū Chriſti in noſtris humeris. Hæc ſtola, vel orariū, eſt Chriſti ſacerdotio in nouo teſtamēto extra oēs veſtes antiqui ſacerdotij p̄cipuè reſeruata. Vnde lib. 2. ca. 10. quartæ partis de ſacramētis, HVGO. Hæc ſunt, q̄ veteribus noua inſtitutio adiecit. Stola, q̄ alio noīe orariū vocatur, q̄ collo ſacerdotis ſuperimponit, vt eū iugū dñi aſſumpſiſſe ſignificet, q̄ à collo p anteriora deſcēdens, dextrū latus ornat, & ſiniſtrū, vt doceat ipſum p arma iuſtitię à dextris, & à ſiniſtris. i. in p̄ſperis, & aduerſis debere eſſe munitum. Hæc ille. AVT. Et de dalmatica ſequit in lib. de inſtitutis clericorū.
11 RABAN. Sextū † nāq; eſt, qđ dalmatica dicit. Hæc veſtis in modū crucis eſt facta, & paſſionis dñi indiciū eſt: habet quoq; purpureos tramites ipſa tunica à sūmo vſq; ad ima ante & retro deſcēdētes, necnō & p vtrāq; manicā, vt admoneatur miniſter Domini per habitus ſui ſpeciem, cuius muneris particeps eſt: vt cū per myſticam oblationē dominicæ paſſionis cōmemorationem agit, ipſe in eo fiat hoſtia Deo acceptabilis. Hæc ille. AVTH. Hæc verò

Alba.

Cingulum.

Manipulus

Stola & orarium.

Columna.

Stola.

Dalmatica.

dalmatica

Digitized by Google

dalmatica quamuis in magnorum sacerdotum vsu ponatur, leuitarum tamen inuenitur esse assignata vsui, à collobio tracta apostolico, & ab ipsis apostolis longo vsu seruata. Vnde lib. 2. parte. 4. de sacramentis cap. 13. HVGO. Vtuntur præterea leuitæ alio indumento, qđ dalmatica dicitur, à regione quadã, vbi primus eius vsus institutus putat, nomẽ, à collobio verò, quo apostoli, & quidam apostolorum successores vsi fuisse legũtur, adiectis manicis formam trahens. Signat autẽ dalmatica propter sui latitudinẽ curam proximorum, qua se extendit per dilectionem, vt pluribus proficiat. Hæc ille. AVTHOR. Quod dixit Hugo apostolorum habitum hanc fuisse, & esse collobium, historiam sequitur de gestis Syluestri, vbi scriptũ reperi EX HISTORIA
12 Syluestri Papæ. In tẽpore illo Eusrosius † Epi
Eusrosius. scopus Pamphilię Romã venit, dicens imperatum sibi esse per reuelationem, vt ad apostolorum limina properaret: vt quod se etiam vouisse in infantia memorabat, senex iam episcopus adimpleret. Iste iam pro nomine Domini multis fuerat flagellis & exilijs compro batus. Tantaq; eum virtutum efficacia comitabatur, vt si à sudario eius tactus fuisset infirmus, mox recuperata sanitate gauderet. Se-
13 quitur. Hic † quando accedebat ad sacrifican
Collobium. dum Christi mysteria, candidissimo collobio
S. Iacobi. induebatur, quod collobium sancti Iacobi apostoli fuisse perhibebat. Dicebatq; iustã esse reuerentiam, vt dum diuinis ministerijs sacerdos assistit, his vtatur vestibus, quę habitũ apostolicum in sacerdote exhibeant: sicq; factum est, vt à sancto Syluestro presbyteris & diaconibus collobiorum vsus sumpsisset initium, quo Marcus, & Iulius, & Liberius ex ordine vsi sunt. Sed quoniam brachiorum nuditas culpabatur à quibusdam, post hæc collobia in dalmaticas cõmutata sunt. Visumq; est melius ad hoc propositum cõuenire, quod ac curatius magis aspectibus placere valeat populorum. Hæc ibi. AVTHOR. Quid hic oportet addere de nostris, vt confundantur hęretici Witcleuistæ, si contra vestes Christi, & apostolorum verba proferant importuna? ab Christi & apostolis temporibus trahuntur ea quæ dicimus. Quod autẽ dixit Hugo dalmaticam à regione dici, exponit lib. 25. de naturis rerum RABANVS. Dalmatica vestis primùm in Dalmatia, puincia Græciæ texta, est tunica sacerdotalis cãdida cum clauis ex purpura. Hæc ille. AVTHOR. Non repugnat hîc Rabanus prædictis, q̃ dixit tunicam sacerdotalem esse Dalmaticã, sed maiorum sacerdotum, scilicet episcoporũ, tunica est: & quantum legi, fuit ab initio diaconis cum episcopis largita ad vsum. Vnde libro de quæstionibus veteris ac noui testamenti ca. 46. AVGVST. Hic, inquiunt, videtur sacerdos fuisse Samuel, quia vestitus erat ephod: quasi non hodie diaconi Dalmaticis vtantur, sicut episcopi. Hæc ille. AVTHOR. Postremò autẽ presbyteri *Casula.* casulam superponunt: de qua libro de institutione clericorum ca. 20. RABANVS. Septi-
14 mum † sacerdotale indumentũ est, quod casulam vocant. Dicta est autẽ per diminutionẽ à casa, q̃ totum hominẽ tegat, quasi minor casa. Hanc Græci Planetã nominant. Hæc supre *Planetu.* mum omnium indumentorũ est: per hanc ergo vestem intelligere possumus charitatẽ, quę cunctis virtutibus supereminet. Et infrà. De hoc itaq; spirituali vestimento virtutũ Colos sensibus ita scribitur. Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, humilitatem, benignitatem, modestiã, patientiã: super omnia hæc, charitatem habentes, quod est vinculũ perfectionis. AVTHOR. Præter indumenta sacerdotũ cõmunia, sunt alia, quæ solis at cunctis incumbũt episcopis, vt mitra, baculus, anulus, sandalia, & alia, quorũ ratiões nullus penè silet, qui de officijs scribit: veruntamen de pallij vsu si loqui libeat, prædicto libro de institutis clericorum ca. 22. dicit RA-
15 BANVS. Super † hæc oĩa summo pontifici, qui archiepiscopus vocatur, propter apo- *Pallium.* stolicã vicem pallij honor decernitur. Quod genus iudumenti crucis signaculum purpureo colore exprimit, vt ipso indutus põtifex, à tergo, & pectore crucem habeat. Hæc ille. AVTHOR. Originem verò huius pallij tangit paucis Rabanus dicens, propter apostolicam vicem. Expresiùs verò lib. 1. de officijs. WALrannus. Est octauũ archiepiscopis indumẽtum pro aurea lamina, quod dicitur pallium, ab apostolica sede datũ, quod à collo circa pectus dependens, situ suo illam, quę valde condecet episcoporũ patrem, & eorum concilij principẽ, patenter designat sapientiæ tor quem. Quam hoc illorum priuilegiũ habeat rationem, non videtur prætermittendũ. Postquàm duodecim apostoli Christi per vniuersum mundũ dispersi, singulis ciuitatibus prædicarent, tam ipsi, quàm successores eorũ miserunt per contiguas suis sedibus prouincias prędicatores, quos & episcopos ordinauerũt, vt vbi recepti fuissent, omnia Christianitatis sa cramẽta velut ipsi apostoli peragerent, & per orbes cõprouinciales Episcopos ordinarent. Sequitur. Initiũ ergo fidei habẽtes ab apostolica

lica ſede, hanc regulam Metropolitanæ obſeruant eccleſiæ, vt neminẽ habeant pontificem, niſi ab eadem ſede miſſum, à qua primus illis prædicator fidei miſſus eſt. Illa autẽ miſſio, ſu pradicti pallij largitio eſt, quod, vt dictũ eſt, à collo dependens, authoritatẽ domini ſignificat dicẽtis, Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Inter cæteros verò Gallorum archipræſules meritò Remenſis authoritate præeminet. Sequitur, ꝙ eius miſſionẽ Ormiſda pontifex Romanꝰ à beato Petro quinquageſimuſquartus vt debuit approbans, eidem Remenſi põtifici vires ſuas delegauit. Sequitur. Treuerenſi verò eccleſiæ Maternus à beato Petro apoſtolo miſſus, hæreditatẽ pallij & ſuis ſucceſſoribus dereliquit. Maguntiæ Creſcentius beati Pauli diſcipulis prędicauit. Traiecto ſanctus Willebrordus à Sergio papa miſſus, ſed priuatim Colonia Metropolis obtinuit, ea maximè cauſa, ꝙ Creſcentius prædictus Coloniæ quoq; apoſtolicã verbi Dei viſitationẽ primꝰ intulit. Cantuariæ verò nobili Anglorum metropoli Auguſtinus à beato Gregorio miſſus primus eſt pontifex, qui toti Anglorum genti, vt Chriſtum agnoſceret, ſtrenua prędicationis adminiſtratione ſubuenit. Hæc ille. AVTHOR. Has omnes veſtium ſpecies ipſe peſtifer doctor cũ tali authoritate reſpuit libro ſuo de papa ca. 11. Et poſt interpretationem fidelem ſanctorũ patrum, ipſe amaritudines ſuas immittit peſſimarũ interpretationũ, indicans peſſima, ſecundùm propriam coniecturã in quolibet vſu, obſeruantia, atq; ritu, & concludit. Sic peruertuntur mendaciter ſigna generatiõis adulteræ. Et ſubijcit. Cùm ſigna iſta nõ ſint niſi gratia ſignatorũ, ſignata per ſe ſufficiunt ſine ſignis. Nec morarer circa hæc ſigna ad onus eccleſiæ in ornamentorum ſacerdotalium legis veteris &c. Ad cõuincendum mendacium phariſaicæ ſigno iſta gerentium. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iſte, vt indubitãter in illo loco ſe cõprobet, ſtellam illam, quæ ſecundùm Apocalypſim Ioannis ca. 8. vocabatur abſinthiũ, quæ cadens in tertiam partẽ fontium & fluminũ fecit ritus illorum ſacramentales cum miniſtris in abſinthium: & multi homines auditores amariſſimorum ſcandalorum eius mendacium mortui ſunt de aquis, quia & amaræ factæ ſunt. Nam & ipſi thabori tæ Bohemi ab ipſo exorti, eodem modo purgatorium, ſuffragiaq; ſanctorum derident, eccleſias, altaria, chriſma, oleum, ritus & ceremonias fugiunt tanquàm vana ſigna, & omnis altaris ceremonias, præter ſuas. Et quo ad ornamẽta iam dicta ſacerdotalium veſtium habẽt ſuum Witcleff dicentem libro de papa ca. 12. De ornamentis autem corporalibus non legi Chriſtum, vel apoſtolos, legem pariculariter tradidiſſe, ſed ſine diſſenſione, vel ſcãdalo nũc vnum ornamentum, nũc aliud acceptaſſe, docẽdo nos vt faciamus ſimiliter. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hic breuiter doceat nos Witcleff de mutatione ſacerdotal ium veſtium Ieſu Chriſti, qua induit eum benedicta mater eius, putà tunica inconſutili deſuper contexta per totum, & ea, cui inſuta erat fimbria exilis iuxta legem Moyſi. Vnde lib. 4. commentarij ca. 1. ſuper Matthæum. HIERONY. Iuſſerat quoq; Moyſes, vt in quatuor angulis palliorum, hyacinthinas fimbrias facerent ad Iſraël populum dinoſcendum: vt quomodo in corporibus circunciſio ſignum iudaicæ gentis daret, ita veſtis haberet aliquam differentiam. Et infrà. Iſtiuſmodi erat fimbria parua, & breuis ex lege præcepta, quã & mulier illa, que ſanguine fluebat, tetigit in pallio Domini, ſed nõ eſt compuncta ſuperſtitioſis ſenſibus phariſæorum, magisq; ſanata ad tactum. Hæc ille. AVTHOR. Si Chriſtus hanc veſtem abiecit, & aliam in ſacrificijs, & ſacramentis exercendis aſſumpſit, doceat mõ Witcleff, imò ſciat Saluatorem non ſe ab hac aut illa inconſutili leuiter auelliſſe, ſed continuè tenuiſſe: niſi forſan dum pedes diſcipulorum lauaret, & ſtatim eam reſumeret ſacroſanctam ad conſecrationis officium peragendũ. Quòd ſi verum dicit Witcleff, hoc fecit docendo nos, vt faciamus ſimiliter. Ergo nec ſine ſacris veſtibus adeunda ſunt ſacramẽta, quas ad hæc ſancta peragẽda aptas accepimus, iuxta formam eccleſiæ: ſi cut nec Chriſtus ſacra ſua voluit exercere ſine pallio ſynagogę. Sacra, inquam, illa diuina,

16 quibus † ter obtulit corpus propriũ vno die. *Chriſtus ter obtulit corpus ſuum.*

Primò in cœna agni paſchalis in figura iudaica. Secundò poſt cœnã ipſum iam corpus in natura ſub imagine tantũ panis & vini: vtrobique nudè corpus ſuũ nõ obtulit, ſed ſignis veſtitũ: vtiq; & ſacerdos in veſtibus ſacris celebrauit. Tertiò verò cũ poſt meridiẽ nudè idẽ corpus ſine tegumẽto figurę obtuleratnudus. Idẽ ſacerdos noſter non veſtitus in ipſa ſancta intrauit, ipſa hora forſan, qua primus homo ſe primò nudũ cognouit. Si autẽ hæc congruitas capitis erat bona, cõſequenter noſter Witcleff ſolis ſignis veſtium ſine ſignatis virtutibus vtetur in miſſa, ſicut ſola panis & vini ſigna ſine natura carnis & ſanguinis cõſecrat in hoſtia conſecrata: & eò potiùs, quia ſacras Chriſti veſtes diſſuit à ſenſu condentis, conficiens ſuæ hæreſis ſimulacra, vt Ezechiel vatici

natur

Digitized by Google

natur hæreticis. Et in eum locum homilia.6. ORIGENES. Vestes diuinæ scripturæ sũt, & sensus, qui est in eis. Conscciderunt has vestes hæretici,& consuerunt dictum dicto, verbis verba integrantes, sed non cum opportuna aptáque iunctura:& consuentes impia sibi simulacra fecerunt,quibus illicuerunt quosdã credere,& consentire ad cultum suum,& fictã susciperc disciplinam. Deus verò omnes nos ab his & ab aliis liberet simulacris, vt magnificemur in Christo Iesu Amen. Hæc ille. AVTHOR. Igitur vestium institutiones quis Christianus non veneranter accipiat, quas in ministerium tanti sacrificij non impares apostolis Christi institutores habere reperimus?

¶ De sancto altari, corporali, calice, thuribulo, & phialis, & omnibus non violandis, nec in vsus publicos assumendis.

CAP. XXX.

SVMMA.

1 *Altare sanctum, & ad ipsum pertinentia ornamenta, ut corporale, calix, &c. unde à Christianis omnia fuerint uendicata.*
2 *Altare spiritaliter sumptum, quid denotet.*
3 *Calicis usus unde desumptus. Et illius præparatio & honesta custodia, ad quem pertineat. Et de illius forma inuariabili, & nomine. Et quid denotat.*
4 *Instrumenta sancta qualiter sint tractanda.*
5 *Vasa sacra qualiter conseruanda, & quomodo nunquam exire iubentur de templo, sed esse semper in sanctis.*
6 *Vestimenta ecclesiastica, quomodo debeant esse sacrata, & honesta, & in templo.*
7 *Balthasar regis ultio, ob abusum uasorum templi, recensetur.*
8 *Consecrata domino quando possent in opera pietatis conuerti.*
9 *Templa, idola, Luci &c. si potestate data euertuntur, quomodo non possint in usus priuatos & proprios conuerti.*

SVnt tamẽ & alia, quæ in mysteriis à Christi corpore cœpimus, vt eidem corpori in sacramento subseruiant, velut
1 † est altare ipsum, quod locũ tenet sepulchri, & corporale linteũ, quod vendicamus à syndone lib.6. ca. 7. super Lucam. BEDA. Sepulchrũ illud venerabile, figurã dominici habebat altaris, in quo carnis eius, & sanguinis solebant ministeria celebrari. Vnde regula ecclesiastica tenet eadẽ mysteria non in serico, non in panno tincto, sed instar syndonis, qua Ioseph eum inuoluit, in linteo puro debere consecrari: vt sicut ipse verã terrenæ mortalisq; naturæ substãtiã pro nobis morti obtulit, ita & nos in commemorationem eiusdem tremendi ac venerabilis sacramẽti purum de terra germen candidatum, & multimodo quasi mortificationum genere castigatum, altari lumẽ imponamus. Hæc ille. AVTHOR. Euangelica ergo ratione Syluester papa non caruit, qui in lino puro sacerdotes nostros omnino celebrare constituit. Ratio verò altaris hæc est historica. Est alia ratio mystica, secũdùm quã altare fidem significat: quia sicut ab altari omnia offeruntur ad Deũ, ita omnis actio nostra, quã Deo offerimus, irrita est, nisi in fide fundet. libro primo de sermone domini in monte textu, Si obtuleris munus tuum ad altare. Vnde AVGV-
2 STINVS. Altare † itaque spiritaliter, in interiore Dei templo, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, siue prophetiam, siue doctrinam, siue orationem, siue hymnum, siue psalmum, & si quid tale aliud spiritalium donorum animo occurrerit, acceptum esse non potest Deo, nisi fidei synceritate fulciatur, & ei fixè, atque immobilè tanquàm imponatur, vt possit integrum, atque illibatũ esse quod loquimur. Nã multi hæretici non habentes altare, id est, verã fidem, blasphemias pro laude dixerunt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, votum suum tanquàm in terram proiicientes. Hæc ille. AVTHOR. Sub hac tropologia loquũtur scripturæ, & doctores, quãdo vnũ dicũt altare ecclesiæ tanquàm vnã fidẽ: hæreticorũ verò plura, secundùm illud Osee.7. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccãdum: quia fidem Dei diuidunt, quia iam aberrant. Vnde libro primo super Amos textu, In die cùm visitare cœpero præuaricationes Israël. HIERONYMVS. Quãdo visitare cœperit Dominus præuaricationes Israël, visitabit & super altaria

Digitized by Google

Bethel: non vnum altare, quod habet eccleſia, ſed altaria hæreticorum plurima: tot enim altaria habent, quot & ſchiſmata. Amputabit & cornua altaris, quod per ſuperbiam vnum habere ſe iactant: & percutiet domum hyemalē, eos hæreticos, qui laborant continentia, & ieiuniis cerophagis, è quibus Tatianus eſt, & Manichæus: & domum æſtiuam, vt Nicolaitas, & Eunomianos, & veteres hæreticos, nouosq; ſectatores, qui propter ventris iugluuiē omnem recipiunt voluptatem. Hæc ille. AVTH. Ecce pulchra hæreticorum altaria errores ſequuntur: quia omnes hæreſes ritus ſuos in altari ab eccleſia ſemper immutant. Calicē
3 † verò ab ipſo Chriſto celebrante nos accepiſſe quis neget? Eius autem præparatio, & honeſta cuſtodia, ad ſubdiaconum pertinet: quem in ſecunda ad Iacobum fratrem domini generali nomine miniſtrū appellat CLEMENS, dicens. Calicem ad perferendum ſanguinem Domini præparatum cum tota miniſterij mūditia miniſter præparet, ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerenti. Hæc ille. AVTHOR. Huius autem calicis nō tam vſus quàm forma à primis inuariabilis eſt tenēda, ſicut libro de corpore & ſanguine domini libro. 20. PASCHASIVS. Calicem illum dicamus eſſe, de quo Chriſtus: Hic ex calix meus noui teſtamenti &c. propter quod & mos bene inoleuit, quòd ſanguis Chriſti nunquàm in catino, nūquàm in cratera, in alio vaſe quàm in calice conſecratur. Sed neque alio nomine, vt fieri ſolet in aliis quibuſdam, niſi ſemper iuxta proprietatem linguarum calix vocatur, vt exinde omnibus calix paſſionis Chriſti ad memoriam reducatur. Hæc ille. AVTHOR. Non diſcum ergo, vel paropſidem, ſed calicē Chriſti fuiſſe forma ipſa diſtinguit ſimul & ſignificatio, quia præ omnibus vaſis ſignificat paſſionem, dicēte Chriſto: Poteſtis bibere calicem &c. Et in epiſtola ad Marcellam de muneribus. HIERONYMVS. Calices mortificationem carnis oſtēdunt ſemper, & animum ad martyrium præparatum. calix quippe Deo inebrians quàm præclarus eſt. Hæc ille. AVTHOR. Hæc quædam vaſa cū veſtib⁹ licet ex miniſterij ſui genere ſacra ſint, peculiarius tamen conſecranda ſunt, atque benedictione epiſcopi initiāda in vſum tam egregium, prout pſal. 113. verſu. Simulacra gentiū argentum & aurum, recolit AVGVSTI. Sed
4 enim † & nos pleraque inſtrumenta, & vaſa
Inſtrumēta ſancta. ex huiuſcemodi materia & metallo habemus in vſum celebrandorum ſacramentorum, quę ipſo miniſterio conſecrata ſancta dicuntur in eius honore, cui pro ſalute noſtra inde ſeruitur. Et ſunt profectò etiam iſta inſtrumenta vel vaſa quid aliud, quàm opera manuum hominum? Veruntamen nunquid os habent & non loquētur? Nunquid oculos habent & nō videbunt. Nunquid eis ſupplicamus quia per ea ſupplicamus Deo? Hæc ille. AVTHOR. Optimè inſtruxit filios ſuos egregius Auguſtinus, qualiter celebri vſu eccleſię vaſa pro celebrandis ſacramentis erant tunc ſancta, quia cōſecrata in honorem Chriſti, qui ſeruitur in eis, nihilominus tamen hæc & alia ideo ſancta ſunt, quia in eis Deo tātùm ſeruire licebat: nec ſunt ad alios vſus hominum trāsferenda, prout libro. 11. ſuper Leuiticū exponit ORI
5 GENES. Inuenimus † & vaſa miniſterij ſancta vocitata, & veſtimenta ſancta dici, & loca nihilominus, quæ in vrbibus, vel ſuburbibus poſita ſunt, & ſacerdotibus deputata. Sequitur. Dicitur, Ne facias, inquit, in eis opus vllū, quoniam domino ſanctificata ſunt. Super vaſis autem, cùm in tabernaculo teſtimonij vaſa miniſterii thuribula, vel phialæ, vel cætera huiuſmodi vaſa ſancta appellantur. Super veſtimentis etiam, cùm ſtola pontificis Aaron, & tunica linea, & cætera huiuſmodi veſtimenta ſancta dicūtur. Et infrà. Item patenæ, vel phialæ, quas dixit ſanctas ille ſanctus, quæ nunquàm exire iubentur de templo, ſed eſſe ſemper in ſanctis, nec vllis penitus humanis vſi-
6 bus miniſtrare. Similiter † & veſtimenta ſancta quæ nominantur, non iubentur intra domum vſui ſeruire pontificis, ſed in templo eſſe: & ideo omnino nuſquā offerri, ſed ad hoc Deo tantùm conſecrata eſſe, vt his Deo miniſtrans pontifex induatur, & ſint ſemper in tēplo: ad cęteros verò vſus communes vtatur cō munibus indumentis. Similiter & patenis, ac phialis his, quæ ſanctæ appellantur, ad humanos & communes vſus vti nō licet, ſed tantùm ad diuina miniſteria. Hæc ille. AVTHOR. Hac igitur ratione legis Dei bene fretus de vaſis & veſtibus ſacroſanctis dignè Deo dignis officiis ſanciuit cap. 3. ſui decreti STEPHANVS. Veſtimenta verò eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta: quibus & aliis in vſibus nō decet vti, quàm eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis, quę nec ab aliis debent contingi, aut ferri, niſi à ſacris hominibus: ne vltio, quæ Balthaſar percuſsit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes veniat diuina, & corruere eos faciat ad ima. Hæc ille. AVTHOR. Bene †
7 tangit vltionem Balthaſar, qui temulentus audebat in vaſis templi, quæ rapuit, potare cum

Vaſa ſancta.

Veſtimenta ſacra.

concu

Digitized by Google

cõcubinis suis,& optimatib⁹ regni.Et eadẽ hora pendente ipso pœnas, quas meruit,appensum fuit regnum eius, numeratum, & diuisum.Non memini permisisse Deum hoc genus raptus sacrorum vasorum inultum dimitti. Insuper hanc historiam ad hunc finem prosequitur super Matthæum in opere imperfecto Homili. 11. CHRYSOSTO. Si enim sanctificata vasa ad priuatos vsus transferre peccatum est,sicut nos docet Balthasar,qui bibens in calicibus sacratis de regno depositus est,& vita:si ergo vasa transferre ad priuatos vsus periculosum est, in quibus non est verũ corpus Christi,sed corporis eius ministerium continetur: quãtò magis vas corporis nostri, quod sibi Deus ad habitaculum præparauit, non dabit locum diabolo agendi quod vult? Hæc ille. AVTHOR. Hanc tanti sancti sententiam, cùm magistrum suum Witcleff videnti libro de sermone domini in monte, capite.37.assumere tanquàm sacram, qualiter prædones Lollardi audent loca sacra diuellere, sacra eius vasa diripere,& seruos eius,quos Christus templa sua constituit, conculcare, & ad omnem iniuriam trahere & ad mortem? Qualiter autem Iuliano adhærent apostatæ in his factis, declaraui superiùs libro.5. Debebant enim miseri scire,de vasis & vestibus sacris præceptum esse domini.Ne facias in eis opus vllum, quoniã Domino sanctificata sunt: opus
8 maximè ad vsus profanos. Sed † & in opera pietatis liceret iussu prælati, si his opus esset,vestes, aut vasa præponere: sed non initiata,aut non consecrata potiùs,si subsit facultas parcere consecratis. Vnde in lib.2. de officiis versus finem moderatur AMBRO. Opus est, vt de ecclesia mystici poculi forma non exeat, nec ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur: ideo intra ecclesiam primùm quæsita sunt vasa, quæ initiata non essent, deinde comminuta, postremò conflata, & per minutias erogationis dispensata egentibus,captiuorum quoque pretiis profecerunt: quòd si desint noua,& quę nequaquam initiata videantur, in huiusmodi vsus, quos suprà diximus, omnia arbitror piè posse conuerti. Hæc ille.AVTHOR. Sicut autem consecrata Domino aliter,quàm prędictum est,in vsus humanos transferre nefas est, ita ab impiorũ vsibus etiam dæmonum ad vsus communes Domini liceret ea conuertere, nõ autẽ in vsus nostros priuatos,ne videremur auaritiæ in eorũ raptu magis,quàm pietati seruire. Vnde in
9 epistola ad Publicolam AVGV.Et cùm † tẽpla,idola,luci, & si quid huiusmodi potestate data euertuntur, quanuis manifestum est cũ id agimus non ea nos honorare,sed potiùs detestari,ideo tamẽ in vsus nostros priuatos dũtaxat & proprios non debemus inde aliquid vsurpare,vt appareat nos pietate ista destruere,nõ auaritia. Cùm verò in vsus communes, nõ proprios,ac priuatos,vel in honorem Dei veri conuertũtur,hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus,cùm ex sacrilegis & impiis in veram religionem mutantur. Hoc Deus intelligitur docuisse,cùm de luco alienorum deorũ iusit ligna ad holocaustũadhiberi,& de Hiericho,vt omne aurũ, & argentum, & æramentũ inferretur in thesauros domini. Quapropter etiam illud, quod in Deuteronomio scriptũ est, Non concupisces argentum, vel aurum illorum,nec accipies inde tibi,ne excedas propter illud,quoniam abominatio est Domino Deo tuo, & non conferes execramentum in domum tuam, & eris anathema, sicut & illud est, & offensione offendes, & coinquinatione inquinaberis abominatione illa, quia anathema est:satis apparet, aut ipsos priuatos vsus in talibus esse prohibitos, aut ne sic inde aliquid inferatur in domum vt honoretur,tunc est enim abominatio, & execratio. Hæc sanctus Augustinus in epistola ad Publicolam. *Deutero.7.*

¶ De introitu missæ cum cantu, psalmis,thurificatiõe,Kyrie eleison,Gloria in excelsis,Dominus vobiscũ,cum collecta,Per Christum dominum nostrum.

CAP. XXXI.

SVMMA.

1 *Sacerdotis ad introitum pro missæ celebratione quare resonat omnis chorus in uoce exultationis. &c.*
2 *Institutores rituum missæ,quòd non sint recentes; ostenditur.*
3 *Psalmodiam ecclesiæ unde inceperit Hieronymus docere.*
4 *Incensum ecclesiæ ad altaris ingressum,unde habuerit ortum,& quid denotet.*
5 *Kyrie eleison,quare dicant Latini Græcè & Græci Latinè.*
6 *Trinitatis adoratio per Kyrie eleyson denotatur.*
7 *Gloria in excelsis hymnum cælitus factum quis statuerit dicendum in ecclesia.*
8 *Maria quomodo non uereatur à pastoribus addiscere,contra Witcleff.*

Collecta,

9 *Collecta, quæ eſt communis oratio miſſæ, quare ſic nuncupetur.*

10 *Dominus uobiscum, ſalutatio ad plebem ſecundū morem apoſtolorum.* Et, *Pax uobis, ſecundùm morem Chriſti, unde fuerit deſumpta.*

11 *Oremus, quomodo dicatur in miſſa, & ad quid.*

12 *Per dominum &c. finis orationis.* Et *Per Chriſtū, quomodo præmittantur in fine collectæ, & quare.*

13 *Amen ſæpe in miſſa prolatum, quid ſignificet, & quomodo interpretetur.*



1 Ntroibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. In † voce exultationis & laudis altiſonæ reſonat omnis chorus ad introitum ſacerdotis. Quid mirum? repreſentat toti eccleſiæ introitum Chriſti in orbem: idcirco tunc pſalmi concrepant, thimiamata fragrant, voces in omne melos liquescunt: prout cap. 3. eccleſiaſticæ hierarchiæ ſic orditur miſſam ſacram DIONYSI. Hierarcha quidem, orationem ſacram ſuper diuinū altare perficiens, ex ipſo thurificare incipiens, ad omnem venit ſacri chori ambitum: reſoluens autem rurſus ad diuinum altare, incipit ſacram pſalmorum melodiam, cōcinente ipſi pſalmicam ſacrologiā omni eccleſiaſtica adornatione. Hæc ille. AVTHOR. Vbi in expoſitione LINCOL. Enarrat hic author myſterium, & ſymbola ſacratiſsimæ euchariſtiæ ſecundùm modum, quo tunc fiebant in eccleſiis illius loci. Sequitur. Primò autem procedebat hierarcha ad altare, credo quòd indutus ſacris, & hierarchicis veſtibus, & ornamentis, & ſuper ipſum altare aliquam dixit orationē: & tunc thurificato altari, iuit ad omnem ſacri chori ambitum: credo vt aſtantes in circuitu thurificaret, & rurſus rediens ad altare, illud thurificauit, & ſic incepit aliquam melodiam de pſalmis, concinente cum ipſo multitudine decenter ordinatorum in choro. Hæc ille. AVTHOR. Non omnia vno ritu ſeruabantur olim per omnes eccleſias, nec iam ſeruantur ſecundùm diſpoſitiones magnarum rerum, qualiter apoſtoli, & primi patres ſtatuerūt antiquitùs. His notis aduertamus primò, quòd pſalmorum decantatio non eſt recenter adiecta per ſacros papas, & antiſtites: ſicut nec orationes canonis, aut præfationes, thurificationes, & benedictiones, aut alij ritus miſſæ ſolēnes, prout multi falluntur, qui ſic putant. Vn-

2 de† nec credendum cenſeo quibuſdam legentibus Amalaricum, Waleranum, Innocentiū, aut plures ſcribentes de officiis, quòd Celeſtinus papa. 42. conſtituerat pſalmos canendos ad introitum miſſæ, gradualia, offertoria, & cętera: & quòd Gelaſius. 47. prefatiōes inſtituit: quòd Gregorius magnus orationem dominicam intulit: exinde dicentes, quòd iſti talia induxerunt toti eccleſiæ: quia reuera ante iſtos hæc erant ad miſſas in orbe communes, vt au dietis in poſteris. Nec vbique per cunctas eccleſias inchoabatur miſſa à ſimplici lectura, epiſtola. &c. Aderant præſules: quanquàm cū magna reuerentia ſuſcipiendæ eſſent tales inſtitutiones ad nos per eos miſſæ diuinitùs, ſed in ſuas forſan eccleſias ab aliis antiquam formam habentibus intulerūt. Aut ſic per decretum oportuit ad antiquam formā arctare proteruos, ita vt illud Augu. ſecuti ſint. 11. de ciui. Dei. Neq; ipſi inſtituerūt vt ita eſſet, potiùs inuenerūt. Nā de pſalmis canēdis ad introitū ſacerdotis, hoc probat nō eſſe de inſtitutiōe Celeſtini, quòd Dionyſius apoſtolorum diſcipulos eos commemorat, vbi literam Dionyſij ſic aperit ſanctus THOM. Epiſcopus inchoans euchariſtiæ celebrationem, ſecundùm cōſuetudinem apoſtolorum incipit à thurificatione, veniens de altari ad chorum, & iterum reuertitur ad altare, incipiens decantare pſalmos ſimul cum choro. Hæc ille. AVTHOR. Et in libro. 18. commentarij, ſuper illud Eſaiæ in fine. Quomodo ſi inferant filij Iſraël. HIERONYM. Quomodo ſolebant filij Iſraël dū eorum ſtaret religio, & templi ceremoniæ ſeruarentur, offerentes victimas cum pſalmis in domo domini. Sequitur, quòd vſque hodie offerunt in domo Domini, quæ eſt eccleſia, filij Iſraël, qui mente aſpiciunt Deum, hoſtias ſpirituales cum fructibus atque virtutibus animæ ſuæ in vaſis mundis, hoc eſt, in ſanctis corporibus. De qbus ſcribit Apoſtolus. An ignoratis quia templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis? Et ſumam, inquit, ex eis ſacerdotes, & leuitas dixit Dominus. Hæc ille. AVTHOR. Ab † hiſtoriis Iudæorum

3 inchoat Hieronymus ducere pſalmodiam eccleſiæ, quòd ſicut in libro Paralipomenon legitur, Cunctis pariter & tubis, & voce, cymbalis, & organis, & diuerſi generis muſicis concinentibus, & vocem in ſublime tollentibus, lōgè ſonitus auditur, vt cùm Dominum laudare cœpiſſent, & dicerent: Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius, impleretur domus domini nube, nec poſſent ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter caliginem: maximeq; hoc tempore canerentur pſalmi Dauitici dum ſacrificia celebra

Inſtitutores rituum miſſæ non ſunt recentes.

Digitized by Google

lebrarẽt:ita spirituales Iudæi Christiani secundùm apostolum, vsque hodie offerunt in domo Domini cum psalmorum cantu per medios sacerdotes,& leuitas, quos ex eis Dominus assumit.Et Hieronymus hoc dicens, præcessit tempore Celestinum.Quòd autem thurificat sacerdos,signum hortatoriũ est, vt preces,& laudum vota suauiter effundãtur.Quòd in officium missæ non propter consequentiã tantùm legis antiquæ traxerunt Apostoli,sed quia plus conuenit Christianis sacrificiis. Vnde & specialiter attribuitur angelis noui sacerdotij in ecclesia,quòd habeãt singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramẽtorum, quæ sunt orationes sanctorum: in Apocalypsi Ioãnis,sicut sermone.4.super Apocalyp. docens AVGVSTI.Habentes, inquit, singuli citharas.i.chordas laudum,& phialas aureas. Hæc suntvasa in domo domini,in quibus offerri cõsueuerat, ideo orationes sanctorum bene intelliguntur.Et cantabãt quasi cãticum nouũ, id est,testamentũ nouum, id est, professionẽ suã publicè proferentes.Hęc ille.AVTHOR.

4 Et † ortum habet hoc incẽsum ecclesiæ ad altaris ingressum,quo ad suum signum expressum,ab aromatibus mulierum ad sepulchrum dominicum.Vnde lib.6.super Luc.cap.2.BEDA. Aromata autem,quę mulieres deferunt, odorem virtutum,& orationum,quibus altari appropinquare debemus, suauitatẽ signãt. Vnde Ioannes in Apocalypsi sua, cùm phialas in manu angelorum aureas,id est, mundas in electorũ corde conscientias plenas odoramentorum descripsisset,subiungit exponens, atq; ait,quæ sunt orationes sanctorum.Hæc ille.AVTHOR. Idcirco imminente tempore orationis ecclesiæ,thus offertur in phialis,quibus thimiama offerri cõsueuerat,secundũ Augustinum:& maximè nunc,cùm in exordio missæ professionem suam fideles publicè profitentur secundũ eundem. Vnde & statim canitur litania Kyrie eleison.Et sacerdos confitetur cũ clero pro omni populo.Hoc ipsum ẽm loco moralis obseruantiæ iussit dominus fieri ad oblationem holocausti Leuiti.16.Posita vtraq; manu super caput hirci,confiteatur omnes iniquitates filiorũ Israël,& vniuersa delicta,atq; peccata eorũ.Et in signũ huius moralitatis apud incẽsum altaris per sacerdotẽ ecclesiæ.24.seniores iuxta Apocalyp. Ioannis (quæ tota de statu ecclesiæ prophetizat) suã imperitiam confitentur. Vnde in prologo expositionis Abdiæ,HIERO. Vigintiquatuor seniores habentes in manibus phialas,& citharas,& quatuor animalia plena oculis consurgunt de throno,suam imperitiam cõfitentur, gloriam agno cantant, & virgæ de radice Iesse.Hæc ille.AVTHOR. Pulcherrimo ordine notat,quòd iste chorus sanctorum habens in manibus phialas,id est,thuribula nostra,& citharas laudum,primò de throno suo consurgat:cui respõdet in ecclesia nostra, quòd clerꝰ simul à laude introitus consurgit,deponẽs coronas,& intonans domine miserere. Secundò imperitiam suam cõfitetur,& culpam. Tertiò post hæc gloriam agno cantat,& virgæ de radice Iesse, resonans cum angelis, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vnde libro de institutione clericorũ cap.32.RABANVS. Post introitum sacerdotis ad altare,litaniæ agantur à clero,vt generalis oratio specialem præueniat sacerdotis. Hæc ille.AVTHOR. Hoc cantu tota ab antiquo vsa est ecclesia,quanuis Græci dissimiliter aliquantulum à nobis. De quo in libro de

5 officiis missæ REMIGIVS. Ideo † dicunt, Kyrie eleison,& Latini Græcè, & Græci latinè: quia & illorum quædam græca verba honestiùs quàm latina, & quædã latina honestiꝰ quàm græca sonant,& vt vnũ eiusdem domini populum nos esse ostendamus,vnũq; Deũ vtrũq; populum credere kyrie eleison,id est, domine miserere:Christe eleison,id est, Christe,qui vnctus es non oleo visibili,sed plenitudine diuinitatis,miserere.Hęc ille.AVTHOR. *Kyrie eleison.*

6 Ter † dicimus Kyrie eleyson,id est,domine miserere,ad Deũ patrẽ, vt misericorditer dimittere dignetur suis supplicibus quicquid peccauimus mẽte,vel actione. Tertiò quoq; iterũ ter ad spiritũ sanctũ,simili ratione.Media autẽ vice filiũ inuocamus in germana nobis humanitatis natura,qualiter Psalmista ait, Benedicat nos Deus,id est,pater:Deus noster,id est,filiꝰ: benedicat nos Deꝰ,id est,spiritꝰ sanctus:& metuãt eũ omnes fines terræ.Ibi ait Deus noster, vbi naturã nostrã appellandi in Christo locus accessit.Ideo loco secũdo Christe eleison dicimꝰ variãtes,quãuis Kyrie eleison dicere possemus vt aliis,sed hũciã clerici soli cantãt: inter Græcos autẽ nec canitur Christe eleison:& antiquitus canebaturitẽ à populo.Vnde lib.9.registri, epistola octaua ad Ioannem Syracusanum episcopum GREGO. Kyrie eleison autẽ nos neq; dicimus,neq; diximus sicut à Græcis dicitur:quia in Græcis omnes simul dicũt, apud nos autem à clericis dicitur,à populo respõdetur:& totidẽ vicibus etiã Christe eleison dicitur:qa in Græcis omnes simul dicũt: apud nos autẽ à clericis dicitur, & à populo respondetur, & totidẽ vicibus etiam Christe eleison dicitur: *Trinitatis adoratio.*

dicitur:quod apud Græcos nullo modo dicitur.In quotidianis autem miſsis aliqua, quæ dicit ſolent, tacemus:tantummodo Kyrie eleiſon,& Chriſte eleyſon,dicimus, vt in his deprecatiõis vocibus paulò diutiùs occupemur.

7 Hæc ille. AVTHOR. Iam † reſtat ſacerdoti noſtro vt inſtar. 24. ſeniorum in ſuprema eccleſia,tertium illud perſoluat Hieronymi, videlicet gloriam agno,& virgæ de radice Ieſſæ. Hunc nullus ignorat hymnum cælitùs factũ, angelos ad ortum Chriſti detuliſſe de cælis. Congruè igitur in eiuſdem verbi commemoratione ſolenni tenet principium,quod ad tẽporale principium allatum eſt principij incarnati.Hunc hymnum fertur ſtatuiſſe dicendũ in eccleſia Teleſphorus ſanctus, papa ſeptimꝰ à beato Petro ſecundùm Auguſtinum, ſicut in decretis pontificum,decreti ſui cap.primo. TELESPH. Nocte ſancta natiuitatis domini miſſas celebrẽt,& hymnum angelicum in eis ſolenniter decantent: quoniam in eadem nocte ab angelo paſtoribus eſt nuntiatum, ſicut ipſa veritas teſtatur,dicens: Paſtores erant in regione vigilantes &c.Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sequitur.Ab epiſcopis autem idem angelicus hymnus pro loco & tempore in miſſarum ſolenniis celebrandus eſt,atq; ſolenniter recitãdus.Hæc ille. AVTHOR. Quibuſdam videtur hymnus iſte ſi breuis eſſet tantũ ille verſiculus, quem Lucas ſcribit, non tam celebriter hymnus dicendus, & tanto pondere ſolenniter celebrandus,ſed vel tunc introductus auctus à patribus,velut de officio miſſæ INNOCENTIVS papa. Symmachus papa tam die dominico, quàm natalitiis martyrum Gloria in excelſis Deo ad miſſam cantari:quem hymnum Teleſphorus *.9.à Petro ad miſſam nocturnam natalis domini,quam idem inſtituit, cantari præcepit,& in eo angelorũ verba,quæ conſequuntur,adiecit: quanquàm à pluribus aſſeratur, quòd ea beatus Hilarius Pictauenſis adiecerit.Hæc ille. AVTHOR. Et author Witcleff de officiis Waleranus dicit idem his reſultat hæreticus dicens,ſed qualiter ad hanc inſtitutionem hominis ſine cæleſti authoritate flectemur?Dicatur hæretico,ſi diuinam authoritatem in tanto patre non accipis, ſaltem paſtores rudes, & poſt eos omnem populum ad hanc gloriam perenniter ſuis modulis reſonandam prouocatos intellige, dicẽte angelo: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.Nota,vobis & omni populo.Dicta vobis ſtatim impleuerunt paſtores. Cantico enim alludentes angelico glorificabant,& laudabant Deum in omnibus,quæ audierant ab angelis. Vbi BEDA.capi.ſexto.libro primo expoſitionis Lucæ. Gloriam Deo laudeſq; Dei referunt.Et hoc enim illis facere dictum,& ab angelis,nõ quidem verbo imperantibus,ſed formam ſuæ deuotionis offerentibꝰ,cùm deo in excelſis gloriã in annua exultatione reſonarent.Nam & qui dicit, Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, ad glorificandum vtique dominum,laudandumq; prouocat. Hæc ille. AVTHOR. Attẽde proterue,quòd gloriam Deo laudeſq; referre dictum ſibi ab angelo paſtores cognouêre ſubtiliter,non quidem eius imperio,ſed prouocatione cęleſtis exempli. Cur non omnes nos hoc idem intelligamus vt illi? Cùm non tantùm illis dictum eſt, ſed omni populo.Et qualibus meliùs ſoluimus debitũ, quàm verbis & laudibus angelorum? Subtiliter igitur penſat ſcripturam ſanctus pater Teleſphorus,& debitum noſtrum omnium etiã, qui modò ſumus in facto paſtorum,& nuntio angelorum agnoſcit, & pia conſtitutione cauebat. Quid dedignaris hypocrita? nunquid flecti tanto patri, quem paſtor ſimplex edocuit?Quid tu ergo docere præſumis,qui diſcere dedignaris cum tanto patre,etiam cum Ma-

8 ria?Ipſa † enim didicit à paſtoribus,ſicut euãgeliſta ait. Maria conſeruabat omnia verba hæc. Vbi ca. 2.lib.7.ſuper Lucam. AMBRO. Si Maria à paſtoribus diſcit,cur tu declinas di ſcere à ſacerdotibus? Si Maria ante præcepta apoſtolica tacet,cur tu poſt apoſtolica præcepta magis cupis docere,quàm diſcere? AVTHOR. Dementes homines, qui ſic audire patienter volunt hæreticum, qui nec apoſtolicum patrem, & orbis paſtorem Teleſphorũ audiunt, cùm tamen regina cæli ruralem non dedignatur audire paſtorem. Omnium igitur eccleſiarum debitum ad canendum hũc hymnum accipimus, quia exemplo facti ſui cæleſtes ſpiritus ad hoc omnes populos prouocaſſe monuit ſanctus papa. Vnde & tertia parte ſermonum, ſermone. 16. AVGVSTINVS. Angelorum voce, per quam dominus Ieſus Chriſtus natus virginis partu,paſtoribus nuntiatus eſt,cùm euangelium legeretur, audiuimus, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis.Feſta vox,& gratulatoria,non vni fœminæ,cuius vterus edidit prolem,ſed vni generi, cuius virgo peperit ſaluatorẽ.Sequitur. Dicamus ergo & nos & quãta poſſumus exultatione dicamus, qui non pecorum eius paſtoribus nuntiamus,ſed eius natalitia cũ eius ouibus celebramus. Nos inquam

Gloria in excelſis.

Alibi ſeptimus.

Maria à paſtoribus nõ uoluit diſcere.

Digitized by Google

inquã fideli corde,deuota dicamus voce,Gloria in excelsis Deo,& in terra pax hominibus bonę voluntatis.Et hæc verba diuina,has Dei laudes,hoc angelicum gaudium,quantum valemus consideratione,prospectu, fide,spe, & charitate meditamur. Si enim credimus,speramus, & desideramus,erimus & nos Gloria in excelsis Deo,cùm,resurgente corpore spiritali, rapti fuerimus in nubibus obuiam Christo in aëra:si modò dũ in terra sumus,eũ bona voluntate sectemur.Hæc ille. AVTHOR. Et in cõmentario Esaiæ libro.13.super textum,Laudate cæli,exultate terra,iubilate mõtes laudẽ, quia cõsolatus est dominus populũ suũ. HIERONY. Præcipitur cælo & terræ,vel his virtutibus,quæ in cælo morantur,& terra,vt angelis,& hominibus vt Dei concinãt laudẽ, & qui in excelso virtutũ positi sunt,mentis lætitiam iubilo,& exultatione testentur.Hæc ille. AVTHOR. Quo facto ad orationem proce-
9 ditur sacerdotis, quæ † Collecta dicitur:eo ꝙ
Collecta. ad eã colligitur populus,quasi ad canonis initium in corpore Christi:& secundũ Dionysiũ ad mysterium synaxeos,id est,communionis, seu congregationis. Et sequitur apud DIONYSI. Hierarcha quidem super diuinum altare orationem sacram perficiẽs,ex ipso thuri ficare incipit. AVTHOR. Vbi in expositione LINCO. Prius † autem ad initium collectæ salutat plebem sacerdos,dicẽs, Pax vobis, secundũ morem Christi:aut secundũ morem
10 apostolorũ,Dominus vobiscũ, & Pax vobis
Dominus uobiscum. vicissim.De quo REMIGIVS. Hic salutationis sermo,non humano arbitrio compositus, sed ex diuinæ authoritate scripturæ probatur sumptus:vbi frequẽter & singulariter, & pluraliter legitur positus.Singulariter,sicut ait angelus ad beatam virginẽ Mariã, Dominus tecũ.Et ad Gedeonẽ similiter angelus salutãdo, Dominus tecum virorũ fortissime.Pluraliter, Ruth.2.legitur Booz dixisse messoribus suis, Dominus vobiscũ.Et sic in Paralipo.propheta à Deo missus legitur salutasse Azã regẽ Iudæ cũ exercitu suo, cũ victor reuerteretur de prælio,Dominus vobiscũ,quia fuisti cũ domino. Ecclesia ergo salubri salutatione sacerdotis accepta,& ipsa resalutãdo orat,& orãdo resalutat,postulans,vt sicut orauit Dominũ esse cũ eis,ita sit & cũ ipso,dicẽs, Et cũ spiritu tuo, id est,cũ anima tua,vt dignè pro nostra salute eũ exores.Et infrà.Sed & illa salutatio episcopalis,qua dicitur,Pax tibi,siue Pax vobis,similiter no humano sensu est inuenta,sed de scripturæ sacræ authoritate reperta est. Similiter angelus Danieli,Pax tibi,& esto robustus. Et in euangelio penè semper legitur ita dominus apostolos salutasse, dicendo, Pax vobis. Et eisdem apostolis eandem salutationis formam commendauit dicens: In quancunque domum, aut ciuitatem intraueritis, salutate dicentes: Pax huic domui. Meritò ergo & apostolorum successores, id est, ecclesiarum præsules, hac salutatione vtuntur, domum Dei salutantes: vbi oportet omnes esse filios pacis,vt sit pax Domini super eos requiescẽs, & iis salutantibus & salutatis possit esse fructuosa. Hæc ille. AVTHOR. Hunc salutationis & resalutationis ordinem apostolicum non deerant qui turbarent hæretici: contra quos prouidit ecclesia, ne in modico Priscilliani subsisterent. Vnde in BRACARENSI concilio capit.3.Item placuit,vt non aliter presbyteri & aliter episcopi salutarent populum, sed vno modo salutent dicentes,Dominus vobiscum sit, sicut in lib.legitur. Et vt respondeatur à populo: Et cum spiritu tuo. Sicut & ab ipsis Apostolis traditũ omnis retinet oriens, & non sicut Priscillia na prauitas permutauit. Hęc ibi.AVTHOR. Bene notat concilium resalutationem illam sicut & salutationem ab Apostolis acceptam: qua item & à senioribus accepta vsus est Paulus ad Timotheum scribens episcopum, in fine.2.epistolæ.ac dicẽs, Dominus Iesus Christus sit cum spiritu tuo. Quo dicto,statim deuotissimus sacerdos seipsum vnà cum popu-
11 lo colligit ad orandum, Oremus † inquiens. Oremus.
Quo in loco quãdoque per diaconum admonendus est populus flectere genua,& aures ad orandũ erigere vniformes. Vnde de laude cãticorũ in ecclesia AVGV. Ideo enim diaconis clara voce in modũ sancti præconij admonet cunctos,vt siue in orando,siue in flectẽdis genibus,siue in psallendo,siue in lectionibus sollicitè audiendis vnitas seruetur ab omnibus, quia vnanimes homines Deus diligit,& in sua domo eos efficit habitare.Hæc ille.AVTHOR. Dehinc prosequitur sacerdos, & subiungit orationem communẽ,vt res ecclesiæ exigit,aut instans festiuitas, aut contra procellosos schismaticos, & hæreticos, vt eos in pacem fidei suæ Deus conuertat propitius, aut vt fideles suos faciat perseuerare constanter: sine cuiusmodi precibus ab initio nõ fuit ecclesia,prout magnificè recolit de bono perseuerantiæ versus finem AVGVSTINVS. Atque vtinam tardi cordis,& infirmi, qui nõ possunt,vel nõ dum possunt scripturas, & earũ expositiones intelligere,sic audirẽt, vel non audirẽt in hac quæstiõe disputatiões nostras,vt magis intuerentur

rentur orationes ſuas,quas ſemper habuit, & habebit eccleſia pro infidelibus, atque inimicis eius,vt crederent quando fidelis quiſquam ad amicum & proximum coniungere habuit infidelem, & non ei petunt à Domino mentē obedientem in Chriſtiana fide. Quis autem ſibi vnquam non orauit vt in domino permaneret? Aut quis ſacerdotem ſuper fideles dominum inuocantem, ſi quando dicit, Da illis domine in te perſeuerare vſq; in finem,nō ſolùm voce auſus,ſed ſaltem cogitatione reprehendere:& non potiùs ſuper talem eius benedictionem,& corde credente,& ore confitente reſpondet,Amē? Hæc ille. AVTHOR. Ducit in medio illam collectam,Da nobis quæſumus domine perſeuerantem in tua voluntate famulatum:concludens populum reſpon-
12 dentem, Amen:præmittitur † tamen in fine
Per dominū collectæ,Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. At ſuper verſum Pſal. 107. Oratio eius fiat in peccatum. AVGVSTI. Quoniam nō eſt iuſta oratio niſi per Chriſtum,quem vendidit Iudas, ſcilicet immanitate peccati: oratio autē,quę non eſt per Chriſtum,non ſolū non poteſt delere peccatum, ſed etiam ipſa fit in peccatum. Hæc ille. AVTHOR. Ordo igitur orationis eccleſiaſticæ eſt eam primò dirigere ad patrem,impetrare per Chriſtū, includere in ſpiritu ſancto,ſcilicet,quia Apoſtolus ait:Ex quo omnia,pro patre:per quem omnia pro filio:in quo omnia,pro ſpiritu ſancto. Vnde libro de amore Dei capi. 19. BERNARDVS. Ideo quia in omnibus orationibus noſtris ſubiicimus,Per Chriſtum dominum noſtrum:vel quia omnes orationes noſtras, & ſacrificia ad Deum patrem dirigimus per eum, ſicut per mediatorem noſtrum,vel quia quicquid ſperamus à patre luminum, omne datū optimum,& omne donum perfectum,nō per aurem,non per nares, ſed per ipſum petimus infundi os noſtrum,& guſtum noſtrum, & ſapientiam noſtram,vt ſumenti poſsit eſſe proficuum. Hæc ille. AVTHOR. Hoc igitur omni orationi eccleſiaſticæ, quæ ſuper populū fit per ſacerdotem, appenſo, rectè confirmat populus voti ſui oſtenſione orationē factam
Amen. dicēs,Amē,ſubmiſſē Amen vice populi clerus aſtās. Vnde REMIGIVS. Ideo in omnibus collectis interponitur,Per dominū, vt omne quod datur à patre,intelligamus, quòd per fi-
13 lium eius accipimus. Amen † Confirmatio eſt & orationis à populo. Interpretatur enim verè ita,ſiue fideliter credimus,ſicut dicis. Hęc ille. AVTHOR. Commemorat hoc reſpōſum eccleſiæ ad orationem ſacerdotis Apoſtolus primæ Corinth. 14. Si benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locum idiotæ? Quomodo dicit Amen, ſuper tuam benedictionem? Fuit ergo oratio talis benedicendi in eccleſia tempore apoſtoli,cui reſpondere ſolebat, non tantùm clerus,ſed omnis populus,Amen. In annotatiōib⁹ ibi HIERONYMVS. Quis ſupplet locum idiotæ,laicū qui ſignificat,qui nullo gradu eccleſiaſtico fungit. Hæc ille. AVTHOR. Et ibi in expoſitione AMBRO. Imperitus neſcit finem orationis,nō reſpōdet, Amen. i. verū ſit,vt firmetur benedictio: per hoc enim impletur confirmatio precis,quum reſponderit,Amen:vt omnia dicta rei teſtimonio in audientium mentibus confirmentur. Hæc ille. AVTHOR. Maximè tamē poſt communionē ſacram, quaſi in cōmunionē totius myſterij corporis & ſanguinis Domini hac reſponſione vſa eſt eccleſia antiquorū, ſicut in reſpōſione ad quæſtionē Oroſij. 49. AVGVSTI. Sanguis Abel ſignificat ſanguinem Chriſti: quo accepto, vniuerſa eccleſia dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat vniuerſa eccleſia dū potatur ſanguine Chriſti,& dicit, Amē, tu ipſe ſi potes conſidera. Hæc ille.

¶ De lectione, epiſtola, Halleluia, & quòd euangelium ſtando audiatur. De ſymbolo, offertorio, de præparatione calicis, & de miſcendo aquam cum vino.

CAP. XXXII.

SVMMA.

1 *Introitus miſſæ. Et quomodo in eo totus populus unà cum clero gaudet in Domino. &c.*

2 *Lectio in miſſa. Et quomodo ſit duplex, uel legis, uel apoſtolica. Et ſi ambæ concurrant, quæ earum antecedat.*

3 *Reſponſorium, quod Graduale uocant, quomodo ſequatur poſt lectionem.*

4 *Halleluia, quomodo Tempore Paſchali cantatur per totam eccleſiam ab antiquo. Et quis introduxerit in Romanam eccleſiam.*

5 *Euangelium quomodo ſtando debeat audiri à plebe ex decreto Athanaſij.*

6 *Symbolum quomodo in miſſa ſequatur poſt euangelium. Et quòd eccleſia nunc utitur Symbolo Nicæno, antea uerò utebatur apoſtolico. Et quid de eo dicat Iſidorus.*

7 *Offertorium, & offerenda in eccleſia. Et de cantu pſalmo-*

Digitized by Google

psalmorum tempore quo fiebat.

8 *Ordines quomodo fuerint multi in primitiua ecclesia, contra Witcleff.*

9 *Aquæ & uini commistio in calice notatur, & quæ sit huius admistionis ratio.*

10 *Aquarij hæretici unde dicti.*

11 *Christi in consecratione, quare tacitum sit de aqua.*

12 *Aqua cur calici admisceatur.*

13 *Corpus & sanguis Christi quòd sint uerè in Eucharistia.*

14 *Magister Petrus notatur.*

Introitus. 1 HVcúsque venit tractatus de officio introitus † secundùm scriptores de officio misse, in quo totus populus vnà cum clero gaudet in domino super ingressu sacerdotis vice Christi ad tantum celebrandum mysterium, & pro necessitatibus suis orationis ingressum prætentat. Iam vacat auditui sacræ lectionis, & recordationis interciſæ, vt ex his doceatur plebs qualiter se aptare possit futuris mysteriis. Procedit † igitur lector, vel legis, vel apo- 2 *Lectio.* stolicæ lectionis, quarum si ambæ concurrāt, legis lectio antecedit: non propter eius honorem, sed quia præcursor est nouæ legis, sicut & apostolica lectio præcedit euāgelium, quia Dominus misit illos binos ante faciem suam in omnem locum, quò ipse erat venturus. Sic enim legitur Actuum. 13. quòd Paulus, & Barnabas Antiochię synagogam ingressi sederūt. Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt ad eos principes synagogæ dicētes, Viri fratres, si quis est sermo in vobis exhortationis ad plebē dicite. Surgens autē Paulus, & manu silentiū indicens, ait, Viri fratres &c. vbi in expositione Actuū apostolorum RABANVS. Synagogæ non tam ædificatio cōuenit, quia multitudini, vt apud nos ecclesiæ die sabbatorum: quia consuetudinis erat conuenire, & legere in modum dominicæ diei apud ecclesias. Sequitur. Si quis est sermo exhortationis, non prædicationis. Et infrà. Surgens iuxta consuetudinem legētium propter multitudinē audientiū. Hæc ille. AVTHOR. Legentis ergo functus est officio Paulus, non prædicantis: hac ratione adhuc vtitur ecclesia lectione legis antiquę, aut loco eius interdum lectione apostoli, vel item lectione apostoli post lectionē legis, si vtraq; requiratur: quod & in temporibus apostolorum incœpit, vt ex illo patet ad Colossenses vltimo. Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesiam. Et cùm lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur, & eam, quæ Laodicensiū est, vos legatis. Vtraq; ergo lectio fuit hoc tempore apostolorum ecclesię consueta. Vnde. ca. 3. ecclesiasticę hierarchiæ DIONY. Deinceps igitur per ministros hagiographorum librorum lectio consequenter fit. THO. Pòst ministri legunt lectiōes de scripturis sanctis. LINCO. His peractis, legebāt ministri in auribus deuoti populi sacras lectiones de hagiographis literis & libris. i. de veteri, & de no- 3 uo testamento. Hæc ille. AVTHOR. Qua † lectione peracta, sequitur responsoriū, quod vocāt graduale, eo q̄ ad gradū canitur. Est autem respōsoriū, quia recitando aliquem psalmum auditores sic lectioni respondeāt, vt dicit ALMARICVS. Ruminantes enim quod lectū est, recordātur, & recordādo dulciter correspō- 4 dent. At † in pascha repētè prorūpunt in laudem Dei, & concinūt halleluia, quod per totā cantatur ecclesiam ab antiquo. In Romanā autē ecclesiā halleluia Damasus papa ab Hierosolymis per Hieronymū introduxit lib. 9. regi stri epistola. 8. GREGO. Nā vt halleluia hic diceretur, de Hierosolymorū ecclesia ex beati Hieronymi traditione tēpore præcedente Damasi traditur tractū. Hęc ille. AVT. Bene dixit vt halleluia hic diceretur: longo. n. tēpore præcedēte Hieronymum habuit ecclesia per orbē vsum cantandi per ecclesias halleluia, velut su per psalmum. 106. in titulo. AVGV. Est enim halleluia & bis halleluia, quod nobis cantare certo tempore solēnis moris est secundū antiquā ecclesiæ traditionē: neq; enim hoc sine sacramēto certis diebus cantamus halleluia. Certis quidem diebus cantamus, sed omnibus cogitamus. Si enim hoc verbo significatur laus Dei, semper sit in corde, & si non in ore meo. Hæc ille. AVTH. Dū ergo tūc fuit antiqua cōsuetudo psallere halleluia per ecclesias, quādo fuit Augustinus conuicinus & ferme æqualis Hieronymo, patet diu ante Hieronymū hanc cōsuetudinem cantici vsurpatam. Qualiter autē tempore paschæ hic cantus halleluia sit creberrimus, declarare possunt tractantes officia: Tractat itē Augustinus in sermōe de pascha. Quare autē in ieiunio quadragesimę nō canitur & aliâs, quod intēdebat Augustinus suprà dicēs, & si non ore canis, nō deerūt qui exponāt, mihi morari nō licet. Sic autem edocti per propheticas, & apostolicas lectiones, & exhilarati pauliſper cælica melodia, magno prouocāte ministro sacrosanctam audiemus euangelicam lectionē, hoc erat quod Dionysius pluraliter

Responsoriū gradualе.

Halleluia.

Digitized by Google

raliter loquebatur, dicens, Per ministros hagiographorum librorum, id est, noui & veteris testamenti lectiones dicendas. Euangelia † 5
Euangeliũ, stando audiuntur. etiam stando audiuntur à plebe ex decreto Athanasij papæ capit. 1. ATHANASIVS. Significastis enim quosdam sacerdotes in ecclesia dum euangelia leguntur, sedere, & domini Saluatoris verba non stantes, sed sedentes audire, & hoc illi ex maiorum traditione se accepisse narrant: quod vt nullatenus deinceps fieri sinatis, apostolica authoritate mãdamus: sed dum sancta euangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu euangelij stantes, dominica verba intentè audiant, & feliciter adorent. Hæc ille. AVTHOR. Quo sonora & clara voce perlecto, quisquis quod dictũ est, clamet Credo, & iungatur Christo per fidem, vbi per antiquam ecclesiam exponebant sacerdotes populo fideli, & appetentibus symbolum fidei. vbi in epistola de tradenda basilica contra Auxentium, secunda, quæ est. 33. AMBRO. Sequenti autem die erat dominica, etiam post lectionem, atque tractatum dimissis catechumenis symbolum aliquibus competẽtibus *in* baptisteriis tradebam basilicæ. Hæc ille. AVT. 6
Symbolum. Idcirco † in eodem etiam loco citra tempus Niceni concilij cantatur Nicenum symbolũ. Antea verò symbolum cantabatur apostolicum, scribente eo. capitulo. 3. DIONYSIVS. Præconfessa ab omni plenitudine vniuersalis ecclesiæ hymnologia. THOMAS. Decantato prius symbolo catholico à cuncta ecclesia. LINCO. Plenitudine tunc præsentium in ecclesia confitente & psallente hymnum fidei catholicæ. Hæc ille. AVTHOR. Idcirco clam dicitur symbolum apostolorum, & silenter, quia fidem in tempore persecutionis primæuæ ecclesiæ suffecit priuatim fidelibus aperire, clamosissima tum Arianorum hæresi debacchante: pacis autem conuenit tempore, vt hoc plenissimum symbolum rectę fidei cuncti clamarent. lib. primo de officiis, ca. 17. ISIDORVS. Symbolum tempore sacrificij à populo prædicatur: trecentorum. 18. sanctorum patrum collatione apud synodum Nicenam editum, cuius veræ fidei regula tantis doctrinarum mysteriis præcellit, vt de omni parte fidei loquatur: nullaque penè fit hæresis, cui per singula verba, vel sententias non respondeat: omnes enim errores impietatum, perfidiæ, & blasphemias calcat: & ob hoc in vniuersis ecclesiis pari confessiõe à populo proclamatur. Hæc ille. AVTH. 7
Offertorũ Hoc † facto offerãt munera sua fideles ad Dominum, quibus & laudare eum in solenni mysterio ac ministerio, & placare eum valeãt pro commissis. Medio tempore cãtatur psalmus, ne quid desit deuotioni fidelium, quòd is nõ sinebatur adesse oblationibus Iudæorum. Vnde Paral. Cõstituit quoq; leuitas in domo domini cum cymbalis, & psalteriis, & citharis secundũ dispositionem Dauid. Sequitur. Cũq; offerrentur holocausta, cœperunt laudes canere Domino, & clangere tubis, atq; in diuersis organis, quæ Dauid rex repererat, concrepare. De quo REMIGIVS. Sequitur Offerẽ
Offerenda. da, quæ de hoc nomen accepit, quòd tunc populus munera sua offert. Sequitur. Suscepit interim sacerdos à populo oblata, vt ipse, qui est inter Deum & populum mediator, preces eorũ, & vota offerat. Hæc ille. AVTHOR. Hæc quidẽ in figura oblationis huius ecclesiæ exercebantur in illis, vt impleretur in nobis, prout exponit ad literam Esaiam prophetam. 20. de ciuit. Dei capit. 18. AVGVSTI. Comparauit autem illos dominus tanquàm per similitudinem filiis Israël offerentibus ei suas hostias cum psalmis in domo eius, quod vbique iam facit ecclesia. Hæc ille. AVTHOR. Quantam autem necessitatem habet ecclesia implere ea quæ scripta sunt in prophetis, & psalmis, nemo ignorare potest, qui audit dicentem Christum, Oportet impleri omnia quæ dicta sunt in prophetis & psalmis de me. Et erat locus ecclesię primitiuæ, quo diaconus cum sub diacono præpararent panem & calicem in oblationem sacramẽti futuri. Cæteri minores cereos accenderent, aut aptarent thuribula. Eodem capit. 3. DIONYSIVS. Ministrorũ autem hi quidem stant iuxta templi portas clausas, hi autẽ aliud quid horũ, quæ proprij sunt ordinis, operãtur. Hi verò ministratoria adornatione præelecti cũ sacerdotibus super diuinũ altare apponũt sacrum panem, & bene dictionis calicẽ. LINCO. Ministri ecclesiæ, vt pote diaconi, & subdiaconi, & si qui erant in minoribus ordinibus constituti, diuidebantur ad certa & diuersa sacra mysteria: quidam custodiebãt introitus templi, ne extrà facti, ad diuinorũ inspectionem & communionem accederẽt: alij autẽ aliud qd agebant, secũdũ q̃ proprio ordini cõgruebat, vt fortè vel luminaria disponentes, vel aquam, vel vinũ ad sacri calicis præparationẽ subministrãtes. Hęc ille. AV 8
Ordines multi. THOR. Attẽdat † hoc Witcleff, plures ordines in ecclesia primitiua, quàm sacerdotij, & diaconatus, cũ, si bene videatur, habet hic ostiarios ad valuas, ceroferarios, acolytos, subdiaconos ad alta-

Digitized by Google

9 ad altare cum lectoribus. Attendat † item hāc
Aquæ admistio. calicis præparationē cum vino & aqua, cuius rationem exponit, nō autē inuenit, & libro. 5. de sacramēto. AMBRO. Diximus ergo, quòd in altari constituantur calix & panis, in calicē mittitur vinū, & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dicis, Quomodo ergo Melchisedech panem & vinum obtulit? quid sibi vult admistio aquæ? Rationem accipe, primò omniū figura, quæ ante præcesit tempore Moysi, quid habet? Quia cùm sitiret populus Iudæorū, & murmuraret, q̄ aquam inuenire no posset, iusit Deus Moysi, vt tangeret petram virga, quæ guttam maximam fudit. Sicut apostolus ait, Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus. Nō immobilis petra, quæ populū sequebatur, & tu bibe, vt te Christus sequatur. Vide mysteriū. Moyses, hoc est propheta, virga, hoc est verbum Dei. Ergo sacerdos tangit calicē, & redūdat aqua in calice, salit in vitā æternā, & bibit populus Dei, qui Dei gratiā consecutus est. Didicisti ergo hæc, accipe & aliud. In tēpore dominicæ passionis cū sabbatū magnū instaret, quia viuebat Dominus noster Iesus Christus, vel latrones missi sunt, qui percuterēt eos: venientes inuenerūt defunctū Dominū nostrū Iesum Christū, tūc vnus de militibus tetigit latus eius lācea, & de latere ei⁹ aqua fluxit, & sanguis. Aqua vt emū daret, sanguis vt redimeret. Quare de latere? qa vnde culpa, inde gratia. Culpa per fœminā, gratia per Iesum Christū dominum. Hæc ille. AVTHOR. Hic tāgit Ambrosius rōnem primordialē huius admistionis, quia ab illo fluxu de latere Christi aquæ & sanguinis deriuatur ei⁹ authoritas: vnde post cœnā, nō ad cœnam illā nec prius mistum esse dicatur, sicut libro de definitionibus rectæ fidei, ca. 42. AVG. In eucharistia nō debet aqua pura offerri, vt quidā causa sobrietatis falluntur, sed vinum cū aqua mistū: quia & vinū fuit in nostræ redemptionis mysterio, cū dicit, Nō bibā amodo de hoc genimine vitis, hoc est aqua mistū, non quod post cœnā dabatur, sed de latere eius, quod lācea perfossum est, aqua cū sanguine egressa, vinū de vera carnis eius vite cū aqua expressum
10 ostendit. Hæc ille. AVTHOR. Hic † primò notat aquarios hæreticos, qui sobrietatis causa decreuerūt sola aqua vtendū esse, vt recitat
Aquarij. libro hæresum hæresi. 67. GVIDO. Aquarij ex hoc vocati sunt, q̄ aquā offerunt in vasculo sacramēti, & nō illud, quod omnia ecclesia. Hæc ille. AVTHOR. Nec prætermitti posſūt magister Petrus cū cœtu cōcomitante scholasticorū doctorū, dicentiū facilè credendum, q̄ Saluator noster postquàm cœnauit dicēs, Hic calix &c. vinū propinauerit mistum aqua. Augustinus enim palàm dicit, nō tunc instituisse Christū vinum mistū, nec ab illo loco ecclesiæ forma cœpit originē, sed à fluxu sanguinis & aquæ de perfosso latere Christi, sicut suprà dicit Ambrosius. Et aqua mistum, inquit Augustinus, non quod post cœnā dabatur, sed de latere eius. Et conformiter Augustino in expositiōe perfecta super Matthæū homilia. 83. ait CHRYSOST. Demū postquàm tradidit calicē, ait, Non bibā de genimine vitis huius vsq; in illū diē, cùm id bibam in regno patris mei: quia enim de passione & cruce sua loquutus est, & eum, qui de resurrectiōe est, inducit sermonem, regnum in medium rememorans, est aliquanto pòst. Non itaq; quia opus ei erat, post resurrectionem comedit, & bibit. Neque enim op⁹ habebat de reliquo corpus eius, sed propter resurrectionis certitudinem. Et cuius gratia non aquam bibit resuscitatus, sed vinū, vt aliam hæresim pernicioſam euelleret: quia assunt quidam in mysteriis aqua vtentes, monstrans quoniam & cum mysteria tradidit, vinū tradidit, & cùm resuscitatus sub mysteriis nudam mensam apposuit, vino vsus est. AVTHOR. Ex genimine ait vineæ. Vinea autē vinum, non aquam generat. Quàm subtiliter & ex hac litera textus deducit iste sanct⁹ Christum consecrasse mysteriis eucharistiam tam ante, quàm post resurrectionem. Sicut ante resurrectionem non vtebatur aqua, sic nec pòst, sed vino puro. Non bibam, inquit, de hoc genimine vitis. Non tantùm nón vtebatur tunc aqua sola, sed nec mista: quia vinea, inquit, vinum, non aquam generat. Vnde & aquarios ex verbis textus euulsit, in quibus de aqua nihil dicitur, sed de vino solo, de genimine vitis. Hoc igitur loco ratio excluſa est dicentis: ideo tacitam esse aquam in scriptura de sancta cœna, ne videret esse necessaria ad sub- *Non omnia tacita omittēda, aut crē denda.*
stantiā liquidi sacramenti. Quasi ideo virginitas beatæ Mariæ post partum sit intacta scripturis: & tres personæ in vnitate essentiæ, ne de substantia fidei crederentur. Reuera maiorem necessitatem traheret ex facto primo Saluatoris, quàm ex attestatione scriptoris. No-
11 bis † ergo potest videri, sicut videbatur Chrysostomo, & beato Augustino, ideo tacitum esse de aqua in consecratione Christi, quia ea vsus non est, sed vino mero: à calice tamen illo dominico etiam præsens calix dominicus formam sumit secundùm essentiam calicis, à latere autem eius formam habuit admistionis: velut ad hoc scribit super Marcum in hunc locū

Digitized by Google

HIERO. Accepit Ieſus panem, benedixit, & fregit, tradens, ac figurans corpus ſuum in pane, quod eſt eccleſia præſens, quæ accipitur in fide, benedicitur in numero, frangitur in paſſionibus, datur in exemplis, ſumitur in doctrinis, formans ſanguinem ſuum in calice vino & aqua miſtum, vt altero purgemur à culpis, altero redimamur à pœnis. Hæc ille. AVTH. Bene notat formans ſanguinem ſuum in calice vino & aqua miſtum, ſiue intelligatur Chriſtus formans, ſiue eccleſia, ne diceretur alius calix noſter admiſtus à calice Chriſti mero: ſed miſtio nō facit alietatem rei, ſed ſigni, eo quòd non facit vel adimit ſubſtantiam ſacramenti. Ipſe ergo formauit calicem noſtrum miſtum in nocte cœnæ, ſed admiſtionem eius in cruce. Vnde & baptiſmum noſtrum præceſiſſe poculum noſtrū probat libro ſuper Lucā ca. 9. AMBRO. Quæro etiā, cur ante mortē nō inueniamus eſſe percuſſum, poſt mortē inueniamus? Niſi fortè vt volūtarius magis quàm neceſſarius exitus eius fuiſſe doceatur, & ordinem myſticum nouerimus, quia non ante altaris ſacramēta quàm baptiſmū, ſed baptiſmū ante, & ſic poculū. Hęc ille. AVTHOR. Baptiſmū ante, quia ante mors, quàm apertio lateris. Et apoſtolus dicit, Quicūq; in Chriſto baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus: prius ergo baptiſm⁹ noſter in morte, quàm calix noſter de latere. Et ſuper Ioannem homilia. 85. CHRYS. Exiuit enim ſanguis & aqua. Non ſimpliciter enim, neque vt cōtingebat hi prouenēre fontes, ſed quia ex vtriſque his eccleſia conſtituta eſt, vt nouerūt, qui myſteria Chriſtiana edocti ſunt. Per aquā quidem regenerati, per ſanguinē verò & carnē nutriti: principiū illic ſuſcipiūt myſteria, vt cùm acceſſeris horribili calici, vt ab ipſa bibens coſta ita accedas. Hæc ille. AVTHOR. Quaſi dicat, quia ſic eundē ſanguinem cū aqua bibiturus accedis, & principium illic ſuſcipiūt myſteria, ſupple admiſtionis. Et de inſtitutione clericorum ca. 33. AVG. Vinū & aqua in calice, mōſtrant ſacramēta, quæ de latere domini in cruce fluxerunt, quibus nos potati ſumus. Hæc ille. AVTHOR. His patrū dictis ſuccedit ratio, qa omnibus eſt ſanctis decretū, qꝑ à lateris vulnere originē habet miſtio calicis, & ad ſanctam cœnam non recurrunt pro eius ſcienda origine. Multò magis enim ad cœnā pro ea recurrerent, ſi Chriſtus in ea miſcuiſſet, vt ibi ſumāt initiū, vbi totum ſumitur ſacramentum. Patet ergo, qꝑ Chriſtus tūc non habuit aquæ vſum. Vnde forma decretalis eccleſiæ de celebratione miſſarum capi. In quadam noſtra. INNOCENTIVS Papa tertius. Neque hoc poſſet argumento probari, quòd in ſacramento Euchariſtiæ admiſcenda ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed phlegma cum ſanguine profluxiſſet. Hæc ille. AVTHOR. Hoc † enim, quod patres aſſerūt, decretalis affirmat, quòd non eſſet aqua calici immiſcenda, ſi non pura aqua fluxiſſet à latere Chriſti. Et in eodē loco ſecundùm Thomam THEOPHILVS. Erubeſcant ergo, qui vinum in ſacris non limphāt myſteriis. Videntur enim credere, quòd aqua de latere Chriſti non effluxit. Et ſuper hunc locum Ioannis ſermone. 119. AVGV. Ille ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum: aqua illa ſalutare temperat poculum. Hæc & lauacrum præſtat, & potum. Hæc ille. AVTHOR. Videtis, quòd aqua illa de latere ſalutare temperat poculum, quæ ſimul potum præſtat, & lauacrum. Cur non magis aqua temperans poculum Chriſti? Vnde formoſa illa ſcientia decretalis hanc partem primùm aptè corroborat, dicens, nullo argumento poſſe probari aquam admiſcendam in calice, niſi pura fluxiſſet à latere. Certum autem eſt, quòd argumento multò potiori poſſet admiſtio aquæ probari admiſtione Chriſti, ſi feciſſet: igitur ęquè certum, quòd Chriſtus nō miſcuit. Sed certa ratione primò puto miſcuiſſe Apoſtolos, à quibus primò deſluxit de miſcendo ſtatutum: velut aſſerit libro de corpore & ſanguine Domini, capi. 28. RABANVS. Et cum omni identitate ſermonis PASCHASIVS. Planè aqua in ſanguine miſceatur. Quare miſceatur, dum in natalitio calicis factum fuiſſe nō legimus? Illa maximè cauſa eſt, quia de latere Chriſti, vbi paſsio impletur, ſanguis pariter cū aqua manauit. Quod certè myſterium apoſtoli plenè intelligentes, faciendum in calice cenſuerunt, vt nihil deeſſet nobis in hoc ſacramento ad commemorationem paſsionis, quod tunc extitit in cruce ad conſummationem noſtræ redemptionis. Nā poſtquàm emiſit ſpiritū, veniens vnus militum, accepit lāceam, & aperuit latus eius. Vnde quaſi de vno fonte manauit ſanguis & aqua. Et hic eſt verus calix, quia veraciter pro ſalute noſtra non minus ſanguinem pretij, quàm vndam baptiſmi fudit: & quod de carne fluxit, hoc modo credentes in calice bibunt. Hæc ille. AVTHOR. Et hi patres verbo cocordi cū eccleſia Chriſti, & patribus confirmāt, in natalitio calicis. ſ. in prima eius inſtitutione, à Chriſto miſtionem aquæ nō factā, ſed à confluxu ſacratorum humorum de latere apoſtolos eius fundaſſe originem. Quorū inſtitu-

Aquæ permiſtio.

12

† Aqua cur admiſcea.

stitutionem solennem continuare curauit di cto duodecimus ab eis papa cap.4.sui decreti venerandus ALEXANDER. In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missa rum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est: vt cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur: ita vt repulsis opionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua mistum in sacrificio offeratur: Non enim debet, vt à pluribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice domini, aut vinū, aut aqua sola offerri, sed vtrumq; permistum, quia vtrū que ex latere eius in ipsius passione profluxisse legitur. Hæc ille. AVTHOR. Hæc ex libro decretorum pontificum excepi. Vbi notandū censeo, quòd iste antiquus pater animose confirmat modum nostrum loquendi modernū, quòd † in missa conficimus corpus & sanguinem Christi Iesu, non nudas eorum figuras, vt Witcleff desipuit. Post hoc mistionem aliquorum decernit in calice, quam ipse nō instituit, sed à patribus accepit, inquit, Et ratio docet, quia ex eius latere sic legitur profluxisse. Hi patres erāt apostoli, qui de fluxu vtriusq; è latere Christi ipsam institutionem acceperunt: simul vt scripturæ veteris ritus sacrificium sequerentur, quo aqua mistum vinum Domino solebat offerri, aqua sola sacrificari nō debuit. Scriptura tamē dicit, qualiter Dauid sacrificauit aquam Domino periculo requisitam, primo Paral. 11. vbi in Hebraicis quæstionibus HIERO. Sacrauit eam Domino gratias agēs, quòd tam fortes viros in Israël dederit. Et notandū, quòd vinum, quod in sacrificio offerebatur, aqua mistū erat. Hæc ille. AVTHOR. Igitur congruè & hoc nos facimus, simul veritatem in sua recolentes figura, vt denotemus hanc esse huius rei figuram, quam Christus sacrificando monstrauit, & quam simili forma modò representat ecclesia: omnia enim in figura contingebant illis. Et in tropologiam confusionis hæreticæ de naturis in Christo in libro de fide ad Gratianum circa mediū. AMBRO. Verùm Ariani velut Iudaici caupones miscent aquam cum vino: quia diuinā generationē humanamque confundunt, ad deitatem referētes, quod de carne sit dictū. Hęc ille. AVTHOR. Ita hoc dicens, notat Iudæos de more vinum & aquam confundere. Nusquā igitur dicitur, q ideo facit ecclesia, quia sic fecit Christus in persona sua in cœna. Magister † autē Petrus cū vniuersis disputantibus quātuncū que excellant ingenio, necesse habent, vt tantæ authoritatis moli succumbant. Et congruē tiùs exponēdum puto CYPRIANVM, cui soli innituntur, de consecratione distinct. 2. Scriptura dicit, vbi concludit, vt calicem dominicum, quem dominus obtulit, aqua mistū offeramus: calicem dominicum nostrum in quo celebramus accipere. Accipiens hūc præclarum calicem dicit Canon, quem offeremus aqua mistum, secundùm quòd Dominus in cruce obtulit. Sed frater & magister meus Robertus Walsingam adducit de suo.4.ad hoc authoritatem Damasceni in quarto, quæ fortiùs me pulsaret, si suspicione careret, vel scriptoris, vel interpretis: quia quidam codices illam non habent, sed pertranseunt vt ignotā.

13 *Corpus, & sāguis Christi uerè in Eucharistia*

14 *Magistrū notat.*

Damasceni authoritas.

¶ De oratione commendante oblationem, de osculo & prædicatione ad plebem, de nominibus non recitandis nunc palàm, & catechumenis emittendis.

CAP. XXXIII.

SVMMA.

1 *Oratio commendans oblationem apud ecclesiam quæ sit.*
2 *Pacis osculum sacerdotis & ministrorum se inuicem, refertur.*
3 *Carmelitarum ordinis in celebrando mos.*
4 *Prædicatio quomodo inter celebrandum post pacis osculum fiat secundùm Dionysium.*
5 *Witcleuistarum hæresis, habilitantium omnes, quos appellant fideles, ad prædicandum in ecclesia uerbum Dei, omnino excluditur.*
6 *Conuocare populum quòd tantùm sacerdotum est, cōtra Witcleff.*
7 *Tubæ duæ argenteæ ductiles describūtur, & ad quid.*
8 *Prædicare, quòd non omnibus sit concessum.*
9 *Prædicatores quòd debeant à præpositis ecclesiarum examinari.*
10 *Nomina, pro quibus celebrantur, quòd nō recitētur.*
11 *Dona sua ostentantium uanitas describitur.*
12 *Catechumenorum emissio.*
13 *Missa unde dicta sit.*



His sic dispositis, quia propinqua est celebratio sacramēti, instat venerabilis presbyter cū ministris præparare se & populū secūdū antedicta per lectiones sacras, & sacros cantus exercitādam sacrosancti cōpletionem mysterij:

ſterij:incipiens ab oratione ſuper oblationem nouam ſanctiorem futuram. Vnde præfato capitulo. 3. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Superdiuinum ponunt ſacrum panem, & benedictionis calicem. Sequitur. Cum quibus diuinus hierarcha orationem ſacram perficit. AVTHOR. Hæc † oratio iam eſt apud eccleſiam, Suſcipe ſancta Trinitas Deus hãc oblationem &c. DIONYSIVS. Et oſculantibus adinuicem omnibus. THOMAS. Epiſcopus verò cum aliis orationẽ faciẽs, pacem eis annũtiat. LINCOLIEN. Tunc hierarcha ſacrã perficiebat orationem cum illis acclamantibus Amẽ: & deinde oſculabãtur ſe inuicem. AVTHOR. Iſtud † oſculum eſt ſacerdotis & miniſtrorum, & ſolet dari in pluribus eccleſiis ſecundùm vſum Hierosolymitanæ eccleſiæ, quem hucúſq; retinent Carmelitæ †, & poſt lectum ſacrum euangeliũ fieri, eo quòd ſtatim ſuggeſtione ſpiritus ſancti concepta, per ſacra verba communicatur pax, dicẽte Chriſto, Ille ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis, & infert, Pacem relinquo vobis. ¶ Acceditur † demũ ad prædicandum apertiùs populo dignam cõgruamq; cõuerſationem celebrationi futuræ, & è diuinis libris tractatus aſſumitur, his præcipuè, quos primæ lectiones habebant. DIONYSIVS. Oſculantibus omnibus, myſtica ſacrorum voluminũ prędicatio perficit. LINCOLIEN. Et prædicabatur vel à hierarcha, vel alio de ſacris voluminibus noui & veteris teſtamenti. AVTHOR. Sed † omnino excludatur hæreſis Witcleuiſtarum nouorum, qui confundũt officia, ita, vt omnes, quos appellant fideles, ad prædicandum habilitent in eccleſia verbum Dei. Maximè autem tempore ſolennis celebritatis miſſę, ſoli, quibus lege decernitur, ipſi miniſtrent. Lege librum Num. ca. 10. & inuenies quòd dixerit tibi dominus, Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem. & poſt aliquanta. Filij Aarõ ſacerdotis clangent tubis, eritq; hoc legitimũ ſempiternum in generationibus veſtris. Non mediocriter capiẽdum, quòd † non omni populo conceſſum eſt clangere tubis ad conuocandum multitudinem, ſed filiis Aaron ſacerdotis. Reuera in Apoca. Ioannis, quæ eſt prophetia ſpecialis de ſtatu nouæ eccleſię, hi ſunt ſacerdotes eccleſiarum, & ſeptem angeli, qui in lege caduca illa dicti filij ſacerdotis magni, ſcilicet pontificis Chriſti Ieſu vicarij per ſuas eccleſias deputati: ſed ibi ſine numero, hîc ſeptenario, qui vniuerſitatem ſignificat, cõprehenſi. Sed audiamus allegorizantem Ambroſium in lib. de ſeptem tubis in Apocaly. Ioannis, qui incipit, Tempus autem arbitror. AMBRO. Faciatq; † ſibi rationabiles tubas duas ductiles ex argento probato, hoc eſt, pretioſo verbo compoſitas, & ornatas, quibus non raucum increpans terribili ſonitu murmur inſtrepat, ſed bonæ gratiæ Deo continua iubilatione fundantur: talium enim tubarum ſonitu mortui ſuſcitantur, non flatu vtique aëris, ſed verbo veritatis animati. Et fortaſſe duæ tubæ iſtæ ſunt, per quas diuino ſpiritu Paulus increpuit dicens, Orabo ſpiritu, orabo & mente. Alterum enim ſine altero nequaquàm euocationem videtur habere perfectam. Nec tamen omnium eſt vtramque canere tubam, nec omnium vniuerſam colligere ſynagogam, ſed ſolis ſacerdotibus, & miniſtris Dei canentibus prærogatiua iſta defertur: vt quicunque audierit, & ſecutus eos fuerit, vbi eſt Dei gloria, & ad tabernaculum teſtimonij præmatura intentione conuenerit, opera poſsit ſpectare diuina, & ad legitimum illud æternumque domicilium in ſuæ proſperitatis ſeriem promoueri. Hæc ille. AVTHOR. Audiant † hæc iam, auréſque erigant Witcleuiſtæ: non omnium eſt vtramque canere tubam & colligere ſynagogam, ſed ſolis ſacerdotibus Dei canentibus prærogatiua iſta defertur. Sanctum eſſe ſcio miniſterium prædicationis verbum: tam ſanctum, vt non ſingulos deceat, non conueniat vniuerſis. Sed quibus? num Angelis, qui ſunt in miniſterium fidei miſsi? ſolis ſacerdotibus dicit Ambroſius & miniſtris Dei, puto quòd diaconis, nec tamen omnibus his, qui ſacerdotis, aut diaconi vice funguntur, ſed Deo canentibus, quibus ſcilicet cantus diuinus iungitur, & recta fides eccleſiæ ſuffragatur: prout exponit locum legis lib. 3. de tabernaculo capitulo. 5. BEDA. Et collocabunt eum Aaron, & filij eius: quia non omnium eſt ſacramenta fidei prædicare in populo, ſed eorum ſolũmodo, qui & caſtitate fidei, & executiõe boni operis ad filios ſummi ſacerdotis, Domini, videlicet, & Saluatoris noſtri pertinere probantur. Cæterùm à puritate quiſquis fidei dogmate prauo aberrat, aut integritatem cognitæ & ſeruatæ fidei nequicquàm operũ improbitate commaculat, talis & ſi ſacerdotis nomine vel perſona præeminere videtur, nihilominus auditurus eſt à Domino, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinã, & proiecisti ſermões meos retrorſum. Quales & Iacobus à collatione lucernæ Dei, hoc eſt, à verbo

1 *Oratio communio.*

2 *Pacis oſculum.*

3 *Carmelitarum ordo.*

4 *Prædicatio.*

5

6 *Conuocare populum tũ tùm ſacerdotum eſt.*

7 *Tubæ duæ.*

8 *Prædicare non omnibus licet.*

Digitized by Google

verbo prædicationis, benigna exhortationis voce prohibuit dicens: Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. Illud videlicet iudiciũ, quod præmisimus iã dudũ Psalmistæ voce præmissum. Hæc ille. AVTHOR. Iam videtis in speculo scripturarũ quàm incongruè sibi vendicẽt hæretici WITCLEVISTAE prædicatiõis officium: quia sancti Dei sumus, inquiunt, atq; legitimi sacerdotes, & vrget nos cõscientia dictãtis scripturæ, Quasi tuba exalta vocem tuã. AVTHOR. Sed si sanctus, si sacerdos, si rectę fidei exors sis, qd tibi, & rectæ fidei ministris? quia non omnium est sacramenta fidei prædicare in populo, sed eorum solummodo, qui cathedritate fidei, & executiõe boni operis ad filios domini Saluatoris pertinent, vt dicit BEDA. Qui aliter facit, etsi sacerdotis persona, vel nomine præeminere videtur, nihilomin⁹ auditurus est: Quare tu enarras iustitias meas? Et attẽ
9 de valde, quòd † præpositi ecclesiarum respi-
Prædicatores examinentur. cere debent, vt sub lima examinatiõis eos exactè probent, quos ad prædicandum fidem rectam emittant: quando apostolus Iacobus in sterili tũc prædicatorum ecclesia, & messe plurima, multos à prædicationis verbo voce suspendit: Nolite inquiens nolite, plures esse magistri fratres mei, scientes quoniam maius sumitis iudicium, vbi vobis lucrum obtenditis. De his autem aliquanto latiùs in libro secundo conscripsimus, vbi de prædicatorum officio loquuti sumus. Procedam⁹ hîc in nostris. Ad orationes publicas solent quidam sacerdo
10 tes plebes excitare præsentes, in qua re anti-
Nomina nõ recitentur. quitùs decentia cauebatur, & meritum cõmendabat. Decentia, † ne nomina recitarentur palàm ad plebem ante consecrationis precem, ne superflua putaretur pro eisdem sequens oblatio: prout ca. 2. decreti primi ad Decentiũ episcopum Egubium cõtemporaneus Augustino INNOCENTIVS. De nominibus verò recitãdis antequàm precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione commendet, quàm superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis: vt cuius hostiam necdum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quanuis illi incognitum nihil sit. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina quorum sunt, edicenda: vt inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, vt ipsis mysteriis viã futuris precibus aperiamus. Hæc ille. AVTHOR. Puto velle eum, non ante omnem commendationem fidelium consecrationem eucharistiæ fieri, sed ne ante commendationem oblationis commendentur redimendi per eam. Quia prius rogandum est, vt munus apud principem possit haberi pro grato, quàm illi sint munere commendandi: & idcirco in principio canonis, Supplices rogamus patrem vt benedicat & accepta habeat hæc dona, hæc munera, & subsequenter inferimus primùm pro papa, antistite, atque rege, & sic inter sacra mysteria nominatim exprimi eos vult, nõ inter alia, quæ præmittimus, vt viam futuris precibus aperiamus. Maximè item in hac re pudorem sacris ingérit celebrandis: si potentum offerentium nomina recitentur ibidem, non tam ad infamiã sacerdotum ex lucro temporalium, quæ longè est omnino ibi vitanda, quàm ad eorum rapinas fouendas: cùm laudem publicam ex oblatiõe iniqua suscipiũt. Quod suo tempore euigilanter exasperat lib. 2. commentarij super Hieremiam, textu, Quis est dilectus meus. HIERONYMVS, dicens: Dicamus principibus ecclesiarũ (in ca. Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa) vel certè diuitibus, qui cùm aliena diripiunt, & non auferunt malitias cordis sui, putant se Dei mereri clementiam. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? At nunc publicè recitantur offerẽtium nomina, & redemptio peccatorum mutatur in laudem. Nec meminerunt viduæ illius in Euangelio, quia in gazophylacium duo æra mittẽdo omnium diuitum vicit donaria. Hæc ille. AV-
11 THOR. Rectè † obtundit sanctus pater Hie-
Dona fua ostentãtium uanitas. ronymus hunc ambitum diuitum, & mundi potentum, qui cùm quantulumcunq; ecclesię Christi contulerint, titulos erigunt, recitari nomina postulant, perennia onera flagitãt sacerdotum, cùm ipsi pro tanta rẽtributionis pensa vix aliquem laborem triduum exoluerint: & quod maiori donatur iniuriæ, redemptionẽ peccatorum suorum in suam laudem commutant: pro spoliis. s. pauperum, pro depopulatione terrarum, pro defloratione virginum, pro stupratiõe viduarũ, pro violationibus ieiuniorum, pro mendaciorum, fraudum, periuriorũ, detractionum, odiorum, irarum, pugnarum, homicidiorũ, violentiarũ incertã quia inopinabili numerositate delenda, hoc exiguo medio, vt perdonet sibi Deus, exorẽt, & in eo pretium suum appretiantes, quasi Deo benefecerint, plus ponderãt quantitatem oblati, quàm pungãtur ex horrore commissi. Reuera si maxima diuites donauerint, semper præcedet eos vidua paupercula ex oblatione quadrantis.
12 ¶ Circa hunc locum catechumeni † emittun-

Digitized by Google

Catechumenorum emissio.

tur cum aliis: quod aliquantum anticipando capitulo prædicto scribit DIONYSIVS. Post hæc extra fiunt à sacro ambitu catechumeni, & cum ipsis energumeni, & in pœnitentia existentes, maneant autem in diuinorum inspectione & communione digni. Vbi LINCOLIEN. Post hæc autem extra fiunt à sacro ambitu seu extra sacrum ambitum catechumeni &c. secundùm textum. AVTHOR. Ab hoc facto nomen missæ primò incepit, quia iam emittũtur indigni, ideo quod sequitur missa, quod præcessit officium continet, & præparationem ad missam. Vnde libro de officio missæ REMIGIVS.

Missa ab emittẽdo dicta.

13 Missa † dicta est (vt Isidorus dicit) ab emittendo. Nam tempore, quo sacerdos incipit consecrare corpus dominicum, dicendum est à diacono post euangelium: Si quis catechumenus est, procedat foras. Et quia tunc emittuntur catechumeni ab ecclesia, qui non debent interesse sacris mysteriis, quia nondum sunt perfecti, ideo dicitur missa ab emittendo. Hæc ille.

¶ De lotione manuum sacerdotis, & quòd stet orans versus Orientem.

CAP. XXXIIII.

SVMMA.

1 *Festus dies, quo Christus solus, non cum discipulis ascendit.*
2 *Forma quòd sit sumenda ab operibus Christi, non identitas usurpanda.*
3 *Lotio manuum sacerdotis ad extremitates suas priusquàm sacra Christi contrectet, quid significet.*
4 *Erratum Witcleuistarum, curantium opus exterius, & orationem munditiæ interioris ducentium pro nihilo.*
5 *Celebrans quare statuitur ad mediũ altaris, habẽs faciem ad Orientem.*
6 *Orientis prærogatiuæ describuntur.*
7 *Scripta quomodo non omnia, quæ nobis tradita ab Apostolis.*
8 *Lutherus notatur.*
9 *Christus utrum stando consecrauerit.*
10 *Christus licet consecrans sederit, quomodo tamen standum sit aliis.*
11 *Standũ quòd sit interdũ laico tẽpore celebrationis.*

HOc modo plebe dispositа sollicitudine sacerdotis & cleri, per lectiones legis, orationes, & prædicationes, & cãtus, etiã sacerdos seipsum præparat aggredi celebrare mysterium, quod expectant. Non omnino ad punctum ea forma verborum & rerum, quibus Saluator accessit: quia, vt dixi suprà, alia forma incũbit opifici, alia cui tantũ iniuncta memoria facti. Alia cui dicitur, Sequere me, alia pastori q

1 præcedit oues, & oues eum sequuntur. Hic † est vltimus dies festus, quo cum discipulis nõ ascendit, sed dixerat, Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. Ascendit autem, sed per se, non cum discipulis. Et in hac figura Apostolorum princeps Petrus sequebatur euntem ad patiendum à longè, cùm huius celebratio mysterij sit peculiaris memoria passionis. Vnde capitu. 6. libri vltimi super Lucam BEDA. Quòd ad passionem euntem dominum à longè sequitur Petrus, significabat ecclesiam sequuturam quidem, hoc est, imitaturam mysterium passionis domini, sed longè differenter. Ecclesia enim pro se patitur, sed ille pro ecclesia. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo eadem res aut forma ecclesiæ in hoc facto respondet, & capiti. Ipse pedes discipulorũ lauit, qui pro discipulis pertulit, discipuli eum non lauerunt. Ipse sermones edocuit, ipse no-

Festũ, quo Christus solus ascẽdit.

2 ctem insomnem duxit. Ab † his rebus forma sumenda est, non identitas vsurpanda. Nisi velit quis Orphanus post verba Christi sustinere verbo flagella, sputa, clauos, crucem, & lanceam, quia sic Christus. Ecclesia verba Christi sumit cum iussu Christi, opus eius attingit consecrans idem corpus. Cæteris autem cedit quæ non iubentur, sed cum Petro principe imitatur formam Christi à longè. ¶ Sacerdos autem iam imminente solenni mysterio, quasi ante diem festum paschæ, sciens quia venit hora eius vt se transformaret, quasi transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo fideles, quorum scilicet animos per sacras exhortationes & cantus iam ad sacra celebranda commouit, in finem dilexit eos: commendans eorum hostias Christo, & gratias pro eis agens in finem.

Forma sumenda ab operibꝰ Christi, non identitas usurpanda.

3 Sed † à lauacro Christi inchoat, & in linteo Christi manus tergit, secundùm formam apostolicam: de qua cap. 3. DIONYSIVS. Mystica sacrorum voluminum prædicatio perficitur, & ablutis manibus aqua hierarcha & sacerdotibus, hierarcha in medio diuini altaris constituitur. Hæc ille. AVTHOR.

Lotio manuum.

Docet

Docet aũt Dionysius significationem istius lotionis, ab origine reducens eam ad hanc lotionem & suprà ad figuralem lotionem veterum sacerdotum: & docet non lauandas manus nisi ad extremitates suas: quia à solis phãtasijs & infirmitatibus irruentibus iam se purgare significat, maioribus culpis per pœnitentiam ante lotis, secundùm illud Christi, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, id est, affectiones puluere peccatorũ aspersas. Vbi iã suprà in contemplatione vel in theoria, secũdum Vercellensem DIONYSIVS. Istis autẽ secundũ legem dictam sanctificatis, stans hierarcha cum venerabili sacerdotum ordine, ante sanctissima signa aqua manus lauat: quoniam quidem, vt eloquia dicũt, Qui lotus est, non indiget quadam alia, nisi summorum, id est, extremorum suiipsius ablutione, per quã summam purgationem in castissimo deiformis habitu ad sanctam procedens benignè & teneri impotens & absolutus fiat perfectiõe vniformis. Sequitur. Igitur sanctum lauacrũ in hierarcha secundùm legem, nũc autem hierarchæ & sacerdotum manuũ mundatio idẽ significat. Etenim ad sanctissimum euntes sacrificium mundari cõuenit, & ab vltimis animæ phantasijs, & ad ipsum accedere per similitudinem secundùm q̃ est possibile. Hęc ille. AVTHOR. Quàm clarè ponit hæc proles apostolica ritum abluendi manus sacerdotũ priusquàm sacra Christi contrectent: quæ forma abluendi tracta est ab apostolis tanquàm bona, quãuis Christus lauerit eis pedes. ¶Adhuc enim inter vtrãq; legẽ existens, & vtrãq; cœnam nouam & typicam pro ritu nouæ cœnæ sibiipsi sacra celebraturo solas manus tingebat. Expletionem veteris ritus discipulis non celebraturis, sed participaturis sacramenta lauit in pelui. Sed Exod. 30. scribitur. Facies & labrum cum basi sua ad lauãdum: ponesq; inter tabernaculum testimonij & altare: & missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes quando introgressuri sunt, & quãdo accessuri ad altare, vt offerãt in eo thymiama domino, ne fortè moriantur. Hoc edictum signum, teste Dionysio, ad missæ perfectionẽ transtulerunt per Dominum serui illius, qui dicit, Non veni legẽ soluere, sed adimplere. Nempe lib. 3. de tabernaculo in fide BEDA. Mors etenim timẽda est animæ spiritualis & eterna, si quis ad mysterium altaris electus thymiama orationum Domino reddere negligit. Mors timenda est, si quis ad sacrosancta mysteria absq; spirituali ablutiõe communionis intrare, & sancta cõmunibus manibus tractare præsumit. Lauent ergo manus suas ac pedes in aqua labri ænei, & sic ad altare accedant. Abluãt ergo lachrymis actus & incessus, ac deinde manus ad contingenda Christi mysteria proferant, pedumq; gressus in atria Dei ponant. Quod æquè præceptum reor his, qui eorundem sacramentorum perceptione mundãdi sunt, vt cautiore cura priꝰ cogitatus suos actusq; discutiant, euentilent, purgent, & sic ad participanda fidei sacramẽta procedant, ne audire mereantur illud Apostoli, Quicunq; enim mauducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini, id est, nequaquã edulium panis & vini à communium escarum vtilitate cauta & sollicita mente secernens. Hæc ille. AVTHOR. Hoc insidians Witcleff verbis obseruat, quod dixerit istic Beda edulium panis & vini: nec vult audire quod sequitur, à communi escarum vtilitate secernens. Hic ergo panis de cælo, & vinũ de vinea electa, qui sub his speciebus apparent, sed secundùm essentiam & naturam communis nostri panis & vini vtilitatem transcendunt. ¶Simulq; notandum, quomodo participantes sacramenta commemorat mundandos esse per aquam, sicut & sacrificia consummantes, sequens verba Apostoli ad Hebrẽos, vt dixi, libro quinto de communicando sub vtraq; specie. Cui cõuenit illud Dionysij iam suprà, q̃ simul cum episcopo sacerdotes astantes manus abluerẽt, eo q̃ in eadem missa participarẽt sancta: quia Græci, quantum recolo, vnicam missam die concelebrant. ¶Ablutionem ergo manuũ secundũ illud, qđ significat, notat hìc Beda omnino fiendam tam à sacerdote consummãte, quàm ab omni participante mysteria. Quam Apostoli ritu Christi & in signo suo. s. ablutione exteriori in formam missæ redegerant, vt signum ablutionis exterius, continuè de mundatione intus argueret. Fremet Witcleff scio, q̃ signa curemus, dicens, sine his signis consecrabitur corpus Christi plenissime: & Deus illotis manibus manducare non despicit. Sed ad hunc Pharisæum hypocritam expressè dixit Christus Matthæ. 23. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id, quod foris est, mundum. Nõ dicit Christus mundes intus, & qđ exterius est negligas, sed primum fac, & secũdum adimpleas. Ratio autem est, quia ad interiorem munditiã necessariò comitatur exterior. Vnde Homilia. 73. super Matthęũ opere

Digitized by Google

perfecto CHRYSOSTOMVS, vbi de purgationibus & immũdis diſputat: Diuidit & oſtendit ex neceſſitate interiorem munditiam, exteriorem ſequentẽ. Et multò pòſt. Nõ autem dixit, quod extra eſt mundate, ſed qđ intus. Et omnino illud ſequitur. Hic autem nõ de calice & paropſide, ſed de anima & corpore diſputat. Quod extra quidẽ eſt corpus, qđ intus autẽ anima eſt. Hæc ille. AVTHOR.

4 Contrariũ † autem huius faciunt Witcleuiſtę, curãtes opus exterius, & rationem munditiæ interioris ducentes pro nihilo, dicentes, quòd cogitationes noſtras Deus non reſpicit. Ideo in hunc eundẽ locũ ſecundùm Thomã ORIGENES. Qui ſtudet ea, quæ intus ſunt, id eſt, cogitationes mundare, conſequens eſt, vt etiam ea, quæ à foris ſunt, faciat mũda: ſed omnes falſi dogmatis profeſſores, calices ſunt à foris quaſi mundati propter ſpeciem religionis, quam ſimulant, ab intus autem pleni rapina, & ſimulatione, dum rapiunt homines ad errores. Hęc ille. AVTHOR. Qui dicit omnes falſi dogmatis profeſſores, planum eſt, ꝙ non excepit Witcleuiſtas, qui ſi mundare manus exterius celebraturi deſpiciunt, quia conſequentiã Chriſti declinant, cõſequenter oſtẽdunt, ꝙ & intus mundi nõ ſunt, ſed pleni rapinæ, hæreſis, ſimulationis, & hypocriſis, & intus ſordent, & extrà. ¶ Catholicus autem ſacerdos his factis ad altare ſanctum ſeſe transferens, ſub forma quadã & habitudine corporis collocatur, qualiter decet myſteriũ. DIONYSIVS. Poſtquã lauerint aquã manus hierarchæ ſacerdotis, hierarcha in medio diuini altaris cõſtituitur. Hæc ille. AVTHOR.

5 Et † ſecundùm inſtitutionẽ apoſtolorum faciem in oratione ad orientẽ conuertens. Con gruè ad locum principalis ſitus cæli, vt ammoneatur mens ad naturam excellentiorẽ ſe conuertere, cùm ſe conuertit ad Deum. Qualiter Chriſtus in mõte Oliueti orationẽ expleuit, qui mons eſt ad orientẽ Hieruſalem, & orans in cruce, faciem ad orientem expoſuit. 4. ſententiarum DAMASCEN. Quia † Deus lumen eſt intelligibile, & ſol iuſtitiæ, & oriens in ſcripturis nominatur Chriſtus, reponendũ ei oriẽs in oratione. Omne enim melius Deo reponendum, ex quo omne bonum fit. Et ſequitur. Tabernaculum Moſaycum ſecũdùm orientem habebat velum, & propitiatorium, & tribus Iudę, vt honorabilior ex oriente caſtra metabatur. Sed & Dominꝰ crucifixus, ad oriẽtem ſurſum ferebatur: & ita Apoſtoli eũ adorauerunt, & ita veniet, quẽadmodum viderũt eum eũtem in cælum. Et vt ipſe Dominus dicit: Quemadmodum coruſcatio egreditur ab oriente, & occupat vſq; ad occidentẽ, ita erit in præſentia filij hominis. Ipſum igitur expectantes, ad orientẽ expectamus. Non † eſt autem ſcripta hęc traditio Apoſtolorum, multa enim nobis nõ ſcripta tradiderunt. Hæc ille. AVTHOR. Non ſcriptã hanc traditionem ab Apoſtolis dicit, ſecundùm illud Baſilij ſecũdùm Auguſt. Quæ literarum forma orientẽ verſus & in medio: ſed & ſtare ibi nos conuenit dum oramus. Vnde illud igitur. 2. li. de ſermone Domini in monte ſuper Pater noſter qui es in cælis. AVGVSTIN. Cùm ad orationem ſtamus, ad orientẽ conuertimur, vnde cælum ſurgit: nõ tanquàm ibi habitet Deus quaſi cæteras mundi partes deſeruerit, qui vbiq; præſens eſt, & non locorum ſpatijs, ſed præſentia maieſtatis: ſed vt ammoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe cõuertere, id eſt, ad Deum, cùm ipſum corpus eius, quod terrenum eſt, ad corpus cæleſte conuertitur. Cõuenit etiam gradibus religiõis, & plurimũ expedit, vt omnium ſenſibus, & paruulorum, & magnorũ bene ſentiatur de Deo. Et ideo q̃ viſibilibus adhuc pulchritudinibus dediti ſũt, nec ponunt aliquid incorporeum, quin cælũ prę ferant terræ, tolerabilior eſt opinio eorũ, ſi Deum, quem adhuc corporaliter cogitant, in cælo potius credant eſſe, quàm in terra. Hæc

8 ille. AVTHOR. Ad † multas blaſphemias reſpondet hoc dictũ doctoris egregij, quando fideles blaſphemant orantes in eccleſijs, fideles item vituperant peregrinantes Romã pro indulgentijs, aut preces effundentes: quaſi tota Dei potentia, inquit, ad talẽ locum, vel perſonam plus alijs limitata ſit, quod negat Auguſt. ſed vt ammoneatur animus ad naturam, vel perſonam excellentiorem ſe conuerteres & hoc conuenit gradibus religionis, & plurimum expedit, vt omnium ſenſibus bene ſentiatur de Deo. Quod autem dicit ad orationẽ nos debere ſtare verſus orientem, reuerenda forma in oratione maximè omniũ excellente eſt arctiùs obſeruanda. Muſitant quidã, vtrũ

9 † Chriſtus ſtando an ſedendo confecit. Videtur autẽ, ꝙ in legali cœna ſtetit, dum agnum comederet, iubente lege, ꝙ ſuccincti ſtarent tenentes baculos in manibus, & comederent feſtinanter. Quã ſolennitatẽ non omiſiſſet in cœna diuinioni ſequente. Econtrariò ſcriptura dicit. Poſtquã ſurrexiſſet à cœna, & diſcũbebat cum. 12. Theophilus videtur abſoluere queſtionẽ, dicẽs, ꝙ ſtabat, ſed diſcumbebat ad alias cõmunes eſcas, q̃ nihil habuerãt ſacramẽti: ſuper illud Luc. 6. Deſiderio deſideraui hoc paſcha

Erratum Witcleuiſtarum.

Celebrans ſtatuitur ad mediũ altaris, habens faciem ad orientem.

Oriẽtis prærogatiuæ.

Scripta nõ omnia quæ nobis tradita ab Apoſtolis.

Notatur Lutherus.

Stando an Chriſtus cõſecrauit.

Digitized by Google

pascha &c. secūdū Theophilū. THEOPHI. Sed qualiter Dñs discūbere dicit, cū Iudæi stā tes pascha māducarēt? Dicūt ergo q̄ cū mādu cassent legale pascha, accubuerūt scđm cōmu nē vsum māducantes quosdā alios cibos. Hęc ille. AVTH. Etem Iudæi stabant, quasi parati ad iter in terrā sanctam: nos quoq; simili rōne stamus ad missā ꝓfecturi. Sed nos seruisum⁹, & spe viuim⁹: Christus verò Dñs est simul & re beatus, ideo sedit, dicēte eo, Quis maior est, q̄ ministrat, an q̄ recūbit, nōne q̄ recūbit? Id-
10 circo † q̄q̄ Christ⁹ sedit, aut vicarius eius, nos
Sedit Christus consecrans, standum tamen aliis.
stare cōuenit vt seruos mensæ dispositos. Vñ super Hebr. 13. AMBRO. Omnis sacerdos præsto est quotidie ministrās: ministrare autē famulorum est, sedere autem dñorum. Vnde Symbolū dicit, sedet ad dexterā Dei. Et Homi lia. 82. super Matth. CHRYSOSTO. Si em Iudæi stantes, & calceamēta in pedibus, & ba culos habentes in manibus edebant cū festi natione, multò magis te vigilare oportet. Illi enim in Palæstinā erant exituri, & ideo ambu latorum schema habebant. Tu autē in cælum es peregrinaturus, ideóq; te oportet vndiq; vi gilare. Hęc ille. AVTHOR. Nec sacerdos so lus, sed & clerus, & populus deuotè, & reuerē ter se debet cōponere, qualiter tantæ præsen tiæ in tanto negotio cōuenit, & in tanti cele britate mysterij. Hoc enim in oībus lectionibus, & in omni officio cauendū est, quātò ma gis cùm offerri cœperit sanctus sanctorū. Vn de. 1. parte sermonū, sermone vt silentiū præ beatur, & notat in decretis. 1. quæst. 1. in pro-
11 logo AVGVSTIN. Ante † aliquos dies
Standum sit etiam laico quando in missa.
ꝓpter eos, qui aut pedes dolēt, aut aliqua cor poris inæqualitate laborant, paterna pietate sollicitus consiliū dedi, & quodāmodo suppli caui, vt q̄n aut passiones ꝓlixæ, aut certæ aliquæ lectiones lōgiores legunt, qui stare non possunt, humiliter, & cū silentio sedētes, atten tis auribus audiant q̄ legūtur. Nunc verò aliquæ de filiabus vestris putant, q̄ hoc aut oēs, aut certè plures, q̄ sanæ sunt corpore, frequē ter debeāt facere. Nā vbi verbū Dei cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt: atq; vtinā vel iacerent tātūmodo, & verbū dei tacētes fitiēti corde susciperēt, & nō etiā se ita otiosis fabulis occuparent, vt q̄d predicat nec ipsę audiāt, nec alijs audire ꝓmittāt. Vnde vos rogo venerabiles filiæ, & sollicitudine pater na cōmoneo, vt q̄n aut lectiones legunt, aut verbum prædicat, nulla se in terrā ꝓiciat, nisi fortè, quā nimiū grauis infirmitas cogit: sic tñ iaceat, vt magis sedeat, & attētis auribus q̄ prę dicantur & auido corde suscipiat. Hæc ille.

¶ De hortādo populo ad orandū, de collecta secreti, Sursum cor da, Gratias agamus. De præ fatione missę solenni silen tio in missa fidelium.

CAP. XXXV.

SVMMA.

1 *Oratio, Orate pro me &c.*
2 *Populus quid orare debeat, quādo sacerdos conuertit se ad populum, dicendo, Orate pro me. &c.*
3 *Silentium primum in missa. Et quid denotet.*
4 *Oratio Christi, & secreta.*
5 *Silentium secundum in missa, Et quid notatur per ipsum. Item & de tertio silentio.*
6 *Per omnia secula seculorum, cur altè dicatur.*
7 *Oratio secreta, & quomodo terminat eam alta uoce sacerdos, & quare.*
8 *Sursū corda, ad qd dicat sacerdos ī missa ante p̄fationē*
9 *Verè dignū & iustū est, qūo à sacerdote canit in missa*
10 *Præfatio in missæ officio ad quid fiat à sacerdote in ingreßu precis solennis.*
11 *Trinitas quòd probetur, cùm ter Sanctus canitur.*
12 *Gelasius Papa quòd nō instituerit præfationē primā*
13 *Obsecratio à sacerdote cum silentio post præfationē Et unde fuerit desumpta.*
14 *Missa quando sit secundùm Augustinum.*
15 *Missa quòd sit audienda tota.*



TANS † ergo sacerdos ante altare aureū, qđ est ante ocu los Dñi, & oculis cōiectis ad Dei terribilē maiestatē, quā tūc oraturus accessit, ad popu lū se conuertit, exhortans, vt etiā noīe suo orātes, petant cōmune sacrificiū acceptū fieri apud Deū. Hoc em Christus mo nuit in missa sua discipulos facere, dicēs, Si qd petieritis patrē in noīe meo, dabit vobis: peti- *Orate ꝓ me*
te & accipietis, vt gaudiū vestrū plenū sit. De quo REMIGIVS. Conuertit se sacerdos ad populū, poscēs vt preces suas p̄cibus suis adiū gat, vt mereat audiri ꝓ salute eorū. Hoc aūt di *Populus quid orat.*
cendū à sacerdote in silētio, Orate pro me fra tres, vt meum pariter ac vestrū sit acceptum in
2 conspectu Dei sacrificium. Acclamās † autem *Silentiū primum.*
populus orare debet ita. Sit dñs in corde tuo, & de manib⁹ tuis acceptet sacrificiū tuū ꝓ no
3 stra oim̄q; salute. Hæc ille. AVT. Hoc † est pri mū silētiū, & pria Christi vigilia, quāpacta cœ na ī horto secretè relictis aplis ad orādū acce pit. Sic em ī Matth. & Marco legit. Procedēs
4 paululū orauit. Mi † pater si possibile est &c. *Oratio & veniens Christi.*

Digitized by Google

& veniens dixit Petro. Non potuiſti vna hora vigilare mecũ? Hoc eſt primum ſilentium, quo ſacerdos orat, & tandẽ in præfationẽ pro
5 rumpit. Finita præfatione, agit † ſecundum ſi-
Silẽtium ſecundum. lentium, & in illo prolixam orationẽ, quam Lucas notat: & rumpit iterum ad fideles pergens, ſilentiũ cum oratione dñica. Tertiò ite-
Tertium. rum ſilenter orat cum Chriſto admodũ breuiter: quia imminente traditione, venit tertiò Chriſtus ad diſcipulos. Sic fecit cum Chriſto tria ſilentia in oratione priuata: tres item agẽs vigilias ſecundũ Lucam, qui dicit, q̃ ſi in ſecũda vigilia, & in tertia vigilia venerit &c. & tres
6 monitiones ad populum, intonando Per † o-
Per omnia ſecula ſ. cur alte. mnia ſecula ſeculorum, quaſi illud adimplens, quod Chriſtus dixit Matthæi. 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in
7 aure auditis, prædicate ſuper tecta. ¶ Ad † hoc
Oratio ſecreta. ergo primum ſilentium faciens primã in oratione vigiliam, ſubiungit presbyter orationẽ ſecretam ſuper oblatã pro vniuerſis exorans: & in hoc dilectionem ſuam exhibens, in qua orantes pro inuicem, ſe inuicem amplectuntur: ſicut Chriſtus dixit in miſſæ tractatu, Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum, & manifeſtabo ei meipſum. Vnde ſuper Ioan. Moral. 78. CHRYSOSTO. Ipſe rurſus pro vniuerſo orat orbe terrarum, quod maximũ dilectionis eſt argumentum: propterea & in myſterijs amplectiimur adinuicem, vt qui multi ſumus, fiamus vnum. Et in myſterijs cõmunes faciamus orationes, obſecrantes pro erogantibus, & pro fructibus orbis terrarum. Hæc ille. AVTHOR. Terminat autem hanc orationem alta voce ſacerdos, dicens, Per omnia ſecula ſeculorũ: & in laudes Dei omnes
8 hortatur, iubens † vt corda ſurſum erigant: &
Surſum corda. attentè reſpondetur ab omnibus ſic ſe corda habere ad dominum. Vnde ca. 3. eccleſiaſticæ hierarchiæ verſus finẽ DIONYSIVS. Oportet enim nos, ſi cõmunicare ipſi deſideramus, ad diuiniſſimam ipſius ſecundùm carnẽ vitam reſpicere, & noſipſi aſſimilando in ſancta immunitate peccati, ad deiformem, & immaculatum habitum recurrere. Hęc ille. AVTHOR. Quem habitum proteſtantur aſtantes, reſpõdendo, Habemus ad dominum. Et hæc forma nõ recenter inuenta, quã vniuerſus penè chriſtianus orbis ſeruat ab origine. Vnde capit. 3. de vera religione AVGVST. Si tali pollicitatione atq; ſponſione per omnes terrarum partes, quas homines incolunt, ſacra chriſtiana traduntur: ſi hæc quotidie in eccleſijs legũtur, & à ſacerdotibus exponuntur: ſi tundunt pectora, qui hæc implere conantur, ita, vt quotidie per vniuerſum orbem humanũ genus vna penè voce reſpondeat ſurſum corde habere ad dñm, quid adhuc oſcitamus crapulã heſternã? &c. Hæc ille. AVTHOR. Quod arduum Dei donum eſt, non vltrà pertranſit ſacerdos,
9 donec exhortans oẽs gratias agere Deo † aſſe-
rat eſſe dignum, & iuſtum. De quo in epiſtola ad Dardanum circa medium AVGVSTI. *Verè dign* Noſti in quo ſacrificio dicatur Gratias agam' domino Deo noſtro: à cuius ſacrificij humilitate longè abeſt typus & cothurnus illorum. Hæc ille. AVTHOR. Et item libro de bono perſeuerantiæ circa medium AVGVSTIN. Quod in ſacramentis fidelium dicitur, vt ſurſum cor habeamus ad dominum, munus eſt: de quo munere ipſi domino Deo noſtro gratias agere à ſacerdote poſt hanc vocem ij, qui bus hoc dicitur, admonentur, & dignum ac iuſtum eſſe reſpondent. Cùm enim nõ ſit in noſtra poteſtate leuare cor noſtrum, ſed diuino ſubleuetur auxilio, vt aſcendat, & quę ſurſum ſunt ſapiat, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: cui de hac tanta re ſunt agendæ gratiæ, niſi hoc facienti domino Deo noſtro? Hæc il-
10 le. AVTHOR. Proſequitur † demum ſacer- *Præfatio.*
dos clariſsimas Dei laudes, præfationem inde faciens in ingreſſu precis ſolennis, ſequens in hoc petitionem Chriſti dicentis: Ego te clarificaui ſuper terram, & nunc clarifica me pater tu apud temetipſum claritate, quam habui antequã mundus eſſet apud te, id eſt, ſecundùm deitatis naturam, quæ exuperat omnem laudem. Cõmemorat enim maieſtatem eius laudari ab angelis, archangelis, thronis, & dominationibus, cherubim, ac ſeraphim continenter canentibus Sanctus, ſanctus, ſanctus in cæleſtibus: vt vna voce omnium fidelium, cæleſtium, & terreſtriũ reſultet Deo gloria in his ſacroſanctis ſolẽnijs altiſsimi ſacramenti. Quã celebrem præfationis laudem in argumentũ fidei Trinitatis contra Arium antiquus pater ATHANASIVS affirmat dicẽs, Eccleſię autem Chriſti omnes ab oriente vſq; ad occidentem conuenienter patrem & ſeraphim laudari profitentur in myſteriorum relatione. Et poſt. Itaq; & ſpiritus ſanctus dominus Deus Sabaoth dicitur, & eſt cum patre, & cum fi-
11 lio à Seraphim adoratus: propter † quod di- *Trinitas ꝑ*
cant ter ſanctus, ſanctus, ſanctus, vt trinitatem *batur cũ ter*
pronuntiarent. Hæc ille. AVTHOR. Iam *Sanctus ca-*
exprobret Witcleff nouellos ritus eccleſiæ ſi *nitur.*
ne Chriſti authoritate inductos, & dicat hanc præfationem nullius eſſe momenti, vt ſic ſoluat magiſtrũ ſuum Arium ab Athanaſij argumento, qđ ipſe Arius cõmuni authoritate orbis

Digitized by Google

bis deuictus,pudore fateri nō potuit. Non est recenter inuenta hæc præfationis religio,quæ tam lōgæua senectute senem præcucurrit antistitem,vt oēs ecclesiæ Christi ab oriente in occidētem sine exceptionis obstaculo in mysteriorum relatione,id est,missarum celebratione,in ea triplicis personæ simplicē maiestatem laudarent cum angelis cantantes ter sanctus,& Sabaoth dominum inuocantes. Hanc inuocationē angelicā ex vaticinio Esaiæ & reuelatione Ioannis in Apocalypsi traductam quis nescit?Et quantò potius à nobis assumēda est in celebritate huius in toto orbe altissimi sacramenti,ad cuius obsequium ima summis,angeli sacerdotibus,& tota votiuè cōcurrit frequētia patrię supernalis?Accedit ad hoc ipsum Athanasij senis,libro octauo de fide trinitatis ad Gratianum Augustum post medium sacer AMBROSIVS. Ergo sanctus pater, sanctus filius , sanctus spiritus sanctus, & non tres sancti : quia vnus est Deus sanctus, vnus est dominus . Vna est enim vera sanctitas, sicut vna est vera diuinitas,vna illa sanctitas naturalis . Et ideo omnia hæc,quæ sancta nos credimus,illam solā prædicāt sanctitatē: Cherubim & Seraphim inde fessis vocibus laudant,& dicunt, sanctus, sanctus,sanct⁹ Deus Sabaoth.Nō semel dicūt,ne singularitatē credas,non bis dicunt,ne spiritū excludas,nō sanctos dicunt,ne pluralitatē existimes,sed ter repetunt,& idem dicunt, vt etiā in hymno illo,distinctionem Trinitatis, & diuinitatis intelligas vnitatē. Hoc cùm dicunt, Deum prædicant.Nos quoq; nihil prętiosius inueniemus,quo Deum prædicare possimus, nisi vt sanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius est Deo, inferi⁹ est Domino. Sequit, Seraphim laudant, omnis beatorum chorus laudat,vt sanctum Deum dicat,sanctum filiū, sanctum spiritū sanctum. Quomodo igitur nō omnia habet quæ Dei sunt,qui cum patre & filio à sacerdotibus in baptismate nominatur, & in oblationibus inuocatur cum patre & filio,& à Seraphim in cælestibus prædicatur?Cū patre & filio habitat in sanctis, infunditur iustis,inspiratur prophetis.Hęc ille. AVTHOR. Ecce quomodo vterq; senex doctor notat illud in præfatione,quod diximus, Per quem maiestatē tuam laudant angeli, ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant: & finaliter Sanctus.Hoc fecit Athanasius suprà.Modò item AMBRO. inquit, Seraphim Deum laudāt,& omnis beatorum chorus,sanctum dicēs,sanctum,sanctum, dominū Deum vocibus indefessis:sic à sacerdote in baptismate nominatur,& in oblatiōibus inuocatur, ad

12 testimoniū Trinitatis.Mirum † igitur, quòd magni quidam scriptores hāc exhortationis præfationem dicant à Gelasio Papa compositam,qui per plurimos annos sequebatur hos patres Athanasium,& Ambrosium, qui plenè de ea testātur in missis. Potest autem esse, ꝙ quasdam proprias pro contingentibus festis dictaret Gelasius, hanc aūt ipsam primæuam dictasse non potuit.Et consequenter libro de officio missæ REMIGIVS. Hinc se-

13 quitur obsecratio † post has laudes & gratiarum actiones,facto totius ecclesiæ silentio: in quo cessante omni strepitu verborū, sola ad Deum dirigatur intentio, & cordium deuotio, sociatis ipsi omnibus votis,ac desiderijs. Hæc ille. AVTHOR.Rationem huius solitudinis sacerdotis,& alti silentij totius ecclesiæ, ita vt nec cū ministris iam oret sacerdos, sed silentissimè per seipsum, accepit primitiua patrum institutio à recessu Christi de cœna priusquàm totum compleuisset officium:sed vicinam sui immolationem visibilem in ara crucis secedens in hortum longè à discipulis cum tribus speculatoribus gloriosæ transfigurationis suæ Petro , Iacobo, & Ioanne: & his iterum pusillum relictis orauit, dicens: Pater mi &c. ita relicta tota plebe fidelium, assumit secum sacerdos diaconum, subdiaconum, & altaris ministrum, his relictis orat, Igitur clementissimè pater, & orat secretiùs per seipsum, pater inquiens. Hoc est quod ait Homilia. 83. opere perfecto CHRYSOSTOMVS. Consuetudo ei erat sine eis orare, hoc enim faciebat erudiens nos in orationibus quietem constituere nobis ipsis, & solitudinem multam. Et assumit illos tres, & dicit illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Cuius gratia non omnes assumit? Non vt resupini maneant, sed hos, qui gloriæ eius contemplatores fuerunt, sed tamen & hos dimittit, & parum cùm processisset, orabat, dicens: Pater si possibile est. Hæc ille. AVTHOR. Et nunc quidem ad missæ solennia pergit sacerdos, commendans sancta dona panis & calicis Deo patri, & per ea omnem populum Christianū, qui est corpus mysticum filij eius in corpore eius vero iam statim signandus. Cætera quæ cantica sunt, aut lecta præambula, quędam erant aptantia & conformantia nos donis futuris, quibus non poterant immundi, & nondum fideles esse præsentes. Iam verò ad huius precis solenne decretum, missamque Christianorum totam vsque in finem

Gelasius nō istituit præfationē primam.

Obsecratio cū silentio.

Digitized by Google

nem cum omni deuotione purgatæ mentis fi
deles oportet aſſiſtere, qui à Chriſti corpo-
re,& eius ſanctificatiõe ſolẽni trepidant amo-
ueri. Vnde in cõmunibus ſermonibus ſermo
ne. 19. AVGVSTINVS. Si diligentiùs at
14 tenditis, cognoſcetis, q̃ † miſſa non tunc eſt,
quando diuinæ leguntur lectiones, ſed quan-
do fit conſecratio: quia lectiones, ſiue prophe
ticas, ſiue apoſtolicas, ſiue euangelicas etiam
in domibus veſtris legere, vel audire poteſtis:
conſecrationem vero corporis & ſanguinis
Chriſti non alibi, niſi in domo Dei videre, vel
15 audire valeatis. Ideo † qui vult miſſam ad in-
tegrum cum lucro ſuæ animę celebrari, vſque
Audienda miſſa tota. quo oratio dominica dicatur,& bñdictio po
pulo detur, humiliato corpore, & compun-
cto corde ſe debet in eccleſia continere. Hæc
ille. AVTHOR. Hoc ipſo de miſſa ſolen
ni fidelium certi reddimur, q̃ ipſa ſolennitas
precis eſt, quã canonem dicimus,& ab eo vl-
trà vſq; in finem. Cæterùm totum lectionum
& cantuum variorum officium antemiſſale
eſt, qđ item dicitur miſſa catechumenorũ: qđ
item ſine canone, commemoratio miſſæ, vel
memoria nominatur,& in ipſis domibus, aut
agris, vel ſuper mare dici fas eſt.

¶ De vnico canone per eccleſiã diſtincto per quatuor portiones, iuxta apoſtolicum inſtitutum.

CAP. XXXVI.

SVMMA.

1 *Sebboleth quomodo interpretetur.*
2 *Chebboleth quid ſit.*
3 *Te igitur clementiſſime. &c. ut eſt in canone miſſæ, exponitur.*
4 *Orationes Canonis ſeptem.*
5 *Precationes, ſeu obſecrationes, quæ dicantur.*
6 *Orationes quæ ſint.*
7 *Poſtulationes quæ ſint.*
8 *Gratiarum actiones quæ dicãtur.*
9 *Orationis Chriſti & eccleſiæ conformitas.*
10 *Witcleff, orphanus, uel Thaborita Pragẽſis, quomodo ſint hoſtes altaris.*

HAVIVS ſacratiſsimi canonis preces ſub integra forma ſua ſola orthodoxorũ, quæ p vni uerſum orbem diffuſa eſt, ſeruat eccleſia. Cæterùm dignũ eſt, ne per polluta hæreticorũ ora euangelicæ Margaritæ voluãtur, ſed ſicut ſunt à fide ſacri canonis,& hoſtiæ ſalutaris extranei, ita ſint à ſacro altari,& eccleſiaſtica prece præſciſſi. In huius argumentũ primi ſacerdotij inuaſores in lege lethali pœna plectunt ſuper lib. Numerorũ in Iſagogis ca. 13. ISIDOR. Chore, Dathã,& Abiron, qui ſibi contra Moyſen & Aarõ ſacerdotẽ, ſacrificandi licentiã vendicantes, pœnas pro ſuis conatibus expenderunt: per quos itaq; ſignificant ij, qui hæreſes,& ſchiſmata facere conantur,& multos trahẽdo ſecum decipiunt, contẽnentes ſacerdotes Chriſti,& ſe à clero eiuſq; plebis ſocietate ſegregantes, cõſtituere audeant eccleſias,& aliud altare, precẽq; alterã illicitis vocibus faciunt, dñicæ hoſtiæ veritatẽ per falſa ſacrificia ꝓfanantes: hiq; cõtra Dei ordinationẽ nitentes, ob temeritatis audaciã, terræ compagibus ruptis, viuentes ꝓfundo hiatu merguntur: nec tantùm hi, qui duces errorũ ſunt, ſed & illi, qui cõſentiendo participes eorũ effecti ſunt, æterni in ignẽ iudicij prẽparata vltiõe peribunt. Hæc ille. AVTH. Ecce precẽ alterã illicitis vocibus faciunt, qui dñicæ hoſtiæ veritatẽ per falſa ſacrificia profanant. Quid mirũ igitur, ſi Witcleuiſtæ Pragenſes alterã ſibi precem miſſæ illicitis vocibus faciant, qui dñicæ hoſtiæ veritatẽ in figurã polluti Witcleff falſa ſacrificatione cõmutãt? Crede mihi lingua eorũ flexa perfidiæ, eos nõ ſuſtinet fideliũ verba loqui, quia nec poſſunt dicere Sebboleth cũ Iudæis fidẽ Chriſti cõfitentibus, ſed chebboleth cũ Ephramitis, qđ iudicum lib. tradi-
1 dit. Sebboleth † interpretatur, ſpica plena, quã eccleſiaſticæ preces fatentur, hoſtiã. ſ. ſanctam diuinitate plenã, & Chriſti corporis veritatis, ſecundũ eſſentiã. Ipſi autem perfidi hoc dicũt
2 qđ ſentiunt, Chebboleth † ſpicam plenã paleæ, excuſſo iam grano, qđ in terrã cecidit, & eius eſſe tantũ figurã proteſtãtes inanẽ. Non ſuſtinẽt hoc dicere, qđ tota per orbẽ ex apoſtolicis inſtitutis orat eccleſia, quia ſic nec ere
3 dunt. ¶ Incipit † ſacerdos orare patrẽ, à quo oĩa, per filium ſuum, per quẽ omnia, pro cunctis & ſingulis diſcipulis fidei orthodoxæ, dicens, Te igitur clemẽtiſsime pater. Quẽadmodum Chriſtus in officio miſſæ ſuæ ſecundùm Ioannẽ. Pater ſãcte, ſerua eos, quos dediſti mihi, vſq; in finẽ protendit. Iſte autẽ orationum ordo, vel diſtinctio, à beato Petro, nõ ſine Iacobo tũ (vt dictum eſt) ſumpſit exordiũ ca. 15. lib. 1. de officijs. ISIDOR. Ordo autẽ miſſæ, vel orationũ, quibus oblata Deo ſacrificia cõſecrant, primò à .S. Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationẽ vno eodẽq; modo vniuerſus per-

Te igitur clementiſſ.

agit

agit orbis. Prima earundē orationum ammonitionis est erga populum, ut excitetur ad orandum Deum. Secunda inuocationis ad Dominum est, vt clementer suscipiat preces fidelium, oblationemq; eorum. Tertia effunditur pro offerentibus, siue pro defunctis fidelibus, vt per idem sacrificium veniam consequātur. Quarta post has infertur pro osculo pacis, vt per charitatē reconciliationis inuicem digni sacramento corporis & sanguinis Christi cōsocientur: quia nō recipit dissensionem cuiuscunq; Christi indiuisibile corpus. Quinta deinde illibatio in sanctificatione oblationis: in qua etiam ad Dei laudem terrestrium creatura, virtutumq; cælestium vniuersitas prouocatur. Et Osanna in excelsis cantat, q̄ Saluatore de genere Dauid nascente, salus mundo vsq; ad excelsa peruenerit. Porrò sexta ex hinc succedit confirmatio sacramenti, vt oblatio, q̄ Deo offertur, sanctificata p̄ spiritum sanctū, Christi corpus ac sanguis confirmetur. Septima harū, & vltima est oratio, qua Dñs noster discipulos suos orare instituit, dicens, Pater noster. Hæc ille. AVTHOR. Diuidit† Isidorus canonem ex traditione apostoli in septem orationes, quarum quinq; in cōsecrationis officium protenduntur: ita vt prima, qua populus excitetur orare, sit prefatio. Secunda inuocatio ad dominum, vt clemēter preces suscipiat, Te igitur clementissime pater. Tertia, quæ est pro offerentibus, & illa bipertita, semel ante consecrationē pro viuis, & postmodum pro defunctis: qualiter legalis Aaron de precaturus p̄ populo, stetit medius inter viuos, & mortuos. Num. 16. Et Iesus medius orauit inter Iudęos & Lazarū, p̄pter populū, inquiens, qui circunstat, dixi. Quarta p̄ osculo pacis, & recōciliationis charitate, & hæc si bene dixerim tripertita. Cōmunicante aūt, & iterum post consecrationē, & tandē ante sumptionem Eucharistię in oratione osculi terminatur: sed quia oēs istæ orationes sunt vnius orationis, idcirco vbi habēt principia, exinde incipiunt annotari. Quinta à sanctificatione oblationis ab illo loco, Hāc igitur, vsq; in consecrationē peractā. Sexta ab hinc ad orationē dñicā. Et septima vsquequo missa claudatur. Simulq; notandū, q̄ iste ordo sit ab apostolis institutus. Et notās illas oratiōes Isidorus, prima, inquit, earundē oratio, secunda, tertia, & deinceps, sunt cuiusmodi celebrationē vniuersus peragit orbis. Et eodē ca. in fine. ISIDO. Hæ sunt itaq; .7. sacrificij orationes euāgelica apostolicaq; cōmendatę doctrina, cuiusmodi dinumeratio instituta videt, vel p̄pter septenariam sanctæ ecclesiæ vniuersitatē, vel septiformē gratiæ spiritum, cuius dono ea q̄ offerunt, sanctificant. Hæc ille. AVTH. Vbi ergo sunt, qui harū orationū canonis quasdā dicūt tarda hora formatas, si Petrus Apostolus a p̄fatione incipiens, canonē istū in finē vsq; perduxit: et inde factum, q̄ hoc modo vniuersus missas peragit orbis? Itaq; in hunc modum instituisse Paulum nō ambigitur Grecorū ecclesias, tradens inde regulā Timotheo episcopo in quatuor partes canonē diuidens primæ, Timoth. 2. Obsecro, inquiens, primū oīm fieri obsecratiōes, oratiōes, postulatiōes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & his, qui in sublimitate constituti sunt. Audiatur, qđ in hunc locū epistola ad Paulinū, q̄ est. 42. dixerit AVGVSTI. Multa quippe hic dici possunt, q̄ improbanda non sunt: sed eligo in ijs verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè oīs frequētat ecclesia, vt Precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorū antequàm illud, qđ offl in dñi mensa, incipiat benedici. Orationes, cùm benedicit, & sanctificatur, & ad distribuēdum cōminuitur. Quā totā ferè petitionē fore omnis ecclesia dñica oratione cōcludit. Sequitur infrà. Interpellationes autē, siue, vt vestri codices habēt, postulationes, fiunt, cū populus benedicit. Tunc em̄ antistites velut aduocati susceptos suos p̄ manus impositionem misericordissimę offerūt potestati. Quib⁹ per actis, & tāto participato sacramēto, gratiarū actio cūcta cōcludit, quā in his etiā verbis vltimam cōmendauit apostolus. Hæc ille. AVT. Ecce de multis sensibus bonis, q̄bus posset apostolicū istum textū exponere, hunc elegit, quē oīs, vel penè oīs frequētat ecclesia: in quo sine omni allegoria sic literatim incedit, vt ad literā grāmaticè p̄ expositione descendat, dicēs Paulū intelligere has quatuor missæ p̄tes, Precationes. s. eas oratiōes, quas facimus ante quàm de cōsecratione tractemus: Orationes, cùm benedicitur, & hostia deinceps cum oratione dñica concluditur, in cuius fine hostia frangitur, statimq; Postulationes sequuntur ad benedictiones antistitum: & quartò iam cōmunicatis mysterijs, Actio gratiarū, quam notat apostolum vltimam ponere, sicut iam vltima venit in ordine. Quis dicat iam si sic ista intellexerit Paulus, quin formam integram Timotheo, & ecclesijs Græciæ tradiderit canonis nostri Paulus, sicque tota ecclesia Paulum tunc intellexerit, vt asserit Augustinus. Vnde super eum locum habet AMBROSIVS. Exhortare ergo primò omniū

Orationes canons septem.

Precatiōes.

Orationes.

Postulationes.

Gratiarum actiones.

Digitized by Google

mò omnium fieri poſtulationes, deprecationes, gratiarum actiones &c. Regula eccleſiaſtica eſt tradita à magiſtro gentiũ, qua vtuntur ſacerdotes noſtri, vt pro oĩbus ſupplicẽt. AVTHOR. Et lib. vltimo de ſacramentis. AMBROSI. Obſecro primò omniũ fieri obſecrationes, gratiarum actiones. Primò ergo oĩum laudẽ debet habere dei, ſecũdò ſupplicationẽ, tertiò poſtulationẽ, quartò gratiarũ actionẽ. Non debes quaſi famelicus ad cibũ de cibo incipere, ſed ante à laudibus Dei. Vnde etiã oratores iſti ſapiẽtes hanc habent diſciplinã, vt iudicẽ fautorem ſibi præſtent, incipiunt à laudibus eius, vt beneuolũ ſibi faciãt cognitorem. Deinde paulatim incipiunt rogare iudicẽ, vt patienter dignetur audire. Audent tertiò poſtulationẽ ſuam depromere, quid petãt exprimere. Quartò quomodo cœperint à laudib⁹, ſic debẽt in laudẽ Dei deſinere. Habes hoc in oratione dñica, Pater noſter qui es in cælis. Hæc ille. AVTHOR. In his ergo verbis expreſſit beatus Paulus regulã eccleſiaſticã ſacri canonis, per quatuor partes eum diuidens à principio precis vſq; in finẽ, quæ cum gratiarũ actione cõpletur, clamãte eccleſia, Deo gratias, & non alia forma, vel verbis, q̃ noſtri hodie faciunt ſacerdotes, dicente Ambroſio. Eccleſiaſtica regula eſt tradita à magiſtro gentium, qua vtuntur ſacerdotes noſtri. Ad hoc verbũ quid dicunt Witcleuiſtæ Pragenſes? Iã expergiſcãtur, iam excutiant oculos, hoc, qđ Auguſtin⁹ expoſuit, firmat Ambroſius. Quos ſic ad ſenſum verbi intelligens in expoſitiõe eiuſdẽ textus Pauli proſequit HAYMO. Obſecro primò omniũ fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones, & cætera. Beatus apoſtolus dirigens hæc verba Timotheo, in illo tradidit oĩbus epiſcopis, preſbyteris, omniq; eccleſiæ formã, quomodo deberent miſſarũ ſolẽnia celebrare, & pro omnibus hominib⁹ orare. Quã formã, vel exẽplũ, omnis eccleſia modò retinet. Nam obſecrationes † ſunt quidquid p̃cedit in miſſarũ ſolennijs, donec incipit ſacerdos myſteria corporis & ſanguinis dñi, inquiens, Te igitur clementiſſimè pater petimus. Oratiões † ſunt, quas fundit ſacerdos in cõſecratione Euchariſtiæ vſq; ad fractionẽ corporis dñi, videlicet, quũ particulã quandã ponit ſacerdos in calicẽ. Poſtulationes † ſunt benedictiões epiſcopales, quas dicit epiſcopus ſuper populum, inuocans nomen Dñi ſuper illud qđ tractũ eſt ex veteri teſtamento. Per Moyſen nãq; dicit Dñs ſacerdotibus, Inuocabitis nomẽ meũ ſuper filios Iſraël, & ego benedicã eis. Gratiarum actiões † ſunt laudes, quas cõmunicato populo refert ſacerdos Deo patri, qui dignatus eſt myſteria corporis & ſanguinis filij ſui dare ad redẽptionẽ & ſalutẽ. Hęc ille. AVTHOR. Vis itẽ breuiſsima forma iſta teſtantẽ Anſelmum audire in annotationibus ſup epiſtolas Pauli cùm ad hunc locũ peruenerit? ANSELMVS. Primò omniũ, id eſt, ante oĩa fieri obſecrationes, id eſt, ordo miſſę eſt, qđ eſt ſpeciale genus orationis. Obſecrationes, id eſt illa, quæ fiũt ante cõſecrationẽ: orationes in ipſa cõſecratione, poſtulationes cùm populus ab epiſcopo benedicitur: vel poſtulationes, quaſi ex debito, velut qđ hîc geritur, in æterna vita perficiat: gratiarum actiones, peractio, quæ totum cõcludit quaſi totũ à Deo: vt Benedicamus domino. Hæc ille. AVTHOR. Ecce tota penè eccleſia Dei quacũq; per orbẽ diffuſa, diebus Auguſtini vtebatur hac prece, Te igitur clementiſſimè pater. vſq; in finem miſſę per ſolitas & modernas portiones diuiſæ: ſciens hanc ſibi apoſtolica authoritate Petri & Iacobi editam, & à Paulo traditã Timotheo, & directã epiſcopis, ſacerdotibus, & clericis Græcię. Quis tantum ſuperbus hæreticus, quis contumax Witcleuiſta iſtam ſpernit, quã ſanctus Paulus apoſtolica inſtitutione veneranter ſuſcipit, eccleſijs dirigit, & Timotheo cum diligentia tanta cõmendat? O ſanctæ inſtitutiõis forma. Te † igitur clemẽtiſſime pater, hoc ipſo verbo Chriſtus ad patrem orationẽ ſuam ſacramentalẽ incepit in mõte. Vnde Matthę. 26. Procidit in faciẽ ſuã orans, & dicẽs, Mi pater, ſi poſſibile eſt: & oratione peracta, demũ ad diſcipulos venit, monens eos vt orent, ne intrent in tentationẽ. Oratq; ſecundò patrẽ appellans, & dicens: Pater ſi non poteſt hic calix &c. Sic & ſacerdos prorumpit ad populũ, Oremus inquiens Pater noſter: terminatq́ue orationẽ ne nos inducas in tẽtationem. Orat deinde Chriſtus ſilenter, & ſacerdos. Chriſtus tertiò venit ad diſcipulos, & indicit eis requiẽ: & tertiò ſacerdos voce venit ad populum, imprecans ei pacem, & quietem viuentium, ſine qua homines item dormiẽdo laborant. Chriſtus infert ſtatim, q̃ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Et ad eũ ſtatim ſacerdos infert precẽ ſuam, dicẽs, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Cur iſtam formam orandi non obſeruauit Chriſtus in cœna, vbi ſacramentum? Ratio eſt, vt ibi ſolẽnem miſſæ precem ediceret, vbi ipſum mundum ſacrificium ordinaretur offerre coram omni mũdo. CHRYSOSTO. aũt dicit, q̃ prę turbatione diſcipulorum nõ tũc vacauit. Suſpicantes

Obſecrationes.

Orationes.

Poſtulationes.

Gratiarũ actiones.

Orationis Chriſti & eccleſiæ conformitas.

Digitized by Google

ſpicantes enim ſemper perſecutores adeſſe, non deuotè attenderent. Vnde hoc loco ſuper Ioannem. Surgite eamus hinc. CHRYSOSTOMVS. Quia hæc & talia audientes turbantur, vt mox capiendi ducit eos in locum alium, vt exiſtimantes ſe in cautela eſſe, cum otio de reliquo audiant. Hæc ille. AVTHOR. O ſacri huius mundi ſoles apoſtoli inſtitutores eius, ſi dignè portatis iniuriã miſſæ veſtræ ab eis, qui ſcripturæ Chriſti, & ipſi domino, & magiſtro noſtro æquales corruptiones immittunt? & tamen talis iſte corruptor, & negator veſtri, præcipuum amicum veſtrum ſe dicet. Sed in epiſtola contra hæreticos. CYPRIANVS. An eſſe ſibi cum Chriſto videtur, qui aduerſum ſacerdotes Chriſti facit? qui ſe à cleri eius & plebis ſocietate ſecreuit? Arma ille contra eccleſiam portat, contra Dei diſpoſitionẽ repugnat, hoſtis altaris, aduerſus ſacrificiũ rebellis, pro fide perfidus, ꝓ religione ſacrilegus, in obſequijs ſeruus, filius impius, frater inimicus, contẽptis epiſcopis, & Dei ſacerdotibus derelictis, cõſtituere audet aliud altare, precem alterã illicitis vocibus facere, dominicæ hoſtiæ veritatem per falſa ſacrificia profanare, nec ſcire quoniam qui contra ordinationem Dei nititur, ob temeritatis audaciam diuina animaduerſione punitur. Hęc ille. AVTHOR. Et † verè talis hoſtis altaris eſt Witcleff, qui voto habuit omnes ſolennitates miſſales ceſſare. Talis omnis Orphanus, vel Thaboriſta Pragenſis, aut ab hac ſordida hæreſi quomodolibet appellatus, qui contemptis epiſcopis, & Dei ſacerdotibus derelictis, conſtituere audet aliud altare, alteram precem illicitis vocibus facere, & quam ſtatuerunt apoſtoli, profanare: nec ſcire quoniam qui contra ordinationem Domini nititur, diuina animaduerſione punitur. Nõ, inquit Orphanus, quia precẽ Chriſti dico Ante diem feſtum paſchæ, hoc Chriſtus non iuſſit, ſed hoc Chriſtus quod Petrus, quod Iacobus, quod ille iuſsit, in quo loquitur Chriſtus. Paulus. Et ſi ſecundùm hæreſim tuam epiſcopi non ſint illi, iſti tamen ſunt, quibus Chriſtus dicit, Qui vos ſpernit, me ſpernit. Quid in quis periculi, qui hæc in ſcripturis nõ video, nuſquam lego. Ergo ſic ꝓ nihilo ducis, quod Ioannes dixerit multa feciſſe Ieſum, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mũdum capere eos, qui ſcribẽdi ſunt, libros? aut tanti æſtimas codicem, vt ſi in ipſo non teneãtur omnia Chriſti facta, negabis? Inter non ſcripta, facta tamen apoſtolica, ſunt hæ canonis regulæ conſtitutæ. Vnde AVGVSTIN. Ex dictis Baſilij, vt in decretis. 11. diſtinctione. Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam ſcripturis, quaſdam verò conſuetudine roboratas approbauit vſus: quibus par ritus, & idẽ vtriuſque pietatis debetur affectus. Et infrà. Quæ enim (vt inde exordiamur) ſcriptura ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri? Vel quę trifariàm digeſta ſuper calicem & panem prolixæ orationis vel conſecrationis verba commendauit? Nam non modò in euangelio non continetur, vel ab apoſtolo quolibet in certis continetur, quod in ſecretis dicimus, ſed & alia plura adijcimus magnã quaſi vim cõmendantia myſterijs. Quæ Oriẽtem verſus nos orare literarũ forma docuit? Hęc ille. AVTHOR. Prolixã orationẽ totius canonis vſque in finem dicit, quam in ſecretis dicimus, quæ, vt inquit, nec in euangelio continetur, nec ab apoſtolo quouis in certis eſt ſcriptis, putà apoſtolicis, vel apoſtolorũ actibus. Alia cõſecrationis verba commendãtur nobis in ſcriptis, ſed non vt vteremur eis hoc ordine. Quibus omnibus par ritus eſt, acſi in ſcripturis traderentur expreſsè, & pietatis debetur affectus. Per igitur eſt contemnentis impietas, quia ſiue ſcribitur, ſiue traditur, apoſtolorum eſt regula, ergo ſpernens eam, iam ſpernit apoſtolos. Ecce quantum non vitaſti periculum: velis, nolis, te probas hæreticum. Si probem apoſtolum, Apoſtolum, inquis, non approbat Auguſtinus. Hoc ſcio vitaſſes periculum, ſi tenuiſſes naiculã Petri, ſi audiuiſſes eccleſiam. Multa huiuſmodi credenda mihi traditiones eccleſiæ cõtinent, eaſque acceptas à Chriſto & apoſtolis ſine ſcriptis commẽdat: in quibus ambulat confidẽter, qui ſimpliciter graditur in fide eccleſiæ, quam qui ſpernit, mille hæreſum compedes non vitabit.

Orphanus.

¶ De prece prima canonis in hoc silẽtio, Te igitur clemẽtissime, Memento domine, Communicantes & memoriam venerantes. Et ne hæreticorum nomina in missa recitentur.

CAP. XXXVII.

SVMMA.

1 *Oratio sacerdotis ad Deum patrem per Christum in silentio describitur.*
2 *Crucis faciendæ in missa ratio. Et utrum sigillatim panis & uinum accipiant singulas cruces, an simul una cruce duo signentur.*
3 *Precandi, seu orandi ordo.*
4 *Witcleff cũ suis sequacibus quomodo non habeat catholicam ecclesiam.*
5 *Orandũ quòd sit pro Papa, ut Christus pro Petro orauit.*
6 *Papa dictio quomodo interpretatur.*
7 *Papa quare debeat esse primus in deprecatione præ cunctis fidelibus.*
8 *Orandum quòd sit pro regibus, & ijs, qui in sub limitate sunt constituti.*
9 *Orandum quòd sit pro omnibus Orthodoxis.*
10 *Sacerdotis orantis in missa cautio.*
11 *Hæreticorũ nomina quòd nõ sint in missa recitãda.*
12 *Cõmunicantes, & memoriam uenerantes. &c.*
13 *Patriarcharum & apostolorum nomina cur in Canone recitentur.*
14 *Martyrum series quare incœperit pleno Canone ad certũ numerum deputari.*
15 *Martyrologium, Et quis illius author extiterit. Et quis etiam interpres.*
16 *Nomina sanctorum, à quibus sint Canoni inserta.*
17 *Deo soli quòd fiat sacrificium, licet sub memoria martyrum.*
18 *Sanctorum memoria quòd non sit parum utilis, ut quis exaudiatur.*

TE igitur clemẽtissime pater ꝑ Iesum Christum filium tuum dominũ nostrũ supplices rogamus, ac petimus. In† hoc 1 secũdo silentio facit sacerdos orationem cũ Christo prolixã, orans patrẽ, vt per Christũ, qui sic in secũda vigilia secũdi silẽtij prolixè orauit, vt sua, & cõmunis ecclesiæ petitio audiatur. Vnde de officio missę REMIGI. Supplices rogamus, ac petimus per Christum, per quẽ omnis supplicatio, & petitio nostra dirigi debet ad Deũ tanq̃ per verum mediatorẽ & sacerdotẽ æternũ, qui sedet ad dexterã patris, & interpellat pro nobis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc sumpsit in officio missæ suæ Christus, dicẽs, Ego sum via veritas & vita: nemo venit ad patrẽ nisi ꝑ me. Ioã. 14. Vti accepta habeas hæc dona, hęc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Hæc 2 † sunt verba trifariã digesta super panẽ & calicẽ, q̃ Basilius dicit ab apostolis nobis nulla scriptura. s. euãgelica, vel apostolica cõmendata, in qbus benedicẽtes hostiã salutarẽ ter cruce signamus offerendam patri per Christũ. ad Hebræos vltimo. Per ipsum. s. offeramus hostiam laudis semper Deo. Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs ꝓmeretur Deus. Sed vtrum sigillatim panis & vinũ accipiãt singulas cruces, an simul vna cruce duo signẽtur, lib. de sacramẽtis respondet ANSEL. Vbi autẽ dicimus, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, siue sigillatim pani & vino singulæ cruces assignentur, siue vna cruce duo simul sanctificẽtur, nõ video in hac diuersitate repre hẽsibilẽ discordiã: nisi fortè cõueniẽtius ambo vna cruce notent, sicut vno verbo benedictionis sanctificãtur. Hæc ille. AVTH. Bene dixit vbi verbũ benedictiõis est vtriq; cõmune: vbi autẽ corpus, aut sanguis, panis, aut vinũ singulariter capiuntur, singulæ cruces suæ materiæ coaptẽtur. Valde autẽ attẽdendũ est, ꝙ in celebritate huius sancti sacramẽti, crucis ordo nõ omittat, sine qua nullũ ecclesiæ sacramẽtũ ritè perficit. Vnde dicto sermõe. 118. AVGVS. Quid est quod oẽs cognouerũt signũ Christi, nisi crux Christi? qđ signũ nisi adhibeatur, siue frõtib⁹ credẽtiũ, siue ipsi aquę ex qua regenerãtur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo alũtur, nihil eorũ ritè perficit. Quomodo ergo per illud, qđ mali faciũt, nihil boni signat, qñ per crucẽ Christi, quã fecerũt mali, in celebratione sacramentorũ eius bonũ nobis oẽ signat? Hæc ille. AVTH. Ecce quàm opportuna est hæc crucis impressio in huius celebritate mysterij, quã tñ Christũ fecisse in missę suæ celebratione euãgelica nõ ꝓdit historia. Sed addit: in primis quę tibi offerimus ꝓ ecclesia tua sancta catholica, quã pacificare, custodire, adunare, & regere digne 3 ris, toto orbe terrarũ. Rect⁹ † ordo est, vt capiti primo omnium corpus offerẽdo iungatur, distinguẽdũ statim articulatim in mẽbra. Vnde ad Colossen. 1. Fact⁹ sum ego Paul⁹ Christi minister, q nũc gaudeo in passiõib⁹ ꝓ vobis, & adimpleo ea q̃ desunt passionũ Christi in carne mea ꝓ corpore ei⁹, qđ est ecclesia. Cẽse re se debẽt sacerdotes loco ecclesiæ vniuersalem

Per Christũ

Crucis faciendæ ratio.

Precãdi seu orandi ordo.

Digitized by Google

lē ministrū & organo eius vtentē in his preci bus,& ꝑ nullo prius q̄ pro se, medio sacerdo te,orabit ecclesia.Ex cuius ore tāta virtus ema nat ꝑ hac vice, maximè vbi plebs ardet affe-ctu hora sacrificij, vt quasi ignis egrediens sic deuoret obsistētes. Qualiter de ꝓphetis Chri sti Ioānes scribit in apocalypsi. Hi sunt duæ oliuæ,& duo cādelabra in cōspectu dñi terræ stātes.Et si quis voluerit eis nocere,ignis exiet de ore eorū, & deuorabit inimicos eorū. Et si quis voluerit eos lædere,sic oportet eū occidi. Quē textū exponēs sermone.8.sup Apocaly psim AVGV. Si quis eos vult lædere &c.i.si quis ecclesiā vel lædit,vel lædere voluerit,ꝑci-bus oris eius diuino igne aut in præsenti ad correctionē,aut in futuro seculo ad damnatio nem cōsumet.Hęc ille.AVTH. Notanter au-tē hic percussit textus & eius expositio erro-rem Witcleff,qui sæuit cōtra orationes voca-les,qñ dicit, ꝙ ignis exiet de ore eorū,hoc est, quia precibus oris ecclesiæ consument nocen tes.Ergo hoc igne hæretici Witcleuistæ cōsu ment,nociui perdent precib⁹ oris eius. Quid mirū igitur sit si Witcleuistę has preces nō di-ligant,renuantq̄; in eis orare cū celebrant,sed ex rōne relinquunt,quia hanc ecclesiā nō ha-bent,sed ab ea in vnā vulpis foueā ceciderūt.

4 Non † pōt Witcleuista dicere ecclesiā suā ca-tholicā.i.vniuersalē toto orbe terrarum, quia nec fides eius annūtiat vniuerso mundo. Imò tā inaudita tāq̄; noua per mūdi regna ꝑ eius satrapas nondū polluta,vt notior sit eis Ma-hometi perfidia. Christi enim euangeliū & sa cramentū nouerunt,audierūt,& perceperunt: perfidiā Hussianā nescient quousq; studiosè didicerint,ita vt prius alchoranū scirēt, q̄ tria-logum.Noua ergo & inaudita perfidia partic-ulā vnam occupat,in quā ab ecclesia catholi ca recedens se recipit.Vnde lib.1. contra do-natistas ca. 6.AVGVST. Alia causa est istō-rum,q̄ in istos hæreticos imprudenter incur-runt,ipsam Christi esse ecclesiā catholicā exi-stimātes,alia eorū,qui nouerūt rem esse catho licā ecclesiā, nisi eam, q̄ sicut ꝓmissa est, toto orbe terrarū extēditur,& diffunditur ad fines terrę,& inter Zizania & incendia scandalorū, requiē futurā desiderans,dicit in psalmis, A fi nibus terræ ad te clamaui. Hæc ille.AVTH. Et in cōmentario Michęæ super illū textum HIERON. Illud qđ hæretici semp in dogma tum suorū quasi sublimitate & ecclesiæ despi ciant simplicitatē,in alio loco dicet: Veh qui despiciūt Sion,& confidūt in mōte Samariæ. De Sion enim egredietur lex, & verbū dñi de Hierusalē.Porro Samaria fabricata est sibi de ꝓprio censu vitulos aureos,habētes quidē in superficie pulchritudinē, sed vitalē spiritū nō habentes:& fabricata est in domo Dei,quę in terpretatur Bethel. Nō enim recipere popu-lus Israël deos,nisi de scripturis, & in domo Dei potuit.Et eius autē conciliabula sua vo-cēt Bethel:tamē post fabricationē idolorū de sijt esse Bethel,& vocatur Bethenō,qđ dicitur domus idoli.Hæc ille. AVT.Ait ergo scriptu ra per expositionē Hieronymi hæreticos nō habere domum dñi,quæ est ecclesia,sed in cō ciliabulis suis habent Bethenon, & domū ido li.Solus ergo orthodoxus sacerdos hanc pre-cem fundit,qui ecclesiā agnouit,& tenet toto orbe vsq; ad fines terræ diffusam.Hęretici di-gnum nō dignè dicunt,quia nō habent eccle-siam vbi dicant.Sequitur. Vnà cū famulo tuo

5 Papa nostro.Christus † pro papa Petro pri- *Pro papa o-*
mus orauit,dicens,Simon ecce Satanas expe *randum, ut*
tiuit vt cribraret te sicut triticū.Ego autē roga *Christus ꝑ*
ui pro te,ne deficiat fides tua:& tu aliquando *Petro ora-*
cōuersus cōfirma fratres tuos.Ita præ cæteris *uit.*
apostolis oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro Petro, dū per Herodē teneret in carcere.Actuū.12.REMIGIVS. Quod adiungit,pro famulo tuo papa nostro. ipsius,& ecclesiastici corporis vnitas fortiùs cōmendatur,quia religionis cultū sic Domi-nus instituit,vt in Petro apostolorū summo prīcipaliter collocaret,atq; ab ipso quasi quo dam capite dona vellet in omne corpus ma-

6 nare.Papa † autē secundū quosdā dicitur ad- *Papa.*
mirabilis,vel coronatus,vel(qđ est melius)pa ter patrū,id est,episcoporū.Hæc ille.AVTH. Sequitur Remigius in hoc dicto Chrysostō-mum sic exponentē dubium huius loci,cùm Christus diceret de cunctis apostolis, ꝙ expe tiuit eos Satanas vt cribraret,cur pro solo Pe tro oraret?Quòd casus eius propter amplitu-dinem potestatis acceptæ fuit omniū difficil-limus.Super Matth. in opere perfecto Homi lia.82.CHRYSOSTO.Ego deprecatus sum pro te ne deficiat fides tua:& propter quid si omnes petijt,non dicit,Pro omnibus precat⁹ sum?Nōne manifestum est quoniā, vt antea dixi,tangens eum,& ostendens qm̄ difficilior alijs est eius casus,ad ipsum cōuertit sermonē? Sequitur.Qui enim ecclesiā in cōfessione eius ædificauit,& ita muniuit eam, vt decē millia pericula & mortes nō eam separarēt, ꝙ cælo-rum claues ei dedit,& tātæ potestatis fecit do minum,& nōne ad hæc oratiōe opus habuit?

7 Hæc ille.AVTH.† Hac ergo ratione papa habet necesse,vt primus sit in deprecatione prę cunctis fidelibus,qua ratione Petrus erat

Witcleff nō habet ca tholicā ec-clesiam.

Digitized by Google

ſingularis & primus in oratiõe Chriſti præ cũ ctis apoſtolis, quia ſup eum ſingulariter Chriſtus ædificauit eccleſiã: quia claues eccleſię ipſi dedit, & tãtæ poteſtatis dñm fecit, & religionis cultũ in eo principaliter collocauit, ideo ſi nõ eximiè ſeruaretur, omnes caſum eius luemus difficilẽ. Et antiſtite noſtro. Et lib. 2. de tabernaculo. BEDA. Præceptũ apoſtoli eſt dicentis, Memẽtote præpoſitorũ veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbũ Dei, quorũ intuentes exitum cõuerſationis, imitamini fidem.

8 Hebr. 13. Hæc ille. AVTHOR. Et † rege noſtro. Hoc planè mãdauit Apoſtolus fieri in capite miſſę ad Timotheum, Pro regibus, inquiens, & ijs, q in ſublimitate cõſtituti ſunt. Et ſupplet hic per expreſſionẽ, ſi cõcordia euangeliſtarum penſetur, ſecundũ AVGVST. qđ dñs impenſẽ rogauit in ſermõe ſanctæ cœnæ priuſquàm recederet. Primò pro papa noſtro, cũ diceret, Simon rogaui pro te: poſtea pro vniuerſis apoſtolis, qui tunc ibi erant, dicẽs, Ego pro eis rogo, nõ pro mundo pater ſancte, ſerua eos in noïe tuo: & in hoc loco rogat vnaquæq; eccleſia pro ſuo antiſtite, qui ſuccedit ei loco apoſtoli, ita vt vniuerſalis eccleſia roget ſimul pro omnibus, ſicut Chriſtus fecerat ſpõſus eius. Tertiò pro oĩbus orthodoxis credẽtibus ſecundũ doctrinã apoſtolicã in eccleſia, dicens, Nõ pro eis rogo tãtùm, ſed pro his etiã, qui crediturí ſunt per verbũ eorũ in me. i. credẽtibus vniuerſis, ſicut expoſuit Auguſtinus ſuper Ioannẽ. Verũtamen hanc precẽ diſtinxit Apoſtolus ad Timotheũ in ſpeciali dicens, pro regibus, cũ prius addidiſſet, pro oĩbus hominibus, nõ in hoc tollens ordinẽ, quo Chriſtus ſpeciale præpoſuit, & ſuppoſuit generale, ſed rẽ precis explicans ꝑ extractionẽ ſpecialis à genere: ideo eccleſia veterana ꝑcẽ ſemp ſeruauit Chriſti & eius apoſtoli ſecũdũ ſuam ſubſtãtiã, ſed precis ordinẽ ſeruat à Chriſto. Vnde poſt apoſtolos, id eſt, antiſtites, orat diſtinctè ꝑ regibus, & principibus ſublimioribus locorum: qui oẽs reges ſunt officio regiminis, quanuis nõ culminis dignitate. Et in apologetico ſuo ca. 49. TERTVLLIA. Oramus etiã pro imperatorib⁹, & miniſtris eorũ, & poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, ꝑ rerũ quiete, ꝑ mora finis. Hęc ille. AVTHOR. Et hæc erat debita regula ſacerdotũ tẽpore apoſtoli, & ab apoſtolo tradita. Vnde in expoſitione ſolenni primæ Timoth. 2. AMBROSI. Hęc regula eccleſiaſtica eſt tradita à magiſtro gentiũ, qua vtuntur ſacerdotes noſtri, vt ꝑ omnibus ſupplicẽt, deprecãtes pro regibus huius ſeculi, vt ſubiectas habeãt gentes, vt in pace poſiti, in trãquillitate mẽtis, & quiete, domino noſtro ſeruire poſſimus: orantes etiã pro his, quibus ſublimis poteſtas eſt credita, & in iuſtitia, & veritate gubernãt rẽpublicam. Hæc ille. AVTHOR. Et ſic à primæuis eccleſię oratum eſt pro his ſublimibus nominatim ſecũdùm qđ eccleſiæ acceperũt mandatum eis factum ab Apoſtolo, obſecrate pro regibus, & his, qui in ſublimitate cõſtituti ſunt. De quo ca. 31. TERTVLL. Quid ergo putaueris nos nihil de ſalute curare Cęſarũ? Inſpice Dei voces has noſtras, quas neq; ipſi ſupprimimus, & pleriq; caſus ad extraneos conferunt: ſcitote ex illis præceptũ eſſe nobis ad redũdãtiam benignitatis etiã pro inimicis Deum orare, & pro perſecutoribus noſtris bona precari. Nam qui magis inimici & ꝑſecutores Chriſtianorum, quàm de quorum maieſtate conuenimur in crimẽ? ſed etiã nominatim atque manifeſtè: orate, inquit pro regibus, & principibus veſtris, & poteſtatibus, vt omnia tranquilla nobiſcũ ſint. nobiſcũ enim cõcutitur imperium. Hæc ille. AVTHOR. Deinceps

9 † autem traditione apoſtolica pro cæteris fidelibus orationis locus inſtat, & omnibus orthoxis catholicæ atq; apoſtolicæ fidei cultoribus. Et dependet orationis ordo, vt nomina tim poſſint commendari fideles, Memẽto domine famulorũ famularũq; tuarũ. vſq; ibi: ꝑ ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ. Nec tantũ nomina perſonarum, ſed ſingula gerẽda per eos poſſunt ibi ſingulariter memorari. Non quidẽ vocibus, ſicut olim quædã eccleſiæ recitabant ex diſpertitis, ſed notulis noſtræ mẽtis. Vnde pro Ioãne Cõſtantinopolitano epiſcopo Epiphanius ſolebat ibi orare, vt ipſe ſcribit in epiſtola ad eundẽ inter epiſtolas Hieronymi. EPIPHAN. Quãdo autẽ cõpleuimus orationẽ ſecundũ ritum myſteriorũ, & pro omnib⁹, & pro te quoq; diximus, cuſtodi illũ, qui prędicat veritatẽ, vel certè ita, Tu præſta dñe, & cuſtodi, vt ille verbũ ꝑdicet veritatis, ſicut occaſio ſermõis attulerit, & habuerit oratio cõſequẽtiã. Hæc ille. AVTH. Et ſicut ſeries orationis habet, ꝑ ſe ſuiſq; oĩbus, ꝑ redẽptione animarũ ſuarũ, ꝑ ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ in iã dicto loco. AMBRO. Hæc regula eccleſiaſtica eſt tradita à magiſtro gentiũ infrà. Poſtulãtes verò ꝑ his, qui in neceſſitate varia ſunt, vt eruti, & liberati, Deũ collaudent incolumitatis authorem. Hæc ille. AVTHOR. Tãgit orationẽ canonis in verbo, incolumitatis. Et ſuper Ioannem Mora. 68. CHRYSOST. In myſterijs amplectimur ad inuicem, vt qui multi ſumus, fiamus vnum: & in ſe-

Pro Rege.

Pro omnibus ortho doxis.

& in secretis cõmunes facimus orationes, ob-
egrotãti secrantes pro * erogantibus, ꝓ fructibus or-
s. bis terrarum, id est, & terræ & maris. Vides o-
mnem amoris virtutẽ positã in orationibus,
in mysterijs, in ammonitionibus. Hæc est o-
mnium causa bonorũ: si huic adhæserimus cũ
certitudine & fiducia, bene dispensabimus, &
regno fruemur. Hæc ille. AVTHOR. Quàm
dulciter hic sanctus pater sentit de hac oratio
ne in mysterijs, id est, missarũ celebritate statu
ta dicens: omnẽ amoris virtutẽ in his orationi
bus positam, & hinc omniũ bonorũ esse cau-
sam. Sancte pater quantum chaos inter te &
Witcleff amarũ, hæreticum, indeuotũ, insipi-
10 dum? Cauendũ † tamẽ ne orãtis affectus indi
scretè sumẽs nomina cõmẽdata aliter ea dispo
nat, quàm canonis verba taxabant, q̃ huic me
moriali prębẽt introitũ, & oĩbus orthodoxis,
atq; catholicę, & apostolicę fidei cultoribus.
Nã huius ad precis conformitatẽ est illud Leo
nis decretũ, cuius primũ capitulũ est de fide
11 Anatholij cap. ibidẽ. 3. LEO. De † noĩbus au
tem Dioscori, Iuuenalis, Eustathij ad sacrũ al-
tare nõ recitandis, dilectionẽ tuã hoc decet cu
stodire, qđ nostri ibidẽ constituti faciendum
esse dixerunt, quodq; honorãdæ sancti Flauia
ni memorię nõ repugnet, & à gratia tua Chri
stianæ plebis ąnimos nõ auertat. Nã inimicũ
nimis est atq; incongruũ, eos qui innocentes
catholicos sua persecutione vexauerunt, san-
ctorũ nominibus sine discretione misceri: ip
si se sua prauitate codẽnent, quos cõuenit aut
percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.
Hæc ille. AVTHOR. Ne autẽ per nos so-
los præsumamus offerre Deo sacrificiũ placa
tionis pro nostro toto genere, prudentius au-
tumo, meliorũ, & maiorũ nostrorũ, qui iã bea
ti sunt, & amici principis, & secretorũ eius ꝑti
cipes, genus fateri, præsentiã quærere, & reci-
12 tare memorias, dicentes, Cõmunicãtes † & me
ĩicantes. moriã venerãtes in primis glorioſæ semperq;
virginis Mariæ genitricis Dei & dñi nostri Ie
su Christi, sed & beatorũ apostolorũ, & marty
rum tuorũ Petri, & Pauli, Andreæ, causa vt si-
mul ad sacrificiũ cõgregati cũ his sanctis no-
stri generis ꝓ nobis peccatoribus nõ reijciatur oblatio, volẽte Christo hanc vnitionẽ no
strã in mysterijs suis. Ego claritatẽ, quã dedisti
mihi, dedi eis, vt sint vnũ, sicut & nos vnũ su-
mus. Ego in eis, & tu in me, vt sint cõsummati
in vnũ: pater sancte quos dedisti mihi volo vt
vbi ego sum, & illi sint mecũ, vt videant clari-
tatẽ meã. Ioan. 17. Quomodo ergo celeberri-
mæ claritati tantorũ mysteriorũ poterũt abes
se, aut nõ vocati adesse, vbi & Christus est, &
vult eos interesse, vt suã videãt claritatẽ? Incẽ
ſanter hoc iniunxerũt subiectis suis apostoli,
& post apostolos sancti ecclesiarũ patres ora
tionũ suarũ interuallis memorijs cõmunicare
sanctorũ cõmunicantes. Ad Rom. 12. aliàs ha
betur memorijs sanctorũ cõmunicantes, si-
cut Hilarius habet in epistola cõtra Constan
tium Augustũ. HILARIVS. Apostolus cõ-
municare sanctorũ memorijs nos docuit, tu
eas dãnare coẽgisti. Hæc ille. AVTH. Reuera
cũ orationi fideles instarẽt, priorũ sanctorũ
vitas & merita iubebantur mente recolere, tã
vt eorũ orationibus, q̃ etiã imitatiõibus iuua-
rentur. Vnde in eundẽ locũ expositione epi-
stolæ ad Rom. lib. 10. ORIGENES. Oratio
ni instantes. In quo enim nõ sufficit humana
fragilitas, auxiliũ Dei orationibus implorandum est. Vsibus sanctorũ cõmunicantes, me-
mini in latinis exẽplaribus magis haberi, me-
morijs sanctorũ cõmunicantes. Hęc ille. AV-
THOR. Et in expositiõe sua AMBRO. Me
morijs sanctorũ cõmunicantes. Manifestũ, ꝙ
qui preces suas exaudiri vult, æmulus debet
esse vitæ sanctorũ. Cũ imitatur enim, cõmuni-
nicat: vt hoc sit memorẽ esse & cõmunicare,
imitari actus illorũ. Hæc ille. AVTHOR.
Necessaria est ergo obseruãtia talis, q̃ pręcepto apostolorũ cũctis fidelibꝰ quotidiana iã
fuerat, vt orationi instãtes, sanctorũ cõmuni
carent memorijs: multò magis in oratione so
lẽnis sacrificij, q̃ cunctis fidelibus est commu
nis, neq; poterat vnq̃ omisisse sacerdos. Ideo in
eisdẽ verbis Pauli plurali voce sui & cunctorũ *Communi-*
fideliũ iussum eius prosequitur. Cõmunican- *cantes &c.*
tes, inquiens, & memoriã venerãtes: quasi ita
vellemus, vt priores sancti, te Deum ac dñm
promereri. In lib. annotationũ ibi. HIERO.
Quidã codices habẽt, memorijs sanctorũ cõ-
municantes: qđ ita intelligitur, vt meminerint
dñi, & participes fiant, eorũ imitantes exẽpla.
Hæc ille. AVTHOR. Tam igitur vt eorum
auxilio, quàm etiã vt cum gaudio gratias cu-
mulemus Deo nostro, qui tantorũ sanctorũ
nos fecit esse participes. Ad Colos. 1. Cũ gau-
dio gratias agẽtes Deo patri, qui dignos nos
fecit in partẽ sortis sanctorum, In lumine Pe-
tri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioãnis, Thomæ, Ia-
cobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simo-
nis & Thaddęi: hæc in prima ꝑte canonis. 12.
apostolorum sunt noĩa tãquàm. 12. patriar-
charũ noĩa, quæ sacerdos legalis semper por- *Nomina pa-*
tabat in humeris. Vnde lib. 3. de tabernaculo *triarcharũ*
13 ca. 11. BEDA. Tres † ob causas Aaron noĩa *& apostolo-*
patriarcharũ inter sacrificia semper in hume- *rum cur re-*
ris portabat, vt videlicet ipse fidẽ, vitãq; patri *citentur.*

Digitized by Google

archarum meminiſſet imitari, vt. 12. tribuum, quæ de his natæ ſunt, in orationibus & ſacrifi cijs memor exiſteret, vt idem populus ſcripta in veſte præſulis ſui patrũ nomina vidēs, cura ret ſedulò, ne ab illorũ meritis deficiēs, ad erro rum cõtagia declinaret. Sequitur. Quæ videlicet aptè nomina patrũ in lapidibus pretioſis ſculpi iuſſa ſunt. Lapides quippe pretioſi ope ra ſunt virtutũ ſpiritualiũ, habetq; ſacerdos in humeris lapides pretioſos, & in eis noīa patrum inſcripta: vt & ipe claritate bonorũ ope rum cunctis admirãdus exiſteret, & eandē cla ritatē non à ſe inuentã, ſed antiqua ſibi patrũ authoritate traditã eſſe nouerit. Hæc ille. AV THOR. Cauſæ iſtæ morales, quæ idcirco no ſtris ſacrificijs de patriarchis fidei noſtræ reci tandis omitti nõ debēt, quin potius ſubſequē ter in tabula inferiori. 12. martyrũ Chriſti no mini ſunt iungenda. Lini. ſ. Cleti, Clemētis, Si xti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Griſogoni, Ioānis, & Pauli, Coſmæ & Damiani. Vnde in epiſtola ad Cromaciũ & Heliodorum epiſco pos HIERON. Sanctum eſt vt ita fieri iubē te Conſtantino, Euſebius idoneus relator exi ſtens eccleſiaſticã hiſtoriã texeret, & omniũ penè martyrũ geſta in omnibus ꝓuincijs Ro manis diligēs hiſtoriograph⁹ declararet: quo niã omni die ſacrificiũ offerēs Deo, eorũ mar tyrum noīa cõmemorare ſtudebat, qui eo die, quo ſacrificiũ offerebatur, victores diaboli ex titerunt, & martyrij ſui triũpho ouantes ad re gem ſũum ꝓuenerunt Chriſtũ. Hac de cauſa per ſingulos menſes ſingulorũ dierũ feſta per ſcripſimus, perennē noſtræ prauitatis memo riam fore credētes: cùm diebus omnibus per tota anni ſpatia ſanctorũ fuerit nominũ feſti uitas celebrata: & quoniam per ſingulos dies in diuerſis ꝓuincijs, & in diuerſis vrbibus paſ ſorum martyrũ pluſquàm octoginta nomina ſunt recitanda, vt nullus ſit dies, qui nõ tot ha beat aſcripta nomina, excepto die Calẽdarũ Ianuarij. Cõſiderans inter innumeras turbas lectorũ omnium intra vnũ mẽſem poſſe laſſeſ ſere, ne idē eueniat, ſuccinctè breuiterq; eorũ nomina, quæ ſunt in aliqua ampliſſima ciuita te, ſuis locis cõmemorẽ, vt amputato faſtidio, vnus de omnibus ſufficiat libellus aſcriptus. Sanè in prima parte libelli omniũ apoſtolo rum feſta inſcripſimus, vt dies varij nõ videan tur diuidere, quos vna dignitas apoſtolatus in cæleſti gloria fecit eſſe ſublimes. Hæc ille. AV
14 THOR. Hac † ecce de cauſa incœpit ſeries martyrum pleno canone ad certũ numerũ de putari, quia omniũ martyrũ, qui eo die contigerant, vt ſanctus fecit Euſebius in ſacrificio miſſæ, quotidiè recitari nõ poterãt: deſcripſit
15 ergo in martyrologio † martyres Chriſti Euſebius, quos omnes Hieronymus interpretis officio in latinã linguam conuertit, ſicut ipſe hìc dicit perennē noſtræ paruitatis memoriã fore credētes. Et libro retractationũ in Actus apoſtolorũ in principio BEDA. Aſtipulatur & liber martyrologij, qui beati Hieronymi nomine ac prefatione attitulatur, quãuis idē Hieronym⁹ in libro illi⁹, nõ author, ſed interpres, Euſebius autē author extitiſſe narratur. Hæc ille. AVTHOR. Aſſumpſit ergo patrũ ordo duodecim apoſtolos in prima parte li belli, ſubiungens eis totidem martyres, qui in aliqua ampliſſima ciuitate famoſiſsimè trium pharunt, ſic amputato faſtidio, vnus libellus ex vtriſq; texeretur in canone: nec hanc regu læ claritatē quilibet ſibi formaret ad votũ, ſed antiqua ſibi patrum authoritate ſignatã. Nec
16 † putet quis ab Euſebio, vel Hieronymo, quã quàm ſanctis, hunc ordinem exorſum eſſe, di cente ca. 3. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONY. Scripturæ, id eſt, tabulæ canonis, quæ nobis cõmemorant ſanctã vitã, & bonũ finẽ ſancto rum patrum, nos ad eadē inuitant, qui eoſdē nõ vt mortuos, ſed vt ſecundũ animã viuẽtes attendimus, iuxta id Lucæ: Deus autẽ nõ eſt mortuorũ, ſed viuorũ: omnes enim viuunt ei. Diuina ſiquidē memoria, in qua ſancti repo nuntur, nõ eſt phantaſtica, vel obliuioſa, ſicut humana, ſed cognitio intranſmutabilis. Iuxta illud; Nouit Deus quæ ſunt eius, & mors ſan ctorum eſt pretioſa in cõſpectu dñi. Hæc ille. AVTHOR. Iuxta hunc ſenſum dicit Beda, ſanctorum noīa portari in humeris ſacerdo tis: ſecundùm quẽ Dionyſius ſcripta nomina dicit in tabulis canonis, vt fidem, vitamq; ſan ctorũ libet meminiſſet, quos nõ eſſe deo mor tuos, ſed viuos intelligat, cui oīa viuunt. Et ita anteapoſtolorũ nõia, forſitã ipſi apli ſanctorũ martyrũ nomina fixerũt in canone, vt hic or do Dionyſij manifeſtat. Tãdẽ poſt ſuis tẽpo rib⁹ patres eccleſiæ præponebãt apoſtolos, & poſt martyres ordinauerũt: & ideò hic eſt an tiqu⁹ locus martyrũ ſcdm ordinẽ patrũ. Quẽ 22. lib. de ciuitate Dei. cap. 10. ſic tãgit AV-
17 GVST. Nõ † erigimus altaria, in quib⁹ ſacri ficemus martyribus, ſed vni Deo & martyrũ & noſtro ſacrificiũ immolamus. Ad qd ſacrifi ciũ ſicut homines Dei, qui mundũ in eius cõ feſsione vicerũt, ſuo loco & ordine nominã tur, nõ à ſacerdote, qui ſacrificat, inuocantur: Deo quippe nõ ipſis ſacrificat, quis in memo ria ſacrificet eorũ, qui Dei ſacerdos eſt, non il lorũ. Hæc ille. AVTHOR. In memoria eorũ dicit,

Martyrologium.

Nomina ſanctorũ à quibus ſint canoni inſerta.

Deo ſoli fit ſacrificium, licèt ſub memoria martyrum.

Digitized by Google

dicit,quia sic ait sacerdos.Et memoriã venerãtes, primo loco apostolos, & demũ loco suo & ordine collocans martyres. Et in sermone 34.tertiæ partis sermonũ.AVG.Quãdo imus ad memorias sanctorũ martyrũ, cui offerim⁹, nonne dño? Habẽt honorabilem locũ martyres sancti, aduertite: in recitatione ad altare Chri meliore loco recitãtur,non tñ pro Chro
18 honorãtur. Hæc ille.AVTHOR. Quorum † meritis precibusq; cõcedas,vt in omnib⁹ tuæ ꝓtectionis muniamur auxilio.Bñ meminerũt hi patres dixisse dñm Ezechię:Protegã domũ hãc, & saluabo eã ꝓpter me, & ꝓpter Dauid seruũ meũ.Idcirco rogãt ꝑ memoriã patrũ,vt in omnibus,ꝓtectionis suę muniãtur auxilio. Nisi em̃ memoria patrum precibus recordata cẽ̃riùs expediret apud Deũ,nõ interposuisset eos Moyses,orãs,& dicẽs. Recordare dñe Abrahã,Isaac,& Iacob seruorũ tuorũ.Et Azarias in fornace. Ne quæsumus auferas à nobis misericordiã tuã dñe Deus nr̃,ꝓpter Abrahã dilectũ tuũ,& Isaac seruũ tuũ, & Iacob seruũ tuũ. Et in quo nos orãdo deferimus cõmunicãtes & memoriã venerãtes genetricis Dei,Petri &Pauli,Andreæ,vt illorũ meritis & precibus ꝓtectionis diuinæ,per oĩa muniamur auxilio. Vñ lib.3.de tabernaculo, cap.11.textu Exodi,deprecabitur Aarõ sup̃ cornua eius semel per annũ. BEDA. Et qa ꝓpter merita,& intercessiones sublimiũ virorũ plr̃ũq; nostrę infirmitati dñs miserer̃,rectè subiũgitur,& placabitur sup̃ eo in gñationibus vris sanctũ sanctorũ. Placat qppe Aarõ sup̃ altare incẽsi, qñ ꝓpter iustitiã sanctorũ,quã intercessorẽ & patronã nobis quęrimus,nobis ꝓpitiatur Deus. Deniq; obsesso ab hostib⁹ Ezechia,& auxiliũ eius inuocãte,ait: Et ciuitatẽ hanc saluabo,& ꝓtegã eam ꝓpter me, & ꝓpter Dauid seruũ meũ.Sic & Moyses pro populo peccãte intercedẽs,memoria patrũ placare curabat: quiescat(inquiẽs)ira tua,& esto placabilis super nequitiã populi tui.Recordare Abrahã,Isaac,& Iacob seruorũ tuorũ, quib⁹ iurasti per temetipsum,dicẽs:Multiplicabo tibi semẽ tuũ sicut stellas cæli.Hęc ille.AVTHOR.Et totus hic ꝓcessus canonis est contra blasphemiã illam Witcleff:Deus intuetur vitã cuiusq;, & scdm dignitatẽ suã ipsum remunerat,quasi nihil amplius faciat pro meritis oratorũ sanctorum.

Memoria sanctorũ nõ parum utilis, ut quis exaudiatur.

¶ De prece canonis,Hãc igitur, Qui pridie,Simili modo.De eleuatione Eucharistiæ in conspectu plebis.

CAP. XXXVIII.

SVMMA.

1 *Hanc igitur oblationem &c.*
2 *Symbola secundùm Dionysium,q̃ sint panis,& uinum,quæ altari superponuntur.*
3 *Hæc dona,hæc munera,Canonis uerba.*
4 *Eucharistia quæ contineat.*
5 *Qui pridie &c.*
6 *Corpus Christi post consecrationem,non panis est.*
7 *Witcleff & Lutheri error circa corpus Christi.*
8 *Gratias cur egerit Christus.*
9 *Et simili modo, &c.*
10 *Hostiæ exaltandæ & leuandæ ratio.*
11 *Corpus Christi q̃ sub speciebus uideatur.*
12 *Deus ambulans dictus.*

1  anc † igitur oblationẽ seruitutis nostræ. Hactenus sacerdos cõmendauit Deo patri corpus ecclesiæ, orãs oblationẽ intẽtã ob merita beatorũ fore sibi acceptã:iã sine interuallo oblationem panis & vini disponit, descriptioni sanctorum eam cõnectens,dicẽs: Hãc igitur oblationẽ seruitutis nostræ. Quod designãs dicto tertio ca.ait DIONYSI. Hoc sanè intellige, q̃ superpositis diuino altari venerabilibus symbolis,per quæ Christ⁹ significatur,& participatur, adest indistãter sanctorũ descriptio.Hæc ille.AVTHOR.Symbo- *Hãc igitur.*
2 la † scdm Lincolien̄.dicit panẽ & vinũ,quę superponũtur altari,quibus indistãter adiũgitur sanctorũ descriptio:designãs ipsorũ inseparabilitatẽ, & vnionẽ per eucharistiæ cõmunionẽ ad Chr̃m.In hac prece intercedit sacerdos placationẽ diuinã per dispositionẽ nostrã fore pacificã,& ab æterna dãnatione ereptionẽ, & in electorũ grege annumerationẽ, Pro susceptis em̃ eorũ munerib⁹,habet sacerdos hoc facere,idcirco dicit.Sed & cũctæ familiæ tuæ. Propter hoc de legali sacerdote dictũ est. Portabit Aarõ iniquitates eorũ.Vñ lib.3.de tabernaculo in eundẽ textum. BEDA. Portabit nãq; Põtifex iniquitates subditorũ. Exportat & aufert,cùm aut docẽdo ad pœnitẽtiã cõmissorum ꝓuocat, aut pro pœnitẽtibus supplicãdo gram eis iusti iudicis cõciliat. Facit autẽ hoc in muneribus,& donarijs,quæ ipsi obtulerint dño,& sanctificauerint: cùm itẽ pro bonis operibus iustitiæ,& pœnitẽtię,à reatu scelerũ,quæ quõdã patrauerũt,absoluit. Hæc ille.AVTHOR. Et Origenes planè dicit hoc fieri per sacrificia sacerdotũ, & obsecrationes Põtificũ,Homilia:4.sup̃ Exodũ. ORIGEN. Sanè in superioribus quędã prodigia per Aa-

Digitized by Google

ron, quædam quæ per Moyſen, quædā verò per ipſum dominū miniſtrata intelligi eaten⁹ pñt, vt agnoſcamus in quibuſdam per ſacrificia ſacerdotū, & obſecrationes Pōtificum, nos eſſe purgandos, q̄ Aarō perſona deſignat officium. In alijs autē ſine dubio, quę difficiliora ſunt, ipſius dñi egere virtute. Hæc ille. AVTH. Propter hoc primum de perſona & obſequio q̄ ad ſacræ miſſæ ſpectat officium, agnoſcere poſſumus (inquit Origenes) nos per ſacrificia ſacerdotū, & obſecrationes Pōtificū eſſe purgandos, quia hoc faciunt, dicit BEDA, munera & donarijs, quæ ipſi obtulerunt dño, & ſanctificauerūt, dicēte putà presbytero: Hęc † dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illiba ta, & cōſequēter. Hanc igitur oblationē ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam ad purgationē plenā familiæ Chriſtianæ cōmemorās, ipſam eandē oblationē ꝓperat cōſummare, reſumens quod dixerit: Quam oblationē tu Deus quęſumus in omnibus bñdictā ratam, rationabilē. Hanc precē canonis expo nit quarta parte ſermonū, ſermone q̄ incipit, Veritas quæ eſt Chriſtus. Et habetur in decretis de cōſecratione, diſtinct. 2. vtrum ſub figura. AVGVS. Hāc oblationē Benedictam, per quā benedicamur: Aſcriptam, per quā omnes in cælo cōſcribamur: Ratam, per quā in viſce ribus Chriſti cēſeamur: Rationabilē, per quā à beſtiali ſenſu exuamur. Acceptabilē, vt qui nobis diſplicemus, per hāc acceptabiles vnico Dei filio ſimus. Hæc ille. AVTHOR. Et ne iſta pēſentur, vt leuia & edita verba humanitùs, AMBROSIVS notans illa, dicit ea cę leſtia, lib. 4. de ſacramētis. Vis ſcire, q̄ cæleſtibus verbis cōſecratur? accipe quæ ſunt verba, dicit ſacerdos. Fac nobis oblationē aſcriptā, ratam, rationabilē, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc ille. AV THOR. Iam bene & apertè dicit figuram corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, quia nondū rem, ſed ſtatim futurū rem, qualiter Dionyſi⁹ ſuprà dicit, ſuperpoſita diuino altari venerabilia ſymbola, per quæ Chriſtus ſignificatur, & participatur. Symbola dicit ſigna panis & vini, quæ ante conſecrationē ſunt, vel quæ poſt conſecrationem, Chriſtum præſentem ſignificant ſuo ſacramento. Vnde ibi in commēto LINCOLIEN. Forma † enim, & ſpecies ſenſibilis panis & vini, maximè poſt conſecrationem tranſubſtantiatorum in Chriſti verum corpus, & verū ſanguinem, quibus ineſt inſeparabiliter ab eius incarnatione diuinitas, ſignificat Chriſtum verum panem, & verum

3 *Hæc dona.*

4 *Euchariſtia quæ contineat.*

potū, id eſt, veram noſtrā refectionem ſpiritalem Chriſtū, qui verè eſt ſub illa forma, & ſpecie ſenſibili panis & vini, & in ſenſibili aſſumptione ſenſibilis ſacramēti verè participes effi cimur domino noſtro Ieſu Chriſto. Significat etiam hoc ſenſibile ſacramentū corpus eius myſticū, hoc eſt, vnitatē fidelium, qui omnes in Chriſto per fidem & charitatē ei vniti ſunt vnum in Chriſto, & Chriſtus in ipſis eſſe dicitur. Cui cùm verè vnimur, per euchariſtiæ cōmunionem cōiugamur, velut ſub eodē iugo cum ipſo effecti. Hec ille. AVTHOR. Vbi iam ſunt qui dicūt Gelaſium Papā totū compoſuiſſe canonē, addentes principaliter? hucuſq; non potui de probabili reperire quid fecerit: quia omnia ab anteriore longè deduximus: & hanc precem (teſte Leone) edidit Sanctus Petrus. Et idem libro ſuo de corpore & ſanguine domini, in calce. 3. lib. Ecce habes. PASCHASIVS. Reſpice in ſacramentorū libro inſtituēte beato Petro (vt credimus) quid orat ſacerdos in Canone, exceptis his, quæ poſt cōmunionē dñr. At fiat (inquit) corpus & ſanguis dilectiſsimi filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti. Qua prece expleta, conſona voce omnes, Amen dicimus: ſicq; omnis eccleſia in omni gente, & lingua cōfitetur, & orat. AVTHOR. Apoſtolicis igitur inſtitutis nimium reſultabit, qui quod apoſtoli omni eccleſię omnis gentis & linguæ orandū indixerant, inde audebit eiicere. Procedit vlteriùs diuinus ſacerdos, & dicit, verba tantùm aſſumens euā-

5 gelij, Qui † pridie quàm pateretur, accepit panem. De quo, lib. 4. de ſacramentis. AMBR. Qui pridie quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panem, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus gratias agens, benedixit, & fregit, fractumq; apoſtolis, & diſcipulis ſuis tradidit, dicēs: Accipite, & edite ex hoc omnes: hoc eſt em̄ corpus meū, quod pro multis confringetur. Similiter & poſtq̄ cœnatum eſt pridie q̄ pateretur, accepit calicē, reſpexit ad cęlū, ad te ſancte pater omnipotēs æterne Deus, gr̄as agens, bñdixit, apoſtolis diſcipuliſq; ſuis tradidit, dicens: Accipite, & bibite ex eo oēs, Hic eſt ſanguis me⁹, &c. Vñ omnia illa verba euāgeliſtę ſunt vſq; ad, accipite, ſiue, corpus ſiue ſanguinem. Inde verba Chriſti ſunt, Accipite, & bibite ex eo oēs, Hic eſt ſanguis meus. Vide & ſingula. Qui pridie (inquit) q̄ pateretur, in ſanctis mani-

6 bus ſuis accepit panē. Anteq̄ † cōſecretur, panis eſt: vbi aūt verba Chriſti acceſſerint, corp⁹ eſt Chr̄i. Hæc ille. AVTHOR. Quanta ſollicitudine beatus Ambro. hāc cōſecratoriā precē huc

Qui pridie.

Corpus Chriſti poſt cōſecrationem non panis eſt.

Digitized by Google

huc & illuc verba resoluēs, & sacerdotis eā aptās & exponēs officio, quæ sunt interea euangelistarū verba, quæ itē dominica efficiētia sacramētū seorsum distribuit, & signāter discernit. Hāc itē precē concludēs dicit, antequā cōsecretur, panis est: vbi autē verba Christi acceserint, corpus est Christi. Quō † corpus si tantū in figura hoc erat ante cōsecrationis verba? quare nō æquè cū pane propositionis Iudæorū? Idem Ambrosius dicit iam suprà, fac nobis hanc oblationē ascriptā, ratā, quod est figura corporis & sanguinis domini. Hoc & Dionysius cū expositione Lincolieñ. Iā ergo corpus Christi est, nō panis in essentia. Hāc eandē precē ab exordio ad cōsecrationis effectū ex traditione Christi & apostolorum beatus assumpsit Paulus cum tota ecclesia, dicit enim, Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis: quoniā dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē, & gratias agēs, fregit, & dixit. Vnde lib. de officio missę. REMIG. Hoc autē, qđ sequitur: Qui pridie quàm pateretur &c. vsq;, in meā cōmemorationē, apostoli in vsu habuerūt post domini ascensionē. Vnde ergo ecclesia iugē sui memoriā redēptoris celebrat, ipse dominus apostolis, & apostoli generaliter omni ecclesiæ tradiderūt in his verbis sanctis prædictis, sine quibus nulla lingua, nulla regio, nulla ciuitas, id est, nulla pars ecclesię potest cōficere hoc sacramētū, vt apostolis manifestat, dicēs, Ego enim accepi à Dño, qđ & tradidi vobis: quoniā & dñs in hac nocte, qua tradebatur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas. Christi ergo virtute, & verbis, iste panis, & calix ab initio cōsecratus est, & semper consecratur, & consecrabitur. Hæc ille. AVTH. Si ergo sine hac prece, sicut cōsonanter iam ait Paschasius, nulla gens, aut lingua, id est, nulla pars ecclesiæ potest conficere sacramentum: qualiter conficiunt Thaboritæ Pragenses, vel Orphani, si illud euāgelij Ioannis Ante diem festum paschæ, vt fertur, in suæ missæ tantū complementū & consecrationis assumant? Vbi de cōsecrationis historia nihil profertur. Nō leuiter eos credo delirare tantisper. Vnde ordinē huius precis cum Ambrosio ponderās AVGV. sermone dicto quartæ partis: Veritas quæ est Christus, ait, Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clerus canit, nil aliud, quàm laudes, & gratiarū actiones sunt, aut certè obsecrationes fidelium, petitiones, postulatiōes. Vnde & sacerdos prius assumēs euangeliorū verba, dicit, Qui pridie quàm pateretur &c. vsque, dedit discipulis suis dicens, Accipite & manducate ex eo omnes &c. vsq;, meū. In his verbis creatur corpus Christi. Deinde in verbis Christi dicentis: Accipite, & bibite ex eo omnes &c. vsque ad, facietis, sanguis Christi Dei nostri efficitur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Augustinus non dedignatur recolere huius precis, quam dicit sibi sacerdotē assumere primò in verbis euangelistarum, donec sequantur verba Christi, in quibus consecrantur corpus Christi, & sanguis, & punctim notant in mysteriis fienda quę fecit Christus. Quod Christus eleuatis oculis in cælū ad Deū patrē gratias egit: ita sacerdos eleuatis oculis ad cælum gratias aget. Gratiarū actiones sunt, quas sacerdos citra obsecrationes, quæ ante secundā precem erant, edixit. Vnde in hūc locū THEOPH. Benedicēs, fregit, id est, gratias agēs fregit: qđ & nos facimus, oratiōes superadendes. Hæc ille. AVTH. Orationes superadendes dicit, pro gratiarum actione, qua sancti patres iam dixerāt, Quam oblationē tu Deus: & Hanc igitur oblationem. Triplici enim ex causa Christus gratias egit priusquàm cōsecrauit, vt ait in hunc locum Matthæi opere perfecto homilia. 82. CHRYSO. Gratias † agit, docens nos qualiter oportet hoc mysterium perficere, mōstrans quoniam volens ad passionē venit, & erudiens nos quęcūq; patiuntur, cū gratiarū actione ferre. Hæc ille. AVTH. Secūdum primā causam ergo oportet gratias agere benedicentes in mūsis, quia hoc docuit Christus, vt nos in mysteriis faceremus. Secūdò intelligere debemus, q̄ Christus voluntariè passus est. Et tertiò patiētes iniurias, benignè ferētes, gratias aganus. Vnde lib. 2. Moralium, & assumit in expositione RABANVS. Cū appropinquare passioni dicitur, accepto pane, & calice, gratias egisse perhibetur. Gratias itaque egit, qui flagella alienæ iniquitatis suscepit: & qui nil dignum percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit, vt videlicet hinc ostēdat, vt vnusquisque in flagello culpæ propriæ facere debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alienæ, vt hinc ostendat, quid in correptiōe faciat subditus, si flagella patiēs vnigenitus patri gratias agit æqualis. Hæc ille. AVTH. Hāc autem benedictionem cū gratiarū actione, quā sacerdos prosequitur, dicēs, Benedixit, fregit, deditq; discipulis suis, signanter notat in ritibus sacerdotis. ca. 3. DIONY. Laudans autē, & venerabilem ipsarū & intelligibilē speculationē, & in intelligibilibus oculis inspiciēs ad symbolicam ipsarum sacrificationem venit, & hoc Deo tradēte (ibi ex græco) hoc est panem & calicē benedicens. LINCO. Diuinarū operationū sacrificationē, id est,

7 *Contra Wiff. & Lutherum.*

8 *Gratias cur egerit Christus.*

ad ſacrificationem panis & calicis ipſos benedicẽs,& in corpus & ſanguinẽ Chriſti cõuertẽs,& hoc Deo tradẽte,id eſt,ſicut Deus tradidit,& fieri præcepit. Ipſa autẽ ſacrificatio panis,& calicis,ſymbolũ eſt diuiniſsimarũ operationũ,quas fecit dominus, corpus ſuũ,& ſanguinẽ ex pane, & calice conficiens. Hæc ille. AVT. Ponũtur verba illa ſuperexcellentis diuinæ authoritatis,alta mentis deuotione præueneranda promulgantur,& ſemper effectrix Chriſti ſentẽtia,Hoc eſt enim corpus meũ. Et
9 † ſimili modo poſtea quàm cœnatũ eſt, accipiẽs & hũc præclarũ calicem. vſq; ibi,in remiſſionẽ peccatorũ. De quo homilia iã dicta.82.
Et ſimili modo.
CHRYSO. Rurſus dicit mortis cauſam: qui pro multis effundetur in remiſsionem, & ait, Hoc facite in meam commemorationẽ. Videtis qualiter ammonet à Iudaicis conſuetudinibus:quẽadmodum illud faciebatis ait, in remiſcentiã ſanguinis pecorũ fuſi ad ſalutẽ eorũ, qui fuerũt in Ægypto,ita & hoc facite in meã cõmemorationẽ.Illud ſanguinis ſacrificiũ effuſum eſt in ſalutem progenitorũ, hoc eſt, in remiſsionẽ peccatorũ vniuerſi orbis terrarũ. Hic ſanguis meus,ait,qui effundetur in remiſſionẽ peccatorũ.Hoc autẽ dicebat,& ſimul oſtendẽs quoniã myſterium eſt paſsio & crux, & propter hoc rurſus deprecans diſcipulis: Et quẽadmodum Moyſes de agno paſchali, ait, Hoc memoriale erit vobis æternũ, ita & ipſe ait,in meã cõmemorationẽ.Hæc ille. AVTH. Dat Chryſoſtomus differẽtias & cõueniẽtias traditionis Chriſti calicis & antiqui ſanguinis pecorũ vterq; dicit,In memoriã.Sed ille,id eſt Moyſes dicit,in memoriã ſanguinis pecorum effuſi in ſalutẽ primogenitorũ, iſte in memoriã paſsionis Chriſti:& ideo,vt dicit, cõiunxit eã Chriſtus myſteriis,& officio miſſæ noſtræ.
10 Sed † hic habet mos eccleſiæ exaltare ſacrifi-
Hoſtiæ exaltandæ & leuãdæ rõ.
cium ſanctum,vt in alto proſpiciatur à populo,ſicut Aaron & filij eius leuauerũt panes cũ collirida & lagano poſitos ſuper adipẽ & armũ dextrum,ſic & pectuſculũ leuabatur corã domino.Leuit.8.Sanguis itẽ typicus ponebatur in vtroq; poſte & ſuperliminari domus.Et de hoc ipſe dicit Chriſtus.Sicut Moyſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto, ita exaltari oportet filiũ hominis.Nõ in ara crucis ſemel tantũ,ſed in altari quotidie, vt omnis q̃ credit in ipſum nõ pereat,ſed habeat vitã ẽternã. Et ab apoſtolis manauit hic modus, vt in aſpectu populi hoſtia leuaretur: ſed hoc loco canonis id non plenè cognoſco. Vnde prædicto ca.3.DIONY.Sacrificat diuiniſsima,& ſub viſum ducit. Laudata eadem ducit ſub viſum per ſacrè poſita ſymbola.Non enim corpus & ſanguis domini in ſuis eſſentiis ibidẽ ſub viſum ducũtur corporeũ,ſed per ſpecies panis &vini.Hęc
11 ille.AVTHOR. Perſpicuè † ergo manifeſtat Dionyſius corpus Chriſti poſſe videri oculo corporali,cùm leuatur manibus ſacerdotis,nõ ſecundùm ſuam eſſentiam,ſed per ſymbola,id eſt,ſenſibiles ſpecies panis & vini,vt Lincoliẽ. exponit in quinto libro. Ad quæſtionẽ additam Witcleff reſpõdit.Hæ tamen ſpecies nec ſubiectis prioribus inſunt, nec corpus Chriſti afficiunt.Nec ideo minus corpus Chriſti viſibile ibi reddũt.Quia Deus pater viſus eſt oculis hominum per creaturam ſubiectã ſecundũ partes,qui tamẽ plus ab illis ſpeciebus viſibilibus in natura diſtabat, quàm corpus Chriſti ab accidentibus ſeparatis. Vnde lib.2.contra Maximinũ verſus finẽ. AVGV. Quapropter verum eſſe agnoſce,quod dixi diuinitatem nõ per ſubſtãtiam ſuam,in qua inuiſibilis eſt, ſed per creaturam ſibi ſubiectam mortalium oculis apparuiſſe cũm voluit. Non itaque ſicut accipere vel accipi verba mea voluiſti,ego diuinitatem ſic patris oſtendiſſe dixi tanquam eã voluerim credi viſibilem, quam prius inuiſibilem dixeram eſſe,ſed dixi,quando ſe patribus diuinitas oſtendebat, per ſubiectam creaturã ſe viſibilem demonſtrabat.Sequitur.Ego diuinitatem patris & filij & ſpiritus ſancti in ſua natura atque ſubſtantia mortalibus oculis inuiſibilẽ dico.Eam verò in formas viſibiles vertere abſit vt dicã,quia & immutabilem dico: reſtat ergo,vt aſpectibus humanis quando ſe oſtendit vt voluit,per ſubiectam hoc feciſſe intelligatur creaturam,quæ poteſt oculis apparere mortalibus.Hęc ille.AVTHOR. Probat Auguſtinus diuinitatem patris inuiſibilem oculis mortalibus ſecundũ diuinam ſubſtantiã & naturã:apparuiſſe tamen eis viſibilem inuiſibilibus formis & creaturis ſubiectis, ita, † vt
12 denominationem famoſam ab illis formis acciperet vt ambulans diceretur,aut loquens vocaliter,ſicut dici poteſt,quòd ille, qui ad aurã poſt meridiẽ pedibus ambulauit, & vocaliter interrogauit,Adã vbi es?erat Deus pater, nec tamen Deus pater erat pedatus alicubi,vel vocalis.Sic illud album & rotundum,leuatũ & viſum mortalibus oculis eſt corpus Chriſti: nec tamen corpus eſt ibi album, nec rotundum, nec panis hæreticus.Et hoc eſt quod Lincoli. eodẽ cõmẽto ſubiungit de mente Dionyſij.
Corpus Chriſti ſub ſpecieb⁹ videtur.
Deus ambulans.
LINCOL. Illæ ſenſibiles formæ nõ habent alias ſubſtãtias ipſas in eſſe tunc ſupportãtes. Non enim eſt tũc ſub forma panis & vini materialis ſubſtãtia panis aut vini.Nec tamẽ ſunt illæ

illæ formæ sensibiles in corpore & sanguine Christi, vt in subiectis ab eis denominatis. Nō enim à sensibili albedine ibiviſa denominatur corpus Christi album, aut à rotūditate rotundum, aut à longitudine digitali digitale, & sic de aliis formis. Hęc ille.

¶ De prece, Vnde & memores, Supra quæ propitio, Suppli ces te rogamus.

CAP. XXXIX.

SVMMA.

1 *Vnde & memores &c.*
2 *Memoriæ panis cælestis figura.*
3 *Sacramentum dominici corporis, quòd non sit cōmunis cibus, sed sanctum sanctorum &c.*
4 *Te petimus. Et supplices te rogamus &c.*
5 *Oblationes trium patrum, Abel, Abrahæ, & Melchisedech, quomodo erant figuræ sacræ Christi eucharistiæ.*
6 *Angeli quòd missæ semper adsistant.*
7 *Sanctū sanctorum Christus, & altare, Christi corpus hostia, Christus ipse sacerdos æternus.*
8 *Benedictio omnis quòd sit à Christo.*
9 *Crucis signum quòd sit memoriæ mandandum.*

1 *Vnde & memores.*

VNde † & memores domine Deus. Ab apostolico instituto subiungit sacerdos quasi humiliter excusans se, quòd ad tantum complendum sacrificium sit ausus assurgere: tu iussisti ista facere in commemorationē tui, vnde & memores ista cōpleuimus. DIONYSIVS. Religiosè simul, & Hierarchicè post sacras diuinarum operationum laudes pro ea quæ supra ipsum est sacrificatiōe excusat, post sacrè ad ipsum clamās tu dixisti: facite in meā commemorationē. Hæc ille. AVTH. In qua quidem commemoratione amplissima suppli catio continetur, quam tenuiter exhibebant panes figurales, eo quòd sit panis cælestis, nō terrenus, in quo nostra commemoratio termi natur. Hinc lib. 12. Leuiti. sub textu. Erūt pauperes in commemorationem appositi domi-

2 *Memoriæ panis cælestis figura.*

no ORIGEN. Secūdùm † ea, quæ scripta sunt in. 12. panibus. 12. tribuū, Israël videtur commemoratio ante Dominum fieri, & præceptū dari, vt sine cessatione duodecim panes in cōspectu Domini proponantur, vt & memoria duodecim tribuum Israël apud eū semper habeatur, quo veluti exoratio quædam, & supplicatio per hæc pro singulis fieri debeat, sed parua satis & tenuis est huiusmodi ītercessio. Quantum enim proficit ad repropitiandum, vbi vnicuiusq; tribus per panem fructus opera considerandа sunt, sed si referantur ad mysterij magnitudinem, inuenies commemoratiōnem istam ingentis habere repropitiatiōis effectum: si redeas ad illum panem, qui de cælo descendit, & dat huic mundo vitam, inuènies illum propitiationis quē proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine Christi. Et si respicias illam commemorationem, de qua dixit dominus: Hoc facite in meam cōmemorationem, inuenies quòd ista commemoratio sola sit, quę propitium faciat hominibus Deū. Si ergo intentiùs ecclesiastica mysteria recorderis, in his, quæ lex scripsit, futuræ veritatis imaginem inuenies præformatam. Hæc ille.

AVTHOR. Radicem huius commemorationis & effectum hic senex doctor aperuit, vt sicut in esu illo duodecim panum commemoratio pro duodecim tribubus fiebat in lege: ita Christo iubente vnus panis corporis sui commemorationem suæ faceret passionis, & propitiationem pro vno grege vnius pastoris, & hæc, inquit, ecclesiastica mysteria recordantur. Quādo? nisi cùm Christo iubente: Hoc facite in meam commemorationem, ecclesiasticum officium in mysteriis prosequetur? Vnde & memores tam beatæ passionis domini nostri Iesu Christi, necnon & ab inferis resurrectionis. Sed in quo pane fit ista commemoratio? Origenes dixit panes propositionis iudaicæ tenuiter supplicasse, sed si referantur ad mysterij magnitudinem, ad panem, qui de cælo descendit, quem Deus propitiatorem posuit in sanguine eius, & pro illo respicias commemorationē illā, de qua dixit domin⁹: Hoc facite in meā cōmemorationē, & intētiùs illū respicias panē, & ei⁹ cōmemorationē inter ecclesiastica missæ officia, ibi inuenies veritatē, cuius lex præformauit solā imaginē, vel figurā. O sacratissima & beatissima hostia Christi carnis passæ, & nostris officiis memoratæ. Quàm amplā distinctionē inuenit iste antiqu⁹ doctor inter panes propositiōis & panē huius hostię, panē corporis cōsecrati. Illos dixit imagines, istū figurantes, hūc veritatem præformatā eisdē. Illos tenues in effectu, hunc habere ingētis repropitiationis effectū: illum panem fructus leuiter nominat, istum panem, qui de cælo descendit. Planè ergo non panem fructus figurantem imaginem, non leuem panem, nec cibum communem. Qua in re seipsum declarat apertiùs ibidem in fine libri ORIGE. Simili etiā modo tibi lex ista proponitur: vt cū accipis

pis panem myſticum,in loco mundo mandu
ces eũ,hoc eſt,ne in anima cõtaminata, & pec
catis polluta dominici corporis ſacramentũ
percipias.Quicũque enim mãducauerit panẽ,
& biberit calicẽ domini indignè, reus erit cor
poris & ſanguinis domini. Sequitur. Sancta
enim ſanctorũ ſunt. Vides quomodo nõ dixit
ſancta tantũmodo,ſed ſancta ſanctorũ ſunt?ac
ſi diceret,Cibus iſte ſanctus nõ eſt cõmunis o-
niũ,nec cuiuſq; indigni,ſed ſanctorũ eſt. Hæc
3 ille.AVT.Ecce † ſacramentũ dominici corpo
ris nõ eſt cõmunis cibus,ſed eſt ſanctũ ſancto
rũ,cuius paſsionem ſimul & reſurrectionẽ in
ſancta prece myſteriis recordamur,facto ſanc-
tarũ fœminarũ admoniti,de quibus dixit Lu
cas:& recordatæ ſunt verborũ eius.In quẽ lo-
cũ li.6.ſuper Lucã ca.8.BEDA.Mulieres,quę
in monumẽto domini ſtãtes,verborũ,quæ de
ſua diſpẽſatione præfatus eſt,recordantur,for
mam nobis præbebãt,vt inter ipſa dominicæ
paſsionis myſteria celebranda nõ ſolùm eiuſ-
dẽ paſsiõis,ſed & ab inferis reſurrectiõis,nec-
nõ & in cælos glorioſæ aſcenſionis digna ſem
per veneratione recordemur. Hæc ille.AVT.
Hãc eſſe ſanctiſsimã precẽ miſſæ in ſuis termi
nis cũ terminorũ ratione fundauit.Et lib.4.de
ſacramentis AMBRO. Quantũ ſit ſacramẽtũ
cognoſce,vide quid dicat,Quotiẽſcunq; feceritis hoc,totiẽs cõmemorationẽ mei facietis,
donec iterũ veniã.Et ſacerdos dixit.Ergo me-
mores eius glorioſiſsimæ paſsionis, & ab infe
ris reſurrectionis,& in cælũ aſcenſionis, offeri
mus tibi hanc immaculatã hoſtiam,rationabi
lẽ hoſtiam,incruentã hoſtiam, hũc panẽ ſanc-
tũ,& calicem vitæ æternæ. Hæc ille.AVT.
Ecce hãc quaſi reſpõſoriã precẽ adiunxit Am
broſius mandatoriæ Chriſti ſentẽtiæ ad eccle
ſiã,Hæc quotiẽſcunq; feceritis. & ſtatim ſub-
mittit precem ſacerdotis huic annexã.Supra
quæ propitio ac ſereno vultu reſpicere digne
ris,& accepta habere,ſicuti accepta habere di
4 gnatus es &c. Vbi AMBRO. Te † petimus,
Te petimus & precamur, vt hãc oblationẽ ſuſcipias in ſu-
blimi altari tuo per manus angelorũ tuorũ,ſi-
cut ſuſcipere dignatus es munera pueri tui iu-
ſti Abel,& ſacrificiũ patriarchæ noſtri Abra-
hæ,& quod tibi obtulit ſacerdos tuus ſummus
5 Melchiſedech.AVTHOR. Horũ † trium pa
trũ oblationes figuræ erãt expreſsiores toto
tẽpore naturæ,ſacræ Chriſti euchariſtiæ,dum
duo primi,qui viuã carnem tertio.ſ.Melchiſe-
dech copulãtur,qui ſpeciẽ panis ſacrificauit& 6
vini:ſicut in hoc altari terreſtri viuã agni car-
nẽ & ſanguinẽ in panis & vini latẽtem ſpecie
immolamus,& deinceps oramus,vt noſtra hu

ius altaris myſteria in ſancto ſublimi recipiã-
tur altari.Supplices te rogamus omnipotens *Supplices te rogamus*
Deus iube hæc perferri per manus ſancti an-
geli in ſublime altare &c. Vnde in ſermone
quartę partis de corpore domini, qui incipit,
Veritas quæ eſt Chriſtus,& recitatur de con-
ſecratiõe diſtinct.2. Vtrum ſub figura. AVG.
Sacerdos dixit, iube hæc perferri per manus
ſancti angeli in ſublime altare in conſpectu di
uinæ maieſtatis tuæ. Vt quid ea illuc perferen
da depoſcit,niſi vt intelligatur, q̃ iſta ſunt in
Chriſti ſacerdotio?Ipſe eſt ſacerdos,& ſacrifi-
ciũ, quo quotidie interpellante pro nobis ab
altari eius Deus pater ſuſcipit cõſecratã cum
paſsione hoſtiã paſsionis. Velut ſcripſit Ho-
mil.7.in Leuiti. ORIGE. Quomodo poteſt
iſte,q̃ accedit altare, vt repropitiet me eſſe in
lætitia,ad quẽ onus peccatorũ meorũ ſemper
aſcẽdit?Et infrà.Neq; enim putandũ eſt,quòd
Paulus quidẽ lugeat pro peccatoribus,& fleat
pro delinquẽtibus, dominus autẽ meus Ieſus
abſtineat à fletu cùm accedit ad patrẽ, cũ aſsi
ſtit ad altare,& propitiationem pro nobis of-
fert.Et hoc eſt accedentem ad altare non bibe
re vinũ lætitiæ,quia adhuc peccatorũ noſtro-
rũ amaritudines patitur.Hæc ille.AVTHOR.
Hoc eſt iube per hæc ferri in ſublime altare
tuũ.ſ.per manus angeli tui ſancti:commemo-
rat angelum illũ in celebratione, quem Lucas
dixit confortaſſe Chriſtũ in paſsione, vt aſsi-
ſtere.nõ dubitemus illos altaris ſancti myſte-
riis, quos aſtitiſſe legimus ad ſepulchri iuges
excubias. Vnde lib.6.ſuper Lucam.ca.8. BE-
DA. Quomodo autẽ poſito in ſepulchro cor
pore Saluatoris angeli aſtitiſſe leguntur, ita
etiam celebrandis eiuſdẽ ſacratiſsimi corpo-
ris myſteriis tẽpore cõſecratiõis aſsiſtere ſunt *Angeli aſſiſtere credendi:*
credendi:monente Apoſtolo mulieres in ec-
cleſia velamen habere propter angelos. Hæc
ille.AVTHOR.Et ſicut petit oratio,ipſorum
eſt offerre quod petimus,aut meremur in cõ-
ſpectu maieſtatis diuinæ. Vnde lib.9.ſuper Le
uiticũ ORIGENES.Stat ergo etiam nũc ve-
rus pontifex Chriſtus, & repleri vult manus
ſuas incẽſo compoſito minuto:& ab vnaquaque eccleſia,quæ ſub cælo eſt,conſiderat vt of
feratur quàm integrè incẽſum ſuũ,diligentér-
que componat quàm minutũ id faciat, id eſt,
quomodo vnuſquiſq; noſtrũ opera ſua ordi-
net,quomodo ſenſum acverba ſcripturarũ ſpi
rituali explanatione diſcutiat: nec † angelo-
rũ officia ab huiuſmodi officiis deſunt. Angeli
enim Dei aſcendunt,& deſcendũt ad filiũ ho-
minis,perquirũt,& curioſè agũt quid in vno-
quoq; noſtrũ inueniãt quod offerãt Deo. Vi-
dent,

Digitized by Google

dent, & perscrutatur vniuscuiusq; nostrū mē tē,si habet aliquid,aut cogitat,quod Deo mereatur offerri:intuentur,& cōsiderāt,siquis nostrū ex his,quæ dicūtur in ecclesia,corde compungitur,& animū conuertit ad pœnitentiā:si his auditis corrigere cogitet vias suas, & obliuiscī præterita, ac præparare se ad futura.Hęc ille.AVT.Vides quō angeli sunt parati ad perferēdū omnia vota nostra,omnia piè facta, & sanctos affectus nostros in sublime altare Dei in cōspectū diuinę maiestatis: quāto magis diuina sacrificia corporis &sanguinis saluatoris, cuius tunc in obsequiū speciale deseruiūt?quāuis vnus sit præcipuè deputatus, & idē tamen ad nostrā tutelā mādato eiusdē saluatoris expositus,quemadmodū angelus,qui Christū in agonia confortauit,apostolos cùm dormirēt, in tuitionē acceperat. De quo lib. 10.de trini. circa mediū HILARIVS.Subiecit nobis Lucas post multā domini precē angelū astitisse cōfortantē eū,quo assistente, prolixiùs orare cœpit,ita vt guttis sanguinis corporis sudor defluēret.Missō enim ad tuitionē apostolorū angelo, & per eū cōfortato Domino, ne pro his tristis esset,iā sine tristitiæ metu existens, ait,Dormite, & requiescite.Hæc ille.AVTH. Nō relinquit nos orphanos pater noster Christus,sed propriū angelū, qui ad mysteriū corporis sui iam venit,ad nos demittit: vt per eū repropitiationis munera,& vota sanctarū mētiū nostrarum domino mādemus: nō celebrātiū tantùm,sed & participantiū ore vel mēte, ita vt quotquot ex altaris participatione sacrosanctū filij Dei corpus & sanguinē sumpserimus.Sic enim super altaris cornua precabatur Aarō,vt placaret Dominū pro peccato tius populi in sanguine testamenti. Vnde lib. 4.de tabernaculo ca. 11.BEDA.Super cornua altaris deprecatur Aarō in sanguine,qui oblatus est pro peccato, & placat super eo, quādo rogantes pro populo Dei,vel sua ignorātia sacerdotes ipsorū,per vnigenitū filium eius sese adiuuādos,& per sacramentū passionis illius saluādos esse cōfidunt, monente Apostolo,ac dicente ,Per ipsum quoq; offeramus hostiam laudis semper Deo,id est,fructū labiorū cōfitētium nomini eius.Quod intelligitur de omnibus etiā electis mēbris videlicet summi sacerdotis,qui in spiritu,& veritate orāt patrē. Cui † autē meliùs,quàm huic altari cōuenit quod dicitur,sanctū sanctorū erit domino:de quo in mūdo nascituro dixit virgini matri eius archāgelus,Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi: qđ enim & te nascetur sanctum,vocabitur filius Dei?Hæc ille.

7 ...ctū sanctum.

AVT.Christus ergo in humana persona altāre est,Christi corpus hostia est, Christus ipse sacerdos est æternus. Ad ipsum ergo cōgruè trāsmittit tēporalis sacerdos per eius vernaculū angelū corpus eius & sanguinē in sublime altare ipsius pro quotquot participātibꝰ sacramentū passionis ex hoc altari in basso credētibus & orātibus hac se participatiōe saluādos, vt omni benedictione cælesti & gratia repleātur.Hoc tractū ab institutione apostoli Ephesi.primo.Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu.

8 Vbi in expositiōe AMBRO.Adest † nō mūdana,sed cælesti benedictiōe,neq; corruptibili,sed æterna:quia gloria Christianorum non in terra,sed in cælo est in Iesu Christo. omne enim donū gratię Dei in Christo est:vt si quis spreto Christo,benedici se à Domino putet,er

Benedictio omnis à Christo.

9 rare se sciat.Hæc ille.AVTHOR. Omnino † autem recordetur sacerdos signi crucis, cùm corpus Christi benedicit,& sanguinem: quia corpꝰ crucifixū,& sāguinē de cruce fluētē hac celebritate pręcellēter recolimꝰ. Et demū vtriusq; virtutē trāsferamꝰ per signū crucis in nos cū petimus omni benedictiōe & gratia cælesti repleri:illa benedicimus dignis laudibus extollētes,nobis petimus Deus benedicat.Idē ibidē AMB.Aliter benedicitur Deus,& aliter homines. Vnū siquidē benedictiōis genꝰ nō est, sed pro merito personæ debet intelligi.Nā & facere Deꝰ dicit,& hoīes faciūt, sed nutu solo Deꝰ impassibiliter facit:homines autē manu, conatu,labore,sudore efficiūt.Deus ergo benedicit cū laudibusdignis extollitur,homines autē sic benedicit Deꝰ, vt donū gratię suę eis imptiat.

Crucis signū memoriæ mandādum.

¶ De Memento pro defunctis. Nobis quoq; peccatoribus. Per quem hæc omnia. vt terminetur canon cum oratione dominica.

CAP. XL.

SVMMA.

1 *Memento etiam domine &c. pro defunctis.*
2 *Incensum quomodo habeat oblationis typū, & cōmoratio ipsa thuribuli, & oratio terna respōdet.*
3 *Defuncti q. sint suffragiorū capaces cōtra Lutherū.*
4 *Defunctorū in missa memoria, q. fuerit ab apostolis instituta.*
5 *Augustinus quid dicat de Monica eius matre. Et quo modo faciat contra Lutherum.*
6 *Authoris parentes recensentur.*
7 *Nobis quoque. Et partem aliquam. & c. quare dicantur in missa à sacerdote.*

Mar-

8 *Martyres qui & confeſſores.*
9 *Martyrum Chriſti memoriam quotidianam quomodo in celebratione miſſæ habebãt antiqui patres quidam ſic, quidam ſic. &c.*
10 *Defuncti, quòd membra ſint eccleſiæ.*
11 *Lætitia Chriſti plena in conſummatione beatorum.*
12 *Intra quorum nos. &c. Et Per quem. &c. Canonis particulæ.*

1 *Memento etiam famu.*

MEmento † etiam domine famulorum famularumque tuarum. Reminiſcitur ſacrificans, dicens etiam per hæc eadem verba oraſſe ſe Deum ante conſecrationis officium, ſed tunc pro viuis, nunc pro mortuis: ita, vt ſuprà dixeram, Chriſtus ſacerdos in corpore cõſecrato inter viuos & mortuos medius collocetur: quia & ſemetipſum in eodem ſacrificio conſtituit medium, dum penderet in cruce, viuorum præponens memoriam, dum adhuc corpore viuens eſſet: Pater, inquiens, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Et ſtatim mortuus, mortuorum vincula reſerauit, dicẽte euangeliſta, quòd petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt. Ita quoque Chriſtus mediator noſter in ſacrificio miſſæ per æquè diſtantiam inter viuorum & mortuorum memorias medius collocatur, ternas habens orationes hinc vſque ad viuos, ternas item ad mortuos: ſicut in eius item figura Aaron ſacerdos inter viuos medius ſtetit & mortuos, incenſum & preces cum thuribulo inferens pro vtriſque. Et hic locus eius fixus eſt à patribus, quem item in ſermone. 146. 3. partis exprimit AVGVSTINVS. Hoc inquiẽs à patribus traditum vniuerſa obſeruat eccleſia, vt pro eis, q̃ in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, ad ipſum ſacrificium ſuo in loco commemoranter oretur, ac pro illis quoque offerri commemoretur. Hæc
2 ille. AVTHOR. Incenſum † ergo oblationis habet typum, & commemoratio ipſa thuribuli, & oratio terna reſpondet. Et nota bene quo tempore dixerat Auguſtinus hoc à patribus traditum, vniuerſa obſeruat eccleſia. Iam ergo plus mille annis traditio iſta ſanctorum patrũ fuit in eccleſia generalis: & hoc ſufficit ad authoritatem fidelium, quanuis in neutro teſtamento ſcripturæ ad liquidum ſit compertum, vt habet libro de cura pro mortuis agẽda ca.
3 2. AVG. In † ſecũdo Machabæorũ libro legim⁹ oblatũ pro mortuis ſacrificiũ: ſed ſi nuſquã in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua eſt vniuerſæ eccleſiæ, quę in hac conſuetudine claret, authoritas. Vbi in precibus ſacerdotũ, quæ domino Deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commenda
4 tio mortuorum. Hęc ille. AVTHOR. Hanc † orationem pro mortuis in ſacrificij tempore ſtatuerunt apoſtoli. Vnde lib. 1. de officiis ca. 18. Iſidorus. Sacrificium pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro eis, quia per totum hunc orbem cuſtoditur, credimus quòd ab ipſis apoſtolis traditũ ſit: hoc enim vbique catholica tenet eccleſia, quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, nõ pro eorum ſpiritibus vel eleemoſynam faceret, vel ſacrificiũ Deo offerret. Hæc ille. AVTHOR. Dum autem hoc ſacrificiũ offertur, ſolam hãc orationem pro defunctis fundit eccleſia. Cætras collectarum more ante ſacrificiũ orat, aut poſt: ſed hora præſentis ſacrificij, quo deletũ eſt chirographũ, efficacior ſemper, & Deo acceptior eſt memoria pro defunctis. Quam beatus Auguſt. matri ſuæ optauit iam in Chriſto defunctæ, & illa feruenter expetiit. Vnde lib.
9. confeſſionum ſuarum in fine AVGV. Nã-
5 que † illa imminẽte die reſolutionis ſuæ, non cogitauit corpus ſuum ſumptuoſè cõtegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electũ concupiuit, aut curauit ſepulchrum patrũ: nõ iſta mandauit nobis, ſed tantùm memoriã ſui ad altare tuũ fieri deſyderauit, cui nullius diei prætermiſſione ſeruierat. Vnde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis, computans delicta noſtra. Sequitur. Ad cuius pretij noſtri ſacramentum ligauit ancilla tua animam ſuam vinculo fidei. Nemo à protectione tua diſrumpat eam, nõ ſe interponat nec vi nec inſidiis leo & draco. AVTH. Moremur pauliſper ad iſta attentè conſiderantes: & vtinam attẽderent Witcleuiſtæ, quomodo laudat matrem ſuam ſanctus pater: primò, q̃ cunctis ſpretis, tantummodo poſtulauit ſui memoriam ad altare, quod agit ſacerdos, dicens, Memento &c. cui, inquit, nullius diei prætermiſſione ſeruierat. Nõ deſyderauit ergo hic ſanctas ſolẽnitates miſſarũ eſſe tollẽdas. Demũ q̃ adiungit, vnde ſciret diſpẽſari victimam ſanctam, qua deletũ eſt chirographum, nõ dixit panem ſacramentũ illius victimæ, ſed victimã carnis ſacramentũ & rẽ: vnde ſubdit, ad cuius pretij ſacramẽtũ ligauit animã ſuã vinculo fidei. Nemo dicet ligaſſe animã ad panẽ putribilem. Sequitur. AVGVS. Inſpira- *Contrà ill. Lutherum.*
domine deus meus, inſpira ſeruis tuis fratribus meis, filijs tuis dominis meis, quibus vo-

Defuncti ſunt ſuffragiorum capaces contra Lutherum.

Defunctorum in memoria ab apoſtolis inſtituta.

ce, &

Digitized by Google

ce, & corde, & literis seruio, vt quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicę famulæ tuæ cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu primò parentum meorũ in hac luce transitoria, & fratrum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium meorũ in æterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditum: vt quod à me illa popoſcit extremum, vberiùs ei præstetur in multorũ orationibus tam per cõfessiones, quàm per orationes meas. Hæc ille. AVTHOR. Quis expressiùs docet nos ecclesiasticã precem? quis deuotiùs eidem parentũ animas nominatim immittit Patricium & Monicã? orans & instans apud Deum, vt meminerint ad altare Dei: vt meminerint omnes, idest, cùm Memẽto protulerint, & hoc eis, quibus his literis inseruit, lectoribus earũ inspiretur. Ego Patricij optans inspirari diuinitus, rogo Deum, vt & Monicæ nõ meminisse nõ posſim, cùm ad altare eius carnem suã sacrificaturus accedam. Cuius item hortatu, ego † audax fio pro meis, quãuis meritis impar, ad Dominũ eandẽ orationẽ formare, dicẽdo, Inspira seruis tuis fratribus meis, & filijs tuis dominis meis, quib⁹ his literis exilibus seruio, vt quot quot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Ioãnis & Matildis parentũ meorum, per quorũ carnẽ introduxisti me in hanc vitã, & deinceps legis tuæ dòcebas apicibus hac forma passim honorare parẽtes. Sic ad altaris cornu etiã nominatis fidelibus orandus est Deus, & per eorum merita vera ad propitiationẽ trahendus hoc modò, Qui nos precesserũt cum signo fidei, aut quorum tibi fides cognita est, aut nota deuotio. Imò veriusipse ad sic nos orãdum trahit, & excitat, qui ad cornu altaris sublimis cõtinuus pro nobis interceſſor existit. De quo super Exodũ lib. 11. ca. 11. textu, Et depcabitur Aarõ sup cornua eius semel per annũ in sanguine, qđ oblatũ est pro peccato. BEDA. Depcatur autẽ sup cornua, qa & ipse nõ solũ inter homines cõuersatus, p hominibus orauit, verũ etiã nũc ad dextram patris in cælestibus sedẽs, interpellat p nobis, & in cordibus electorũ p fidẽ inhabitans, dum eos ad prędicandum excitat, rectè ipse deprecari narratur. Deprecatur autem Aaron super cornua altaris, cùm electos suos patri dominus p memoriam earũ quas fecêre virtutũ cõmendat. Deniq; quasi cornua tangens altaris aurei de deuotione discipulorũ loquitur, Quos dedisti mihi, de mũdo erãt, & mihi eos dedisti, & sermonẽ meũ seruauerũt. Et depcãs adiecit, Ego p eis rogo, nõ p mũdo rogo, sed p eis, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Hæc ille. AVTH. 7 Quo † facto à memoria miserorũ, sicut ante consecrationẽ fecerat, ascẽdit ad memoriã beatorũ, dicẽs, Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis. Sed in cõspectu tãti sacrificij cùm peccata cõmemorat, horrore cõpunctus, pectus tũdit. Vnde sermone de pœnitẽtia. 1. parte sermonũ, qui incipit, Quàm sit vtilis. AVGVS. Simul oia cõgregata vastãt: quę viua sunt necãt, aut nostrũ decus exterminant, vt ab illius spõsi specioſi præ filijs hominũ castissimis amplexibus separent: nisi quotidie medicamẽto quodã pœnitentiæ desiccẽtur, quod si falsum est, vnde quotidie tũdimus pectora? quod nos quoq; antistites ad altare assistẽtes cum omnibus facimus. Hęc ille. AVTH. Partẽ aliquam, & societatẽ donare digneris cum sanctis tuis apostolis, & martyribus, cum Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba. Iam ne solus intret rex noster domũ suã & supernam Hierusalem, cõuocandi sunt Hierusalẽ sancti, & omnis populus etiã peccatorũ hortãdus, vt cõueniat, sicut 2. Reg. 19. scribitur. Sermo omnis Israël venerat ad regẽ, vt reducerent eũ in domũ eius. Et infrà. Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouissimi ad ducẽdũ regẽ in domum suam? idest in templum: quia templũ Dei sanctum est, quod estis vos. Maiores verò natu Iuda inter tribus alias requiruntur, quia Iudas confessio interpretatur: & hi primi regẽ comitantur in domum eius, qui martyrio suo 8 Christi martyriũ confitentur. Sic † enim antiquitus confessores dicti sunt, quos iam martyres appellamus. Iuxta illud. Qui me confitetur corã hominibus, cõfitebor eũ corã patre meo. Et hæc est ratio pręcipua, quare soli martyres recitãtur in canone. Sicut scribit AVG. 20. lib. de ciui. Dei cap. 10. Ideo tantummodo martyrũ animas cõmemorauit ecclesia, quia ipsi præcipuè regnant mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certauerunt. Sed accipientes à parte totum, etiam cęteros mortuos intelligimus, pertinentes ad ecclesiam, quod est regnum Christi. Hęc ille. AVTHOR. Ecce soli martyres appellantur, quia ipsi præcipuè cum Christo regnant, quanuis non soli, & per figuram à parte totum cæteri omnes sancti mortui citãtur in illis. Post quos, virgines item secundum locum accipiũt. Vnde lib. de sancta virginitate aliquantum à fine AVGVST. Nisi adsit tentatio, nulla doni huius sit demonstratio, putà martyrij. Hoc autem tam magnum est, vt ipsum fructũ centesimum

Nobis quoque.

Partem aliquam.

Martyres qui & confessores.

uthoris rentes.

teſimum quidam intelligant. Perhibet enim pręclariſsimum teſtimonium eccleſiaſtica authoritas, per quam fidelibus notum eſt, quo loco martyres, & quo defuncte ſanctimōiales ad altaris ſacramēta recitētur. Hæc ille. AVT. Hoc loco canonis poſt ſeptē martyres ſeptē fœminæ recitātur, quædā virgines, omnes autē martyres: ſed ratione virginitatis, aut ſexus, martyribus maribus ſuccedunt in canone. Vbi videre potes, quantum in hoc canone authoritati eccleſiæ Auguſtinus incumbit: præclariſſimum, inquiens, teſtimonium perhibet eccleſiaſtica authoritas, cùm ipſe, qui hoc dixit, nō infimæ authoritatis erat in oculis Auguſtini, Cyprianus ſcilicet in libro de virginitate. Sed lōgè clarior apud Auguſtinum erat authoritas eccleſiaſtici canonis. Sed & de hac memoria, quam in miſsis ſuis aſsiduè tenuit, in epiſtola, quam ſcribit ad clerum de Celerino confeſſore, recolit CYPRIANVS. Veri, & ſpirituales Dei milites dum diabolum Chriſti confeſsione proſternunt, palmas à domino, & coronas illuſtri paſsione meruerunt. Sacrificia pro eis ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quotiens martyrum paſſiones, & dies, anniuerſaria commemoratione celebramus. Hæc ille. AVTHOR. Pro eis dixit, non tamē pro eis orādo, ſed pro eis gratias offerēdo laudiferas Deo ſacrificat, vt infrà dicetur de celebritate ſanctorum. Hanc † autem memoriā 9
martyrum Chriſti in celebratione miſſarum quotidianam habebāt antiqui patres: quidam ſic, quidam ſic, donec prouiſione ſanctorum redigeretur ad certum: velut ſcribunt in epiſtola ad ſanctum Hieronymum CROMACIVS & THEODOR. epiſcopi. Religioſiſſimus imperator Theodoſius Auguſtus Mediolanenſiū vrbem ingreſſus, vniuerſos epiſcopos Italiæ ad ſe inuitans, ob cauſam aliquorū epiſcoporū, qui ex Ariana fæce ſuas animas inquinaſſent, contigit & noſtram paruitatem in idem deueniſſe Concilium: in quo cùm quæ dicenda erant dicta eſſent, & quę definienda definita, cœpit Chriſtianiſsimus princeps ſanctum Gregorium Cordubenſis eccleſiæ in eo pręferre antiſtitem, quòd omni die ſiue ieiunans, ſiue non ieiunans, matutinas, veſperas, & miſſas explicans, eorum martyrum, quorum natalitia eſſent, plurimorum nomina memoraret, factumque eſt, vt omnes pariter ſtatueremus ad tuam nos ſcribere ſanctitatem, vt famoſiſsimum feriale de Archiuis ſancti Euſebij Cæſareæ Palæſtinæ ſacerdotis inquirens martyrum ad nos dirigas feſta, vt poſſit hoc officium per tuam ſanctam induſtriā meliùs, & perfectiùs celebrari. Hæc ibi. AVTHOR. Attenta verborū ſerie, ſciri poteſt, q prius hæc inſtitutio celebrabatur à multis, quàm ſeruari cœpit ab omnibus, &, vt ſuprà deduxi, per Dionyſiū manare poſſet ab apoſtolis. Sed hoc ſciēdū, q ab antiquis etiam hęc regula canonis ſeruabatur, qui nec regulæ noluerunt hiſtoriam. Audite iam inter omnes eminentem Gregorium libro. 8. regiſtri epiſtola. 27. ad Eulogium Alexandrinum. GREGORIVS. Vtilis eſt ſemper docti viri allocutio, quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe nouerat, aut cognoſcit, quod eſt amplius, quod ſe neſciſſe neſciebat. Qua in re ex audientium numero ego nunc factus ſum, cui ſanctiſsima veſtra beatitudo ſcribere ſtuduit, & cunctorū martyrum geſta, que piæ memoriæ Conſtantini temporibus ab Euſebio Cæſarienſi collecta ſunt, tranſmittere debeam: ſed hæc neque ſi collecta ſint, neq; ſi ſint, ante veſtræ beatitudinis ſcripta cognoui. Ago ergo gratias, quia ſanctiſsimæ doctrinæ veſtræ ſcriptis eruditus, cœpi ſcire quod neſciebā, præter illa, quæ in huius Euſebij libris de geſtis ſanctorū martyrum continentur, nulla in archiuis eccleſiæ noſtræ, vel in Romanæ vrbis bibliothecis eſſe cognoui, niſi pauca quædam in vnius codicis volumen collecta. Nos autem penè omnium martyrum ſanctorum diſtinctis per dies ſingulos paſsionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione miſſarum ſolēnia agimus, non tamen in eodem volumine quis qualiter ſit paſſus, indicatur, tantummodo nomen, locus, & dies paſſionis ponitur: vnde fit, vt multi ex diuerſis terris atque prouincijs per dies, vt prædixi, ſingulos cognoſcantur martyrio coronati: hæc habere vos beatiſsimos credimus. Hæc ille. AVTHOR. Sic inoleuit induſtria patrum, q martyres commemorātur ad altaris ſacrificium, ſed poſt defunctorum animas, pro quibus oratur, & ſeorſum ab eis prece diſtincta, ne ſacerdos orare cogatur pro ſanctis, qualiter neceſſe eſt orare p mortuis expiandis. tertia parte ſermone. 114. De apoſtolis Petro & Paulo AVGVSTINVS. Si facilè eſt mortem ferre, quid magnum martyres Dei p Dei nomine pertulere, vnde magni, vnde excelſi, vnde cæteris hominibus multò florentius coronati? Vnde quod norunt fideles, diſtincti à defunctis loco ſuo martyres recitantur, nec pro eis oratur, ſed eorum orationibus eccleſia cōmēdatur, vnde hoc? niſi quia mors, quam pro dominica confeſsione elegerūt ſuſcipere, quàm Chriſtum negare, vtique amara eſt: vtiq;

Digitized by Google

est? vtique natura refugit mortem. Hæc ille. AVTHOR. Seorsum ergo à defunctorum aliorum prece distinctam habent martyres beati, ideo vicinùs situantur ad corpus. Vbi enim est corpus, illuc congregantur & aquilæ. Defuncti autem mortui etiam membra sunt, alioquin ibi memorias non haberēt. Vnde libro. 20. de ciuitate Dei, cap. 9. AVGVSTIN. Neque enim piorum animæ mortuorum separātur ab ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi, alioquin nec ad altare Dei fieret eorū memoria in communicatione corporis Christi. Sequitur. Cur † enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra sunt eius? Quāuis ergo cum suis corporibus nondum sunt, iam tamen eorum animæ regnāt cum illo, dū isti mille anni decurrunt. Et infrà. Regnat itaque cum Christo nunc primùm ecclesia in viuis & mortuis: propterea, sicut dixit Apostolus, mortuus est Christus, vt viuorum & mortuorum dominetur. Hæc ille. AVTHOR. Et quanuis omnia Deo viuant, bène dictum est, quòd vt mortuorum dominetur, iam regnat cum Christo ecclesia in viuis & mortuis: ideo vtrorumque facta est memoria, vt iam suprà dixi, vt per vtrosque ducatur ad regnum. Primò per viuos ante consecrationem, consequēte populo beatorum: deinde cum memoriis defunctorum, cum chorea martyrum simul & virginum. Isti viuentes, vt Christi corpori huius temporis ferant obsequium: isti mortui, vt per Christi mortem, qui est primitiæ dormiētium, venire possint ad requiem. Isti Christū ducunt ad aram, isti subsequentes ad animam. Illi ad cōsecrationem, isti ad communionem: vtrique ad cōmunicationē, & regni dominici complementum in ecclesia, secundùm illud Marci, Et qui prēibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes, Osanna benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Et introiuit Hierosolymam in templum. Corpora enim nostra tēplum sunt sancti spiritus. Et locum habet illud de verbis domini sermone. 50. AVGVSTINI. In nomine Christi plebs dei estis, plebs catholica estis, membra Christi estis, non estis diuisi ab vnitate. Communicatis membris apostolorum, cōmunicatis memoriis sanctorum martyrū diffusorum per orbem terrarum, & partim pertinetis ad curam nostrā. Hæc ille. AVTHOR. Et vt amplius aliquid dicam, non Christus perfectè decorus in regno suo, vel lætus, nisi caput comitentur & membra. Vnde Homi. 7. super Leuiticum ORIGENES. Habebis lætitiam de hac vita discedens, si fueris sanctus: sed tunc erit plena lætitia, cùm tibi nullum membrum corporis deerit. Expectabis enim & tu alios, sicut & ipse expectatus es. Quòd † si tibi, qui membrum es, non videtur esse perfecta lætitia si aliquod desit membrum, quantò magis Dominus & Saluator noster, qui caput & author est totius corporis, non sibi perfectum ducit esse lætari, donec aliquod ex membris deesse suo corpori videtur? Et propterea orationem fortè fundebat ad patrem dicens, Pater sancte, clarifica me illa gloria, quam habui apud te priusquàm mundus esset. Non vult ergo sine te recipere perfectam gloriam suam, hoc est, sine populo suo, qui est corpus eius, vel qui sunt membra eius. Vult enim in isto corpore ecclesiæ suæ, & in istis membris populi sui ipse velut anima inhabitare, & vt omnes motus, atque omnia opera secundùm ipsius habeat voluntatem: vt verè compleatur in nobis illud prophetæ dictum, Habitabo in eis, & in viis eius ambulabo. Hęc ille. AVTH. Intra † quorum nos consortium non æstimator meriti, sed veniæ quęsumus largitor admitte. Quam particulā canonis assumit in expositione psalm. 72. versu, Vt annuntiem omnes prędicatiōes tuas, in portis filiæ Sion, ait HIERONYMVS. Per contemplationē enim spei, quam in Deum habet, sperat se inducii in cælestis Hierusalem portas, ad capessendam futuram beatitudinem cum electis suis: in quorum nos consortio non meritis inspector, sed veniæ largitor admittit. Hæc ille. AVTHOR. Tunc enim communicamus in Christi corpore, si cum electis eius communicaturi simus in lumine per Christum dominum nostrum, Per quem hæc omnia domine semper bona creas. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate sancti spiritus omnis honor & gloria. Hæc Apostolus ad Col. primo. Cum gaudio gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & transtulit in regnum filij. Sequitur. Quia in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est caput corporis ecclesiæ, omnia in ipso pacificans per sanguinē crucis eius. Vnde meritò in his apicibus cruce signamus ad gloriā & honorē eius, qui omnia pacificat per sanguinem crucis suæ.

10 *Defuncti membra sunt ecclesiæ.*

11 *Lætitia Christi plena in consūmatione beatorum.*

12 *Intra quorū nos &c.*

Per quem &c.

¶ De oratione dominica cũ præfatione poſt ſecundum ſilentiũ, & oratione ſequẽte pro pace, & Pax domini, cum pacis oſculo, & Agnus Dei, in fine tertij ſilentij.

CAP. XLI.

SVMMA.

1 *Pater noſter in miſſa.*
2 *Oratio dominica, quòd nõ fuerit inſtituta dici per Gregorium, ſed per apoſtolos.*
3 *Præceptis ſalutaribus moniti audemus dicere. uerba poſita ante orationem dominicam.*
4 *Oratio dominica, quòd ſit quotidie dicenda,*
5 *Panis quòd non maneat poſt conſecrationem, nec panis dicatur, ſed corpus appelletur.*
6 *Libera nos à malo ultima oratiõis dominicæ uerba.*
7 *Pax in diebus noſtris. Et Pax domini. &c.*
8 *Fractio ſpecierum panis.*
9 *Prædicatio tabularum quid ſit.*
10 *Oſculandi mutuò ritus, unde fluxerit.*
11 *Agnus Dei, & Agni figura.*

1 AD † finem ſancti canonis properamus, vt ſecundũ interrũpens ſilentium, in quo prolixè oraſſe Chriſtũ Lucas ſignificat, prolixam item orationem canonis, quam dixit ſuprà Baſilius, ſacerdos cõſumet, quaſi loco Chriſti veniens ad fideles iam ſecundò, & monẽs eos vigilare, & inſtanter orare ſecundũ orationẽ dominicam, quã & ipſe terminat, dicẽdo, Et ne nos inducas in tentationẽ: ſicut Chriſtus cùm primò veniſſet ad diſcipulos, Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? vigilate & orate, ne intretis in tentationem: in ipſo verbo orationem perficiens, ad cuius effectum Chriſtus orare præmonuit, ſcilicet ne intrent in tentationem. Quòd † autem quidam ſcriptores dicũt beatum Gregorium primò inſtituiſſe orationẽ iſtam dominicam in myſteriis dici, neſcio quid mouet, dicẽte ipſo Gregorio hoc ſtatuiſſe Apoſtolos, & in primẽuis ſimpliciter obſeruaſſe. lib. 9. regiſtri epiſtola. 8. GREGO. Orationem verò dominicam idcirco mox poſt precẽ dicimus: quia mos Apoſtolorum fuit, vt ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrent. Et valde mihi inconueniens viſum eſt, vt precem, quam ſcholaſticus compoſuerat, ſuper oblationẽ diceremus, & ipſam traditionẽ, quam redẽptor noſter cõpoſuit, ſuper eius ſacrũ corpus & ſanguinẽ nõ diceremus: ſed & dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos verò à ſolo ſacerdote. Hæc ille. AVTH. Ipſam ſolũmodo primò fortè dicebant, ſed longo temporis interuallo Apoſtoli permanſerunt, ita vt poſſent, quod in plæriſque rebus defuit, reformare, ſicut de baptiſmo, de ordine, de euchariſtia, ita & de canone. Quòd dicit aliquem ſcholaſticum compoſuiſſe precem ſuper oblationem, verum eſt, omnẽ Chriſti diſcipulũ, quando ad eum cõparatur, nec bonum eſſe ſcholaſticũ. Et quòd dicit Græcos per omnẽ populũ orationem hãc dicere, modeſtiùs ordinauit ſancta Romana eccleſia, vt ſol⁹ in publica miſſa dicat eã ſacerdos, propter ſtrepitũ indecentem, & voces ſtridulas fœminarum. Quo fine dicit Apoſtolus, Volo viros orare in omni loco, id eſt, ad ſic orandũ aptos. Vnde lib. vlti. de ſacramẽtis AMBRO. Ergo videam⁹. Volo autem viros in omni loco orare. Qua ratione dicit viros? Vtique communis oratio eſt & mulieribus & viris. Quod non inuenio, niſi fortè ſanctus Apoſtolus ideo viros dicit, ne mulieres vſurparẽt vbiq; clamare, quas in eccleſia ſuſtinere nõ poſſum⁹. Volo autẽ viros, hoc eſt, qui poſſunt ſeruare præceptum, orare in omni loco, leuantes puras manus. Quid eſt leuantes puras manus? nunquid debes in oratione tua crucem domini gentibus demonſtrare? Illud quidem ſignum virtutis eſt, non pudoris. Eſt tamen quomodo poſsis orare, nec figuram demõſtres, ſed actus tuos leues. Si vis operari orationem tuam, leua puras manus per innocentiam. Hæc ille. AVTHOR. Videtur hic pater Ambroſius monere fideles, ne cuncta pariter æmulentur cum ſacerdote in eccleſia agere, vel orantes, vel ſigna pãdentes. Primò, ne cum ſacerdote eleuatis vocibus orent, maximè mulieres, quibus dicit Apoſtolus primæ Corinthios. 14. Mulieres in eccleſiis taceant. Non enim permittitur eis loqui altè, ſcilicet in populo, imò nec viros, ſed eos tantùm, qui poſſunt ſeruare præceptum honeſtè cantando cum clero. Vnde in libro de oratione dominica ad principium CYPRIANVS. Quando in vnum cum fratribus cõueni mus, & ſacrificia diuina cũ Dei ſacerdote celebramus, verecundiæ memores eſſe debemus, non paſsim ventilare preces noſtras incõditis vocibus, nec petitionem commendandam modeſtè Deo tumultuoſa loquacitate iactare.

Pater noſter.

2 *Oratio dominica non eſt inſtituta dici per Grego.*

AVTHOR.

Digitized by Google

AVTHOR. Potest ergo forsan plebs deuota orationem dominicam modestè & silenter loqui cum presbytero, ita tamen, vt intenta mens figatur cum ipso, qui solus tractat sacrificium. Vnde cùm ista dicit Ambrosius Paulum iussisse, videmur plus quàm Græci Apostolo obedire. In crucis etiã signatura frequenti, & manuũ leuatione cũ aliis gestibus, quos sacerdos exercet, in tantæ maiestatis aspectu non est ipse passim imitandus ab aliis. Et quo modo possis orare, nec figuram demonstres dicit Ambrosius, actus tuos leues maximè mẽtis intrinsecus: deinde igitur prosecuturus aliam orationem sacerdos præfationem veneranter præmittit, insinuans se illam de Christi monito suscepisse. Oremus, inquiens, præceptis † salutaribus moniti. Si hæc præfatiuncula ex institutione Gregorij præmissa est, quis scit? cùm vbi cætera istius precis dixerit, huius non meminit: sed prædicto li. de oratione dominica pertractare eã videtur CYPRIA. Oremus itaque fratres dilectissimi, sicut magister dominus docuit. Amica & familiaris est oratio Deum de suo rogare, ad aures eius ascendere Christi oratione. Agnoscat pater verba filij sui cùm precem facimus. Hęc ille. AVTH. Ad aures patris ascendere cum Christi oratione audemus dicere, Pater noster qui es in cælis, prius. s. pręceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, vt dicit Cyprianus, Oremus sicut magister domin⁹ docuit. Et lib. suo de amore ca. 7. BERNARDVS. Genus, inquit, sumus Dei, & filij omnes, cognatione quadam spiritali magnam apud te nobis vendicãtes affinitatem, cum per spiritum adoptionis filius tuus vnum nomen nobiscum sortiri non dedignatur. Et cum ipso, & per ipsum pręceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere, Pater noster qui es in cælis. Hæc ille. AVTHOR. Hanc ergo cũ expressa voce formati oret sacerdos, & petitionum bona distinctione & pondere, eruditaturque populus diligenti corde notare, & præcipua fide petitionem quartam, qua petimus panem *epiousion*, id est, panem supersubstantialem sacræ. s. eucharistiæ, circa quam totum versatur officium. Vnde. 4. parte sermonũ, sermone de symbolo, qui incipit, Symbolum redditur. AVGV. Quatuor ergo ista propter vitam nostram quotidianã nobis necessaria sunt, tria verò illa propter vitam æternã: sed omnia petimus, vt ad illa perueniamus, & hîc oramus, ne ab illa separemur. Oratio † ista nobis quotidie dicenda est postquàm baptizati estis. In ecclesia autem ad altare Dei quotidie dicitur ista oratio dominica, & audiũt eã fideles. Nõ timemus, ne minus eam diligenter teneatis, quia & si quis vestrum nõ potuit tenere perfectè, audiendo quotidè itenebit. Hęc ille. AVT. Totam ergo orationẽ fidelis quisq; in sacris missæ tenetur omni deuotione mentis attendere, præsertim ipsam petitionẽ quartam de cõmunione eucharistiæ, annectens illi petitionem quintam de dimittendo fratribus debita sua: quod omnino ibi requiritur, Christo dicente, Cùm offers munus tuũ ad altare &c. vade prius reconciliari fratri tuo. & in hoc currit reliquum missæ officiũ, consequens orationẽ dominicã pro reconciliatione animorũ & fœdere pacis: quia alioquin si nõ dimittũt, nec Deus pater eis dimittit, & corpus, & precẽ cõtra se præsumunt. Idcirco quidã in ecclesia Græcorum hãc petitionem cũ aliis orare nolebãt: prout in collatione. 9. abbatis Isaac de oratione scribit CASSIA. Tantũ enim remittitur nobis, quantũ remiserimus eis, qui nobis quacunq; malignitate nocuerũt. Quod formidantes nonnulli cũ in ecclesia hæc oratio ab vniuersa plebe cõcinitur, hũc locũ tacitè prætermittunt: ne. s. semetipsos obligare potius, quàm excusare sua professione videãtur: non intelligẽtes, quòd frustrà cauillationes has iudici omnium prætẽdere moliãtur, qui quẽadmodũ iudicaturus sit, supplicibus suis voluit præmonstrare. Hæc ille. AVTH. Qualiter ergo nõ habebat ecclesia hãc orationẽ dominicam diu ante Gregoriũ, quãdo Ambrosius eã in prece sacerdotis vsq; in finem exponit. Nõ debes, inquiens, quasi famelicus ad cibũ de cibo incipere, sed ante à Dei laudibus, & notat precẽ dominicam. Et itẽ Augustinus in epistola ad Paulinũ dicit: quod cõcludit & vtriusq; s. Ambrosij de sacramentis, & Augu. de verbis domini diuinitùs inspirata sentẽtia. AVGV. & AMBRO. Ante † verba Christi quod offertur, panis dicitur: vbi Christi verba deprõpta fuerint, iã non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ posita sequitur ait sacerdos, Panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie? Panẽ quidem dicit, sed epiousion, id est, supersubstantialem. Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiã fulcit. Hæc ille. AVTHOR. Sanctissima † igitur prece Christi completa, & responso facto sacerdoti: sed libera nos à malo: confirmat dictum sacerdos, & resumit, Amen, inquiens, Libera nos quæsumus domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris. Agit enim trinum Christi silentium orans in trina

Præceptis salutaribus moniti. *Audemus dicere.* *Oratio dominica quotidiè dicenda est.* *Panis non manet post consecrationem.* *Libera nos à malo.*

vigilia. Vnde super illud Marci. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. HIERONYMVS. Trina domini vigilia, tres personas habere nos in orando docet, & de præteritis, & futuris, & præsentibus veniam rogare. Hæc ille. AVTH. Demum † orationem conuertit
7 ad pacem, dicens: Da propitius domine pacẽ
Pax in diebus nostris. in diebus nostris. Sicut Ezechias rex prophetæ nuntianti verbum domini de captiuitate futura, bonum est, inquit, verbum domini, qđ loquutus est, Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis. Et apostolus. Vt quietã, & tranquillam vitam agamus: & complet dicens, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ. Hucúsque protendit se oratio dominica. Vnde lib. 6. de sacramẽtis AMBROSIVS. Quomodo cœpit à laudibus Dei, sic debet in Dei laudem desinere, habetur hoc in oratione dominica, Pater noster qui es in cælis, vsq; illuc, sed libera nos à malo. Quid sequitur? Audi quid dicat sacerdos, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, in quo est tibi laus, honor, gloria, magnificentia, potestas à seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula
8 seculorum Amen. AVTHOR. Et † hic frangitur corpus Christi in hostiæ sacramento: qualiter Christus ad communicandum fregit
Fractio speciei panis. daturus statim discipulis, sed coram sacerdote sanguini commiscetur. De quo lib. de corpore & sãguine domini ca. 18. PASCHASIVS. Patet sensui, quòd iam caro frãgitur, quia sanguis est in calice, qui de corpore manauit: & ideo iam rectè sanguini sociatur, quia nec caro sine sanguine vtiq;, nec sanguis sine carne iure cõmunicatur. Totus enim homo, qui ex duabus constat substantiis, redimitur, & ideo carne simul Christi, & sãguine saginatur. Hæc ille. AVTHOR. Sed immittens fragmentum hostiæ benedicit latera calicis sacerdos. Vnde de institutis clericorum ca. 23. RABANVS. Crux, quæ formatur super calicem oblatæ particulæ, ipsum corpus nobis ante oculos ostendit, quod pro nobis crucifixum: ideo verò tangit quatuor latera calicis, quia per illud humanum genus per quatuor climata mundi ad vnitatem vnius corporis coniungit, & ad pacem ecclesiæ catholicæ & apostolicæ perduxit. Hæc ille. AVTHOR. Hæc dum fiunt, sacerdos silentium tertium soluit, & pacem, qua secretè rogauit, rogat super tecta, Per omnia, inquiens, secula seculorum,
Pax domini Pax domini sit semper vobiscum: conformãs se Christo tertiò euigilanti discipulos, Dormite iam, & requiescite: quorum vtrunque, scilicet somnus, & quies altam pacem adoptat. Ideo Psalm. In pace in idipsum dormiam & requiescam. Hanc pacem discipulis tradidit loco salutationis offerre. Vnde super Matthæ. 10. HIERONYMVS. Occultè salutationem Hebræi Syriáque sermonis Christus ait. Quod enim dicitur Græcè Chære, & Latinè, Aue, hoc hebraico Syroque sermone dicitur, Salaloth, quod est, pax tecum. Hæc ille. AVTHOR. Salutatio ergo ista diuinitùs simul, & plebi pax est salutatio mutua: quòd pax ad sacram communionem in corpore eius (de quo dicit Apostolus, Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum) de necessitate exigitur, idcirco iam ad communionem tendens, sollicitè prædicat plebi pacem. Vnde capitu. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Cum ministris diuinus pontifex orationem sacram perficit, & salutantibus inter se omnibus, mystica sacrorum voluminum prædicatio perficitur. Hæc ille. Vbi THOMAS. Episcopus tunc aliis orationẽ faciens, pacẽ eis annuntiat, quibus inuicẽ oscu latis, prædicatio perficitur tabularum. Hæc
9 ille. AVTHOR. Prædicatio † forsitan tabularum, est benedicto antistitis, quam formatam legit in tabulis: hoc enim in loco qui est postulatio episcopus benedixit secundum Augustinum suprà in ingressu canonis. Iterum ad quandam summam cũcta reuoluens, & penè ab initio canonis cuncta concludens in hoc ritu pacis: vt scribit. 3. parte sermonum, sermone. 66. de sacramentis, habito in die paschæ, qui incipit, Memor fum. AVGVSTINVS. Tenetis sacramenta ordine suo. Primò post orationẽ admonemini sursum habere cor: in hoc docẽtur mẽbra Christi sequi ipsum in cælũ, vbi est caput nostrum: & ideo cùm dicitur, Surfum corda, respondetis, Habemus ad dominum: & ne hoc ipsum, quòd cor habetis ad dominum sursum, viribus vestris tribuatis, quia donũ Dei sursum est habere cor, ideo subsequẽter Episcopus, vel presbyter, qui offert, dicit cũ respõderit populus, Habemus ad dominum, & de hoc, Gratias agamus domino Deo nostro, quòd sursum cor habetis, & vos attestamini dicentes, Dignũ & iustũ est, vt & gratias agamus ei, qui nos fecit sursum ad caput nostrũ habere cor. Deinde post sanctificationẽ sacrificij, quasi nos ipse voluit esse sacrificiũ suum: quod demõstratũ est, vbi positũ est illud sacrificiũ primũ Dei, & nos, id est, signũ rei quod sumus. Ecce vbi peracta est sanctificatio, dicimus orationem Dominicam, quã accepistis, & reddidistis. Post ipsam dicitur, Pax vobiscum, & osculantur se Christiani in osculo

Legendum videtur post tatio.

oſculo ſancto,qđ eſt ſignū pacis, vt ſic quod oſtendunt labia,fiat in conſcientia: & quomo do labia ad labia fratris tui accedunt, ſic cor tuum à corde eius non recedat.Hæc ille. AVTHOR.Ecce,quòd cuncta per ordinem enū tiat Auguſtinus à præfatione poſt orationē primam ſecretam,quæ in primo ſilentio agitur per orationem dominicam poſt ſecundū ſilentium ſanctificationis aut canonis,vſq; ad hanc precem pacis & oſculi ſancti poſt ſilentium tertium:quam vtiq; donationē pacis per ſignum oſculi Paulus ab apoſtolica conſtitutione edocuit. REMIGIVS.Imprecata igitur pace,incipiens à ſacerdote dat ſibi mutuò omnis eccleſia oſculū pacis, vt omnibus vera pace vnitis, fiat in eis locus Domini. ſicut in Pſal.Et factus eſt in pace locus eius.Et hoc vtique ex traditiõe apoſtolica ſeruat eccleſia, cui frequēter ab ea dicitur,Salutate inuicē in oſculo ſancto,pacifico,colūbino,nõ ficto, nõ ſubdolo.Hæc ille.AVTHOR.Bene notat Remigius locū Apoſtoli,ex quo fluxit ritus iſte in myſteriis ſalutare inuicē in oſculo. Et hoc incepit eſſe,vt in eundē locū ſuper epiſtolam ad
10 Ro.ſcribit HAYMO.Quia † ego nõ ſum prę- *Oſculandi mutuò ritus*
ſēs,vt vos omnes poſsim oſculari,oſculamini vos inuicem mei amoris cauſa, cū hanc acceperitis epiſtolam.Ex hoc loco, & aliis ſimilibus,mos traditus eſt eccleſię,vt conuenientes fideles in eccleſia ad audiendū verbū diuinum miſſarumq; celebrationem,poſt orationes oſculo dilectionis ſuſcipiant ſe inuicē.Hæc ille. AVTHOR. Et hoc, vt dixi,pro cōmunione ſancta iā inſtante.Vnde & ſacerdos dicit: Habete vinculum pacis & charitatis, vt apti ſitis myſteriis Chriſti ſacroſanctis. Et vbi ſuprà DIONY.Datur autē oſculum pacis ante ſanctā communionem:quia diuiſis vnctio ſancta non congruit,& vt diuinitùs vniformes facti, ad varias concupiſcentias non decidamus: ex quib⁹ proueniūt inter homines inimicitiæ, q̄ ſunt naturæ cõformes. Hæc ille. AVTHOR. Et in ſermone de paſsione dñi in fine CHRYSOSTO.Inimicū eſt Deo liuidum & tumidū pectus:audi quid dicat. Quādo offers munus tuum ante altare,& ibi memor fueris aſtās ad altare,quòd habet frater tuus aliqd aduerſum te,dimitte donum tuum ſuper altare, & vade reconciliari fratri tuo.Meritò noſtræ reconciliationis cauſa hoc ſacrificium conſtitutū eſt: & ſi ſacrificii præcepta contēpſeris, ſacrificij remediū habere non poteris.Cōple illud, cuius cauſa ſacrificium factū eſt, vt ſacrificio perfruaris.Ideo.n. Dei filius aduenit, vt humanā naturam dominicæ reconciliet pietati: ideo & nos cum hæc facimus,ſuo fecit vocabulo nūcupari,Beati,inquit,pacifici,quoniam filij Dei vocabūtur.Hoc enim facis, quod Dei filiꝰ vnicus fecit,ſi & tibi,& aliis pacis volueris author exiſtere.Ideo te vocat filiū Dei,& ideo in ſacrificij celebratione nihil aliud niſi fratris reconciliationē cōmonuit.Sequitur. Hæc igitur in mentibus noſtris hæreāt, & in animis glutinata perdurēt.Sanctum oſculū teneamus, quod animos ſociat,recōciliat mētes, & vnū corpus oſtendit:quia vnū corpus videmur eſſe ſortiti, & ideo miſceamus nos in vno corpore,nō corporum coniunctiõe, ſed animali charitate deuincti,vt ſic diuinæ mēſæ poſsimus fructibus ſociari.Hęc ille.AVTH.Ecce de pace ad altare ad ſanctū ſacrificiū,vt diuinæ mēſæ poſsimus fructibus ſociari.Et ſuper Ioannem Mora.78. idem. CHRYSOSTO. Propterea in myſteriis amplectimur inuicem,vt qui multi ſumus, fiamus vnum. Hæc ille. AVTHOR. Et bene inſtāte communione fit pacis memoria: ſicut & Saluator verſus finem officij ſui conuerſus ad diſcipulos,Pacem,inquit, relinquo vobis, pacē meā do vobis.Et totum, quod Saluator ibi dixit,ad hunc finem pacis fecit: & totum, quod in ſacramētis eius percipimus,in hoc cedit.Quod notans in eundem locū Ioannis ſermone.104.AVGV. Poſtea quàm de cōuiuio ſancto ille,qui eum fuerat traditurus, eſt egreſſus,cauſam cōmendauit ſermonis ſui,vt in illo pacem haberent,propter quod totum agitur, quod Chriſtiani ſumus. Propter hanc igitur, ſacramentis eius imbuimur,propter hanc mirabilibus eius operibus,& ſermonibus eruditur.Hæc ille.AVTHOR. Hæc ergo vera fides pacis in aduentu pacis, quā tamen quidā turbulenti ante cōſecrationem, vel poſt lectū euangelium nolebant, & iuſſerant dandam eſſe per populū: quibus ſatisfacit Innocentius ille papa,dicens quæ prædicat Auguſtinus decreto ſuo primo,cap.1.ad Decentiū Engubiū epiſcopum INNOCEN.Pacem igitur aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare,vel ſibi inter ſe ſacerdotes tradere, cùm poſt omnia,quæ aperire non debeo; pax neceſſariò indicenda eſt,per quam cōſtet populum ad omnia,quæ myſteriis aguntur,atq; in eccleſia celebrantur,præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludentis ſignaculo demō
11 ſtrentur.Hæc ille.AVTHOR.Dum † autem *Agnus Dei.*
iſta fiūt,cātatur Agnus Dei.Vnde ca.32.de inſtitutis clericorum RABANVS. Poſtquàm ad communicandum, & percipiendum corpus dominicum peruentum erit, pacis oſculū ſibi inuicem tradunt,cantātes Agnus Dei,qui

Digitized by Google

tollis peccata mundi, miſerere nobis: vt pacifi cè ſacramenta percipientes, in filiorum nume ro, remiſsis delictis omnibus, iubeantur com- putari. Hęc ille. AVTHOR. Recolitur iam in corpore ſuo agnus Chriſtus, quem in figura huius agni, Abel obtulit patriarcha: quem nec ad domini placitum obtuliſſet, nec Ioānes tol lentem peccata mūdi prophetaſſet, niſi in eo agno per naturam diuinam gratia ſacræ miſ- ſæ refulgeret. Quam rationem tangit lib. 9. ad Gratianum imperatorem de trinitate AM- BROSIVS. Sciuit, inquiens, Abel diuidere, qui ex primitiis ouium obtulit ſacrificium, do cens non terræ munera placitura Deo, quæ degenerauerūt in peccatore, ſed ea, in quibus diuina gratia myſteriis refulgeret. Prophetauit itaque nos per paſsionem domini à culpa eſſe redimendos. De quo ſcriptum eſt, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vnde & de primitiis obtulit, vt primogenitum de ſignaret. Oſtendit ergo verum ſacrificium diuinū nos futuros, de quibus Prophęta ait, Af- ferte domino filios arietum. Hæc ille. AVTH. Ecce terræ munera panis & vini nō erant placitura deo, ſed carnis oblatio Abel, cui dici po teſt, Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Cuius gratia etiam per confeſsionem publicam in ſacræ miſſæ refulget myſteriis. Nimirum ni hil maius aduerſus Witcleuiſtarum hæreſim in myſteriis canitur, nihil ſuauius ad medicinam fidelium ſciētium, quòd eo ipſo tollit eis peccata mūdi, lauans à peccato ſanguine ſuo. Vnde in Homilia ſuper illud, Vidit Ioānes Ie ſum venientem ad ſe, BEDA. Quomodo autē peccata mundi tollat, quo ordine iuſtificet im pios, Apoſtolus Petrus oſtendit, dicens, Non corruptibili argento & auro redēpti eſtis, &c. ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati, & incontaminati Ieſu Chriſti. Sequitur. Non ſolùm autē lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum dedit in cruce pro nobis: vel quando vnuſquiſq; no ſtrū myſterio ſacroſanctæ paſsionis illius baptiſmo aquæ ablutus eſt. Verùm etiam quoti die à peccatis noſtris in ſanguine ſuo nos abluit, cùm eiuſdem beatæ paſsionis ad altaria memoria replicatur: cùm panis & vini creatu ra in ſacramentū carnis & ſanguinis eius ineffabili ſpiritus ſanctificatione transfertur: ſicq; corpus & ſanguis illius non in fidelium mani bus ad perniciem ipſorum funditur, & occiditur, ſed fidelium ore ſuaui ſumitur in ſalutē. Hæc ille. AVTHOR. Cōgruè ergo ad ſcriptu ram iſtam in miſſæ officio canitur ibi, Agnus Dei, quia ſecundùm vtrunque, Ambroſium, ſcilicet atque Bedam de pane & vino tanquā Cain abiectis muneribus, panis & vinum in carnem & ſanguinem agni transferuntur. Itē quotidie in ſacris officijs miſſæ bene canit lau datq; eccleſia agnum Dei, mundi peccata tollētem, dum ibi fidelium ore ſumitur in ſalutē.

Agni figura.

¶ De cōmunione corporis Chriſti & ſanguinis in natura ſua, vt ieiuni communicent, & ſacerdos prius ſe communicet ex vtroque, quàm alios, ſicut Chriſtus fecit.

CAP. XLII.

SVMMA.

1 *Communionis ritus deſcribitur.*
2 *Panis indiuiſibilis diuiditur.*
3 *Error Witcleff & Lutheri.*
4 *Senſus quomodo in Euchariſtia falluntur.*
5 *Chriſtus quòd in Euchariſtia tangatur, uideatur, & comedatur.*
6 *Corpus Chriſti, quomodo per ſpecies alienas uideatur.*
7 *Witcleff blaſphemi quæſtio, cōtra præſentiam Chriſti corporalem in hoſtia.*
8 *Orationes communionis præuiæ.*
9 *Communicantes quòd ſint ieiuni.*
10 *Comedere quòd non liceat in eccleſia.*

1 MOdò † ergo tēpus cōicationis eſt poſt laudes tanto congruas ſacramēto. Vnde & ſacerdos primò ſindonis ſacræ velamentū deponit, vt quantū poſcit humanitùs reuelet allis ſenſibus ſacramētū, quod tamē ne ab initio velaretur, quidā murmurandi occaſionē ſuſcipiūt ex eo, ꝙ Chriſtus verum ſacrificiū ſub dio, id eſt, cælo nudum in cruce obtulerat. Vnde in epiſtola de ſacramentis eccleſiæ ANSELMVS. Quod verò nonnulli ab initio calicem operiunt, quidam corporali, alij pāno quadrato propter cuſtodiam mūditiæ, nec dimittunt nudū calicē, ſicut Chriſtus nudus crucifixus eſt, vt ſic ſignis oſtenderet ſe mūdo reuelatū, non magis intelligo eos debere reprehendi propter nuditatem Chriſti, quæ non ſignificatur ab illis in ſacrificando, quàm quòd non demonſtrant in ſacrificio eum eſſe crucifixum extra ciuitatē, extra domū, & ſub nudo cælo,

Cōmunionis ritus.

Digitized by Google

cælo,quæ tamē magna ratione non carēt. Nā Christus,qui passus est pro nobis, exemplum relinquēs vt sequamur eius vestigia,in his quo que dedit nobis exēplum propter iustitiā sustinēdi incomparabilē contēptum, & pauper tatem. Adeò.n.cōtemptui habitus est,execrabilis iudicatus, vt nec mori dignus haberetur intra aliquā hominum habitationē. Et infrà. Nec habuit moriens vnde nuditatem suam te geret,nec mortuus vnde inuolueretur:quæ omnia sunt magis per effectum imitanda, cùm ratio exigit, quàm sit per nuditatem sacrificij Christi nuditas significanda. Nec coniectare possis,cur potiùs curandum sit ne panno ope riatur sacrificium quia nudus passus est,quàm vt nec sub tecto,nec intra ciuitatē fiat, quoniā Christus sub nudo cælo extra ciuitatē passus est. Si autē vsus nō habet vt extrà fiat propter turbationes aëris, similis causa videtur, vt calix in sacrificando non discooperiatur propter quasdam, quæ possunt contingere, incommoditates. Tutiùs itaque, ne aut musca, aut aliquid indecens in illum cadat, quod sæpe contigisse cognoscimus, operiatur, quàm discooperiatur,& contingentibus immunditiis exponatur. Hæc ille. AVTHOR. Breuis solutio patris sancti Anselmi,& fortis ratio respondendi. Quia si ideo nudum sine velamento corpus Christi est immolandum in ecclesia, quia nudum immolabatur in cruce: ergo operiendum est in ecclesia, quia se vestitum obtulit,& consecrauit in cœna. Ab initio autem sindone velabatur,& discoopertum communicantibus reuelatur. Prout docet capit. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ. DIONYSIVS. Velatum & inuisibilem panem reuelans(supple sacerdos)& in multa diuidēs, & vnitiuum calicis omnibus dispertiens, symbolicè vnitatem multiplicat,& distribuit, omnino sanctissimum in his sacrificium perficiens. Vbi LINCOLIEN. Velatum enim & indiuisibilem panem, id est, eucharistiam sindone velatam, & secundū corpus Christi, quod verè sub specie panis & substantiam indiuisibilem reuelans seu discoperiens & diuidens illum panem sic indiuisibilem in multa secundùm speciem visibilem, & dispertiens vnitiuum calicis,id est,sanguinem domini viuentem assumentes per charitatem adinuicem.

2 Hæc ille. AVTHOR. In † hoc loco notetur Dionysius ex terminis,qui tam altus erat philosophus,vocare corpus Christi panem sed indiuisibilem,& tamen postea fidelibus distributum. Et item velatum postea reuelatum:quod non posset dici de Christi corpore secundùm vnum modum naturæ & essentiæ: ideo bene dixit expositor verè indiuisibilem substantiam corporis Christi sub specie panis, diuisibilem tamen secundùm illam visibilem speciē & sic esse velatam ibi sindone corporali,& postea reuelatam. Ita antiquus pater Chrysosto. dicit corpus Christi insensibiliter traditum,& tamen corporaliter manducatum; & visum, nec tamen hoc esse quod primò videtur.s. panem. Quia † sic dicit Witcleff credendum esse visui,quia iudicat esse panem,& est certissimus sensuum. Sed potiùs quàm sensibus credendum est verbis Dei dicentis hoc esse corpus,non panem:sicut in opere perfecto suprà Matth.Homi.82.CHRYSOSTO. Creda mus itaque vbique Deo, neque contradicamus,& si contrarium videatur nostris cogitationibus & oculis quod dicitur, sed sit & cogitationibus & oculis nostris principalior authoritas eius. Itaque in mysteriis faciamus vt non hæc,quæ præiacent, solùm inspiciamus, sed & verba eius detineamus,sermo enim eius

4 non paralogizatur,sensus † autem noster facilè decipitur. Ipse verò nunquàm excidit,hic autem in amplioribus fallitur. Quia igitur sermo ait: Hoc est corpus meum,persuadeamus nobis, & credamus, & intellectualibus id inspiciamus oculis. Nihil.n.sensibile quidem in literis: omnia autem sunt intellectualia: ita & in baptismate per sensibilem, inquit, literā fit aquæ donum:nihil.n. sensibile tradidit nobis Christus:intellectuale autem est quod ablutū est,cuius est regeneratio,& renouatio,si enim incorporeus esses,nuda vtique ipsa tibi tradidisset dona:quia verò cōnexa est corpori anima tua,in sensibilibus intellectualia tibi tradidit. Quod typum nunc dicunt. Vellē eius modò videre typum.i.figuram, aut formam, ve-

5 stimenta,calceamenta:ecce† enim eum vides, eum tangis,eum comedis:& tu quid vestimenta cupis videre? Ipse autem semetipsum tibi dat, non videre solùm, sed & manducare,tangere, & accipere intrò. Hæc ille. AVTHOR. Ecce contra oculos Witcleff, quibus plus credit renuntiantibus sibi panem & vinum, quàm verbo Christi dicenti solùm corpus, non panem. Falluntur sensus eius, inquit Chrysostomus, non autem Dei verbum:ideo in mysteriis sacræ missæ non iis credamus, quæ iacent ante oculos, sed iis, quæ per fidem intelligimus esse præsentia. Nihil, inquit,sensibile tradidit nobis Christus, nec panem, nec vinum, nec aquam, id est, per se sensibile: quia statim subdit, quòd Christus seipsum nobis tradit videndum, tangendum,

Panis indiuisibilis diuiditur.

Error Witcleff & Lutheri.

Sensus in Eucharistia falluntur.

Christus in Eucharistia tangitur,uidetur,comeditur.

comedendum,& intus ſuſcipiẽdum. Ecce iſte magnus philoſophus, profundus theologus etiam ſecundùm Witcleff ipſe concedit illud, quod tibi videtur & tangitur eſſe Chriſtum: cur hoc negabit fidelis, quia non videtur per
6 ſuam naturam, ſed extraneam? Sic † enim eſt ibi inuiſibilis, intangibilis, indiuiſibilis, irreuelabilis, reuelatus tamen, diuiſus, comeſtus, tactus, aſpectus ſenſibiliter per ſpecies alienas. *Videtur corpus Chriſti per ſpecies alienas.* Et mirũ ergo, quòd adeò negant viri quidam periti corpus Chriſti videri per ſpecies alienas, quod indubiè eſt inuiſibile ibi per ꝓprias: quia, inquiunt, non poteſt cognoſci per ſenſum eſſe præſens, quãdo viſio, vel ſenſatio nõ eſt per ſe cognitiõis cauſa quarto modo, nec quo ad quod, ſed valde per accidens: prout experientia probat de viſo à remotis, de quo tũc non habetur cognitio quid ſit quo ad perſonam, nec quid quo ad naturam. Et Chriſtus viſus eſt Mariæ Magdalenæ, nec tunc cognitus: ſicut ait idem Homilia. 86. ſuper Ioannem CHRYSOSTOMVS. Sicut enim Iudæis quandoque immanifeſtus erat & præſens, ita & loquens cùm volebat, tunc notum ſeipſum faciebat. Etenim cũ Iudæis dixit quẽ quæritis, non viſum, non vocem cognouerũt, donec voluit, quod vtique & hic contigit Mariæ, donec ad cognitionem magiſtri nomen eius ſolùm vocauit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Chriſtum viſum, non cognitum, quis non fateatur corpus eius per ſpecies in ſacramento viſum, & omnino incognitum quoad ſenſum? Sic duorum diſcipulorum oculi tenebantur, ne eum agnoſcerent, non autem ne eum viderent. Hæc eſt philoſophia ſcripturæ ſacrę, hæc erat antiquorum philoſophorum eccleſiæ Dionyſij & Chryſoſtomi loquela famoſa, quæ figuras, & tropos hæreticorum valde conſumit inuiſibiles, intangibiles, & inſuper nec credendas. Cùm † autem blaſphemat Witcleff contra præſentiam Chriſti corporalem in hoſtia, quærens an ibi ſedeat, an iaceat, nunquid iudicaſſet eum Chryſoſtomus vnum ex illis, quos dixit velle videre formam Chriſti, typum, id eſt, figuram eius, aut
7 geſtum, aut vtique veſtimenta? *Quæſtiò blaſphemi Witcleff.* ¶Circa † communionem quædam non ſine grandi myſterio ſeruat eccleſia: primò quòd orationes votiuas communicantes præmittũt, quales quæ
8 dam diriguntur ad patrem, quædam item ad filium in ſpiritu ſancto cõmuniter, quas Paulus poſt Apoſtolos tunc dici inſtituit. *Orationes præuiæ.* Vt proteſtatur dicens in epiſtola ad Paulinum AVGV. Porrò ſi vſitatiùs, vt dixi, in ſcripturis votum appellatur euche, excepto nomine generali orationis, ea propriè intelligẽda eſt oratio quã facimus ad votum, id eſt, *proſeuchin.* Vouẽtur autẽ omnia quæ offerũtur Deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramẽto prædicatur noſtrũ aliud maximũ votum, quo nos voluimus in Chriſto eſſe manſuros vtiq; in cõpage corporis Chriſti. Cuius rei ſacramentũ eſt, ꝙ vnus panis, vnũ corpus multi ſumus. Ideo enim in huiuſmodi ſignificatione & diſtributionis præparatione exiſtimo Apoſtolũ iuſiſſe propriè fieri proſeucheis, id eſt, oratiões, vel (vt nõnulli minus peritè interpretati ſunt,) adorationes, hoc eſt enim ad votũ: quod vſitatiùs in ſcripturis nuncupãtur *euchi*, euche. Hęc ille. AVTH. Non eſt ergo reiicienda intentio, qua Apoſtolus ſcripſit in euangelio ſuo orationem fieri pro diſtributione ſacramenti. *Oratio.*

9 ¶Aliud item reſtat, vt pote quòd † ieiuni cõmunicent. Quam formẽ primò tradebant Apoſtoli, quanuis ipſi primò communicabant refecti. Vnde ad inquiſitiões Ianuarij AVGV. Neq; n. quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi, aut cœnati ad illud ſacrificiũ accipiendũ conuenire debebunt. Aut ſicut Corinthij faciebãt, quos Apoſtolus arguit, & emẽdat menſis ſuis. Nanque Saluator quò vehementius commendaret illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quo ad paſsionem digreſſurus erat. Et ideo nõ præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, vt apoſtolis, per quos eccleſiam diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locũ. Nã ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quòd eum morem nemo variaſſet. Hæc ille. AVTHOR. Planè ecce Chriſtus ſeruauit Apoſtolis hũc locum ordinandi communicare ieiunos. Et lib. 1. de ofñ ciis capit. 18. ISIDORVS. Sic enim placuit Spiritui ſancto per Apoſtolos, vt in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius dominicum corpus intraret, quàm cęteri cibi: & ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Hęc ille. AVTHOR. Et bene cõmemorat Auguſtinus iam ſuprà Corinthios redargutos ab Apoſtolo, quia cæteris cibis ſacramẽta miſcebant in menſis, qui ideo non communicabant ieiuni: ſeducti enim erãt in multis per falſos apoſtolos de fide & reuerentia ſacramẽti,
10 vt in hoc loco notat Ambroſius. Et † quo ad illos, qui nõ ſuſtinebant expectare ieiuni, donec communicarent, decreuit ibi Apoſtolus. Si quis eſurit, domi manducet. AMBROSIVS Adinuicem expectandum dicit, vt multorum oblatio ſimul celebretur, vt & omnibus miniſtretur. Et ſi quis impatiens eſt, domi *Ieiuni ſint communicantes.* *Non licet comedere in eccleſia.*

mi terreno pane pascatur. Hæc ille. AVTH. Erubescerent ergo meritò omnes Witcleuistæ, & Hussitæ hæretici istos ebrios, & gulones Corinthios subuersos ab hæreticis, & ab Apostolo redargutos in authores præferre contra fidem ecclesiæ de celebratione aut essentia sacramenti. Qui sicut terreno pani illum miscebant, ita forsitan modicum ab illo differre credebant.

¶Quòd sacerdos seipsum communicet post alios: quibus detur liquor communis, à quo ipse se abstineat, si sit iterum celebraturus.

CAP. XLIII.

SVMMA.

1 CHRISTVS *quòd sumpserit corpus & sanguinem suum in cœna.*
2 *Liquor quomodo sit sumendus post Eucharistiam.*
3 *Oblationes tres quas obtulit dominus, describũtur.*
4 *Sanguis, quòd etiam sub specie panis sumatur.*
5 *Christus Pontifex quomodo instituerit Apostolos sacerdotes perfectos.*
6 *Iudas Eucharistiam sumens, quomodo per eam saluari potuisset, si uoluisset.*

ORdo iste sanctæ communionis valde attendendus est, vt priùs seipsum reficiat saluberrimo sacramento, qui sacrificium consummauit: deinde participantibus ipse distribuat, imitando in hoc Christi factum, quem sic fecisse in sacra cœna, docet Homilia. 82. super Matthæum operis perfecti CHRYSO-
1 STOMVS. Propter † hoc & desiderio desideraui (ait) hoc pascha manducare vobiscum. hoc est, traducere vobis nouas res, & pascha dare, secundùm quòd sum vos spirituales facturus. Et ipse bibit ex ipso, vt enim non hoc audientes, dicãt, Quid ergo sanguinẽ bibo, & carnẽ manduco? & tumultum patiantur: tũc enim quando eos, qui de his erat, mouebat sermones, ad verba hæc multi scandalizabantur: vt ergo non tunc turbarentur, primus ipse hoc fecit, inducens eos sine turbatione in communionem mysteriorum. Propter hoc suum sanguinem ipse bibit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce nemo dicit planiùs isto patre, quòd Christus suum sanguinem ipse bibit, ne formidaret dicere hoc, sed cũ Witcleff signũ sanguinis, vel sacramentum extrinsecum. Et primus ipse communicauit corpus suum & sanguinem: sicut & August. dicit, ꝙ semetipsum manibus suis ferebat, vt alios induceret ad sumendum. Et ita cap. 3. ecclesiasticæ hierarchiæ debere facere sacerdotem cùm sacrificat, scribit DIONYSIVS. Participatio traditionem præcedit, & mystica distributionum mysteriorum assumptio. Hic autem catholicus diuinorum bonus ornatus & ordo est, primum in participatione fieri & repletione sacrum ducem, per ipsum diuinitùs aliis donandorum, sicq; & aliis tradere. Vbi LINCOLIEN. Hierarcha autem, seu sacerdos sacrificans secundùm ordinis exigentiã primò participat eucharistiam, assumens eam, & posteà tradit circũstantibus assumendam. Hæc
2 ille. AVTHOR. Et † in sumptione liquoris cõtingit esse differentia, tam ex parte sacrificantis, q̃ participantium sacramentum: ꝙ si sacerdos celebraturus sit iterum, & petiturus altare, cõtẽtus erit liquido sacrato, ne per sumptionem liquidi non sacrati, naturæ soluat ieiunium. Hoc more Christus vino abstinuit in cœna: quia adhuc immolaturus erat statim idem corpus in specie propria, quod iam obtulit in figura. Discipuli autem vtrunq; sumpserunt, quemadmodum nostri sacerdotes, & naturale sacramentum, & vinum seorsum loco sanguinis, qui post illam sumptionem ad aliud altare non accedunt. Vnde Homil. 7. super Leuiticum ORIGENES. Quærimus quomodo domin⁹ & saluator noster, qui est verus Põtifex, cũ discipulis suis, qui sunt veri sacerdotes, anteq̃ accedat ad altare Dei bibat vinum: cùm verò accedere cœperit, nõ bibat. Venerat etiã in hunc modũ Saluator noster, vt pro peccatis nostris carnẽ suã offerret hostiam Deo. Hãc priusq̃ offerret inter dispensationũ moras, vinũ bibebat, deniq; dicebatur homo vorax & potator vini, amicus publicanorũ & peccatorũ. Vbi verò tempus aduenit crucis suæ, & accessurus erat ad altare vbi immolaret hostiã carnis suæ, accipiẽs (inquit) calicẽ, benedixit, dedit discipulis suis, dicẽs, Accipite, & bibite ex hoc: vos (inquit) bibite, qui modo accessuri non estis ad altare: dicit de se, Amen dico vobis, quia non bibam de hoc genimine vitis huius, vsquequò bibam illud vobiscum in regno patris mei. AVTHOR. In hac tropologia miscet antiquus Origenes ritum antiquum ecclesiæ de non sumẽdo vino cũ ad altare sit presbyter accessurus, ꝓpterea ꝙ Saluator nõ bibebat, bibebant discipuli. Vinũ em̃ istud, de quo loquitur, de prima cœna
3 erat: qa † tres oblationes suæ carnis & sanguinis celebrauit hac vice Saluator cõtinuas. Primam

Christus sũpsit corpus & sanguinem suũ in cœna.

Liquor sumẽdus post eucharistiã.

Oblationes tres quas obtulit dñs.

mam typicam,& figuralem tantùm. Secundã in vera carne & ſanguine ſecũdùm naturam, ſed in imagine panis & vini. Et tertiam ſecundæ coniunxit in vera natura carnis ſuæ ſine figura, ſecundùm propriam ſpeciem. De quo in libro de ſeptem tubis in Apocalypſi Ioannis, poſt principium. AMBROS. Iam legis vmbra tranſiuit, vmbra Iudæis, carnalibus imago, nobis veritas reſurrecturis. Tria enim hæc ſecundùm legem cognouimus eſſe, vmbram, imaginem, veritatem: vmbram in lege, imaginem in euangelio, veritatẽ in iudicio, ſed Chriſti omnia, & in Chriſto omnia: quæ nunc ſecundùm veritatem videre non poſſumus, ſed videmus quaſi in quadam imagine futurorum, quorũ vmbram in lege proſpeximus. Hæc ille. AVTHOR. Oblatio ergo prima corporis Chriſti in cœna erit vmbratilis in figura. Secunda, poſt cœnam in imagine, puta panis. Tertia, veritatis ſecundùm ſeipſam in hiſtoria paſſionis. Aliis verbis dicit Auguſtinus hoc idem. Primam obtulit dominus in ſimilitudinem. Secundam, in memoriam. Tertiam in veritatem, lib. 20. contra Fauſtum. AVGVST. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei. Huius ſacrificii caro & ſanguis ante aduentum Chriſti per victimas ſimilitudinum præmittebatur: in paſſione Chriſti per ipſam veritatem reddebatur: poſt aſcenſionem domini per ſacramentum memoriæ celebratur. Hæc ille. AVTHOR. Nec peruertat Witcleff vtrumq; doctorem in verbo veritatis, quaſi ideò non ſit ſacrificium Chriſtianorum ſacrificium veritatis: quia eſt memoriæ vel imaginis ipſa oblatio: ſed (ſicut dixi) ad ſenſum humanum oblatio carnis fiebat in paſſione ſecundùm veritatem naturæ apparentis in ſe: in ſacramento memoriæ ſecundùm veritatem fit naturæ, ſed latentis in imagine, non autem in vmbra, ſicut in figura Witcleff, & iudaica victima. In prima igitur dedit diſcipulis vinum. In ſecunda, ſanguinem non vinum, ſicut in prima: nec ipſe erat ſumens vinum, cùm ſanguinem biberet, ſecundùm Chryſoſtomum: quia iam dixerat non ſe bibiturum vinum tale cum eis, vſq; poſt reſurrectionem completam. Hunc ordinem & Lucas exponit. Et ibi BEDA. Poteſt quidem hic verſiculus eſſe ſimpliciter acti, quo ab hora cœnæ vſq; ad tempus reſurrectionis, quo in regno Dei erat venturus, vinum bibiturus non eſſet, poſtea nanq; Chriſtum cibũ potumq́; ſumpſiſſe teſtatur Apoſtolus Petrus, qui ait: Manducauimus, & bibimus cũ illo poſtquàm ſurrexit à mortuis, ſed multò conſequentius typicum agni eſuin ſicut ſuprà, ſic etiam potum paſchæ negat ſe vltrà guſtaturum, donec oſtenſa reſurrectionis gloria regni Dei fides mundo veniat. Hęc ille. AVTHOR. Vtraq; acceptio obruit Witcleuiſtas: quia nec Chriſtus ſimpliciter vinum bibit ab illa hora vſq; poſt reſurrectionem completam, nec item vinum typicum & figurale ſanguinis ſui, ſed poſt illam horam dicit Chryſoſtomus primum bibit ſanguinẽ, quem in vini ſpecie dedit Apoſtolis, habentẽ ſic ordine Lucæ: Dico enim vobis, ꝙ non bibam de generatione, &c. & ſtatim ſubinfert: Et calicem poſtquàm. Ergo ꝙ tunc priùs bibit vinum, non erat ſimpliciter, ſed nec typicum vinum figurale: quia ſecundùm Origenem adhuc acceſſurus erat iterum ad altare: ſed hoc vinum participãtes, ſanctam communionem poſt corpus Chriſti ſumant, contenti ꝙ † in corpore ſumpto ſanguinem hauſerant naturalem, donantes presbytero ſignum cum re, ob reuerentiam celebrantis vicariè loco Chriſti: ſicut pleniùs ſuprà tractaui, lib. 5. de communicando ſub vtraq; ſpecie. Vnde ſuper illud Lucæ, Hic calix nouum teſtamentum eſt ſecundùm THOMAM GRAECVM. Totum autem corpus domini & ſanguinem ſuſcipit, & ſi myſteriorum partem accipiat. Sicut enim vnum ſigillum diuerſis totam figuram ſuam imprimit, & integrum manet poſt diſtributionem, & ſicut vna vox penetrat ad multorum auditus: ſic nulli dubium corpus & ſanguinem domini totũ in omnibus reperiri: fractio autem panis venerandi paſſionem ſignat. Hæc ille. AVTHOR. Non multùm dubito, quin audiat Witcleuiſta doctorem noſtrum Gręcum dicere fractionẽ panis venerandi ſignare paſſionem, dummodò audiat totum corpus domini, & ſanguinem ſuſcipi in acceptione cuiuſq; partis myſterii, & totum in omnibus reperiri. Sed hoc vellem eum audire & Pragenſes ſuos hæreticos, ꝙ corpus totũ domini accipit, qui partem qualemcunq; myſterii accipit, ne ſe reputent in recipiendo peiores, cùm ſint de facto tantùm in ſolennibus ſacris poſteriores effecti, ſicut latiùs declaraui, vt potui, in primo libro, ſuperiùs. At dicit Witcleuiſta, Sed dominꝰ omnibus propinauit in cœna calicis ſacramentum dicens, Accipite. Reſpõdeo, ſed quibus omnibus? nonne Apoſtolis omnibus? & tantùm Apoſtolis? quos iam vetus Origines veros dixerat ſacerdotes, cæteris excluſis diſcipulis, qui propter ſcandalum præuium, nec tanto myſte-

4 *Sub ſpecie panis etiam ſanguis ſumitur.*

Digitized by Google

mysterio digni erãt. Vnde in sermone de passione domini, qui iam secũdùm quosdam intitulatur de passione Iudæ, & incipit. Paucis hodie. CHRYSOSTO. Tunc abiit vnus ex duodecim, & auget delictum detestabile proditoris. Nam & alii discipuli erãt, qui fuerant numero. 70. sed illi non tam manifestè, nec tanta confidentia sociati, nec illis interiora secreta commissa sunt: isti autẽ duodecim fuerunt comprobati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est, de hac congregatione proditor malignus exiuit, & ideò non quemlibet discipulum arbitreris: dicto numero gradum discipulatus ostendit. Hæc ille. AVTHOR. Ergo † instituit eos Christus 5 Põtifex, vt iam dicit Origenes, sacerdotes perfectos, vt eo participarent sanguinis sacramẽto, quod aliàs facerent, & præ aliis, quia sacramentum passionis eius præ aliis memorarent scilicet. 70. discipulis, aut sanctis mulieribus, quorum tunc nullus adfuit, sed apostoli soli, qui nõ abierunt retrorsum, & hac reor de causa cum duobus discipulis post resurrectionẽ corpus suum distribuit, vt in fidem sacramenti reduceret, quam negarãt: quibus tamen nõ legitur tunc dedisse liquidum sacramentum. Iudas etiam inter alios sacerdotes eũdem sanguinem Christi hausit, quem Petrus & alii apostoli, quanuis iam in peccato laborans, & traditione Christi finali nõ sanguinis tantùm sacramentum, sed ipsum Christi sanguinem sumpsit, quem vendidit, & de quo dicit, Peccaui, tradendo sanguinem iustũ, sicut & in prædicto sermone versus finem dicit CHRYSO. Accepit calicem, & dixit, Hic est sanguis meꝰ qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Et pręsens Iudas erat ista Christo dicente, iste est sanguis. Dic Iuda, quem triginta denariis vendidisti? iste est sanguis, de quo antè Pharisæis pacta fecisti. O Christi misericordia, O Iudæ dementia: ille enim triginta denariis paciscebatur, vt venderet, & Christus ei sanguinem, quem vendiderat, offerebat, vt haberet remissionẽ peccatorum, si tñ ipsius existere voluisset. Nã adfuit Iudas, & illius sacrificii communionem meruit, & pedes eius dominus, quando aliorum discipulorum, lauit. Hæc ille. AVTHOR. In hoc processu pater sanctus interimit plures hæreses capitales Witcleff. Primò enim dicit, qꝫ ibi non bibitur sanguis Christi typicus vel tropicus, quem ipse vocat vinum in natura & sanguinis sacramẽtum, sed Christi sanguis per naturam, quẽ tra 6 didit Pharisæis. Secundò, quia † Iudas tunc homicida mortalis participauit re sacramenti, non tantùm exterius sacramentum. Et tertiò, quòd Iudæ tunc præscito Christus præsciens, suum sanguinem obtulit, sicut aliis in remissionem peccatorum, ita vt perderet impietatem, si voluisset, & per consequens saluus esset.

Iudas eucharistiam sumẽs, per eã saluari potuisset.

¶De quarta parte missæ, scilicet gratiarũ actione, cum oratione sacerdotis, Amẽ, & Deo gratias.

CAP. XLIIII.

SVMMA.

1 *Hymnus post cõmunionẽ, & de quarta parte missæ.*
2 *Pax uobis à sacerdote, seu episcopo prolatum.*
3 *Iudæorum error, & pœna.*
4 *Witcleuistæ omnes quomodo sunt Cainitæ, & male dicti cum Iudæis.*
5 *Dominus uobiscum in fine missæ.*
6 *Abeundum quòd non sit ante finem missæ.*
7 *Ite, missa est, in fine missæ.*
8 *Deo gratias, in fine missæ.*
9 *Constantiense concilium, & testes contra Witcleff. de missæ institutione.*
10 *Institutores missæ falsò crediti.*



Ancta ista communione cõpleta, quid demum sequatur, euangelium nobis ostendit, cùm dicit. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. 1 Hymnus † noster est cantus communis totius ecclesiæ, quasi gratiarum actiõis, & vox laudis. Ideò hęc est quarta pars, quæ totam missam perficit in gratiarum actione, secundùm Augustinum iam suprà. In cipit enim hæc pars cum cantu post communionem, & terminatur vbi dicitur ab vniuersis, Deo gratias: quasi sit ipse hymnus Christi cum discipulis. Vnde in eodem loco, in commentario HIERO. Hymno dicto, exierunt in montem Oliueti, hoc est, quod in quodam Psalmo legimus, Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. Iuxta hoc exemplum, qui pane Saluatoris, & calice saturatus, & inebriatus fuerit, potest laudare Deum, & conscendere montem Oliueti, vbi laborũ refectio, doloriſq; solatium, & veri luminis notitia est. Hæc ille. AVTHOR. Quòd autem hic hymnus in diuinæ missæ mysteriis commmuniter agendus est, non tãtùm docet ratio à maiori, sed patrũ authoritas, sicut in hoc loco secundùm Thomã HILA. Per hoc ostenditur, inquit, qꝫ in vniuersis diuinorũ mysteriorũ virtutibus gaudio & exultatione in cælestẽ gloriam

Hymnus.

Quarta ps Missæ.

Digitized by Google

riam efferuntur. Hæc ille. AVTH. Et hoc quidem instituit Christus discipulos facere, sicut dicit ORIGENES discipulos, qui acceperant benedictionis panem, & bibebant calicem, gratiarũ actionis docebat dominus pro his omnibus hymnum dicere patri: vnde dicitur: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti, vt de alto transirent in altum: quia fidelis non potest aliquid agere in conualle. Hæc ille. AVTH. Quapropter ex traditione Apostolorum, quos Christus edocuit hoc de cõplemẽto missæ ca. toties dicto tertio ecclesiasticæ Hierarchiæ sic scribit DIONYSI. Participãs autem, & tradens thearchicam cõmunionem, in gratiarum actionem sacrã desinit, cum omni ecclesiæ sacra plenitudine. Vbi LINCOLI. Peractis mysteriis, quorum prædictæ sunt theoriæ, & quorum vltimum est participatio, & traditio sacræ communionis Hierarcha circum astãtibus complet hoc diuinum officium in gratiarum actione. Hæc
2 ille. AVTHOR. Quod † autem sacerdos aut episcopus facturus est orans Deum, & gratias agens inchoat, salutando populum, dicens,
Pax uobis. Pax vobis. Qualiter Saluator post communionem duorum discipulorum in Emaus remissis eis ad discipulorum cœnaculũ in Hierusalem, hora eadem superuenit & ipse, dicẽs eis, Pax vobis: sic item denuntiat episcopus pacem, quã optauit eis in principio requiescere super eos vsq; in finẽ, secundum illud Matthæi. 10. In quamcunq; ciuitatem, aut domũ intraueritis, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. De quo in libro de officio missæ. REMIGIVS. Meritò ergo & apostolorum successores, id est, ecclesiarum præsules hac salutatione vtuntur, domum Dei salutantes, vbi oportet omnes esse filios pacis, vt super eos requiescens, & salutantibus, & salutatis possit esse fructuosa. Hæc ille. AVTHOR. Et submissa oratione super vniuersum populum, terminat eam sacrificans sicut prius, Per dominum. Ita vt respondeatur ab vniuersis, Amen: quasi coorantibus, & expressa voce precantibus, vt effectus sacramenti percepti apud eos resideat sine fine. Vnde lib. 13. confessionum, vltra medium AVGVSTI. Iudicat enim, scilicet homo, & approbat quod rectè, improbat autem quod perperàm inuenerit, siue in ea solennitate sacramentorum, quibus initiantur, quos peruestigat in aquis multis misericordia tua, siue in illa, qua ille piscis exhibetur, quem leuatum de profundo, pia terra comedit: siue in verborum signis, vocibusq; subiectis authoritati libri tui, tanquàm sub firmamento volitantibus, interpretando, exponendo, disserendo, disputando, benedicendo, atq; inuocando te ore, erumpentibus, atq; sonantibus signis, vt respondeat populus, Amen. Quibus omnibus vocibus corporaliter enuntiandis causa est abyssus seculi, cæcitas carnis, quia cogitata non possunt videri, vt opus sit instrepere in auribus. Hæc ille. AVTHOR. Cœpit Augustinus dicere de piscibus maris, & ideò allegoriam extendit vsq; ad solennes ritus duorum sacramentorum, Baptismi, & Eucharistiæ, ad quos pertractatos, interpretando, exponendo, per sacras lectiones, aut disserendo per prædicationes, aut benedicendo, & inuocando Deum ore, vt facit sacerdos, strepentibus vocibus respondet populus, Amen: quia sine vocibus cogitata videri non possunt, ita vt opus sit instrepere auribus voces mutuas, non vt cuiq; libet confusas & dissonas, sed subiectas authoritati libri diuini, vel scripturæ, vel institutionis canonicæ. Et notanter dixit hoc fieri in solennitate, putà missæ, in qua exhibetur ille piscis, corpus Christi, quem figurauit piscis Ionæ detinens illum per tres dies ac noctes in ventre, quem leuatum de profundo calicis pia terra, id est, homo, comedit non sacramentum illius solũ, sed piscem corporis Christi, de profundo sepulchri priùs & modò secundùm institutionem apostolicam secundùm portionem eius natantem in sanguine proprio de profundo calicis leuatum secundùm naturam in solennibus sacramenti. Hic ergo piscis iam ventre suo nos continens, & à pia terra comestus, clamorem facit ad Deum de terra vocalem, quẽadmodũ vox sanguinis Abel figuraliter per sanguinem Christi haustum ab eadem terra, eandem vocem emittit. Vnde in quæstionibus Orosii. 49. AVGVST. Sanguis Abel, sanguinem Christi significat, quo ecclesia vniuersa percepto dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat vniuersa ecclesia, dum potatur sanguine Christi, & dicit, Amen, tu ipse si potes,
3 considera. Iudæi † ergo, qui intelliguntur in Cain, quoniam non credentes in Christum, non potãtur sanguine Christi, maledicti sunt super terram illam, quæ aperuit os suum per confessionem, & bibit sanguinem fratris tui, id est Christi, quem Iudæi non bibunt, ideò illi maledicti sunt. Hæc ille. AVTHOR. Ea-
4 dem † ratione Witcleuistæ omnes sunt Cainitæ, & maledicti cum Iudæis, quia non bibunt sanguinem fratris sui Christi cum terra, quæ aperiens os suum clamat, & bibit, ea ipsa pia terra, quæ in superiori iam dicta, corporis sui pi-

Iudeorũ error & pœna.

Digitized by Google

sui piscem comedit, eo q̄ nec credunt in Christi corpus & sanguinem, quæ sumerent ex altari, sed in panem & vinum vilia per naturas, & vetera iudaica per figuras. Quid mirum ergo, si nō clament Amen, cum fidelibus, si nec laudem supremi cātent officii, qui ita nec credunt fieri, nec congaudent? Hoc autem respō so facto de plebe, licentiat, ac dimittit eos presbyter vltimato verbo dicens, Dominus † vobiscum: hoc protestans in fine officii, q̄ Christus promisit ecclesiæ, in fine verborum Matthæi. Ecce inquiens vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Hic terminus est sicut verborum Christi, ita & sacerdotalis officii, & orationis pro gratiarum actione diffusæ: idcirco ante hunc finem nulli licet egredi, sed expectare promissum. Vnde in Homil. 82. operis perfecti CHRYSOST. Cùm † hymnum dixissēt, exierunt in montē Oliuarum. Audiant quicunq; velut porci mā ducantes similiter calcitrant mensam sensibilem, & surgunt cū ebrietate, cùm deceret gratias agere, & in hymnū desinere. Audite quicunq; vltimam orationem nō expectatis mysteriorum: hoc enim illius orationis symbolū gratias egit, antequàm dedit discipulis suis, vt & nos gratias agamus, gratias egit, & hymnum dixit postq̄ dedit, vt & nos hoc ipsum faciamus. Hæc ille. AVTHOR. Vtrumq; commonet, hoc saluatoris exemplo, tam vt gratias agat sensibilis mensæ conuiua, quàm vt gratias agat, & hymni finem expectet, & orationis finalis gratiarum actionis in missa. Audite, inquit, quicunq; vltimam orationē non expectatis, mysteriorum subiungens rationē: quia hoc, putà, q̄ nos oramus finaliter in missa, illius Christi orationis post sanctam cœnā est symbolum, id est exemplum. Quòd autem clerus applaudenter loco populi respondet post precem sacerdotis, Amen, à templi ritu sine ruptura consuetudinis per apostolos vsq; ad nos traxit ecclesia. Quia sicut in fine psalmorum, cùm cantabantur à cantoribus Leuitis, solebat populus respōdere cum plausu Amen Amen, vel fiat fiat, secundùm illud Psal. Benedictus dominus Deus Israel à seculo, & vsq; in seculum, & dicet omnis populus fiat fiat. Super quem locum in expositione CASSIODORVS. Hæc est laus, quam superiore versu congregatos optauit populos personare. Hoc etiam nunc canit sancta ecclesia, quæ se de tanto bono præsenti tempore consolatur, sed hoc dixit ab isto seculo vsq; ad aliud perpetuum seculum esse faciendum, vt continuata laus nūquàm deberet habere fastidium. Sed cùm prædictos hymnos deuotus populus Iudæorum canat, quis est iste alter, qui dicit, fiat fiat? Is (vt mihi videtur) populus ille præputii est, qui illo tempore in fide non erat, quando psalmus iste canebatur. Sequitur. Sic hodie quoq; in ecclesiis orantibus sacerdotibus respondetur, Amen, id est, fiat: sic iam illis temporibus ipsi indicabātur, qui nūc idem faciunt. Hæc ille. AVTHOR. Expectet ergo populus Christianus, vt vicem suā Deo rependens, orāti sacerdoti respondeat, Amē, ne Iudæo probetur ingratior, maximè, vt dixit CHRYSOST. Oratio sacerdotis Christi monstrat exemplum: simul & quia ad hoc expectatur agendum. AVTHOR. A constitutione apostolorum traxit hoc mandatum Chrysostomus: quia de cōsilio apostolorum, cap. 10. hoc est CONCILIVM apostolorū. Omnes fideles, qui ingrediuntur ecclesiam, & scripturas audiunt, non autem perseuerant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesiæ commouentes conuenit communione priuari. Hæc ibi, & in decretis de consecratione, distinctione. 1. AVTHOR. Similē autem admonitionem huic apostolicæ adiecit, sermone. 19. in sermonibus suis communibus. AVGVSTINVS. Moneo, inquiens, & paterna charitate contestor, vt saltem quolibet Dominico die, & præcipuis festiuitatibus, donec sacra mysteria compleantur, de ecclesia nullus abscedat, nisi quos infirmitas, aut publica necessitas stare diutiùs non permittit. Itaq; rogo, vt dum diuina celebrantur mysteria, nullus se terrenis, aut otiosis fabulis occupet, sed humiliter & deotè, cum contrito corde benedictionem accipiat. Attendentes, quòd si quis meum contemnit sermonem, Christum sentiet iudicem. Hæc ille. AVTHOR. Hoc animo & authoritate apostolorum ad hunc finem sacræ missæ officium perductum est, per sanctorum patrum, & antiquorum tractum antistitum, ita vt iam proximo licentiet, ac dimittat plebem diaconus, dicens, Ite † missa est, iuxta verbum Christi ad Apostolos, Surgite eamus hinc. Perfectis quidem iam mysteriis sacræ cœnæ, & iam aliquanto antè sermone completum hymni officium, recedere voluit CHRISTVS, dicens eis, Surgite, eamus hinc: sciens, quòd iam pauidos fecisset apostolos, & suspicantes malum, non posse esse dictis suis intentos. Compleuit igitur officium hymni, cùm illinc surrexisset, alibi extendens in eo sermonem, vsque ad illud

5 Dñs vobiscum

Ante finem missæ nō est recedendum.

6

7

ad illud in euangelio Ioannis,non pro his rogo tãtùm,ſed pro his etiam,qui crediturí ſunt per verbum eorum in me, vſq; in finem ſermonis. Vnde in illum locum ſuper Marcum, BEDA. Poteſt autem hymnus ille intelligi, quem dominus ſecũdùm Ioannem,patri gratias agens,decantabat,in quo,& pro ſeipſo,& pro diſcipulis,& pro eis, qui per verbum eorum crediturí erant, eleuatis ſurſum oculis, precabatur.Hæc ille. AVTHOR. Nec hic finis officii,ſed vbi cum tribus diſcipulis in mõte patrem oraſſet, prophetans aduentum Iudæ,dixit apoſtolis,Surgite,eamus. CHRYSOST. in litera ſua dixit,Surgite,eamus hinc, Homilia. 83. ſuper Matthæ. opere perfecto. Surgite,eamus hinc,Ecce appropinquabit, qui me tradet.Et teſtatur Ambro.hoc eum ita dixiſſe,vt finaliter ſequamur eum, libro de fuga ſeculi.AMBROS.Dixit tibi euangelium,Surgite,eamus hinc : dixit tibi lex, Poſt dominũ Deum tuum ambulabis, didiciſti quomodo hinc fugias,quid moraris? Hæc ille. AVTH. Et libro ſecundo,de fide,ad Gratianum Imperatorem, idem AMBRO. At homo eſt qui vadit,ipſe qui venit.Deniq; & alibi dixit,Surgite,eamus. In eo ergo vadit, & venit, qui eſt commune nobiſcum. Hæc ille.AVTHOR. Venit ad nos, vadit ad patrem, vt nos vadamus cum eo:ad quod inuitans nos,ait,Surgite,eamus hinc, ite cum eo, Miſſa eſt,ait miniſter eius ſacerdos. Quid ergo congruẽtius reſ-
8 pondeat populus, quàm Deo † gratias, totã
Deo gratias ſolennitatem miſſæ cum gratiarum actione, vocis proteſtatione concludens, & cum Chriſti ſacerdotibus & miniſtris præeũtibus quaſi eat,currat,& alacri greſſu de Chriſto in altari,ad Chriſtum properet in gloria apparentẽ, velut epiſtola. 10.quæ eſt ad Aurelium. AVGV. Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias ? Hoc nil dici breuius, nec audiri lętius,nec agi fructuoſius poteſt,Deo gratias, qui te in tam fideli pectore ditauit erga filios tuos. Sequitur. Eatur, ambuletur, curratur in via domini:benedicantur puſilli cum magnis iocundati in his quæ dicuntur eis,In domum domini ibimus : præcedent illi, & ſequantur iſti imitatores facti illorum, ſicut & illi Chriſti.Ferueat iter ſanctarum formicarũ,fragrent opera ſanctarum apum,feratur fructus in tolerantia cum ſalute perſeuerandi vſq; in finẽ, Amẽ.Hæc ille.AVTHOR.Gratias Ieſu Chriſto,cuius corporis & ſanguinis ſacrum myſterium qualiter ſit celebrandum à fidelibus per hæc patrum ſcripta me ſcriba ipſe diſpoſuit: nec fortè ſufficienti calamo cuncta,vt ipſe dignabatur inſpirare,ſuſcepi,quę cęteris dignioribus transfundit vberius.Hæc autem catholica fide armatus exaſperanti Witcleff contra venerabilem Chriſti carnis naturam in altari, & venerabilis huius miſſæ conſtitutionem fidenter obiicio:quia nec ſpiramen vlterius habeat,vt pro vero defendat,quod inter aſſerta
9 eius Conſtantienſe † ſacrum Concilium dã- *Conſtantiẽſe concilii.*
nauit,his verbis. Non eſt fundatũ in euangelio,ꝙ Chriſtus miſſam ordinauit.Hæc concluſio ibi quinta tam videtur damnanda fidelibus,quàm de inſtitutis apoſtolorum iuxta ritus Chriſti.Beatus Paulus hanc miſſam tradi- *Teſtes contra Witcleff.*
dit Timotheo, & Dionyſio illam formante. Origenes, Cyprianus, Tertullianus, Ambroſius, Baſilius, Auguſtinus,Hieronymus tradu
xerunt eam per precum portiones in ſcripturis. Qui quantum à noſtra diſtãt ætate,& ap- *De miſſæ inſtitutione.*
propinquabãt catenatim apoſtolis, tantò per filios deſcendentes,Bedam, Haymonem, Rabanum,Iſidorum,& Anſelmum, maiorem fidem facerent, nos veram partem habere de officio miſſæ, & falſum eſſe partem Witcleff, quæ ſine probatione,vel teſte fundatam in euangelio negat,quam nos tanto numero teſtium ab ipſis apoſtolis deriuamus. Deprehẽdatur ergo mendax,cùm ſic præſumit in verbis,& tantoperè conuincitur. Dicat audaćter fideliter. Proba quod dixeris,niſi iterum audiat ſupplantantem dicere, non ego probo, ſed vos vbi ſi ſit fundatum,edicite: & hoc erit neſcienti probare ſuffragium,probamentum inuadere alienum,cùm habeat ipſe nullum.
10 Quidam † autem calumniari me volunt, ꝙ
tot ſcriptoribus magnis occurram, ſcribentibus,& teſtantibus orationem dominicam di- *Inſtitutores miſſæ falſò crediti.*
ci inſtituiſſe Gregorium, Pſalmos, introitus, Cæleſtinum,& canonem penè totum cũ præfatione Gelaſium, & oſculum pacis Leonem, cum ſimilibus.Doctores attendant inductos, qui longo tempore, & quanto præceſſerunt talem inſtituentem ſiue talem. Perpendantq; doctorum hiſtorias, & quantum antiquitatis largitur Origenes ſingulis,& quàm celebri vſu per cunctas orbis eccleſias ſeruabantur, & tunc planè ſentiet antiquitati patrum cedendum eſſe ſimul, & credendum Paulum Timotheo, & Dionyſio hanc formam dediſſe, quã ex apoſtolorum traditione traduxit cunctis eccleſiis diſpenſandam:quam ideò cum tanta vniformitate remotiſsimæ gentes ſine notanda ſingularitate ſequuntur,& colunt. Nec itẽ eos mendaces conſtituo,qui ſcribunt Gregorium inſtituiſſe orationem dominicam dicen

dam

Digitized by Google

dam in miſſa: inſtituit, fateor, ſed non primus, dicente ſeipſo, q̃ in omni Græcia eam dicit populus cum ſacerdote: ſed quia ipſe executioni mandauit in hac forſan eccleſia, idcirco inſtituit more loquendi Chriſti in euangelio, Moyſes dedit vobis circũciſionem: non quia ex patribus, neq; ex eis primò, quo ad legis conditionem, ſed ex Deo, & tamen ex patribus: & item ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Ioan. ſeptimo. Non ex Moyſe inchoatiuè, ſed ex Abraham, & ex patribus: quia verum eſt modo ſuo, quòd Moyſes dedit nobis circunciſionem, non quia ex Moyſe, ſed ex patrib⁹. Ita Gregorius dedit nobis in miſſa orationem dominicam, Cæleſtinus Pſalmos, Leo pacis oſculum, Gelaſius de canone multùm ſancto. Non quia ex Gregorio, Gelaſio, Cæleſtino, aut Leone primò, ſed ex patribus & apoſtolis, imò à Chriſto primò condente. Et ſic finitur ſacræ Miſſæ approbario.

De ſacramentalibus precibus, & ritibus Baptiſmi.

Titu. V.

¶ Quòd ritus Euchariſtię, Baptiſmi, & aliorũ ſacramentorum à Chriſti cõſuetudine, & apoſtolorũ donãtur eccleſiæ ſine ſcripto propter hæreticos, execratos, & infirmos.

CAP. XLV.

SVMMA.

1 *Scripta q̃ non ſint omnia, quæ ad ſacramenta pertinent, contra Witcleff, & eius ſequaces.*
2 *Myſteria ſacramentalia quemadmodũ ſint tradita.*
3 *Occultandi myſterij ratio deſcribitur.*
4 *Execrati qui dicantur.*
5 *Occultandorũ myſteriorũ prouidentia narratur.*
6 *Chriſtianis quæ fuerint priſcis tẽporibus obiecta: & qualibus iniurijs premebatur Chriſtianitas.*
7 *Author inuehitur in Witcleuiſtas. Et quomõ ſint plebs Caath, quibus nõ licet nuda ſacra ꝓſpicere.*



INGVAS noſtras magnificabimus, inquiunt Witcleuiſtæ, labia noſtra à nobis ſunt, donec dicant nobis clerici orthodoxi, rationes fundationeſ q̃; ſingulorum rituum & ſacramentalium precum. Vnde vix tranſit eos locus, vel tempus, quo ambiguis ſuis clericos & ſacerdotes non pulſant, fundamentum omne ſumẽtes ab hæretico, & mendoſo principi pio ſui Witcleff, capit. 13. ſecundæ partis, de ſermone domini in monte. Chriſtus exemplar totius eccleſiæ, non fuit in perſona ſua taliter confirmatus, nec in baptiſmo ſuo chriſma huiuſmodi, ſed aquam ſimplicem requiſiuit: nec ſic dedicauit eccleſias, ſed epiſcopi hoc accipiunt ex ſingulari opere Salomonis: & ſic difficultatur eccleſia infideliter propter ſolennizationem talis conſuetudinis introductæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce quid ſapuit noſter Witcleff de ſcripturarum medullis. O Witcleuiſtæ, ſic difficultatur (inquit) eccleſia, propter ſolennizationem talis conſuetudinis. Nihil plus ponderat Saraceno de ſcripturæ ſenſibus, quos omnes à principio ſcriptores ſancti duxerunt ad anagogiam toti mundo ſtupendam, etiam vſq; ad conuerſionem de vanitatibus paganiſmi, non dico ſimplicium, ſed qui eorum cæteris peritiores, & potentiores in clero, & regni partibus præfuerunt. Eamus ad eum. Chriſtus (inquit) in baptiſmo ſuo non huiuſmodi chriſma, ſed aquam ſimplicem requiſiuit. In verbo, aquæ ſimplicis, omnes ritus tollit: nimirum, quia aquam ipſam tollit à ſalute fidelium, vt ſuprà, libro quinto ſcriptum eſt. Sed planè dicas, omnium rituum ſacramentales rationes expoſtulas, ſicut ille qui Chriſtũ expoſtulauit didragma. At † Chriſtum audio mihi dicentẽ, Vade ad mare. Quaſi dicat, Multa feci, multaq̃ue dixi, quæ ſcriptis non expreſsi. Volo autem, vt in eis videntes non videant, & audientes non intelligant: ſed tu vade ad mare, cuius ſunt elationes mirabiles, ne ſcilicet ſcandalizemus exactores indebiti, ne demus Witcleuiſtis occaſionem dicendi, q̃ eccleſia in hoc vel illo, Chriſti careat fundamento. Non ſoluam ex debito, quia clerici filij regis Chriſti, in his myſticis hæreticis, & infirmis rationis penſam non ſoluerent, ſed ne ſcandalizemus eos, vade ad mare, vade, ſi vis ad ſcripturas immeabiles, & inter medias vndas piſcem, qui aſcendat, aſſume, & extractum de ore eius ſtaterem, dabis pro me, & te. Inter vndas ſcripturarum ſanctarum natantem inuenies quãdoq; piſcem Auguſtinum, piſcem Hilarium, piſcem Origenem, piſcem Dionyſiũ: ſaltem ſecundùm exigentiã quẽuis piſcẽ, qui tibi primus aſcenderit, aſſume, & de ore eius cõfeſsionẽ veritatis arripe, & pẽde tributũ. Ipſi de mari ſcripturę veritatis nõ exeũt.

1 † *Scripta non omnia ſunt quæ ad ſacramenta pertinent.*

Adeas

Adeas ergo mare, ad ipſos perge, & ibi vide quæ tibi vidēda nō eſſent, ſi ſaltē eſſes de plebe Caath, de qua re Homilia. 5. ſuper librum Numerorum, vetuſtiſsimus Origenes. Ne exterminetis de tribu ſua plebem Caath, quaſi in eo exterminandi eſſent, ſi ſancta ſanctorū nuda, & patētia contigiſſent, quæ non ſolùm non contingere, ſed nec intueri quidem fas erat non velata. Si intellexiſti quid hiſtoriæ ordo contineat, aſcende nunc ad ſplendorem myſterii & legis ſpiritualis, lumen, ſi tibi purus eſt mentis oculus, cōtuere. Si quis dignus ex his, qui Deo miniſtrant, diuina capere, & videre myſteria, ad quæ contuenda, cæteri minus capaces ſunt, hic Aaron, vel filius Aaron eſſe intelligatur, qui ingredi poteſt ad ea, quæ adire aliis fas nō eſt. Si quis talis ergo eſt, huic ſoli reuelata patet arca teſtamenti: hic videt vrnam intra ſe habentem manna, hic conſiderat, & intelligit propitiatorium, hic intuetur Cherubim vtrunq;, & menſam ſanctam, & candelabrum luminis, & altare incenſi: iſte hęc conſiderat, & intelligit ſpiritualiter, id eſt, qui verbo Dei, & myſteriis ſapientiæ operam dat, & Deo ſoli in ſanctis vacat. Sciat ſanè cui hæc reuelātur, & ſpiritualiter inſpicienda creduntur, non ſibi tutum eſſe aperire, & pandere, quibus nō licet pandi: ſed aperire debet ſingula, & operta cæteris minus capacibus trade re portanda in humeris, & ceruicibus imponenda. Cùm enim ex verbis myſticis eruditi, & perfecti quiq; doctores opera populis iniungunt, & plebs agit quidem, & implet quæ mandantur, non tamē eorum, quæ geruntur, intelligit rationem, quid aliud geritur, niſi ꝙ operta, & velata ſancta ſanctorum ſuper humeros portātur? Et vt adhuc manifeſtiùs quæ dicuntur aduertas, exemplis te ex diuinis voluminibus adhibitis, informabimus. Moyſes intelligebat, quod eſſet verum paſcha: ſciebat quæ eſſent veræ neomeniæ, & quæ vera ſabbata: & cùm hæc omnia intellexiſſet in ſpiritu, verbis tamē ea per rerum corporalium ſpecies adūbrationeſq; velabat: & cùm ſciret verum paſcha immolādum eſſe Chriſtū, ouem corporalē mādat immolari in paſcha. Cùmq; ſciret diem feſtum agi deberi in azymis ſyncericatis & veritatis, tamē de farinæ azymis præcipiebat. Hęc ergo & huiuſmodi erant ſancta ſanctorum, quæ Moyſes portanda cæteris traderet, id eſt, rebus & operibus implenda, cooperta tamē, & velata communi ſermonū tradebat eloquio. Humeri autem, ꝙ operum indicium teneant, in multis ſæpe oſtendimus ſcripturæ locis: ſed in eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla huiuſmodi, quæ omnibus quidem facere neceſſe eſt, nec ratio eorum tamen omnibus patet. Nam ꝙ, verbi cauſa, genua flectimus, orantes, & quòd ex omnibus cæli plagis ad ſolam orientis partem orationem fundimus, non facilè puto cuiq; ratione cōpertū, ſed & Euchariſtiæ, ſiue percipiendæ, ſiue eo ritu, quo geritur, explicādæ, vel eorū, q̄ gerūtur in baptiſmo verborū, geſtorumq;, & ordinum, atq; interrogationum, ac reſpōſionum, quis facilè rationem explicet? non puto quiſquam. Et tamen hæc omnia operta licèt & velata portamus ſuper humeros, cùm ita implemus ea, & exequimur, vt à magno Pōtifice, id eſt, à Chriſto, & à filiis eius tradita, & cōmendata ſuſcepimus. Hęc ille. AVTHOR. Hæc vltima verba Origenis antiqui, omnium orthodoxorum aures, cùm primùm tangunt, ædificant. Cùm dicit omnium precum obſeruantiarum, & rituum, qui in diſpenſando Euchariſtiam, vel celebrando geruntur, omniq; circa baptiſmum verborum, geſtorum, reſpōſionum, interrogationum, nemo facilè veras rationes aſsignet. Et tamen hæc omnia nobis cur ſic fiant occulta, ſynceriter facimus, vt à magno Pontifice: quo niſi Chriſto, & à filiis eius, id eſt, ab apoſtolis tradita, & commenda ta ſuſcepimus? Omnes ergo iuxta hunc textū memorabiles & graues ritus, putà, qui apud omnes eccleſias ab antiquo, ſine contrarij mētione, & ſine varietate ſeruantur, à magno Pontifice Chriſto, & filijs eius apoſtolis commendatos, ſuſcepimus. Sed hoc ſcriptis demōſtra dicit Witcleff. Reſpondet ſanctus pater Dionyſius: ſed qui ſcripturas nobis dederunt, hoc punctim per ſingula non ſcriptis, ſed viuo ſermone certa de cauſa donarunt. cap. primo eccleſiaſticæ Hierarchię DIONYSIVS.

2 Venerabiliſsima † autem eloquia hæc, cùm dicimus quæcunq; à diuinis noſtris ſacræ perfectoribus in hagiographis, nobis & theologicis donata ſunt deltis. Sequitur. Veruntamē extra ſcripturam duces noſtri edocti ſunt. Neq; hæc diuinis hierarchijs ad ſacrificij communem inuelatis intellectibus, ſed in ſymbolis ſacris tradentibus: eſt enim non omnis ſacer, neq; omnium, vt eloquia dicunt, cognitio. Hæc ille. AVTHOR. Vbi ad intellectum terminorum, qui ſunt diuini ſacræ perfectores, qui noſtri duces, ex Græco notantur. Sacræ perfectores quidem apoſtolos dicit, quos & duces dicit: theologicas autem deltas, libros veteris, & noui teſtamenti: & ſuper hunc locum in commento. LINCOLIEN. Venerabiliſsima eloquia hæc dicimus, quęcunq; à diuinis

Myſteria ſacramentalia quomodò ſint tradita.

Digitized by Google

diuinis noſtris ſacræ perfectoribus, & ſacrorum librorum ſacrę ſcripturę authoribus nos ſacræ ſacros perficientibus donata ſunt nobis in deltis, hoc eſt. Sequitur. Et quæcunq; alia, ſcilicet noſtri duces, id eſt, doctores edocti ſunt ab eiſdem ſacris viris doctrina immaterialiori, quia interius abſq; ſermone exterius ſonante facta, & ita per Spiritumſanctum angelico miniſterio ſubdit. Sic itaq; noſtri duces edocti à ſacræ ſcripturæ authoribus edoctis interiori doctrina, docentibus autem per medium ſermonem corporalem, non ſcriptum tamen. AVTHOR. Et † exprimit cauſam nō tradendi per ſcripturam, ſed per ſymbola, id eſt, ſigna extrinſeca LINCOLIEN. Subiungit autem rationem, quare in ſymbolis ad communem vtilitatem ſuas fecerūt traditiones, vt videlicet execratis occultarentur ſacra, & vt non potentes intelligere ſpiritaliter ſpiritualia, manu ducerentur per materialia ſymbola. Hæc ille. AVTHOR. A duobus ergo intendebant primi patres eccleſiæ occultare ſacra myſteria, ſcilicet execratis, & infirmis. Execratis † hæreticis, & paganis, quibus ſacri ritus eſſent ludibrio: ideirco nihil videre ſinebantur facto vel ſcripto, quia porci ſunt, & ſacra ſuis pedibus conculcarent. Et † quia inſtinctu Spiritusſancti præſenſerunt apoſtoli quadringentis illis annis poſt Aſcenſionem Chriſti, magnam perſecutionem à tyrannide principum paganorum eccleſiam eſſe paſſuram, cum opprobrijs, ſcandalis, irriſionibus, & imputationibus falſorum criminum in lege, in ſacris, in moribus, & corporibus hominum infinitis: quid mirum, ſi ad abbreuiationem malorum, ſacros ritus, & myſteria magni regis nec ſubſtrahere diſponebant, nec prodere? Legat † Tertullianum in apologetico ſuo, qui ſufficit, legat & Euſebiū in eccleſiaſtica hiſtoria vidēs oculis ſi valeat, qualibus iniurijs Chriſtianitas premebatur, per falſam hominum interpretationem, & boni peruerſionem, dicentium cœtus, & congregationes fidelium in eccleſia, illicitas factiones, & conſpirationes eſſe: fratres quia ſe nominabant, malo ſtudio deprauabant: filios ſi caſtigabant, occidere dixerunt: infructuoſos, ſi dijs ſtipem non dederunt, dixerunt: omnēq; mortalitatem & lunæ & aëris infectionem & intemperiem Chriſtianorum imputabant conſortijs. Poſterius aliquanto Iulianus Cæſar, Celſo, & Porphyrio ſibi ſociatis, omnem euāgelij textum impugnauit, & exprobrauit, vt ne vnum quidem capitulum relinqueretur intactum. Quid credis feciſſent de tot ritibus, & obſeruantijs baptiſmi, vel alterius ſacramenti, ſi comperiſſent in ſcripturis? Idcirco bene dixit Dionyſius, quòd Apoſtoli, & magiſtri eccleſiarum poſt eos ſine ſcripturis, viuo ſermone, & longa conſuetudine has obſeruantias ſacramentales dederunt in ſymbolis, occultantes eas execratis. ORIGENES ſuprà dixit ſimiliter Moyſen intellexiſſe verū paſcha, & non expreſsiſſe ſcripturis, ſed ſub vmbris corporum poſuiſſe. Et cōſimiliter ritus ſacramentales circa baptiſmum vel euchariſtiam, ſicut flexiones, & adorationes verſus Orientem dixit nos agere, ſicut à magno Pontifice Chriſto, & à filijs eius Apoſtolis tradebantur. Et † tu ô miſer Witcleff, conſuetudo, quam blaſphemas infideliter introductam in difficultatem eccleſiæ, ipſa eſt, quam à magno Chriſto Pontifice, & filijs eius traditam dixit Origenes: ipſam inſpirauit Spirituſſanctus Apoſtolis, qui viua voce ſine ſcripturis doctoribus primarum eccleſiarum vlterius tradiderunt, dixit Dionyſius. Hæc legiſſes infelix hæretice, & non ſic blaſphemaſſes in Chriſtum, & Apoſtolos, propter conſuetudinem introductam: propter te, & execratos Witcleuiſtas ſic occultè diſpenſantur, plebs eſtis Caath, quibus non licet nuda ſacra proſpicere: imò propter quos iuſſum erat ne ſcriberentur, quæ ſeptem tonitrua ſunt locuta, ſermone ſeptimo. In expoſitione libri Apocalyp. AVGVSTI. Quod autem dixit ſigna, quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, propter obtuſos dictum eſt, de quibus in euangelio dicitur, Nolite ſanctum dare canibus, id eſt, vt non paſsim omnibus pateat verbum Dei. Alio deniq; loco propter ſuos ſeruos dixit, Ne ſignaueris (inquit) verba prophetiæ huius: & oſtendit quibus ſignari iuſſerit, quibus non. Qui perſeuerauerit (inquit) nocere, noceat: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Ecce quibus ſignatum eſt verbum Dei, propterea in ſimilitudinibus (inquit) loquor illis, qui vt ſanctiora, &c. Ecce quibus non eſt ſignatum. Hæc ille.

Occultandi ratio.

Execrati.

Occultādorum myſteriorum prudentia.

Chriſtianis obiecta.

Caath.

¶ De obſeruantijs Baptiſmi, in quo Chriſtus plus aqua ſimplici requiſiuit, & de patrinis, qui offerant baptizandum.

CAP. XLVI.

SVMMA.

1 *Witcleff confutatur circa baptiſmi obſeruantias.*
2 *Argumenti ſubtilis conuerſio aduerſus Witcleff.*
3 *Chriſti unctio. Et quo chriſmate fuerit unctus.*
4 *Chriſtianus cur quis nuncupetur. Et q̃ Chriſtus dicatur unctus.*
5 *Aqua ſimplex quòd non ſolùm requiratur ad baptiſmi perfectionem, contra Witcleff.*
6 *Baptiſmales ritus deſcribuntur.*
7 *Patrinus, qui & Anadochus ſecundùm Dionyſiũ, & quod ſit eius officium.*
8 *Patrini quot eſſe debeant.*

NE ergo ſcandalizemus vos Witcleuiſtæ, iuſſu Chriſti vadam ad mare. Tu autẽ quod petis tributũ, id eſt, quæſtionem reſume. Chriſtus, inquit exemplar totius eccleſię non fuit in perſona ſua taliter confirmatus, nec in baptiſmo ſuo chriſma huiuſmodi, ſed aquam ſimplicem requiſiuit. Audio. Quid igitur? Noluerunt omnes eum hoc intendere. Ergo nec eccleſia chriſma huiuſmodi ad baptiſmũ, nec ritus ſolitos, ſed aquam ſimplicem iam requireret. AVTHOR. Sic ipſe cõcludit poſt multa, libro de Papa, cap. 11. Cùm enim ſigna iſta non ſint niſi gratia ſignatorum, ſignata per ſe ſufficiunt ſine ſignis. Hæc Witcleff. AVTH.

Witcleff.

1 Iuxta † hunc ergo ſicut huius aquæ ſimplicitas excludit chriſma, ita & oleum, ita & veſtẽ candidam, & interrogationes, & totum catechizandi ordinem, & ſolennes ritus, quos in aqua illa ſimplici de fluẽto Iordanis Chriſtus nõ legitur requiſiuiſſe. Propter hos omnes ritus probãdos, neceſſe eſt, vt præſens quæſtio renouet, aut remoretur. Sed quid ſi petã Witcleff illa verba euangelica, ſi propter aquam ſuam ſimplicem requirantur, dicẽte Chriſto: Baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & Spiritusſancti? Cùm Chriſtus exemplar totius eccleſiæ in baptiſmo ſuo præter aquã ſimplicẽ non requiſiuit, cur requiſiuit hæc verba? Si cõcedas non requiri, iam Chriſti mandato repugnas, quo iuſſit hęc dici: ſi requiſita concedis, tibi ipſi repugnas, qui huius oppoſitũ conclu

ſiſti de chriſmate. Quid item dices ad cõfeſsionem pœnitentiamq; peccatorũ, quã Chriſtus ad baptiſmũ ſuũ præter aquã ſimplicem non requiſiuit? Cæteri tñ baptizati tũc qui hoc fecerunt, in ſcriptis laudantur, & vt adulti hoc

2 nunc agãt, iubẽtur. Et † vt argumentũ eius in affirmatiuã conuertam: Chriſtus præter aquã ſimplicem requiſiuit Spiritũſanctum in viſibili ſpecie columbę, & patrem in ſenſibili voce, ergo nos requiremus hęc eadem præter aquã ſimplicem. Dices forſan Chriſtum ꝓpter deitatis ſuæ naturam meruiſſe hanc prærogatiuam: verum dices, & ita præ nobis omnibus non nullius chriſmatis, ſed melioris infinito noſtro viſibili & altioris chriſmatis in ſuo baptiſmo meruit vnctionem, vnde ipſe noſtra nõ eguit, dicente Pſalm. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quem textum ad eum finẽ pertractat expoſitione ſua ſuper Lucã, lib. 2. ca. 1. textu, Spũs dñi ſuper me, eo ꝙ vnxerit me. BEDA. Non ꝙ dñs Deus habeat dominum Deum, ſed ꝙ iuxta diſpenſationem carnis aſſumptæ dicat ea, quæ humilia ſunt, ad quem Pſalmiſta iam dixerat, Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Quando eñ conſortes nominantur, naturam carnis intellige, quia Deus conſortes ſubſtantiæ ſuæ non habet: & quia erat vnctio ſpiritalis, & nequaquã humani corporis, ſicut fuit in ſacerdotibus Iudæorum, idcirco præ conſortibus, id eſt, cæteris ſanctis vnctus eſſe memoratur. Cuius vnctio, illo expleta eſt tempore, quando baptizatus eſt in Iordane, & Spiritusſanctus in ſpecie columbæ deſcendit ſuper eũ, & manſit in illo. Vnctus eſt igitur oleo ſpiritali, & virtute cæleſti, vt paupertatẽ cõditionis humanæ, theſauro reſurrectionis rigaret æternæ. Hæc ille.

Argumenti ſubtilis conuerſio.

Vnctio Chriſti.

3 AVTHOR. Ecce † quo chriſmate vnctus eſt Chriſtus, ſcilicet ſpiritali tm̃, non corporeo, ſicut Iudaici ſacerdotes, qui vngebantur oleo corporali corpore tm̃, Chriſtus oleo ſpiritali: nos chriſmate corporali corpore, vt redũdet in ſpiritum, & ita fiamus participatione Chriſtiani ab eo, qui eſt Chriſtus per eſſentiã, ſicut ipſum noſtrum chriſma partim continet in effectu gratiam ſpiritualem: Chriſti chriſma fuit gratia per naturam. Et attendant vigiles in ſcripturis, ſi Witcleff non intendat contra Spiritumſanctum, & prærogatiuam capitis Chriſti, quòd dixit, Chriſtus nõ chriſma huiuſmodi, ſed aquam ſimplicem requiſiuit, quia ſic nos hac ratione, ne ſolo ſignato chriſmate

Chriſti unctio.

Digitized by Google

mate ſine ſignante ipſo ſcilicet Spirituſancto baptizari petamus cum Chriſto. Ergo aſpirabimus ad ſimilitudinem Dei, ne ipſe vngatur oleo exultationis præ participibus ſuis, ſi noſtro chriſmate vngendū altare cōtēdimus, etiā ne præ participibus, ſed cum participibus ſuis vngatur, omnimodè ſuademus. Participes eius in hoc chriſmate erant reges, & pontifices Iudęorum: participes omnes poſt eum baptizati fideles. Conari ergo deceret omnes fideles tm̄i reuereri caput ſuū, quantum Iudæi omnino ſi adſit facultas, differant Chriſto vnctionē præ participibus ſuis ad illā per minorem tendētes, vt ſolus ipſe ſit Chriſtus per eſſentiam, per participationē cæteri Chriſtiani. Vnde lib. de vita Chriſtiana, circa principium

4 AVGVST. Cur † quis Chriſtianus nuncupetur, exponā. Chriſtum vnctū interpretari, ſapientū, & fidelium nullus ignorat. Vnctos verò non niſi ſanctos viros, & ſatis Deo dignos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt: nec alios, q̄ prophetas, aut ſacerdotes, aut reges. Et tā magnū fuit ipſius vnctionis myſterium, vt in iudaico populo nō omnes illud, ſed ſatis pauci de plurimis mererentur accipere: & hoc vſq; ad aduentū dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, quē Deus oleo lætitiæ, id eſt, Spirituſancto præ cæteris ſuis conſortibus vnxit. Ex quo tempore credētes illi, & baptiſmatis illius ſanctificatione purgati, nō aliquāti, ſicut priùs ſub lege fuerant, ſed omnes in prophetis, & ſacerdotibus vngūtur, & regibus. Cuius vnctionis quales eſſe debeamus, admonemur exemplo, vt quibus tā ſancta eſt vnctio, ſit non minus ſancta conuerſatio. Ex ſacramento enim vnctionis huius, & Chriſti, & Chriſtianorū omniū, id eſt, in Chriſto credentiū, vocabulū deſcendit, & nomen. Hæc ille. AVTH. Ecce mi Witcleff, Chriſtū vnctum ſine exceptione, ſequentes ab illo tēpore, illo Chriſti ſacramento vnctionis vncti ex illo ſacramento, vocabulū Chriſtianorum ſuſceperūt nomē. Sub hac authoritate producto Cornelio, producto Eunucho, & ſi lubet, baptizato in Samaria ſub diacono Philippo producto, vt ſine chri[illegible]te baptizati probentur, quia nō legitur chriſma adhibitū. Ego econtrariò dicā in baptiſmatis nomine contēta fuiſſe ſingula requiſita tunc, ſicut & nunc. Nec enim chriſma, aut renūtiationes, aut interrogationes nūc dicimus, ſed cuncta in vna appellatione baptiſmum. Hoc itē diceret Auguſtinus, qui omnes credētes, & non aliquantos, vt priùs, à ſacramēto chriſmatis in baptiſmo Chriſtianorū vocabulū promeruiſſe affirmat. Et addit ex parte vnctionis Chriſti, vnde

Chriſtus, id eſt, unctus.

nec hìc vobiſcū aquà ſimplex eſſe poteſt, per quam, gratiam cōſequamur, hoc abſolutè, docet nos libro de Gedeone, verſus finem AMBRO. Non oēs hoc poterant haurire myſterium. Lauare quidē voluit Abrahā, ſed hoſpitalitatis cauſa: volebat Gedeō lauare pedes angelo, qui apparuit ſibi, ſed volebat quaſi is qui deferret obſequium, non qui donaret conſortiū: hoc myſteriū quod nemo cognouit. Deniq; & Petro dixit, Quod ego facio, tu neſcis, cognoſces poſtea: hoc, inquā, diuinum myſteriū eſt, quod etiam qui lauerūt, requirunt. Nō eſt ergo ſimplex aqua, per quam cōſequimur vt partem cū Chriſto habere mereamur. Hæc

5 ille. AVTHOR. Attende † mi Witcleff, qualiter aquam tuā ſimplicem Chriſtiani, vt cum Chriſto regnent, abnegent. Nō eſt, inquit, ſimplex aqua, ſed diuino etiā miſta myſterio, qđ qui lauerunt, in Chriſto requirunt. Hoc repreſentat chriſma, hoc oleū: ſed & ſine oleo, ſine chriſmate noſtro viſibili inuiſibilis gratia reqſita adeſſe, quæ per cōſecrationem adeſt, ad nudū adhæret elementū, ita vt nec, vt tu dicis, verum eſt, q̄ Chriſtus aquā ſimplicem requiſiuit. De quo libro. 1. de ſacramentis AMBR. Vidiſti aquam, ſed non aqua omnis ſanat, ſed quę habet gratiam Chriſti ſanat. Aliud eſt elementum, aliud conſecratio, aliud opus, aliud operatio. Nō ſanat aqua, niſi Spirituſſanctus deſcenderit, & aquam illam conſecrauerit. Sicut legiſti, q̄ cùm dominus noſter Ieſus Chriſtus formam baptiſmatis daret, venit ad Ioannem, & ait illi Ioannes, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpōdit illi Chriſtus, Sine modò: ſic enim decet nos implere omnē iuſtitiam. Vide quòd omnis iuſtitia in baptiſmate conſtituta eſt. Ergo quare Chriſtus deſcēdit, niſi vt caro iſta mundaretur? Caro, quā ſuſcepit de noſtra conditione. Non enim ablutio peccatorum ſuorum Chriſto neceſſaria erat, qui peccatum non fecit, ſed nobis neceſſaria erat, qui peccato manemus obnoxij. Ergo ſi propter nos baptiſmi forma conſtituta eſt, fidei noſtræ forma propoſita eſt: deſcendit Chriſtus, Ioannes aſtabat, qui baptizabat. Et ecce quaſi columba Spirituſſanctus deſcendit. Hæc ille. AVTHOR. Pondus ſuum habet vnumquodq; dictorum Ambroſij. Non aqua illa, quam ſimplicem vides, ſanat. Non elementum (inquit) ſed elementum cum alio commiſtum, ſcilicet benedictione conſecrationis cæleſtis: quia aliud eſt elemētum, aliud conſecratio, aliud ergo quàm elementum ſimplex requiritur ad baptiſmum, & aliud requiſiuit Chriſtus in baptiſmo ſuo, vbi formam

Digitized by Google

dedit noſtri baptiſmatis. Quia Chriſtus miſcuit aquis corpus ſuum ad mundandum eas in futurum baptiſmum: & tunc ſuperuenit Spiritusſanctus in completum conſecrationis effectum. Vnde libro tertio, de luminibus GREGORIVS NAZANZENVS. Ioannes baptizat, & accedit Ieſus ſanctificans quidem & ipſum qui baptizat, præcipuè tamē vt & veterē Adam ſepeliat aquis, & ante omnia: vt per hoc ſanctificentur aquæ Iordanis: vt ſicut erat ſpiritus & caro, ita & ijs, qui baptizādi erant, in ſpiritu, & aqua ſanctificationis ſuccesſio traderetur. Hęc ille. AVTHOR. Vides aquas corpore Chriſti mundatas, habiles ad baptiſmum, & miſtas aquas ſpiritu, ſicut Chriſtus erat ſpiritus & caro. Vice ergo corporis Chriſti, qui fuit chriſma verum, & primū vnde omnes dicimur Chriſtiani quaſi chriſmati, ipſum chriſma miſcemus aquis, vt eas Spiritusſanctus conſecret oleo vnctionis. Sic ergo deſcendit Chriſtus, deſcendit & ſpiritus, vt aqua conſecratione permiſta, baptizādos expurget, quod aquæ ſimplices non valebant. Non ergo Witcleff aquæ ſimplices baptizāt fideles, ſed baptizant idololatras, vt exponit in commentario Eſaiæ. 46. lib. 18. textu. Qui ſanctificabātur, & mundos ſe putabāt in hortis HIERONYMVS. Præceperat per Moyſen Deus, vt ſi quis præuentus fuiſſet in peccato, vaccæ ruffæ aſperſus cinere, & alijs expiationum modis, per ſacrificia, & victimas rediret ad templum. Quod illi negligētes, in locis deliciarum, & voluptatum, hoc eſt, in hortis amœniſsimis, vel baptiſteria extruebant, vel piſcinas ad areolas irrigandas, adulteria, & omnem libidinum turpitudinem ſimplicibus aquis abluere ſe putantes: quibus rectiſsimè & illud aptabitur, Et noctem flumine purgāt. *Perſius.* Hæc ille. AVTHOR. Ecce mi Witcleff, ſimplices aquas tuas: nonne ſanctus pater Hieronymus execratur eas vt turpes, & turpibus applicatas? Inquit enim, ſimplicibus aquis abluere ſe putantes, extruebant &c. Et Ambroſius iam ſuprà. Non eſt (inquit) ſimplex aqua, per quam cum Chriſto partem cōſequimur: nec omnis aqua ſanat, ſed conſecrata verbo Dei. Quod idē aſſumit ſermone. 3. primæ partis, de catechiſmo AVGVST. Non omnis aqua mundat, ſanctificatur autem hæc per conſecrationem verbi. Tolle enim verbū, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit verbum ad elemētum, & fit ſacramentum, virtus enim Chriſti per aquā, mūdauit nos. Hæc ille. AVTHOR. Aqua ergo ſimplex, non vt aqua mundat, ſed aqua conſecrata. De ſingulis ergo ſuperadditis elemento aquæ ſimplicis, ſicut ea ab apoſtolis & patribus primitiuis traxit eccleſia dicendū eſt, vbi non omnia tñ lector ponderabit æqualiter, cùm varię ſint eccleſię, & varios vſus parum differentes aſſumant: ſed gaudeat inueniſſe tot obſeruantias, quot lecturus eſt à tāta antiquitate, & tot ſanctorū patrū authoritate diffuſas in vnā chartā ſimplicis lectionis.

6 ¶Primò † eū habet baptizandus, ſi ſit adultus, petere ſibi ſuſceptorē, & ducem, qui eum inſtruat de fide, & moribus Chriſtianis, & offerat ſacerdoti, quē appellat DIONYSIVS Anadochum, cap. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ. Qui aūt iſtorum verè ſupermundanorum diligit ſanctam participationē, veniens ad aliquē Anadochū myſteriorum, ſuadet quidē ipſum ducem fieri viæ ad hierarcham: ipſe aūt totaliter ſe obſecuturum promittit his, quæ traden tur. Et rogat & adductionis ipſius, & vniuerſæ ſecuturæ vitæ magiſteriū recipere. Vbi LINCOLIEN. Ducatus verò ipſius ad hierarchā ab anadocho, ſignum eſt, q̄ rationalis natura non præſumit quicq̄ ſanctum, aut ad Deū acceſſum ex proprijs viribus, ſed ex diuino dono, & ſuperiori adiutorio. Hæc ille. AVTH. *Baptiſmales ritus.*

7 Officiū † huius Anadochi puto iā habere patrinos, qui baptizandū ducāt ad eccleſiam, de fonte quoq; ſuſcipiant, pro ipſo reſpondeāt, & tenentur inſtruere. Vnde ibi in fine cōmenti LINCOLIEN. Dicitur Anadochus, id eſt ſuſceptor viuificæ ambulationis ad veritatē: quia vt in miniſterio patet, ſuſcipit alterū deducendum ad hierarcham, & per ipſum ad veritatem. Hæc ille. AVTHOR. Quòd † autem iam non vnus, ſed tres ſint patrini alterutriuſq; ſexus, bñ ſuperaddit in quibuſdā eccleſijs patrū induſtria, propter myſteriū Trinitatis: quod maximè in baptiſmi officio notandum eſt, ſicut mādabatur notanter à Chriſto, maximè poſt ampliationem numeroſam fideliū, ex quibus numerus ille nuſq̄ deerit baptizando. Alioquin vnus ſolus erit, propter vnius myſteriū deitatis. Vnde lib. 6. ſecundæ partis, de ſacramentis HVGO. Patrini illi vocantur, qui paruulos [redacted] baptiſmū offerunt, & pro ipſis reſpondendo, quaſi fideiuſſores ad Deū fiunt: propt erea hi patrini vocātur: quia eū regenerādos ad vitā nouā offerūt, quodāmodo adiutores fiūt ipſius regenerationis nouę, de quibus placuit patribus, vt per ſingulos baptizādos patrini ſinguli admitterent̄, id eſt, vnus tantū, ſiue vir, ſiue mulier. Propterea fortaſsis, ne ſpiritualis cognatio, cui reuerētiā exhibere oportebat, patrinis diffuſa in matrimonij copula obeſſe poſsit. Sed quædā eccleſiæ *Patrini.* *Patrini quot.*

hanc

Digitized by Google

hanc conſuetudinem non obſeruant, plures ad ſuſceptionem paruulorum admittentes. Hoc ſimpliciter ſancitum eſt, vt alium in baptiſmo, vel in chriſmate, hoc eſt, in confirmatione filiolum non ſuſcipiat, qui ipſe baptizatus non eſt, & confirmatus. Hæc ille.

¶Vt ritus baptiſmales obſeruẽtur, cùm poſsint, & hoc regulariter, primò de traditione nominis, cũ crucis ſignatione in frõte.

CAP. XLVII.

SVMMA.

1 *Ritus ſacros, & ſacramẽtales obſeruantias quomodo iubemur reuerenter, ut traduntur tenere, &c.*
2 *Eccleſiæ præceptis etiam extra canonem, quòd parendum ſit.*
3 *Eccleſiæ per ſcripturas cõmendatio, & authoritas.*
4 *Teſtamenti noui laus. Et quomodo tenenda eſt nobis Chriſtiana religio, & eccleſiæ eius communicatio, quæ catholica eſt, &c.*
5 *Catholicus quis dicatur.*
6 *Catechumenus ſit baptizandus.*
7 *Nominis in baptiſmate impoſitio.*
8 *Deſcriptio accedentis ad baptiſmũ, & anadochi, ſeu patrini, in ſacris memorialibus, expoſitio.*
9 *Witcleff obiectio, q̃ non ſit in poteſtate ſacerdotis ſcribere baptizandum in ſacris memorialibus, &c. Et authoris ad eandem reſponſio.*
10 *Catechumenus, & Catechizare quid ſit.*
11 *Catechizationis antiquitas.*
12 *Crucis ſignum in fronte baptizati.*
13 *Frontem non habere, quid ſit.*
14 *Fons baptiſmi in medio eccleſiæ oſtenditur ueniſſe à Deo, & Chriſto.*
15 *Exorciſmus, & exufflatio in baptiſmo, ab Auguſtino annotatur.*

1 RItus † ſacros, & ſacramentales obſeruantias reuerẽter, vt traduntur, tenere iubemur, quos omnes, vt apoſtolicos colit Chriſtiana fidelitas, qa ab apoſtolis, vel ſuccedẽtib⁹ in eorũ ſedem epiſcopis indiſtinctè eos accepimus. Reſultat autem huic pietati ſeditioſus Witcleff de Papa duodecimo. Contentemur inquiens de paucis ritibus, quos de doctrina Chriſti ſeruauerunt apoſtoli, & omnino honeſtè ſuperadditas verè & modeſtè non præponderemus, vel hypocriticè obſeruemus. Omnia enim talia nõ expediũt, vel ſunt licita, niſi de quanto iuuant ad obſeruantiã mandatorum. Vñ videtur adulterina degeneratio, q̃ mãdata Dei, quaſi neutra reſpicimus, & cum traditionibus hominũ ſumus inſolubiliter diſpenſati. Hæc impiiſsimus Witcleff. AVTH. Quod iubet cõtentari de paucis, quos ex doctrina Chriſti ſeruauerũt apoſtoli, quærere faceret audientem, qui ſunt illi ritus, & quot. Et item nunquid vtentes eis poſſent præpõderãter ſuprà mandata Dei, & ſic eos hypocriticè obſeruare. Et tunc nunquid dimittendi? Propter quas cauſas ritus eccleſię quãlibet dãnabiliter queritur introductos, & ſimpliciter cãcellandos, quia adulterina eſſet degeneratio, nedũ cum traditionibus hominũ, ſed cũ diuinis ſic inſolubiliter diſpẽſari. Ecce fides eſt donũ Dei, hanc præponderanter ſuprà charitatẽ poſſe accipi ſupponit apoſtolus. Quia dæmones credũt (inquit) ſic traditio prophetiæ, ſic eleemoſynæ, ſic martyrij, ſic prędicationis verbi Dei, ſicut occaſionaliter prædicantiũ, & vt Iudas traditor prædicauit. Sic de dono ſapientiæ, timoris, & reliquis donis Spiritusſancti, charitate ſecluſa: ſic de linguarum varietate, & miraculorũ operatione: quos ritus Deus inſtituit miniſterijs ſuorũ fideliũ, quos tñ oẽs aliqui præponderarunt mandatis diuinis, & hypocritæ obſeruarunt vt Iudas, & alij: quos & quales non impari numero forſan noſtris in ritibus, ſi diligẽter quæreres, inuenires. Et hos Chriſtus Deus inſtituit, hos apoſtoli, hos fidelium præpoſiti, & ſubiecti inſolubiliter miniſtrarunt. Hoc igitur argumẽtũ quomodo ſuſcipiam cõtra ritus modernos eccleſiæ: niſi id ipſum cogar admittere cõtra caput eius Chriſtum, & inſtituta diuina? Aut ſi arguam in forma Auguſtini, qualiter acuis argumentũ tuũ contra eccleſiam, niſi paganus quilibet ad idẽ eadem forma verborũ tenta acuet cõtra Chriſtum. Videant ergo pij Chriſtiani hoc mare, & fugiant. Iordanis em̃ eius cõuertatur ſic retrorſum. Et quoúſq; ſciant retrorſum docere fideles, quos ritus tradidit Chriſtus apoſtolis obſeruandos, quos item honeſtè ſuperaddiderunt apoſtoli, & demũ quos patres conſequẽtes addiderunt, contententur, & teneant ritus illos cum Chriſto capite, quos eius vniuerſa per orbem tenet, aut ad certa loca certis de cauſis tenendos eſſe decreuit eccleſia. Hanc enim eccleſiã, & authoritatem eius quicunq; Witcleuiſta eius ditioni ſubijciatur, ſacrilegij conuictus eſt, q̃ non ſequitur: ſcripturis ſanctis obuius eſt, quæ eius authoritatẽ approbant, quanuis non certum ab eis proferatur exemplum. Vnde lib. 2. contra Creſconiũ capi. 36. AVGVS. Proinde † quanuis huius rei certum de ſcripturis ſanctis nõ proferatur

Eccleſiæ ea-tiam extra canonẽ præ-ceptis parẽ-dum eſt.

2

exemplum, earundem tamen ſcripturarum, etiã in hac re à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas: ita quia ſancta ſcriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem eccleſiam de illa cõſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſacra ſcriptura de
3 monſtrauit. Si † autem dubitas vtrum eccle-
Eccleſiã cõmẽdant ſcripturæ. ſiam (quæ per omnes gentes numeroſitate copioſiſsima dilatatur) hæc ſancta ſcriptura cõmendet (neq; enim ſi nõ dubitares, adhuc eſſes in parte Donati) multis & manifeſtiſsimis teſtimonijs ex eadem authoritate prolatis, te onerabo. Hæc ille. AVTHOR. Iam adducat Witcleff ritus ſacramentales quoſdam ſecundùm eum neceſſarios, quoſdam execrandos: vtatur, ſe donante, cẽſoria virgula, vt hos probet, hos reſecet. Quis vni deliranti moderno, tantum fidei habebit contra eccleſiã toto orbe diffuſam, cuius authoritatem in obſeruantijs, legibus, & ritibus ſanctarum ſcripturarũ,
Eccleſiæ authoritas. (vt dixit Auguſtinus) commẽdat authoritas? Quanta differentia? hoc cenſet Witcleff: contrarium tradit per vniuerſum orbem eccleſia, cuius authoritatẽ ſcripturæ ſanctæ cõfirmãt, & in quam, tanq; in totius fidei ſupplementũ, omnes articuli ſymboli rediguntur. Authoritatem autem Witcleff quis approbat, & non ſuſtinet eiſdem vijs, & medijs Arij, Manichæi, aut cuiuſlibet capitalis hęretici partes dici ꝓbabiles? Hos ergo ritus ſacramentales, quos vel tota, vel penè tota per orbem ſeruat eccleſia, ſi Chriſti ſint, ſi apoſtolorum, hæreticus es dũ denegas. Quòd ſi vniuerſalis eccleſiæ ſunt, vt concors doctorum ſanctorum pandet authoritas, ſi repellas, es hæreticus: quia & eius authoritatem ſcripturæ commendant: hoc ſi dubites, hæreticus Donatiſta iam es. Neque enim ſi non dubitares, iam adhuc eſſes in parte Donati, vt Auguſtinus decreuit: hęc ſola via inter omnes ſecuritatem habet, vt ſequamur eccleſiam orbis terrarum. Et quia hæc eſt, de qua in ſymbolo, Credo ſanctam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Reijciatur Witcleff cum ſuis argutijs, quicquid contra iſtam inuoluit. Vt in libro de vera religio-
4 ne AVGVST. Repudiatis † ergo omnibus, qui neq; in ſacris philoſophantur, neq; in philoſophia conſecrantur, & his, qui vel praua opinione, vel aliqua ſimultate ſuperbientes,
Noui teſtamenti laus. à regula & cõmunione eccleſiæ catholicæ deuiarunt, & his, qui ſanctarum ſcripturarum lumen, & ſpiritalis populi gratiam (quod nouũ teſtamentũ vocatur) habere noluerunt, Tenẽda eſt nobis Chriſtiana religio, & eccleſię eius communicatio, quę catholica eſt, & catholica nominatur, nõ ſolùm à ſuis, verũetiã ab omnibus inimicis. Velint eñ nolintue, ipſi quoq; hæretici, & ſchiſmatum alumni, quãdo nõ cũ ſuis, ſed cũ extraneis loquuntur, catholicã nihil aliud q̃ catholicam vocant. Non enim pñt intelligi, niſi hoc eam nomine diſcernant, quo ab vniuerſo orbe nuncupatur. Hæc ille. AVTHOR. Hæreticos & Iudæos cõiunctim alloquitur, quorũ primi eccleſiã, ſicut Iudæi ſpernunt euãgelium, quibus æqualiter repudiatis, tenendam dixit cõmunicationem eccleſiæ, & fidem eccleſiæ. At ne Witcleff ſuam ſectã ſperare poſſet iſtam eccleſiã, quæ catholica eſt, & catholica nominatur, id eſt, vniuerſalis per orbem terrarũ. Hanc autẽ ſibi hæreſis Witcleff vendicare nõ poteſt, quã nec orbis agnouit, nec decima pars eius, niſi ꝙ ſit hæreſis, qua cõtra eccleſiã docẽt Witcleuiſtæ, baptizare, orare, reconciliare, & cũcta facere, præter quæ licet in eccleſia per orbẽ facere. Vnde ſcire cuperem, quod ſymbolum dicant, qui contra totam hanc eccleſiã perfido Witcleff credunt? Reuera, Credo in ſanctã eccleſiam catholicã, mentiuntur ſi dicant, cùm verè dicant, Credo perfidum Witcleff, & ſectã eius contra totam eccleſiã catholicã. Repudiatis ergo his, quæ à regula, & communione eccleſiæ catholicæ deuiarunt, de ritibus ſacramentorũ, & precibus, credamus eccleſiam catholicã, & obſeruemus eccleſiã orbis terrarum. Vnde ſermone. 1. ſecũdæ partis, qui eſt de ſymbolo AVGVST. Videte chariſsimi etiã in ipſis ſancti ſymboli verbis concluſionẽ omniũ regularũ, quę ad ſacramentum fidei pertinẽt, quaſi ſupplementum quoddã additũ, vt diceretur & ſanctã eccleſiã. Fugite ergo quãtũ poteſtis diuerſos, & varios deceptores, quorũ ſectas, & nomina præ multitudine ſui nũc longũ eſt enarrare. Sequitur. Vnum veſtris prudentijs cõmendo, vt ab eo, qui catholicus nõ eſt, animũ, & auditũ veſtrũ auertatis omnimode. Hæc ille. AVTHOR.
5 Catholicus † dicitur, qui ſecũdùm vniuerſam *Catholicus.* eccleſiã docet, & credit. Si ergo iubet Witcleff liberè dimittere quod vniuerſa tradit eccleſia, quo catholicus eſt? Cùm ergo contra eccleſiã docet, nullo modo fidelis eſt, qui dixit, Credo ſanctã eccleſiã, & contra eã credit in Witcleff. Nam probemus ritus ſacramentales per eccleſiam tempore & loco catholicam regulariter obſeruatos. Videamus quid ſparſi per orbem patres eccleſiæ, & ſparſis tẽporibus cõſcripſe- *Catechumenus ſit baptizandus.*
6 runt. Primò † omnium reperio accedentẽ ad baptiſmũ debere catechumenum fieri, & hoc modo,

Digitized by Google

modo,vt quandam ſanctitatem per crucis impreſionem & orationem ſub manus impoſitione ſuſcipiat. Vnde lib.2. de baptiſmo paruulorum.cap.37.AVGV. Non vniuſmodi eſt ſanctificatio. Nam & catechumenos ſecundùm vnum ſuum quēdam modum per ſignum Chriſti,& orationem ſub manus impoſitione puto ſanctificari.Hęc ille.AVTHOR. Hanc manus impoſitionē ſuſcepit Paulus ab Anania in forma catechumeni, non vt confirmatus chriſmate,vt autumat Armachanus.de quo ſuprà lib.5. Vnde in expoſitione eiuſdē loci Actuum.8. RABANVS. Imponens ei manum,vt ſignaret catechumenum. AVTH, Et ſuprà RABANVS. Et erat ibi tribus diebus,hoc quoq; triduano catechumenorū gra
7 dus dedicatur. Hæc ille. AVTHOR. Et † hîc baptizandi nomen exprimitur, quia nomen
Nominis impoſitio. adultorum in primæuis eccleſiæ ſcribebatur. De quo cap.2.eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYS.Interrogans ſcilicet ſacerdos baptizandum ſic, ſi conuerſabitur poſt confeſsionem, imponit capiti eius manum,& ſignans illum, reſcribere iubet ſacerdotibus virum, & ſuſceptorem eius:illis aūt reſcribentibus, orationē ſacram facit: & ipſa cum omni ab eo eccleſia completa,diſcalceat eum,& expoliat per miniſtros.Hæc ille ſecundùm translationem antiquam.AVTHOR.Theoria ſequente expo nit quid iſta deſignent. Et aſſumit LINCO-
8 LIEN. Deſcriptio † verò accedentis, & anadochi,& ſcripti in ſacris memorialibus expoſitio,ſignificat nominum ſaluandorum deſcriptionem indelebilem in libro vitæ,& in cælis. Cuius deſcriptionis,& indelebilitatis, licèt author, & factor ſit Deus, aſcribi tamen poteſt hæc deſcriptio & repoſitio, angelis per ſacerdotes ſignificatis,qui ſingulorum merita in finem perſeuerantium Deo annuntiant. Hæc ille.AVTHOR.Hunc ſacrum ritum, & ſignificationē eius refragari conabitur furor Wit-
9 cleff,vt aſſolet †: quia ſcilicet non ſit in poteſtate ſacerdotis ſic ſcribere baptizandum, cū
Obiectio. ignorat ſi ſit præſcitus,quo dato, mendax dixit eſſe ſignaculum.Breuiter reſpondeatur hę
Reſponſio. retico, q̄ ritus iſte ſacramentalis, & exinde ſignum ſacræ rei eſt,& ſi iam nō ſubſit:quia forte fictus accedit,aut in futuro nō ſuberit, quia tamen debeat eſſe ſignum, mendax non erit, vnde vt talem vitam gereret, qualem promereri dignum videbitur ſcribendum in libro vitæ,idcirco nomina iam traduntur, & antiquitùs ſcribebantur pro certitudine conuerſorū. Vnde libro.2.de ſymbolo, in principio AVGVS. Nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ,non à quolibet homine,ſed à ſuperiore cælitùs poteſtate. Hæc ille.AVTH. Et per hoc ipſum inuitātur baptizati conuerſationem ducere congruam. Vnde in libro, qui eſt de ſecundis epiphanijs GREGORIVS NAZANZENVS. Diſcant ergo hi,qui ſubdolè deliberant nomina ſua offerre ad baptiſmum, nec aliquid emendationis ad vitā,aut correctionis ad mores præparare conantur,quo poſsint aduentum diuinæ gratiæ bene compoſito in anima,& diligenter innouato ſuſcipere habitaculo. Quanuis enim remiſsionē, & indulgentiā habeat præteritorū baptiſmi gratia,peccatorū(gratia quippe eſt) tamē futuræ cautelæ ſecuritatiq́; prouidendū eſt, ne fortè ad eūdem vomitum reuertamur. Tum deinde etiā illud docet, quomodo ſubiectos oporteat eſſe eos,qui accedunt ad gratiā, his, quibus diſpenſatio myſteriorum Dei cōmiſſa eſt, maximè etiā, ſi dignitate commiſſa ſibi,vel ſapientia prædíti videantur. Hæc ille. AVTHOR. Et hic veteranus & venerandus antiſtes duas largitur cauſas,quare baptizandorum in principio nomina recitantur: quia quorum nomina ad baptiſmum eorum æquè mores ad futuram gratiam ſunt tradendi. Vnde Homil.6.in Leuit.ORIGENES.Vos qui ſacrū baptiſma deſideratis accipere, & gratiā ſpiritus promereri,priùs debetis auditoverbo Dei vitiorum germina reſecare,& mores barbaros, feroſq́; componere,vt māſuetudine,& humilitate ſuſcepta,poſitis etiam gratiā Spiritusſancti capere. Hæc ille. AVTHOR. Simul & ſponſio quædam fit ſubiectionis futuræ ad monita ſacerdotis, cùm velut paſtor bon⁹ decernit eos vocādos nominatim,vt eos catechizandos in fide præcedat, ingrediēs cū eis,& egrediens,vt paſcua inueniant: propter hoc iam em̄ catechumenos appellamus. Vñ lib.6.ſecundæ partis de ſacramentis HVGO. *Catechumenus.*
10 Catechumenus † inſtructus,vel audiēs interpretatur,Catechizare inſtruere eſt: q̄m baptizandi priùs inſtruuntur, & docentur, quæ ſit forma fidei Chriſtianę,in qua eos ſaluos fieri, & ſacramentū ſalutis ſuſcipere oportet, ſicut ſcriptū eſt.Ite docete omnes gētes,baptizātes eos in nomine patris,& filij, & Spiritusſancti. Priùs docete ad inſtructionē, baptizate ad emēdationē, docete ad fidem, baptizate ad remiſsionē peccatorū.Ideò docete, quia qui crediderit:ideò baptizate,q̄a qui baptizatus fue-
11 rit,ſaluus erit. Hæc † igitur forma catechiza- *Catechizationis antiquitas.*
tionis à primis tēporibus fidei Chriſtianæ inſtituta eſt,quæ tunc quidem neceſſariò ſeruabatur,quando adultis,& intelligentiā habentibus

Digitized by Google

tibus priuſquàm ad baptiſmi ſacramẽtum accederent, regula fidei Chriſtianę nuntiabatur, vt ſponte acquieſcentes, digni regeneratione ſpiritali iudicarentur, vel credere nolentes, merito acceptione ſacramenti Dei velut indigni repellerentur. Ad obtinendam quippe ſalutẽ idcirco arbitrium hominis conſulendum eſt, quoniam opus ſalutis voluntarium eſſe oportet. Et hoc quidem à principio factum eſt. Hæc ille. AVTHOR. A principio fidei ecce hoc obſeruatum regulariter erat, vt priùs cate
12 chizati, poſtmodum baptizarentur. Sed † his
Crucis ſignũ in fronte. ordo tum crucem domini ſuſcipere iubet in fronte, qua viſa, vaſculum ſuum vetus diabolus repetere vereatur, & angelus exterminator non poſsit accedere. Vnde in ſermone de catechiſmo AVGVSTI. Acceperunt præceptum domini per Moyſen, vt in occiſione agni celebrarent paſcha, ex cuius ſanguine, poſtes domus ſuæ vnuſquiſq; liniret, ne timerent angelum vaſtatorem, qui ſignum ſanguinis agni occiſi in fronte ſuæ domus haberent. Sequitur. Demonſtra & tu Iſraël ſpiritalis, fili Abrahæ, ſecundùm fidem, non ſecundùm carnem, demonſtra & tu quomodo libes paſcha. Habes agnum occiſum, demonſtra, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. In ſanguine eius poſtes domus tuæ demonſtra, & dic, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Hæc ille. AVTHOR. Et libro. 12. contra Fauſtum AVGVSTIN. Sanguine illinuntur poſtes, vt pernicies depellatur. Signo dominicæ paſsionis in frontibus populi ſignificantur ad tutelam populi. Hæc ille. AVTHOR. Ob ſalutem ergo noſtram, crucem fronte geſtamus, & ob confeſsionem Chriſti, noſtri in loco pudoris: ne ſcilicet erubeſcat fidelis Chriſtum confiteri coram hominibus. Vnde ſuper Pſalm. 141. AVGVST. Inſultet ille crucifixo Chriſto, video ego in frontibus regum crucem Chriſti. Sequitur. Vſqueadeò de cruce non erubeſco, vt non in occulto loco habeam crucem Chriſti, ſed in fronte portem. Multa ſacramenta aliter aliterq; accipimus: quædam per totum corpus accipimus, quia verò in fronte erubeſcitur ille, qui dicit, Qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam illum coram patre meo, qui in cælis eſt: ipſam ignominiam quodammodo, quam pagani derident, in loco pudoris noſtri
Frontẽ non habere. conſtituit. Audiſtis hominem inſultare impu
13 denti, & dicere, frontem non habet. Quid eſt † frontem non habet? id eſt, impudens eſt. Non habeam nudam frontem, tegat illam crux domini mei. Hæc ille. AVTHOR. Dulcis pater Auguſtinus quàm reuerenter crucem Chriſti ſibi figit in fronte? quam ſe in ſacramento accepiſſe commemorat: in baptiſmo ſcilicet, quod toto corpore accipimus, ore euchariſtiam. Nec omittet dicere, quis eũ in hoc ſacramento fronti imprimendam inſtituit? Ille enim, inquit, qui dicit, Qui me erubuerit coram hominibus, &c. ipſe hanc ignominiam, in pudoris noſtri loco, fronte inſtituit. Quis hæreticus erga hanc audet ſurripere, ſacramento autem omitti iubere pro libito, quam Chriſtus corporaliter imprimendã iuſsit, & ſtatuit? Et quam Ioannes apoſtolus per totam deſcripſit eccleſiam Apocaly. 22. Oſtendit mihi, inquiens, flumen aquæ ſicut cryſtallũ exiens à throno Dei, & agni in medio plateæ eius. Super quod ſermone vltimo,
14 ſuper Apoc. Ioan. AVGV. Fontẽ † baptiſmi oſtẽdit in medio eccleſiæ venientẽ à Deo, & Chriſto. Nã quale decus ciuitatis eſſe põt, ſi flumẽ per mediũ plateę eius ad impedimentũ habitantiũ deſcẽdat? Et ex vtraq; parte fluminis lignũ vitæ faciẽs fructus. 12. per ſingulos mẽſes, & reddẽs fructũ ſuũ: hoc de cruce Dñi dicit, Nullũ eſt lignũ, quod omni tẽpore fructificet, niſi crux, quã geſtãt fideles, qui rigant aqua eccleſiaſtici fluminis, & reddũt fructum perpetuũ omni tẽpore. Hæc ille. AVTH. Hic habemus flumẽ baptiſmi in medio eccleſię, & lignũ vitę, id eſt, crucẽ Chriſti, quã accipiũt baptizati ex vtraq; parte fluminis, quia tã ante baptiſmũ, q̃ iam baptiſmo ſuſcepto, cũ chriſmate crux Chriſti baptizatis imprimit. Hæc ſcđm hiſtoriã ad intentionẽ S. Ioannis Auguſtinus expoſuit. Quòd ſi tũc nõ iugiter, ſed vt cuiq; placeret, vel facere, vel omittere obſeruaſſet eccleſia, qũo fluuiũ baptiſmi in eccleſia, aut lignũ crucis ex eius vtraq; parte nunq̃ ſine ligno, ſiue flumine, vt libertatem Witcleff, quã dicit tũc fuiſſe, detegẽs cõtinuò inſcripſit, imò quaſi cõtinẽter ſine omiſsiõe docuit hãc obſeruãtiã baptizãdi cuſtoditã à ſingulis, dũ ait lignũ crucis facere fructũ. 12. ſcilicet. 12. apoſtolorũ, cũctis aũt tẽporibus. Qualiter pẽſat verba illa poſteà in retractatione textus AVGV. Quòd aũt dicit, lignũ ſuper fluuiũ duodecies p ſingulos mẽſes dare fructũ, & crux nullũ, quę per totũ mundũ, nõ ſolũ omnibus mẽſibus, ſed etiã oĩbus diebus in his, q̃ baptizãtur, exhibet fructũ Deo. Hæc ille. AVTH. Ecce iã Witcleff, nõ dicit Auguſt. quibuſdã diebus, vt baptizãtibus aut baptizãdis placuerit, ſed etiã in oĩbus his q̃ baptizãtur crucis ſignaculo exhibet fructũ Deo. His igitur in obſeruãtijs nõ

ſuper

ſupuacuè vtẽdũ eſt traditione ſanctorũ patrũ, & prophetia ſcripturę: quia & credẽtibus ſunt euidẽtiſsima ſigna liberationis fideliũ à poteſtate Satanæ: intantũ, vt apertè tãtis myſteriis alti hæretici publicè reſiſtere non audebant. Prout ſcribit lib. 2. de gratia & peccato originali ca. 39. AVGV. Deniq; ipſa eccleſiæ ſacramẽta, quæ tã priſcæ traditionis authoritate cõ celebrãt, vt ea iſti quãuis in paruulis exiſtimẽt ſimulatoriè potiùs quàm veraciter fieri, nõ tamẽ audeant aperta prolatiõe reſpuere. Ipſa in quã ſanctę eccleſiæ ſacramẽta ſatis indicãt paruulos à partu etiã recẽtiſsimos per gratiã Chriſti de diaboli ſeruitio liberari. Excepto † enim, quòd in remiſsionẽ peccatorũ, non fallaci, ſed fideli myſterio baptizantur, etiã prius exorcizatur in eis, & exufflatur in eis poteſtas cõtraria, cui etiã verbis eorum, à quibus portãtur, ſe renũtiare reſpõdent. Hæc ille. AVTH. Nota te pij fideles, hæc eccleſiæ ſacramẽta, ſeu ſacramentales obſeruantias, quas, vt dicit Auguſtinus, eccleſia tã priſcæ traditionis authoritate cõcelebrat, & annotat, ſignãter exorciſmum, exufflationẽ, abrenuntiationẽ diabolo per ora portantiũ, & demũ baptiſmum paruulorũ in remiſsionem peccatorũ: quæ ſi tam priſcæ cõſuetudines eccleſiæ fuerant Auguſtino, qui vix quadringentis annis diſtabat à Chriſto, qd nos de tanta cõſuetudine vacillemus, qui iam ſequimur Auguſtinum annis plus quàm mille? Et iſta non audebant Pelagiani apertè reſpuere, ſicut nec iam temporis Witcleuiſtæ, quãuis illi in paruulis, iſti etiam in adultis exiſtiment ſimulatoriè potiùs quàm veraciter exerceri. Sed de his iam dicemus ſingillatim.

exciſm⁹.

¶ De exorciſmo ſalis, de impoſitiõe ſalis, & exufflatione oris cũ Effeta, cũ crucis ſignatione. De myſterio apertiõis. De iniũctione Symboli, & orationis dominicæ, ſcilicet, Pater noſter, & Credo.

CAP. XLVIII.

SVMMA.

1 *Exorciſmus quomodo requiritur in baptiſmo.*
2 *Exorciſmus quid ſit.*
3 *Exorciſmus, quòd fuerit à Chriſto commiſſus, & ab apoſtolis tractus.*
4 *Salis exorciſmus. Et quare dabatur cùm baptizabantur plures adulti in primitiua eccleſia.*
5 *Salis exorcizati myſteria, atq; bona, deſcribũtur.*
6 *Ioannis baptiſmus in Iordane in Ennon iuxta Salim uicum, quòd non fuerit ſine grandi myſterio, oſtẽditur. Et de ſatione Salis.*
7 *Sacerdos quare orat ſalem ponens in ore baptizandi, & ſaliuam in aure.*
8 *Crucis frequens ſignatio quare fiat in fronte baptizandi.*
9 *Exufflatio, quæ fit à ſacerdote in baptiſmo, unde traxerit ortum.*
10 *Apertionis myſteriũ per Effeta, recenſetur.*
11 *Saliua quare tangantur nares & aures baptizandi, & de eius efficacia.*
12 *Competentes qui dicantur.*
13 *Symboli, & orationis dominicæ iniunctio, atque traditio.*

1 EXorciſmus † autẽ requiritur contra ſpiritum immundum, quem totiẽs increpans Chriſtus quandoq; ſolo iuſſu, quãdoque rebus, vel aliis mediis priori deſtituebat hoſpitio. Hic ergo catechumenis opportun⁹ eſt, prout ſcribit libro. 2. de origine officiorum. capi. 20. ISIDORVS. Puto autem omnes à Ioanne baptizatos in pœnitentia catechumenorum prætuliſſe figuram. Exorcizãtur autem hi primùm, deinde ſalem accipiunt, & inunguntur.

2 Exorciſmus † autem ſermo increpationis eſt contra immundum ſpiritum in energumenis ſiue catechumenis factus, per quẽ ab illis diaboli nequiſsima virtus, & inueterata malitia, vel violenta incurſio expulſa fugetur. Hoc ſignificat lunaticus ille, quem increpabat dominus Ieſus, & exiit ab illo dæmonium. Poteſtas autẽ diaboli exorcizatur, & inſufflatur in eis, vt eis renũtiet, atque eruti à poteſtate tenebrarum, in regnũ domini ſui per ſacramentũ baptiſmatis trãsferantur. Hæc ille. AVTH. Hiẽ

Exorciſmus.

3 † autem ad exorcizandum ritus, ne inter humanas traditiones calumniaretur à Witcleff, ab apoſtolis tractus, & à Chriſto noſcitur eſſe commiſſus: vbi aſcenſurus in cælum, ait, Signa autem eorũ qui crediderint, hæc ſequẽtur. In nomine meo dæmonia eiiciẽt, linguis loquẽtur nouis, ſerpẽtes tollent. Super quẽ locũ Homilia. 39. GREGO. Sãcta quippe eccleſia quotidie ſpiritualiter facit, qđ per apoſtolos tãtùm corporaliter faciebat. Nã ſacerdotes eius cũ per exorciſmi gratiã manũ credẽtibus imponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorum mente contradicunt, quid aliud faciunt, quàm dæmonia eiiciunt? Hæc ille. AVTH. Et lib. 2. de Symbolo in principio, Neophytos alloquens AVGVSTINVS. Quid, inquit,

Exorciſm⁹ à Chriſto inſtitutus.

Digitized by Google

eſt dilectiſsimi,quod in vobis celebratum eſt. Quid eſt,quod hac nocte circa vos actum eſt, quod præteritis noctibus actum non eſt, vt ex locis ſecretis ſinguli produceremini in conſpectum totius eccleſiæ? Ibi ceruice humiliata,quæ malè fuerat antea exaltata,in humilitate pedũ,cilicio ſubſtrato,in vobis celebraretur examẽ,atque ex vobis extirparetur diabolus ſuperbus,dum ſuper vos inuocatus eſt humilis altiſsimus Chriſtus. Omnes itaq; humiles eratis,humiliterq; petebatis orãdo, pſalendo,atque dicendo,Proba me Deus,& ſcito cor meum:probauit,examinauit, corda ſeruorum ſuorum timore tetigit, diabolum ſua virtute fugauit,atq; ab eius dominio ſuam familiam liberauit.Hæc ille. AVTHOR.His oblo quatur,his detrahat Witcleff,ſi vult ſuo fauere diabolo,celebrato examine, & baptizandi catechumeni nomine tradito,extirpatur diabolus ſuperbus,dum inuocatur humilis altiſsimus Chriſtus.Ipſeq; fugauit ſua virtute diabolum,& ab eius dominio ſuam familiam liberauit.Sed † cùm ſit ſalis ſacrificium non minus aliis,& ſine aſpero condimento ſalis,nec conditur carnis corrumpendæ ſuauitas, nec item fugatur à cadauerum corruptela muſca diaboli,idcirco primò ſal præparari iubetur. Vnde ſuper librum Regum in expoſitione BEDA, Sal cæleſtis ſapientiæ quo modo initiantur catechumeni in cunctis noſtrorum operum ſacrificiis offerre iubemur. Hæc ille. Et ſumitur de conſecratione. diſtin.4. Sal. AVTHOR. Hac de cauſa primùm(vt reor)dabatur in primitiuis eccleſiæ,cùm iam baptizabantur plures adulti,vt ſal ſapientiæ ſemper eſſet in ore, cùm contingeret inter Ethnicos,inter quos in numeros conuerſabantur, habere ſermonem. Sub qua metaphora dicebat apoſtolus ad Coloſſẽ.4.nouiter baptizatis. Sermo veſter in gratia ſale ſit cõditus,vt ſciatis quomodo vos oporteat ſingulis reſpondere. Super quem locum in expoſitione AMBROSIVS. Quoniã neceſſe eſt inter infideles nos ambulare,& colloquia miſcere cauſa conuerſationis mundanæ,hoc eſt,quod commonet,vt cum ſapientia ſit ipſa conuerſatio,propter ſcandalum gẽtiliũ,ne occaſionẽ accipiant per nos blaſphemandi,& incitentur ad perſequendum. Quid enim opus eſt loqui cum eo,quem ſcias intractabilem,& obſtinatæ mentis,paratum ad cõtumeliam faciendam? Ideo hoc monet,vt opportuno & loco & tẽpore magiſtra modeſtia religionis verba promantur.Hęc ille.AVTH. Habet † ergo hic ſal exorcizatus ſua myſteria,vt diabolum ab hac habitatione ſignata a-

4 *Salis exorciſmus.*

5 *Salis bona.*

ſperitate repellat,vt fluxum verborum ſapientiæ ſiccitate refrænet,& vt à fatua conuerſatione vitam & ſenſum,quos iam Chriſto dedicauit,iugi aſperſione coërceat. Vnde libro.2.de officiis.cap.20.ISIDORVS. Sales autem in myſteriis catechumenis dandos à patribus inde eſt inſtitutum,vt eorum guſtu,condimentum ſapientiæ percipiant,neque deſipiant à ſapore Chriſti,nec ſint fatui,& retro reſpiciant, ſicut vxor Loth,ne malum exemplum dantes Chriſti remaneant,& alios condiant, quemadmodum illa, quæ cùm liberaretur à Sodomis, in via poſita retro reſpexit: ibiq; remanſit facta ſtatua ſalis, quo ſigno condirentur hi, qui per fidem mũdo,& actibus, deſideriiſque eius renuntient, ne affectionis priſtinæ recordentur,neq; ad ſeculi illecebras reuocentur. Hæc
6 ille. AVTHOR. Vnde † non ſine grandi myſterio Ioannes baptizauit in Iordane in Ennon iuxta Salim vicum in octauo lapide à Scitopoli,dictum,vt quidam putant,à Salem ciuitate Sichimorum, quã ſubuertit Abimelech, & ſeminauit in ea ſalem, ſecundùm Hieronymum libro de diſtantiis locorum. Sicut mos erat veterum ciuitates anathematizare deſtructas,cum ductu aratri,& ſeminatione ſalis: ita & mãſionẽ diaboli deſertã ipſi reddamus ſancto ſale,& Chriſto fœcundã. Vnde hũc ſacrũ ritum ad baptiſmum annexum prophetando prædixit ſanctus Ezechiel cap.16.exprobrando Hieruſalem.Et aqua non eſt lota in ſalutẽ, nec ſale ſalita,nec inuoluta pannis. Quem textum exponens.6.homilia ſuper Ezechielem, ORIGENES.Qui accipimus gratiam baptiſmi in nomine Chriſti, loti ſumus: ſed neſcio quis lotus ſit in ſalutem.Simon lotus eſt,& baptiſma conſequutus,perſeuerabat in Philippi ſocietate:verùm quia non erat lotus in ſalutẽ, condemnatus eſt ab eo, qui in Spiritu ſancto dicit ad eum:pecunia tua tecum ſit in perditione. Ingentis eſt difficultatis eum, qui lauatur, lauari in ſalutem.Attendite catechumeni, audite,& ex his, quæ dicũtur,præparate voſmet ipſos, dum catechumeni eſtis, dum necdum eſtis baptizati,vt venientes ad lauacrum, laue mini ad ſalutem.Et infrà.Neque ſale ſalita. Et hoc crimen eſt Hieruſalem,quia non fuerat digna ſale Dei.Ego ſi credidero domino meo Ieſu Chriſto,ipſe me ſal faciet,dicetq; mihi, Vos eſtis ſal terrę.Si credidero ſpiritui,qui in Apoſtolo loquutus eſt,ſale condior,& poſſum prę ceptũ cuſtodire dicentis, Sermo veſter ſit ſemper in gratia ſale conditus. Grãde opus eſt ita ſaliri. Qui ſale conditur,gratia plenus eſt. Nã communi prouerbio ſalſus dicitur gratioſus, & econ

Salis ſcia.

Digitized by Google

& econtrariò inſulſus, qui non habet gratiam. Si gratia nobis à Deo venit, & complemur dono eius, ſale ſalimur. Hæc ille. AVTH. Poſt aquam igitur baptiſmalem ritum ſaliendi aperuit, qui eſt gratia ſapientiæ. Iterum poſt datū ſalem, increpatur diabolus, vt recedat, quēadmodum ſacerdos noſter Chriſtus, cùm iam aſcendiſſet de aqua, & tentaſſet eum diabolus, ait, Vade Satana. Et reliquit eum diabolus. Et Mar. 9. Ad ſurdum & mutum, Ego præcipio tibi, exi ab eo. De quo dixit diſcipulis, Hoc genus demoniorum nō eiicitur niſi in oratione
7 & ieiunio. Propterea orat ſacerdos † ſalem po-
Ergo male licte diabo ke &c. nēs in ore, & ſaliuā in aure, vt dęmoniū excludat ſurdum, & mutum, orans, & adiurās, Ergo maledicte diabole recognoſce ſentētiam tuā, & da honorem Deo viuo. Vnde libro de inſtitutis clericorum ca. 26. RABANVS. Tūc datur ei ſal benedictū, vt per ſal typicum, ſapientiæ ſale cōditus, fœtore careat iniquitatis, nec à vermibus peccatorū vltrà putrefiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Dehinc iterum exorcizatur diabolus, vt ſuam nequitiam agnoſcēs, & iuſtum ſuper ſe iudicium Dei timens, recedat ab homine. Hæc ille. AVTHOR. Et bene dicit, exorcizatur, ne peruerſus Witcleuiſta dicat ibi, Exorcizari creaturam Dei in paruulis, quod æquè pōderans libro primo de ſymbolo quaſi in principio AVGV. Ideo ſicut vidiſtis hodie, ſicut noſtis, & paruuli exufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli poteſtas inimica, quę decepit hominem, vt poſſideret homines. Non ergo creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exufflatur: ſed ille, ſub quo ſunt omnes, qui cum peccato naſcuntur (eſt enim princeps peccatorum) ac propter hoc, q̄ per vnū, qui lapſus eſt, omnes milit in mortem, miſſus eſt vnus ſine peccato, qui omnes in ſe credētes perducat ad vitam, liberās eos à peccato. Hæc ille. AVTHOR. Et ibi iterum exorcizando malignum, ſacerdos baptizati frontē ſigno crucis ſignat, dicens, Hoc ſignū ſanctæ crucis, q̄d nos frōti eius imponi-
8 mus. Totiens † enim ſignatur, vt nō dubitaret
Crucis frequens signatio. nec erubeſceret crucem Chriſti. Vnde ſermone primo ſecundæ partis ſermonum. AVGV. Deniq; ne dubitares, nec erubeſceres, quando primùm credidiſti, ſignum Chriſti in fronte, tāquàm in domo pudoris, accepiſti: recole frōtem tuā, no ſigna expaueſcas aliena. Qui enim, inquit ipſe dominus, confuſus in me fuerit coram hominibus, confundet illum filius hominis coram angelis Dei. Nolite ergo erubeſcere ignominiam crucis, quam pro te Deus ipſe non dubitauit excipere, dic cum Apoſtolo, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et reſpondet ipſe tibi Apoſtolus, Non me iudicaui aliquid ſcire in vobis, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Ille qui ab vno populo eſt tunc crucifixus, in omni populo eſt tunc cordibus
9 fixus. Hæc ille. AVTHOR. Quòd † autem *Exufflatio.*
tangit ſuprà Auguſtinus exufflationes baptizandorum, veterem ritum eccleſiæ detegit: ſecundùm tamen Dionyſium ipſe baptizandus iubebatur ter exufflare malignum capit. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ. DIONYSIVS. Inde ita ſtans, in occidentem attendentem, & manus ſuberigentem, atque ad ipſam regionem conuertentem exufflare iubet Satanam, & illius abnegationem confiteri, & ter ei abrenuntiationem teſtificantem, & confitentem. Hæc ille. AVTHOR. Non ſunt ergo hi ritus nouelli, quos antiquus pater Dionyſius à ſancto Paulo contraxit: hanc exufflationem, & abrenuntiationem ter factam maligno ipſe deſcripſit, & per Auguſtinum, & alios poſteriores ad tempora vſque noſtra tranſmiſit, quam velut ſanctæ eccleſiæ acceptam, nec ipſi hæretici Donatiſtæ audebant omittere, ſed audebant peruertere, vt quando debebant exufflare diabolum inter opera eius, auſi ſunt Chriſti exufflare baptiſmum. Prout inter plurima loca in epiſtola ad Criſpinum ſchiſmaticum queritur AVGVSTINVS. Ergo iſtorum baptiſmus acceptatur, & illorum exufflatur, qui nec iſtorum eſt, nec illorum, ſed illius, de quo dictum eſt, Hic eſt ille qui baptizat &c. Hæc ille. AVTHOR.
10 Demum † in ordine faciendi catechumenum *Apertio.*
apertionis celebrandum eſt myſterium, quod fit ex ſputo ſacerdotis miſſo ad aures & nares catechumeni: cuius rationem & exordium ſcribit libro primo de ſacramentis AMBROSIVS. Quid egimus ſabbato? Nempe apertionem, quæ myſteria apertionis celebrata ſunt, quando tibi aures tetigi, & nares: quod ſignificat in euangelio dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm oblatus ei eſſet ſurdus, & mutus, & tetigit aures eius, & os eius. Aures, quia ſurdus erat: os, quia mutus, & ait, effeta. Hebraicum verbum eſt, quod dicitur latinè, aperire. Ideo tibi ſacerdos aures tetigit, vt aperirentur aures tuæ ad ſermonem & eloquium ſacerdotis. Hæc ille. AVTHOR. Hic ſacer antiſtes non dedignatur allegoriam adhibere in obſeruantiam baptiſmalem, quam Witcleff ſubſannat, imò exponit, & per euāgelium Chriſti confirmati aures

inquiens

inquiens ſacerdos tetigit dicens vt Chriſtus effeta.i.aperite, vt aures ſint apertæ ad ſacerdotis eloquium,non modò tantùm ad myſteriũ,ſed deinceps ad vſum. Prout libro de myſteriis in principio idem AMBROSIVS. Aperite ergo aures,& bonum odorẽ vitæ æternæ in allato vobis munere ſacramẽtorum carpite. Quod vobis ſignificamus, cùm apertionis celebrantes myſterium,diceremus, Effeta, quod eſt aperire,& venturus vnuſquiſque ad gratiã quid interrogaretur cognoſceret, quid reſponderet meminiſſe deberet:hoc myſteriũ celebrauit in euãgelio Chriſtus, ſicut legimus cùm mutum curaret,& ſurdum.Hæc ille.AVTHOR.Notate fideles,quòd dicit Ambroſius hoc myſterium celebrauit Chriſtus in euangelio,ſic & cætera omnia: ſed ſparſim tũ pro captu temporis, quæ iam ad vnum myſteriũ tanquàm fragmenta miraculi ne perirent redegerunt apoſtoli,& tenet eccleſia. Simul & quod generali verbo ſine diſtinctione dicit ad omnes. Vobis ſignificauimus,cùm diceremus Effeta.Et quia Dionyſius & Auguſtin⁹ de exufflatione,& de crucis ſignatione,& ſale,& exorciſmis dederunt ſine quacunque exceptione cuiuslibet baptizati regulas generales, palàm eſt,quòd libertatem Witcleff, vel, ſecundùm Auguſtinum,vanam, & paganam licentiamliberè reſpuendi hos ritus, vſque ad ſua tempora nõ admiſit eccleſia, ſed nec diu poſt eos Rabanus vnquàm audierat, qui item indiſtinctè,vt illi,ſcribit libro de inſtitutione cleri

11 corum cap.26.RABANVS.Poſtea †tangun tur ei nares, & aures cum ſaliua, & dicitur ei, Effeta,quod eſt aperire. Hoc enim ſacramentum hîc agitur, vt per ſaliuam typicam ſacerdotis,& per tactum ſapientiæ virtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni operetur, vt aperiãtur ei nares ad percipiendum odorem notitiæ Dei:vt aperiantur illi &aures ad audienda mandata Dei,ſenſuq; interiori cordis reponẽ da.Deinde ſacerdotali benedictione munitur, vt ad ſacrum baptiſma cum fide accepta cuſtodiatur.Hæc ille.AVTHOR. Hanc benedictionem vltimò dat ſacerdos tãquàm catechizandi terminum,& baptizationis initium. Et ideo eam prẽcedit competentium myſterium per traditionem ſymboli,& orationis dominicæ.De quo libro.2.de officiis cap.21.ISIDO

12 RVS.Competentes † ſunt, qui poſt doctrinã fidei,poſt pœnitentiam vitæ, ad gratiam Dei percipiendam feſtinant:ideoque appellantur competentes,id eſt,gratiam Chriſti petentes. nam catechumeni tantùm audiunt, necdum petunt.Sunt autem quaſi hoſpites,& vicini fidelium:de foris audiunt myſteria, audiũt gratiam, ſed adhuc non appellantur fideles:competentes iam petunt,iã accipiunt, iam catechizantur,id eſt,imbuũtur inſtructione ſacramẽ *Symboli ditio.*

13 torum.Iſtis † enim ſalutare ſymbolum traditur,quia commonitorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium : quo inſtructi, agnoſcant quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant.Hæc ille.AVTHOR. His ergo dat mater eccleſia pabulum ſymboli poſt aliorum rituum alimenta,quoúſque parere poſsit lauacro baptiſmali.Vnde li.4.de ſymbolo in princi.AVGVSTI. Dum per ſacratiſsimum crucis ſignum vos ſuſcepit in vtero ſancta mater eccleſia,quos ſicut &fratres noſtros cum ſuma lætitia ſpiritualiter parit nouam prolem futuram tantæ matris,quoúſque per lauacrũ ſanctum regeneratos veræ luci reſtituat, congruis alimentis eos,quos portat,paſcat in vtero, & ad diem partus ſui lætos læta perducat. Et infrà.Omnia ſacramenta,quæ acta ſunt, & agũtur in vobis per miniſterium ſeruorũ Dei exorciſmis,orationibus,canticis ſpiritualibus, inſufflationibus,cilicio, inclinatiõe ceruicum, humilitate pedum, pauor ipſe omni ſecuritate appetendus: hæc omnia,vt dixi, eſcæ ſunt, quæ vos reficiũt in vtero,vt renatos ex baptiſmo,hilares vos mater exhibeat Chriſto. Accepiſtis & ſymbolum protectionem parturientis contra venena ſerpentis. Hęc ille. AVTH. Ecce tamen,quòd omnia ſacramẽta, quæ agũtur per miniſterium ſeruorum Dei presbyterorum,inquit,exorciſmis,orationibus, canticis ſpiritualibus,inſufflationibus, & cætera omnia,eſcæ ſunt,quæ nos reficiunt in vtero,donec parturiat nos mater noſtra in vtero baptiſmali.Sed quis eſt Witcleff, qui tanta vrgenti ſpirituali fame,qua nulla eſt maior, nos iubet ab omnibus eſcis iſtis propter libertatem illam Paganicam ſua tantum ſecuritate ſtare iubet? Et iſtæ,inquit Auguſtinus, vos reficiũt in vtero:ſed ſubdit, Accepiſtis & ſymbolum protectionem parturientis. Idcirco in primæua eccleſia dabatur ſymbolũ repetẽdum vnà cum oratione dominica ſabbato in Ramis palmarum, vt idem redderent ad octo dies. EX CONCILIO AGATENSI. Symbolum etiam placuit omnibus eccleſiis vna die,id eſt, ante octo dies dominicæ reſurrectionis publicè in eccleſia competentibus prædicare. Hæc ille. AVTHOR. Hoc habetur de conſecratione diſtinct.4.Symbolum. Quod ad punctum cõſequens Auguſtinus ſermone.59. tertiæ partis,qui eſt feria.3.de oratione dominica,quæ incipit,Reddidiſtis. AVGVST. prius ſym-

Saliua.

Benedictio ſacerdotis.

Competentes.

Digitized by Google

ſymbolum didiciſtis, vbi eſt regulà Dei & fidei veſtræ breuis & grandis. Breuis numero verborum, grandis pondere ſentẽtiarum: oratio autem, quam hodie accipitis, retinenda, & ad octo dies reddenda, ſicut audiſtis euangeliũ cùm legeretur ab ipſo domino data eſt diſcipulis ſuis, ab ipſis peruenit ad nos: quoniã In omnem terram exiuit ſonus eorum. Hæc ille. AVTHOR. Et iterum in ſermone quartæ partis, q incipit, Symbolũ reddidiſtis. AVGV. Tenete & hanc orationẽ, quam reddituri eſtis ad octo dies: quicunq; autem veſtrum non bene ſymbolum reddiderint, habẽt ſpatium. Teneantq; die ſabbati nouiſsimo, quo die baptizati eſtis: ad octo autem dies ab hodierno reddituri eſtis orationem, quam hodie accepiſtis. Hæc ille. AVTHOR. Loco autem huius iniungit ſacerdos modernis diebus, patrinis, vt dicant loco paruuli orationem dominicam cum ſymbolo, quia paruulo ad dicẽdum ætas non ſufficit.

¶ Quòd conſtituatur baptizandus ad fontem ſanctum, & renuntiet Satanę. CAP. XLIX.

SVMMA.

1 *Baptizãdus quomodo cõſtituatur ad fontẽ ſanctũ.*
2 *Abrenuntiationis actum quòd vbiq; ſolenniter exhibeat occidentalis eccleſia. Et quomodo apoſtolorum traditione ad eam peruenerit.*
3 *Dominus deſpõſaturus eccleſiã, quõ primò omniũ iubet eam abrenũtiare diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius.*
4 *Abrenũtiare diabolo, & omnibus operibus eius ac põpis, quòd Chriſtus nos præcipiat, oſtenditur.*
5 *Timotheus, & primæui, quomodo tenebant formã baptizandi cum renuntiatione Satanæ ex apoſtolica traditione.*
6 *Baptiſmum quòd non poſſit adipiſci quis ſine renuntiatione Satanæ, contra quoſdam.*
7 *Pompæ diaboli quæ ſint.*
8 *Baptiſmalis ritus, de abrenuntiãdo Satanæ, & põpis eius quomodo per apoſtolum Paulum fluxerit per orbem.*

1 IErminatur ordo catechizandi, & donec introducatur baptizandus ad ſacrum fontẽ, ſub hac ſanctitatis norma ſuſpenditur. Cùm † autem iuſſu ſacerdotis illuc inducitur, iuxta formam quandam orientalis eccleſię baptizãdus adultus exueret ſe, & nudus, & diſcalceatus occidẽtem aſpiceret, vt verſus ad regionem mortis, abrenũtiet diabolo, manibus erectis, & tandem ad orientem ductus, confiteretur Chriſtum. De quo cap. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Accedentem velut orientem vitam exuens, & vſque ad eas, quæ ſecundum illas extremas habitudines ſpolians, nudum, & diſcalceatum ſtatuit ad occidẽtem aſpiciẽtem, & manuum erectiõe obſcuræ malitiæ renuentem communiones: & ingenitum ipſi diſſimilitudinis habitum, tanquàm exufflantem, & totales confitentem ad deiformis contrarium abrenuntiationes. Sic perfectè in habitudinalem ipſum & incommunicabilem factum ad orientem traducit. Hæc ille. LINCOLIE. Poſtquàm hæc fecit, ſtatuit ipſum accedentem nudum, nõdum tamen omnimodè, & diſcalceatum, aſpicientem occidentem, & manuum ad hanc regionem erectione, obſcuræ malitiæ renuntiantem, ſeu exprobrantem communiones, hoc eſt, prædicto corporaliaſpectu, & manuum erectione ſignificantẽ ſe renuere omnes huiuſmodi communiones: & exufflatione corporali tanquàm exufflantem habitum diſſimilitudinis. Sequitur. Et cõfitentem totales, hoc eſt, omnimodas, & perfectas abrenuntiationes ad contrarium deiformis. Hæc ille. AVTHOR. Hanc † formam ſequitur exponendo hunc textum Amos, Nunquid currere quærunt in petris equi. libro. 3. cõmentariorum HIERONYMVS. In myſteriis primùm renuntiamus ei, qui de occidente eſt, nobiſq; moritur cum peccatis, & ſic verſi ad orientem, pactum inimus cum ſole iuſtitiæ, & ei ſeruituros nos eſſe promittimus. Hæc ille. AVTHOR. Quanuis autem totam hanc formam in occidentali eccleſia non ſeruemus, vbique tamen abrenũtiationis actum ſolẽniter exhibemus. Apoſtolorum enim traditione peruenit ad nos. Quod itẽ Paulus ſub aliis verbis dat intelligi ad Coloſſeñ. 2. dicens, Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquàm mundo viuẽtes decernitis? Quod exponens AMBRO. Omnis, inquit, qui baptizatur in Chriſto, moritur mundo. Cunctis enim ſuperſtitionum erroribus abrenũtiat, vt ſolam colat fidem Chriſti. Sequitur. Moritur autem his, quibus ſubiectus fuerat per errorem, dum negat illos, quos præſumpſerat eſſe. Et ita fit, vt per inimicitiam abrenuntiationis inuicem ſibi mortui dicantur homo, & elementorum cultura. Hæc ille. AVTHOR. Iuxta hanc ergo expoſitionem ad literã, quòd Paulus dicit mortuos eſſe

Coloſſen

Coloſſenſes Chriſto ab elementis huius mun di, hoc intendit abrenuntiaſſe illos diabolo, qui ſpiritualis nequitia eſt in cæleſtibus. Et hoc quidem ab inſtitutione Chriſti proceſsit, prout exponit illum textum Tobiæ, partem iecoris ſuper carbones. lib. ſuper Tobiam BE DA. Dominus accepturus eccleſiam de genti bus, in primo diſpenſationis eius initio iubet eam in ſingulis credentibus abrenuntiare Satanæ, & omnibus operibus eius, etiã omni bus pompis eius. Ac deinde confiteri fidem ſanctæ trinitatis in remiſsionem peccatorum, quod eſt intima piſcis viſcera viuis concrema re carbonibus, quibus actis, angelus apprehẽ dens dæmonem, ligauit: quia poſt abrenuntia tionẽ diaboli, poſt cõfeſsionem rectæ fidei, ſe quitur remiſsio peccatorum, expulſo dæmo nio per aquã baptiſmi. Hæc ille. AVTHOR. Validum põdus habet, quod vir prouidus ver
3 borum Beda dicit, quòd † dominus deſponſa turus eam, id eſt, eccleſiam, primò omnium iu bet eam abrenuntiare diabolo, hoc eſt enim quod primò omnium ad ſacrum fontem ſacer dos interrogat, Abrenuntias Satanæ? Et ite rum, & omnibus operibus eius? Et tertiò, & o mnibus pompis eius? Reſpondente ipſo conti nuè, Abrenuntio, dedit eo ipſo chirographũ baptiſmale profeſsione ſolenni, quo corã Deo retineatur obnoxius. Vnde lib. 1. cap. 2. de ſa cramentis. AMBROSIVS. Quando te inter rogauit, Abrenũtias diabolo & operibus eius, quid reſpondiſti? Abrenuntio. Abrenuntias ſeculo, & voluptatibus eius? Abrenuntio. Me mor eſto ſermonis tui, & nunquàm tibi exci dat tuæ ſeries cautionis. Si chirographum ho mini dederis, teneris obnoxius: vt pecuniam eius acceperis, teneris aſtrictus, & reluctantem te fœnerator aſtringit, atque illic tua caution conuinceris. Vbi promiſeris cõſidera, vel qui bus promiſeris. Leuitam vidiſti, ſed miniſter eſt Chriſti. Vidiſti illum ante altaria miniſtra re, ergo chirographum tenetur tuum, non in terra, ſed in cælo. Hęc ille. AVTHOR. Is ergo abrenuntiationis actus & profeſsio ſolennis, qua ad Chriſtum incipit pertinere, quod eſt. Et hoc iuxta quoſdam eſt pactum, quod Chri ſtus nos dixit facturos eſſe cum aduerſario, dũ ſumus cum illo in via. Vnde ſuper illum locũ Matth. 5. libro. commentarij. HIERONY MVS. Quidam cautiùs diſputãt in baptiſma te ſingulos pactum inire cum diabolo, & dice re, Renuntio tibi diabole, & pompæ tuæ, & vi tiis tuis, & mundo tuo, qui in maligno poſitus eſt. Si ergo ſeruauerimus pactum, beneuoli, & conſentientes ſumus aduerſario noſtro, & ne quaquã in carcetem recludendi: ſin verò quid quàm tranſgreſsi fuerimus eorum, quæ diabo lo ſpoponderimus, trademur iudici, ac mini ſtro, & mittemur in carcerem, & nõ exibimus ex eo, donec reddamus nouiſsimum quadran tem. Hæc ille. AVTHOR. Sed quòd Ambro ſius abrenuntiationem ſecundam confirmat ſeculo, & voluptatibus eius, hac ratione æſti mo, qua dicimus nos & omnibus operibus eius & pompis. Ipſe eſt enim princeps hu ius mundi, & ſic eiicitur foras, cui nullus ple nè renuntiat, qui mundo non renuntiat. Ideo iubens Chriſtus reddere quæ ſunt Dei Deo, præmiſit quæ ſunt Cæſaris Cæſari, prout no tat libro. 10. ſuper Lucam ca. 20. AMBRO. Be ne prius quæ Cæſaris Cæſari ſunt reddẽda de cernit. Neque enim poteſt eſſe quis domini, niſi prius renuntiauerit mundo: ſed omnes re nuntiamus verbis, non omnes renuntiamus affectibus. Nam cùm ſacramenta ſuſcipimus, renuntiamus: quàm grauia vincula promitte re Deo, & non ſoluere? Hæc ille. AVTHOR. Ergo libertas Witcleff non erat libertas eccle ſiæ ante dies Ambroſij: ipſe enim generali ver bo dicit, omnes renuntiamus verbis, quia cùm ſacramenta ſuſcipimus, renuntiamus, non au tem affectibus omnes: ne dicat Witcleff eos renũtiaſſe mẽtaliter, ſed verbis inquit. Quis er go tũc liberè vtebatur his ritib⁹ liberèq; dimi ſit, iam Witcleff exponat: maximè ſi præce pto Chriſti huic ritui omnes erant aſtricti, vt ait Beda. Et item ſuper hunc textum Gene. Ne quaquam interficietur vltrà aquis diluuij o mnis caro. BEDA. Intelligendum quia priſcę noſtræ conuerſationi dominus quodammo do maledicat, & in baptiſmo hanc diſsipet, cũ abrenuntiare nos diabolo, & omnibus operi bus eius, ac pompis præcipiat, acſi demum no ua confeſsione mũdati, ad benedictionis æter næ gratiam mereamur attingere. Hęc ille. AV
4 THOR. Ecce † quòd Chriſtus nos abrenun tiare diabolo, & omnibus operibus eius, ac põ pis præcipiat: & hæc ideo trina abrenuntiatio facta prædicatur in primæua eccleſia. capit. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ in pricipio DIONY. Deinde ſtatuens ad occidentem attendentem & manus erigentem ad eandem conuerſus re gionem exuffłari quidem ipſi ter iubet Sata nam, & adhuc quę abrenuntiationis confiteri, & ter ipſi abrenuntiationi teſtificatus confeſ ſum ter hoc traducit ad orientem. Vbi LIN CO. Hoc eſt inſuper confiteri ea, quæ abrenũ tiationi Satanæ, & operibus eius, & cõfeſſum ter hoc, id eſt, expreſſam eam abrenuntiatio nẽ traducit ad orientẽ. Hæc ille. AVTHOR.

Et ſicut

Digitized by Google

Et ſicut dixi ſeculō & pompis eius, qualiter fecit Timotheus in baptiſmo ſuo. Quod item cō memorat ſanctus Paulus. 1. ad Tim. 6. dicens, Apprehende æternam vitam, in quam vocatus es, & confeſſus es bonam confeſsionē coram multis teſtibus. Super quod ad literam in annotationum libro HIERO. Confeſſus es bonam confeſsionem in baptiſmo, renuntiando ſeculo, & pompis eius coram multis teſtibus, coram ſacerdotibus, vel miniſtris, virtutibuſq; cæleſtibus. Hæc ille. AVTHOR. Hāc † ergo formam tenebant ex apoſtolica traditione Timotheus, & primæui, prout cōformiter eundem textum in expoſitiōe ſua tangit AMBRO. Fidei victoria eſt, cū omnia vitia, & crimina ſubiugantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniatur. Cuius confeſsio inter ipſa rudimenta fide teſte & reſpondente monimentis eccleſiaſticis continetur. Hæc ille. AVTHOR. Scripſit ergo Apoſtolus confeſsionem, & nomen baptizati, relinquens illud monimentis eccleſiæ, & ita demum ſcribenda erant in memoriis angelorum, & in libro vitę cōformiter ad Ambroſium iam ſuprà. Hæc ipſa, ſcilicet abrenuntiatio, profeſsio noſtra eſt: in angelorum concione ſcripta eſt. Vnde lib. 2. de Symbolo citò poſt principium AVGV. Adiutoriū noſtrum in nomine domini. Si adiutoriū noſtrū eſt in nomine ipſius, renuntiemus diabolo, pompis, & angelis eius. Videte dilectiſsimi, quia hanc profeſsionem noſtram in curiam profertis angelicā. Nomina profitentium in libro excipiūtur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cælitùs poteſtate. Hæc ille. AVTH. Ecce q̄ profeſsio noſtra hæc eſt, quando renūtiamus diabolo, & in libro vitæ, excepta à ſuperiore cælitus poteſtate. Hanc ergo renuntiationem quidam ſecundū prætenſam libertatem Witcleff, volentes effugere, conabātur ſine hac renuntiatione adipiſci baptiſmū, dicentes ſolam requiri fidem, nō opera, vt quis baptizetur, dicēte domino, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Contra quos librum ſuum de fide & operibus edidit Auguſtinus. Et tandem
6 in finē. AVGV. De † his tribus quæſtionibus ſatis, quantū exiſtimo, diſputaui, demōſtraui-q; ſic tolerādos in eccleſia malos, vt nō negligatur eccleſiaſtica diſciplina, ſic catechizādos eos, qui baptiſmū petunt, vt non ſolùm audiāt atq; ſuſcipiant quid credere, verum etiam qualiter viuere debeāt. Sequitur. Non itaq; culpātur diſpenſatores fideles, non ſua negligentia vel pigritia, ſed quorūdam potiùs cōtumacia, qui pecuniam dominicam recuſant accipere, & adulterinam ſuam cogunt ſeruos dominicos erogare, dum volunt ſaltem tales mali eſſe, quales ſanctus Cyprianus commemorat, ſeculo verbis, & non factis renuntiantes: quando nec verbis renuntiare diaboli operibus volunt, cùm ſe in adulterio permanſuros voce apertiſsima profitentur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce Witcleff profeſſores libertatis tuæ, volentes ſcilicet verbis tantùm ſeculi & diaboli renuntiare operibus, ſed voce apertiſsima in adulterio ſe permanſuros profitentur. Contra quos petit non culpari presbyteros, qui tam mali eſſe nolint, vt ſine hac profeſsione eos recipiant: & tandem regulam generalem indicēs, iubet, ne ſine ea quiſquam ad baptiſmum accedat, libro. 3. de ſymbolo in principio AVGVSTINVS. Apoſtolus Petrus alloquēs fideles: Vos, inquit, tanquàm lapides viui ædificamini in domum ſpiritualem. Quiſquis huic ædificio iungi deſiderat, renuntiet diabo-
7 lo, pompis, & angelis eius. Pompæ † diaboli ſunt illicita deſideria, quæ turpant, non quæ exornant animam: vt ſunt deſideria carnis, deſideria oculorum. Ambitiones ſeculi ad concupiſcentiam carnis pertinent, illecebræ voluptatis ad concupiſcentiam oculorū. Nugacitas ſpectaculorum ad ambitionem ſeculi, & inſana ſuperbia, vbi eſt fumus inflatus: vt homo poſitus in aliqua poteſtate hominem ſe eſſe non agnoſcat, cùm de homine iudicat. Hæc ille. AVTHOR. Hoc eſt quod dixi in pompis ſeculi voluptates & ambitus ſeculi contineri. Quibus omnibus neceſſe eſt, vt accedens ad baptiſmum renuntiet, ita vt his mortuum ſe eſſe reſpondeat, vt Chriſto reſuſcitatus appareat: quo inſtituto tunctos fideles Apoſtolus Paulus admonuit ad Coloſſenſes. 2. dicens: In quo & circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in ſpoliatione corporis carnis, in circunciſione Chriſti vnà cum ipſo ſepulti in baptiſmo, in quo & ſimul reſurrexiſtis per fidem. Super quod AMBROSIVS. Illic enim vetus homo deponitur, & nouus aſſumitur: peccatis moritur, vt iuſtitiæ viuat: elementis abrenuntiat, vt Chriſto ſocietur: reſurrectionis futuræ tenens pignus, exemplo Saluatoris, qui reſurrexit à mortuis. Hæc igitur commonuit, vt perſeuerarent in abrenuntiando pompæ, & præſtigiis Satanæ: qui idcirco elementorum ſuadet cultum, vt à Deo auocet, participes apoſtaſię ſuæ volens efficere homines, AVTHOR. Ex hoc noſſe poterit noſter Wit
8 cleff ritum † iſtum baptiſmalem de abrenuntiādo Satanæ & pompis eius per Apoſtolum Paulum fluxiſſe per orbem, dicēte Ambroſio

cum

Digitized by Google

eum commonuiſſe populos Coloſſen. per verba prædicta, vt perſeuerent in abrenuntiando pompæ, & præſtigiis Satanæ, quam ante fecerant in baptiſmo. Quòd ſi liberum fuiſſet tũc cuilibet baptizando ipſam abrenuntiationẽ non facere in ſuſceptione baptiſmi, non ſcripſiſſet eos generaliter perſeueraturos, quos neſciret abrenuntiaſſe de certo.

¶ Quòd baptizandus vngatur in pectore, & in ſcapulis, & de profeſsione credendi.

CAP. L.

SVMMA.

1 *Vnctio in baptiſmo. Et quomodo à primæuis ſit ſeruata eccleſiæ.*
2 *Athletarum unctio deſcribitur.*
3 *Agon & certamen Chriſtiani. Et quomodo unctio fiat ad agonem.*
4 *Interrogatio de fide quomodo fieri debeat ante baptiſmum.*
5 *Aqua munda quomodo exhibeatur in baptiſmate.*
6 *Parentum pro liberis ſponſionis origo.*
7 *Nominis in baptiſmate impoſitio.*

Vnctio in baptiſmo. 1 Abrenuntiatione facta, & ſolenni profeſsione completa, vngitur † baptizãdus. De qua vnctiõe propheta Ezechi. exprobrãter tangit virum apoſtatam, dicens, Oleum meũ, & incenſum meum poſuiſti ante faciem eorum. Ezechi. 16. Vbi Homil. 7. ORIGENES. Oleum, quo vngitur vir ſanctus, oleum Chriſti, oleum ſanctæ doctrinæ. Cùm ergo acceperit quis hoc oleum, id eſt, ſcripturam inſtituentem quomodo oporteat baptizare in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & pauca cõmutãs, vnxerit quempiam, & quodammodo dixerit, iam non eſt catechumenus conſequutus lauacrum ſecundæ generationis, talis homo accipit oleum Dei, & ponit ante faciem idolorum. Hęc ille. AVTHOR. Hoc dicit pro viro hæretico, qui cordis proprij coniectura, quam ibi idólum appellauit, formam baptiſmi per ſcripturas expreſſam commutat. Talis enim quanuis ritus quoſdam, vt vnctionem, obſeruet, tamen ſanctum oleum coram idólo ſuo poſuit: qui autem formam tenet eccleſiæ, oleum coram Deo ponit, quam formam quia vetus, Origenes teſtatur. Et quòd à primæuis ſeruata ſit in eccleſia. Et de ſignificatiõe eius ſcribit ca. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Non oportet recedere ſolùm à malitia vniuerſa, ſed & viriliter inflexibilem eſſe, & intrepidum ſemper, & aduerſus eã, quæ ad ipſam pernicioſa eſt, remiſsionem. Et infrà. Videsne horum diligentes imagines in his, quæ hierarchicè fiũt? Deiformis enim quidam hierarcha incipit ſacram vnctionẽ, ſacerdotes autẽ in ipſo perficiunt vnctionis miniſtrationẽ, ad ſacros in typo eum, qui perficitur, agones euocãtes, ſecundùm quos athleta Chriſto effectus eſt, quia vt Deus athletiæ conditor eſt, vt ſapiens autem leges ipſius poſuit. AVTHOR. Vbi COMMENTATOR. Non enim ſolũ oportet recedere à malitia vniuerſa, ſed & viriliter, hoc eſt, fortiter inflexibilem eſſe, & intrepidũ, vt videlicet nec propria relaxatione, nec alterius terrore retrahatur, & hoc ſemper inceſſãter. Et infrà. Hæc autem non fiunt, niſi fortiter agonizando contra carnẽ, mundum, & diabolum: imò hæc facere, eſt fortiſsimè agonizare.

Athletarum unctio. 2 Solebant † autem athletæ agonizaturi, vnguento odorifero, & confortatiuo vngi, vt vnguenti lubricitas eos faceret irretrahibiles, & non impedibiles ab aduerſariis: & odor cerebrum, & per conſequens ſenſus cõfortaret, & ipſius penetratio neruos, & oſſa irrigaret, & ſpiritus motiuos multiplicaret, & ſic athletam roboraret. Vnde & athletæ dicuntur, quia aliptes eſt vnctor, & verbum, alipho, vngo. Sequitur. Dictæ itaque ſpiritalis agonizationis & expeditionis ſymbolum eſt ſacra vnctio, quã hierarcha typum, vicem, & perſonam Chriſti gerẽs incipiet, & ſacerdotes typum angelorũ gerentes perficient. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſanctus pater Dionyſius totum ritum ſacræ vnctionis exponit, & typos eius: ita, vt pateat tũc baptizatos fuiſſe regulariter prius vnctos, vt ſciant ſe abrenuntiationem præactam non niſi agonizando defendere: quam declarationem Dionyſij poſteriores patres penè cuncti ſequũtur. Vnde ſermone tertio primæ partis AVGVSTI. Baptizatus es, mundatus es, vnctus oleo, reſtauratum eſt corpus tuũ ad priorem ſtatum prioris illius hominis ante peccatum: noli poſtmodum malè ſecurus eſſe. Ad † agonem perduceris, contra diabolum vitiorũ principẽ: dimicabis in arena huius mundi vtri uſque partis, Chriſti ſcilicet, & diaboli: infinita populi multitudo te expectat luctantem, & vter vincat, vide omnem turbam nimia intentione pendentem: non de te triumphet pars diaboli.

Agõ Chriſtiani. 3

Digitized by Google

pars diaboli. Si vis vincere, noli de te præſumere, ſed illi aſsigna victoriæ gloriam, qui tibi donat, vt victoriæ perferas palmam. Vis vincere? caput prius contere inimici, excludendo de corde tuo ſuggeſtiones diaboli. Vis vincere? manus tuæ fortes inueniantur in bono opere. Vis vincere? fige pedes, non mutentur veſtigia tua, frequentando ſpectacula, & deſerendo eccleſiam: ſed vt hæc omnia in tã magno agone & tam ingenti luctamine poſſis implere victoriam, mittat tibi auxilium Dominus de ſancto, & de Siõ tueatur te. Hæc ille. AVTHOR. Hæc ergo vnctio eſt ad agonem, alia quæ fidei conſequitur ſacramentum, ad dignitatẽ accipitur, ſed eſt hæc prior: quia non coronatur, niſi qui legitimè certauerit: ideoque per hanc vnctionem in pectore, & ſcapulis, præparatur ad pugnam: luctã neceſſe habet exercere cum diabolo, cui iam abrenuntiauit, & cunctis eius operibus. Non pepercit domino Saluatori, in quo ab origine non habuit quicquàm, ſtatim poſt baptiſmum eum certando aggreditur: quis putet eum olim ſuum formidare mancipium, & nõ inſequi contemptorem? De hoc libro primo de ſacramentis. AMBRO. Quemadmodum dicit Apoſtolus ſanctus, Sit in te fidei, deuotioniſque plena fragrantia. Venimus ad fontem. Ingreſſus es, Conſidera quos videris, quid loquutus ſis. Conſidera, repete diligenter. Occurrit tibi leuita. Occurrit tibi preſbyter. Vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſeculi luctaturus, profeſſus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod ſperet: vbi certamen, ibi corona. Luctaris in ſeculo, ſed coronaris à Chriſto, & pro certaminibus ſeculi coronaris. Nam etſi in cælo præmium, hîc tamen meritum præmij collocatur. AVTHOR. Quanta ſerie, quanta ſyncritate fidei, ſancti patres à principio tractãt cum omni conformitate myſterium vnctionis? Sed & hæc vnctio præambula eſt ad vnctionem, quæ ſequatur epiſcopi, neutra tamẽ iteranda. Vnde lib. 3. regiſtri epiſtola. 9. GREGO. Epiſcopus baptizatos infantes ſignare bis chriſmate non præſumat, ſed presbyteri baptizandos tangant in pectore, vt epiſcopi poſtmodum tangere debeant in fronte. Hæc
4 ille. AVTHOR. Iam † properãt ad baptiſmum: ſed prius reſtat interrogare de fide, dicẽte Chriſto, Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Vnde conſequẽter in eccleſia quæſtio de fide præceſsit ſine dilatione baptiſmum. Nam & Simon ipſe Magus prius credidit, & tunc baptizatus adhærebat Philippo: & cùm

interrogatio de fide.

dixiſſet Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Interrogauit eum Philippus ille diaconus vnus de ſeptem, Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens, ait, Credo Dei filiũ eſſe Ieſum. Et baptizauit eum. Actuum. 9. Vbi in expoſitione Actuum RABANVS. Non ignorabat eius fidem, ſed volebat manifeſtã confeſsionem fieri, vt baptizaturis, & baptizandi, & interrogandi, & manifeſtandi, & confitendi præberetur exemplum. Hæc ille. AVTHOR. Primitiuæ ergo eccleſiæ patres hũc ritum confitendi nobis tradidêre ſeruandum: ſic enim apertè facta renuntiatione principi peccatorum, & ſuſcepto contra eum certamine, ſcutum fidei pręliator aſſumat. De quo lib. 3. de ſymbolo ad principium AVGVSTINVS. Poſtquàm autem homo renuntiando diabolo excludit peſsimum inuaſorem, introducat optimum poſſeſſorem &c. Credat in Deum patrem omnium, omnipotentem &c. Magnum donum eſt gratiæ, credere, & intelligere Deũ. Sed quid Propheta dicit, Niſi credideritis, non intelligetis. Credamus ergo, vt intelligamus: ſed oremus, vt mereamur videre quod credimus. Hæc ille. AVTHOR. Interrogatur autem viciſsim de fide triũ perſonarum, ſi credat in patrem, ſi credat in Ieſum Chriſtum, ſi credat in ſpiritum ſanctum: quia in nomine harum triũ perſonarum baptiſma expreſſè conſequitur. Vnde libro de myſteriis circa mediũ AMBRO. Vbi duo, vel tres ſunt cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum: quantò magis vbi eſt eccleſia, vbi myſteria ſua ſunt, vbi dignatur ſuam impertiri præſentiã? Deſcendiſti, ergo recordare quid reſponderis. Quòd credas in patrem, credas in filium, credas in Spiritum ſanctum, non habes illic, Credo in maiorem, & minorem, & vltimum: ſed eadem vocis tuæ vocatione conſtringeris vt ſimiliter credas in filium, ſicut in patrẽ credis. Similiter in Spiritum ſanctũ credas, ſicut credis in filium. Hoc ſolo excepto, quòd in cruce ſolius domini noſtri Ieſu Chriſti fateris tibi eſſe credendũ. Hæc ille. AVTH. Hæc eſt ergo ſecunda profeſsio, qua credit in Deum: prima erat diffiteri diabolum. Et libro. 7. de fide ad Gratianũ idem AMBRO. Aduerte quòd tertiò repetita figura myſterij operationẽ trinitatis expreſsit. Et ideo in myſteriis interrogatio trina defertur, & confirmatio trina celebratur: nec poteſt quis niſi trina confeſsione purgari. Hæc ille. AVTHOR. Quanta huius celebritatis neceſsitas, vt non poſsit quis niſi hac trina profeſsione purgati? Cùm autem paruuli offeruntur, qui crede-

re neſciunt corde ad iuſtitiam, patrini reſpondeant, in quorum fide ſaluentur. ¶ Exhibetur
5 † & aqua munda. De qua Apoſtolus indifferenti vſus ſermone pro ſingulis, Accedamus
Aqua munda. cū vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda. Ad Hebræos. 4. Supra quem locum in expoſitione AMBROSIVS. Lauacrum baptiſmatis in hoc loco dicit. Baptiſma enim corporis mundatio non eſt, ſed animæ: ſi fides adeſt baptizato, ſiue parentum, ſiue ipſius, ſi ipſe ad rationabilem ætatem peruenerit. Hæc ille. AVTHOR. Nec eſt iſta conſuetudo eccleſiæ modò recens, imò apoſtolica traditio ſi non eſſet, longè ante temporibus ſpreta fuiſſet: vt probat Auguſtinus libro decimo ſuper Geneſim ad literam capitulo. 30. AVGVSTINVS. Conſuetudo matris eccleſiæ de baptizandis paruulis nequaquàm ſpernēda eſt, neque vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda, niſi apoſtolica eſſet traditio. Hæc ille. AVTHOR. Et à factis Chriſti quidam patres traductum probant exēplum, velut cum mulier Cananæa dixerat in perſona filiæ, Miſerere mei domine fili Dauid. In quem textum ſecūdùm Tho. REMIGIVS. His verbis datur nobis exemplum catechizandi, & baptizandi pueros, quoniam hæc mulier non ait, domine ſalua filiam meam, aut, adiuua filiā meam, ſed miſerere mei, & adiuua me. Hinc †
6 etenim deſcendit conſuetudo in eccleſia, vt fideles pro ſuis paruulis fidem Deo promittāt,
Parentum pro liberis ſponſionis origo. quando ipſi non ſunt tātæ ætatis, & rationis, vt fidem Deo promittere per ſe valeant. Nam ſicut fide iſtius mulieris ſanata eſt filia eius, ita & fide catholicorum virorum peccata paruulis relaxantur. Hæc ille. AVTHOR. Sed quid ſi tales ferētes paruulos alia fide veniāt, quàm communi eccleſiæ: nunquid proderit paruulis quos geſtabunt ipſorū oblatio ad regenerationis effectum? Reſpondet Auguſtinus ꝙ ſic, epiſtola ad Bonifacium, quæ eſt. 12. AVGVSTINVS. Nec illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad percipiendum baptiſma paruulos ferunt, vt in gratia ſpirituali ad vitam regenerētur æternam, ſed quod eos putent hoc remedio temporalem retinere vel recipere ſanctitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab iſtis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos neceſſaria miniſteria, & verba ſacramentorum, ſine quibus paruulus conſecrari non poteſt. Spiritus autem ille ſanctus, qui habitat in ſanctis, ex quibus vna illa columba deargentata charitatis igne conflatur, agit quod agit, etiam per ſeruitutem aliquando non ſolum ſimpliciter ignorantium, verum etiam dānabiliter indignorum. Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam ſpiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum geſtantur manibus, quanuis & ab ipſis, ſi & ipſi boni fideles ſunt, quàm ab vniuerſa ſocietate ſanctorum, ac fidelium. Ab omnibus nanque rectè offerri intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quibus ſancta, & indiuidua charitate ad communicationem ſancti ſpiritus adiuuantur, AVTHOR. Obtinuit ergo vim ſuam conſuetudo eccleſiæ, vt reſpondeant parentes pro paruulis, & ipſi ſaluentur in fide parentum ab inſtitutione Chriſti primæua, ſaltem vbi facultas deeſt eis reſpondendi pro ſe: qualiter huius filia pro vexatione dæmonij, & filius habens ſpiritum mutum Marci nono, pro quo requiſiuit Chriſtus fidem parentis ſi poſſet credere: ipſe autem cum lachrymis exclamans: Credo domine, adiuua &c. Non interrogauit de filio ſi credit, nec reſpondet pater, quòd crederet, ſed ab ipſo patre fides exigitur, & in eius ſalutem reſpōdit, Credo. Hac ratione nulla eſt iniuria ſacramenti, ſi ſacerdos offerentē interrogat, Credis in Deum? & ipſe loco baptizandi reſpondet item, Credo: ita vt ſacramentum ſalutis ſuſceptus obtineat in pia fide
7 & credulitate ſanctorum. Nec † ſolùm tunc *Nomina in poſitio.* interrogabat ſacerdos de fide, ſed item de nomine: pro quo reſpondeant patrini, & aſtantes confitentes, & nomen baptizandi propoſitum. Vnde capitulo priori ſecundo de eccleſiaſtica Hierarchia in prima parte DIONYSIVS. Hic quidem à ſacerdotibus ad aquam ducitur ad Hierarchæ manuductus manum, Hierarcha verò deſuper ſtans nomen quærit, reclamantibus illis quidem ter, ipſum Hierarcha baptizat. Hæc ille.

¶ De conſecratione ſacri fontis, & trina immerſione habentis caput primò ad oriētem, cuius vertex poſt baptiſmum chriſmate inungatur.

CAP. LI.

SVMMA.

1 *Fontis conſecratio quomodo exigitur fieri antequā baptizatum abluat ſacerdos, & quare.*
2 *Eccleſia primæua quomodo prius conſecrauit fontem, quàm baptizatum immitteret.*
3 *Chriſtus quomodo ante Spiritum ſanctum deſcendit in aquas. Et qua ratione.*

Chriſtum

Digitized by Google

4 *Chriſtũ in quibus imitari non poſſumus.*
5 *Baptizandus antequam immergatur quare orientem uerſus reſpiciat.*
6 *Baptizandus quomodo ter debeat immergi, & nõ ſemel tantùm, ut quidàm erronei ueteres dixerunt.*
7 *Symboli articulos quare commiſcuerit ſigillatim cum immerſionibus Ambroſiana eccleſia.*
8 *Chriſmatis unctio quomodo fiat poſt trinã immerſionem in uertice. Et quæ ſit ratio.*



1 Onſecratio † item fontis exigitur fieri priuſquàm abluat baptizatum: quia prius neceſſe eſt vt Spiritusſanctus feratur ſuper aquas, & terra nuda humanæ carnis appareat ſatis aptata germinibus. Quam quidem fontis conſecrationem prædicto ſæpe. 2. capi. notat. DIONYSIVS. Ipſe ſcilicet ſacerdos ad matrem filiorum adoptionis venit, & huiuſmodi aquam ſacris inuocationibus ſanctificans, & tribus ſanctiſsimi vnguenti cruciformibus effuſionibus perficiens ipſam, & vnguenti ſanctiſsimis immiſsionibus æquali numero ſacrũ Deo acceptorum prophetarum inſpirationis melodima ſimul ſuperenuntiãs. AVTHOR. Vbi in expoſitione LINCOLIEN. Ipſe venit ad matrem filiorum adoptionis, & ſanctificans ſacris inuocationibus aquam huius matris prædictæ ſcilicet fontis, & perficiẽs ipſam, hoc eſt eius complẽs ſanctificationem tribus ſacratiſsimi vnguenti, id eſt, chriſmatis cruciformibus effuſionibus in aquam ſcilicet fontis & vnguenti. Sequitur. Simul cum his ſuper enuntiãs ſacrum melodima, ſeu ſacram melodiam inſpirationis Deo acceptorum prophetarum. Melodima, quod per inſpirationem diuinam cecinit Dauid. Melodima enim, quod tunc dixit Hierarcha, eſt. 28. pſalmus cum halleluia: quod melodima non eſt aliorum prophetarum, ſed ſolius Dauid. Hæc ille. AV-
2 THOR. Ecce † quòd primæua eccleſia prius conſecrauit fontem, quàm baptizatum immitteret, & vbi opportunitas affuit, Spiritum ſanctum inuocat, cruce ſignando ſanctificat, trina immiſsione ſancti chriſmatis ad modũ crucis aquam perficit, & enuntiat propheticum melodima: pro nunc autem illum Dauidicum verſum, Vox domini ſuper aquas: ita vt verũ ſemper erat ab initio aquas non ſanctificare niſi ſanctas (vt ſecundùm Ambroſium & Auguſtinum in. 5. libro deduxi) & aduentu Spiritus ſancti emundatas. Quanquam Chriſtus in aquas nondum ſanctas, ſed quas ipſe corpore ſuo ſanctificaret, prius deſcendit, & tunc Spiritus ſanctus aduenit: prout notat proceſſum, & largitur cauſam libr. primo de ſacramentis verſus finem AMBROSIVS. De
3 ſcendit † Chriſtus, deſcendit & Spiritus ſanctus: quare prior Chriſtus deſcendit, & poſtea Spiritus ſanctus, cùm forma baptiſmatis & vſus hoc habeat, vt ante fons conſecretur, & tunc deſcendat qui baptizandus eſt? Nam vbi primùm ingreditur ſacerdos, facit exorciſmum. Secundò ſuper creaturam aquæ inuocationem: poſtea & precem defert, vt fons ſanctificetur, & aſsit præſentia Trinitatis æternæ. Chriſtus autem ante deſcẽdit, ſequutus eſt ſpiritus. Qua ratione? Vt non ipſe quaſi egere dominus Ieſus ſanctificationis myſterio videretur, ſed ſanctificaret ipſe, ſanctificaret & ſpiritus. Ergo deſcendit in aquam Chriſtus, & Spiritus ſanctus ſicut columba deſcendit. Pater quoque Deus de cælo loquutus eſt. Habes præſentiam Trinitatis. Hæc ille. AVTHOR. Egregio ſenſu eccleſiæ definit iſta pater egregius Ambroſius, ſcilicet quòd ante Spiritũ ſanctum deſcendit Chriſtus in aquas: quia ipſe deſcendit ſanctificaturus aquas, ne baptiſmo propter ſe videretur egere. Nos prius inuocamus Spiritum ſanctum, qui ſanctificatis aquis egemus, nec ſanctificare ex nobis ſufficimus. Hæc ergo alia ratio ſatis grandis, ne Witcleuiſtæ ſemper & ad omnem pedem Chriſto conformentur in ritibus, ne ſic inferiora membra ſe eſſe contemnant, qui prærogatiuæ eminentiam inuident. Ab initio ergo huius tractatur de obſeruantia baptiſmali, hoc ipſum ſæpius habuiſti probatum. Habes
4 † primò non imitandum Chriſtum in inſenſibili chriſmate & ſignato, quia ſic vngi debuit ipſe ſolus totius conſilio trinitatis præcunctis participibus ſuis. Habes non imitandum eum in apertione oris. Habes nec æmulandũ Chriſtum deſcendentem in aquam nondum ſanctificatam, quia hæc omnia ſibi reſeruauit ex priuilegio capitis: ſed ipſe prius ſanctificandas aquas inſtituit, vt omnem ſanctificationem non ex noſtris meritis, ſed emanare ſciamus ex ſpiritu. Sicut ipſe contra vacillantem Witcleff de cooperante Spiritu ſancto eccleſiaſticis ſacramentis adducit euangelium lib. 6. de fide ad Gratianum circa mediũ AMBROSIVS. Habes in euangelio, quòd angelus ſecundùm tempus deſcendebat in natatoria, & mouebatur aqua, & qui primus deſcendebat in natatoria, ſanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, niſi oſtenſionem ſancti ſpiritus nuntiabat? qui noſtris futuras tempori-

Chriſtũ in quibus imitari nõ poſſumus.

bus aquas sacerdotalibus inuocatus precibus consecraret. Ille ergo angelus Sancti spiritus erat nuntius, eo quod per gratiam spiritualem medicina nostris esset animi ac mentis languoribus deferenda. Hæc ille. AVTHOR. Ecce angelus descendit in natatoria tempore cõstituto ad mouendum aquas, & qui primus descendisset, nõ dicit, qui optimus, ipse saluus fiebat: & sic ritè dicit iam descẽdere Spiritum sanctum ad sanctificandum aquas baptismate sanaturas etiam cum fide modica descendentes, à quibuscunque, verbis tamen euangelicis, consecratas. Sicut lib. 7. contra Donatistas capitu. 6. AVGVSTINVS. Veruntamen si quis me fortè in eo concilio constitutum, vbi talium rerum quæstio versaretur, ne præcedẽtibus talibus, quorum sententias sequi mallem, vrgeret, vt dicerem quid ipse sentirem: si eo modo affectus essem, quo eram, cùm ista dictarem, nequaquàm dubitarem habere baptismum eos, qui vbicunque, & à quibuscunque illud verbis euangelicis consecratum sine sua simulatione, & cum aliqua fide acceptassent. Hæc ille. AVTHOR. Extensiuè loquitur Augustinus, vt arduæ necessitatis casum non videatur excludere, in quo tamen consecratio aquæ cum verbis euangelicis omnino requiritur, quæ item sunt forma baptismi. Cõsecratio autem, quæ extra necessitatẽ per precem euangelicam prius fit super aquas, quàm baptizandus in eas descendat, secundùm Ambrosium consuetudine longa ecclesię alia fuit, quàm illa breuis, Ego te baptizo &c. cum illa baptismum nulla ratione præcedit, ista cũ fit omnino præcedit, & baptisma cũ euangelicis illis verbis subsequitur. Vnde lib. de institutionibus clericorũ ca. 28. RABANVS. Post hæc igitur consecratur fons, vt ad ipsum baptismũ catechumenus accedat, & sic in nomine sanctę trinitatis trina submersione baptizetur. Hęc ille.

5 AVTHOR. Quod † autem respicit ad oriẽtem cùm immergendus est, primò Dionysius secundũ primæuam ecclesiã sic statuit de adultis præfato. 2. ca. ecclesiasticæ hierarchię. DIONYSIVS. Sic perfectè inhabitudinalẽ ipsum & incõmunicabilem factum ad orientem trãsduxit. Hæc ille. AVTHOR. In ecclesia autẽ occidẽtali hoc seruatur eiusdẽ ratiõe mysterij, vt Christũ respiciat solem iustitiæ postquã renuntiauit diabolo. De quo lib. de mysteriis statim post principium AMBRO. Ingressus es igitur vt aduersarium tuum cerneres, cui renuntiandum mox putares, ad orientem cõuerteris. Qui enim renuntiat diabolo, ad Christũ cùm vertitur, illũ directo cernit obtutu. Hæc

Orientem uersus respiciat.

6 ille. AVTH. Sic † itaq; ad orientem versa facie baptizandum sacerdos immergit, perficiens trina immersione mysterium. Quod item Apostoli statuerunt, vt habet cap. primum in canonibus Apostolorũ. CANONES Apostolorum. Si quis Episcopus, vel presbyter nõ trinam immersionẽ vnius mysterij celebrat, sed semel mergit in baptismate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Non. n. dicit nobis dominus, In morte mea baptizate, sed, Eũtes docete omnes gẽtes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hæc ille. AVTHOR. Hoc dixerũt erronei veteres, quia mors Christi significatur in baptismo: ergo sicut vna mors eius, ita & vna immersio. Sed isti non attendebant baptismũ nostrum esse imaginem, non tãtùm mortis Christi, sed & sepulturæ. Vnde sicut sepultura eius fuit triduana velatio eius sub superficie terræ, ita & ter sub vndis tegitur baptizatus, Prædicto ca. 2. DIONYSIVS. Sacrè igitur baptizatum symbolica doctrina mysticè docet in aqua tribus demersionibus & emersiõibus thearchicam triũ dierum & noctium sepulturæ Iesu vitæ datoris imitari mortẽ, vt possibilis iuris Dei imitabile, in quo secundùm eloquij mysterialem & occultam traditionem nihil inuenit mundi princeps. AVTHOR. Vbi in expositione LINCO. Ostenso quàm appropriata similitudine totalis velatio baptizati per aquã baptismi, quæ est imago mortis humanæ, & maximè Christi per similitudinem mortis, qua morimur peccato cũ Christo, consequenter manifestat, quòd trina immersio in aquã baptismi, & emersio ab illa, symbolum est huius theoriæ, videlicet, quòd baptizatus pro possibilitate humanæ infirmitatis imitatur mortẽ Christi tribus diebus & noctibus sepulti. Hæc ille. AVTHOR. Ad hoc autẽ accedit, quod habet li. 2. de sacramẽtis, intermiscens tamen interrogationẽ de fide alternatim ad immersiões AMBRO. Possibilitas vitæ nostræ non admittebat, vt terra operiremur, & de terra resurgeremus: deinde nõ terra, sed aqua lauat, ideo fons quasi sepultura est. Interrogatus es, Credis in Deum patrem omnipotentem? Dixisti: Credo, & mersisti, hoc est sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in dominum Iesum Christum, & in crucem eius? Dixisti: Credo, & mersisti, & ideo consepultus es Christo. Qui enim Christo consepelitur, cum Christo resurget. Tertiò interrogatus es, Credis & in spiritũ sanctũ? Dixisti: Credo, tertiò mersisti, vt multiplicẽ lapsum superioris ætatis absolueret terna

Immergatur ter.

7 cõfessio. Hæc ille. AVTH. Quòd † ambrosiana

Digitized by Google

na eccleſia commiſcuit articulos ſymboli cũ immerſionibus ſigillatim, ideo eſt, vt profeſſio morum ſimul cum fidei profeſsione fidelem conſtituat: quia immerſio ſymbolum ſepulturæ Chriſti, omnium vitiorum abolitio eſt, vt nouus homo Chriſto reſurgat: & hoc ad percellendum hæreſim illam, quæ dicit, non catechizandos fideles, aut docendos de moribus ante baptiſmum: nec exigendam ab eis profeſsionem, vt ab antiqua peruerſita te deſiſterent, ſed tantùm profeſsionem de fide, dicente Chriſto, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Contra quos ſudat libro de fide & operibus. Et citò poſt principium ſubiicit AVGVSTINVS. An vſqueadeò diſſimulamus à ſenſibus noſtris, vt vel noſipſos non recordemur quàm fuerimus attenti atq; ſolliciti quid nobis præciperent à quibus catechizabamur, cùm fontis illius ſacramenta *Competẽtes* peteremus, atque ob hoc etiam competentes vocaremur: vel non intueamur alios, qui per annos ſingulos ad lauacrum regenerationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur, quanta vigilantia conueniant, quo ſtudio ferueãt, qua cura pendeant. Si tunc tempus non eſt dicendi, quæ vita congrua tanto (quod accipere deſiderant) ſacramento, quando erit? Hæc ille. AVTHOR. Facta ✝ autẽ trina immerſione cum inuocatione Trinitatis iam fundens ſuper emerſum precem ſacerdos incipit vngere chriſmate baptizatum, dicens, Deus pater omnipotens. Quam precem recitat libro. 2. de ſacramentis in fine AMBROSIVS. Veniſti ad ſacerdotem, quid tibi dixit? Deus inquit, pater omnipotens, qui te *Chriſmatis vnctio.* regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſſitque tibi peccata tua, ipſe te intingat in vitã æternam. Vnde ibi vnctus es in vitam, inquit, æternam, noli hanc vitam illi vitæ anteferre. Hæc ille. AVTHOR. Et vngitur baptizatus in vertice, cuius rationem aſsignat ibi conſequenter in principio libri tertij idẽ AMBROSIVS. Accipis autem hoc myſterium, id eſt, vnguentum ſuper caput. Quare ſuper caput? ** Oculi.* quia * ſenſus ſapientis in capite eius Salomõ ait. Friget. n. ſapientia ſine gratia, ſed vbi gratia acceperit ſapientiam, tunc opus eius incipit eſſe perfectũ. Hæc regeneratio dicitur. Hęc ille. AVTHOR. Huius vnctiõis recoluit ſanctus Ioannes Apoca. 6. cùm diceret, Vinum, & oleum ne læſeris. Vnde ibi in expoſitione ſermone. 5. AVGVSTINVS. Quod dicit vinum & oleum ne læſeris, in vino ſanguis Chriſti, in oleo tinctio chriſmatis intelligitur. Hęc ille. AVTHOR. Quaſi tradidiſſet maligno præceptum Chriſtus, ne Chriſtianos læderet, quos ritè perunctos Chriſti chriſmate cerneret, aut ſanguinis Chriſti ſacramento potatos. Ideo autem tinctio iſta odoriferi chriſmatis traditur Chriſtianis in vertice, vt odore virtutum capitis ſui Chriſti commoniti, currere poſt eum non differrẽt, cùm cœperit trahere. Vnde lib. de myſteriis infrà AMBROSIVS. Poſt hæc vtique aſcendiſti ad ſacerdotem, conſidera quid ſequũtum ſit: nõne illud quod ait Dauid, Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron? Hoc eſt vngentum, de quo & Salomon ait, Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum, *Cantico. 1.* propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te. Quantæ hodie renouatæ animæ dilexerunt te domine Ieſu, dicentes, Attrahe nos poſt te, in odorem vnguentorum tuorum currimus, vt odorem reſurrectionis haurirent. Quare hoc fiat, intellige: quia oculi ſapientis in capite eius: ideo in barbam defluit, id eſt, in gratiam iuuentutis. Ideo in barbam Aaron, vt fias electum genus, ſacerdotale, pretioſum. Omnes enim in regnum Dei & conſacerdotium inungimur gratia ſpiritali. Hæc ille. AVTHOR. Hoc cùm accepi ab Ambroſio lib. 5. pro vnctione confirmationis, non animaduerti vnctionem iſtam verticis in officio ſancti baptiſmi: ideo autem perpendi poteſt, quia hæc ipſa vnctio chriſmatis ſicut fuit regularis per Chriſti eccleſiam diebus Auguſtini & Ambroſij, ita nec defuit ei temporibus Apoſtolorum, vt liquet verſus finem capitul. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ. Vbi DIONYSIVS. Vnguenti autem perfectiua vnctio bene olentem facit perfectum, ſacra enim diuinæ generationis perfectio vnit perfecta thearchica ſpiritum. Vbi LINCOLIEN. Formificatum, & ſplendificatum vngit hierarcha ſancto chriſmate, quod ſuperius vocauit author vnguentum deificentiſſimum. Quæ vnctio bene corporaliter olens, ſimiliter bene olentem efficit baptizatum. Eſt autem hoc vnguentum corporale ſymbolum Spiritus ſancti, q eſt amor, & charitas, omnia quantuncũque aſpera lenificans, quantuncunque dura mollificans, quantuncunque amara dulcificans: vnctio autem ſymbolum eſt vnificationis baptizati per ſacramentum cum ſpiritu ſancto.

¶ De

¶ De veſte candida, quam accipit baptizatus, & lampade ardẽte in manu, & quòd traditur patrinis vel parentibus in cuſtodia ad ſeptennium, & cum cõmẽdatione ſymboli.

CAP. LII.

SVMMA.

1 *Veſtis candida baptizati, qua induitur poſt ſanctũ lauacrum, & chriſmatis munctionem, quid denotet.*
2 *Stola immortalitatis denotata per ueſtem candidã baptizato traditam.*
3 *Cerei ardentis à baptizato acceptio.*
4 *Patrinis cur tradatur baptizatus.*
5 *Symboli acceptio. Et quid ſit.*

1 Veſtis candida.

CIrca † fidem huius myſterij, aſſumpta, vel aſcendens noua proles de ſancto lauacro, & inuncta chriſmate, indumẽtum album accipit de candore ſine macula, audiens dicentem Apoſtolum, Induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: timens improperium nuditatis, quam improperauit Ezechiel cap. 16. Nõ es aqua lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Baptiſmi immerſionem intelligens per aquam, & in catechiſmo ſalis myſterium, & talibus ad finem ſacramenti inuolutione pãnorum, pannum candidum, quo baptizatus inuoluatur, intelligẽs. Vnde in eũdem locum Homil. 6. ORIGENES. Rurſum peccatrix Hieruſalem nõ es inuoluta panniis. Obſerua quod dicimus. Anima renaſcens, & primùm in lauacro edita, inuoluitur pannis. Ipſe dominus meus Ieſus pãnis inuolutus eſt, vt ſcriptum in euangelio ſecundùm Lucam refertur. Oportet ergo quæ renaſcitur vtique in Chriſto renaſcentem rationabile & ſyncerũ lac deſyderare: & prius quàm ſine dolo rationabile lac deſyderet, debet ſale ſaliri, & pannorum inuolucro colligari, ne dicatur ad eam, Sale non es ſalita, & pannis non es inuoluta. Hæc ille. AVTHOR. Neceſſariò igitur oportebat impleri in myſterio, quod Propheta prædixit in vaticinio. Quod ſequentes apoſtolici viri non neglexerunt inſerere, vt capi. 2. eccleſiaſticæ hierarchiæ ad finem DIONYSIVS. Deinceps autem luciformes veſtes imponunt ei, qui perficitur. Vbi LINCOLIEN. Oſtendit quam theoriam ſignificat veſtis alba, & per albedinem veſtis luciformis, quam induitur conſequenter baptizatus: ſignificat autem baptizatum ſplendificatum, & clarificatum gratia, & donis Spiritus ſancti ſecundùm omnes vires. Hæc ille. AVTHOR. Et libro ſuo de myſteriis circa medium AMBROSIVS. Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, vt eſſet indicium, quòd exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina, de quibus dicit Propheta, Aſperges me domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Qui enim baptizatur, & ſecundùm legem & ſecũdùm euangelium videtur eſſe mundus. Secundùm legem, quia hyſſopi faſciculo Moyſes aſpergebat ſanguinem agni. Secundùm euangelium, quia Chriſti candida erant veſtimenta ſicut nix, cùm reſurrectionis ſuæ gloriam in euangelio demonſtraret. Super niuem dealbatur, cui culpa dimittitur. Vnde & per Eſaiam dominus dicit, Si fuerint peccata veſtra ſicut Phœniciũ, vt niuem dealbabo. Hæc veſtimenta habens eccleſia per lauacrum regenerationis aſſumpta, dicit in Canticis, Nigra ſum, & decora filiæ Hieruſalem. Nigra per fragilitatem cõditionis humanæ, decora per gratiam. Sequitur. Hæc veſtimenta cernẽtes filiæ Hieruſalem, ſtupefactæ dicunt, Quæ eſt hæc, quæ aſcendit dealbata? Hæc erat nigra, vnde nunc ſubitò dealbata? Hæc ille. AVTHOR. Dicens prius ſecundũ hiſtoriam, q̃ hæc ſit veſtis candida induenda, ſtatim in allegoriã eius aſcendit, ſic de iſto ritu ſicut de ſingulis aliis agens. Quod item facer Dionyſius non omittit, vt ſic retundatur indignatio Witcleff, qua indignatur contra moralitates, vt ipſe appellat, obſeruantiarum ſacramentalium domus Dei. Et quanuis indignetur, vt Iudas fremens, & dicens, Vt quid perditio hæc? valde tamen videbitur congruè deſignare ſtolam primæ immortalitatis in baptiſmo perceptæ, cũ qua velatur iumentum Chriſti, apoſtolorũ induſtria. Qualiter ſuper hunc locum Marci in cõmentario. HIERONY. Imponunt veſtimenta ſua, id eſt, ſtolam primæ ſuæ immortalitatis per baptiſmi ſacramenta afferunt Hęc ille. AV-
2 THOR. Stolam † immortalitatis in vltima reſurrectione futuram intelliges in myſterio inchoatam: prout libro de inſtitutis clericorum capit. 28. RABANVS. Poſt baptiſmum traditur Chriſtiano candida veſtis, quæ ſignat innocentiam, & puritatem Chriſtianam, quã poſt

Aſperges me &c.

Stola immortalitatis

Digitized by Google

poſt ablutas veteres maculas ſtudio ſanctæ cõ uerſationis immaculatã ſeruare debet ad præ ſentandum ante tribunal Chriſti. Cuncti verò renati albi induuntur veſtibus ad myſterium reſurgentis eccleſiæ futurum. Vtuntur veſtibus albis, vt quorum primæ natiuitatis infantiam vetuſti erroris pãnus fuſcauerat, habitus ſecundæ regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur enim poſt ſacram vnctionẽ caput eius myſtico velamine, vt intelligat ſe diadematis regij, & dignitatis ſacerdotalis portitorem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ab his ſignis in antiqua eccleſia non abſtinebant aliqui quum volebãt, vtentes libertate Witcleff in ſignis, dicente Rabano, Cuncti renati albis
3 induimur veſtibus. ¶ Atque † ſtatim accipit
Cerei acceptio. baptizatus cereum ardentem in manum, dicente ipſi presbytero, Accipe lampadem ardẽtem, cuſtodi baptiſmum, ſerua mandata, vt cũ dominus venerit ad nuptias, poſsis ei occurrere. Vnde libro. 6. ſecundæ partis de ſacramentis. HVGO. Ad vltimum datur cereus accenſus in manum eius, quatenus implere illud doceatur euangelicum, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem, qui in cælis eſt. Hanc igitur lampadem ſi inextinguibilem ſeruauerit, inter virgines ſapientes cum ſponſo cęleſti ad nuptias introibit. Hæc ille. AVTHOR. Glorioſum indicium Chriſtiani, qui iam volauit ab aquis, adeptus nouam vitã in Chriſto, quã perdidit in protoplaſto, vt non amplius deſperet de vita, ſi Chriſtum velit lucem tenere per reſurrectionem vitæ. Et in opere ſuo de myſterio paſchæ. AMBRO. Hoc paſchæ donũ, hoc optabilis anni feſtiuitas, hæc exordia gignentiũ rerũ. Hinc vitalis lauacri ſacrę eccleſię editi puerperio infantes paruulorum ſimplicitate renati, baratro innocentis perſtrepũt conſciẽtiæ. Sequitur. Hinc ſub fidei arbore ab vtero fontis innocui cereorum ſplendet ornatus. Hęc ille. AVTHOR. Hoc in reſurrectione dicit, quo ſolebat eccleſia ſolenniter baptizare in nomine Chriſti, qui ad hoc venit, & hoc in omni myſterio, & miniſterio eccleſiæ ſatagit, vt à tempore in tempus, de hora in horam illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde libro tertio, qui eſt de ſecundis epiphaniis in fine GREGORIVS NAZANZENVS. Quoniam quidem omnia geruntur pro hominis ſalute, & in hoc occurrit diuinæ diſpenſationis omne myſterium, vt efficiamini ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam, vt & alios illuminetis, vt efficiamini lumen perfectum de æterno lumine participium ſumentes, ſanctæ Trinitatis ſplendore fulgentes, vt clarius, & illuſtriùs lux veſtra fulgeat coram hominibus per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ergo vice Dei ſacerdos tradens eis lucis lampadem, ſicut Deus ipſe ſemper aſsiſtere paratus eſt cũ lumine. Sicut ait ſæpe dicto capitu. 2. DIONYSIVS. Ad hanc diuinus Hierarcha informatur imitationem, luciformes ipſius diuinæ doctrinæ ſplendores copioſè ad omnes expandens, & accedẽtem illuminare ad Dei imitationem paratiſsimus exiſtens. Hæc ille. AV-
4 THOR. His † peractis, patrinis baptiza- *Patrinis*
tus committitur, tam vt ſeruetur illęſus, quàm *cur tradatur baptizatus.*
vt informetur moribus, & credulitate. Vnde libro. 6. ſecundæ partis ſacramentorum HVGO. Patrini fideiuſſores ſunt pro his, quos in baptiſmo ſuſceperunt, vt eos cum ad legitimam ætatem peruenerint, admoneant fidem rectam, & conuerſationem bonam cuſtodire: ante omnia ſymbolum, & orationem dominicam, & ipſi teneant, & eis inſinuent, pro quorum fide ſponſionem fecerunt. Hæc ille. AVTHOR. Hoc idem fiebat in primæua eccleſia ſi baptizarentur adulti, capitulo. 2. eccleſiaſticæ Hierarchiæ. DIONYSIVS. Aſſumentes ipſum ſacerdotes, tradunt adductionis anadocho, & duci. Hęc ille. AVTHOR. Anadochus erat, qualem nunc patrinum acci *Anadochus*
pimus, vt ſuprà dictum eſt, cuius tutelæ commendandus eſt paruulus, vt conſeruetur à noxiisvſque in completum ſeptennium. Puer & ſenex pro addiſcendo ſymbolo vel myſteriis fidei accommodis, & oratione dominica. Limitatur autem ſeptẽne tempus, quaſi tempus ſufficiens ad inſtinctum doli, ita vt tunc ſymbolum traditum eis reddere valeant, & ſi tunc contingeret baptizari, pro ſeipſis ad interrogationes de nomine & abrenũtiatione & pro deſiderio baptizandi presbytero reſponderent. Iuxta quam eccleſiæ regulam librat ſententiam ſuam de paruulo Diuocrate fratre ſanctæ Perpetuæ ſeptenni defuncto, libro de anima, & eius origine ad Renatum poſt principium AVGVSTI. De fratre autem ſanctæ Perpetuæ Diuocrate, nec ſcriptura ipſa canonica eſt, nec illa ſic ſcripſit vel quicunque illud ſcripſit, vt illum puerum, qui ſeptennis mortuus fuerit, ſine baptiſmo diceret fuiſſe defunctum, pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, vt à pœnis transferretur ad requiem. Nam illius ætatis pueri, & mẽtiri & verum loqui, & confiteri & negare iam poſſunt. Et ideo cùm baptizantur, iam & ſym-

Digitized by Google

bolum reddunt, & ipſi pro ſe ad interrogata reſpondent. Hæc ille. AVTHOR. Vſque ad hanc igitur ætatem ſeptenariam iubentur inſtrui, & ſeruari, vt nō ante annos ad hoc maturos vel negligantur, vel fide vel corpore, tūc inquit ſymbolū reddūt, tunc pro ſe reſpōdent, quia illius ætatis pueri & mentiri & verū loqui poſſunt: & confiteri & negare iam poſſunt. Et reſumit libro. 1. de origine animæ capitu. 9. ad Vincentium Victorem. AVGVSTINVS. Diuocrates autem ſeptennis puer, in quibus annis pueri cùm baptizantur, iam ſymbolum reddunt, & pro ſe ipſi ad interrogata reſpondent, cur non tibi viſus fuerit baptizatus potuiſſe ab impio patre ad gentiliū ſacrilegia reuocari, & ob hoc fuiſſe in pœnis, de quibus ſorore orante liberatus eſt, neſcio. Hæc ille. AVTHOR. Quòd item ſeptennes pueri iam regulas ſacramentales confeſsionis attentiùs doceantur incipere, non deuiaret à iuſto: cùm, ſicut dixit Auguſtinus, in hac ætate ſeptenni confiteri & negare iam poſſunt. Si confiteri pro diſciplina domeſtica, cur non pro animæ ſuæ cura? Sed redeamus ad ſymbolum, quòd paruuli accepturi aut itē reddituri ſunt validi competētes, de quo quā tum ad eius originem petendi eſſent & apoſtoli, qui id fecerunt. Vnde libro. 2. de origine officiorum capitu. 22. ISIDORVS. Symbolum † autem quidam competentes accipiunt, quòd tali ratione inſtitutum noſtri maiores dixerunt. Tradunt enim verbis his, quòd poſt aſcenſionem Domini & Saluatoris noſtri ad patrem, cùm per aduentum Sancti ſpiritus diſcipuli eius inflammati, linguis omnium gentium loquerentur, præſagio conſtitutum eſt, vt nulla illis gens extera, nulla lingua barbaris inacceſſa, vel inuia primùm loqueretur, præceptum eis à domino datum ad prædicandum eis verbum ad ſingulas quaſque nationes abire. Diſceſſuri itaque abinuicem, normam amplius ſibi futuræ prædicationis conſtituunt in commune, ne hoc aliter ab inuicem diſſidentes, diuerſum aliquid, vel diſſonum prædicaretur his, qui ad fidem Chriſti inuitabantur. Omnes enim in vno poſiti, & Spiritu ſancto repleti, breue ſibi prædicationis indicium conferendo, in vnum ſentiebant quid putabant. Sequitur. Indicium autem, vel ſignum dicitur idcirco, quia in illo tempore (ſicut apoſtolus Paulus habet, & in actibus apoſtolorum refertur) multi erant ſimulantes ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, nominantes quidem Chriſtum, ſed integræ traditionis lineis non nuntiantes. Idcirco igitur iſtud indicium poſuerunt, per quod agnoſceretur is, qui verè Chriſtum ſecundum apoſtolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis ciuilibus obſeruatur, quoniam & armorum habitus par, & ſonus vocis idem, modus vnus eſt, atque eadem inſtituta bellandi: Symbola diſcreta vnuſquiſque dux ſuis militibus tradit, & quæ latinè vel ſigna vel indicia nuncupantur: vt ſi fortè occurrerit quis de quo dubitetur, interrogatus ſymbolum prodat, vtrum ſit hoſtis, an ſocius. Hæc ille. AVTH. Hoc ergo ſymbolū cōpilarunt apoſtoli tāquàm breuiloquium fidei, & indicium armatorum fidelium, quo dinoſci poſsint in ſpiritualibus armis ab hoſtibus. Hoc in ſermone. 54. qui eſt de traditione ſymboli, prima parte ſermonum aſſerit AVGVSTINVS. Cùm apud patres noſtros, ſicut liber Iudicum refert, quidam Iſraëlitæ ciuili aduerſum ſe prælio decertarent, nec propter conſimilem populi vnius habitum inter bellantes poſſet eſſe diſcretio, tribus illa, cuius maior erat peritia pugnandi, & quæ meritò per Dei auxilium victoriam ſibi præſumebat, ſignum ſibi certo in ſermone conſtituit, vt quos vna armorum facies confundebat, ſecretioris verbi diſtingueret ſacramentum. Quod beati Apoſtoli, vt reor, exemplum ſequentes, eccleſiæ Dei, quam aduerſum militiam diabolici furoris armabant, myſterium ſymboli tradiderunt: vt quia ſub vno Chriſti nomine credentium erat futura diuerſitas, ſignaculum ſymbolicum interfideles perfidoſque ſecerneret: & alienus à fide, hoſtiſque appareret eccleſiæ, qui aut tanquàm non baptizatus neſciſſet, aut tanquàm hæreticus corrupiſſet. Hæc ille. AVTHOR. Eſt ergo ſymbolum inſtitutione apoſtolica ab euangelio deriuatum, & ab eis nouitiis legis Chriſti, vt eo imbuantur, traditum. Quemadmodum & Paulus tradidit Timotheo, ipſo dicente primæ Timoth. 4. Enutritus verbis fidei, & bona doctrina, quam ſecutus es. Vbi in annotationibus. HIERONYMVS. Quia ſacræ legis literis ab infantia fuerit eruditus, verba fidei propria ſunt traditio ſymboli. Hæc ille. AVTHOR. Ita ergo ab inſtitutione apoſtolica ipſum ſymbolum eſt primum donum, quod baptizatus tāquàm ſignum propriū retinebit: & hoc cor de quidē, nō ſcripto, prout idem ſermone. 58. tertiæ partis notat AVGVSTINVS. Hunc ergo breuem ſermonem de vniuerſo ſymbolo vobis debitum reddidi. In quo ſymbolo quod audieritis, totum in iſto ſermonem breuiter collectum agnoſcetis: nunc vt eadē verba

5 *Symboli ac ceptio, & quid ſit.*

baſymboli teneatis, nullo modo ſcribere debetis, ſed audiēdo perdiſcere, & memoria ſem per tenere, atq; recolere. Hęc ille. AVTHOR. Corde ergo pueri, corde & ore non ſcripto adulti baptizati ſymbolum tenebunt, & reddent tanq̄ ſignaculum fidei, & compendium quoddam credendorum: quicquid enim credi oportet, in hoc ſymbolo continetur, prout iam prædicto libro de officijs, & ſignato cap. ISIDORVS. Eſt autem ſymbolum ſignū, per quod cognoſcitur Deus, quod quoq; proinde credentes accipiunt, vt nouerint, qualiter contra diabolum fidei certamina prę pararent: in quo quidem pauca ſunt verba, ſed omnia continentur ſacramenta. De totis enim ſcripturis hæc breuiatim collecta ſunt ab apoſtolis: vt quia plures credentium literas neſciunt, vel qui ſciunt, præ occupationibus ſeculi ſcripturas legere non poſſunt, hæc corde retinentes, habeant ſibi ſufficere in ſententiam ſalutarem. Eſt enim breue fidei verbum, & olim à Propheta dictum, Verbum abbreuiatum faciet Dominus ſuper terram. Hæc ille.

¶Contra nouellos hæreticos, q̄ paruuli de neceſsitate ſalutis baptizentur aqua ſenſibili.

CAP. LIII.

SVMMA.

1 *Hæreſis Lollardorū de non baptizandis paruulis.*
2 *Pelagij hæreſis circa baptiſmum paruulorum.*
3 *Vincentij cuiuſdem error circa baptiſmum.*
4 *Error quorundam circa fidelium filios iam à mundis parentibus genitos.*
5 *Witcleuiſtarum hæreſis circa baptiſmum eccleſiaſticum.*
6 *Paruuli fidelium, quòd ſint etiam baptizandi aqua ſenſibili.*
7 *Baptiſtæ quidam in utero ſanctificari paruulos fidelium mentientes.*

HIs itaq; diſcuſsis, celeri pede me diſpoſui tractaturum de cæteris: & ſubitò vox noui rumoris ad aures inſonuit, quòd de ſeptem capitibus beſtiæ in Apocalypſi Ioannis aſcendentis de mari reuera noſtro Oceano, cuius ingens inſula Anglia eſt, cuius germen ſpineū Witcleff erat vnum caput: quod cùm quaſi occiſum erat, in morte ſe extulit rediuiuum, & plaga mortis eius curata eſt per quoſdam Lollardos ſylueſtris Scotiæ iam in præſentiarum ſub Henrico Cantuarienſi Archiepiſcopo deprehēſos, & iterū ipſo anno per alios ſub Guiliermo Noruicenſi ſacris præſulibus iudicatos. Nomen blaſphemiæ capitis huius, hoc eſt, quòd † fœtus à fidelibus propagatus, non ſit ſacramentaliter baptizādus. *Hæreſis Lollardorū de nō baptizandis paruulis.* Imo paruulis dixerunt inutiliter baptiſma cō ferri, ſecundùm ritum quem ſeruat eccleſia, pro eo, quòd quàm citò anima eſt corpori vnita, infunditur gratia Spiritusſancti, per quā ſufficienter paruulus baptizatur, & cùm ad annos peruenerit maturiores, ita, quòd intelligere ſciat verbum Dei, eſt ſufficienter confirmatus. Recitaui ſuperiùs in libro quinto, de ſacramentis, circa centeſimum capitulum varias hæreſes, quas malo ſuæ mentis arbitrio varij homines circa hunc articulum ediderūt. Pelagius † dixit baptiſmum neceſſarium paruulis ad inducendum eos in regnum cælorum, non ad remiſsionem primæui delicti, quod ſecundùm ipſum nullatenus contraxerunt. Vincentius † dixit eos trahere originale delictum: ſine baptiſmo tamen duci poſſe in regnum cælorum, in reſurrectione finali. Dixerunt † & quidam, quòd ſaltem fidelium filij iam à mundis parentibus geniti, nullum haberent peccatum, baptizandi tamen ſunt, vt fideles, & Chriſtiani naſcantur. Quarti ſunt noſtri Witcleuiſtæ † baptiſmum eccleſiaſticum inutile iudicant paruulis, contra omnes prędictos: ſed ſufficienter eos eſſe dicūt mundatos, & ſanctos, quia de ſanctis parentibus, & Chriſtianis naſcuntur. Cum vltimis hæretici olim Albigenſes dicti publicani, hanc inuenēre veſaniam, prout in quodam ſermone de ſynodo, qui incipit, Sic nos exiſtimet homo, queritur PETRVS Bleſenñ. Noui, inquit, Amorrhæi, & noui Philiſtæi nos oppugnant, noui quia & recentes hæretici ſuccreuerunt, quos publicanos, aut paterinos nominant. Hi ſunt, qui nec in paruulis baptiſmum admittunt, nec in altari ſacramentum corporis aut ſanguinis Domini, nec in ſacerdotibus gratiam Spiritusſancti, nec in laicis fidelibus conſortium copulæ coniugalis. Iſti hodie multiplicati ſunt ſuper numerum, & ſi hæc hæreſis alicubi extinguitur, alicubi ſicut capita hydræ multiplicius rediuiuit. Hæc ille. AVTHOR. Iſta hæreſis ducentis annis quaſi repēs ſub terra, in noſtris Witcleuiſtis erūpēs, incipit ſcaturire de nouo. Ipſos quidē ter-

tios in errore tam vehemẽter Auguſtinus admirando conſpexit, vt nec in mentem ſibi omnino venerit quenquam poſſe talia cogitare, vel dicere. Quid ergo dixiſſes de quartis, qui omnem contra legentium, ſcribentium, aut credentium ordinem à Chriſti tempore errorem proferũt hactenus inauditum, quòd paruuli fidelium mundi ſine peccato naſcuntur de mundis, & idcirco baptiſmus eis vt inutilis. Horum † tractatum nondum vidi, nec quid eis ad hoc moueat, authoritate ſcripturæ proſpexi hoc duntaxat, ꝙ tranſeunter audieram illos hoc apoſtolicum proferre conſtanter primæ Corinthi. 7. Sanctificatus eſt vir infidelis in muliere fideli, & ſanctificata eſt mulier infidelis per fidelem virum. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nũc autẽ ſancti ſunt. Ex quo conficiunt filios fidelium mũdos, ſanctoſq; prodire ex vtero. Qui autem mundus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, id eſt, extremos venialium delictorum affectus. Cur item non ſuſtinent iſti nedum filios, ſed & maritos, & coniuges non baptizandos fideliter, ſed ſolo acceſſu infidelis ad fidelẽ vxorem, vel virum Chriſtianum Chriſtianámue cum filijs ſuis ſanctos fieri atq; mundos? Sanctificatus eſt, inquit, vir infidelis in muliere fideli, ꝙ ſi infidelis diſceſſit, diſcedat: quo diſceſſu non eſſet vltrà fidelis, & lex per diſceſſum ſoluta coniugij, quod fidelibus non permittit. Et tunc hac regula data, fruſtrà baptizauit apoſtolus Philemonẽ & Appiam coniugem, ſecundum Hieronymum & Anſelmũ, quia ex ſola conuerſatione alteruter ſanctus eſſet. Fruſtrà item Archippum Diaconum, eorumq; filium, & quia ipſe ſanctus eſſet, iuſtis hærens, dicente Paulo, nunc autem ſancti ſunt: fruſtrà autem Timotheum epiſcopum, qui iam ex matre, & auia ſanctus erat, ſcribente magiſtro eius Paulo in principio ſecundæ epiſtolæ ad eũdem, Recordationem fidei eius accipiens, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Vnde libro annotationum HIERONY. Quæ ad te ex auitæ ſucceſsionis inſtitutione quaſi hæreditario iure deſcendit. Hæc ille. AVTHOR. Ad quid ergo baptizaretur ſecundum iſtos, ſi fidei ſanctitas deſcenderit in eum quaſi hæreditario iure per matrem ex auia? Idcirco reſpondet eis libro. 3. ad Marcellinum, de baptiſmo paruulorum, cap. 15. adducens ſecum ſic exponentem per prædicta Pelagium. AVGVS. Proinde quod ait apoſtolus, cùm fideles moneret, vt ſe ab infidelibus coniugibus non diſiungerent, ſanctificatus eſt, inquit, vir infidelis in vxore, & ſanctificata eſt mulier infidelis in fratre: & alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt: aut ſic accipiendum eſt, quemadmodum & nos alibi, & Pelagius cùm eandem ad eoſdem epiſtolã tractaret, expoſuit, quòd exempla iam præceſſerant, & virorum, quos vxores, & fœminarum, quas mariti lucrifecerant Chriſto, & paruulorum, ad quos faciendos Chriſtianos, voluntas Chriſtiana etiam vnius parẽtis euicerat. Aut ſi quod magis verba apoſtoli videntur ſonare, & quodam modo cogere, aliqua illic intelligenda eſt ſanctificatio, qua ſanctificabatur vir vel mulier infidelis in coniuge fideli, & qua ſancti naſcebantur filij fidelium, ſiue quia menſtruo cruore mulieris à concubitu cõtinebat quicunq; vir vel fœmina id in lege didicerat: tiam hoc Ezechiel inter illa præcepta ponit, quæ non figuratè accepta ſunt, ſiue propter illam quãlibet, quæ ibi aperte propoſita nõ eſt ex ipſa neceſsitudine coniugiorum, atq; filiorum ſanctitatis aſpergine. Hæc ille. AVTHOR. Fœmina ergo ſanctitatem trahere poteſt infidelis ex coniugio, vel procreatione fidelis, quia infidelis exemplo ſancto, vel ſermone fidelis prouocatur ad fidem, vel filij ſanctificantur iã nati. Hoc modo exponit itẽ locũ illũ, dices ita ſæpiùs contigiſſe in annotationũ libro HIERONYMVS. Sanctificatus eſt vir infidelis in muliere fideli, &c. Vnde & beatus Petrus ait. Qui non credunt verbo per mulierũ conuerſationem, ſine verbo lucrifiant, id eſt, cùm viderint eas in melius commutatas, cognoſcant omnes Dei legem ita à cõſuetudine veterata potuiſſe miniſtrare. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Si non ita eſſet, vt dico, filij veſtri adhuc infideles permanerẽt. Sæpè enim ſic contigerat, vt filij illum parentem, qui crediderat, ſequerentur, ſub qua ſpe credi voluit alterum ſaluari poſſe, tam liberorum exemplo, quàm coniugis. Hæc ille. AVTHOR. Alio modo per abſtinentiam ab immunditijs ſanctificantur, & mundãtur contrahẽtes, & naſcentes. Quã expoſitionem dixit Auguſtinus eſſe ſecundam. Tertiam addit in expoſitione eiuſdem loci AMBROSIVS. Alioquin filij veſtri immundi eſſent. Immundi eſſent filij eorum, ſi dimitterent volentes habitare ſecum, & alijs ſe copularent: eſſent enim adulteri, ac per hoc & filij eorum ſpurij, id eſt immũdi. Nunc autẽ ſancti ſunt. Sancti ſunt, quia de coniugijs licitis nati ſunt, & quia ſub creatoris veneratione nati ſunt propẽſiore ex parte, quia ſicut quicquid

6 *Paruuli etiam fideliũ baptizandi ſunt.*

Digitized by Google

quid per dicationem idolorum fit, immundum eſt, ita & quicquid ſub Dei creatoris profeſsione fit, ſanctum eſt. Hæc ille. AVTHOR. Hæc tertia ſanctitas, quam traxit fidelis parentis à partu, ſcilicet, quòd ſit legitima, alioquin ſi non ſponte dimiſſa proles naſceretur immunda oportet, & ſpuria. Sed quæ ſunt hæ ſanctificationes & ſanctitates? Verùm legimus ſancta, quæ ſuos non diſponunt ad cælos, nec eorum dimittunt offenſas: ſicut ſancta erant thuribula Chore, & clientum, qui iam ſorbebantur ab inferis. Et Apoſtolus dicit cibos ſanctificari per verbum Dei, & orationem: ſicut libro primæ partis ſermonum, locum hunc ſoluit Apoſtoli AVGVSTINVS. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Et quomodo hoc accipis? Quomodo intelligis de fidelibus natum ita ſanctum, vt baptizari non debeat, quomodolibet accipias iſtam ſanctitatem? Multi enim modi ſunt ſanctitatis, & multi modi ſunt ſanctificationis. Nõ enim omne quod ſanctificatur, ad regnum cælorum mittitur. De eſca noſtra dixit apoſtolus. Sanctificatur per verbum Dei, & orationem. Nũquid quia eſca noſtra ſanctificatur, neſcimus quò mittatur? Diſce ergo eſſe aliquem modum, & quaſi vmbraculũ quoddã ſanctificationis, quod non ſufficiat ad perceptionem ſalutis: diſtat, & quid diſtet, Deo notum eſt. Tum cum filio fidelium curratur ad baptiſmum: non ſic errent parentes, vt iam putent eum fidelem natum. Natum enim poſſunt dicere, non renatum. Hęc ille. AVTHOR. Ecce demus paruulum fidelibus natum aliquam etiam ex partu trahere ſanctitatem, ſanctitas iſta modus quidam eſt, & vmbraculum ſanctitatis, dicit Auguſt. quia nec exinde renati ſunt filij, ſed nati: ſed filij, non Chriſtiani, non viam ſalutis adepti. Sed mundi ſunt, inquis, imò mundi ſunt, & munda ſunt animalia in lege, quæ ruminant, mundi piſces, qui ſquamas habent, & ſacerdos immundus, qui ſuper mortuum ſuum ingreditur: nec tamen illa per munditiam ſuã ad regnum cælorum perueniunt, nec hi per iſtam immunditiam repelluntur à regno. Et nonne apud nos tantùm valet mundum eſſe, quantum ſanctum? Ideò ſuper lib. Nume. Homil. 10. ORIGENES. Non enim (vt putant quidam) ſtatim vt quis ſanctus eſſe cœperit, peccare iam non poteſt, & continuò ſine peccato putandus eſt. Si enim ſanctus non peccaret, non vtiq; ſcriptum eſſet, Sumetis peccata ſanctorum. Si ſanctus ſine peccato eſſet, non diceret dominus per Ezechielem prophetam ad angelos, quos mittebat peccatores punire, Et à ſanctis meis incipietis. Si enim ſancti ſine peccato ſunt, quomodo ipſi primi ſuccũbunt in ſupplicijs peccatorum? Si ſancti ſine peccato eſſent, nunq̃ diceret ſcriptura, Quia iuſtus principio ſermonis ſui, ipſe ſui accuſator ſit. Hæc ille. AVTHOR. Sine cauſa ergo ducis apoſtolũ, dicẽtem, ꝙ fidelium filij ſancti ſunt. Nempe ſancti ſunt verbo, vel exemplo parentum, ſancti quoq; in abſtinentia, & deuotione parentũ. Et in veteri lege, Omne maſculinum adaperiens vuluã, ſanctum vocabatur domino. Sed ante circũciſionis octauã, ſi decederet ab hac vita, periſſet anima eiꝰ de populo. Hoc ergo proba per ſcripturam, ꝙ ſanctus eſt ab omni imputatione delicti, priuſq̃ renaſcatur ex lauacro, qua ſanctitate donari conceditur in baptiſmo: aut cũ eius periculo tuliſti ipſi baptiſmum. Nec item hos ad plenum intelligo, qui dicũt, ꝙ quàm citò anima eſt corpori vnita, infunditur gratia Spiritusſancti, per quam ſufficienter paruulus baptizatur. Si gratia Spiritusſancti infunditur, ſub qua paruulus baptizatur, non à parentũ munditia, ſed de foris accipit, quo purgatur. Quòd dicis eum ita ſufficienter purgari, illuuiem confiteris peccati, à quo purgari eum neceſſe eſt per gratiam Ieſu Chriſti. Quòd aũt ſufficientiam huius gratiæ prædicas abſq; baptiſmo ſenſibili, ſufficiẽtior eſt ergo gratia paruuli cuiuſlibet, q̃ erat gratia Pauli: ſufficientior gratia Centurionis, ſufficientior gratia Pauli, Sergij, Timothei, Criſpi, Caij, & Titi, & trium millium gratiã Spiritusſancti accipientium vſq; ad confeſsionem nominis Chriſti, & compunctionem duriſsimã pro peccatis, quam paruuli nondũ accipiunt: nec eis ſufficit gratia iſta, vel ad tollendum eis originale, vel minimũ actuale delictũ, quoúſq; cucurrerint ad baptiſmum. Et niſi ſufficientior eſſet gratia Spiritusſancti, quam iſti peccatores ante baptiſmum acceperant, quàm ſit gratia paruulorũ in ſolo originali naſcentiũ, non eſſet verum illud Pauli, Vbi ſuperabundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: ſi autem ſuperabũdauerit gratia Pauli, fruſtrà Paulus ad Ananiam mittitur baptizandus: fruſtrà baptizari Centurionem iubet Petrus, & trium milliũ pœnitentes, quia cum multò minori gratia, ita vt baptizari ſuperfluat purgandis paruulis. Sed ad fontẽ authoritatis curramus, ex quo per cunctos fideles cœpit ſub neceſsitate ſalutis ſtare baptiſma. Nicodemus, qui iam cupidus erat de regno cælorũ audire, pro primo fidei rudimento, ſuſcepit ab ore Chriſti, Niſi quis natus fuerit denuò, non

poteſt

potest videre regnum Dei. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est, quod natũ ex spiritu, spiritus est. Oportet enim vos nasci denuò. Vtrunq; ex hoc errantem redarguo, siue qui dixit baptizatis parentibus, siue qui dixit à gratia spiritus de foris in prima natiuitate purgationẽ delictorum accipere sic nascentem. Natiuitas ex vtero matris tantùm est vna: quæ est ergo altera & secunda natiuitas, per quam renascatur ad gratiam, dicente nobis Christo, oportet vos nasci denuò? Quod dicis nasci per gratiam, est secunda natiuitas: non dicis cũ Christo esse ex aqua & spiritu: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Similiter qui dicis ex parentibus, Christianis necdum dicis, hoc enim est nasci vel nasci, non renasci denuò: aut si dicas, imò quia semel ex carne eorum nascuntur, qa homines sunt, & iterum ex spiritu, quia fideles sunt: sed priùs gratiam suæ Christianitatis à parentibus, aut ex Spiritusancto proles in prima animatione participat; quàm nascendo procedit. Priùs ergo renasceretur hac via, quàm nasceretur. Dum hæc mecum contra hos hebetes iugiter ruminarem, cecidit quasi cælitùs Augustinus in manus, in epistola sua ad Dardanum, hanc insaniam multò mordaciùs per membra discerpens, versus finem epistolæ. AVGVST. Excepto lapide angulari, non video quomodo ædificentur homines in domum Dei, ad habendum in se inhabitantem Deum, nisi cùm fuerint renati, quod non possunt esse antequàm nati. Quamlibet itaq; sententiam de prægnantibus, imò de hominibus habeamus adhuc intra materna viscera constitutis, vtrum existimemus eos nec ne donari posse aliquo sanctificationis modo: Vel propter Ioannem, qui nondum editus in hanc lucem: tamen exultauit in gaudio, quod vtiq; nisi operatione Spiritussancti fieri potuisse quis credat? Vel propter Hieremiam, cui dominus dicit, Priusquàm exires de vulua, sanctificaui te: Tamen illa sanctificatio, qua efficimur & singuli templa Dei, & in vnum omnes templum Dei, non est nisi renatorum, quod nisi nati homines esse non possunt. Nullus autem vitam, in qua natus est, bene finiet, nisi renatus antequàm finiat. Quòd si quisquam dicit iam esse natum hominem, etiam cùm adhuc est in vtero matris, testimoniumq; adhibet ex euangelio: quia dictũ est ad Ioseph de prægnante virgine Domini matre, Quod enim in ea natum est, de Spiritusancto est, Nunquid nam huic natiuitati accedit secunda natiuitas? Alioquin non erit iam secunda, sed tertia. Dominus autem cùm hinc loqueretur: Nisi quis (inquit) renatus fuerit denuò, eam scilicet computans primam natiuitatem, quæ sit matre pariente, non concipiẽte atq; prægnante, quæ fit ex ea, non quæ fit in ea. Neq; enim renatum dicimus hominem, quem mater peperit, tanquam iterum natus sit, qui iam semel natus fuerat in vtero. Sed illa natiuitate non computata, quæ grauidam facit, natus dicitur homo partu, vt posset renasci ex aqua & Spiritusancto. Secũdùm quã ex matre nauitatem, etiam ipse dominus in Bethleem Iudæ dicitur natus. Si igitur homo regenerari per gratiam spiritus in vtero potest, quoniam restat illi adhuc nasci: renascitur ergo antequàm nascitur, quod fieri nullo
7 modo potest. Hæc ille. AVTHOR. Quid † ad hæc dicent nouelli baptistæ, si conceptione prima hominis primo nascitur homo, vt possit denuò nasci de Spiritusancto: ergo natiuitas eius ex vtero erit tertia, & ex aqua cũ spiritu erit quarta natiuitas: vel si in prima hominis conceptione computetur nasci de spiritu, cùm postea nascitur, priùs renascitur, q̃ nascatur, & nasci de foris ex aqua & Spiritusancto, non erit vlla natiuitas: ipsa (inquam) quam in Iordane suscepit, qua sine negatione saluator egebat, & si non pro se, tamen pro plebe: ipse enim venit quærere, & saluum facere quod perierat. Baptistæ nostri nec pro se, nec pro alijs indigent baptizari. Vnde faciunt vt minus quàm Christus indigeant.

Baptistæ, id est, in utero sanctificati.

¶Ad argumenta hæreticorum prohibentium paruulos baptizari fide parentum pro eis vouentium.

CAP. LIIII.

SVMMA.

1 *Authoris responsio ad argumenta hæreticorum, prohibentium paruulos baptizari fide parentum pro eis uouentium.*

2 *Regeneratus quòd non regeneret filios carnis, sed generet, &c.*

3 *Circuncisus quòd sicut non nascitur de circunciso, sic nec baptizatus nascitur de baptizato.*

4 *Fideles parentes quomodo uitium suum transfundant in prolẽ, à quo olim purgati fuerũt per baptismũ.*

5 *Baptismus aquæ nostris nascentibus quòd tam sit necessa*

Digitized by Google

ceſſarius, quàm erat neceſſaria circunciſio Ioanni, Abrahæ, Iſaac, & cæteris Patribus.

6 *Chriſti dominatus quando fuerit primò exaltatus.*

7 *Chriſtus quare dixerit apoſtolis, Prædicate omni creaturæ.*

8 *Baptiſtæ nouelli ab authore reprehenduntur.*

9 *Conſuetudo matris eccleſiæ in baptizandis paruulis, quòd nequaquam ſit ſpernenda.*

1 MOdò † tamen recenſeamus, quas faciunt rationes. Tertio libro de baptiſmo, qui eſt ad Marcellinum, cap. 3. AVGVSTI. Deinde aiunt, ſi baptiſmus mundat illud antiquum delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato. Hæc ille. AVTHOR. Quaſi ſic arguerent, q̃ de duobus ſapientibus, ſiue iuſtis, omnino qui nati fuerint, debẽt carere peccato inſipiẽtiæ, & omnis iniuſtitię carere delicto: ſi ergo non de neceſsitate in ſe traijcit ꝓples ab alterutro ſuo parẽte prudẽtiam, ſobrietatẽ, artem, vel peritiam qualẽcunq;: quia nec grammaticus grammaticum, aut ſophiſta ſophiſtam, vel medicus medicũ ſtatim gignit, cur ad hoc arctatis fidem Chriſti, aut gratiam Spirituſſancti, vt carnalis parens eam carnali concubitu in prolem de neceſsitate diffundat, & reatu eius abſoluat? Ideò libro ſecundo contra Pelagium, & Cæleſtiũ,
2 cap. 36. AVGVST. Regeneratus † quippe non regenerat filius carnis, ſed generat: ac per hoc in eos non quod regeneratus, ſed quod generatus eſt, traijcit. Sic igitur ſiue reus infidelis, ſiue fidelis abſolutus non generat abſolutos vterq;, ſed reos: quomodo non ſolùm Oleaſtri, ſed etiam oleæ ſemina non oleas generant, ſed oleaſtros: ſic itaq; in damnatione hominem prima natiuitas tenet, vnde niſi ſecunda non liberat. Hæc ille. AVTHOR. Ita ergo baptiſmus mundat antiquum delictum, qd iam adeſſe reperit, nõ quod nõ inuenit, ſed quod reſtat futurum: idcirco regeneratus nõ regenerat filios carnis ſuæ, ſed generat: ſicut & HIERONYMVS cõtra Vigilantium ait, Non naſcuntur, ſed renaſcuntur Chriſtiani. Sed iterum ad hoc arguunt. Non enim potuerunt ad poſteros tranſmittere, quod ipſi minimè habuerunt. Ex Auguſtino, vbi priùs, ad Marcellinum. AVTHOR. Hoc etiam in carnali tractatu peruertitur, quia ex Geneſis teſtimonio vnicolores oues, Iacob curante, maculoſas generabant, & varias. Quomodo ergo maculas poterant in fœtus tranſmittere, quas ipſæ non habebant? Quid oportet epilentias, quid lepras, quid ora retorta, vel cæcos oculos, & cætera mala enarrare, quæ quotidie parentes ab illis incolumes tranſmittunt in poſteros quæ non habent? Comparationes iſtæ ſunt bonæ, quia vtrobiq; carnalis eſt actio. Submittit item alia exempla ad idẽ probandum, ſermone primo primæ partis AVGVSTINVS. Miraris quare peccator naſcatur de ſemine iuſti, nec te delectat mirari, quare oleaſter naſcatur de ſemine oliuæ. Accipe aliam ſimilitudinem ad iuſtum baptizatum: pone granum purgatum, non attendis, q̃ de grano purgato frumentum cum palea naſcitur, ſine qua ſeminatur? Demum cùm ſit in propagine natorum generatio carnalis nõ ſpiritalis, vis vt de baptizato baptizatus naſcatur, cùm videas de circunciſo non naſci circũciſum? Certè carnalis eſt iſta generatio, car
3 nalis eſt iſta circunciſio, & † tamen de circũciſo non naſcitur circunciſus: ſic ergo nõ poteſt de baptizato naſci baptizatus, quia nemo renatus antequã natus. Hæc ille. AVTH. Contra quoſdam Pelagianos ſuſcitauit pater egregius hæc motiua, quæ cùm directiùs ſauciarent noſtros baptiſtas, qui tantam ſignificationem fidelium paruulis donant in vtero, vt renaſci in baptiſmo ſenſibilis aquæ contra Chriſti euangelium, vel putent ſuperfluum, vel non neceſſarium ad ſalutem, Pelagiani autem ad tantum inſanire non auſi, dixerũt paruulos baptizandos, vt fideles fierent, aut Chriſtiani, & ſanctificari in Chriſto. li. 2. de baptiſmo paruulorũ, ca. 11. AVGVST. Si aduerſus eos mihi eſſet cauſa iſta ſuſcepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent, aut ſuperfluò baptizari contenderent, dicentes eos ex fidelibus natos parẽtum meritum neceſſariò conſequi, tunc deberem ad hanc opinionem conuincendam laborioſiùs fortaſsis, & operoſiùs excitari. Tunc ſi mihi apud obtuſos, & contentioſos, propter rerum naturæ obſcuritatem difficultas refellendi falſa, & perſuadendi vera reſiſteret, ad hæc fortè, quæ in vſu atq; in promptu eſſent exempla confugerem, viciſsimq; interrogarem, vt quia mouent quomodo peccatum, quod mundatur per baptiſmum, maneat in eis, quos genuerint baptizati, niſi explicarent, quomodo præputium, quod per circunciſionem aufertur, maneat in eis, quos genuerunt circunciſi? Quomodo etiam palea, quæ opere humano tanta diligentia ſeparatur, maneat in fructu, qui de purgato tritico naſcitur? His, & talibus forſitan vtcunq; conarer exemplis perſuadere hominibus, qui mundationis ſacramentum ſuper-

flue

fluè filijs mundatorum crederent adhiberi. Hæc ille. AVTHOR. Sufficienter iſtorum infringitur opinio, in natura, qua multipliciter demonſtratur, 4 † quę vitium ſuum transfundant fideles parentes in prolem, à quo purgati olim fuerunt per baptiſmum. Et quid eſt, quę per vnã viam propagationis carnalis, & eiſdem miniſtris, per quam primum deſcendit delictum, primam gratiam, & purgationem, & ab eodem delicto concedunt, quando ſeparatim ipſam Chriſtus aſsignat, Quod natum eſt ex carne, inquiens, caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: duobus effectibus longè inter ſe contrarijs, diuerſas natiuitates aſsignans, vt non ſit vlla ſocietas lucis ad tenebras, aut Dei ad Belial? Quomodo item erit gloriatio fidelis in Chriſto Ieſu, vt ſecundùm Apoſtolum primę Corinth. 1. Non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis à Deo ſapiẽtia, & iuſtificatio, & ſanctificatio, & redemptio: quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in domino glorietur? Iam data purgatione, & ſanctificatione prolis in vtero ad ſalutem, per propagationem fidelium, ipſa parentis fidelitas, & carnis propagatio cõcurrens erit proli iuſtitia, & ſanctificatio, & redẽptio, vt contra textum apoſtoli, omnis caro talis glorietur in conſpectu eius: quia non tantùm ex ipſo Ieſu vos eſtis, ſed ex parentum propagatione fideles. Ita vt dicãt filij ſeipſos gloriantes in carne parẽtum, Ego ſum Pauli, ego ſum Ioannis, ego ex ſanctiori parentela chriſtianior alijs, & in duplo roborabitur hęſis Corinthiorum ex hac duplici generatione & regeneratione fideliũ in propagatione parentum. Et cùm niſi vacent ad tempus parentes à concubitu, non concedit eis apoſtolus, vt poſsint ſeipſos ſanctificare oratione, hi cõcedunt coniugibus ſanctificare alios ſanctitate prima, & puriſsima ab omni contagione originalis delicti. Hanc ſanctificationis eminentiam Chriſtus Baptiſtæ non annuit ſuo, qui quanuis in vtero ſanctificatus eſſet, & à ſanctis, iuſtis, & circunciſis parentibus (Euangelio teſte) editus, ſine circunciſionis tamen ſequentis ſignaculo fuiſſet anima eius (iuxta legis edicta) de populo peritura. In promptu habent Lollardi noſtri dicere: ſed illa erit ſeruitus veteris legis ſacramentum, vt ſine illo & ſanctificatio Dei, & parentum ipſo ſacramento ſanctificatorum ſanctitas ſanctificare prolem non potuerit ad ſalutem, quanto magis huius ſacramenti figuralis veritas aquæ baptiſmalis verbo Chriſti, & ſanguine conſecrata omnem ſanctitatem parentum caſſam facit à prole, ſi non ipſam capiat manifeſtè. Manifeſta em̃ ſacramẽta edidit Chriſtus pro ſalute fidelium, ſicut ipſe manifeſtatus venit. De hoc in epiſtola ad Dardanũ AVGVS. Sacramentum porrò regenerationis noſtræ manifeſtum eſſe voluit manifeſtus mediator. Erat autem antiquis iuſtis aliquid occultum, cùm tamen & illi eadem fide ſalui fierent, quæ fuerant ſuo tempore reuelanda. Non enim audemus fideles temporis noſtri præferri amicis Dei, per quos iſta nobis ꝓphetata ſunt, cùm Deum Abraham, & Deum Iacob, & Deum Iſaac, ita ſe Deus eſſe commendet, vt hoc dicat ſuum nomen in æternum. Quòd ſi circunciſio antiquis ſanctis pro baptiſmo fuiſſe creditur, quid reſpondebitur de his, qui antequã hoc præceptum eſſet, Deo placuerunt? Hæc 5 ille. AVTHOR. Hoc † ex iſto dicto doctoris accipimus, ꝙ circunciſio erat patribus pro baptiſmo: tam neceſſarius erit baptiſmus aquæ noſtris naſcentibus, quàm neceſſaria erat circunciſio Ioanni, Abrahæ, Iſaac, & cæteris patribus: quia talibus Dei amicis non audemus præferre tẽporis noſtri fideles, vt poſsint ipſi occultè ad ſalutem, prolem occultè ſanctificare: cùm Abraham, Iſaac, & Iacob, & Zacharias paruulos ſuos ſua ſanctificatione quacunq; non ſaluent ſine circunciſionis manifeſto, & publico ſacramẽto. In ipſo ergo baptiſmo ſenſibili primò apparet Chriſti ſeruitus, & 6 Chriſti † dominatus tunc primò exaltatur, quãdo nomen Chriſti baptizatus exaltat per profeſsionem palàm in populo. Vnde Homilia. 4. ſuper Ioſue ORIGENES. Quanta antè geſta ſunt, mare rubrum pedibus tranſitum eſt, manna de cælo datum eſt, fontes in eremo dirupti ſunt, lex per Moyſen data eſt, ſigna & prodigia multa in eremo geſta ſunt, & nunquam dicitur exaltatus eſſe Ieſus: vbi vero Iordanis tranſitur, ibi dicitur ad Ieſum, In hac die incipio exaltare te in conſpectu populi. Neq; enim ante myſterium baptiſmi exaltatur Ieſus, ſed exaltatio eius, & exaltatio in conſpectu populi, inde ſumit exordium. Si enim omnes qui baptizãtur in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizantur, mors autem Ieſu in crucis exaltatione completur, meritò vnicuiq; fideli tunc primùm Ieſus exaltatur, cùm ad myſterium baptiſmi peruenitur: quia & ſcriptum eſt, ꝙ exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Veruntamen per ſacerdotes deducitur populus, & iter agit

Baptiſmus eſt neceſſarium.

Chriſti exaltatio.

Digitized by Google

agit ad terram repromiſsionis magiſterio ſacerdotum. Hæc ille. AVTHOR. Fides ergo erat eccleſiæ tẽpore Origenis in antea, quod vnuſquiſq; fidelis fieret, non ad ſuam maximè vtilitatem accipiendo gratiam ſuæ purgationis à ſcelere, ſed magis ad exaltationẽ Chriſti Ieſu, profitendo ipſi debitam ſeruitutem in plebe: ideò in euangelio de baptiſmo oportet, inquit, exaltari filium hominis, ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto. Aut quomodo aliter hoc poſſet aptari præmiſsis? Hãc autem exaltationẽ baptiſtæ noſtri refugiunt, quam baptizati ſui tacẽt in vtero. Neq; enim ante myſterium baptiſmi exaltatur Ieſus (inquit Origenes) ſed exaltatio eius exaltatio in conſpectu populi inde ſumit exordium, non à conſternati vultus deiectione in ergaſtulo vteri. Aliâs cur iuſsit Chriſtus baptizare omnes gentes in nomine patris, & filij, & Spiritusſancti? Dixiſſet enim, baptizate tantùm primas gentes, vt in ſua fidelitate cæteræ baptizẽtur occultè. Et item non † dixiſſet Chriſtus prædicandum euangelium, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, omni creaturæ humanæ. Non ſcilicet ſolùm quæ tunc erat, ſed in finem ſeculi duraturæ: quia primis baptizatis, cæteræ naſcentur fideles. Igitur à verbis Chriſti, & obſequijs apoſtolorum ſemper hactenus regula fuit eccleſiæ, omnes admittendos ad baptiſmum aquæ ſenſibilis, omneſq; neceſſariam habere hanc ſuæ inchoationem ſalutis, qui volunt eſſe fideles. Sed forſan Wicleff interrogat, quid vt renaſcatur in Chriſto tantoperè requiritur aqua? Et ego iterum interrogo, quid vt fiat primus homo, tantoperè requirebatur terra? De terra primus homo eſt reuerſurus in terram. De aqua ſecundus homo iam recreandus in ſpiritum. Spiritus enim domini ferebatur ſuper aquas. Vnde in cap. 3. Ioannis, ibi, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c. CHRYSOST. Si verò quis interrogat qualiter ab aqua, interrogo ego qualiter à terra. Qualiter enim lutum in diuerſas partes diuiſum eſt, qualiter qđ ſubijcitur vniformæ. Terra eñ erat ſola, quæ verò ex ea facta ſunt, varia & omnimoda: vnde oſſa, & nerui, & arteriæ, & venæ, & mẽbrana, & vaſa officialia. Et infrà. Si igitur quæ quotidie fiunt, & palpãtur, fide indigent, multo magis quæ ineffabiliora, & ſpiritualiora his ſunt. Sicut eñ terra, quæ eſt inanimata, fortificata eſt voluntate Dei, & tot ex ipſa facta ſunt miracula, ita & ſpiritu aqua aduẽniente inopinabilia hæc, & excogitationem ſuperexcedentia facilè omnia fiunt. Hæc ille. AVTHOR. Neceſſariò ergo de aqua, Spiritu ſancto fouente eam, quanuis ſuper ſenſum noſtrum, ſecundùm tamen fidem rectam reficitur omnis homo: ſicq; decreuit Eccleſia contra Pelagium, prout habet in Dialogo Attici, & Critoboli contra ipſum HIERONYMVS. Frater chariſsime hæc fuit in concilio noſtra ſententia, à baptiſmo, & gratia Dei, qui omnibus miſericors, benignus, & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi: quod cùm circa vniuerſos obſeruandum, & retinendum, magis circa infantes ipſos, & recenter natos obſeruãdum putant, qui hoc ipſum de opere noſtro ad diuinam miſericordiam plus merentur, ꝙ in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu plorantes, aut flentes nihil aliud faciunt, quàm deprecantur. Scripſit dudum vir ſanctus & eloquens epiſcopus Auguſtinus ad Marcellinũ, qui poſtea ſub inuidia tyrannidis Heracliane ab hæreticis innocens cæſus eſt, duos libros de infantibus baptizandis contra hæreſim veſtram, per quam vultis aſſerere baptizari infantes non in remiſsionem peccatorum, ſed in regnum cælorum. Iuxta illud. Niſi quis renatus fuerit, &c. Tertium quoq; ad eundem Marcellinum contra eos, qui dicunt (id eſt vos) poſſe hominem ſine peccato eſſe ſi velit, abſq; Dei gratia. Et quartum nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam multa aduerſa fingentem. Alios quoq; ſpecialiter tuo nomine cudere dicitur, qui necdum in noſtras venêre manus, vnde ſuperſedendum huic labori cenſeo, ne dicatur illud mihi Horatij, In ſyluam ne ligna feras. Aut enim eadem dicemus ex ſuperfluo, aut ſi noua voluerimus dicere, à clariſsimo ingenio occupata ſunt meliorà. Hoc vnum dicam, vt tandem finiatur oratio: aut nouum vos debere ſymbolum tradere, vt per patrem, & filium, & Spiritumſanctum baptizetis infantes in regnum cælorum, aut ſi vnum, & in paruulis, & in magnis habetis baptiſma, etiam infantes in remiſsionem peccatorũ baptizandos in ſimilitudine præuaricationis Adæ. Hæc ille. AVTHOR. Quid † mihi ergo reliquum eſt, vt contra noſtros nouellos baptiſtas, qui inter dolores maledictionis Euæ, & humores menſtruos, nondum natos baptizant, & prædicãt eſſe renatos, arguam? Quos ſacer Hieronymus ad Auguſtinum remittit, ne audiat illud Horatij, In ſyluam ne ligna feras. Niſi item cogam eos modò nouum condere ſymbolum, nouũ conſtruere baptiſma, & æquiuocum ſacramentũ. Etenim oportet eſſe patulũ ad occultũ baptiſma in lauacro, & ad baptiſmũ in vtero:

7 Omni creaturæ prædicari, &c.

8

Digitized by Google

vtero: baptiſmū tam alti ſilentij, vt nulla ſit ibi vox, ſiue ſenſus ad baptiſmum, vbi tres perſonæ diuinæ tanta neceſsitate dicuntur, vt vna tacita (ſecundum antiquā eccleſię regulam, & cenſuram euangelij) ipſum erat imperfectum & caſſum. Vnde lib. 2. de Trinitate ATHANASIVS. Nunquid poteſt contra regulam euangelicæ cenſuræ de hoc vnico Trinitatis nomine ſancti ſpiritus ſublata vel tacita perſona, baptiſma in eccleſia perfectum celebrari? Abſit. Alioquin quomodo in hoc nomine deitatis patris, & filij, & Spiritusſancti, in fidē baptiſmi vnitæ credentibus datus eſt? Hæc ille. AVTHOR. Et quomodo non tacitè trāſitur perſona Spiritusſancti in vtero, vbi nulla trium etiam vel voce incōdita promulgatur? Sed iam primò experior quid volebat Witcleff, quando tanto ſupercilio tunctos catholicos doctores iudicauit inſontes, qui damnationem, & ſaluationem paruuli de ſuo baptiſmo definirent: vnde iam latè ſuprà in quinto libro conſcripſi, ſed (vt ſolet) plus authoritatis & ponderis exponit ſignis Iudaicis, q̄ Chriſti veriſsimis ſacramentis: quia ſtultum dicit, & ſine authoritate dictum, q̄ infans non baptizatus expirans, damnabitur, dicente Chriſto, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. Sed audit quanuis nolit, q̄ infans, cuius caro circunciſa non fuerit, peribit de populo ſuo. Quod ergo magis neceſſarium ſacramentum? Hanc authoritatem victricem tulit Auguſtinus cōtra magiſtrum tuum Pelagium, cur te non fecit attentum? Nempe lib. 2. contra Pelagium, & Cæleſtium, de Chriſti gratia, cap. 29. AVGVSTI. Ante Abrahā quidem vtrum aliquo corporali, & viſibili ſacramento iuſti, vel eorum paruuli ſignarentur, ſcriptura non exprimit: ipſe tamen Abraham ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei. Et ſic accepit, vt deinceps etiam omnes paruulos domus ſuæ circuncidere iuberetur recētiſsimos à viſceribus matrum, octauo die natiuitatis eorū, vt etiā hi, qui corde ad iuſtitiam credere nondum poſſent, iuſtitiæ tamen fidei ſignaculum ſumerent. Quod ſub terrore tanto eſt imperatum, vt Deus diceret animam illam de ſuo populo perituram, cuius octauo die præputij circunciſio facta non fuiſſet. Sequitur. Quid em̄ mali, quæſo, paruulus propria voluntate commiſit, vt alio negligente, & eum non circuncidente, ipſe damnetur damnatione tam ſeuera, vt pereat anima illa de populo ſuo? Neq; em̄ tēporalis mortis terror incuſſus eſt, cùm de iuſtis quando moriebantur, tunc potiùs dicere-

tur, Et appoſitus eſt ad populum ſuum, vel appoſitus eſt ad patres ſuos, quoniam deinceps homini nulla tentatio formidatur, quæ illum ſeparet à populo ſuo, ſi populus eius ipſe eſt populus Dei. Hæc ille. AVTHOR. Ecce circunciſus eſt Abraham, & fidelis inuentus eſt, cui nullum audeo in præſenti comparare noſtrorū fideliū: ſed eius ſanctitas, & fides prodeſſe non potuit filijs, ſi ipſi circunciſi non eſſent corporibus proprijs. Et pretioſiùs faciūt Witcleuiſtæ circūciſionis ſignaculum, quàm Chriſti baptiſmum, dicentes baptiſmum laticis ſuppoſitione neceſſarium, reliquū abſolutè, intantum, vt non temporalis mors, ſed æterna infligebatur ad pœnā, huic autem fiet temporalis, ſed merito tollitur parentelæ. Cuius dogma eſt ergo negligere paruulos ad baptiſma. Facta enim ſequacium Witcleff magiſtri abdita cōmentantur. Et vnde tibi ô procaciſsima hæreſis, audet tanta ſuperbia, cum tam erecta ceruice, antiquam cum vexillo reportare malitiam, & vnum argumentis dare Auguſtini reſpōſum, aut (quod multò maius eſt) totius eccleſiæ Dei tibi aduerſantis in facie, non timere ſententiam? Frons meretricis non iam eſt facta tibi, ſed ipſæ meretrices te iudicaturæ ſunt in regno cælorum. Meretrix enim Pelagiana hæreſis verecundata erat contra antiquam eccleſiam iſta proferre, cùm tamen antiquior tibi ipſa etiā facta eſt iam mille annis, quàm erat Pelagio. Vnde & lib. 3. de baptiſmo paruulorum, cap. 4. AVGVSTI. Vides ne obſecro quemadmodum hoc totū Pelagius non ex ſua, ſed ex aliorum perſona indiderit ſcriptis ſuis: vſque adeò ſciens hanc neſcio quam eſſe nouitatem, quam contra antiquam eccleſiæ opinionem ſonare nunc cœperit, vt eam ipſe confiteri aut verecundatus, aut veritus fuerit. Hæc ille. AVTHOR. Verecundatus erat Pelagius, quod item ſopitum iam reſuſcitare noſter Witcleff non eſt verecundatus, aut veritus. Et in ſermonum libro primæ partis, de natali ſancti Ioannis AVGVSTI. Dic mihi obſecro te, paruulis baptizatis Chriſtus aliquid an nihil prodeſt? Neceſſe eſt vt dicat, prodeſſe premitur mole matris. Fortè quidam vellēt dicere non, nā ratiocinationes eorum ad hoc vidētur compellere: ſed authoritate reprimuntur eccleſię, ne non dicam ſputis hominum obruātur, ſed ipſorum infantium lachrymis tāquam fluuio pertrahantur. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ingemiſco, hoc mē te condoleo, inueniri modò tam tepidos Chriſtianos, vt audacter clamet in medio eorum nouus hæreticus antiquā perfidiam, nec eum prohi-

Digitized by Google

prohibeant pugnis, aut gladijs, quos nec mutire paſsi eſſent antiqui fideles, ſed eos obruerent ſuis ſputis, maximè q̃ tãta eſt in fide ſubſtantia, & de certiſsima apoſtolica traditione credẽda, prout aſſerit lib. 10. ſup Geneſ. ad lite
9 ram, cap. 30. AVGVS. Conſuetudo † matris eccleſiæ in baptizandis paruulis nequaq̃ ſpernenda eſt, neq; vllo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda, niſi apoſtolica eſſet traditio. Habet etenim illa parua ætas magnum teſtimonij pondus, quæ pro Chriſto meruit ſanguinem fundere. Hæc ille. AVTHOR. Audiat Guilielmus, audiant Witcleuiſtæ, q̃ hæc conſuetudo matris eccleſię de baptizandis paruulis, nec ſpernenda, aut ſuperflua iudicanda, ſed credenda apoſtolica extat trãditio, nec tãtùm propter paruulum, ſed propter paruuli credentis in Chriſto prolatũ teſtimonium, habet enim, inquit, illa parua ætas magnum teſtimonij pondus, ſic in baptiſmo, ſicut in martyrio.

De ſacramentalibus precibus, & ritibus ſacramenti Confirmationis.

Titu. V I.

¶ De Confirmatione baptizati poſt ſacrum fontem, ſi adſit Epiſcopus, & quòd cõmunicet corpus Chriſti, & audiat euangelium in cõplementum myſteriorum.

C A P. L V.

S V M M A.

1 *Confirmationis ſacramentum uenerabile, quomodo peracto ſolenni baptiſmo debeat ſubſequi, ſi Epiſcopus adſit.*
2 *Dona Spiritusſancti recenſentur, quæ ad inuocationẽ ſacerdotis in confirmatione infunduntur.*
3 *Virtutes omnes quomodo ad Spiritumſanctum pertinent.*
4 *Confirmandi modus recenſetur.*
5 *Gradus ad communionem quot ſint ſecundùm Origenem.*
5 *Communionis figura oſtenditur. Et de lectione Euangelij.*

CONFIRMATIONIS † venerabile ſacramentum, 1
peracto ſolenni baptiſmo, ſi epiſcopus adſit, ſubſequitur. Quæ eccleſiaſtica regula modo ſeruatur, copulans ſacramẽta, ſicut Apoſtolus Paulus ipſa coniunxit, Hebræ. 6. Non rurſum iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptiſmatum doctrinæ, impoſitionis quoq; manuum. Vbi ſtatim baptiſmo ſacramentum impoſitionis manuũ per confirmationem annectit. Et iterum. Impoſsibile enim eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spirituſſancti. Vbi in expoſitione ſolẽni AMBROS. Non ſufficit pœnitentia mundos facere peccatores, niſi confeſtim baptizentur, ſicut in actibus Apoſtolorũ Petrus reſpondiſſe legitur, Pœnitentiam agite fratres, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu. Quia quod impoſsibile eſt operari per ſe, hoc per Dei gratiã accipere in baptiſmate poteſt. Sequitur. Impoſitionis quoq; manuũ myſteriũ, per quod Spirituſſanctus accipi creditur poſt baptiſmum ad confirmationem vnitatis in eccleſia Chriſti, à Pontificibus fieri ſolet. Hæc ille. AVTHOR. Ex his ergo verbis apoſtolicis Pauli patet hanc obſeruantiam copulandi ſacramentum confirmationis ab epiſcopo, ſacramento baptiſmi, tunc ex vſu celebri fuiſſe continuã: quapropter quod reſumit ibi Apoſtolus, ſi ſemel illuminati eſtis per gratiã Spirituſſancti, & guſtaſtis donum cęleſte, hoc eſt, remiſsionem peccatorũ accepiſtis, & participes facti eſtis Spirituſſancti. AMBRO. Participes facti eſtis Spirituſſancti in diſtributione bonorum Dei, quę in epiſtola ad Corinth. beat⁹ Paulus enumerat. Hæc ille. AVTHOR. In hoc verbo precem epiſcopalem, quæ Spirituſſancti dona ſeorſum numerata in ſuſceptum ſuũ flagitat, euenire inſinuat, cùm dicitur, Domine, da ei ſpiritum ſapientiæ, & intellectus. Amen: ſpiritum conſilij & fortitudinis. Amen: ſpiritũ ſcientiæ & pietatis. Amẽ: adimple eum ſpiritu timoris tui. Ita vt priùs ſacramentum chriſmatis deſignauit ad ſubſtantiã, cùm diceret, Impoſitionis quoq; manuũ vnà cum ſacramẽti illius ritibus impoſitionis manuũ & vnctionis ad cõfirmationẽ vnitatis ſicut dicit Ambro. Hic aũt non omittit Apoſtolus addere ſacramẽtalẽ precẽ, cùm dicit eſſe Spirituſſancti factos participes in diſtributione ſcilicet donorũ eius. Vñ lib. 7. de Trinitate, in reſponſione ad tertiam interrogationem

Digitized by Google

ATHANASIVS. Rogo quemadmodum ſeptiformem habent vnitum ſapientiæ, & intellectus, ſpiritum conſilij & virtutis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, ſpiritum timoris Dei in manu impoſitionis chriſmate conſequi merentur, quem de vnica plenitudine diuinitatis conſiſtere nos confitemur. Hæc ille. AVTH. Et item libro ſuo de Trinitate, & ſpiritu ſancto verſus finē idem ATHANASIVS. Omnes ſancti in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti per impoſitionem manuum ſacerdotum, ſpiritum Dei conſequuti, ad antiquum reſtituuntur ſtatum, in quo erant ante præuaricationem Adæ. Et hoc ſpiritu legem dante in eccleſijs gentium, nos neq; carnem circuncidimus, neq; carnaliter legē Moyſi cuſtodimus. Hæc ille. AVTHOR. Multùm ponderandū, quod antiquus iſte dierū ſcribit Spiritum ſanctum dediſſe legem iſtā impoſitionis manuū ſacerdotum, per quam Spiritum ſanctum conſequuti, ad antiquum reſtituuntur ſtatum innocentiæ primi Adæ. Vñ lib. 3. de ſacra. AMBROS. Sequitur ſpirituale † ſignaculū, quod audiſtis hodie legi, quia poſt fontem ſupereſt vt perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis Spiritus ſanctus infunditur, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij, atq; virtutis, ſpiritus cognitionis, atq; pietatis, ſpiritus ſancti timoris, ſeptem quaſi virtutes ſpiritus. Et † omnes quidem virtutes ad Spiritum ſanctum pertinent: ſed iſtæ quaſi cardinales ſunt quaſi principales. Quid enim tam principale, quàm pietas? Quid tam principale quàm cognitio Dei? Quid tā principale quàm virtus? Quid tā principale quàm conſiliū Dei? Quid tam principale quàm timor Dei? Sicut timor ſeculi magna eſt infirmitas, ita timor Dei magna eſt fortitudo. Iſtæ ſunt ſeptem virtutes, quādo conſignaris. Nam, vt ait apoſtolus ſanctus, quia multiformis eſt, inquit, ſapiētia Dei, ita multiformis eſt Spiritus ſanctus, qui habet diuerſas variaſq; virtutes, vnde & Deus virtutū dicitur. Hæc ille. AVTHOR. Hæc ſunt dona, per quæ Spiritus ſanctus datur in prece, & participem ſui variè efficit hūc, aut illum. Iſtæ ſunt (inquit Ambroſius) ſeptem virtutes, quādo cōſignaris. Hoc dicens, recolit huius, quod dicit ibi ſacer antiſtes, Confirmo, † & conſigno te ſigno ſanctæ crucis, & chriſmate ſalutis. Tunc conſignatur, tunc confirmatur, non vt Witcleff malignatur: epiſcopus confirmat ibi Spiritus ſancti donum, ſed ſuſceptum fidelem ad eccleſiæ vnitatem, quod ſine Spiritu ſancto non fieret, quanuis ſine Spiritu ſancto baptiſmum antè ſuſceperit, ideò frequentiſsimè datur, ſi adſit epiſcopus, hoc confirmationis ſacramentum ſtatim poſt baptiſmum. De quo tertia parte ſermonum, ſermo. 97. AVGVST. Deſinant inſipientes ſibi blandiri, & nobis dicere, Quid accepturi ſumus, cùm ad vos acceſſerimus, cùm nos iam baptiſinū habere fateamur? Reſpondemus eis, habetis baptiſmum Chriſti, venite vt habeatis ſpiritum Chriſti. Timete quod ſcriptum eſt, Quiſquis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Induiſtis Chriſtum forma ſacramenti, induite imitatione exempli: quoniam Chriſtus pro nobis paſſus eſt, exemplum vobis relinquens, vt ſequamini veſtigia eius. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit Auguſtinus, Habetis baptiſmum Chriſti: ad hæc reſtat, ne fortè ficte, aut ſi non ficte, tamen vt ſpiritum Chriſti accipiatis donorum eius participatione plenaria. Vnde libro ſuo de myſterijs AMBROSIVS. Charitas tua nulla perſecutione minuatur, quam multa aqua excludere, flumina inundare non poſſint: vnde repete, quia accepiſti ſignaculum ſpirituale, Spiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij atq; virtutis, ſpiritum cognitionis & pietatis, ſpiritum ſancti timoris, & ſerua quod accepiſti. Signauit te Deus pater, cōfirmauit te Chriſtus dñs, & dedit pignus ſpiritus in corde tuo, ſicut apoſtolica lectione didiciſti. His abluta plebs dium inſignibus ad Chriſti tendit altaria, dicēs, Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Depoſitis enim inueterati erroris exuuijs, renouata in Aquila iuuentute, cæleſte illud feſtina adire conuiuium. Venit igitur, & videns ſacroſanctum altare compoſitum, clamans ait, Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me. Hanc loquentem inducit Dauid, dicens, Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Hæc ille. AVTHOR. Re enim vera, ſi adhuc eſſet eccleſiaſtica regula, vt adultus, vel adulta ſtatim vnctione ſacra peracta ad altare ductus communicet, ſed nō ſeruatur. Non † enim ſubitò, ſed per gradus ſunt inducendi fideles ad tantum myſterium. Quod ponderauit hos gradus recenſens in expoſitione ſuper Cantica, libro. 2. verſus finem ORIGENES. Engaddum autem ager terræ Iudææ eſt, non tantum vineis, quantum Balſamis florens. Hic ergo hiſtoricus ſenſus ſponſæ loquentis ad adoleſcentulas, vt intelligatur, dicens, Primò quidem, Nardus mea odorem mihi ſponſi mei reddidit. Secundò verò alligamentum guttæ effectus eſt mihi. Tertiò, botrus Cyperi ex vineis

2 *Donaſpiritus ß.*

3 *Virtutesoēs ad ſpiritū ſ. pertinent.*

4

5 *Gradu cōmun*

Digitized by Google

vineis Engaddi, ſuperans omne quicquid eſt in odoribus & floribus ſuauitatis. Sequitur. Sicut ergo hos, quibus efficitur ſapientia & ſcientia nō ad ſubitū, ſed per profectus quoſdam, & gradus pro ſtudijs, & intentione ac fide eorum, qui ei vel in ſapientia, vel in virtute participantur, ſapientes eos & ſcientes reddit, vigenteſq; virtutibus: ita & in quibus vitis vera efficitur, nō eis ad ſummū botros maturos producit dulces, nec repentè eis vinū efficitur ſuaue, & lætificans cor hominis, ſed producit eis ſuauitatem tm̄ odoris in flore. Et demum maturitatis eis dulcedinem præbet, vſq; dum perducat eos ad torcularia, vbi effunditur ſanguis vuæ, ſanguis noui teſtamēti, qui bibatur in die feſto in ſuperioribus, vbi ſtratū magnū paratum eſt. Sic ergo per ſingulos hos profectus graduū incedere oportet eos, qui per ſacramentum vitis, & botrum cyperi, initiati ad perfectionem feruntur, & calicem noui teſtamenti ab Ieſu ſuſceptum bibere contendunt. Hæc ille. AVTHOR. Tres ergo gradus Origenes diſtinguit, ita vt à vineis Engaddi, id eſt, fonte hœdi, veniamus ad florem, & botrū florētem, & fragrantiam vnctionis. Ac tertiò ad communionem ſanguinis magnę vuæ. Quod item præfato loco poſt baptiſmum ſanctum tertio loco beatus Paulus annexuit, ita dicēs, Guſtauerunt etiam donū cæleſte. vbi in expoſitione HAYMO, hoc eſt, remiſsionē peccatorum perceperunt in baptiſmate, ſiue cōmunicauerūt corpori & ſanguini domini poſt baptiſmū. Hæc ille. AVTHOR. Quod docente magiſtro tradit item in fine capituli. 2. de eccleſiaſtica Hierarchia DIONYSIVS. In fine autem omniū, hierarcha ad ſacratiſsimam euchariſtiam vocat perfectum, & perfectiuorū myſteriorum ipſi tradit cōmunionem. AVTHOR. Vbi LINCOLIEN. In fine omniū agendorum, videlicet vniformiter, & condecēter ad plenū bene eſſe baptiſmi, hierarcha vocat perfectum, id eſt, baptizatum ad ſacratiſsimam euchariſtiam, & tradit ei cōmunionem perfectiuorum myſteriorum. Hæc ille. AV-
6 THOR. Figura † autem huius cōmunionis, *mmunio igura.* vt tradunt patres, Naaman Syrus in libris Regum, poſt perceptum lauacrum, poſt confeſſionem Dei Iſraēl tulit ſecū partem terræ ſanctæ. Qualiter exponit myſterium lib. 2. ſuper Lucam cap. 1. BEDA. Vt cuncta hîc baptiſmi ſcires ſacramenta præmōſtrata, in quo abrenuntiare Satanæ fidē confiteri præcipimur, negat ſe Naamā vltrà Dijs alienis libaturum, ſoli Domino ſeruiturum, partem quoq; terræ ſanctæ ſecum tollere gaudet: quoniam baptizatos oportet dominici quoq; corporis participatione confirmari. Hæc ille. AVTHOR. His peractis, legit ſacerdos ad placitum in eccleſia Anglicana Euangelium ſecundùm Marcū. Reſpondens vnus de turba, Magiſter attuli filium meū. In antiqua quidē eccleſia poſt *Euangelij lectio.* catechizationem factam legebantur quatuor euangeliorum initia: qualiter lib. 2. de taberna culo ſuper hunc textum, In introitu atrij fiet tentorium. BEDA. In introitu atrij, quatuor ſunt columnæ, quia non niſi per fidem, & ſacramenta euangelij, quæ quatuor libris continentur, vnitatem ſanctæ eccleſiæ quis ingredi poterit. Vnde pulchrè in ipſa eccleſia mos antiquitùs inoleuit, vt his, quicunq; catechizandi, & Chriſtianis ſunt ſacramentis initiandi, quatuor euangeliorum principia recitentur, ac de figuris, & ordine eorum in apertione aurium ſuarum ſolerter erudiantur: quo ſciant exinde, ac meminerint, qui, & quot ſunt libri, quorum verbis maximè in fide Trinitatis debeant erudiri. Hæc ille. AVTHOR. Sic ergo de ritibus ſacri baptiſterij ſumus progreſsi, vt penè patere poſsit omnia ab apoſtolorū traditione procedere, & quod iuxta formam domini à Chriſti formis ſparſim exempla contraxerint.

¶De conſecratione ſancti Baptiſmatis.

CAP. LVI.

SVMMA.

1 *Chriſmatis conſecratio, & quomodo fiat.*
2 *Telete quid ſit.*
3 *Chriſmatis in conſecratione quæ obſeruentur.*
4 *Chriſmatis uſus deſcriptio.*
5 *Crux quòd portitorem præcedat, & ſequatur incenſum, quid ſignificet.*
6 *Oleum unctionis, quod chriſma dicitur, quomodo contineat in ſe plures materies aromaticas, & quid figuret.*
7 *Chriſtus chriſma & unguentum.*
8 *Chriſtus oleum effuſum eſt. Et quomodo à Chriſto dicantur Chriſtiani.*
9 *Chriſti olim dicti reges, & iuſti.*
10 *Eccleſia omnis quare unctione chriſmatis conſecretur.*
11 *Vnguenti ex quatuor ſpeciebus aromatum confectio. Et quomodo nihil plus balſamo noſtro deſignet.*
12 *Engaddi locus, ubi balſamus creſcit, quomodo interpretetur.*

Digitized by Google

1 *Chriſmatis conſecratio.*



Onſecratio † autem, & conſectio ſancti chriſmatis, quod in ſacramento confirmationis eſt materia ſacramẽti, nec vtiliter pertrãſitur, nec poſtponitur ordinatè: ſed priùs de conſtitutione & conſecratione eius ordo tractatum exigeret: tunc autem quæ circa diſtributionem eius aut vſus, vtcunq; autẽ poſſumus modũ exordiamur conſecrationis huius, quem fluxiſſe primùm ab apoſtolis libro ſuo de eccleſiaſtica hierarchia ca. 4. nos certos reddit DIONYSIVS. Eſt huic coordinata altera perfectionis operatio vnguenti, *Teleten*

2 † ipſam duces noſtri nominant. AVTHOR. *Telete myſterium, feſtiuitas.* Duces apoſtolos nominat, qui ſacramentum vnguenti nominãt, cuius operatio huic, id eſt, ſacræ euchariſtiæ coordinatur. Et ſequitur. DIONYSIVS. Secundùm eundẽ ſynapſios modũ imperfectorum ſoluuntur ordines præcedentibus videlicet & hierarchica ad omne ſacrũ, bene olẽte circuitione, & pſalmica ſacri logia, & diuiniſsimorũ eloquiorum lectione, deinde vnguentũ hierarcha ſumens, ſuperponit diuino altari circumuelatũ à duabus & decem alis ſacris, clamantibus omnibus ſanctiſsimis ſacrũ Deo acceptabiliũ propheticarũ inſpirationũ melodima, & ipſo facto orationem adimplens in ſanctiſsimis conſecratorũ Teletis, ipſo vtitur ad omnẽ ferè hierarchicam perfectionis operationem. Hæc ille. AVTHOR.

3 Primò dicit, q̃ † in conſecratione chriſmatis obſeruatur chori thurificatio, & pſalmorũ decantatio, & lectionũ ſanctarũ enũtiatio, ac tũc imperfectorũ excluſio, ſcilicet energumenorũ, catechumenorũ, & in pœnitẽtia exiſtẽtiũ, priuſq̃ ad eius conſecrationẽ proceditur, ſicut in conſecratione euchariſtiæ: ideò hodie per Anglicanas eccleſias penè ad finem canonis ita inchoatur, vt præcedat eam decãtatio facta à choro, qualiter in hac litera dicit, ſanctis clamantibus ſacrũ melodima. THOMAS, fidelibus cõcinentibus, Sanctus, ſanctus, &c. & Halleluia. Hæc ille. AVTH. Vbi item in cõmentario LINCO. His peractis, & remanẽtibus cũ hierarcha ſolis dignis viſione ſecretorũ, hierarcha ſumẽs vnguentũ coopertũ duodecim operimẽtis, in modũ alarum fortè formatis, ponit illud ſuper altare, omnibus aſtantibus reſonantibus Halleluia. Deinde conſecrat illud hierarcha per ſanctã orationem, & vtitur illo in pleriſq; ſacramẽtis perfectiuis. Is itaq; erat ordo myſteriorum huius Teletæ in primitiua eccleſia, in locis, quibus iſte ſanctus cõuerſaba-

4 tur. Sequitur. Vtitur † ipſo ſanctiſsimo in ſanctiſsimis teletis conſecratorũ, vtpote baptizatorũ, confirmatorũ, ordinatorum in ſacerdotes, & epiſcopos, & tranſeuntium de hac vitã ad vitam alteram, & altaris, & eccleſiæ, & calicis, & patenę. Vtitur, inquam, ipſo ad omnem ferè (quia non vniuerſaliter ad omnẽ) hierarchicam perfectionis operationem. Et conſidera, q̃ nõ diſtinguit hìc plures ſpecies ſacri vnguenti, ſicut modò diſtinguũtur, & habentur in eccleſia, ſed ſimpliciter agit de vnguento ſacro. Hæc ille. AVTHOR. Modicũ eſt ad ſubſtantiam conſecrandi, ſi variemus in paruis, vbi tunc epiſcopus poſuit vnguẽtum ſuper altare, modò diaconus cõmunicãte archidiano illud adferat, vbi in eccleſia Dionyſij velabatur vnctio duodecim alis, quaſi alis Seraphim, quarũ erant ſex alę vni, & ſex alæ alteri, ſcdm Lincolien. & Thom. hic in quibuſdã locis aſſiſtãt duodecim presbyteri ſacri vnguẽti ſindone velati portitoribus, qui item omnes ſint ſub vno vmbraculo, ſeu pallio, ſecũdùm Gui-

5 lielmum. Quòd † autẽ portitorem præcedat crux, & ſequitur incenſum, hoc ſignũ vnctionis noſtræ in regale ſacerdotiũ, & tunc in bonum odorem, & famæ optimæ ſanctitatẽ. Sic in figura huius ſummus ſacerdos, cùm intraret tabernaculum, vbi erat virga Aaron, offerebat thimiama. Vnde libro. 4. de ſacris. AMBROSIVS. Vt intelligatis quid ſit ſecũdum tabernaculum, in quod vos introduxit ſacerdos, in quod ſemel in anno ſummus ſacerdos intrare conſueuit, hoc eſt, ad baptiſterium, vbi virga Aaron floruit. Antè arida erat, poſteà refloruit. Et tu aridus eras, & cœpiſti in fonte irriguo refloreſcere. Sequitur. Sed fortè dicas, Quid hoc ad populum, ſi virga ſacerdotalis aruerat, & refloruit? Populus ipſe qui eſt niſi ſacerdotalis? Quibus dictum eſt, Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, vt ait Apoſtolus Petrus. Vnuſquiſq; vngitur in ſacerdotium, vngitur in regnum. Sed ſpiritale regnum eſt & ſacerdotium ſpiritale. In ſecundo quoq; tabernaculo eſt thimiamaterium. Thimiamaterium eſt, quod bonum odorem fragrare conſueuit. Ita & vos iam bonus odor Chriſti eſtis, iam nulla in vobis ſordes delictorum, nullus odor grauioris erroris. Hæc ille. AVTHOR. Sic & in oratione, quæ iam ad modum præfationis canitur. PRAEFATIO. Et cùm mundi crimina diluuij quondam expirarent effuſione, ſimilitudinem futuri muneris columba demonſtrans per Oliuæ ramũ, pacem terræ reddita nuntiauit. Quod in nouiſsimis temporibus manifeſtis eſt effectibus declaratũ, cùm

Crucis cenſus.

baptiſ-

Digitized by Google

baptiſmatis aquis omnium criminum commiſſa delentibus hæc olei vnctio vultus noſtros iocũdos efficiat,ac ſerenos. AVTHOR. Ita enim tota hæc ſeries literæ apud primitiuos patres in huius ſacramenti memoria tenebatur. Qualiter item lib. 4. ſentent. cap. 1. DAMASCENVS. Oleum autem in baptiſmate aſſumitur, chriſma, id eſt, vnctionem annuntians, & Chriſtianos nos operans, & Dei nobis annuntians per Spiritum ſanctum miſericordiam: quia & feſtucam oliuæ his, qui ex diluuio ſaluati ſunt, columba attulit. Hæc ille.

6 AVTHOR. Iſtud † autem oleum vnctionis, quod chriſma noſtrum (ſecundùm Damaſcenum) annuntiat, ſicut non ſimpliciter vnum, ſed ex odoriferis pluribus eſt admiſtum, figurat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ex multis naturis, & pluribus virtutum reſultantem odoribus, prout dicto iam capitulo theorizat DIONYSIVS. Dicimus, ꝙ vnguenti compoſitio, congregatio quædam eſt bene ſpirantium materierum, in ſeipſa largè habẽs qualitates bene olentes, qua participantes bonis odoribus replentur. Sequitur. Credimus autem eſſe thearchicum maximè Ieſum ſuperſtantialiter bene olentem intelligibilibus diſtributionibus intellectuale noſtrum adimplentem diuina delectatione. Hæc ille. AVTHOR. Eundem penè textũ hunc etiam verſat in expoſitione THOMAS. Chriſma cõtinet plures materies aromaticas, quæ ſe olfacientes grata odoris ſuauitate afficiunt, ſecundùm ꝙ magis aut minus eis participant: vnde ſanctum chriſma dominum Ieſum ſignificat, mentes ſpiritalis delectationis influxionibus adimplentem. Hæc ille. AVTHOR. Hæc

7 † vnguenti acceptio in ſignificatione Ieſu fa- *Chriſtus unguentum.* moſa erat apud patres. Quam item libro. 2. ſuper Cantica exponens hunc textum, Nardus mea dedit odorem ſuum. Sequitur. ORIGENES. Nec mirũ videri debet, ſi Chriſtus quẽadmodum fons eſt, & flumina aquæ viuæ de eo procedunt, & quemadmodum panis eſt, & vitam dat, ita & nardus eſt, & odorem dedit, & vnguentum eſt, quo qui vncti fuerint, Chriſti fiant. Sed dixit in Pſalmo, Nolite tãgere Chriſtos meos. Et fortaſſe ſecũdùm illud, quod dixit Apoſtolus, ijs qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni vel mali, ſingulis quibuſq; ſenſibus animę, ſingula quæq; Chriſtus efficitur. Idcirco enim & verum lumen dicitur, vt habeant oculi animæ, quo illuminentur: idcirco & verbum, vt habeant illæ aures, quod audiant: idcirco & panis vitæ, vt habeat guſtus animę quod guſtet. Idcirco ergo & vnguentum, vel nardus appellatur, vt habeat odoratus animæ fragrantiam verbi. Hæc ille. AVTHOR. Ecce nomen Chriſti eſt vnguentum odoriferæ nardi: quia & Chriſtus chriſma eſt. Qui ergo Chriſtum vnguẽtum appellat, à re nominis non recedit. Vnde & ſcriptura, Oleum effuſum nomen tuum. Quam tractans in expoſitione Canticorum CASSIO-

8 DORVS. Nomen † tuum, ô Chriſte, oleum *Oleum effuſum.* effuſum eſt. Chriſma enim græcè, vnctio latinè. Inde Chriſtus, nomen Chriſti ab vnctione vocatum eſt. Solet autem Spiritusſanctus olei nomine appellari. Iuxta quod Pſalm. ait, Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, id eſt, Spirituſancto, hoc autem oleum effuſum eſt, qñ hæc gratia, quam Chriſtus ſingulariter habuit, data eſt omnibus electis. Vnde & à Chriſto Chriſtiani dicuntur, & eſt participatio nominis Chriſti: & bene non ſtillatum, ſed effuſum dicitur oleum, quia abundanter, quia hęc gratia omnibus data eſt in Chriſto credentibus. Hæc ille. AVTHOR. Ingens ergo cauſa apoſtolis ac primæuis patribus erat huius olei, & chriſmatis vſus, vt nobis eũ ſemper odorandum præſentet, cuius nomen eſt oleum. Quòd item Iudæi non omiſerunt in ſacris ritibus odorantes tantùm Chriſtum à longè futurum, quem nos Dominum & Saluatorem noſtrum præſentem aſpeximus, & præteritũ retinemus, ſed multò longiùs Iudęis hæretici, qui Chriſti nomen dedignãtur in proprio ſigno, & nec cũ Iudæis in ritu chriſmatis Chriſtum prophetant venturum, nec cum Chriſtianis autẽ præſentem. Ex inſtitutione enim Domini præceptum eſt eis vaticinari venturum Chriſtum, cuius nomen eſſet vnctio in vnctionis ſacramento, intantum, vt Reges, & Pontifices, prophetæ, & ſacerdotes, & cæteræ perſonæ illuſtres Chriſto profiterentur obſequium, vnctionem eius accipientes in ipſo dignitatis ingreſſu. Peiùs ergo ab authore ſalutis Iudæo degenerat, qui vnctionis eius participiũ in ſacramento ferre recuſat. Vnde Exodi. 30. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Sume tibi aromata primæ myrrhæ, & electæ quingentos ciclos, & cinnamomi medium, id eſt, ducentos quinquaginta ciclos, calami ſimiliter ducẽtos & quinquaginta ciclos, Caſiæ quoq; quingẽtos ciclos in ponderę ſanctuarij, oleum de oliuetis in menſura huius, facieſq; vnctionis oleum ſanctum vnguentum compoſitum opere vnguentarij. Vngeſq; ex eo tabernaculũ teſtimonij, & arcã teſtamenti, menſamq; cum vaſis ſuis, candelabrũ, & vtenſilia eius, altaria thimiamatis, & holocauſti, &

Digitized by Google

vniuerſam ſupellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet: ſanctificabiſq; omnia, & erunt ſancta ſanctorū: qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Aaron, & filios eius vnges, ſanctificabiſq; eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. De hoc vnguento loquitur lib. 2. de officijs. ca. 25. ISIDORVS. Chriſma vnguētū Moyſes in Exodo, iubente Domino compoſuit, & confudit, quo primò Aarō, & filij eius in teſtimonium ſacerdotij, & ſanctitatis perūcti ſunt. Deniq; 9 † iuſti, & reges chriſmate ſacrabātur, vnde & *Chriſti.* Chriſti nominantur: ſicut ſcriptum eſt, Nolite tangere Chriſtos meos. Eratq; in regibus eo tempore tantùm, & in ſacerdotibus myſtica vnctio, qua Chriſtus figurabatur. Vnde & 10 ipſum nomē à chriſmate dicitur. Sed † poſtq̄ Dñs noſter verus Rex, & ſacerdos æternus à Deo cæleſti & myſtico eſt delibutus vnguento, non ſolùm Pontifices, & Reges, ſed omnis eccleſia vnctione chriſmatis conſecratur, pro eo, q̄ membrū eſt æterni regis, & ſacerdotis. Ergo quia genus regale, & ſacerdotale ſumus, ideò poſt lauacrum vngimur, vt Chriſti nomine cōſecremur. Hæc ille. AVTHOR. Hoc bene, vt vnumquodq; per participationem tale, reducatur in ſuum principiū, primò & per ſe tale. Chriſtus em̄ nō eſt vnctus participaliter vt nos: ſed ipſe eſt per ſe vnctio, & per hoc mouens, non motum, & vnctionis noſtræ principium: vnde, Ego ſum alpha & ω, principiū, inquit, qui & loquor vobiſcū. Et apoſtolus Ioānes. Et vos vnctionem quam accepiſtis abeo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. Nimirum igitur Meſsias iam venit, ipſa vnctio in abſtracto, cuius fortis odor redolens in omni membro Iudæis abſtulit vnctionem. Qui verò huius vnctionis profeſsionem portat, iam veniſſe ipſam vnctionē lōgè ante p̄miſſam facto, voto, & extrinſeco ſigno probat. Quòd † aūt quatuor ſpecies, legale confecerunt vnguentū, ſcilicet myrrha, cinnamomū, calamus, & caſia, nihil plus balſamo noſtro deſignat, ſed vtraq; humanitatis Chriſti locum adimplēt, oleum deitatem, qua idē eſt Spirituiſancto Deo. Vnde de illis quatuor exponens ſenſum ſuum lib. 1. ſuper Cantica ORIGENES. Videte q̄ iſtæ quatuor ſpecies vnguenti illius, formam tenebant incarnationis verbi Dei, quod ex quatuor elementis compaginatum corpus aſſumpſit: in quo corpore myrrha illa, quam ſiue vt Pontifex pro populo, ſiue vt ſponſus pro ſponſa accepit, ſeruat indicia. Hæc ille. Et exponit ibi 12 per ſingula. AVTHOR. Hanc † ipſam eius

11 *Vnguētum ex quatuor ſpeciebus aromatum.*

humanitatem etiā Balſamus noſter deſignat, qui creſcit in locis Engaddi, qui fons hœdi interpretatur, putà Chriſti, qui factus eſt pro nobis peccatum, ſecūdùm apoſtolū, & tanq̄ carnes peccatrices baptiſmo immerſit, aut ſaltem noſtrā immergi præcepit, quæ eſt peccatrix. Vnde ſuper textum Canticorū. Botrus dilectus meus mihi in vineis Engaddi, CASSIODORVS. Cyprus inſula eſt, vbi vites nobiles eſſe feruntur, maximos botros procreantes. Engaddi autem fons hœdi interpretatur, per quod ſignificatur baptiſmi ſacramentum, in quo peccata omnia abluuntur. Hœdus nanq; peccatores ſignificat: baptiſmus ergo fons hœdi eſt, quia peccatores ſuſcipit, ſed emundatos, & immaculatos ab omnibus peccatis reddit. Hæc ille. AVTHOR. Proſequamur hanc allegoriam, qui item fons hœdi arbuſculas gignit liquorem balſami deſudantes, quia ſacrū baptiſma baptizatos ſanctis replet inſtinctibus, vt in omni verbo & actu Chriſti ſpondeant vnctionem.

Cypri balla cinatur interpres, quia Cypri legi debet, quæ eſt aromatica herba.

¶ Quòd hi ritus ſacramentales non paruipendātur vt noui, ſed honorentur vt apoſtolici, quanuis ad punctum in eorum literis non ſint expreſsi.

CAP. LVII.

SVMMA.

1 *Eccleſia diebus Auguſtini qualiter non ceſſerit ritibus baptiſmalibus quim interrogarent & reſponderent, & facerēt cætera ſacerdotes, & ſuſcepti, &c.*
2 *Ritus ſacramentales q̄ ſint antiqui, licēt non omnes ſcripti.*
3 *Baptiſmatis figura.*
4 *Auguſtini officioſa, & ſollicita perquiſitio de baptiſmo, & ritibus eius.*
5 *Witcleff carpitur, qui dixit ſufficere baptiſmum flaminis, ſine lauacro, ſine ſale, &c.*
6 *Danielis, & trium puerorum, ſimul & Machabæorū glorioſa prædicatio: q̄ illi de menſa regis contaminari noluerint: iſti verò quia eſcas, quibus Chriſtiani nunc licitè utuntur, attingere noluerunt, &c.*



Vò ergo tendunt impij Witcleuiſtæ, qui ritus iſtos apoſtolicos arbitrātur tanquam nouos, & alios ita procurant arbitrari? Quid agere conantur, cùm dicunt iſtos non ſuſcepiſſe apoſtolos, aut eccleſiam primitiuam, & obtendentes libertatem præſumptam in

varia-

Digitized by Google

variatione ſignorum, vſq; ad ſublationem baptiſmi. Petrus autem (inquiunt) ait, Credite, aut interdum, pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Nihil de catechiſmo, vel abrenuntiatione diaboli dixit. Non chriſma in vertice, nō vnctionem requiſiuit in ſcapulis. AVTHOR. Has, & huiuſmodi nugaces argutias fecerunt ante eos hæretici, contra quorum aliquos Auguſtinus librum ſuū edidit de fide & operibus. Dicebant enim onerari baptizandum, abrenūtiando diabolo, & cæteris moralibus inſtitutis, ſed rectiùs, & meliùs cum eo agi, ſi ſolùm crederet baptizādus, allegantes ſcripturam illam de Eunucho, & de Petro, & Paulo qualiter baptizarunt. His Auguſtinus occurrit, dicens tacita eſſe in ſcripturis ea quæ communiter gerebātur: ſed tamen in verbo ſecundùm aliquid hæc ipſa poſſe intelligi, libro de fide & operibus, bene
1 ante medium AVGVST. Spado † inquiunt, ille, quem Philippus baptizauit, nihil plus dixit, quàm credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum, & in hac profeſsione continuò baptizatus eſt. Nunc ergo placeat, vt hoc ſolùm homines reſpondeant, & cōtinuò baptizentur, nihil de Spiritu ſancto, nihil de ſancta eccleſia, nihil de remiſsione peccatorum, nihil de reſurrectione mortuorum, poſtremò de domino noſtro Ieſu Chriſto nihil, quia filius Dei eſt: non de incarnatione eius in virgine, non de paſsione, de morte crucis, de ſepultura, de tertij diei reſurrectione, de aſcenſione, & de ſede ad dexteram patris aliquid dicendum eſt catechizandis ac profitendum credēti. Si enim Spado, cùm reſpondiſſet, credo Dei filium eſſe Ieſum Chriſtum, hoc ei ſufficere viſum eſt, vt continuò baptizatus abſcederet, cur non id ſequimur? Cur non imitamur atq; auferimus cætera? Quid etiam neceſſe habemus cū ad baptizandum temporis vrget anguſtia exprimere interrogando, vt baptizandus ad cūcta reſpondeat, etiam ſi ea memoriæ mandare non vacauit? AVTHOR. Hic pauliſper attende, qualiter eccleſia diebus Auguſtini non ceſſit ritibus baptiſmalibus, quin interrogarent, & reſponderent, & facerēt cætera ſacerdotes, & ſuſcepti, vt requirit ordo eccleſiæ, etiā cùm immineret temporis anguſtia baptizatis. Tādem quod intendit, proſequitur AVGVST.
2 Si † autem ſcriptura tacuit, atq; intelligenda dimiſit cætera, quæ cum illo baptizando Spadone Philippus egit, atq; in eo q̄ baptizauit eum Philippus, intelligi voluit omnia impleta, quæ licet taceantur in ſcripturis gratia breuitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modo etiam quod ſcriptum eſt euangelizaſſe Philippum Spadoni dominum Ieſum, nullo modo dubitandum eſt, & illa in catechiſmo dicta eſſe, quæ ad vitam moreſq; pertinēt eius, qui credit in dominum Ieſum: hoc eſt enim euangelizare Chriſtum, non tantùm dicere quæ ſunt credenda de Chriſto, ſed etiā quæ obſeruanda ſunt ei, qui accedet ad compagem corporis Chriſti: imò verò cuncta dicere quæ ſunt credenda de Chriſto, nō ſolùm cuius ſit filius, vnde ſecundùm diuinitatem, vnde ſecundùm carnem genitus, quæ perpeſſus, & quare, quę ſit virtus reſurrectionis eius, quod donum ſpiritus promiſerit, dederitq; fidelibus: ſed etiam qualia membra, cuius ſit caput, quærat, inſtituat, diligat, liberet, atq; ad æternam vitam honoremq; perducat. Hæc cùm dicuntur, aliquando breuiùs atq; conſtrictiùs, aliquādo latiùs & vberiùs Chriſtus euāgelizatur, & tamen non ſolùm quod ad fidē, verumetiam quod ad mores fidelium pertinet, nō prætermittitur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce mi Witcleff in primæua libertate eccleſiæ cuncta, quæ ad catechiſmum pertinent, & baptiſmum, liquidè ſunt obſeruata: quæ etſi ſcriptura tacuit, atq; intelligenda dimiſit, in eo tamen, quòd Philippus Spadonem baptizauit, cætera omnia intelligi volebat impleta, quæ licèt taceantur gratia breuitatis, tamē ſerie traditionis ſcimus implenda. Non ergo traditio apoſtolorum tanta breuitate ſuccincta fuit, quanta literam illam breuem apocrypha runt hæretici. Sed ſicut modò dicimus, ſacerdos manè Deum orauit, & ſtatim ad conſecrādum corpus Chriſti aſcendit, intelligētes cuncta in verbo orandi, quæ ad officium matutinale per ſeriem inſtitutionis accurrunt, in verbo conſecrandi, officium, lectiones apoſtolicas, & euangelicas cum textu præfationis, & canonis, quæ omnia ad conſecrandum ſerie traditionis ſcimus implēda, dicit Auguſtinus quoq; in verbo euangelizauit, catechizandi officium, & in verbo baptizauit, cuncta quæ baptiſmi concernunt ordinem, quę modò ſerie traditionis ſcimus implenda, tunc quantumcunq; breuiter expreſſa ſciamus, non omiſſa. Hoc probat ibi poſteriùs Auguſtinus longo ſpatio apoſtolum Paulum feciſſe, cùm diceret, Nihil me dixi ſcire in vobis, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Hoc item factum probat per figuram baptiſmi, cùm per mare rubrum Deus liberauit Iſraēlem AV-
3 GVST. At †, inquiens, populus Iſraël primū per mare rubrum ductus eſt: quo ſignificatur baptiſma, & poſtea legem accepit, vbi diſceret

Ritus ſeruati, ſed nō cō ſcripti.

Baptiſmatis figura.

Digitized by Google

quemadmodum viueret. Cur ergo baptizandis vel ſymbolum tradimus, vel ab eis reddendum repoſcimus? Nihil enim tale factum eſt erga illos, quos per mare rubrum Deus ab Ægyptijs liberauit. Si autem rectè intelligunt hoc ſignificari præcedētibus myſterijs de ſanguine ouis poſtibus illito, & de azymis ſynceritatis & veritatis, cur non etiam illud conſequenter intelligunt ipſam ab Ægyptijs ſeparationem ſignificare diſceſsionem à peccatis, quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet, quod à Petro dictum eſt, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Tanquam diceret: recedite ab Ægypto, & per mare rubrum tranſite. Vnde & epiſtola, quæ ad Hebræos inſcribitur, quum eorum, qui baptizabantur, commemorarentur initia, poſita eſt ibi pœnitētia à mortuis operibus: ſic enim dicit, Ideò remittentes initia Chriſti verbum in conſummatione reſpiciamus, non iterum iacientes fundamentum pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in Deum, lauacri doctrinę, impoſitionis quoq; manuum, reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum, ſatis apertè ſcriptura teſtatur. Quid eſt autē à mortuis operibus pœnitentia, niſi ab his, quæ oportet, mortificari vt viuamus, quæ ſi adulteria fornicationeſq; non ſunt, quid iam inter opera mortua nominandum eſt? Sic autem non ſufficit profeſsio receſsionis à talibus, niſi etiam lauacro regenerationis cuncta præterita, quæ velut proſequuntur, peccata deleantur: ſicut non ſuffecit Iſraëlitis recedere ab Ægypto, niſi quæ inſequebatur hoſtium multitudo, eiuſdem fluctibus maris interiret, qui Dei populo tranſituro, liberandoq; patuerūt.

4 Hæc ille. AVTHOR. Quàm † officioſe, quāq; ſollicitè perquirit Auguſtinus ſcripturas, & veteres, & nouas, & figurales, & apoſtolicas de baptiſmo? & vbiq; inuenit, ritus noſtros eſſe ſeruatos de tradendo ſymbolo, de abrenuntiando diabolo, de diſceſsione à peccatis per profeſsionem: & tandem perquirens apoſtolum ad Hebræos, commemorantem in baptizandis neophytis pœnitentiam ab operibus mortuis per confeſsionem vocalem, interrogationem, & aſſertionem fidei, credendo in Deum: tandem lauacri immerſionem, doctrinam euangelicam, impoſitionem manuū, reſurrectionis quoq; myſterium per Chriſti reſurrectionem ſignificatæ, applicans ad myſterium de fonte, hæc omnia (inquit) ad initia neophytorum ſatis pertinere ſcriptura

5 teſtatur. Si † hæc omnia ſimul & lauacri ſancti immerſio, ſine qua omnis profeſsio præcedens non ſufficit, vbi tunc eſt libertas, quam prętendens Witcleff, dixit ſufficere baptiſmū flaminis, ſine lauacro, ſine ſale, ſine catechiſmo, id eſt, doctrina, ſine manuum impoſitione: quas ceremonias omnes expreſsit apoſtolus ſuſcepiſſe baptizandi fideles, alijs tacitis, quæ intelliguntur in iſtis, ſicut & iſtæ alibi intelliguntur in alijs? Non ſatis ergo vidit in ſcripturis, quæ diceret, non ſatis cauebat ne tantùm erraret, ne ſacramenta Chriſti blaſphemijs exufflaret, dicens Chriſti fideles profundatos ſignis iudaicis, quia ritus ſacramentorū celebratione inconcuſſos obſeruant. Quàm impius, quàm deteſtādus contra ſancta ſacramenta, quàm blaſphemus? neſciens, aut non aduertens ſacramenta chriſtiana ſacramentis iudaicis præſignita, talibus ſacramētalibus, & ritibus celebranda, quæ rei impletæ, & prętenti veritati conueniant, ſicut cum ſacramentalibus, & ritibus adhuc implendæ, & futuræ veritati congruis ſacramenta ſua Iudæi diuinitùs celebrabant. Et vtinam Chriſtiani tam firma fide colerent veritatem præſentem, quàm Iudæi futuræ veritatis figuram. Vnde lib. 19. contra Fauſtum AVGVST. Si ergo illi iuſti pro illis prænuntiatis ſacramentis, & rerum nondum impletarum figuris omnia dura, &

6 horrenda perpeſsi ſunt: ſi † tres pueros Danielemq; prædicamus, q̄ de menſa regis contaminari noluerunt, q̄ erat contra illius temporis ſacramentum: ſi Machabæos cum ingēti gloria prædicamus, quia eſcas, quibus Chriſtiani nunc licitè vtuntur, attingere noluerūt, quia tunc pro tempore prophetico non licebat: quanto magis nunc pro baptiſmo Chriſti, euchariſtia Chriſti, pro ſigno Chriſti ad omnia perferenda paratior debet eſſe Chriſtianus, cum illæ omnes fuerunt promiſsiones rerum cōplendarum, hæc ſint indicia cōpletarum? Hæc ille. AVTHOR. Et pro variatione ſacramentorū, & ſacramentaliū, ſecundùm varietatē conditionū eiuſdem rei implendæ pri⁹ apud Iudæos, & impletę poſtea inter Chriſtianos, ſubdit AVGVS. Si enim ſoni verborum quibus loquimur, pro tempore commutātur, eademq; res aliter annuntiatur facienda, & facta, nec paribus morarū interuallis, nec ijſdē, nec totidem literis ſyllabiſq; ſonuerunt, quid mirū, ſi alijs myſteriorū ſignaculis paſsio, & reſurrectio Chriſti p̄miſſa, & futura, & alijs iā facta nuntiatur? Q̄nquidem ipſa verba futurū & factum, paſſurus, & paſſus, reſurrecturus, & reſurrexit, nec tēdi æqualiter, nec ſimiliter ſonare

nare potuerunt. Quid enim ſunt aliud quoq; corporalia ſacramẽta, niſi quædam verba viſibilia ſacroſanẽta quidẽ, veruntamẽ mutabilia, & temporalia? Deus.n.æternus eſt, nec tamẽ aqua, & omnis illa actio corporalis, q̃ agitur, cũ baptizamus, & fit, & trãſit, æterna eſt. Vbi etiã illæ rurſus ſyllabæ celeriter ſonantes & trãſeuntes cũ dicitur Deus, niſi dicãtur, nõ cõ ſecratur. Hæc omnia fiũt & tranſeũt, ſonãt & tranſeũt, virtus autẽ, quæ per iſta operatur, iugiter manet, & donum ſpiritale, qđ per iſta inſi nuatur, æternũ eſt. Hęc ille. AVTH. Ecce ſicut eadẽ eſt paſsio Chriſti iam trãſacta, quæ olim erat futura, ſed cũ futura erat, alio verbo, aliiſq; ſyllabis annũtiabatur, putà patietur. Cũ aũt præterita, alio verbo, ſcilicet, paſſus eſt. Sine quorũ diuerſa pronũtiatione nõ ſic diſcretè & ſic veniret in mentẽ: ita nimirũ aliis ſacramẽtis corporalibus, & ſacramẽtorũ ritibus, quæ verba quædã ſunt ſenſib⁹ noſtris, aliter eadẽ Chriſti paſsio iã manifeſtatur expleta, aliter & aliis manifeſtabatur explẽda. Nec hęc ergo, nec illa erãt vſquàm habẽda contẽptui: quia quanuis viſibilia ſunt & erãt, ſacroſanẽta tamẽ ſemper tẽporibus ſuis ratiõe ſignati, & quãuis mutabilia ſunt & erãt dixit Auguſti. ſicut aqua illa & omnis illa actio corporalis q̃ agitur cũ baptizamus, ſcilicet interrogatio, profeſsio, abrenũtiatio, auriũ tactus, ſignatio frõtis, manus impoſitio, exorcizatio: hæc omnia (inquit) fiunt & tranſeunt, donũ tamẽ & virtus, quæ per iſta operatur, iugiter manet: ſicut hæc dictio diſſyllaba, Deus, ſonat & trãſit, ſine cuius tamẽ enũtiatione conſecrat ibi nullus. Non igitur ipſi profundamus nos ſignis iudaicis, ſicut nec ipſi ſe Iudæi ſignaculis Chriſtianis. Imò ipſi ſuis, figurantibus rem abſentem & futuram, non autem Chriſti & apoſtolicis ritibus rem factam deſignantibus & præſentem: nec ab his tamẽ viſibilibus ſignis ſacramentalibus præcisè ſalutem noſtram finaliter expectamus, quanuis ſine illis nos conſecrari diffidimus: quia nec Chriſtus author baptiſmi ſine ſenſibili preſentia patris in voce tonante, Tu es filius meus dilectus: aut ſenſibili deſcenſu Spiritus ſancti in ſpecie columbæ, aut atteſtatione ſenſibili, Hic eſt qui baptizat, aut ſenſibili lauacro & miniſtratione Ioannis Baptiſmi ſacramentum admiſit, qui ſacramenti commodum nõ accepit. Multum ſpiritualis factus eſt noſter Witcleff ſuper filium Dei, & ſuper apoſtolos, & ſuper omnes primos credentes, qui ſacroſanẽta corporalia tantoperè paruipendit, & ſine ſignis ſolo pulſu ſpiritus ſui de cælis Spiritum ſanctum irruere in ſeipſum facit.

De ſacramentalibus Ordinis.

Titu. VII.

¶Vt probentur ordinandi, & excludãtur fœminæ propter ſexũ.

CAP. LVIII.

SVMMA.

1 *Quæſtiones Witcleuiſtarum circa ſuſcipiẽtem ordinem, & circa ordinantem, recenſentur.*
2 *Sacerdos quare nominetur ante matrem à diuo Paulo.*
3 *Cataphrygarum error circa ordinationem mulierũ.*
4 *Pepuziani hæretici, aſſignantes mulieribus dominari, & ſacra miniſtrare.*
5 *Fœminæ quòd nuſquã reperiantur fuiſſe ſacerdotes.*
6 *Diaconiſſæ unde dictæ,*
7 *Viduarum electio. Et quare eligebantur, ut diaconiſſæ.*
8 *Bigamus, ſeu potius digamus, quòd repellatur à dignitate & ſacerdotio, & ab eleemoſyna eccleſiæ.*

1 HI PROBENTVR primùm, & ſic miniſtrẽt, ait Apoſtolus primæ ad Timoth. 3. Sed † iſta tim ad ingreſſum huius tractatus laqueum parauerunt pedibus Witcleuiſtæ, terrentes catholicos gemina quæſtione. Prima fit circa ſuſcipientem ordinem. Secunda circa ordinãtem. Prima mouet de ſexu, ſi exigitur de neceſſitate virilis. Forſan conatur pluries laborare pro fœmina, vt ſit apta ſacerdos eccleſiæ, epiſcopus, ſiue papa. Pudet rẽ dicere de viro Chriſtiano, quæ Iudæis agnita, erit irriſio fidei, & ſcandalũ Saracenis, ſed ecõtrariò tãtæ voraginẽ fœditatis occultare formido: maximè tamẽ ex hoc loco ſectatores eius putem authoritatem ſumpſiſſe ordinandi fœminas ſacerdotes, miſſas & ſacramenta cætera celebrantes, lectrices vtique ſcripturarũ, & prædicatrices in cœtibus Lollardorum. Sic enim monet libro ſuo de papa capit. 9. verſus finem WITCLEFF. Subtiliantes in Dei potentia abſoluta dicũt q̃ ſicut Deus poteſt cõmunicare nedũ laico, ſed & fœminæ, ac animali irrationali potẽtiã cõficiẽdi ac miniſtrãdi q̃libet ſacramẽta, ſic & ipſũ põt miniſtrare humõi ſacramẽta, nec credo q̃ aliquis impugnabit iſtum articulũ: quia tamẽ *Quæſtiões Witcleuiſtarum.*

multa ſunt abſolutè neceſſaria, quæ eſt ineffi-
cax populo prædicare. groſſè procedo in iſta
materia, limitatè loquendo de poſſe legali, &
de Dei potentia ordinata, ideo dimitto ſcruti-
nium talium concluſionũ, detegens ſentẽtias
catholicas, quas credo prodeſſe eccleſiæ. Hæc
Witcleff. AVTHOR. Quid ſi quis fidelis
ad mentem eius ducat vetus ipſius principiũ,
Quòd Deus nihil poteſt facere niſi quod facit,
ſtatim concludat: neceſſe eſt ergo ſi Deus po-
teſt communicare fœminæ ſiue bruto poten-
tiam conficiendi aut miniſtrandi quælibet ſa
cramenta, iam ita communicat, & erit in eo ea
dem ordinata potentia & abſoluta. Quantum
eſt de fœmina videatur poſterius, conſequen-
ter ſi ita non ſentiat vbi promittit ſe loquutu-
rum limitatè de poſſe legali & Dei potẽtia or
dinata ſententias catholicas, quas credit profu
turas eccleſiæ. Poſtquàm enim de laico dixit,
ſubdit pro fœmina WITCLEFF. Videtur
quòd plus obeſſet monſtruoſitas peccati in
præſcito maſculo ad recipiendum vel mini-
ſtrandum legitimè quælibet ſacramẽta, quàm
foret quantacunque corporalis mõſtruoſitas,
vel diſtinctio ſexus in fœmina prædeſtinata,
& virtutibus præornata: ſiue ad recipiendum,
ſiue ad miniſtrandum quælibet ſacramenta, &
tamen in pœnam peccati multi de generatio-
ne adultera ſic phariſaicè ſeducũtur, quòd præ
ponderant ſignum viſibile humanitùs inſtitu
tum ſignato inuiſibili, quod Deus præponde
rat: vt in caſu & facto Romanæ eccleſiæ. &
ibi de puella Agnete, & ſubdit. In iſto caſu ſal
tem poſsibili dicũt leges hominum ipſam nõ
feciſſe actus papales, nec electam fuiſſe legiti-
mè propter indiſpoſitionẽ corporis: licet fue-
rit iam beata. Sed graue eſt hoc fundare, vel fu
gere quin generaliter deſit electio quando eli-
gitur inhabilis quo ad Deum, vnde anguſtia-
tur inſtitutio humana deſcribere verũ papã.
Hæc Witcleff. AVTHOR. Ita videtur certa-
re ex animo, quòd prędeſtinata fœmina repel
li non debeat propter ſexum, quin poterit or-
dinari ad miniſtrandum quælibet ſacramẽta.
Item in epiſcopum, ſiue papam, vel generali-
ter deficit electio, quando eligitur inhabilis
quo ad Deum: quod quia regulariter nos latet,
continuè de ordinato, vel electo quocunque
remanemus incerti, niſi poſsit fœmina ordina
ri. Mira res, quòd Chriſtus primus põtifex ſic
phariſaicè ſeductus eſt, præpõderans ſignum
viſibile humanitùs inſtitutum, ne matrem ſuã
prædeſtinatam & virginem in ſacerdotem eli
geret, ſed potiùs elegit Iudam maſculum con
iugatum, tanta peccati monſtruoſitate perdi-
tum, & præſcitum. Mirũ item, quòd ſynodus
apoſtolorum plenaria nullam fœminarum in
ſtituit, cùm ſeptem viros diaconos ordinauit.
Quantum item glorioſus Paulus contra hanc
ordinationem fœminarum omnium labora-
uit, quando omnem ordinandum ad viri ſexũ
indiſpenſabiliter limitauit. Oportet epiſcopũ,
inquiens, irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris
virum: non dixit, vnius viri vxorem, ſed virũ,
ſobrium, ornatum, pudicum: & diaconi ſint
vnius vxoris viri. Et ad Titum, Conſtitue per
ciuitates presbyteros, ſi quis ſine crimine eſt
2 vnius vxoris vir. Et † ipſe Paulus ideo in ſalu- *Sacerdos ſe*
tatione filium Ruffum matri ſuæ præpoſuit, *minatur ad*
quia ſacerdos erat. Vnde in expoſitione. 15. *te matrem.*
cap. ad Romanos AMBRO. Salutate Ruffum
electum in domino, & matrem eius, & noſtrã.
Ideo iſtum præpoſuit matri propter electio-
nem adminiſtrationis gratiæ, in qua mulier lo
cum nõ habet. Electus enim erat. i. promotus
à domino ad res eius agendas: matrem tamen
tam ſanctam habuit, vt Apoſtolus ſuam quo-
que matrem hanc vocaret. AVTHOR. Ecce
mater Ruffi quia mulier locum non habet in
adminiſtratione ſacerdotij, cùm tamen adeò
ſancta fuerit, vt Apoſtolus eam adoptaret in
matrem. Et vt Apoſtolus omnino ineptam
ſacerdotio fœminam redderet, culmen ei ſur
ripuit poteſtatis illius inſignis in ſacerdotio,
ne doceret in eccleſia, ſed in ſilentio remane-
ret. primæ Timo. 3. Mulier in ſilentio diſcat:
docere autem mulieri non permittitur. Vnde
in expoſitione huius epiſtolæ textu. Mulieres
ſimiliter pudicas, AMBROSIVS. Quia ſan-
ctum præcepit creari epiſcopum, adæque &
diaconum, non vtique diſparem vult eſſe ple-
bem: quippe cùm dicat dominus, Sancti eſto-
te quia ego ſum ſanctus: ideo etiam mulieres,
quæ inferiores videntur, ſine crimine vult eſſe, *Cataphry-*
3 vt munda ſit eccleſia Dei. Sed † Cataphrygæ *gæ.*
occaſionem erroris captãtes propterea quod
poſt diaconos mulieres alloquitur, etiã ipſas
diaconas debere ordinari vana præſumptio-
ne defendunt, cùm ſciant apoſtolos ſeptem
diaconos elegiſſe. Nunquid nulla mulier tunc
idonea inuẽta eſt, cùm inter vndecim apoſto-
los ſacratas mulieres fuiſſe legamus? Sed vt hę
retici animum ſuum verbis non ſenſu legis a-
ſtruere videantur, apoſtoli verbis contra ſen-
ſum nituntur apoſtoli: vt cùm ille mulierem
in eccleſia in ſilẽtio eſſe debere præcipiat, illis
iſti econtrariò etiam authoritatem in eccleſia
vendicent miniſterij. Hæc ille. AVTHOR.
Hi Cataphrygæ nondum tam immaniter erra
uerunt, vt Witcleff, petentes diaconas conſe-
crari,

Digitized by Google

crari, cùm Witcleff petat presbyteras, ſed habuit ex his alios prodeuntes erroris ſui magiſtros, quos Pepuzianos libro hæreſũ AVGVSTIN. appellat. Et idem teſtatur libr. 1. capi. 4 49. DAMASCENVS. Ex † ipſis quidẽ ſunt uziani. Cataphrygarũ, & qui altera præter illos dogmatizant Pepuziani, ciuitatem quandam deſteram intermediam Galatiæ, Cappadociæ, & Phrygiæ ſanctificantes, & hanc vtique Hieruſalem exiſtimãtes. Eſt autem alia Pepuza, mulieribus autem aſsignantes dominari, & ſacra miniſtrare. Hæc ille. AVTHOR. Libro autẽ hæreſum. 32. AVGV. Tantũ dãtes mulieribus principatũ, vt ſacerdotio quoq; apud eos ho- 5 norentur. Hæc ille. AVTHOR. Præter † hos & cõſimiles ab orthodoxis pro tam nefanda hæreſi ſingulariter exprobratos nuſquã inuenimus in populo ab initio protoplaſti fœminas ſacerdotes, ſed eas omnes ex ſexu tota lege currentis naturæ (vſque ad Moyſen dico) à Moyſe quoque vſq; ad Chriſtũ, à Chriſto quoque & Apoſtolis eius & omni eccleſia primitiua per patres hucúſq; tam ſacro miniſterio cõtinuè denegatas: ſed quid immoror, & probationes ab eo de ſcripturis ſanctis non exigo? Iactator iſte, qui nihil citra ſcripturarum fundamenta permittit eccleſiæ, cur tam inauditæ nouitati & horrendæ ſcripturas ſanctas nõ attulit? Sed Cataphrygæ eum in ipſo præcedũt, fingentes ſaltẽ textum apoſtoli, quia poſt diaconos alloquitur mulieres, quaſi velit ibi eas ordinare diaconas contra apoſtolos, qui nuſquam hoc fecerunt: cõtra etiam authoritatem ſuam, qui eis verbũ in eccleſia ſuſtulit, ipſi ecõtrariò miniſterium etiam verbi commendant. Forſitã obiicere incipiet illud Apoſtoli de probatione diaconorum primæ Timoth. 3. Hi autem probentur primùm, & ſic miniſtrent nullum crimen habentes. Similiter & mulieres oportet eſſe pudicas. Reſpondet iam Ambroſius apoſtolum ibi cõpoſuiſſe plebem, quòd autem de plebe coniungit diaconis fœminas diaconorum, fœminas, quas ante ordinationẽ habebant inſtituit, vt ipſi diaconi nullum crimen habentes in ſe, ſimiliter & mulieres ſuas præter plebem oportet habere pudicas, ne ſcãdalizent miniſterium eccleſiæ, quemadmodũ Nicolaus. Et has mulieres ab officio mariti cõſuetudo ſequens diaconiſſas dixit, non alio miniſterio, ſed mariti. Vnde in expoſitione ibi HAYMO. Quidã voluerũt intelligere diaconiſſas, ſed non eſt illud, vt beatus Auguſtinus dixit. Hæc ille. AVTHOR. Et in libro annotationum epiſtolarum Pauli ſuper hoc verbũ HIERONYMVS. Mulieres ſimiliter pudicas ſimiliter eas vt diaconos eligi iubet. Vnde intelligitur, quòd de his dixit, quas adhuc hodie marito moriente diaconiſſas appellant.

6 Hæc ille. AVTHOR. A † maritis ergo diaconis mulieres eorum poſt obitum diaconiſſæ dictę ſunt, ſicut vxor regis regina. Sed dubitas forſan quid velit earum electio, quia dixit Hieronymus ipſe eas eligendas. Ad hoc reſpondet poſterius, vbi Apoſtolus iubet capi. 5. dicens. Vidua eligatur non minus ſexaginta an- 7 norum. HIERONYMVS. Tales † eligi voluit diaconiſſas, quæ omnibus eſſent exempla viuẽdi, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis, ſed quæ ex tempore viduitatis ſuæ omnia iſta cuſtodiuit, teſtimonium habẽs ſicut Thabita. Hæc ille. AVTHOR. Talis vidua de diaconiſsis eligi iuſſa eſt, vt eſſet matrona piis fidelibus, & ipſam viduitatem profitentes in ſinum reciperentur eccleſiæ. Ab hac conſecrationis prærogatiua viduæ adoleſcentiores repulſæ ſunt, & iuſſæ nubere, filios procreare, & de labore manuum viuere, ſubditq; cauſam apoſtolus, quòd multæ iam conuerſæ ſunt retro poſt Satanã, habentes damnationem, quia primam fidem fecerũt irritam. Planè ergo profeſſæ viduæ illæ erãt, quarum motus periculo ſexagenarias viduas eligi iuſsit, quæ eccleſiæ ſumptibus alerentur. Vnde in epiſtola ad Siluinam de viduitate ſeruanda HIERONYM. Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta, quæ vnius viri fuit vxor, in bonis operibus habens teſtimonium, ſi filios educauit, ſi hoſpitalis fuit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis abundanter præbuit, ſi omne opus bonum ſub ſequuta eſt. Didiciſti catalogum virtutum tuarum. Quid debeas nomini tuo, quibus meritis ſecundùm pudicitiæ gradum poſsideas. Nec te moueat, quòd ſexagenaria allegatur vidua, & putes adoleſcentulas ab apoſtolo Chriſti probari, & te credi eligi ab eo, qui diſcipulo dixerat, nemo adoleſcentiam ſuã contemnat, nõ continentiã, ſed ætatem, alioquin omnes, q̃ ante ſexaginta annos viduatę ſunt, hac lege accipient maritos: ſed quia rudem Chriſti eccleſiam inſtituebat, & omni ordini prouidebat, præcipuèq; pauperibus, quorum ei cura cum Barnaba fuerat, de mandato illas opibus vult eccleſiæ ſuſtentari, quæ propriis manibus nequeunt laborare, quæ veræ viduæ ſunt, quas ætas probauit, & vita. Hæc ille. AVTH. Ecce quare viduæ eliguntur, vt dixit Hieronymus, diaconiſſæ, vt in ſinus eccleſiæ recipiantur, atq; tam ſecũdũ imbecillitatis corporis aſpectũ, quàm vitæ meritũ prærogatiuã conſequãtur annonæ. Facta autẽ electione, ſcriptura de ea nomen

Diaconiſſæ

Electio viduarum.

Digitized by Google

nomẽ continebat electæ: ſicut ſcribebatur nomen ordinandi, & adhuc ſcribuntur nomina ordinandorum eccleſiaſticis monumẽtis. Vnde ſuper hunc locum in expoſitione eiuſdem epiſtolæ AMBRO. Si prærogatiua præteritorum operum vidua commendatur, eligendam hanc docet. Domini enim iudicio nomẽ eius aſcribitur eccleſiaſticis monumentis, quã dignam vita vetus declarat. Imbuta enim diuinis obſequiis, & in his vitam atterens, ſuſcipiẽda eſt in ſinus eccleſiæ, cui olim ſe vouit legitimis ſeruitiis. Hæc ille. AVTHOR. Et in illo aſſimilatur electio eccleſiaſticæ viduæ electioni diaconi, vel ſacerdotis, vt eligatur vnius viri vxor ſicut diaconus, vnius vxoris vir, ꝙ ſi bigama fuerit, ab hoc emolumento & honore præcluditur, prout tractat hunc locum apoſtoli epiſtola ad Geruntiam de monogamia HIERONY. Simulq; conſidera vt eligatur vidua, non niſi vnius viri vxor, & nos putabamus ſacerdotum tãtùm hoc eſſe priuilegium, vt nõ admittatur ad altare, niſi qui tantum vnã
8 habuerit vxorem. Non † ſolùm ab officio ſacerdotali bigamus excluditur, ſed ab eleemoſyna eccleſiæ, dum indigna putatur ſtipe, quæ ad ſecunda coniugia deuoluta eſt. Quanquã in lege ſacerdotali teneatur, & laicus qui talẽ ſe præbere debet, vt eligi poſsit in ſacerdotiũ. Non enim eligitur, ſi bigamus fuerit. Porrò eliguntur ex laicis ſacerdotes, ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad ſacerdotium peruenit. AVTHOR. Probat autem hanc regulam apoſtoli ex antiquis literis teſtamenti ſimul & conſuetudinibus variis Ethnicorum, à quibus & honore primi huiuſmodi bigami repelluntur, citò poſt HIERONY. Legimus in veteri teſtamento pontifices ſemel maritatas filias ſacerdotum, ſi viduæ fuerint, veſci debere de ſacerdotalibus cibis, mortuiſque ſicut & patri & matri exhibẽdum inferiarum officium. Si autem alios viros acceperint, alienas eas & à patre & à ſacrificiis fieri, & inter externas debere reputari. Quod quidem obſeruat & gentilitas in condemnationem noſtri, ſi hoc non exhibeat veritas Chriſto, quod tribuit mendacium diabolo, qui & caſtitatem reperit perditricem. Hierophanta apud Athenas euiratur, & æterna debilitate fit caſtus. Flamen vnius vxoris ad ſacerdotium admittitur. Flaminea quoque vnius mariti vxor eligitur. Ad tauri ægyptij ſacra, ſemel maritus aſſumitur. Hæc ille. AVTHOR. Sufficit ſaltem tantis literis oſtendiſſe noſtro Witcleff electionem viduarum, quam deſignauit Apoſtolus, non ad eccleſiaſticum ordinem, & ſacrum myſterium pertinere, quanquàm diaconiſſæ quædam vulgariter dicerentur: ſed nec eas, vt nunc ſacræ virgines in choro ad euangelium legendũ aſſumptas, vt quidam ſomniant, quia nunquã diaconiſſæ virgines, ſed poſt maritos ſingulos viduæ eliguntur: nec in eis ſoluitur vnquã lex apoſtolica illa, Mulieres in eccleſiis taceant, non permittatur eis loqui.

Digamus rectius ſcribatur, eſtq; cõmunis generis, hîc fœminini.

¶ Ad argumẽtum Witcleff probantis fœminas ſacerdotes fieri, quia de lege Dei à ſacerdotio proprio in eccleſia non ſunt exortes.

CAP. LIX.

SVMMA.

1 *Fœmina quòd in ueteri teſtamento nuſquam ſacerdotio donata eſt, nec miniſtrare permiſſa.*
2 *Sacerdotes omnes quodammodo Chriſtiani, quòd mẽbra ſint unius ſacerdotis.*
3 *Origenis locus de ſacerdotibus.*
4 *Hæretici moderni quomodo excedant Dathanitas.*
5 *Sacerdotum cõtemptores, quòd peiores ſint, quàm Dathan, & Abiron.*
6 *Sanctitas triplex deſcribitur.*
7 *Witcleff blaſphemia in epiſcopos, de mundano honore, quem eis imponit, quando honorantur ſublimiter, refutatur.*
8 *Mulieres quòd lex diuina exortes effecerit miniſterij ſacerdotalis, contra Witcleff.*
9 *Prouerbium in rectos à fœminis.*
10 *Mulier ſemel docendo, quomodo ſubuertit omnia.*
11 *Muliebris ſexus totus, quòd officio regiminis animarum cedat neceſſe ſit, contra Witcleff.*



Ed perfunctorio quodam motiuo vtitur Witcleff pro ſacerdotio fœminarum in reſpondendo ad quoddam argumẽtum prædicto capi. 11. de papa. Oportet, inquiens, eſſe Chriſtum, & ſuos apoſtolos, imò omnes ſacerdotes ſacramentales, & deuotum populum. Sequitur. De quibus Apoſtolus Petrus ait, Plebs ſancta, & regale ſacerdotium. & idem ait Chryſoſtomus. Ex iſtis patet primò, quòd fœmina eſt ſacerdos, & ſic, vt dictum eſt, non probabitur ex iure canonico, vel ciuili, quòd ſupradicta fœmina non ſit papa, vel quòd nõ valeant

Digitized by Google

valeant opera eius papalia. Hæc Witcleff. AVTHOR. Cũcta penè verba eius ſunt recurua, & ſub fallaciarum quomodocunq; vertantur, ambigua. Cur non probabitur ex iure canoni co, vel ciuili, quòd fœmina prædicta, quam di cit Agnetem, non ſit papa? Nũquid pro eo q̃ Apoſtolus Petrus ad Chriſtianum populum dicit, Plebs ſancta, regale ſacerdotium, intantũ ex iſto ſuades fœminam ſacerdotem, vt etiam
1 papam probes, & Romanum epiſcopum? Et † ſic vetus teſtamentum ſicut hæc iura corrum pes, quo toto fœmina nuſquã ſacerdotio donata eſt, nec miniſtrare permiſſa. Vnde libr. 6. dialogorum Baſilij ca. 9. CHRYSOSTOM. Et quid de viris loquar, qui participes ſacerdo talis miniſterij erãt: filię quoque ſacerdotum, quæ nihil habebant cum officio commune, ta men propter honorem parentum, multò pro peccatis ſuis maiorem quàm fœminæ ſuſtinẽt vltionem. Hæc ille. AVTHOR. Planè dicit filias ſacerdotum nihil cum viris in officiis templi habuiſſe commune. Cùm tamen ſexui inter reliquum populum hoc dictum eſt ab ore domini, Vos eritis mihi in regnũ ſacerdotale, & gens ſancta. Exodi. 19. Quam authoritatem ſignanter notans in expoſitione illius Apoſtoli petri BEDA. Vos genus electum, inquit, regale ſacerdotium, gens ſancta. Hoc laudis teſtimonium quõdam antiquo Dei populo per Moyſen datum eſt, quod nunc rectè gẽtibus dat Apoſtolus Petrus, quia videlicet in Chriſtum credidêre, qui velut lapis angularis in eam, quam in ſe Iſraël habuerit ſalutem gentis adunauit. Quòd genus electum vocauit propter fidem, vt diſtinguat ab eis, qui lapidẽ viuum reprobando, facti ſunt ipſi reprobi. Regale autem ſacerdotiũ, quia illius corpori ſunt vniti, qui rex ſummus, & ſacerdos eſt verus, regnum ſuis tribuens, vt rex, & vt pontifex eorum peccata ſui ſanguinis hoſtia mundans. Regale ſacerdotium eos nominat, vt regnum & ſperarent perpetuum, & hoſtias immaculatæ conuerſationis Deo ſemper offerre meminerint. Hæc ille. AVTHOR. Audiat modò Witcleff procurator ſacerdotij generis minimi, quòd hoc laudis teſtimonium, quod Petrus iam toti eccleſiæ Chriſti vt ſint reges, & ſacerdotes in regno ſacerdotali, aut ſacerdotio nunc regali, dedit item Moyſes ex ore domini antiquo populo Iudęorũ. Eat ergo, curratq; velociter ad ſacerdotiũ Iudæorũ, referẽs nobis vel authoritate legis, vel exẽplo, quo iure fœminæ Iudæorũ põtificatu illo vel ſacerdotio tũc pollebãt. Quòd ſi nullã ĩ tẽplo adminiſtrãtẽ ſacerdotiũ à Moyſe vſq; ad Chriſtũ inuenerit fœminã ſacerdotẽ, qua legis violẽtia contra authoritatẽ dei honore ſacerdotij priuatæ ſũt, vt libertati oppoſitę chriſtianæ fœminæ reformentur. ¶ Tu dicis Auguſtinum teſtari populum deuotũm in ſacramentales ſacerdotes aſſumptum. Vnde exclamans patet, inquis, ex his, quòd fœmina eſt ſacerdos, ita vt non probabitur ex iure canonico, vel ciuili, qn Agnes fuit vera papa. Vnde illo loco ſcilicet. 20. de ciuitate Dei capit. 10. ſic ſcribit AVGVSTINVS. Erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis. Non vtique de ſolis epiſcopis presbyteris dictum eſt, qui propriè iam vocantur in eccleſia ſacerdotes, ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter
2 myſticũ chriſma, ſic † omnes ſacerdotes quo niam membra ſunt unius ſacerdotis. De quibus Apoſtolus Petrus, Plebs, inquit, ſancta, regale ſacerdotium. AVTHOR. Hęccine eſt authoritas vnde dicas fœmina eſt ſacerdos? Sed cur non audis non vt epiſcopi, aut presbyteri, qui iam in eccleſia vocantur propriè ſacerdotes, quomodo aliàs impropriè abuſiuè cũ populo? Quomodo ergo puella Agnes erat papa? Erat vt valerent opera eius papalia. Hoc ne eſt eſſe papam, & Romanum epiſcopum propriè velut modò ſunt in eccleſia Romana papa, vel pontifex? Exteriori ſcilicet functiõe authoritate capitis ſupra virum. Non ita, inquit Auguſtinus, impropriè vt eccleſiæ ſacerdotes: imò ita dicit Witcleff. Videte quõ conueniãt falſus procurator, & verus author. Sed ſi hac lege communi ſunt fœminæ ſacerdotes quia erunt ſecũdùm vaticinium Ioannis ſacerdotes Dei & Chriſti: nunquid hac item lege ſunt viri & paruuli ſacerdotes? Non, inquit ibi dẽ, niſi ordinẽtur. Qualiter ergo arguis ex hoc ſacerdotio ſtatim ſacerdotẽ fœminam eſſe papam, ac ſi ſubintellexeras ordinationẽ? Ergo ſine noua ordinatione nec fœmina, nec laicus erit ſacerdos papalis. Quid igitur iuuat ſacerdotiũ cõmunis chriſtianitatis fœminã eſſe papam propriè eccleſiaſticę ordinationis: niſi ſic Iudæa fuerit capax ordinationis iudaicæ veteris: in qua tamen ipſis fœminis ſacerdotalis familiæ interdictum eſt propter ſexũ comedere de oblatione quacunq;, vel ſacrificio pro peccato tantũ, non licuit fœminis tũc, quod licuit maribus. Nume. 18. Omnis oblatio, & ſacrificiũ, & quicqd pro peccato, atq; delicto redditur mihi, & cedit in ſancta ſanctorũ, tuũ erit, & filiorũ tuorum. In ſanctuario comedetis illud, mares tantùm ex eo edẽt, quia conſecratũ eſt. De quo Homilia. 4. in Leuiti. ORIGENES. Illud obſeruari voluit, vt ſoli maſculi edant ex

Sacerdotes omnes quodammodo Chriſtiani.

eo,

eo,fœmina nulla contingat.Hæc ille. AV-
THOR.Sicut ergo fœmina ex ſexu reddebatur tunc inepta ſacerdotio, quia non poterat vt maſculi de ſacrificio edere:ita in nouo teſtamento,quia non poteſt in eccleſia loqui, ſed tacere.Allegoriarum enim vſu eſcas ruminare mandibiles eſt mente concepta mandere. Sed ad primum ideo debuiſti intelligere Auguſtinum ſic eſſe omnes chriſtianos. Propter chriſma ſanctum item Chriſti dicuntur, ſed nunquid Chriſtus filius Dei ſecundùm diuinā perſonam? Sic nec ſacerdotes per officij celebritatem ſolennem, ſed qualiter dicit Beda vt hoſtias immaculatæ conuerſationis Deo ſemper offerrent.Et ſic lib.9.Leuitici in principio

3 ORIGENES.Aut † ſi ignoras tibi quoque. *Origenis locus.* i.omni eccleſiæ Dei & credentium populo ſacerdotium datum : audi quomodo Petrus dicit de fidelibus.Genus,inquit,electum, regale ſacerdotium,gens ſancta,populus in acquiſitionem.Habes ergo ſacerdotium,quia gens ſacerdotalis eſt,& ideo offerre debes hoſtiā laudis,hoſtiam orationis,hoſtiam miſericordiæ, hoſtiam pudicitiæ, hoſtiam iuſtitiæ, hoſtiam ſanctitatis.Hęc ille.AVTHOR. Iam vides ſacerdotium populi,& eius officium ſibi ipſi popularis ſacerdos erit vita non obſequio deditus alieno.Offerre,inquit,debes Deo hoſtiam laudis, hoſtiam orationis,hoſtiam miſericordiæ,hoſtiam pudicitiæ,hoc eſt ſacerdotiū populi & viri & fœminæ. Sub hoc tamen nullo auſu debes appetere non conceſſum,quanuis Witcleff te incitet,dicens prædicto cap.9. Patet ſecundò ex dictis,quòd ſic omnes ſancti viri & fœminę membra Chriſti ſunt ſacerdotes, quia ſacrū dantes.HæcWitcleff.AVTHOR. Sic ſunt ſacerdotes vt membra , ſed non ſacrū dantes per officia eccleſiæ publica , ſacerdotibus propriè deſignata.Caue vocem Chore cōtra Aaron ſacerdotem,Omnis,inquit,multitudo ſanctorum eſt,& in ipſis eſt dominus. Cur eleuamini ſuper populum domini?Hæc eſt iā vox Witcleff,vt omnis populus ſit ſacerdos, & ne ideo eleuetur presbyter ordinat⁹, ſed ait Moyſes,Manè notum faciet dominus qui ad ſe pertineat,& ſanctos applicabit ſibi. Totus populus ſanctus eſt.Scio,ſinguli ſacerdotes in Chriſto:ſed ſi ita fueritis ſacerdotes vos mares & fœminæ, vt cunctis paſsim liceat ordinari, & ſacramenta ſingula miniſtrare. Dominus notum faciet, & ex ſanctis ſingulariter iſtos ſanctos applicabit ſibi.Saltem etiam non minore authoritate eſtis reges, quia ſacerdotes ſuper terram. Apocal.7. Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Vſurpent ergo temporale regnū terrenum contra regem, qui non timent cum ſacrilego Hieroboam vſurpare ſacerdotium publici miniſterij contra Chriſtum. Excedūt

4 † tamen moderni hæretici Dathanitas, qui in omni ſeditione ſua mulieres nominatim non petierunt inſtitui.Excedunt item,quia Dathanitæ propinquitate generis vltra totum populum,qua ſacerdotium tunc poſsit eis pertinere,gaudebant.Erant enim & ipſi leuitæ per Caath.¶Præſumptores Witcleuiſtæ ſola ſuis fœminis communi ſanctitate vendicant potestatem.Qualiter notat locum contra temerarios in ſacerdotes.3.lib.dialogorum capitu.5.

5 CHRYSOSTO. Propter quod † qui deſpiciunt ſcilicet ſacerdotes,magis mihi rei, quàm Dathan,& Abiron videntur, digniq́ue maiori ſupplicio , quoniam illi & ſi indebitum honorem vſurpare voluerant, tamen magnam habebāt miniſterij æſtimationem, cuius ſe vel le fieri participes vel temeritate docuerunt. *Sacerdotū contempto res peiores ſunt, quàm Datha & Abiru.*

Hi verò quantò huic officio plus honoris acceſsit,& in gloriam promouit ampliſsimam, tantò plus ex aduerſo quàm Dathan & Abirō atque auſu maiore delinquūt. Hæc ille.AVTHOR. Multum honoris & gloriæ ampliſsimæ addidit Chriſtus nouo ſacerdotio ſupra vetus,& tamen in veteri ſacerdotio nulla fœmina miniſtrauit, quanquàm de regno ſacerdotali tunc eſſet:& ideo tunc ſancta vel ſi cum reliquo populo tangeret offerendo ſanctum tabernaculum vnctum, tunc peculiariùs eſſet ſancta, nunquàm tamen vt ſanctus ſacerdos. Quod notat in hunc locum Exod.30. Omnis qui tangit illud,ſanctificabitur.lib.quæſtionū Exo.quæſtione.119.AVGVSTINVS. Per hoc quod ait,ſanctificatio erit vobis: cùm hoc populo Iſraël vniuerſo dici iubet, non video quid intelligam,niſi quòd licebat eis, quā do veniebat cum ſuis quiſque muneribus tangere tabernaculum,& tangebatur,& ſignabatur propter illud oleum, quo cuncta ſunt peructa,& hinc dictum , Omnis qui tangit ſanctificabitur,non tamen ſic quemadmodum ſacerdotes , qui vt ſacerdotio fungerentur,vngerentur ex illo.Hæc ille.AVTHOR. Triplex

6 † ergo diſtinctio ſanctitatum. Sunt ſancti primò profeſsione vitæ,qua ſe regunt,& Deo dedicant tanquàm reges & ſacerdotes priuati. Sunt ſancti acceſſu publico , & ſanctarum rerum attactu. Et itē ſunt ſancti vnctione & ordinatione publici miniſterij : & hac ſanctitate non pollent ſancti priores quantalibet vigeāt ſanctitate vitæ,& operum deuotorum.Omnis qui tangit ſanctificabitur, inquit lex , non tamen *Sanctitas triplex.*

Digitized by Google

men sic quemadmodum sacerdotes, vt exponit Augustinus, qui etiam vt sacerdotio fungebantur, vngerentur. Pulcherrimè † cõtra blas-
7 phemiam Witcleff de mundano honore, quẽ nostris imponit episcopis, quando honorantur sublimiter. Et totam litem retorquẽs in vitam humilẽ & abiectam vitam solam laudat, ordinationis sublimitatem non aspicit, sed dicit seditiosè cũ Chore. Omnis multitudo sanctorũ est. Cur eleuamini super populum per mundanum honorem? Non ita mi Witcleff. Hic honor est honor ordinationis, honor ecclesiasticus, non mundanus, honor, quem doctor gentium profitebatur se nolle vnquàm negligere, dicens, Quandiu Apostolus sum gẽtium, ministerium meũ honorificabo. Quod Chrysostomus iam suprà notanter designans, Huic, inquit, officio multũ honoris accrescit, & in gloriam promouit amplissimam. Ecce honor officij, & gloria, hoc honore seipsum eleuandum cognouit Vincentius laicus. Vnde libr. 2. contra eundem humilis. AVGVSTINVS. Quanuis enim nos insignitiùs videaris attingere, eo quòd dixit, Homo cùm in honore esset non intellexit: quia in quo tu non es honore sumus ecclesiæ, tamen etiam tu es in honore naturæ vt pecoribus præferaris. Hæc ille. AVTHOR. In honore sumus ecclesiæ, in quo tu non es: nos sumus propter summum sacerdotium, tu non es propter laicatum. Et libro registri epistola. 32. ad Ioannem Rauennatum episcopum GREGO. Mouere autem nos nõ debet præfati excellentissimi viri Romani patricij animositas: quia nos quantum eum loco & ordine premimus, tantùm si qua sunt eius delicta leuia tolerare maturè & grauiter debemus. Hæc ille. AVTHOR. Hunc honorẽ nullus nõ sic ordinatus potest attingere, quia inæstimabiliter transcendit omnẽ vitam huius temporis, quam de condigno mereri non possumus vel vita vel moribus, sed sola gratia largientis: qua gratia? diuinæ legis dispensatione, non vt Witcleff iam dixit propter signa humanitùs adinuenta. Sed † de natura sexus cũctæ mulieres redduntur exortes, si verbũ absolutum nõ recipis, audi quid ęquè absolutè lib.
8 3. dialogorum Basilij ca. 8. definit CHRYSO. Hæ omnes bestię, hisque plures in illo scopulo nutriuntur, à quibus si simul quispiam captus fuerit, in tantam necesse est eum pertrahi seruitutem, vt studio etiam mulieribus placendi, ea nonnunquam faciat, quæ referre quoq; turpe sit. Nã cùm illas diuina lex exortes ministerii sacerdotalis effecerit, illæ tamen se conantur inserere. Et quoniam per se agere nihil possunt, per alios cuncta sufficiunt, tantumq; potentiæ vendicant, vt & criminari, & expellere, quos libuerit, audeant sacerdotes: sicq; peruertũt omnia, vt illud prouerbium videamus impleri, Rectores † iis, qui regebantur, subiici. *Prouerbiũ in rectos à fœminis.*
Atq; vtinam vel viri id auderent solùm. Nũc
9 autem illæ id faciunt, quibus nec dicendi facultas permissa est, quid dicam docendi? quas nec in ecclesia loqui finit beatus Paulus. Ego autem audiui loqui de his referente quodam, quòd tantum confidentiæ sibi vendicent, vt corripiant etiam ecclesiis præsidentes, & magis illis abutantur, quàm domini mancipiis suis. Hæc ille. AVTHOR. Quod dixisti non posse probari de toto iure canonico & ciuili, de iure diuino audi probatum: illas, inquit, diuina lex, exortes ministerij sacerdotalis efficit. Vbi autem lex hoc effecerit, audi quid dicat, Quibus nec dicendi facultas permissa est, & quid dicam docendi? quas nec in ecclesia loqui finit beatus Paulus. Hac lege vsus erat contra eas suprà beatus Ambrosius reprobans Cataphrygas. Cùm Apostolus, inquiẽs, mulieres in silentio in ecclesia esse doceret, isti eis docendi adhibent potestatem. Audi iterum qualiter hac lege probat hoc intentum, Homilia. 9. super primam ad Timoth. idem CHRYSOSTOMVS. Dicit, quoniam loqui eas nolo. Vndique igitur volens eis abscindere occasionem loquelæ, vt neque doceant ait, sed ordinem discentium habeant. Ita iniungens silentium & subiectionem ostẽderat loquax quodammodo hoc genus esse. Propterea ipsum vndique contrahit. Adam enim, ait, primùm plasmatus est, demum Eua. Et Adam non deceptus est, Eua autem decepta, in transgressione facta est. Sequi-
10 tur. Edocuit † scilicet mulier, quandoque virum, & omnia subuertit, & inobediẽtiæ obnoxium fecit. Propterea subiecit Deus, non quia principatu, magis autem quia parilitate honoris malè vsa es ad virum tuum, erit auersio tua. Et infrà. Simpliciter edocuit semel mulier, & omnia subuertit: propterea ait, ne doceat. Quid igitur ad reliquas, si illa hæc passa est, & valde grauius hoc imbecille & leue. hæc igitur de reliquo: de natura hæc fœminæ disputat. Non enim dicit hic, sed Eua decepta, imò, sed mulier, quod est communis generis magis quàm Eua. Quod ergo omnis natura in transgressione facta est per illam, sicut de Adã ait, in transgressione similitudinis Adam, qui est typus & forma futuri: ita & hic, hoc est muliebre genus transgressum est, hoc est humanũ. *Mulier semel docendo subuertit omnia.*

Digitized by Google

manum. Quid igitur non habet ſalutem? Vtique ait. Quam vtique ait habet? Eam quæ per filios. Et ſequitur. Aeſi diceret, ne anxiemini mulieres quoniam generi veſtro detrahitur. Dedit vobis Deus & aliam occaſionem ſalutis, filiorum educationem, vt non ſolũ per voſ ipſas, ſed & per filios ſaluemini. Hęc ille. AVTHOR. Bene diſcuſsit Chryſoſtomus intellectum Apoſtoli de ſilentio mulierum, quod eis iniunctum eſt communiter quo ad ſexũ, ſi mul & ſubiectio: propterea, inquiens, ſubiecit eam Deus, quia non principatu, ſed iam paritate male vſa eſt, probatque hanc pœnam ſexus eſſe per verbum illud, mulier decepta eſt, & ibi, de reliquo ſeu de cętero de natura diſputat. Fœmina, quæ hãc pœnam recepit in ſexu ſicut Adam ſecundùm ſpeciem totam infecit naturam: ſalutem tamen ſuam procurare conceſſum eſt mulieri per filiorum educationem, & partum corporeum: ſicut viro filios ſpiritualiter parere per ſacerdotis obſequiũ. Quod ſimpliciter eſt in prima fœmina, per hanc legem Pauli ſecundùm ſexum totum fœminis interdictum. Ideo libro. 2. dialogorum Baſilij cap. 2. CHRYSOSTOMVS. Cum verò quęritur quis eccleſiæ præponatur, & cui gubernatio credatur tantarum animarum. Totus † primùm muliebris ſexus cedat neceſſe eſt magnitudini huius officij: virorum quoque pars maxima relinquetur. Hæc ille. AVTHOR. Totus ecce muliebris ſexus cedat neceſſe eſt officio regiminis animarum. Qualiter ergo cõtra ius diuinum cõcedit Pepuzianus iſte Witcleff puellæ ſuæ papatum, & bene propter ſuã prædeſtinationem valere facta papalia, quam Deus ſuſpendit ab initio, & ſecundum totum ſexum decreuit ineptam? Et quem ſexum totum excepit beatus Petrus tũc caput eccleſiæ, limitans omnem eccleſiam in electione Mathiæ ad virum tantummodo eligendum, cùm ibi mulieres deeſſe non poſſent in numero cẽtum viginti hominum. Oportet, inquit, ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo exiuit, & intrauit inter nos dominus Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioannis, vſque in diem, qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectionis eius fieri nobiſcum vnum ex iſtis. Actuum. 1. Si oportet ex his viris aſſumi teſtem Apoſtolum, non videtur ſi teſtem Magdalenam, aut aliam quãlibet fœminarũ ad hunc apoſtolatum aſſumeret, teſtimonium toti mundo valeat fœmininũ, præter apoſtolica geſta plura.

11 †

¶ Quòd ſacerdos ſimplex non ordinat ſacerdotem, nec ſecundùm Dei legem & eccleſiæ ſanctiones hoc poteſt, ſi epiſcopus non fuerit.

CAP. LX.

SVMMA.

1 *Ordinare presbyterũ quòd ſolis epiſcopis pertineat contra Witcleff.*
2 *Diotrepes hæreſiarcha tempore diui Iohannis euangeliſtæ.*
3 *Witcleff alter Diotrepes.*
4 *Ambitio, & uanagloria ex opere bono.*
5 *Sacerdos ſimplex ſacerdotem non creat.*
6 *Chriſtus caput, & ſummus Pontifex, quòd Apoſtolos ſuos ordinauerit presbyteros, & ipſi præfecerunt epiſcopos.*
7 *Presbyteri quòd non niſi ab epiſcopis fuerint creati, etiam in primitiua eccleſia.*
8 *Reſponſio ad Armachanum, dicentem ſecũdum ſacerdotem in lege cõſtituere ſummum pontificem. &c.*
9 *Hierarchia quid.*
10 *Epiſcoporum officia, quæ presbyteris exercere non licet, deſcribuntur.*

1 VI † iam incumbit ordinare presbyterum? Recens eſt hæreticorũ promotio, poſtquàm ab Apoſtolorum temporibus hucúſque nil aliud, nili quod ſolis epiſcopis pertineret, ſciuit eccleſia, quorum vni Paulus dixit, Manus citò nemini impoſueris, neq; cõmunicaueris peccatis alienis. E contrariò diſceptat WITCLEFF, contra fidem hoc licere ſimplici ſacerdoti, ita vt ab eo ordinatus, ſine omni trepidatione miniſtret. cap. 11. de papa verſus finẽ. Vlteriùs, inquit, notandum finaliter, quòd deficiente quocunque papa cæſareo, vel quocũque eius prælato vſque ad ſimplicem ſacerdotem, ipſe ſufficeret miniſtrare qualiacunque ſacramenta in ſcriptura ſacra fundabilia, vel etiã ſacramentalia, quæ poſt dotationẽ eccleſiæ licitè ſunt adiecta. Hæc Witcleff. AVTHOR. Dicant papa & epiſcopi, dicant antiſtites orthodoxi cum Ioãne in canonica tertia. Is qui amat primatum gerere in eis Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc ſi venero, commoueã eius opera quæ fecit, verbis malignis garriens in nos. Vnde in expoſitiõe huius loci BEDA. Diotre-

Digitized by Google

Diotrepes, vt videtur, erat hæreſiarcha tempo
ris illius aliquis ſuperbus, & inſolens, malens
noua docendo primatum vſurpare ſcientiæ,
quàm antiquis ſanctæ eccleſiæ, quæ Ioannes
prædicabat, humiliter auſcultare mandatis.
Vnde bene Diotrepes, ſpecioſus, inſulſus, ſiue
decor inſaniens interprætatur, vt perfidiã cor
dis etiã nomine ſignet. Hæc ibi. AVTHOR.
3 Talem † noſtrum Witcleff iam habent epiſco
pi, qualem Ioannes Diotrepem, qui primatũ
Apoſtoli affectat: & ideo primatum quãtum
poteſt ſubtrahit à veris primatibus. Totũ ait
quod poteſt, ne ſeipſo habeat meliores, ne cla
riores in ſcientia, nec in ſacris exercendis my-
ſteriis potiores. Qualiter Iudæi Chriſtum ze-
labant, prout Homilia. 40. imperfecti CHRY
SOSTOMVS. In omni re ex ipſa re naſcitur,
quod rẽ exterminet, vt pote in ligno ex ipſo
ligno naſcitur teredo vermis, ipſum lignũ ex-
terminans: ex veſtimento naſcitur tinea, veſti
mentum comedens: ex holeribus naſcitur ver
mis, holera corrumpens: ſic etiam in ſpirituali
bus ex ipſo eorum in ſpirituali propoſito
inimicus occaſionem ſumit, vnde eis retia
tendat: quia à ſeipſo nihil agere poteſt, niſi
occaſionem ex nobis accipiat. Ideo vnum
quenque hominem ſecundùm conditionem
4 & ſtatum, quem inuenit circa eum, ſic inde ag
itio & gloria greditur contra eum. Vt † putà inter bellato-
xre bo res de virtute naſcitur contentio, inter digni-
toſos de ambitione honoris ſurgit inuidia, in-
ter diuites de acquiſitione fit zelus. Quid dicã?
Inter ipſos melicos, qui vana & ludibria exer
cent, de ipſis ludibriis ſibi inuicem aduerſan-
tur, vt qui peiùs deridetur, melior exiſtimetur.
Inter ſacerdotes, qui ad ornamentum populi,
ad ædificationẽ ſanctitatis poſiti ſunt, ex ipſo
eorum miniſterio diabolus colorẽ accipit, &
eorũ bonũ miniſteriũ corrũpit, vt hoc ipſum
bonum, malum fiat, dũ propter homines fit.
Tolle ergo hoc vitium de clero, & ne homini-
bus iuſti apparere velint, & ſine labore omnia
vitia reſecantur. Ex hoc enim vitio naſcitur, vt
ne velint inter ſe habere meliorem, ſicut nec
Iudæi Chriſtum. Hæc ille. AVTHOR. Ex
vitio ergo ambitionis peſtiferæ eſt, quòd Wit
cleuiſtæ nolint habere meliorem ſimplici ſa-
cerdote epiſcopum, nec ipſum habere mini-
ſtrum à ſua ſimplici poteſtate diuerſum. Ipſe,
inquit Witcleff, ſacerdos ſimplex ſufficienter
miniſtraret qualiacunque ſacramenta in ſcri-
ptura ſacra fundabilia, vel etiam ſacramenta-
lia, quæ poſt dotationem licitè ſunt adiecta.
Timeo vult dicere ſacramentalia noſtra non
paſsim eſſe licita, & non niſi poſt dotationẽ
inuenta. Quod quàm dixit falſò, in ſuperius iã
dictis digeſsi, & adhuc dicã in poſteris. Quod
autem dicit hic de poteſtate ſimplicis ſacerdo
tis, ne intelligeretur ſolùm verum in tali caſu
dato, ipſe verſus finem capituli ſubiungit, no-
tando peccata ordinantiũ, & dicta ſanctorũ
de ſimonia epiſcopi ordinãtis. Pauci, vel nul-
li forent clerici à prælato cæſareo ordinati,
ideo non debemus timere de talibus, dum ſe
cundùm puram conſcientiam de iuſtis operi-
bus obſeruamus ordinem clericalem, quia tũc
Deus ſupplet vicem epiſcopi. Et ſubdit pòſt.
Ordinatum per vnum ſimplicem ſacerdotem
non oportet timere de presbyteratu vel aliâs
ordinari, dum tamen ritè fecerit officium cle-
ricale, quia ſufficit prudens reputatio cum di-
ligenti officio, Deus enim tunc ſupplet: quia
aliter quilibet recipiens ſacramentum de ſuo
præpoſito fluctuaret. Hæc Witcleff. AV- *Sacerdos ſimplex ſacerdotẽ nõ creat.*
5 THOR. Nouum † hoc, & recens in terra,
quòd per ſimplicem presbyterum ordinatus
ſacerdos miniſtraret intrepidè, requirit valida
probamenta. Requirit enim probari, quòd
ſimplex ſacerdos habeat poteſtatem ordinis,
aut officij taliter ordinandi. Quod ſi habeat,
quid oportebit dominum in ordinatione ſua
ſupplere vicem epiſcopi? Quod enim eſt ple-
num, ſupplemento non indiget. Non eſt er-
go poteſtas illi taliter ordinandi, ſi requiratur
qui ſuppleat ordinationi eius vicem epiſcopi.
Et vnde tanta libertate promittis ſupplemen-
tum diuinum ei, qui ſic ordinare conatus, po-
teſtati reſiſtit epiſcopi? An ne audiſti quendã
magnum epiſcopum dicere, Qui poteſtati re
ſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit? cõfer iſta ſimul,
& ſecurum reddis iſtum, quem decipis, quòd
Deus aderit ei promptus, qui Dei ordinatio-
ni reſiſtit. Si autem non habet ſimplex tuus
ſacerdos poteſtatem taliter ordinandi, quali-
ter ſine ordinatore miniſtrabit ordinatus in-
trepidè, niſi confiſus in inſenſibili Dei ordina
tione mundo abſcondita, quam tu denegas cõ
ſequenter, dicens potius debere hominem pa
ti ſimoniam præpoſiti? Primò igitur exigo à
te, quod tu ſemper requiris à noſtris, qua au-
thoritate ſcipturarum hæc ſuſtines: maximè
cùm contra conſuetudinem eccleſiæ catho-
licæ iſta doces? Exigo à te, qui contra con-
ſuetudinem perennem eccleſiæ presbyteros
ordinas, quod exigit Auguſtinus à Creſco-
nio contra eccleſiam denuò baptizante. li-
bro primo contra eum capitul. 34. AVGV-
STINVS. Ab hæreticis venientem pro-
ba te in ſcripturis denuò baptizatum. Nam &
nos præferimus Petro dictum, Qui lotus eſt

ſemel, non opus habet iterum lauari: ſed etiam vos dicitis, quòd Petrus non fuerit apud hæreticos baptizatus. Proinde quia vos nec poteſtis proferre de ſcripturis, quarum nobis eſt communior authoritas. Sequitur infrà. Neque enim parui momenti habendum eſt, quòd cùm inter epiſcopos anterioris ætatis quàm eſſe incepit pars Donati, iſta quæſtio fluctuaret. Sequitur. Hoc per vniuerſam catholicã, quæ toto orbe diffunditur, obſeruari placuit quod tenemus. Hæc ille. AVTHOR. Ita dico ex quo nihil de ſcripturis affertis, non parum eſſe debet, quòd à primis eccleſiæ hoc placuit quod tenemus. Hortor ergo ſi quid potes vt authoritatem ſufficientem adducas, aut in ſcripturis ſanctis, ſaltem ſancti dicas exemplũ. Nos de hac re nihil hucúſque ſuſcepimus, niſi
6 quòd † Chriſtus caput & ſummus pontifex Apoſtolos ſuos ordinauit presbyteros, & ita ipſi præfecerunt epiſcopos. ¶Paulus inſtituit Titum presbyterum & epiſcopum Cretenſem, ipſumque voluit ordinare epiſcopos deinceps, & ſacerdotes, dicens in epiſtola ad eũ. Huius rei gratia reliqui te Cretæ. Sequitur. Vt conſtituas per ciuitates presbyteros. Paulus inſtituit Timotheum epiſcopum Epheſi, dicens ad eundem in epiſtola. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cùm irem in Macedoniam. ¶Et Euſebius lib. 3. eccleſiaſticæ hiſtoriæ vtrũque docet, quomodo, & quo ritu conſtituat epiſcopos, & diaconos. Ipſe quoque & Barnabas iam Apoſtoli conſtituti euangelizantes Derben, & reuerſi in Liſtram, Iconium, & Antiochiam conſtituebant illis per ſingulas eccleſias presbyteros. Actuum. 14. Et illos iam conſtituerant epiſcopos, quos ſolebant per ciuitates conſtituere: in vna autem ciuitate multos presbyteros. Cùm item eſſet Paulus Mileti, mittens Epheſum, conuocanſq; ad ſe presbyteros ciuitatis, ait illis, Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo ſpiritus ſanctus poſuit vos epiſcopos, ideſt presbyteros ſecundum Hieronymum, quia in vna ciuitate nõ poterant plures eſſe epiſcopi, vt dixi ſuprà lib. 2. Et regere eccleſiam, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Actuũ. 20. Sic quòd vbi omnia promiſcuè agebantur in primitiuis eccleſiis, vt dixit Ambroſius, nũquàm licuit presbyteris ſimplicibus ordinare ſacerdotes. Nec dicit Paulus presbyteris Epheſinis, ordinate presbyteros, ſicut Timotheo & Tito epiſcopis, ſed ſolùm quòd ſibi, & gregi attenderent. Et ne quis vacillet de inſtitutione Pauli & Barnabæ, de quibus dixerat Spiritus ſanctus diſcipulis Antiochiæ, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſum
pſi eos: putans eos non ab epiſcopis, ſed à ſimplicib' ſacerdotibus Apoſtolos ordinatos ab eis, qui tunc morabãtur Antiochiæ, auſcultandi ſunt Petrus Comeſtor hìc, & maiores, dicẽtes iſtos duos poſt Sancti ſpiritus miſſionẽ miſſos Hieroſolymam ad Apoſtolos Petrũ, Iacobũ, & Ioannẽ, qui gauiſi ſunt audito mãdato Spiritus ſancti: & ipſi ieiunantes, & orantes, impoſuerũt eis manus ad modum ordinãdorum, & hoc circa annum. 13. poſt aſcẽſionẽ Chriſti: & poſt hæc iterum aſcendit Paulus illuc ad annũ Chriſti. 14. vt ait Beda in libro retractationum Actuũ. & de quo ait Apoſtolus ad Galath. 2. Deinde poſt annos. 14. iterum aſcendit Hieroſolymã, & tunc apoſtolus factus ibi, iterum venit Antiochiam. Vnde in expoſitione Actuum RABANVS. Apparet eos ab Hieroſolymis Antiochiam rediiſſe in opus apoſtolatus. Hæc ille. AVTH. Et ſuper hũc textum primo Paralip. 26. Porrò Zachariæ filio eius viro prudentiſsimo &c. conſonanter ait GLOSSA. Significat, inquit, doctores gentiũ, qui à primis prædicatoribus ad prædicandum ordinati ſunt. Vnde orantibus diſcipulis, & ieiunantibus, ait Spiritus ſanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam. Hæc ille. AVTH. Et libro ſecundo de origine officiorum capit. 5. ISIDORVS. In actibus Apoſtolorum ex præcepto Spiritus ſancti Paulo & Barnabæ ab Apoſtolis manus impoſitæ ſunt ad euãgelizandum. Hæc ille. AVTHOR. Quod iã dictum eſt de primis prædicatoribus, Iſidorus exprimit de Apoſtolis. Quod autem obtẽdit LIRA non ſic eſſe de textu, ideo potiùs putandum aliquos epiſcopos illic fuiſſe de Hieroſolymis, & ipſis ordinaſſe, ſed nec hoc eſt de textu: ideo potiùs eſt putandum patribus in hiſtoriis eſſe credendum. Maximè cùm exemplum præceſſerit de Mathia in cœtu apoſtolico conſtituto, qualiter & dicta authoritas canit, quòd à primis prædicatoribus ad prædicandum ordinati ſunt primi, non erant niſi Apoſtoli. Sed eſto quòd erant ab ipſis ordinati, pro nobis hoc eſt. Quòd autem fuerant ſimplices ſacerdotes, pro deductiõe Witcleff reſtat probandũ. Reſtat inueniendũ itẽ alicubi per ſcripturas, aut ex orthodoxorũ monumẽtis, q̃ qs præter epiſcopũ ordinauerit ſa
7 cerdotes. Quod † quidẽ in primitiua eccleſia non licuit, cũ eſſet rudis eccleſia, & penuria miniſtrorũ: imò ſemper epiſcopis ſingularis erat prærogatiua dignitatis, annexa iã aliis. Sed obiicit Armachanus Ricardus libro. 11. quæſtionum Armenorum. Secundus ſacerdos in lege conſtituit ſummum pontificem, aliter cùm eſſet

Presbyteri non niſi ab epiſcopis creati etiam in primitiua eccleſia.

Digitized by Google

esset vnus tantùm, ipso mortuo, quis eum constitueret? cùm ipse semetipsum non posset sanctificare, vel vngere: sicut post Aaron successit Eleazarus, Eleazaro filius eius Phinees. Nouerit † qui sic obiicit, solam electionem, & successionem carnis tunc vim ordinationis habuisse: secundùm illud Apostoli ad Hebræos. 7. Lex enim homines constituit sacerdotes in principio. Post Aaron autem quia iam erant pauci, potest non absurdè dici, quòd vngebatur pontifex, & vestiebatur à secundi gradus sacerdotibus per eorum obsequium, non excellentiam. Postmodum verò sub Dauid ideo instituebantur multi, vt ea facerent nouo pontifici, & ne contenderent. Apostolus ad Hebræos. Plures facti sunt sacerdotes secundùm legem, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: plures non successiuè tantùm, sed simul: & non sacerdotes præcisè simplices, sed 24. magni suis vicibus ministrantes, à quorum semper quibusdam summus pontifex poterat consecrari, eo quòd singuli morte prohiberētur permanere. Hoc autem tempore Dauid erat, in primordiis autem legis aliter. Vnde quæstionum lib. Leuiti. quæstio. 18. AVGVSTINVS. Quæri etiam potest post mortem Moysi quis vngebat successorem summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto non vtique poterat. An qui iam vnctus erat inter secundos sacerdotes, idem quippe fuit oleum, quo summus & secundi vngebantur. Vestem tantùm sumebat ille pontifex, qua eius summitas appareret: & si ita est, vtrum ipse sumebat, an eum alius induebat, sicut & post eius mortem Moyses filios fratris sui. Si ergo ab alio vestiebatur, nunquid non poterat à secundo summus, præsertim quia talis erat vestis, vt eam ab alio indui necesse fuerit. An sic induebat priùs vt etiam postea: Non enim semel indutus nō eam ponebat, aut cùm posuisset, non eam resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, vt secundi vestirent primum scilicet obsequendo, non excellendo. AVTHOR. Hoc ergo fixo, secūdus, aut simplex sacerdos non ordinat aliquē sua authoritate legitima. Interroganti ergo quis pontificem præordinasset, aut quomodo in notitiam venire debuerat quis ita succederet, respondit ibi AVGVSTINVS. Vnde autem appareat quisnam filiorum summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitum, aut maiorem scriptura definit: nisi intelligamus aliquo diuino indicio fieri solere, siue per prophetiam, siue quolibet alio modo, qui consuli Deus posset, quanquam ex eo peruenisse res videatur, vt postea plures fuerint propterea summi sacerdotes, quia contendentibus excellētioribus, litis finiendę causa, pluribus honor ipse tribuebatur. Hæc ille. AVTH. Hoc sufficiat, quòd summum sacerdotem inferiores possent instituere obsequendo, nō propterea excellendo, sicut hodie episcopi possent archiepiscopum inuestire: & vt dicit Hostiensis, Cardinales dominum nostrum papā nulla sua ordinatione promouentes, sed simpliciter induentes, aut decenter præparantes canonicè ordinatum. Et quæ consequentia vt ideo ordinent sacerdotem, & sua nuda authoritate sacerdotij destitutum constituant? Notāter ideo distinxit Augustinus iam, quòd infimi sacerdotes vestiebant pontificem obsequēdo, non excellendo: imò nec excellendo, nec coæquando, sed solūmodo obsequendo. Qualiter ergo sufficit Armachani ratione summus sacerdos alios simplices sacerdotes, nec dignitate pręcedat, quando eos instituendo non eū æquiparant, sed ei obsequuntur vt paruuli: sicut dixi supra libro secundo. Pater est qui filios procreat. Et habet conceptum differentiæ & substitutiōis sacerdotum. Episcopos habebant Apostoli, & primitiuæ patres ecclesię. velut docet parte. 6. capit. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Hierarchicę autē manus quidē impositio simul manifestat teletarchicam protectionem, sub qua vt pueri sacri circunsequuntur, paternè ipsis quidem habitum & virtutem sacerdotalem tribuente. & ibi in Græco. Signa qualiter pueri dicuntur. Hæc ille. AVTHOR. Cuncti autem secundùm sanctos, sacerdotes simplices episcoporum filij sunt, secundum spiritum, sicut secundi sacerdotes legaliter institutierant filij Aaron primi pontificis secundùm carnem: idcirco nec his, nec illis incūbebat vnquàm ordinare presbyteros, sed omnia referuntur in patrem diuinæ generationis episcopum: sicut & ipse omnia ordinabat in Christum: prout capi. 5. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Vt. n. omnē hierarchiam videmus in Iesum terminatam, sic vnanquamque in proprium diuinum hierarcham. AVTHOR. Vbi in commēto LINCO. Etenim dominus Iesus est terminus initialis, & principium efficiens, & terminus finalis omnis hierarchiæ, & ipse est qui omnia operatur, & adimplet. Sic vnusquisque Hierarcha se habet ad propriam suo principatui subiectā multitudinem. Dicitur itaq; Hierarchia † in hoc loco: multitudo vni Hierarchę subiecta in quātū habens Hierarchā caput: hic autē ordo prius omnes inferiores ordines & eorū potestates in se contineti, & omnia operatur, quę il-

8 *consio rma- um.*

9 *hierarchia.*

li:& illi nō operantur,nec poſſunt niſi in eius virtute & poteſtate:plura verò poteſt & operatur hic ordo,quæ non poſſunt ordines inferiores.Sequitur. Quod enim inferiores faciūt ſecundùm proprias virtutes ſuorum ordinū, hoc in eis,& per eos facit Hierarcha,qui ordines eis tribuit.Plura † autem facit per ſe ſolum, 10 quę alij facere non poſſunt, vtpote ſanctificat ſacrum vnguentum,& eo confirmat baptizatos,conſecrat altaria,& eccleſias, ordines celebrat,quæ presbyteri facere non poſſunt.Hæc ille. AVTHOR. Ecce epiſcopus ordines celebrat,& alia,quæ presbyteri facere nō poſſunt. Quòd ſi dubites commentatoris alloquium, authorem audias per ſe loquentem:dixit ipſe DIONYSIVS.Sed neque ipſe ſacerdos erit, niſi ab hierarchicis perfectionibus ad hoc ſortitus. Vnde diuina legis poſitio Hierarchicorum ordinum ſanctificationem, & diuini vnguenti perfectionem,& ſacri altaris perfectionis operationem, diuinorum Hierarcharum perfectiuis virtutibus ſingulariter in hæreditatem ſegregauit.Hæc ille. AVTHOR. Iam iu dicet Witcleff ſi rectè dixerit,q̄ dotatio Cæſarea hanc epiſcopis ſanctis ſublimem poteſtatem induxit ad ordinandum clericos, ad confirmandum nouiter baptizatos,ad dedicandū altaria,& ſacras eccleſias, ad ſacrum item oleū conſecrandum. Attendat patrem Dionyſium ſi eum agnouit. Audiatque docentem, quòd ipſa lex diuina ſanctis epiſcopis & hierarchicis perfectiuas virtutes iſta faciendi ſingulariter in hæreditatem ſegregauit ante dotationē. Nōne Dionyſius ante dotationem? nonne diuina lex? ergo poſt dotationem ſimpliciter Witcleff mendax.

Epiſcoporū officia.

¶ Ad primum argumentum Armachani, quòd ſimplex ſacerdos poteſt ordinare epiſcopum vice epiſcopi.

CAP. LXI.

SVMMA.

1 *Witcleff argumētum, quòd ſimplex ſacerdos ſuppleat epiſcopi uices in ordinando presbyteros.*
2 *Armachani ad ſecundum argumentum ſolutio, dicentis ſimplicem ſacerdotem poſſe ordinare epiſcopum.*
3 *Sacerdos ſummus, quòd ſacerdotes minores inſtituat, ſacerdos autē minor parē ſibi nō ordinet.*
4 *Ordinatus à non epiſcopo, quomodo nō habeatur pro ordinato, & ut ritè ordinetur, quòd ad ſuum currere debeat epiſcopum.*
5 *Witcleff peruerſum dogma, Non oportere ordinatū per unum ſimplicem ſacerdotem timere de presbyteratu. & c. confutatur.*

1 HAnc hæreſim, q̄ † ſimplex ſacerdos ſuppleat epiſcopi vices in ordinādo presbyteros, arguit Witcleff illo. 11.ca.,pbans hoc ex tribus. Primò ex hoc,quòd ſacramēta, & ritus, quos Deus ſingulariter ſummo ſacerdoti inſtituit,potuit,& debuit inferior ſacerdos in defectu ſummi ſacerdotis perficere: ſed longè minoris ætatis ſunt traditiones humanæ poſt dotationem in iſtis adiectæ, ergo multò magis ipſas ſupplere ſufficit ſacerdos ſimplex inferior. AVTHOR. Hæc Witcleff ex Armachano. ARMACHANVS ſic habet in libro. 11. de quęſtionibus Armenorum,cap. 6. Quando ille ſummus ſacerdos erat infirm⁹, aut ſommo nocturno, aut alia cauſa pollutus, ita vt fieret immundus vſque ad veſperam, ſicut Leuitici 15. Deutero. 22. aut vſque ad ſeptimum diem Ezechielis. 45. alius eo minor offerebat ſuper altare incenſi veſperè, & manè: quoniam oblatio præcipiebatur fieri per ſingulos dies manè & veſperè ritu perpetuo Exo. 30. nec omitti potuit. Vnde cōſtat,quòd minores ſacerdotes exercebant in caſu maiorum opera ſacra-
2 mentalia. Hęc ille. AVTHOR. His † duobus peritis hiſtoriographis legis Dei ſi quis reſpō ſalis occurrat redarguēs, atque probās hac via quòd ſimplex Diaconus poſſet miſſas celebrare,peccata dimittere, corpus Chriſti cōficere, & huiuſmodi ſingulariter incumbentia officio ſacerdotum, quid iſti reagerent? Nam ſecundi ſacerdotes legis haberent ſibi ſingulare offerre ſanguinem victimæ, fundentes per altaris circuitum. Item detrahere pellem hoſtiæ. Item artus eius in fruſta conſcindere,Leuitici primo:& tamen Leuitæ in caſu poſſent ea facere pro eis,aut cum eis: ſicut in phaſe Ezechielis. 2. Paralipomenon. 29. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant ſufficere vt pelles holocauſtorum detraherent. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus: ſimiliter in Phaſe, Ioſue capitulo. 35. Aſperſerunt ſacerdotes manus ſuas ſanguine, & Leuitæ detraxerunt pelles holocauſtorum, & ſeparauerunt ea. Ratio paucitatis ſacerdotum erat, quia tempore Achaz idolis ſeruiebant, vnde redeuntes nō ſta-

Ad argum. Armachā.

tim

Digitized by Google

tim admitterentur officiis, ſed deprimerentur ad minima, iuxta illud Ezechiel. 43. Omnis filius alienus, qui eſt in medio filiorum Iſraël, ſed & Leuitæ, qui longiùs receſſerunt à me in errore filiorum Iſraël, & errauerunt à me poſt idola ſua, erunt in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus. Ecce in hoc caſu copiæ offerentium, & paucitatis ſacerdotum, Leuitæ ſupplebāt officia ſacerdotum, quæ eis erāt ſingularia. Quare ergo diaconi ſimplices noſtri non poſſent legitimè conficere corpus Chriſti, imò & loco eorum ordinare presbyteros, ſi cōtingeret, ſicut ſupponitur de epiſcopis, raritas ſacerdotum? Aſſumeret ergo Witcleff, quòd hoc poſſent ſimplices ſacerdotes vice epiſcopi facere, quod nō eſſet epiſcopo ſimpliciter ſingulare, qualiter conſecrare virgines eſt ipſi ſingulare, quod cum eius mandato ſupplere poteſt ſacerdos. Ordinare presbyteros, aut dedicare baſilicas, eſt ipſi ſingulare, ſimpliciter ratione dignitatis capitalis, & hoc ex lege Dei dixit Dionyſius. Sic eſt ſingulare preſbytero baptizare infantes, corpus Chriſti conſecrare eſt per eminentiam ſingulare: primū ergo dato caſu poteſt iuuare diaconus, nequaquam verò ſecundum. Vnde ſuper prædicto Paralipo. in annotationibus ſuis Cantor pariſienſis. Pelles holocauſtorum detraherent. Ergo ſuppleat Leuita vices ſacerdotis, præterquā in conficiendo, ſi minus poterit adeſſe ſacerdos. Hæc ille. AVTHOR. In caſu huius eminentiæ ſingularis ſingulariter ſtat argumentū Ricardi: quando, inquit, ſummus ſacerdos erat infirmus, aut aliàs carne pollutus, ſacerdos minor offerebat pro eo ſuper altare incenſi. Magna audacia ſic dicentis, ſed nihil ex authoritate probantis. Beatus autem Auguſtinus has & conſimiles inquirens contingentias ſacerdotis, hanc concluſionem fugit à procul, propter illud apoſtoli ad Hebræos, In ſecundo autem ſolus pontifex ſemel in anno. & alias vias aſſignat ex textu. in libro quæſtionum quæſtione. 67. AVGVSTINVS. Si vxores ducere, vel filios gignere nō vetabantur ſummi ſacerdotes, magna oritur quæſtio, cùm lex etiam coniugali concubitu hominem immundum dicat vſque ad veſperam, etiam cùm abluerit corpus ſuum aqua, & iubeatur ſummus ſacerdos bis in die quotidie intrare intra velū vbi erat altare incenſi, nec quenquam immūdum fas erat ad altare accedere, quomodo id ſummus ſacerdos implebat, ſi filios procreabat? Nam ſi ægritudo ei accidiſſet, quis loco eius fungeretur, ſi quis inquirat, Reſponderi poteſt, quòd gratia Dei non ægrotabat. Nunquid etiam de filiorum procreatione reſpondebunt? Vnde fit conſequens, vt aut continens eſſet, aut diebus aliquibus intermitteretur incenſum, aut ſi illud nō intermitti poſſet, quia non niſi per ſummum ſacerdotem neceſſe eſſet imponi, ipſe non fieret immundus coitu coniugali merito præcipuæ ſanctificationis ſuæ. AVTHOR. Continuat vſque in quæſtione. 70. Vbi AVGVSTINVS. Ego dominus, & dices illud in progenies veſtras: Omnis homo quicunque acceſſerit ab omni progenie veſtra ad ſancta, quæcunque ſanctificauerint filij Iſraël domino, & immunditia eius in illo, exterminabitur anima illa à me. Ego dominus Deus veſter. Ablata eſt omnis dubitatio, neminem ſacerdotum, vel ſummorum, vel ſecundorum debuiſſe accedere ad ſancta, ſi immunditia eius in ipſo eſſet. Erat ergo cōſequēs continentia ſacerdotis, vel quòd propter filiorum procreationem aliquibus diebus non imponeretur continuationis incenſum, quod à ſolis ſummis ſacerdotibus ſolebat imponi manè & veſperè. Quoniam quidem poſt coitum coniugalem etiam loto corpore immundus erat vſque ad veſperam, à quo id neceſſe erat imponi. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd ſemper interdicit Auguſtinus ſecundis ſacerdotibus facultatem adolendi incenſum loco ſummi ſacerdotis: ſupponit caſum ægritudinis, & ſoluit ipſum Dei gratia non ægrotaſſe aliquādo, ne diceret aliquem loco eius fungi, imò ſemper interſerit incenſum à ſolis ſummis ſacerdotibus ſolere imponi, & quòd ab ipſo neceſſe erat imponi. Libro autem retractationum. 2. capitul. 55. ſoluit, dicens non omnino cōſequens eſſe ſacerdotem eſſe continentem, ſi incenſum veſperè poneret, quia immundus erat niſi vſque ad veſperā. AVGVSTINVS. In tertio libro, vbi de ſummo agitur ſacerdote quomodo creabat filios, cùm haberet neceſſitatem bis die ingredi in ſancta ſanctorum, vbi erat altare incenſi ad offerendum incenſum manè & veſperè, quò non poſſet, ſicut lex dicit, immundus intrare: & eadem lex dicat immundum fieri hominem etiam ex concubitu coniugali, quem iubet quidem lauari aqua, ſed & lotum dicit immundum eſſe vſque ad veſperam. Vnde dixi conſequens fuiſſe, vt aut continens eſſet, aut diebus aliquibus intermitteretur incenſum: non vidi non fuiſſe conſequens, poteſt enim ſic intelligi, quod ſcriptum eſt, immundus erit vſque ad veſperam, vt veſpertino iam tempore incenſum mundus offerret. Tum propter creandos filios poſt matutinum incenſum miſtus eſſet vxo-

ri. Hæc ille. AVTHOR. Soluitur ergo argumentum commune Ricardi & Witcleff, quòd non propter immunditiam contingentem ex carne, non propter infirmitatem caſualem occurrentem debuit ſacerdos ſecundi ordinis illud ſacrificium incenſi facere loco primi: quanuis vnicus eſſet primus tot annis vſque ad Dauid: quo ergo iure Dei, aut quo iuris exemplo poſſet ſimplex ſacerdos noſter ardua ſacrorũ epiſcoporũ facta præſumere, iſti, qui tantũ iuris vſurpant, probent vel ſemel. Fallor enim, ſi vnquàm tempore veteris legis, aut per nouæ legis primitias factum eſſe reperiant, aut vnã authoritatem directam. Summus autem ſacerdos conſtituit regulariter ſacerdotes minores, ſicut breuiter in libro quæſtionum Leuitici quæſtione. 14. recitat. AVGVSTINVS. Hoc enim ſequitur, & dixit. In die, qua vnxeris eũ, non dixit, vnxeris eos, cùm à ſacerdote ſacerdotes vngi præcipiat. Hęc ille. AVTHOR. Sic
3 ſummus † ſacerdos ſacerdotes minores inſtituit, ſacerdos autem minorem parem ſibi non ordinat iſta lege: imò nec per totum tempus eccleſiæ ſic factum eſt: & ſi eſſet factum, probaretur illicitũ, ſicut Hiſpalenſis concilij geſta produnt, vt habetur. libro. 2. cap. 57. Vnde ex definito concilij manauit edictũ. CONCILIVM Hiſpalẽſe. Epiſcopus ſacerdotibus ac miniſtris ſolus honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt. Hæc ibi. AVTHOR. Sed inquit Witcleff, ſic quilibet recipiens ſacramentũ fluctuaret de præpoſito, ne fortè ordinãs non ſit epiſcopus. AVTHOR. De illo, quem conſtat, vel conſtare debet catholicè ordinatum, quis fluctuat niſi Witcleff? Si †
4 autem ad tantũ volitur dubium, vt conſtare non poſsit, in tantum illicitum eſt ei, qui non eſt epiſcopus, ordinare, vt pro non ordinato habebitur ordinatus à tali, & vt ritè ordinetur, ad ſuum currat epiſcopum. vt habet diſtinctione. 66. GREGO. Preſbyteri, quos reperiſti, ſi incogniti fuerint viri illi, qui ordinantur, & dubium eſt eos epiſcopos fuiſſe an non qui hos ordinauerunt, ſi bonæ actionis viri fideique catholicæ ſunt ipſi presbyteri, & in miniſterio Chriſti, omniq; ſãcta lege edocti, ab epiſcopo ſuo benedictionẽ presbyteratus ſuſcipiant, & conſecrẽtur, & ſic miniſterio ſacro fungantur. Hæc ille. AVTH.
5 Peruerſè † ergo nimis Witcleff edocuit, ordinatum per vnum ſimplicem ſacerdotem non oportere timere de presbyteratu, vel aliâs ordinari, dum tamen ritè fecerit officium clericale, imò ſic timeat, vt non miniſtret, ſed ſi bonæ actionis & fidei fuerit, aliâs ordinetur, inquit Gregorius. Sufficit prudens reputatio cum diligenti officio dixit Witcleff. At iterum reſtat vt probes. Ecce cuncta penè de ſuis loquitur contra fidem iſte tam ſciolus ſcripturarum. Si enim ab illo quis putet ſe accepiſſe aliquid, q dandi caruit poteſtate, qualiter hæc eſt prudens reputatio? Quòd autem hanc impotentiã Deus ſuppleat, quis tibi dixit tantum Dei conſilium? Si non mihi credis, audi eccleſiam. Vnde Petro piſtorienſi epiſcopo & Ruſtico abbati Vallis vmbroſæ, vt habetur prima quæſtione vltima, Daibertum. VRBANVS SECVNDVS. Daibertum à Neczelone licet à ſimoniaco non ſimoniacè eiuſdem confeſſione reperimus in diaconum ordinatum. Beati Innocentij Papæ ſententia conſtat declaratum, quòd Neczelon hæreticus, quem conſtat ab hæreticis ordinatum, quia nihil habuit, dare nihil potuit ei, cui manum impoſuit: nos ergo tanti põtificis authoritate firmati, & Damaſi Papæ teſtimonio roborati, qui ait, reiterari oportere quod malè actum eſt, Daibertũ ab hæreticis corpore & ſpiritu digreſſum, atque vtilitatibus eccleſiæ ingruentem Diaconum conſtituimus: quod non reiterationem exiſtimari cenſemus, ſed integram diaconij dationem, quandoquidem, vt prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit. Hæc ille. AVTHOR. Deſinat ergo Witcleff mentes faſcinare fidelium, promittens ordinatis à non habentibus poteſtatem, quòd quanuis ipſi non poſsint, Deus ſuppleat, niſi probare poterit, quòd Deus hoc ſuppleat in laico ordinante, vel fœmina, imò in equo ſuo, dum ruminat paleas, aut ſi ipſe ſe ordinet, Deus ſupplebit. Nõ eſt hęc prudens reputatio, q̃ iſta ſufficiãt. Aut ſic in Dei ſupplemento ipſo confidere. Cuius in concilio amputat omne dubium dicens, qa qui nihil habuit, nihil dare potuit, & habet cõſequenter Damaſus in ſubſequenti capitulo.

¶ Ad ſecundum argumentum Armachani & Witcleff, de ęqualitate poteſtatis ordinis.

CAP. LXII.

SVMMA.

1 *Armachani, & Witcleff ad ſecundum argumentum de æqualitate poteſtatis, ſolutio.*

2 *Summi pontificis in lege ueteri cõſecrationis ritus deſcribitur. Et in quo diſtabat ab aliis ſacerdotibus oſtenditur.*

3 *Poteſtas ordinis quòd ſit æqualis, quõ debeat intelligi.*

Ordinare

4 *Ordinare, aut chriſmare, uel dedicare Baſilicas, q̄ non ſit poteſtas ordinis, ſed dignitatis ſacerdotij conſummatæ.*

5 *Sacerdotum, Pontificum ſcilicet, & minorum arguere paritatem, quia olim omnes uno nomine ſacerdotes, aut in commune presbyteri uocabantur, quàm parum faciat, oſtenditur.*

6 *Antiſtes qui ſit, & unde dictus.*

Argu. 2. SEcundò arguunt ad hoc Ricardus & Witcleff, Poteſtates ordinis ſunt æquales, nec minuitur poteſtatis & iuriſdictionis executio niſi de quamtorationabiliter eſt reſtricta: ſed deficiente ſuperiore pontifice non ſuperesſet qui rationabiliter iſta reſtringeret, ergo de communi lege Dei licet inferiori presbytero in caſu poſito perficere miniſterium aſſignatum. Hæc Witcleff eodē cap. 11. AVTH.

1 Quòd † dixit, deficiente pontifice, & in caſu

Solutio. poſito hoc conatur efficere, quod ſæpe propoſuit, actu ſcilicet euacuare epiſcopos, quia tunc ſufficient omnia facere ſacerdotes. Armachanus autem hæret aſſumpto, quòd poteſtas ſacramētalis eſt æqualis, pro quo, inquit, videtur operari factum Moyſi de præcepto domini, de quo Numer. 20. quòd Moyſes ſpoliauit Aaron veſtibus ſuis, & induit Eleazarum filiū eius. Vbi nulla fit mentio de aliqua noua conſecratione Eleazari, qui fuerat ſacerdos antea ordinatus. Hæc ille. AVTHOR. Quid autem hoc operatur, iam ſcire deſydero. Nunquid hoc ſufficit ad plenitudinem poteſtatis, aut parum tibi videtur quòd niſi veſtem patris accepit? Tu autem poſt diſputationem prolixam incipis ipſi largiri capitis vnctionem, quę ſummis tantùm, ſecundis verò nullatenus cōcedebatur. Hoc certum eſt, quòd † omni eo ritu,

2 quo ſummus Aaron ſacerdos conſecratus eſt, & filij eius ſucceſsiuè in ingreſſu ſacerdotij ſūmi ſanctificari iubentur: ſic enim ſcriptura dixit, Veſtem ſanctam, qua vtitur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea, & conſecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa, qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculū teſtimonij vt miniſtret in ſanctuario. Exod. 29. Ecce veſtem, ecce vnctionem, & ritū. Vnus omnino eſt eiuſdem Aaron & filiorum eius ſuccedentium ipſi in pontificatu legali. Dicendo ergo Eleazarum indutum veſte patris, cætera intelligenda lex nobis commiſit, quæ minora ſunt. Sed de ritu conſecrationis pontificis regulariter requiſita ſunt vnctio capitis, & cōſecratio manuum, quæ pontificem magnū ab ſacerdotum minorum cœtu diſcernūt. Veſtis tamen plus aliis erat ipſi indicium ſummitatis, prout quæſtione. 19. ſuper librum Leuitic. AVGVSTINVS. Idem quippe fuit oleū, quo ſummus & ſecundi vngebantur. Veſtem tantùm ſumebat ille pontifex, qua eius ſummitas appareret. Hæc ille. AVTHOR. Idem ergo oleum fuit, non autem minori ſacerdotum oleum miſtionis cum ſanguine hoſtiæ, vt autumat Nicolaus, dicens, Minoribus ſacerdotibus manus non vnctas, ſed veſtes aſperſas. AVGVSTINVS dixit, quòd eodem oleo vncti primus & ſecundi: ſed primus in capite, ſecundi ad manus. Vnde non in hac vnctione apparuit ſummitas huius pontificis ſicut dixit Ricardus, ſed ſicut dicit Auguſtinus in veſte, quæ erat à ſchemate minorum omnino diuerſa. Vnde Homilia. 6. ſuper Leuiticum ORIGENES. Quòd autē dixit, Et applicuit Moyſes filios Aaron, & induit eos tunicas, & præcinxit eos zonas, & impoſuit eis cidaras ſicut præcepit dominus Moyſi: Attendendum eſt quæ ſit differentia horum ſacerdotum ad maiora ſacerdotia. Iſtis neque bina indumenta traduntur, neque humeralis, neque rationalis, neque capitis ornatus, niſi tantùm cidaris, & zonæ, quæ tunicam ſtringant. Et iſti ergo accipiunt ſacerdotij gratiam, & iſti funguntur officio, ſed non vt ille, qui & humerali, & rationali ornatus eſt, qui manifeſtatione & veritate reſplendet, qui aureæ laminæ ornamento decoratur. Hæc ibi AVTHOR. His ergo veſtibus diſtabat apparenter ſummus ſacerdos à ſacerdote minore, non dico tantummodo, ſed maximè: quia ſummus ſacerdos item, vt dixi, capitis vnctione diſtabat: communicabat autem cum eis etiam manuum conſecratione, ſicut in Iſagogis Leuitici ca. 12. ISIDORVS. Dixit dominus ad Moyſen. Pontifex, id eſt ſacerdos magnus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt oleum vnctionis, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitus eſt ſanctis veſtibus. Hæc ille. AVTHOR. Quo modo ergo non diſtat ſummus ſacerdos in cō ſecrationis ſuæ cultu, à conſecratione minorum? Quid laborat Ricardus ad attenuandū ſolennitatem Eleazari, ne ita vt pater eius ſolenniter conſecretur? Veſtem, inquit, patris tantùm aſſumpſit: quo modo hoc? quia amplius ſcriptura ibi non pronuntiat. Scire debuit, quòd ſub ſacramento veſtis, cætera facta debent intelligi: ſicut aliàs ſub ſacramento vnctionis, pectuſculum impoſitionis, vt Homilia. 6. in Leuitic. declarat. ORIGENES. Cùm

Digitized by Google

propoſuerit dicere legislator hæc vnctio Aaron & filiorum eius, non ſubiungit quæ eſſet vnctio, nec qualiter vnxiſſet, expoſuit, ſed hoc quidem in ſequentibus facit: nunc verò poſtea quàm dicit hæc vnctio Aaron & filiorum eius, nihil de vnctione ſubiungit: profectò vt oſtenderet, quòd hæc, quæ ſuprà dixerat. i. pectuſculum impoſitionis, & brachium ſeparationis, ipſa eſſent vnctio Aaron & filiorum eius: ne putaremus illa pro carnalibus dicta, ſed vt doceret etiam ſub ſacramento vnctionis inſerta. Hæc ille. AVTHOR. Sæpe ergo ſub commemoratione maioris, ſacramenta omnia recoluntur, ſicut Auguſtinus ſuprà dixit de baptiſmi cultu inter Apoſtolos. Non igitur poteſtatis æqualitatem hac via bene probat Ricardus ſacerdotum maiorum & minorum, quia paucis ſacramẽtalibus ſeparentur: nam Petri ſummitas ſacramentalibus adhuc paucioribus apud ſenſum in eius conſecratione conſtituitur ſine differentia vnctionum ſenſibilium, aſſumptionum, aut veſtium. Sic ergo propoſitio, quam aſſumpſit ad probandum conſecrationem minorum ſacerdotum ineſſe maioribus ratione ordinis, & ſic communiter ſingulis conuenire, quia poteſtates ordinis ſunt æquales, eſt ambigua, nec à ſumentibns intellecta. Poteſtas † ordinis eſt æqualis ratio-
3 nem habentibus ſecundùm quam ineſt, hoc eſt verum, non tamen æqualiter ineſt omnibus ordĩnatis. verbi gratia: hominem generare, naturam hominis ſequitur, non tamen omnis in natura humana hanc obtinet poteſtatem, quia non infans, ſed vir perfectus in hac natura. Ita conſecrare ſacerdotes, ſacerdotij ſequitur poteſtatem, non omnis tamen ſacerdotij, ſed conſummati. Cuiuſmodi ſacerdotij quia pater eſt ſummus & perfectus in ordine, ſolus poteſt generare minores, quia ſolus poteſt eſſe pater. Cæteri verò iuuenes, & ad populum pædagogi, dicente illo ſummo pontifice Paulo, Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. 1. Corinthio. 4. Retento ergo hoc, quòd idem ſit ordo ſacerdotis mi-
4 noris & epiſcopi, dicetur, quòd † ordinare, aut chriſmare, vel dedicare Baſilicas non eſt poteſtas ordinis, ſed dignitatis in ordine ſacerdotij conſummatę. In cuius figuram cùm pro vniuerſo ſacerdotio hoſtia offerretur, ratione tamen Aaron hoſtia conſummationis eſt dicta, prout notat libro quæſtionum Leuitici quæſtione. 21. AVGVSTINVS. Notandum ſanè cùm pro populo offeruntur ſacrificia, & pro peccato ſacrificia iuſſa eſſe offerri, & holocauſtum, & ſacrificium ſalutaris: pro ſacerdote autem oblatum fuiſſe pro peccato, & holocauſtum conſummationis, non autem ſalutare, ſed conſummationis, tũc oblatum eſt, quando ſacerdotes ſanctificati ſunt, vt ſacerdotio fungerentur: & hoc obtulit pro Aaron & filijs eius Moyſes: poſtea verò Aarõ ipſe iam ſanctificatus, & ſacerdotio fungens, offerre pro ſe iuſſus eſt vitulum pro peccato & arietem in holocauſtum conſummationis, quia tunc pro eo oblatum eſt vt ſanctificaretur, conſummatione, & ſacerdotio fungi poſſet: quo iam quoniam fungebatur, non opus erat eum iterum cõſummari. Hęc ille. AVTHOR. Bene ergo pro conſummato ſacerdote ſacrificium conſummationis offertur, & quanuis pro ſacerdote ſummo fiebat, tamen inter minores ſacerdotes connumeratur, dum ſacrificium conſummationis offertur, ne ordo talis perfecta conſummatione careret. Non enim ſine pontifice ſacerdotium conſummatur, idcirco ſumma ſacrificij redundat in pontificem. Pro ſacerdote, inquit, putà ſummo, oblatum eſt holocauſtum conſummationis,
5 vt conſummaretur ſanctificatione: ita † vt rebus bene perſpectis, modicam rationẽ habet Ricardus ex eorum inſtitutione, paritatem arguere ſacerdotum, põtificum ſcilicet & minorum: multoque minorem, & penè rationis expertem, quia omnes vocabantur vno nomine, ſacerdotes: aut in commune, presbyteri: nõ tamen quòd hæc omnia fecerint iſti, vt ſicut dicunt, nũc & olim omnes ſacerdotes ſint epiſcopi, quia ſic communiter vocabãtur presbyteri qui erãt epiſcopi, vt apoſtolus ad Timot. Noli negligere gratiam &c. per impoſitionẽ manuum presbyteri, ſui ipſius ſcilicet qui erat epiſcopus, & qui bene præſunt presbyteri. &c. Sed ergo, dicunt iſti, ſi Abraham & Melchiſedech erant æqualiter presbyteri, aut etiã ſacerdotes cum Melchiſedech, eo quòd ſcriptura dicit eos presbyteros in Geneſi, ſecundùm literam Origenis erant ambo presbyteri, Apoſtolus autem ad Hebræos probat Melchiſedech multis viis maiorem Abraham. Et quid putas, vt aliâs dixi, libro. 5. quòd omnes Chriſtiani erant in primæuis æquales Apoſtolis, quia vnà cum Apoſtolis vocabantur vno nomine generali, diſcipuli, quoúſque Chriſtiani primò Antiochiæ vocarentur? Actum. 9. Aut putas, quod omnes Apoſtoli erant Chriſto pares, quia æquiparantiæ relatiuo vocabulo dixit, Vos autem dixi amicos?

Digitized by Google

cos? & alibi, vade, & dic fratribus meis? Et ſi erant tunc presbyteri minores ab apoſtolis, quando dictum eſt ſeparatim de his, & illis Actuum. 15. Statuerunt vt aſcenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex illis ad apoſtolos & presbyteros in Hieruſalem. Sed excellentiam eorũ probat, ꝙ Epiſcopi cum apoſtolis in culmine ſacerdotij locum habent, libro de Spirituſancto, circa medium, DIDYMVS. Chriſto quoq; operante in apoſtolis, ſpiritus completum eſt miniſterium, vt ipſi apoſtoli confitentur ſe in Chriſto loqui, & illud quod oculis ſuis viderunt, & miniſtri facti ſunt ſermonis, id eſt, Chriſti, & miniſteriorum diſpenſatores Dei: deniq; quaſi principatum in ſacerdotio poſſederunt, & initiatores fidei à Chriſto ſunt demonſtrati, dicente eis Chriſto, Euntes, docete omnes gẽtes. Hęc ille. AVTHOR. Grandis ergo pars ſacerdotij erat eis ſubiecta, cum eis non ſocialis. Mirandum, ꝙ homines callentes ingenio, tã ingentis pondus materiæ tam gracili filo authoritatis appendunt, quaſi ſine præiudicio maieſtatis nõ poſſum Regem militem appellare, ne ipſi milites cunctos adæquem. Sed dicunt, non hoc tantùm, ſed apoſtolus ſimplices ſacerdotes Epheſi appellauit Epiſcopos, Actuum. 20. Caue iam ne ſeruus ille, cuius Petrus amputauit auriculam, Rex fuerit, quia dixit Euangeliſta, erat autem ſeruo nomen Malchus, quod Hebræa lingua Rex dicitur, ſed ſic falli poſſunt, qui vires verborum ſcripturæ ſacræ tanta leuitate diſcutiunt. Nempe antiqui patres ſolebant in veræ etiam ſcripturæ ſenſu ſenſum expectare de verbis. Qualiter & Homilia. 1. ſuper Geneſim. ORIGENES. Obſeruanda ſanè eſt ſcripturæ ſanctæ etiam in verborum ratione cautela. Hæc ille. AVTHOR. Attendant ergo, & nouerint, qui iſtis verbis ſua verba componunt, quòd multa huiuſmodi in ſcripturis per anticipationem, & electionem diuinam dicta ſunt, non quia ſunt iam actu talia, ſed futura ſunt. Quẽadmodum ore Domini dicti ſunt ſacerdotes, Exod. decimo nono. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiam eos. Et iterum, Sacerdotes autem, & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne interficiat illos. Tamen adhuc vllus ſacerdos non fuerat conſtitutus. Sed & ſuper librum Leuitici, in quæſtionib. quæſt. 23. AVGV. Quãdo Moyſe aſcendẽte in montem, iubentur ſacerdotes nõ aſcendere, quos alios intelligere non poſſumus, niſi filios Aaron: non quia iam erant, ſed quia futuri erant, hoc eos iam tunc ſcriptura appellauit per anticipationem, ſicut ſunt pleraque talia genera locutionum. Nam & filius Naue, Ieſus appellatus eſt, cùm longè poſteà hoc nomen ei ſcriptura narret impoſitum. Ambo ergo tunc ſummi ſacerdotes erant, Moyſes & Aaron. &c. Hæc ille. AVTHOR. Hoc modo & ſacerdotes conſtituti vocabantur antiſtites, ſecundo Paralipomen. 39. Fratres Leuitæ eos adiuuerunt, donec impleretur opus, & ſanctificarentur Antiſtites. Non ideò, quia ſacerdotes erant, dicti ſunt, niſi diminutiuè, ſed quia ex eis futuri erant. Vnde in libro interpretationis triformis HIERONYMVS.

6 Antiſtes † ſacerdos dictus, quòd ante altare ſtet: primus enim eſt in ordine eccleſiæ, & ſupra ſe nullum habet, ſiue latinè, ſacer dux. Antiſtites, ſacerdotes, vel principes, ſiue Epiſcopi. Hæc ille. AVTHOR. Talis ergo cenſetur verus Epiſcopus, & ſic Antiſtes, qui eſt in ordine eccleſiæ ſummus, & dux, ita vt ſit in ea princeps, vel Epiſcopus. Tales autem iſti non erant, qui ſupra ſe habebant Epiſcopum, ſed quia tales futuri erant, tales forſitan dicebantur. Ita reputo presbyteros Epheſi Mileti congregatos, & dictos Epiſcopos, quia tales quidam eorum futuri, non quia tunc erant, ſed in electione diuina iam erant. Et videte differentiam, ſi dicat Dominus, ego te conſtitui: aut quis Propheta, Dominus te elegit, quemadmodum de Paulo, & Barnaba ait Spirituſſanctus, Actuum decimotertio. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Si ipſe iam aſſumpſit, quid humana addit aſſumptio? & tamen dixit, Segregate vos mihi, quos ego dudum aſſumpſi. Vbi in expoſitione. RABANVS. Deus ita futura cernit, vt præterita: aſſumpſi, inquit. Hinc vas electionis Paulus ſæpenumerò dicitur, & ſegregatus in Euangelium Dei. Hæc ille. AVTHOR. Hoc igitur modo palàm noſci poſſunt, quæ ſunt ſecundùm electionem, & anticipationem dicta, quando dicit Dominus, aut Spirituſſanctus, ſicut pro Paulo & Barnaba dicit Spirituſſanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Sicut etiam de Hieremia, Priuſquàm te formarem in vtero, noui te, & prophetam in gentibus dedi te, &c. & ecce conſtituite ſuper gentes, & regna. Et hoc modo potuit elegiſſe Deus ex Presbyteris Epheſi ſic futuros Epiſcopos, & idcirco Paulũ propheticè dixiſſe, Spiritus ſanctus poſuit vos epiſcopos

Antiſtes.

Digitized by Google

regere eccleſiam Dei, Spiritumſanctum præmittens, qui ita præterita eligit in futura: bona enim inſtitutionis eſt ſors, vbi quem Deus elegerit, homo conſummat. Nec dicat Witcleff (vt ſolet) ſufficere item regulariter inter homines electionem Dei ſine humana inſtitutione ſequēte: quia diuina neminem fallit electio, niſi dicat inaniter exegiſſe Spiritumſanctum ſegregationem Pauli, & Barnabæ per homines, poſtquàm per Spiritumſanctū ſint aſſumpti: aut ſuperfluè commonuiſſe Paulū Epheſinos presbyteros attendere gregi Chriſti, priuſquàm Spiritusſanctus poſuit eos ibi Epiſcopos.

¶ Ad tertium argumentum Armachani, & Witcelff, pro defectu Epiſcopi ad ordinandum, & increpatur vterq;, quòd de proteſtatione ſua fidem excludat Eccleſiæ.

CAP. LXIII.

SVMMA.

1 *Cauſæ uniuerſales, quòd priùs à Deo inſtitutæ fuerint, quàm priuatæ, ſeu particulares.*
2 *Hæreſum cauſæ.*
3 *Prædicata à Chriſto, & Apoſtolis, quòd non ſint omnia ſcripta.*
4 *Eccleſiæ interpretationi reſiſtere, quòd ſit nefas.*

Argum. 3. TErtiò iam confirmat argumēta Witcleff, per euidentiam Armachani in fine preſcripti capituli, quia ex fide ſcripturæ Chriſtus aſsiſtet ſuæ eccleſiæ vſq; ad finem ſeculi, ſed irrationabilis, & increpandus fuerit, ſi exigeret à clero ſuo officiū, & aſsiſtente poteſtate preſbyteri ad faciendum hoc, impediret ipſum presbyterum ad ſupplendum, ergo ex plenitudine poteſtatis Chriſti ſimplex ſacerdos in tali caſu haberet potentiam, ac ſufficientiam ad miniſterium tam neceſſarium diſpenſandum. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quot globos verborum aſſumit, vt difformiter irruat in errorem, quem procaciſsimè ſuſtinet, ſupponens caſum ab initio ſacerdotij nunquam viſum. Supponens item ſimplici ſacerdoti illam aſsiſtere poteſtatem, quod adhuc probādum eſt. Tertiò item ſupponens talem preſbyterum impeditum à Chriſto ab exercitio poteſtatis ſic habitæ in tempore neceſsitatis extremæ: & ergo ſimplex ſacerdos habet poteſtatem ad miniſterium tam neceſſarium diſpenſandū. Multùm indecēter de ſpinis, & vepribus artifex iſte tabulas planas dolat. Quis tibi hacten' denegauit Deū poſſe dare in caſu vrgente potentiam ordinandi ſimplici ſacerdoti quemlibet ſacerdotem? Sed cur hoc ſine neceſsitate præſumis, quod Dei poteſtati, aut eius bonitati maximè in neceſsitate concedimus? Aut neceſsitatem rei tua voluntate cōpenſas, ita, vt quotiens tibi videtur, ſacerdos tuus ſimplex te concedente, habeat poteſtatem, quā Deus in arcta neceſsitate poteſt donare, ſi velit: imò cur ſine ordinatione presbyteri non habeat laicus poteſtatem, ſi ideò habeat ſimplex ſacerdos huiuſmodi poteſtatē, quia poteſt habere in neceſsitatis articulo? aut cur non Hieroboam bene conſtituit ſacerdotes Witcleuiſtas, excogitans ſibi in tanta neceſsitate conſilium, ne currant omnes pro ſacrificijs celebrandis ad eccleſiaſticos ſacerdotes? Viſa erat ipſi magna neceſsitas tunc, vt ſecundùm quod ſcriptum eſt. 3. Regū. 14. tunc ageret. Fecit enim de nouiſsimis populi ſacerdotes excelſorum. Quicūq; enim volebat, implebat manum ſuum, & fiebat ſacerdos excelſorum, & propter hoc peccauit domus Hieroboam, & euerſa eſt, & deleta. Sic Michas inſtituit ſacerdotem de Leuita, implēs manū eius, & dicens, Eſto mihi parens, & ſacerdos. Iudic. 18. Et nonne putas Witcleuiſtæ, habita licentia, eijcerent ſacerdotes catholicos præficientes ſuos? ſicut ſcribitur ſecundo Paralipo. 13. Eieciſtis ſacerdotes Domini filios Aaron, & Leuitas, & feciſtis vobis ſacerdotes ſicut oēs populi terrarum. Quicunq; venerit, & initiauerit manū ſuam, &c. ſtatim fiet ſacerdos eorum. Aptiùs conijcere poterant ſacerdotes debere concurrere, vt non exiſtente Pontifice, qui ordinet ſacerdotes, ipſi promouerent Pōtificem, quod ſaltem in veteri lege videre potuimus, quod adhuc in nulla lege iuſtè factū comperimus, vt minor ſacerdos ordinet ſacerdotem. Sed † ſuper hæc omnia prouidus rerū Deus, vt priùs vniuerſales cauſas inſtituit, q̄ priuatas, priùs cælum condidit, quàm in Zodiaco ſignum Cancri, ita priùs ſacerdotium magnum edidit, quàm priuatum, priùs Melchiſedech ſacerdotem magnum, quàm Aarō in pontificatu Leui. Priùs Aaron magnū Pontificem, quàm ſeruos ſuos minores presbyteros. Priùs Chriſtum filium ſuū inſtituit magnum animarum epiſcopum, quàm Petrum,

1 *Cauſæ uniuerſales, & particulares.*

aut

Digitized by Google

aut Paulum,alióſue apoſtolos. Priùs Paulum quàm Titum. Priuſq; Titum, quàm ſacerdotes, quos Tito iuſsit inſtituere apud Cretam. Quòd ſi omnino conijcias futurum in hac ordinatione defectum incipere à nouiſsimis, ſecundùm inſtitutionem Chriſti, poteſt enim verum eſſe illud philoſophicum principium, quod ſcilicet eſt primum in compoſitione, in reſolutione ſit vltimum, ſic enim maior cura eſt Deo prouidere ſibi præpoſitũ, à quo ſubditorum exigat rationem.Hic eſt ſeruus fidelis ſacerdos apoſtolicus, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam,in Matthęo.Et in imperfecto, Homilia.51.CHRYSOSTO. Sicut enim paterfamilias ſuper poſſeſsionem ſuam villicum ponit,vt non cum ſingulis colonis cauſam habeat, ſed de ſolo villico rationem omnium exigat. Si ergo inter colonos aliqua diſciplinatio fœda fuerit, vnuſquiſque pro ſuo delicto reus efficitur, villicus autem ſi pro omni fide redditum ſuum bene reddiderit, vnuſquiſq; pro fide ſua bene laudatur, Villicus autem pro fide omnium remuneratur.Sic Deus in populo ſacerdotes ordinat,vt actuum eorum ipſi rationem diſcutiant. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo ideò conſtituitur ſacerdos, vt pro cunctis ipſe remunerationem accipiat, videtur eum in prouidentia Dei plus omnibus requiſitum. Non ergo prouidentiam ſuam ad minores ſacerdotes adijciet, relictis epiſcopis apoſtolorum hæredibus, de quibus directè in hoc loco HIERONYMVS. Pẽſa item cuius Pontificatum,aut ſummum ſacerdotium gerunt Epiſcopi, Nonne Chriſti? Chriſtus autem eo ꝙ maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium, non in ſeipſo tantùm,ſed in corpore ſuo,quod eſt eccleſia. Sic enim ei iurauit Dominus,& non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. In cuius itẽ typum ſuſcepit Simon, & placuit,vt ſummo ſacerdotio fungeretur. Et ſcripturam iſtam ſtatuerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorum: vt, ſicut ſuprà dicitur, eſſet eis in ducem & ſacerdotem æternum. Vbi in expoſitione huius cap.24.libro 2.RABANVS. Peribolus græcè dicitur murus atrij domini, qui totum templum per quadrum ambiebat in circuitu. Sequitur. In loco ergo celebri atrij domus domini ponebãtur tabulæ æreæ,in quibus confirmatum fuerat per ſcripturam ſacerdotium Simonis,& filiorum. Myſticè autem Chriſti ſacerdotium, hoc eſt,populi eius Chriſtiani in atrio domus Domini, hoc eſt, in præſenti eccleſia,ſcriptura teſtificante confirmatur, & omnibus gentibus ſtabile & perpetuũ eſſe declaratur. Vnde eſt illud,quod in Pſalm.ſcriptum eſt, Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum.Hæc ille.AVTHOR.Nõ ergo vana formido terreat meum Witcleff de caſu maioris ſacerdotij,vt ita liberè minor inſtituat vtrumq; ſacerdotium,quia & maius & minus à domino Deo eſt,& vtrumq; dicit,dominus ſollicitus eſt mei.Qui antequàm eſſent fecit vt eſſent, & vt vt ſic eſſent, primum ſcilicet à ſe,& ſecundũ item à ſe, per primum ipſe cùm iam ſunt,prouidentiam non abijcit. Velut ſup illud Pſal.29. Ego aũt egen⁹ & pauper ſum.AVGV.Quid tibi curaturus es,quid tibi puiſurus? habeat tui curã,qui fecit te. Qui habuit tui curam antequã eſſes, quomodo non habebit curã,cùm iã nõ es,qui voluit vt eſſes? Hæc ille.AVTHOR. His ergo argumentis communibus, Armachanus, & Witcleff contra neceſsitates ſacrorum Antiſtitum in ordinando minores, vnde lux veritatis illuceat, nebulæ diſcuſſæ ſunt: attamen ne ſic mens quieti ſuæ donetur, prouocat me multùm, ꝙ ARMACHANVS in fine capituli, more Witcleff nequiter ſe humiliat,dicens.Si cui videatur contrarium, ꝙ ſoli Epiſcopi habeant ex poteſtate ſacramentali ſacerdotali expreſſa in euangelio, aut in literis apoſtolicis,ordines conferre, oleum, altaria, & eccleſias conſecrare,& etiam confirmare, eius ſententiam nullatenus reprehendo,ſed eam libenter amplector: quoniam illi ſententiæ magis conuenire videtur vſus eccleſiæ: dum tamen ipſam ſententiã ex ſacra ſcriptura confirmet. Hæc ille.AVTHOR. Conformiter & Witcleff ſolet dicere,ſicut in.2.ſermõe domini in mõte,ca.17.paratus ſum reuerẽter ſemper ſuſcipere ſenſum alium quemcunq;, dum tamẽ ex ſcriptura, vel ratione viuaci fuerit declaratus.Et ibi,ca.40. Papæ, vel Cardinalibus non eſt credendũ, niſi ſe in ſcriptura fundauerint, vel etiam ratione.Hæc Witcleff.AVTHOR. Excedit Witcleff in largitate Ricardum, ꝙ admittat rationẽ citra ſcripturam,Ricardus ſolã ſcripturam ferentem admittit, & ſcripturã expreſſam. Expreſſa, inquit,in euangelio, & ita quicquid fuerit legis Dei, quod nõ eſt ſcriptũ iuxta euangeliũ,hoc apud vtrunq; contemnitur.Nam ſi contenta tacitè in ſcripturis Witcleff acceptat,quomõ citra ſcripturã viuacem ſuſcipit rationẽ, cùm omnis veritas, & omnis ratio cõtineatur tacitè in ſcriptura? Quid dixit, ex ſcriptura vel ratione viuaci,& niſi ſe in ſcriptura fundẽt,vel ratione,ꝙ milleſies dixit per-

opu-

opuſcula. Et poſt hæc quid eſt, ꝙ neuter authoritatē eccleſiæ ducit in medium, quæ poſt ſcripturas ſanctas fidem vendicat ſub pœna perfidiæ, de qua & ſymbolum, Credo ſanctā eccleſiam catholicam. Vtriq; ergo dico, quod Donatiſtæ Creſconio, lib. 3. cōtra eum, ca. 26. clamat Auguſt. Crede, inquit, orbi chriſtiano dicenti tibi, baptiſmū Chriſti ſcio: qui fuerint traditores in Africa, vel vbilibet, ignoro. Hæc ille. AVTHOR. Crede Ricarde, crede & Wit cleff orbi chriſtiano dicenti tibi, ſacerdotium Chriſti ab epiſcopis miniſtratum agnoſco, aliud ab alijs inuiſis & ignotis, ignoro. An tutum videtur iſtis ſingula refutare, quæ ſine ex preſsione ſcripturarum catholica tradidit ec-

2 cleſia? Nec † illa credenda eſſe, ratio conuin-

Hæreſum cauſæ. cit humana: hoc ſolo capiuntur hæretici. Omnes enim hæretici ſcripturas clamant. Nullus vnquam catholicam eccleſiam toto orbe diſperſam: ideò Saluator fideles admonuit tales cauendos, qui in ſuis penetralibus fidem Chriſti conſtituunt, & dicunt, Ecce in deſerto eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Super quem locum commentario Matth. HIERONYMVS. Nolite exire, nolite credere, ꝙ filius hominis in deſerto gentium ſit, vel penetralibus hæreticorum, ſed ꝙ ab oriente vſq; in occidentem fides eius in eccleſijs catholicis fulgeat. Hæc ille. AVTHOR. Hæc ipſa fides eccleſiæ, & eius authoritas, quantùm hominum ſupergreditur rationem, tantùm fateor diuinæ legis authoritati ſuccumbit, ſed tamen quæ minoris eſſet authoritatis fidelibus, ſi eam eccleſia non præferret. Si ergo ſola authoritate Chriſti credis euāgelio, cur repellis teſtimonium eius, quando de ſe teſtatur? qui enim dubiè, aut mendaciter loquitur, fidem de alio nullā fecit. Ergo ſi verum ſemper ſit teſtimonium eccleſiæ, ſemper credenda eſt: ſi quandoq; fallere conſueta, in omnibus eſt ſuſpecta. Hoc dico pro quanto primam fidem ſcripturæ non ab ipſamet ſcriptura, ſed eccleſia teſte, habemus pro ſumma: humana verò ratio, vt plurimùm eſt hypocritica, veritatem ſimulans, cùm non ſit, vt probant hæreticorū dogmata, & inter ipſos philoſophos fallaciarum Elenchi. Media ergo eſt inter ſupremam authoritatem ſcripturæ, & infimam rationem, fides eccleſiæ, ſcripturas venerabiliter attollens, & exhibens, & rationem vagam hominis ad hanc geminam authoritatem quaſi alligans zona Pauli. Diminutam ergo proteſtationem, eccleſiam tacendo mi Ricarde formaſti, ſimiliter & dilectus tuus Witcleff: vt autem plenam faciatis vos doceat lib. 4. de Trinitate. cap. 8. AVGVST. Ego cauſas quas reddidi, vel ex eccleſiæ authoritate à maioribus traditas, vel diuinarum ſcripturarum teſtimonio, vel ex ratione numerorum ſimilitudinumq; collegi: contra rationē nemo ſobrius, contra ſcripturas nemo Chriſtianus, contra eccleſiam nemo pacificus ſenſerit. Hęc ille. AVTHOR. Ita dicatis deinceps, ſi ſcriptura ſacra, ſi eccleſiæ catholicæ traditio, & ſub his ratio humana ſuadeat, amplector libēter. Hoc dicendo, contra antiquam traditionē eccleſiæ non laxaretis authoritatē ordinandi ſimplices ſacerdotes alijs ab epiſcopis, non mendaciter imponeretis ſcripturis, quæ nuſquam vera ſunt, non ſolueretis tam facili vento antiquum eccleſiæ ordinem, quem quia non vultis attendere, nō nouiſtis, nec ſeductis inſontibus, damnationis ſuæ præambula dediſſetis: qua item forma faſtuoſum Sabinum Iabertinum epiſcopum inſtruxit libro. 7. regiſtri, epiſtola. 16. GREGORIVS. Si diſpenſationis eccleſiaſticæ regulā, & antiquæ conſuetudinis ordinem ſollicita ſtuduiſſes conſideratione penſare, nec tibi aliqua illicitæ præſumptionis culpa ſubreperet, nec alij occaſione tui peccati diſcrimen incurrerent. Hæc ille. AVTHOR. Ecce igitur antiquæ conſuetudinis ordinem, & diſpenſationis eccleſiaſticæ regulam in talibus dubijs ſollicita conſideratione penſandā, quia ipſa eſt multorū inter

Prædicat Chriſto, & apoſtolis ſcript.

3 pres, quæ ſcriptura nō exprimit. Nam † illos omnes ſermones, quos Chriſtus paulò ante paſsionē manicanti plebi prædicauit in templo ſecundùm Lucā: hi item ſermones, & diſputationes, quas Paulus per bienniū Epheſi diffundebat in publico, vbi ſunt? Et nunquid de lege Dei ſunt? & tamen in theologia beatorum ſic plenè tenentur, vt nec perijt ex eis iota vnum, vel apex. At ita de ſcriptore carnali dependent, vt ſine calamo in diuinis ſcripturis computari non poſsint, ſed harum multæ, traditione maiorum inter eccleſiaſtica ſcripta currunt, quæ quanuis eas à purè eccleſiaſticis iam temporis vaſtitate neſcimus diſcernere, non minus ſunt diuinæ: quas qui violare cōtendit, Chriſtianus non erit: ſicut ſuprà dixit Auguſt. Cōtra ſcripturas nemo Chriſtianus. Sed ideò permiſit ita eſſe ſponſus eccleſiæ, vt ſponſæ leges filij timerēt atterere, quibus ſpōſus inſeparabiliter leges ſuas miſcuit. Attamen reputo omnes illas, quas vniuerſa per orbem ab initio obſeruauit eccleſia, aut quas omnes eccleſiæ hactenus obſeruarent, ſi non hæreſibus veteranis eſſent abolitæ, purè ab apoſtolorum & Chriſti inſtitutione, quanuis

non

Digitized by Google

non tunc scriptæ essent, procedere: & inde capitale vitium esse sentire contra ecclesiam secundùm partes. Vnde Homilia. 8. in Leuitic. ORIGENES. Vult enim peccatorē posteaq̄ fuerit mundatus, posteaq̄ remissionem per pœnitentiam accepit peccatorum, de purgatione capitis admoneri, & barbæ, & superciliorū, velut si diceret ei, Ecce sanus iam factus es, vide ne vltrà capitis contrahas culpā. Capitis enim peccatū, est aliter, quàm fides ecclesiæ continet, de diuinis sentire dogmatibus. Hæc ille. AVTHOR. Hoc est quod dixi supe riùs, quantumlibet emineat scriptura diuina sanctioni ecclesiæ, ipsa tamen taxabit sensum
4 eius, quo aliter sentire non possis, & † cuius
Ecclesiæ interpretationi resistere ipsum. interpretationi resistere capitalis est culpa, dicit Origenes. Hanc autem ecclesiam Christi ne dubites, Hieronymus iam prædixit ab Oriente vsq; in Occidentem fulgere. Cuius institutionem latissimam, si Ricardus recoleret, quomodo sacerdos minor parem sibi ordinare non posset, scripturas minimè formidaret asserere.

¶ Quòd minister altaris est ordinādus ordinatione instituta per ecclesiam, sacris indutus, tōsus, inuocationi subiectus Episcopi, & impositioni manuum eius per crucis signationem.

CAP. LXIIII.

SVMMA.

1 *Sacerdos ordinandus, quòd ab ordinatore suo uestibus debeat indui.*
2 *Mitra, Tiara, & Tonsura clericorum.*
3 *Apostolum præcepisse tonsuram, & nudam debere clericum seruare coronam, ex decreto Anicet Papæ ostenditur.*
4 *Tonsura quid sit in clericis.*
5 *Minister altaris quomodo in ipsius ordinatione subijcitur inuocationi episcopi, & manuum eius impositioni per crucis signationem.*
6 *Episcoporum necessitas ab Augustino innuitur.*
7 *Episcopos solos uerbi Dei prædicando authoritate potestatiua pollere.*
8 *Ephod quid sit.*
9 *Rationale Pontificis.*
10 *Episcopus quomodo in consecratione sui accipit supra caput scripturas, sacerdos uerò minor nō ita, sed solas manus ordinantis.*

QVID sibi vult, quòd Witcleff addit opus clericale, vel vitam, vt securum de sui ordinatione cōstituat sacerdotē, ignoro: sic tamen assumit, vt priùs dixi, ordinatū per vnū simplicem sacerdotem, non oportet de presbyteratu timere, dum fecerit officium clericale, quia sufficit prudens reputatio cum diligēti officio. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quomodo potest esse prudens reputatio, q̄ ille eū ordinet, qui per omnes scripturas potestatem sic ordinandi vnquam non habuit, & cui ecclesia nunquam hactenus contulit potestatē, & nō insana reputatio, & blasphemia sit ista? Probat iam Witcleff. Si autem diligentia officij vt executio clericalis officij ordinet sacerdotem, qualiter non erat Paulus apostolus, & sacerdos ante iusionem Spiritussancti, cùm tam sollicitè exercuit officium apostolicum post baptismum ab Anania susceptum, prædicans in synagogis Damasci, quoniam hic est Christus? An fortè palpitando reputabit cum Ricardo, quòd per illam manuum impositionem Ananiæ, si non fuerit confirmatus, sit sacerdos effectus? maximè quia, vt libro quinto deduxi, Ananias tunc potuit putari fuisse sacerdos, & sic esset Paulus sacerdos tūc à sacerdote simplici ordinatus. Sed pro his omnibus reputationib⁹ infundatis de ipso Paulo audiatur quid dicat, libro de laude Pauli, Homilia. 7. CHRYSOSTOMVS. Neq; expectauit Petrum, inquit, nec venit ad Iacobū, nec alium omnino quenquam, sed propria alacritate raptus ita totam illam, in qua fuerat baptizatus, prædicatione sua inflammauit vrbem, vt sæuissimum contra se Iudæorum populum concitaret. Violentissimū enim persecutorem Christus in ardentissimum repentè prædicatorem immutauerat. Siquidem etiam cùm Iudæus esset, supra dignitatem suam multa faciebat, alligās, adducens, trahens vi publicos Christianos: sic etiā Moyses, cū à nullo in principatu populi ordinatus esset, cōtribules tū suos à barbarorū iniquitate defendit. Hæc em̄ sunt fortis cuiusdā ac virilis animi certa documēta, hoc signū propriæ liberaeq̄; sentētiæ, nequaq̄ in aliorū afflictionibus tenere patientiā, sed benignè, atq; cōstanter eos, qui opprimūtur, tueri, etiā si nullo in hoc ordinetur officio. Quòd verò iustè arripuit opus principātis, Deus ostēdit, hāc ei posteà cōferens dignitatē. Id ipsum aūt seruauit in apostolo Paulo, qui q̄ ritè faceret vltrò arripiēs initia sermonis ac doctrinæ, ostēdit, eū doctoris honore sublimans.

Digitized by Google

mans. Et infrà. Irruit Simon, ſed reprobatus eſt, & morte periclitatus. Irruit verò Paulus, ſed apoſtolatus gloria coronatus eſt. Non enim in ſacerdotium, nec in honorem, ſed in miniſterium irruit, ac maximè in dolores hoc zelo & alacritate properauit. Propterea prædicator, propterea continuò efficitur clarus. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, niſi dignè impoſitum ſibi adminiſtret officium, meretur etiam maiora ſupplicia: ſic alter & ſi non ordinetur quidem, ſuſcipiat tamen, & ſicut oportet impleat, non dico ſacerdotiū, ſed prouidentiam curamq; multorum, omni perfecto honore digniſsimus eſt. Hæc ille. AVTHOR. Diffuſe, ſed patenter valde inſtruit iſte ſanctus catholicos, ne putēt idem eſſe clericalis officij executionem, & ordinem: dicens Paulum ſacerdotaliter monuiſſe populum de via Chriſti, & quantum inordinato licebat ſacerdotij miniſterium expleuiſſe ante ordinē habitum, & per hoc meruiſſe ordinari: & ideò eſt prædicator, id eſt, verbi Dei doctor, ideò eſt ordinatus apoſtolus, ſecundùm q̄ ipſe prima ad Timothe. 3. ait. Qui bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum acquirunt. Nec igitur imprudens tua reputatio ſine cauſa, nec diligentia officij ſufficit à iuſto timore ſuper ſacerdotio adepto tueri presbyterum, niſi ſuccedat ei ordinatio conſtituta in eccleſia, ſecundùm poteſtatem illam, qua Paulus docuit Timotheum, dicēs. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cū impoſitione manuum presbyteri: quia poteſtas epiſcopalis, vel ſacerdotalis cū prece myſtica, tempore, quo manus imponit epiſcop⁹, ſuſcepta eſt. Qualiter item ſuper hunc locum in expoſitione ſua lib. 5. notauit AMBROS. Manus impoſitionis ſunt myſtica verba, quibus confirmatur ad hoc opus electus, authoritatem accipiens teſte cōſcientia ſua, vt audeat vice domini ſacrificium Deo offerre. Hęc ille. AVTHOR. Hanc ergo precem myſticam, quam ordinando dixit epiſcopus, ab inſtitutione apoſtolorum nouimus emanaſſe, quæ omne eccleſiaſticum deſignat officium in ordinatione presbyteri, quod item ritibus diuinitùs ordinatis in veteri teſtamento comparare non dedignabatur vnquam eccleſia. Sed ideò conſtituit ſacerdotem in ingreſſu veſtitū veſtibus ſacris, cum ſtola oraria, ferentem manibus caſulam, ſicut Eleazarum poſt patrem Moyſes ordinauit. Quem locū legis pulcherrimè noſtris adaptat in epiſtola ad Vercellenſes circa mediū ſacer AMBROSIVS. Quid autem illud ſignificat, quòd poſt defunctum Aaron ſacerdotem filium eius indueret Eleazarum, non vniuerſo populo, ſed ſoli Moyſi, q̄ eſt in ſacerdotibus domini imperauit Deus vt exuuijs Aaron ſacerdotis, filium eius indueret Eleazarum, niſi vt cognoſcamus, quòd ſacerdos ſacerdotem conſecrare debeat, & ipſe eum induere veſtimentis, hoc eſt, virtutibus ſacerdotalibus: at tunc ſi nihil ei deeſſe indumentorum aduerterit ſacerdotalium, & aptè quadrare omnia, ſacris eum adhibeat altaribus. Supplicaturus em̄ pro populo, pbari debet à ſacerdotibus, ne qd ſit quod in ipſo grauiter offendat, cuius officium eſt, pro aliorum offenſa interuenire. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † ſacerdos ordinandus ab ordinatore ſuo veſtibus induetur, & hoc non à quolibet, ſed à ſacerdote. At ne ſimplicem ſacerdotē cum Witcleff intelligas, ſed ſummum, ſoli Moyſi, inquit, imperauit dominus: cùm tū minores presbyteri de filijs Aaron non deerant, ſed hi omnes vnà cum populo ſunt excluſi, quando ſoli Moyſi dominus imperauit, qui ſicut Eleazarum ſummum, ita filios Aaron minores inſtituit ſacerdotes. Veſtes autem ſolennes induere ſacerdotes tempore ſacrificij etiam ante hanc legem obſeruantia moralis fuit in ſtatu naturæ: ſicut in Eſau ſacerdotio, libro Hebraicarum quæſtionum in Gene. HIERONYMVS. Et ſumpſit Rebecca veſtimenta Eſau filij ſui maioris, quæ erant deſiderabilia valde apud ſe domi. Hoc loco tradunt Hebræi primogenitos⁹ functos officio ſacerdotum, & habuiſſe veſtimētum ſacerdotale, quo induti, Deo victimas offerebant antequàm Aaron ad ſacerdotium eligeretur. Hæc ille.

1

2 AVTHOR. Poſt † veſtes, mitras. Sic Exod. 29. Filios illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingeſq; baltheo, Aaron ſcilicet, & liberos eus, & impones eis mitras. Eruntq; mei religione perpetua. Has mitras vel tiaras clericorum tonſuræ deſignant. Vnde libro ſecūdo de origine officiorum, capi. 4. ISIDORVS. Tiara apud veteres conſtituebatur in capite ſacerdotum: hæc ex byſſo confecta rotunda erat quaſi ſphæra media: & hæc ſignificatur in parte capitis tonſa. Hæc ille. AVTHOR. Tonſa eſt hæc pars capitis, & quaſi carnalibus, & ſuperfluis depilata, vt per ſacrarum manuum impoſitionem, nouam poteſtatem ad remittendum peccata recipiat: hac ratione à primis apoſtolorum temporibus docebantur eccleſiaſtici viri caput tonſum & coronam geſtare, quæ formam ſphæræ prætendebat in vertice, & omittentes eam, canonicè accipere cogebantur, prout conſtat decreto

Mitra.

Tiara.

Tonſura clericorum.

Ani-

Digitized by Google

Aniceti Papæ noni à beato Petro, ca. 4. ANICETVS. Prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum spæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & tonsura, & habitu discreti debent apparere. Sequitur. Hæc vobis fratres, vt petistis, custodienda mittimus, & custodire præcipimus. Hæc ille.

3 AVTHOR. Hoc notandum attendo, q̃ † dixit Apostolum præcepisse tonsuram istam: vbi scilicet docuit omnem virum non nutrire comam: ibi à fortiori docebat omnem clericũ nudam seruare coronam, contra quam apostolicam iussionem superbi Lollardici Witcleuistæ in libello, quem scripserant ad Parlamẽtum Regis Angliæ Ricardi secundi, ausi sunt pleniùs blasphemare, ponendo corollarium conclusionis suæ ibi. Secundò est dolorosum interludium hominibus sapientibus videre episcopos ludere cum Spiritusancto in collatione suorum ordinum, quia ipsi dant coronas in characteribus loco alborũ ceruorum,

Liberata vulgò litera. & hæc est liberata Antichristi introducta in sanctam ecclesiam ad colorandum otiositatẽ. Hæc ibi. AVTHOR. Albos ceruos dedit tũc Rex ille, qui prænobilis, militibus scilicet, & familiaribus suis, vt essent sibi secta electa: sic delirauit insipiens gens Witcleuistica, ignorans scripturas sanctas, & apostolica instituta, sed nec oraculis ecclesiæ credula, cuius ore iã loquitur Anicetus. Et de institutis clericorum cap. 3. RABANVS. Tonsuræ ecclesiasticæ vsus ab Apostolis introductus est, vt hi, qui diuinis cultibus mancipati domino consecrãtur, quasi Nazarei, id est, sancti Dei crine præscisi innouentur. Est † autẽ in clericis tonsura

4 *Tonsura quid.* signum quoddam, quod in corpore figuratũ, sed in animo agitur, scilicet, vt hoc signo in religione vitia resecentur, & criminibus carnis nostræ quasi crinibus exuamur, atq; inde innouatis sensibus, vt comis rudibus, enitescamus. Hæc ille. AVTHOR. Hanc potestatem sacerdotes iudaici nesciebant, discipulis verò suis, & noui testamenti sacerdotibus Christus per antistitem suum manum imponens dixit, Accipe Spiritum sanctum, & tandem subiungit benedictionem super ordinandum cũ cruciformi signatione solenni. Vnde ecclesiasticæ hierarchiæ cap. 5. DIONYSIVS. Sacerdos ambos pedes inclinans ante diuinum altare, super caput habet hierarchicam dexterã: & hoc modo à perficiente ipsum hierarcha, sacrificis inuocationibus sanctificatur. Minister

5 † autem vnum pedem inclinãs ante altare diuinum, super caput habet hierarchæ dexterã, perfectus ab ipso ministrorum perfectiuis inuocationibus: vnicuiq; autem ipsorum cruciforme insignitur à perficiente hierarcha signaculum. Hæc ille. AVTHOR. Notandum semper, q̃ hæc signacula fiebant cum inuocatione solenni nominis Dei, quam Apostolus suprà dixit ad Timotheum prophetiam, quem modum loquendi habet primæ Corinth. 14. Si autem omnes prophetent, id est, scripturas planè legant. Et libro. 1. contra Cresconium, cap. 34. AVGVST. De episcopis quidem clericis recipiendis alia quæstio est, quanuis eũ cùm apud nos ordinantur, non super eos inuocetur nomen Donati, sed Dei, tamen ita suscipiuntur, vt videtur paci, & vtilitati ecclesiæ cõuenire. Neq; enim episcopi propter nos sumus, sed propter eos, quibus verbum, & sacramentum dominicũ ministramus. Ac per hoc vt eorum sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita vel esse, vel non esse debemus, quod nõ propter nos, sed propter alios

6 sumus. Hæc ille. AVTHOR. Hic videtur † Augustinus necessitatem episcoporũ innuere propter gubernandos populos, gubernationi sublimi, & administratione verbi, nõ in prædicando tantùm, sed & in sacramento dominico administrando, illius sacramenti (quis dubitat) quod iam habet in manibus, q̃ cùm clerici ordinantur, inuocatur super eos nomẽ Dei, prout paci conuenit, & vtilitati ecclesiæ. In hac autem prophetica inuocatione notificat episcopus ad quam formam hos assumit, scilicet, ad formã secundi gradus post episcopos IN PRAEFATIONE. Vñ sacerdotales grad⁹, atq; officia Leuitarũ sacramẽtis mysticis instituta creuerunt, vt cũ Pontifices sum mos regendis populis præfecisses, ad eorũ societatem, & operis adiumentum sequentes viros, & secundæ dignitatis eligeres. Sequitur. Sicq; in Eleazarum & Ytamar filios Aarõ paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti vt ad hostias salutares, & frequentioris officij sacramenta ministeriũ sufficeret sacerdotum. Hac prouidentia Dñe apostolis filij tui, doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbẽ totum secũdis prædicatoribus impleuerũt. Hæc ibi. AVTHOR. Bene elicit de scripturis, q̃ hi non summi sint, nec q̃ modicũ distent à summis secundi ordinis sacerdotes: in partem autem sacerdotij & sollicitudinis eorum vocantur maximè prædicationis verbi Dei, sed non in totum. Ideò bene dixit inuocatio, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus im-

7 pleuerunt. Et † propterea Petrus Parisiensis bene

Digitized by Google

bene probat ſolos epiſcopos verbi Dei prædi
cando authoritate poteſtatiua pollere. Vnde
apoſtolus ad Titum poſtquàm dixerat, Opor
tet epiſcopum ſine crimine eſſe: ſubmittit, vt
potens exhortari in doctrina ſana. Et ideò in
rationali pontificis peculiariter inſertæ ſunt
veritas, & doctrina. Et notat item lib. 1. ſuper
Oſee in commentario ſuper hoc loco, quia
dies multos ſedebunt filij Iſraël ſine rege, & ſi
ne principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari,
& ſine Ephod, & ſine Seraphim HIERO-
Ephod. NYMVS. Pro Ephod, & Seraphim ſep-
tuaginta ſacerdotium & manifeſtationes trā-
8 ſtulerunt. Sciendum † autem, vt crebrò dixi-
mus, Ephod ſignificare indumentum ſacerdo
tum, quod in Exodo, & Leuitico à ſeptuagin-
ta dicitur ſuperhumerale, ab Aquila indumē-
9 tum dicitur. Sequitur. Hoc † intelligimus, q̃
Rationale in pectore, & corde Pontificis veritas eſſe de-
Pontificis. beat, atq; doctrina, vt non ſolùm ſciat fidem
rectam, ſed quod nouerit, poſsit ore proferre.
Quod & apoſtolus Paulus ſcribit ad Titum,
dicens qualis epiſcopus ordinandus ſit: Opor
tet enim epiſcopum ſine crimine eſſe tanquā
Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracũ
dum, non vinolentum, non percuſſorem, non
turpis lucri cupidũ, ſed hoſpitalem, benignũ,
ſobrium, iuſtum, ſanctum, cõtinentem, & am-
plectentem eum, qui ſecũdùm doctrinam eſt,
fidelem ſermonem: vt potens ſit, & exhortari
in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, ar-
guere. Hæc ille. AVTHOR. Copulat ergo
traditionem apoſtoli Hieronymus de epiſco
po inſtitutioni Pontificis veteris in ſanctifica
tione Seraphim ſuperhumeralis & rationalis.
Et veſtiendi genus nulli licebat ſacerdoti mi-
nori, & cui cum ipſo amictu doctrina & veri-
tas non conuenit, ſed ſoli rationali Pontificis
& ſic in inſtitutione pontificis noſtri hoc ipm
inſerit ſpecialiter iuxta Paulum. Ex poteſtate
ergo ordinis, nec Witcleff, nec Ricardus de-
ducere valent poteſtatiuè docere, incumbere
ſacerdoti, ſed ſola legatione de ſummo ſacer-
10 dotio ex culmine dignitatis. Vnde † & in cõ-
ſecratione ſui Epiſcopus accipit ſupra caput
ſcripturas, ſacerdos minor nõ ita, ſed ſolas ma
nus ordinãtis pontificis, ſicut nunc, ſic à prin-
cipio. Vnde in ſæpe dicto cap. 5. DIONY-
SIVS. Hierarcha quidem ad hierarchicã per-
fectionem adductus, ambos pedes inclinans
ante diuinum altare, ſuper caput habet tradita
eloquia, & hierarchicam manũ, & hoc modo
à perficiente ipſum hierarcha omnino ſan-
ctiſsimis inuocationibus perficitur. Hæc ille:
LINCO. Ponit ſuper caput eius volumen di-
uinorum eloquiorum, & hierarcha conſecra-
turus ipſum, imponit ei manum, & per ſanctiſ
ſimas inuocationes perficit eius ordinationẽ
in epiſcopum. Hæc ille. AVTHOR. Hanc
impoſitionem manus in ordinatione ſacerdo
tis comitãtur in eccleſijs multis conformis le
uatio manuũ aſtantiũ ſacerdotũ: prout notat
libro. 3. ſecundæ partis de ſacramentis HV-
GO. Presbyteri cum ordinãtur, epiſcopo eos
benedicente, & manus ſuper capita eorum te
nente, omnes presbyteri, qui præſentes ſunt,
manus iuxta manum Epiſcopi ſuper capita
eorum leuant, atq; Spiritum ſanctũ ſuper eos,
qui ordinantur, inuocant. Hæc ille.

¶De obſeruantijs in ordinatione ſacerdotis, de conſecratione trifaria, de manuum oſculo, & acceptione poteſtatis ad remittendum peccata, & de præfatione Epiſcopi.

CAP. LXV.

SVMMA.

1 *Manuum ſacerdotis conſecratio. Et quomodo tria concurrant ad illarum conſecrationem. Et quæ ſint.*
2 *Liræ doctoris dictum, ſcilicet, non unctas manus ſacerdotum in lege, carpitur.*
3 *Regum & Pontificũ capita, quomodo oleo ſacro perfundantur.*
4 *Preſbyteris manus, q̃ unguntur ſicut & epiſcopis. Et quare. Et unctio capitis quare ad epiſcopum ſpecialiter pertineat.*
5 *Sacerdotum in conſecratione manuũ impoſitio ſuper hoſtiam in patena & calice, quid deſignet.*
6 *Antiſtes, quo poſt trifariã manuũ ſacerdotum conſecrationẽ, oſculatur ordinatos. Et qd hoc ſignificet.*
7 *Ordinati quomodo, & quibus uerbis à Pontifice prolatis accipiant poteſtatem ad remittendum peccata.*
8 *Spiritus ſanctus q̃ per partes non detur.*
9 *Prædicatio nouis ſacerdotibus ab antiſtite facta.*
10 *Salutatio perfectiua quid.*



Cceditur propiùs ad conſe-
cutionem poteſtatis ſacerdo
talis, quæ præcipuè conſide-
ratur in cõſecratione manuũ
ſacerdotis: de qua Exod. 28.
Veſtieſq; his omnibus Aarõ
fratrem tuum, & filios eius cum eo, & cun-
ctorum conſecrabis manus, ſanctificabiſq; il-
los, vt ſacerdotio fungantur mihi. HVGO.
Quod dixit domin⁹, veſties his omnibus, &c,

In ſacer

In ſacerdotum ordinatione complet antiſtes, reflectens ſtolam ſuper humerum dextrum. Poſt inuocationem Sancti ſpiritus ſtolam ſuper vtrunq; humerum accipiunt, quæ in modum ſuſtentaculorum munit dextrum latus, & ſiniſtrum, vt ex hoc intelligant ſe per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris eſſe munitos, vt eos nec aduerſa frangant, nec proſpera extollant. Hæc ille. AVTHOR. Quod dicitur hic, conſecrabit manus, alia litera habet, conſummabit. interdum tamen implebis: ſed tamen alio ritu dicuntur vngendæ manus in conſecratione, demum implendæ. Vnde lib. quęſtionũ Exod. quæſtione. 119. AVGVSTINVS. De Aaron & filiis Aaron cùm præciperet dominus loquens ad Moyſen quomodo veſtirentur & vngerentur, quid eſt ꝙ ait: Et implebis manum eorum, vt ſacerdotio fungantur mihi? An fortè muneribus quæ offerẽda ſunt Deo?

1 Hæc ille. AVTHOR. Hic † notandum tria cõcurrere ad cõſecrationem manuũ ſacerdotis. Primò implebãtur manus eorum muneribus offerẽdis, quæ ſolito modo benedictiones vocantur in ſcripturis, eo ꝙ in temporalium abũdantia mercedem expectabant antiqui: & ſic Iſaac in benedictione ſua ſtabiliuit Iacob in vino, & oleo, & dominatione fratrum. Et benedixit dominus Obededom, & omnem domũ eius. 2. Reg. 6. & hoc ritu primò, vt puto, à Dei lege contracto, ſicut hic Auguſt. ſciſcitatur in plebis manu. An fortè muneribus Hieroboã impleuit manus extremorum de populo & fiebant ſacerdotes? & Michas in lib. Iudicum impleuit manus filij ſui, & factus eſt ei ſacerdos, & poſt impleuit manũ Leuitę, & factus eſt ei ſacerdos. Secũdũ in cõſecratione ſacerdotaliũ manuũ, erat vnctio. Aliud item earũ manuũ impoſitio ſuper caput vituli & arietis primi & ſecundi. Secundũ hæc tria ſacer antiſtes primò replet manus ordinandi ſacerdotis benedictione ſpirituali, dicendo, Benedic domine, & ſanctifica has manus ſacerdotis tui ad cõſecrandas hoſtias, & præſta, vt quæcunque ſacrauerint, ſacrentur. Cõſecrantur item manus ſacri chriſmatis vnctiõe, dicente epiſcopo, Cõſecrare, & ſanctificare digneris quæſumus domine manus iſtas per iſtam ſanctam vnctionẽ &c. Quæ ſignificat expanſis manibus, ꝙ nouũ accipit ſacerdotium poſt apertionem libri in Apocalyp. Ioannis à Chriſti chriſmate iam efluxum. Vbi in expoſitione Apoca. ad Anatholium HIERONYMVS. Modò liber eius reſignatur, modò hoſtiæ oblationis intelligũtur, modò ſacerdotũ chriſma, fabricatio ædis, teſtimonio aperto intelliguntur. Hęc ille AVTHOR. His † aduerſatur doctor de Lira dicẽs non vnctas manus ſacerdotũ in lege, quia nec textus dicit: ſed cùm tot expoſitiones hoc ipſum dicant, non audeo cũ eo, ſingulis obuiare ſcriptoribus. Nam ſi Comeſtorem, & ſequaces eius, Petrum ſcilicet cantorem Pariſienſem, & Petrum Ioannis non recipit, cur non veretur Auguſtinum, egregium Radulphum, & alios item magnos, vbi textus habet Leuitic. 7. Hæc eſt vnctio Aaron, & filiorum eius in ceremonii domini die, quo obtulit eos Moyſes vt ſacerdotio fungerentur? Ibi habet Homilia. 6. ORIGENES. Cùm propoſuerit dicere legiſlator, Hæc vnctio Aaron & filiorum eius, non ſubiunxit quæ eſſet vnctio, nec qualiter vnxiſſet, expoſuit, ſed hoc quidem in ſequẽtibus facit. Hæc ille. AVTHOR. Iſta ergo eſt vnctio, quam textus ſemel aſſumit, Origenes reſumit, & vnctio, inquiens, filiorum eius, ne tantũ videretur Aaron eſſe, ſed æquè vnctio filiorum ſaltem in manibus. Tamen Nicolaus miro modo illam euacuat, dicens illam aſperſionẽ eſſe ſuper ipſos, & veſtes eorum de ſanguine victimæ, & oleo vnctionis. Miror, ꝙ conſperſionẽ, vnctionem dixit, cùm diſtinctè ſcriptura eas proferat Leuitici. 8. Tulit vnctionis oleũ, quo liniuit tabernaculum, cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare, ſeptem vicibus vnxit illud. hoc item aſperſus eſt Aaron ſimul cũ filiis, ibi verſus finem capituli, nec tamen ſic vnctus. vnde quæſtione. 19. ſuper Leuiticum AVGVSTINVS. Quæri poteſt poſt mortem Moyſi, quis vngebat ſucceſſorẽ ſummi pontificis, qui ſuccedere niſi defuncto nõ poterat vtiq;? An qui iam vnctus erat inter ſecundos ſacerdotes? Idẽ quippe fuit oleum, quo ſummus, & ſecũdi vngebantur. Hæc ille. AVTHOR. Si idem oleũ, non hoc oleum aſperſionis, & illud oleũ vnctionis. & libro ſexto, capite primo ſuper Leuiticum RADVLPHVS. De vnctione filiorum Aaron nihil dicitur, cùm in Exod. dominus Moyſi præcepiſſe legatur: cũctorum conſecrabis manus, ſanctificabisq; & illos, vt ſacerdotio fungãtur mihi: ſed legiſlator dũ multa, quæ ſibi præcepta fuerant, ſe compleſſe notificauit, etiam pauca, de quibus tacuit, ſubintelligenda reliquit. Quæ enim plurima com

3 pleuit, vſque hodie ſeruantur: nam † regum, & pontificum capita oleo ſacro perfunduntur: qui autẽ minoris ordinis ſunt ſacerdotes, vnctionem iſtam in manibus ſolùm accipiunt. Hæc ille. AVTHOR. Notat ecce magnus pater Radulphus, ꝙ antiquus ritus hodie perſeuerat, quo vnguntur capite pontifices, atque reges. HVGO tamen in rationali dixit, ꝙ ob

Lira.

Cõtra Lirã

Digitized by Google

reuerentiam Chriſti capiti tranſlata eſt vnctio regumà capite ad armum dextrum:minorum autem vnctio ſacerdotũ tenetur in manibus,
4 & capitibus lib.prædicto.3.Vnguntur† preſbyteris manus ſicut epiſcopis, vt cognoſcant ſe hoc ſacramento gratiam conſecrandi accipere, & opera miſericordiæ erga omnes pro viribus exercere debere.Vnctio capitis ſpecialiter ad epiſcopum pertinet, vt intelligat ſe vicarium eſſe illius, de quo ſcriptum eſt, Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ &c.AVTHOR Bene dicit ſacerdotem minorem in hac conſecratione manus per hanc vnctionem accipere gratiam conſecrandi:quia iam in ſubſequente conſecratione tertia ſuæ manus accipit gratiæ poteſtatem,cùm dicat epiſcopus offerens manibus eius patenam cum oblato,& calicẽ cum vino,dicens, Accipe poteſtatem offerre ſacrificium Deo,miſſamque celebrare pro viuis & defunctis. In cuius rei figuram Moyſes obtulit vitulum pro peccato,cui ſuperpoſuit Aarõ & filij eius manus. Obtulit & arietem ſecundum in conſecratione ſacerdotũ:poſueruntq; ſuper caput illius Aaron &filij eius manus,tetigitque extremum auriculæ ſingulorum dextræ ſanguine immolati, in qua manus ſuperpoſitione acceperant ſacrificii poteſtatem: & hæc erat manuum ſumma conſummatio, vel perfectio, prout notat quæſtione. 122. ſuper Exod. AVGVSTINVS. Quid eſt, Et conſummabis manus Aaron & manus filiorum eius? An per manus poteſtatem ſignificauit,vt aliquid etiam ipſi conſummare poſſent? Poteſtas autem ipſa ſignificatione conſummare, qua præcepti ſunt ſanctificari à Moyſe,Et adduces vitulum ad oſtium tabernaculi, & ſuperponent manus Aaron & filij eius ſuper caput vituli in conſpectu domini.Ecce vnde ſupradictum conſummãdas eſſe manus eorum, id eſt, perficiendam poteſtatem, vt etiam ipſi ſanctificarent, quomodo fit,cùm ponunt manum ſuam ſuper vitulum immolandum.Hæc
5 ille.AVTHOR.Hæc† ergo manus ſuperpoſitio, erat conſummata conſecratio manuum ſacerdotum, & acceptio poteſtatis: ſic ad verum ſacrificium celebrandum corporis & ſanguinis ſaluatoris hæc manuum impoſitio ad iuſſum pontificis ſuper hoſtiam ſalutarem in patena & calice poteſtatem acceptam deſignat, quæ in manus conſecratione conſummat conſecrationem in tertio ſigno. Vnde in eodem libro tertio. HVGO. Accipiunt & calicem cum vino, & patenam cum hoſtia de manu epiſcopi, quatenus his inſtrumentis poteſtatẽ ſe accepiſſe agnoſcant, placabiles Deo hoſtias offerendi:ad ipſos nanque pertinet ſacramentum corporis & ſanguinis domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere Dei dona. Hoc officio vſus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, quando poſt cœnã panem & vinum in corpus & ſanguinẽ ſuum commutauit,& vt in memoriam ſuę paſſionis idẽ facerent,diſcipulos monens,inſtituit.Hæc
6 ille.AVTHOR.Manibus† igitur ſacerdotũ in hoc ritu trifariam conſecratis,vbi oſculi tẽpus accedit in miſſa,oſculatur ſacer antiſtes ſingulos presbyteros ordinatos,dicens vnicuiq;, Pax tecum. & adiungens, Ora pro me frater. Quid autem hoc ſignificauit antiquitùs, notat p̃fato quinto cap. eccleſiaſticæ hierarchiæ parte.7.DIONYSIVS. Apud finem autem ſacerdotalis perfectionis oſculum ſacram manifeſtationem habet.Sequitur.Ad ſeinuicẽ ſacerdotale oſculum ſignificatur conformium intellectuum,oſtendẽs communionem, & ad inuicem lætitiã amabilẽ. Hæc ille.LINCOL. Oſtendit ſacram communionem, ideſt, ſacrũ mutuum amorem, & de communicata inuicẽ ſacerdotali perfectione mutuam lætitiam conformiũ intellectuũ.Hæc ille.AVTHOR. Ver
7 ſus† finem iterum pontifex ſe conuertit, & manu impoſita ordinatis, Accipite (inquit) ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis:& bene poſt oſculum, iſtud apportat nuntium,quod vtiq; Chriſtus donauit apoſtolis oſculans ſpõſam ſuam. Inde quodãmodo oſculans,& inſufflans, ſicut dicit euangeliſta,Inſufflauit, & dixit, Accipite ſpiritum ſanctũ. Vnde ſermone.8.ſuper cantica. BERNARDVS. Videte nouam ſponſam,nouum oſculum accipientem:non tantũ ab ore,ſed ab oſculo oris: inſufflauit, inquit, haud dubium quin Ieſus apoſtolis,id eſt, primitiuæ eccleſię, & dixit,Accipite ſpiritũ ſanctũ. Oſculũ profectò fuit.Quid?Corporeus ille flatus? Non, ſed inuiſibilis ſpiritus,qui propterea in illo dominico flatu datus eſt.Hæc ille.AVTHOR.Flatu ergo oſculum ſpiritus detulit,qđ flatus non fuit: in hoc ergo oſculo ſpiritus nouũ donum accepit, eiuſdem tamen ſpiritus quem accepit in initio ordinationis ſuæ dicẽte ipſi antiſtite,
8 Accipe ſpiritum ſanctum. Nec† eni m tũc aliũ acceperat ſpiritũ, ſed eiuſdẽ ſpiritus, eiuſdẽq; ſacerdotii expreſsius idem donum. Ambigit fortiter Armachanus,& timet vbi non erat timor, ne ſacerdotium acquireretur per partes, ſi in electione prima apoſtoli fierent ſacerdotes.Et nunquid iterum in cœna, vbi acceperãt potentiam conſecrandi?& quid hic,vbi poteſtatem obtinent remittẽdi? Sed non videt iſte philoſo

Spiritus ſanctus per partes datur.

Digitized by Google

phus, quòd humanitatem suam non acquirit infans per partes, quam ampliori gradu potestatis tenet vir factus, quàm tenuit infans natus. Idem homo, sed viribus alter. Non etiam alterũ Spiritus sancti sacerdotium, sed in eodem sacerdotio secundùm aliud donum, vel eiusdem doni alium modum, nec partibiliter, sed modaliter augmẽtatum, Sicut tractat hũc textum, Nondũ erat spiritus datus: super Ioãnem sermone. 32. AVGVSTINVS. Multa enim indicia Spiritus sancti habemus anteq̃ dominus glorificaretur in resurrectione carnis suæ. Non alium etiam spiritum prophetæ habuerunt, qui Christum futurum prænuntiauerunt: sed modus quidam futurus erat donationis eius, qui omnino antea non apparuerat. Sequitur. Post resurrectionem autem suã primùm quidem quando apparuit discipulis suis, dicit illis. Accipite Spiritum sanctum. De hoc ergo dictum est, Non erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem viuificauit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce non alium spiritum habebant prophetæ, aliũ post resurrectionem apostoli, nec eũdem per alias portiones & partes, cùm sit impartibilis, sed vt alij datur sermo sapiẽtiæ, alij genera linguarum in eodem spiritu, secundùm apostolum, sed secundùm alium modum: ita idem sacerdotium Spiritus sancti accipitur totum in potestate exorandi, & ampliùs adhuc totũ in potestate exhibita consecrandi, & item ampliùs in potestate remittẽdi peccata, non per vnius sacerdotij portiones vel partes, sed, sicut dicit Augustinus, per alios nouos modos. Finaliter † autem prædicat ordinatis antistes, vt totum missæ ordinem deuotè discant ab aliis, & sic eum honestè perficiant. Hanc autẽ prędicationis formam primæuæ patres ecclesiæ cunctis ordinatis in sacris explebant, communiter intimantes singulis nomine tenus vocatis debitum suum ex ordine. Sic enim digestũ enumerat DIONYSIVS sex communia ordinatis prædicto cap. 5. Communia quidem sunt hierarchis sacerdotibus & ministris in sacerdotalibus ipsorum perfectionibus, ad diuinum altare adductio. & inclinatio, hierarchicæ manus impositio, cruciforme signaculum, prædicatio, perfectiua salutatio. Hæc ille. AVTHOR. Perfectiuam † salutationem, osculum vult intelligere. Prædicationis autem ministerium est, vt dicit ibi LINCOL. Post hæc autem sequitur prædicatio, idest, ordinãdorum ab hierarcha vocatio, & nominatio, & ordinũ, quos celebrauit, enarratio: vt puta sic dicat hierarcha ordinans, Iste sanctus pater sic nominatus, ordinatus est ad ordinem diaconalem, vel sacerdotalem: perficiat hunc diuina gratia ad hoc suum officium. Hæc ille.

9 dicatio s sacer bus fa-

10 tatio ctiua.

¶De sacra obseruantia pręsentandi episcopo sacerdotem, cũ ad altare ingreditur, in quo signatur castimonia clericorum, quam hodierni Witcleuistę cõtaminant.

CAP. LXVI.

SVMMA.

1 *Sacerdotis ordinandi ad altare adductio, & eiusdẽ Episcopo præsentatio. Et quid hoc significet.*
2 *Continentiæ notum, quomodo ab omni sacrè ordinato profitetur.*
3 *Witcleff, quomodo sacerdoti nuptias permittat.*
4 *Sacerdos Willelmus uxoratus.*
5 *Coniugatorum miseræ seruitutes describuntur.*
6 *Seruitus uoluntaria quòd sit abiectior, q̃ coacta.*
7 *Maritorum miseriæ narrantur.*
8 *Votum quòd libertatem auferat.*
9 *Votum simulatum quomodo obliget.*
10 *Augustinus, & Hieronymus quomodo pleno ore condemnauerint nuptias clericorum.*

1 SOlebat † autem antiquis primitiuæ ecclesiæ in communi ordinatione trium maiorum valde esse notatum, Quod episcopi sacerdotes & diaconi cùm ordinandi primò adueniunt, ducuntur ad altare directè, ibiq; inclinantes & genuflectentes pręsentantur episcopo. Hoc nos penè omisimus, nisi recens daretur occasio. Significat autem hoc, eorum vitã fore castissimam, & spreta carne, & mũdo retro habito, eos deditos soli Deo. Vnde cap. 5. de ecclesiastica hierarchia de communibus tribus ordinibus. DIONYSIVS. Ad diuinum quidem igitur altare adductio, & inclinatio, ænigmatizat omnibus sacerdotaliter perfectis supponere vniuersaliter teletarchæ Deo propriam vitam, & sui ipsorum intellectualẽ totalitatem omnino castam: Totalitatem dico castissimam ipsi, & sanctificatã offerre conformem ei, vt est possibile dignam existẽtem

Adductio ad altare.

Digitized by Google

Thearchico,& ſanctiſsimo, & ſanctuario altari ſanctificãte ſanctè deiformes mentes. LINCOL. Ad diuinum quidem altare adductio & inclinatio,ideſt,procidentia,& genuflexio,ſignificat omnibus ſacerdotaliter perfectis, id eſt,ſacrè ordinatis aliquo trium præfatorũ ordinum,debitum eſſe ſupponere vniuerſaliter, id eſt,totaliter teletarchę Deo propriam vitã. Sequitur. Totalitatem dico omnino caſtam ipſi Deo,hoc eſt,omnino puram, ſoli Deo omnino purè adhærentẽ. Hęc ibi. AVTHOR. Quod quia nuptus eſt,omnino nõ poteſt, dicẽte apoſtolo primæ Corinth.7. Qui ſine vxore eſt,ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore,ſollicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat vxori,& diuiſus eſt. 2 Omnis† ſacrè ordinatus,continẽtiam profitetur, ſine qua ſoli Deo omnino purè adhærere non poteſt. Dixi de hac continentia clericorum ſuprà libr.5. Nec potuit mihi perſuaderi pro firmo Witcleuiſtas à ſuo præceptore dogma ſuſcepiſſe contrarium,ſed quadam licentia libertatis ſuæ paganicè vſurpaſſe quoſdam illorum flagitiũ ſimul,& abieciſſe pudorem. Tardè igitur mihi venit ad manus, quod in vulgari dicat in ſermone euangelij vigiliæ natalis feſti beati Ioãnis baptiſtæ. 3 WITCLEFF. Hic† poſſum, inquit,dubitare,& tractare de ſtatu & vita ſacerdotum,qualiter ſunt dotati, & innupti cõtra authoritatem diuinã. Nam inhibuit Chriſtus dotem tam in ſe,quàm in apoſtolis,& approbauit nuptias apoſtolorum, pluriumq; aliorum:& hoc eſt ingenio diaboli ſuccendere ignem in ſtuppis,quia vel oportet eos vri,aut cuſtos artem perdat, laborans vt cuſtodiat ignem iſtum. Et presbyteri nõ benefaciãt vtrunq;. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ab hoc loco videtis peſtis iſta fluxit in poſteros, ipſe enim quẽdam ſuum ſcholaſticum informauit ad reſpondendum ad argumentũ. 10. Stroodæ,Chriſtus inquiens omnino à tali dominio ſe ſeruauit,ſicut & eius apoſtoli: quare igitur non nos eorum vicarij, cùm tam expreſſum mandatum ad hæc habemus in lege domini: non autem ad continendum nos ab omni opere coniugali? ideo timendum eſt nobis, ne Phariſaicè colamus culicem, & deglutiamus 4 camelũ. Hæc per Witcleff. AVTHOR. Hoc† anno tandem quidam magnus ſatelles Willelmus cognomento albus,ſacerdos,& ſub Willelmo præſule Noruicenſi iudicio eccleſiaſtico præſentatus,fatebatur ſe docuiſſe plęroſq; legem nubendi à Chriſto cuilibet trium ſtatuum eccleſiæ,putà,clericis,militibus, & cultoribus,ſeu mechanicis,ordinatam: Per papã verò Antichriſtum cum eius cõſiliariis in deſtructionẽ ſacerdotij in Anglia poſt ſolutionem Satanæ circa annum.1. Chriſti milleſimũ infirmatam. Ecce ꝙ acceptantes dictam ordinationem de continentia ſacerdotum præferunt captiuitatem Antichriſti, creaturæ execrabilis libertati generali Chriſti creatoris. Vnde & ipſe iuuenculã habuit tunc nomine Ioãnam pro vxore, cui non damnabiliter b[illegible]ſit (vt dixit) imò multùm dixit inexpediens legẽ virginitatis corporalis nunquã ſibi à Deo traditam vſurpare, & propriũ donum matrimonij ſibi à Deo collatum abijcere. Iam poteſtis videre qualiter abutuntur libertatis agnomine,& gloriãtur in ſimulacris ſuis. Audiũt apoſtolum dicentem eis. Vos in libertatem vocati eſtis fratres: non autem audiunt eum canẽtem: tantum ne libertatem in occaſione detis carni. Dixi ſuperius in lib.5. Produxi radicem caſtimoniæ clericalis à ſacerdotio legis antiquæ, in qua propter tribum Leui ſeruandam, propagationis gratia ducebant vxores: vicis tamen ſuæ tempore,quo ſacrificare debebant in templo,vxori ſimul renũtiabant,& domui. Iam audiſtis antiquum Dionyſium tradentẽ à tempore apoſtolorum caſtiſsimæ vitæ profeſsionem exactam à quolibet ſacerdotum in ordinatione ſui. Et iſte non timens mendaciũ dixit,niſi per papam mille annis poſt Chriſtũ hanc captiuitatem presbyteris aſsignatam, hanc libertatem appellans, quam Apoſtolus in contrario ligaturam inſinuat. Alligatus,inquit,es vxori,noli quęrere ſolutionem. primę Corinth.7. Quem locum exponens epiſtola ad Geruchiam.9. de Digamia HIERONYMVS. 5 Vxor†, inquit, alligata eſt viro, & vir alligatus eſt vxori intantum, vt ſui corporis nõ habeat poteſtatem, & alterutri debitũ reddant, nec poſſunt habere pudicitiæ libertatẽ, qui ſeruiunt dominatui nuptiarum. Hæc ille. AVTHOR. Quid ad Valerium mittam iſtũ, qui tantam ſibi libertatem ſpondet ſub vinculo mulieris? non credet illi,forſan, nec Terentio: vix dignum putet audire Salomonem: ſed Paulum, & ſi nolit, audiat primæ Corinth.7. Si acceperis vxorem,non peccaſti,& ſi nupſerit virgo,non peccauit: tribulationem autem carnis habebunt huiuſmodi. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Hoc eſt,etſi à peccato liberi ſunt, tamen in hac vita tribulationes habebunt,vt ſunt gemitus ventris,nutrimẽta filiorum,victus,tegumenta,dotes,ægritudo,apparatus domus, vxoris neceſsitas, mariti dominatio. Ego autem vobis parco. Parcit quando

Continentiæ votum.

Witcleff ſacerdoti nuptias permittit.

Sacerdos uxoratus.

Coniugio rũ miſeræ ſeruitutis.

do ad hæc magis prouocat quæ tribulationes carnis & ſollicitudines memoratas excludãt. Et infrà. Volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Diminuta enim ſollicitudine ſeculi, in Dei rebus propenſiùs vigilatur. Qui ſine vxore eſt, cogitat quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo. Quomodo ſine ſollicitudine ſimus oſtendit, dicens: Qui ſine vxore eſt, cogitat quæ domini ſunt. Amputata enim ſollicitudine rei vxoriæ, quæ in mundo ſola cæteris grauior eſt, ad Deum promerendum animus eruditur: Si tamen hac ſpe animus his moleſtijs ſe exuat, vt domino magis ſeruiat. Hæc ibi. AVTHOR. Ecce q̃ apoſtolus dicit, Tribulationes carnis multas paſſuros eſſe, qui coniugijs obſequuntur, & Ambroſius eas exponens dicit, Ægritudines, apparatum domus, vxoris neceſsitatẽ, mariti dominationem: tandem in generali dixit, ſollicitudinem ſolam rei vxoriæ eſſe rem in omni mundo cæteris grauiorem. Et præter has in ipſa carne prurigines voluptatum, & appetitus illicitos. Tribulationes carnis exponit libro primo contra Iouinianum capite. 6. HIERONYMVS. Tribulationẽ, inquit, carnis habebunt. Huiuſmodi nos ignari rerũ, putabamus nuptias ſaltem carnis habere lætitiã. Si autem nubẽtibus, & in carne tribulatio eſt, in qua ſola videbantur habere delicias, quid erit reliquũ propter quod nubant, cũ & in ſpiritu, & in anima ipſa tribulatio ſit? Hæc ille. AVTHOR. Et planiùs adhuc libro de ſingularitate clericorum. AVGVSTINVS. Si mariti & vxores deſideria cõiugalia quotidie gerentes non ſibi ſufficiunt, qui ad augẽdas impugnationes fœminis ſociantur: ex improuiſo vel tranſeunter ad horam fœmineus aſpectus occurrens ſagittas alienis oculis iactat, quando libera nõ eſt ſimplex reuerẽtia, quid illic geritur, vbi libertatis ſumit mulier in contubernalitate cõſtantiã? Hæc ille. AVTHOR. Ecce libertas, quam p̃dicant Witcleuiſtæ, grauiſsima eſt omnium ſeruitus, quam ipſi captiui libertatem vocant. Quare nõ propter prolis bonum, propter quod ſolum appetendæ ſunt nuptiæ, ſed q̃ libertatem cõſequuntur in voraginem voluptatis, quam ſolã damnabat, & cauebat apoſtolus dum diceret, tantum ne libertatem in occaſionem detis carni. Sed dicis, Sufficit† mihi mea libertas, volũtas eſt, nõ ſeruitus: imò ſeruitus, & inde quia eam vis, vilior. Prætextatus in Saturnalibus Macrobianis ait, Seruitus nulla deterior eſt, quàm volũtaria. Quod nos noſtris ceruicibus inferimus, non patimur reprehẽdi. Sed quos nos arguimus iam? In quos modò iacula verborum dirigimus, ſi cunctos fideles, multò potiùs ſacerdotes miniſtros Chriſti, turpe eſt videre præpeditos officijs pudicitiæ libentiùs inſeruire fidei coniugij q̃ libertati, quia ſuprà ex verbis apoſtoli Hieronymus ait, nõ poſſe habere pudicitiæ libertatem, qui ſeruit dominatui nuptiarum? Proh pudor, non eſſe æquum cenſuerunt apoſtoli relinquere verbum Dei, & deſeruire menſis, quanto magis iniquum eſt & fœdum derelinquere verbi Dei miniſterium, ſacramentorum exercitium, orationum inſtantias, interuentiones pro peccatis & ſacrificiorum ritus (propter quæ ſacerdos potiùs ordinatur, ſecundum illud apoſtoli, Omnis ponti fex pro hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt dona offerat, & ſacrificia pro peccatis) vt† deſeruiat non modò menſis, ſed & vxoris cubili, in domo, & in natorum crepundijs, faſciolis: nexare panniculos, ad omnẽ tuſsim vxoris reſpondere, ſuſpirium obſtetricum, nutus agnoſcere puellarum, ſtridula murmura modeſto verbo compeſcere, fœminarum examini præparato obſonio ſe abſentem facere: foris item ſtiuas & aratra, cõfines habere boues & pecora, ligones & ſarculos tractare cum ruſticis: lites item & fœdera terminare cum proximis, & nihil ſordidum, nihil vile inter rumores in auditum permittere. Dicat Willelmus, dicat Witcleff an his neceſsitatibus coniugũ miniſtrare, menſa etiam Chriſti relicta, ſit æquum clerico, licitum ſacerdoti? Dicit ipſe viua voce, examinatus reſpõdebát antiſtiti tres eſſe caſtratorum modos iuxta euangelium. Quidam caſtrantur natura ab vtero matris: quidam violentia, vt ſpadones: quidam ſponte caſtrauerunt ſeipſos propter regnum cęlorum, de quorum tertio Chriſtus nõ iuſsit, ſed ait: Qui poteſt capere, capiat: quaſi diceret, ſi non capio, liber ſum Chriſto. Nam apoſtolus inquit primæ Corinth. 7. Si acceperis vxorẽ, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, non peccauit. Sed magiſter eius Witcleff, qui docuit cõnubia ſacerdotum licita, etiam à clero, & ſacerdotio vſq; ad ſeculũ docuit retroceſſum ad ſextum argumentum Stroodæ in fine. Renuntiatio inquiens temporalium bonorum, titulo ſeculariter poſsidendi cuicunq; clerico debet competere, & qui ſentit ſe minus diſpoſitum, & ſic viuendum de parte domini, abſtineat ab officio clericali: nec video quomodo repugnaret legi diuinæ, q̃ clericus ſentiens ſe inhabilem ad illud officium, ad ſecundum retrocedat, quod licet temeritate quadam reliquerit, ſed non tantum, quantum fungens officio

7 *Maritorũ miſeriæ,*

Witcleff.

6 *itus uo aria eſt ctior, q̃ ta.*

ficio clericali. Hęc illic Witcleff. AVTHOR.
8 Hac † excuſatione in peccatis ſe valde tutum putauit, quaſi Iouiniana hæreſis vſque ad eũ
Votũ, libertatẽ auſert. ſine hac expoſitione ſua indefenſa iaceret. Infelix homo poſt ſacerdotem marite, & tranſlato in peius ſacerdotio de presbytero laice, qd ad te, hæc liberorum electio, qui iam elegiſti & cepiſti? An dixit tibi Chriſtus ſilẽter, quod alijs nũquam dixit: Qui poteſt capere capiat, & qui iam cepit, tenere deſiſtat? Et Apoſtolus, Nunquid te licentiat dicens, Si iam voto te caſtraſti inter eunuchos euãgelij tertios, & poſt hoc vxorem acceperis non peccaſti? Adoleſcentiores viduę damnantur à Paulo, quia primam fidem irritam fecerũt, & te fides prima, quia ſacerdos es, imò nulla, tenebit. Vnde in hunc locum primæ ad Corinth. 7. Si acceperis vxorem, non peccaſti. In libro annotationum HIERONYMVS. Illos dixit nõ peccare ſi nubant, qui nondum vouerunt Deo caſtitatem: cæterũm qui vel in corde ſuo promiſit, ſi aliter fecerit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per votũ ſibi fecit illicitum. Sicut Ananias & Sapphira, quibus poſt votum de p̃tio poſſeſſionis ſuæ retinere nihil licuit, illicitè tenuerunt. Ob quam cauſam ſubita morte proſtrati ſunt. Hæc ille. AVTHOR. Vides te talem iam non eſſe poſt fidem præſtitã in ordinatione, vt nubere poſsis impunè, quàliter ante ſuſceptum ordinem potuiſſes? Nam, vt dixi, Vidua damnationem habet ſi nupſerit: ſic virgo, quanto magis ſacerdos. De quo lib. primo contra Iouinianum cap. 6. HIERONYMVS. Si nupſerit virgo, non peccauit: nõ illa virgo, quæ ſe ſemel Dei cultui dedicauit. Harum enim ſi qua nupſerit, habebit damnationem: quia primam fidem irritam fecit: ſi autem hoc de viduis dictum obiecerit, quanto magis de virginibus præualebit? cùm etiam his non liceat, quibus aliquando licuit. Virgines enim, quæ poſt cõſecrationem nupſerint, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtæ. Hæc ille. AVTHOR. Sacerdotes quoque ſi nupſerint, non ſacrilegi ſunt, ſed apoſtatæ: qualiter ergo nubent? imò ait, quia Chriſtus tale votũ ſacerdotio non adiunxit, ſed papa, aut epiſcopus in friuola lege ſua. Eſto q̃ iſta dicas: ſed nunquid hoc ipſum corde promiſiſti ſeruare intrans ad ſacerdotium? ſi non, fefelliſti gratis, cùm nullus coẽgerit ordinari: ſi ſic, aliud ſi feceris, damnationem habebis, quia primam fidem irritã feciſti, inquit Hieronymus. Vtrũ-
9 uis † elige, aut Deo mentitus es & hominibus, aut damnationem fidei læſæ habes: nec fictio mentis, nec fraudulentum te poteſt excuſare ſilentium, quia votum tale non expreſsiſti vocaliter, facto publico matri eccleſiæ te cõuincis reum voti. Nam milites in ſua ordinatione ſe obligatos recognoſcunt eccleſiæ ſola oblatione & depoſitione gladij, vt ait SARISBVRIENSIS. 4. Polycraticon. Nec neceſſe eſt, inquiens, vt hoc miles profiteatur verbo, cùm legitima profeſsio militiæ, facto eius videatur inſerta. Hæc ille. AVTHOR. Quanto magis in facto ſacerdotis ſub cõmuni fide eccleſiæ. Quod autem dicis Chriſtum non curaſſe continẽtiam clericorum, ergo Paulus malè dãnauit, quos Chriſtus propriæ libertati donauit, cùm hoc de virginibus cauebat, quia præceptum domini nõ habuit. Quomodo ergo deuitari iuberet in presbyteris, ſi præceptũ Chriſti non habuit, dicens ad Timoth. Hos deuita? Vnde libro de ſingularitate clericorum in fine AVGVSTINVS. Caueant nunc prędones pudoris & plagiarij caſtitatis mulierculis ſuis exponere moleſtias querelarũ: apud ſanctos noſtros non habent omnino ſuffugium, quib⁹ miniſteria eccleſiaſtica authoritate Pauli apoſtoli prohibentur. Et hos, inquit, deuita. Ex his enim ſunt, qui repunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducuntur varijs deſiderijs. Hæc ille. AVTHOR. Attendat iam qualiter Auguſtinus exponit apoſtolum iubentem deuitare Timotheo hos prędones pudoris, quos clericos, aut ſacerdotes nouimus, ducentes ſecum mulierculas oneratas peccatis. Heu pſeudo erãt tũc, vt Witcleuiſtæ nunc, promittentes mulierculis illis impunè ſecum miſceri, quod fecit Guilelmus ſuæ Ioannæ. Quod item notat in eodẽ loco Timoth. HIERONYMVS. Mulierculas oneratas peccatis. Illas capiunt, quæ ſunt oneratæ peccatis, impunitatem illis, ac veniã promittentes. Hæc ille. AVTHOR. Cùm huiuſmodi clericis Paulus, ait Auguſti. eccleſiaſtica authoritate miſceri prohibuit dicẽs: hos deuita: qualiter hoc niſi vota caſtitatis haberent ratione ordinationis annexa? De talibus item queritur Apoſtolus Petrus in. 2. canonica cap. 2. Hi, inquiens, velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem in his quæ ignorant blaſphemãtes. Sequitur. Voluptatem exiſtimantes diei delicias, coinquinationis & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti, pelliciẽtes animas inſtabiles. Hos dicit BEDA in expoſitione illius, tempore Petri & Apoſtolorum hæreticos Simoniacos, Menandrianos

Votũ ſine latumobligat.

drianos, Baſilidianos, Nicolaitas, Hebionitas, Marcioniſtas, & Cerdonianos. Tales prædicatores adulteros, & ſacerdotes petulcos habebant hæreſes tunc, nec iam inter Witcleuiſtas eſſe deſiſtunt. Quod aũt Auguſtinus dicit eos plagiarios caſtitatis, ob hoc dixit, ꝙvim caſtis inferunt, ſeductionibus impijs, quibus alliciunt inſontes detractione caſtorũ, dicẽtes caſtos turpes eſſe, & ſingulos impudicos. Qualiter hic queritur Petrus de ſuis, dicens eos in his quæ ignorãt blaſphemãtes, & ideo percipiẽtes iniuſtitiæ mercedẽ. Vbi in expoſitione BEDA. Mercedem iniuſtitiæ, pœnã dicit, quã opera iniuſtitiæ merẽtur: maximè in eis, qui cũ ipſi corruptioni carnis inſeruiũt, nihilomin⁹ cõuerſationẽ eorũ, qui viuũt caſtè, blaſphemant. Cùm ipſi veſanis teneantur erroribus, eis qui ſanum ſapiunt, detrahere non ceſſant. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ipſum fecerũt Witcleuiſtæ in parlamento quodam publico regis Ricardi horrendis & prodigioſis, nec fas dici rumoribus, libellis formatis, omnes regni aures in ſacerdotum & religioſorum catholicorum fœdãtes blaſphemijs, quorũ libellorũ plures iſte modò notatus Guillelmus ſe ſcripſiſſe fatetur: ſuum volens iuſtificare errorem comparatione peiorum, ſciens vbi magiſter ſuus Witcleff idem fecit ad argumentũ Stroodæ, poſtquã hypocritæ plus magnificarunt traditiones hominũ, q̃ legẽ ſcripturæ, horrebant deſpõſationem presbyteri vt venenum, ſed fornicationem etiã ſecundùm ſpecies turpiſsimas acceptarunt. Fides tamen ſcripturæ deſponſationem ſacerdotis non prohibet generaliter in quibuſlibet ſecularibus. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quæ item hæreticorũ inſania apud Vigilantij ſectatores frequentior erat: put epiſtola quæ incipit, Multa per orbẽ, ſcribit HIERONYMVS. Proh nefas, epiſcopos dicitur ſui ſceleris habere cõſortes, ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinãt diaconos, niſi priùs vxores duxerũt, nulli cælibi credentes pudicitiã, imò oſtendentes q̃ ſanctè viuant, qui malè de omnibus ſuſpicantur, & niſi prægnãtes viderint vxores clericorũ, infantesq́; de vlnis matrũ vagiẽtes, Chriſti ſacramẽta nõ tribuũt. Quid faciunt oriẽtis eccleſiæ? quid Ægypti & ſedis apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiũt, aut cõtinentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? Hoc docuit aũt Dormitantius fræna libidini permittens, & naturalẽ carnis ardorem, qui in adoleſcentia plerũq; ferueſcit, ſuis hortatibus duplicans, imò extinguẽs coitu fœminarũ, vt nihil ſit quo diſtemus à porcis, quo differam⁹ à brutis animãtibus, quo ab equis: de quibus ſcriptum eſt, Equi inſaniẽtes in fœminas facti ſunt mihi, vnuſquiſq; in vxorem proximi ſui hinniebat. Hęc ille. AVTHOR. Hoc † pondero in vtroq; patre Auguſtino & Hieronymo, ꝙ vterq; de primo millenario Chriſti fuit, & vterq; pleno ore cõdemnauit has nuptias, vel magis ineptias, & luxurias clericorum: nõ per ſe ſolos, ſed Hieronymus eccleſiam oriẽtis & Ægypti teſtem adducit: nec omittit apoſtolicæ ſedis morem de pudicitia clericorũ, nec alios admittentis, quàm caſtos, & cælibes, Alter vero. ſ. Auguſtinus, omnium factorũ præteritorum tollit eis conſenſum, apud ſanctos noſtros, inquit, nõ habent omnino ſuffugiũ.

¶ Quòd in tota eccleſia ſanctorũ deeſt Witcleuiſtis exemplũ, vel authoritas de coniugio ſacerdotum, & ordinatione digamorũ.

CAP. LXVII.

SVMMA.

1 *Apoſtolorum ſi qui ante euangeliũ vxores habuerunt, quomodo poſtea aſſumpti in apoſtolatum, officium reliquerint coniugale.*

2 *Petrus ſolus coniugem habuiſſe certò ſcitur.*

3 *Apoſtoli quòd circũducebant mulieres pias, non ducebant.*

4 *Origenis dictum de caſtitate eorum, qui indeſinẽs ſacrificium debent offerre. Obiectio quædam, & ad eandem reſponſio.*

5 *Feminalia, quæ in antiqua lege ad operiendã carnem turpitudinis ponebantur & filiorũ eius fieri mandabantur, quid deſignabant.*

6 *Guillelmus hæreticus, quòd falsũ dixerit de Chriſto, quòd ipſe cuilibet trium ſtatuum eccleſiæ, inter quos ſunt clerici, nubendi legem inſtituerit, conuincitur.*

7 *Chryſoſtomi dictum aduerſus eos, qui dicunt, non poſſum, & quaſi uideatur accuſare conditorẽ.*

8 *Concilium Nicenum (in quo proiectus eſt Arius mundi ſtipula, & inhibitæ ſunt non tantùm clericorum nuptiæ, ſed & introduci fœminas ſuſpectas in domos eorum) adducitur.*

9 *Continentiæ honeſtas quantum ponderis continebat apud Romanos Flamines, aut uirgines Veſtales, oſtenditur. Et quid de Hierophantis Athenienſium.*

10 *Apoſtolici uerbi (unius uxoris uirum) duos peruerſos fuiſſe olim interpretes, demonſtratur.*

11 *Digami, quare arceamur ab ordine ſacro.*

Digitized by Google

IN tãta iã cauſa hæreſis, dicant Witcleuiſtę, quis vnquã Apoſtolorũ poſt apoſtolatũ ſuſceptũ, coniugem accepit, vel in coniugali ratione ſeruiuit acceptæ? Hic Guillelmus hælitabũdus quærere cœpit inter apoſtolos, & tãdẽ oẽs penè dixerat vxoratos, & potuiſſe poſt apoſtolatũ (quis nõ ſcribatur) ſic ad vxores reuerti, ſicut ad piſcãdi officiũ. Hoc à Iouiniano ſuo qui accepit ſic dicens, libidinis ſuę ſtatum arripuit: cõtra quem lib. 1. cap. 16. HIERONYMVS. Neq; †enim euangeliũ ante crucẽ Chriſti eſt, quod paſſione ipſius, & ſanguine dedicatur. Iuxta quã ſententiã & cæteri apoſtoli, vt ei ex ſuperfluo interim concedã, habuerunt quidã vxores, ſed quas eo tẽpore acceperũt, quo euangeliũ neſciebãt, qui poſtea aſſumpti in apoſtolatũ, reliquerũt officiũ coniugale. Nã cũ Petrus ex perſona apoſtolorũ dicat ad dominũ: Ecce nos omnia relinquẽtes ſequuti ſumus te, Reſpõdit ei dominus: Amen dico vobis, quoniam nemo eſt qui dimiſerit, aut parentes, aut fratres, aut vxores, aut filios propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in ſeculo iſto, & in futuro ſeculo vitam æternã. Hæc ille. AVTHOR. In hac quęſtione oblationis Petri, cõcludit Hieronymus apoſtolos omnes vxoribus renũtiaſſe perpetuò, ſi iã plures haberẽt. Quod concedi ponit pro iã, ſed probat ex ſcripturis ſolũ Petrũ fuiſſe maritũ, recitãs textũ Pauli quomodo apoſtoli circũduxerũt ſorores ibi infrà. HIERONYMVS. Oſtẽdit eas germanas in ſpiritu, nõ coniuges, quanquã excepto Petro †apoſtolo nõ fit manifeſtè relatũ de alijs apoſtolis, q̃ vxores habuerũt: & cũ de vno ſcriptũ ſit, ac de cæteris tacitũ, intelligere debemus ſine vxoribus eos fuiſſe, de quibus nihil tale ſcriptura ſignificat. Hęc ille. AVTHOR. Interrogat Guilelmus, ſed ſi Petrus dimittit vxorem, vbi in ſcripturis inuenitur reliquiſſe eã penitus, nec reſumpſiſſe eã de cætero? Iã dixit tibi ſanctus Hieronymus, q̃ vbi reliquit nauiculã, ibi reliquit & cõiugem, teſtãte Chriſto, cũ reſponderet eidẽ: Nemo eſt qui dimiſerit vxorẽ, patrẽ, aut filios &c. Et in epiſtola ad Iulianum cõſolatoria de pignoribꝰ. Idẽ HIERONYMVS. Qui in ſeculo primus es, cur non & in Chriſti familia primus ſis? An quia vxores habes? habuit Petrus, & tamen cũ reti & nauicula eam dereliquit. Hæc ille. AVTHOR. Elige qđ velis cũ Iouiniano tuo, cedo tibi, cũ Hieronymo ſume in maiorem cauſæ tuæ perniciem cæteros apoſtolos cũ Petro, q̃ ante ſuũ apoſtolatũ mariti erant, Exceptis Ioãne & Paulo: poſt acceptũ ſacerdotiũ quis eorũ ad maritale officiũ reuerſus eſt? quis ſanctorũ in ſcripturis, epiſcopatus aut ſacerdotij miniſterio retento, vel relicto, iure coniugis ſeruiuit vxori? Si liberi erant, cur libertatẽ ſuã nullus oſtẽdit? poteſtatem habebant omnes de euangelio viuere, poteſtatem habebant non viuere, poteſtatem ſuam ſine ſumptibus viuere Paulus oſtendit: poteſtatẽ itẽ ſuam ſumẽdi victus ſubſtantiam cæteri oſtenderũt etiã ad onus eccleſiæ: poſſẽ vobis oneri eſſe ſicut apoſtoli Chriſti, ait Paulus ad Theſſalonicenſ. 1. Circũduxerunt mulieres, ſorores, cęteri, nõ Paulus. Circũduxerũt †inquit, non duxerunt. Vnde in illũ locum. 1 Corinth. 9. In annotationum libro HIERONYMVS. Nõ de vxoribꝰ dicit, ſed de his, quę propter ſigna, quæ faciebãt apoſtoli, ſequebãtur: ſicut & cæteri apoſtoli. Nõ dicit mulieres ducendi, ne de vxoribus putaretur, ſed circũducendi, inquit, per prouincias, quæ neceſſaria de ſuis facultatibus miniſtrarent. Hæc ille. AVTHOR. Et lib. 1. cõtra Iouinianũ cap. 16. Hoc idẽ. AVTHOR. Ecce qui tantã libertatẽ cõtuliſti nuptijs ſacerdotũ per totum Chriſti millenariũ à primitijs eiꝰ vſq; nũc, te poſtulo, vt vel vnũ ſanctũ non hæreticũ Nicolaitã, Bardeizitam, Iouinianiſtã, Vigilantianũ, aut taliũ ſequacẽ eccleſiaſticè non correptũ proferas exẽplarẽ. Apoſtolus eos vitari mãdauit, quo iure regula caſtitatis præcipitur omnibus, ſeruatur à ſingulis: niſi iure diuino, q̃ antiquis ſacerdotibus cõtinentiã metu mortis indixit toto tempore iugis miniſterij, & vt impleatur in Chriſto perennitatẽ cõſequitur. Ecce vnus antiquus ſcriptor de millenario Chriſti hom. 23 ſuper librũ Numerorũ. ORIGENES. Ille † offerre poteſt, qui indeſinẽter cuſtodit cõtinẽtiã, & cõſeruat ſemetipſum à peccato, qua die interruperit, & p̃cauerit, certũ eſt, q̃ in illa die nõ offert ſacrificiũ indeſinẽs Deo. Vereor dicere aliquid, qđ ex ſermonibus apoſtolicis intelligi datur, ne fortè videar aliquos contriſtari. Nã ſi oratio iuſti ſicut incẽſum in cõſpectu Dei, & eleuatio manuũ eius ſacrificiũ veſpertinum: dicit aũt apoſtolus his, qui in coniugijs ſunt, Nolite fraudare inuicẽ, niſi forſan ex cõſenſu ad tẽpus vt vacetis orationi: & iterũ, Reuertimini in idipſum: certũ eſt impediri ſacrificiũ indeſinẽs his, qui cõiugalibus neceſſitatibus inſeruiũt. Vnde mihi videtur, q̃ illius ſolius eſt ſacrificiũ offerre indeſinẽs, qui indeſinẽti, & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Hæc ille. AVTHOR. Scienti ſcripturas loquitur Origenes: quarũ vſu celebri quadã antonomaſia

Apoſtoli cõiugale officium reliquerunt.

Petrus ſolus cõiugẽ habuiſſe cer tò ſcitur.

Circũducebãt, non ducebãt apoſtoli mulieres pias.

Digitized by Google

ſia ſacerdos iuſt⁹ vocatur, vt ibi, Deſudet elee moſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des. Et quia ſacerdotis ſolius ius eſt offerre ſacrificiū Deo, qđ Chryſoſtomus exponit no bis euchariſtiā. Sed ſine præiudicio coniugū Origenes dicit intellectum Apoſtoli eſſe, ꝙ illius ſolius eſt hoc officiū, qui indefinēti, & perpetuæ ſe deuouerit caſtitati: hoc de iugi ſacrificio veteri dici nō potuit, vbi cōpleta vice, ſacerdos ad vxorē reuertitur: inſtabat neceſsitas tēporis, ne ſub cælibatu perpetuo tribus Leui deficeret: iā ergo vbi ſacerdotium nō carne propagatur, ſed ſpiritu, ſuſpendit Chriſtus carnis officiū, vt totum ſpiritu cōpleatur. Dices, Imò ab apoſtolo, epiſcopi, & ſacerdotes, & diaconi vnius vxoris viri & habentes filios ordinātur. Hoc verum eſt, ſicut exponit Ambroſius, habentes filios, non faciētes. Sic ſumpſit Iouinianus tuus apoſtolus, ſed ſic deceptus eſt, non intelligens ſicut reſpōdet ei libro primo eodem capitu. 20. HIERONYMVS. Tūc in nouello germine leuiora præcepta dabantur, & quia nec tanti virgines erant, quanti neceſſarij ſacerdotes, ideo ſunt ordinati mariti, ſed qui ſerui vxorū eſſe deſierāt, inquit Beda, non vt tu ſomnias, qui coniuges retinerēt. Non igitur dicat mihi Guillelmus Zachariam patrem Ioannis nuptum Elizabeth, nō Hieremiæ patrem, aut alium ex prophetis: ſed audiat apoſtolum dicentem ad Hebræos tranſlatum ſacerdotium Aaron, vt legis tranſlatio fiat, & iam multò ſanctius ſacerdotium Chriſti eſſe, quod ex ruinis legis Chriſtus impleuit, ita vt ſemicaſtum ſacerdotium legis antiquæ breue factū pro tempore, iam caſtitatis voto facto debet eſſe perenne. Videtur mihi, inquit Origenes, quòd illius ſolius eſt offerre, qui ſe indefinēti, & perpetuæ deuouerit caſtitati: eo enim quo ſe ordinari cōſentit, hoc votum caſtitatis ꝓmittit, ſicut dicit ſuprà Dionyſius hoc deſignare acceſſum eius ad altare, vt ſe præſentet epiſcopo. Quod itē in antiqua lege feminalia deſignabāt. Quod lib. 3. de tabernaculo cap. 11. textu Exodi. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis, ſic exponit BEDA. Feminalia ‡ hæc, quę ad operiendā carnē turpitudinis fieri mandantur, illā caſtimoniæ portionē, quæ appetitum copulæ coniugalis cohibet, propriè deſignāt, ſine qua nemo vel ſacerdotium ſuſcipere, vel ad altaris poteſt miniſterium cōſecrari, id eſt, ſi nō aut virgo permanſerit, aut contracta vxore cōiunctiōis fœdera ſoluerit: quod videlicet gen⁹ virtutis nulli per legē Dei neceſſariò imperatū, ſed voluntaria eſt deuotione domino offerendū: dicēte ipſo de hoc, Non omnes capiunt verbū iſtud. Ad quod tamen benigna mox exhortatione eos qui poſſunt inuitat, dicēs, Qui poteſt capere, capiat. Et paulò poſt eiſdē, qui vel vxorē, vel alios cognatos, & implicamenta mūdi huius propter ipſum reliquerūt, centuplū ꝓmittit in hac vita præmiū, & in ſeculo futuro vitā æternam. Vnde certæ gratia diſtinctionis nō Moyſes hoc indumēto veſtire Aarō & filios eius iubetur, ſicut de priorib⁹ dicitur: Veſties his Aaron & filios eius cum eo, ſed facies, inquit, feminalia linea, vt operiāt carnē turpitudinis ſuæ. Tu feminalia pontifici, & filijs eius facies, tu caſtitatis regulam docebis, tu abſtinendum ab omni cōplexu eis, qui ſacerdotio functuri ſunt, intimabis, nullū tamē violentū huiuſmodi cōtinentię iugū impones, ſed quicunq; ſacerdotes fuerint, ac miniſterio altaris ſeruire voluerint, ipſi ſua ſponte vxorum ſerui eſſe deſiſtāt. Quod vbi perfecerint, & ſuſcepto ſemel continentię propoſito miniſtros ſe ſanctuarij atq; altaris fore cōſentiūt, aderit lex diuina, quæ velut certum illis habitum ſacerdotibus congruū imponēs, quomodo viuere, vel docere debeant, ſuperabūdanter inſtituat cōgaudensq; ſpontaneæ ipſorū deuotioni, dignū ſacerdotio donū ſapientiæ, patiētiæ, manſuetudinis, zeli ſpiritualis, humilitatis, miſericordiæ, timoris domini, cæterorūq; huius ornamentorū ſuperaddet, alioquin iniquitatis rei moriuntur. Mortem nanq; certiſsimā incurrit animæ ſi quis luxuriose viuens, ſacerdotalem ſibi vſurpare gradū præſumit. Hæc ille AVTHOR. Ex ‡ hac ſcripturarum congerie conuincitur Guillelmus falſum dixiſſe de Chriſto, quòd ipſe cuilibet trium ſtatuum eccleſiæ, inter quos ſunt clerici, nubendi legem inſtituit: quia ad contrarium inuitauit, dicens cunctis futuris clericis, Qui poteſt capere capiat: antequam ceperit per votum, videat ſi poſsit implere promiſſum. Nullus, inquit Beda, ſiue hoc voto vel vt virgo exiſtēs, virgo ꝑmaneat, aut cōtracta vxoriæ cōiunctionis fœdera ſoluat, cōſecrari permittitur: nulli præcipitur, nullus penè iā cogitur inuitus, ſed qui iā cōſenſit eſſe ſacerdos, voto caſtitatis ſe ſpōte cōſtrinxit, Qui poteſt, inqt, capere capiat. Nō potui capere, inquis Guillelme. Ætatem habebas, de teipſo loqui poteras, annum vigeſimumquintum agens. Cur hoc non dixeras ante conſecrationis officium, imò magis cur facto, te poſſe dixiſti cum alijs ſanctis ingredi in ſancta præſumens, te antiſtiti te conſecraturo ſponte præſentans? tunc capere potuiſti, de cætero reatum obligationis tuæ cœpiſti.

Tunc,inquis,potui,modò nō poſſum.Ergo a-
liū te feciſti,quā Deus cōdidit: imò ipſo Cain
deterior factus es, cui Deus ait, qui mentiri
non poteſt: Sub te erit appetitus tuus, & tu
dominaberis illius. Et notanter ad has fal-
ſas excuſatiōes virorū carnaliū tollēdas dicit
Moral. 17. ſuper epiſtolā ad Hebræos CHRY
7 SOST. Nō ꝓ em̄ dicere oportet,nō poſſum,&
accuſare conditorē. Si em̄ impotētes fecit nos
qui iubet, accuſandus eſt. Qualiter igitur ais
multi nō poſſunt? Quòd nō volūt dic. Si enim
voluerint,omnes potuerint. Propterea & Pau
lus ait. Volo omnes hoīes eſſe vt meipſum:
quia ſciuerat,ꝙ oēs eſſe poterant vt ipſe. Non
em̄ ſi demū impoſsibile eſſet hoc dixiſſet. Vis
fieri: velle primū aſſume ſolū. Dic mihi. In o-
mnibus artibus cū volueri mus in eis fieri con
tenti ſumus, ſolo aūt velle tāgimus res, quale
eſt quod dico. Vult quis fieri gubernator, nō
dicit volo,& in hoc contentus eſt,ſed rē tāgit.
Abſentari rurſus vult, ſed non dicit volo, ſed
rem tangit. Demum in omnibus non ſufficit
velle ſolum, ſed ſufficit velle cum opere: quia
aſſumit rē quę laboratur. Dicamus em̄ coope
ratorē & cōgeſtatorē Deū, ſolū velimus, ſolū
operi offeramus, in re ſolū ſollicitiſim⁹. Hæc
ille. AVTH. Iā dignè reſpōſum eſt huic ꝓtēſę
ratiōi carnaliū, nō poſſum, ergo cōditor reus
eſt ſuæ iuſsionis, quā tibi dixit, qui te impotē
tem fecit. Caſu & in ipſo contingētiæ, quē ha
bemus præſentē, Apoſtoli votū inducitur di-
cētis: Vellē omnes hoīes eſſe tāquā meipſum.
Quòd ſi nō oēs potuiſſent, non hoc ipſe dixiſ
ſet, ait Chryſoſtomus. Ad hoc dicat impoſsi-
bilis, ſeu impotēs noſter Guillelmus cōtra A-
poſtoli ſentētiā, dicat, Fatue ſic Paule vouiſti,
quia nō omnes hoc poſſunt, quod tu eſſe me-
ruiſti. Quòd ſi nō fatuū hoc eius votū erat, po
tuit audeo dicere Guillelmus cōtinere. Potuit
inqt Chryſoſtomus primū, ſed noluit demū:
ſi velle ſuū facto cōiūgeret, quia Deus ipſe vo
lēti cooperari nō deſinit. Hoc ex omnibus ti-
bi dico: noli fallere Deū, quia vouiſti, iā te a-
ſtrinxiſti, ait Auguſtinus. Aut quas tibi gra-
tes, ſi iā adeſſet, redderet Auguſtinus, ꝙ rapui-
ſti ei argumēti exēplum de grādi continentia
clericorū, cū intēderet deprimere peruicaciā
laicorū cauſantiū ſe cōtinere nō poſſe lib. 2. de
adulterinis cōiugijs in fine, AVGVSTINVS.
Si modò hoc nō poſſet infirmitas hominum,
multo minus id poſſet ſexus infirmior fœmi-
narum. Vnde iſtos, qui virilem excellentiam
non putant, niſi peccandi licentiam, terre-
mus, ꝙ adulterinis cōiugijs inhærēdo pereant
inæternū: ſolemus em̄ eis ꝓponere etiā conti-
nentiā clericorū, qui plærūq; ad eandē ſarcinā
ſubeundā capiūtur inuīti, eāq; ſuſceptā vſque
ad debitū finē, domino adiuuāte, perducūt. Di
cimus ergo eis, ꝙ ſi & vos ad hoc ſubeundum
populorū violētia raperemini, nōne ſuſceptū
caſtè cuſtodiretis officiū, repēte cōuerſi ad im
petrādas vires à domino, de quibus nunquam
antea cogitaſtis? Sed illos, inquiūt, honor plu
rimū cōſolatur: reſpondemus & vobis timor
multò ampliùs moderetur. Si enim hoc multi
Dei miniſtri repēte atq; inopinatè impoſitū
ſuſceperūt, ſperātes ſe illuſtriùs in Chriſti hæ-
reditate fulgere, quanto magis adulteria cauē-
do viuere cōtinenter debetis, metuētes non in
regno Dei minus lucere, ſed in gehenna ignis
ampliùs ardere. Hæc ille. AVTHOR. In toto
iſto paſſu nō venit ad calamū Auguſtini quo-
modo tales ad clericatum rapti, poſſent licitè
nubere, & eo licentiùs, quo cauſari poſſent do
nū illud cōtinētiæ nō eis deſuper datū eſſe, ſed
ſub eadē ſarcina cōtinentiæ, cūcta ad bonū fi-
nē perducunt, & ad illos querulos de impotē-
tia cōtinendi audacter ſupponit eos caſtè cu-
ſtodituros officiū: quia ſi repēte cōuerterentur, impetrarēt vices à domino, quas antea nū
quā cogitarent. Sed noſter Guillelmus cū an-
tea potuit, ſacerdos factus non poteſt eſſe ca-
ſtus, ab alijs gētibus lōgè ſemotus: fragilis in
natura, ita ꝙ nō ſit ſimilis ei in terra. Et ꝙ tor-
ques in papā, qui legē inſtituit poſt millena-
riū Chriſti, quid hoc tibi ꝓderit papæ noceat? Mora tēporis, Chriſti legē non excludit,
vt ſi manè non fiat, ſaltē ſero fiat quod iuſſe-
rit. Iā omnes ſancti clamāt hanc continentiā
8 clericorum neceſſariam legi Chriſti. Ipſi ꝓ ve-
tuſti patres item infra millenarium tuum an-
nis ſexcentis omnes, qui in illo glorioſiſsimo
Niceno concilio, vbi proiectus eſt Arius ille
ſtipula mundi: ibi omnes inhibuerunt nō nu-
ptias tantūmodo clericorum maiorum, ſed &
introduci fœminas in domos clericorum, quę
ſuſpiciōis notā poſſent attrahere. Vnde inter
canones magni cōcilij Niceni tūc Paulino &
Iuliano conſulibus eſt cap. 3: CONCILIVN
NICENVM BITHINIAE. Interdixit per
omnia magna ſynodus nō epiſcopo, nō preſ-
bytero, nō diacono, nec alicui omnino, qui in
clero eſt, licere ſubintroductā habere mulierē,
niſi fortè matrē, aut ſororem, aut amitam, aut
eas tātùm perſonas, quę ſuſpiciones effugiūt.
Hæc ibi. AVTHOR. Vide ſi papa poſt Chri-
ſti millenarium ſacerdotum nuptias infirma-
uit. Iam fœminarum contubernium in capite
tui millenarij tot epiſcoporum cōcilium peni
tus interdixit. Nec mirum, fecerūt ipſi Apo-
ſtoli

Digitized by Google

ſtoli Chriſti:qd reſtat papæ igitur facere poſt primum millenarium,ſi fuiſſet ad ipſum hucuſque omiſſum,ſi ſit lex Chriſti, quantumcũque tardè ſeruãda eſſet:lex autem Chriſti eſt, Serò ergo item in vltima hora mundi ſeruanda eſt,aut certa mors animæ ſubeunda.Et huius rei cautio potiſsima eſt apud papam,vt eã ipſe epiſcopis, & filiis epiſcoporum presbyteris,& miniſtris iniungat,quemadmodũ ſacerdos primus Moyſes Aaron pontifici & eius filijs imperauit, non tantùm Aaron in perſona & filijs illius,quos veſtire feminalia ſacrificantes inſtituit, ſed perſonam totam intelligens in ſpecie omnium ſacrificantium & miniſtrantium in futuro. Ordo enim ille miniſtrorum in actu perpetuo fuit caſtus, ſemper ſuſpenſus coniugio. Et quid nobis tẽpus tardum opponis? ante millenarium tuum pudicitia quærebatur in lege,imò & gentibus ſine lege.Si potes lege, vel audi Hieronymum cõtra Iouinianum libro primo ad finẽ,quid honeſtas iſta continentiæ apud Romanos Flamines aut Veſtales virgines ponderis continebat, HIERONYMVS.Cùm † Apoſtolũ
9 malis mulieribus digamiam viderint ignoſcẽtem, legant antequã religio noſtra fulgeret in mundo vni nuptas ſemper habuiſſe inter matronas decus. Per illas fortunæ muliebri ſacra fieri ſolita, nullum ſacerdotem digamum,nullum flaminem bimaritum,Hierophãtas quoque Athenienſium vſq; hodie cicutæ ſorbitione caſtrari,& poſtquàm in pontificatum fuerint allecti,viros eſſe deſinere. Hæc ille. AVTHOR. Videtis cum quanta religione continentiæ ſuperſtitioſa ſacra ſua celebrauêre gẽtiles,continẽtiæ,inquit,decreto perpetuæ:nõ tam profeſsione voluntatis ſpontaneæ,quàm neceſsitate violentiæ. Et vbi iſti ſine hac pudicitia quales erant nõ audebant ſacrificare dæmonibus:noſtri hæretici Deo ſacrificare non metuunt: facti fœminis ſubiugales,& qđ plus eſt,pluribus fœminis: contra quod gẽtiles obreuerentiam cultus, ſtatuerunt nullum digamum ſacerdotem, nullum flaminem bimaritum.Sed vbi ſunt digami aiunt Witcleuiſtæ, ordinari prohibiti niſi legibus antichriſti? Vnius vxoris virũ,non vnius fœminæ ante ordinationẽ maximè ſignauit Apoſtolus:quaſi iam poſt ordinationem poſſet ſe digamum facere liberè:qui digamus ſi eſſet, ordinari non debuit,nec licet digamus non eſſet,poſt ordinationem licet habere primam.Vnde in prædicta verba Apoſtoli in epiſtola ad Vercellẽſes AMBROSIVS. Virtutum inquit magiſter Apoſtolus eſt, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes, qui vnius vxoris virum præcipiat eſſe, non quo exortẽ excludat cõiugij. Nam hoc ſupra legem præcepti eſt,ſed vt cõiugali caſtimonia ſeruet ablutionis ſuæ gratiam: neque iterum in ſacerdotio filios creare apoſtolica inuitetur authoritate.Habentem etenim filios dicit, non facientem, neque coniugium iterare. Hæc ille.
10 AVTHOR. Ex † quibus euidens eſt, duos eiuſdem verbi apoſtolici peruerſos fuiſſe olim interpretes. Vnum qui diceret neceſſariò maritum ordinandum presbyterum,non ſuſcipi virginem,vel qui nuptias non contraxit, ſed omnino vnius vxoris virum: cuius ſententiæ erant omnes Vigilantiani presbyteri,qui clericos non ordinarunt,niſi habẽtes vxores tumentes vteris, aut vagientes pueros tenentes in vlnis, ſecundùm Hieronymum. Alterum qui diceret, etſi multas habuiſſet vxores, omnino poſt ſacerdotium debere fieri alicuius vxoris virum. Sed vtrique occurrit in verbo Pauli Ambroſius:habentem,inquit,filios,nõ facientem:neque coniugium iterare, quod dicit eſſe legem Chriſti. Iuxta Apoſtolum conſequenter AMBROSIVS. Nulla enim culpa coniugij, ſed lex eſt. Quod legis ergo eſt, non remittitur quaſi culpa, ſed tenetur quaſi lex. Ideo & Apoſtolus dicens.Si quis ſine crimine eſt vnius vxoris vir,ergo quia ſine crimine eſt vnius vxoris vir, teneatur ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi: qui autem iterauit coniugium,culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis. Diximus quid legis eſt, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoſcamus non ſolùm hoc Apoſtolum de epiſcopo & presbytero ſtatuiſſe, ſed etiam patres in concilio Niceno tractatus addidiſſe, neque clericum quenquam debere eſſe, qui ſecunda coniugia ſortitus ſit. Quomodo enim poteſt conſolari viduam,honorare, cohortari ad cuſtodiendam viduitatem,ſeruandam marito fidem,quam ipſe prior coniugio non reſeruauerit? Aut quid intereſſet inter populum & ſacerdotem, ſi iiſdem aſtringerentur legibus? Debet præponderare vitam ſacerdotis ſicut præponderat gratiam. Nam qui alios præceptis ſuis ligat, debet ipſe legitima præcepta in ſe cuſtodire.
11 Hæc ille. AVTHOR. Non † eſt ergo propter peccatum, ſed propter legem, quòd ab ordine ſacro digami arceantur. Et quanuis lex pondus authoritatis habet, quia diuina, additur tamen authoritati honeſtas, vt in aliquo præcedat populum caſtitas ſacerdotis. Additur item ratio,vt ratio legis cõditæ, ſit ratio

Digitized by Google

tio ſacramenti. Sacramentum autem eſt, vt in eo ſignificetur totius eccleſiæ vnitas Chriſto ſubdita vni viro. Quod item ſignaculum gerit ſacerdos vice Chriſti ad plebem. Vnde ſicut nec Chriſtus poteſt eſſe vel carne vel ſpiritu bimaritus. De qua libr. 2. de bono coniugali. cap. 32. AVGVSTINVS. Propterea ſacramentum nuptiarum temporis noſtri ſic ad vnum virum & vnam vxorem redactum eſt, vt diſpenſatorem eccleſiæ nō liceat ordinari, niſi vxoris vnius virum. Quod qui acutiùs intellexerūt, q̄ nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuerit alteram, ordinādum eſſe censuerunt. De ſacramento enim agitur, non de peccato. Nam in baptiſmo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit, Si acceperis vxorem non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccat, Et quod vult faciat, non peccat ſi nubat, ſatis declarauit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſacramenti autem ſanctitatem ſic fœmina, etiam ſi catechumena fuerit vitiata, nō poteſt poſt baptiſmum inter Dei virgines conſecrari. Ita nō abſurdè viſum eſt eum, qui exceſſit vxorum numerum ſingularem, nō peccatum aliquod commiſiſſe, ſed normā quandā ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ bonę meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſarium. Ac per hoc ſicut plures vxores antiquorum patrum ſignauerunt futuras noſtras ex omnibus gentibus eccleſias vni viro ſubditas: ita noſter antiſtes vnius vxoris vir ſignificat ex omnibus gentibus vnitatē vni viro ſubditam Chriſto, quæ tunc perficietur, cùm reuelauerit occulta tenebrarum. Hęc ille. AVTHOR. Sic habetis ex Apoſtolo & legem & rationem legis: vnde non ordinetur, qui in capiendis vxoribus exceſsit numerum ſingularem.

De ſacramentalibus precibus, & ritibus pœnitentiæ.

TITV. VIII.

¶ De manus impoſitione cum prece abſoluentis.

CAP. LXVIII.

SVMMA.

1 *Pœnitentiæ ſacramentum. Et quid de eo dicat hæreticus Witcleff arguendo.*
2 *Baptiſmus flaminis, & cordis conuerſio, quòd ſit idem.*
3 *Voluntas plena conficiendi quòd ſit neceſſaria uerè pœnitenti.*
4 *Exeūti ab hac uita ſine arra pacis matris eccleſiæ, quòd periculum damnationis immineat. Et quæ ſint arræ pacis eccleſiæ.*
5 *Pax eccleſiæ, quòd peccata dimittat.*
6 *Baptiſmus exterior, & impoſitio manus ſacerdotis quantū ualeant.*
7 *Pœnitentiæ ſacramentum, quòd ſit reiterabile, & non baptiſmus.*
8 *Mundandi à peccatis modi, narrantur.*
9 *Baptiſmus quomodo poſſit etiam ab hæreticis miniſtrari, & quando non eſſet reiterabilis.*
10 *Verba humanitùs adinuenta, & manus impoſitio. quæ ſunt arra pacis eccleſiæ, & quibus magnū geritur ſacramentum, quomodo abſoluunt hominem à peccato.*
11 *Laicus, quòd indigeat ſacerdote pro remiſſione peccatorum habenda, oſtendit Origenes.*

1 SAcramentum † pœnitentiæ, quauuis ſit alijs ſacramentis in obſeruantijs & ritibus parcius, in nullo tamē eſt à blaſphemijs Witcleff in multiplici eius inuaſione liberius. Libro enim ſuo de papa ca. 11. arguit ſic. Tam neceſſarium eſt ſacramentū pœnitētiæ, q̄ ſacramentū baptiſmi: ſed laicus poteſt vnū miniſtrare in caſu neceſsitatis, ergo & alterū, Reſpōdet. Videtur mihi q̄ ſicut nō eſt poſsibile peccatorē ſaluari niſi baptizetur baptiſmo flaminis, ſic nec poſsibile eſt peccatorem ſaluari niſi mēte pœniteat: verūtamē videtur, q̄ nulla ſcriptura obuiat, ſed cōſonat, q̄ quantūcūq; grauis peccator ſi in fine cōtritus fuerit, & ſi nullū ſacerdotē cōuerſantē ſecū cōſuluerit, aut peccata ſua auriculariter ei oſtēderit, & dicēdo verba humanitùs manū ſuper caput pœnitētis poſuerit, nō eo minus per abſolutionē Chriſti, quē oportet priùs abſoluere, eſt de numero ſaluandorū, quia cōmuniter in cōtritione p̄cedenti peccatū delet à dño. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hic videtis quātū hoc ſacramētū venerabile in ſe & ſuis ritibus paruipēdit. Poteſt tñ videri pleriſq; iſta dixiſſe catholicè, q̄ attentè dicta iſta ſub ambigua veſte ſua nō curāt inſpicere. Queror, vt ſæpe queſtus ſum,

Pœnitentiæ ſacramētū.

Digitized by Google

ſum, huius fraudem verſutiæ, quã penè ſemper tenet in verbis, ſed ſine ea non eſſet hæreticus obduratus. Pelagius quoque hoc modo hæreſim ſuam caligauit in verbis, prout Albinam & Melamiam inſtruit. Vnde libro primo contra Pelagium & Cæleſtium de gratia & originali peccato. AVGVSTINVS. Scripſiſtis, inquit, mihi cum Pelagianis egiſſe, vt quæcunque aduerſus eum dicerentur ſcripto damnaret, eum dixiſſe audientibus nobis. Anathema ho qui vel ſentit, vel dicit gratiam Dei, qua Chriſtus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, nõ ſolùm per ſingulas horas, aut per ſingula momẽta, ſed etiam per ſingulos actus noſtros nón eſſe neceſſariam. Et qui hanc coguntur auferre, pœnas ſortiuntur æternas. Quiſquis autem hęc audit, & ſenſum eius ignorat, quem in libris ſuis ſatis euidẽter expreſsit, ſequitur. Omnino enim putat hoc ſentire, quod veritas habet. Quiſquis autem quid in eis apertiùs dicat, aduertit, debet habere etiã iſta verba ſuſpecta. Hæc ille. AVTHOR. Ita igitur q legit in libris Witcleff quid cõtra baptiſmum, quid contra pœnitentiam apertiſsimè dixerit, & hic quid obtegit erui valet. Quid baptiſmum flaminis dixerit, & quid de
2 operibus mente pœnitere. Scimus† Auguſtinum & patres cæteros hoc dicere cordis conuerſionem, quod moderniores ſcholaſtici flaminis baptiſmum appellant. Ipſum. ſ. votum efficax ad baptiſmum flaminis cũ dolore dilatum, & inde à ſpiritu ſancto acceptum: nec ſine iſto voto baptizat flamen, quia contemnitur ſacramentũ ſi quid ex volũtate defuerit. Vnde lib. 4. de baptiſmo cõtra Donatiſtas cap. 39. AVGVSTINVS. Quibus omnibus rebus oſtenditur aliud eſſe ſacramentum baptiſmi, aliud eſſe conuerſionem cordis, ſed ſalutem hominis ex vtroq; cõpleri, nec ſi vnum horum defuerit, ideo putare debemus conſequens eſſe & alterum deſit, quia illud ſine iſto poteſt eſſe in infante: & hoc ſine illo potuit eſſe in latrone, complente Deo ſiue in illo, ſiue in iſto quod non ex voluntate defuiſſet. Cùm verò ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui: & baptiſmus quidẽ ineſſe non percepto baptiſmo, ſed contẽpto baptiſmo nõ poteſt: neq; enim vllo modo dicenda eſt conuerſio cordis ad Deũ, cùm Dei ſacramẽtum contẽnitur. AVTHOR. Ex hoc eodem loco ſuprà lib. 5. probauimus. Nec pigebit ex eodẽ in hoc loco quid de baptiſmo flaminis, id eſt, Spiritus ſancti contra fallaciã Witcleff ſit dicendum, oſtendere. Nullo modo dicenda eſt conuerſio cordis, inquit Auguſtinus, cũ Dei ſacramentum contemnitur. Cõtemnitur aũt, ſi voluntas habendi defuerit, in tantũ, vt nec Deus ſacramẽti vicem ſuppleat, nec flamen tunc baptizet. Sic enim ait Auguſtinus: complente Deo, in quiens, quod nõ ex volũtate defuiſſet. Cùm verò ex voluntate alterum defuerit, in reatu hominem inuolui: & ſequitur, quod ait Sapiens: Quia in maliuolã animam nõ introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Conſequens ergo eſt, vt vbi voluntas efficax nõ eſt, ita vt doleat deeſſe baptiſmi ſacramentum, nec baptiſmo flaminis baptizatur à peccatis. Et ſic concludas, ſi tibi videtur cõgruum exemplum, q
3 †nec eſt poſsibile peccatorem ſaluari, niſi mẽte ritè pœniteat, deeſſe. ſ. ſibi quibus implere vellet pœnitentiæ ſacramentum. Si enim diuinum promiſeris ſupplementum, & baptiſmũ flaminis ei, qui baptizari renuerit, erraſti deformiter, & ita in ſyllogiſmo tuo ſi mẽtis pœnitentiam dixeris efficacem & acceptã Deo, quæ eccleſiæ ſacramentum foris contemnit, damnabiliter item erraſti: quia ſine conuerſione cordis ad Deum nullo modo remittit ipſe peccatum, nec complet ſacramentum, quod eſt contemptum: ſicut nec in latrone compleuiſſet flamine baptizando, ſi ex volũtate defuiſſet. Cùm Deus nihil complet, vel ſupplet, niſi quod in ſe adeſſe debuerat. In hoc tamen bene ſacramenta iunxiſti pœnitentiæ & baptiſmi: quia vtrumque inſtante periculo ſub obtentu æternæ ſalutis appetitur, & neutrum ſine certa damnatione vitatur. Sic enim coniungit ea libro de adulterinis coniugijs primo in fine AVGVSTINVS. Ego non ſolùm alios catechumenos, verùm etiam ipſos, qui viuentium coniugijs copulati retinent adulterina conſortia, cùm ſaluos corpore in his permanentes non admittimus ad baptiſmum, tamen ſi deſperati, & intra ſe pœnitentes iacuerint, nec pro ſe reſpondere potuerint, baptizandos puto, vt etiam hoc peccatũ cum cæteris lauacro regenerationis abluatur. Quis enim nouit vtrum fortaſsis adulterinæ carnis illecebram vſque ad baptiſmum ſtatuerant detineri? Si autem ab illa deſperatione recreati potuerint viuere, aut faciant quod ſtatuerant, aut edocti obtemperabunt, aut de contemptoribus fiet, quod etiam ficri de baptizatis talibus debet. Quæ autem baptiſmatis eadem reconciliationis eſt cauſa, ſi fortè pœnitentem finiendæ vitæ periculum præoccupauerit: neque enim ipſos ex hac vita ſine arra ſuæ pacis exire velle debet mater eccleſia. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ad vtriuſque

3 Volũtas plena cõfitẽdi neceſſaria eſt uerè pœnitenti.

Digitized by Google

vtriuſq; ſacramenti arguendam neceſsitatem ſupponamus caſum, quem ſuppoſuit Auguſtinus. Non baptizatum virum adulterina cõtagione detentum ad vltimum viæ periculi fines eſſe peruentum: ſi tamen intra ſe pœnitẽs iaceat, nunquid baptizandus eſt? Baptizandũ puto, inquit Auguſtinus, qua in neceſsitate? vt hoc peccatum cum cæteris lauacro regenerationis abluatur. Fruſtra hoc, quia iam baptizatus eſt, inquit Witcleff, baptiſmo flaminis, & abſolutus eſt abſolutione Chriſti, ſi pœnitens fuerit. Et tamen quæ baptiſmatis, ipſa reconciliationis eſt cauſa, ſecundùm Auguſtinum. Si talis adulter iam fuerit baptizatus & pœnitens apparuerit, nunquid item abſoluẽdus eſt à presbytero? Abſoluendus eſt, inquit Auguſtinus. Qua neceſsitate? quia nec ipſum, inqt, ex hac vita ſine arra ſuæ pacis exire velle debet mater eccleſia. Falſum ergo eſt quod cõcludens Witcleff ait. Quòd quantumcunque grauis peccator ſi in fine contritus fuerit, & ſi nullum ſacerdotem conſuluerit ſecum cõuerſantem, aut peccata ſua oſtenderit auriculariter, & per verba manus impoſitionem acceperit, nõ minus abſoluitur abſolutione Chriſti.

4 Nam† periculum dãnationis imminet exeunti ab hac vita ſine arra pacis matris eccleſiæ, quod nec velle debet mater eccleſia. Si nec eccleſia debet hoc velle, ergo nec ipſe negligere, cùm tutum ſit in ſola pace eccleſię dimitti, cui ſolùm dixit in rectoribus ſuis, Cuius retinueritis peccata, retenta ſunt &c. Aut nũquid pacem ſponſæ Chriſti contemnit, qui arras pacis eius nec facto impetrat nec voto? Sic enim ſupponit Witcleff, q̃ nec ſacerdotem conuerſantem ſecum conſuluerit, nec peccata oſtenderit, aut manus eius impoſitionẽ per ſancta verba ſuſceperit. Hæ ſunt arræ pacis eccleſiæ, hæc ſigna. Qui arram pacis horret, qualiter diligit pacẽ ipſam? Qui ſigna regis ſpernit à procul, regem qualiter diliget? Impoſsibilem ergo caſum ſupponit, q̃ qui verè contritus fuerit, ſacerdoti pro reconciliationis gratia obtinenda in eccleſia nolit cùm poſsit fateri delictũ, & munus pacis eius obtinere per manũ. Vnde lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas. cap. 16. AVGVSTINVS. Accipite Spiritum ſanctum, ſi cuius remiſeritis peccata remittuntur illi. Si cuius tenueritis, tenebũtur illi. Ergo ſi perſonam gerebant eccleſię, & ſic eis hoc dictum eſt tanquam ipſi eccleſiæ diceretur, pax

5 †eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiæ pace alienatio retinet peccata: non ſecundùm arbitrium hominũ, ſed ſecundũ arbitrium & orationes ſanctorum ſpiritualium, qui omnia iudicant, ipſi autem à nemine iudicantur. Petra enim tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit, vnitas tenet, vnitas dimittit. Hæc ille. AVTHOR. Noli iã dicere hunc contritum tuum à Chriſto quomodolibet abſolutum, ſi adhuc eccleſia teneat eum vinctũ. Noli item dicere eum cũ eccleſia habere pacem, cuius contemnit miniſterium. Nã ipſa per miniſtros hanc ſumpſerat poteſtatem, vt cuius peccata ſolueret, ſoluerentur: cuius etiam reti neret, ſine ſpe ſolutionis à Chriſto, retenta eſſent. Non ergo petra dimittit peccata, niſi dimittat ſacerdos. Neque petra dimittit, neque Chriſtus, ſi ſacerdos retinet, quia ſpretus. Non ergo ad numerum ſalurandorũ pertinebit cõtritus tuus, quia extra eccleſiæ vnitatem pœnituerit, cùm nollet reconciliantis manum acceptare dum poſſet: ſicut nec baptizatus tuus ad ſalutem baptizatus eſt, qui voluntate

6 renuit baptizari dum potuit. Tanti† valet baptiſmus exterior, tantiq; manus impoſitio ſacerdotis, vt ſine eius in ſe vel in ſui ſupplemẽto, vbi facultas adeſt habendi, nullus reatus dimittitur, cui peccator tenebatur obnoxius. At ego dico hac manus impoſitione, hac quãtu dedignaris dicendo verba humanitùs manum ſuper caput pœnitentis poſueris, hac inquam manus impoſitiõe, & hac oratione recõciliationis celebratur eccleſiaſticè ſacramẽtum. Vnde lib. 3. de vnico baptiſmo. cap. 15.

7 AVGVSTINVS. Manus† aute m impoſitio non ſicut baptiſmus repeti poteſt. Quid eſt enim aliud niſi oratio ſuper hominem? Nam quòd in typo vnitatis Petro dominus dedit poteſtatem vt id ſolueretur in cælis, quod in terris ille ſoluiſſet, manifeſtum eſt, quòd illa vnitas etiam vna columba perfecta ſit dicta. Hæc ille. AVTHOR. Vnitas ecce colũbę, id eſt eccleſiæ, Petrus eſt, cui commendatur poteſtas dimittendi in terra, vt dimittatur in cælo. Et quomodo? Per manus impoſitionem, quæ repeti poteſt, quod baptiſmus non poteſt. Hæc autem manus impoſitio per hoc ab alia per confirmationem aut ordinationem data diſcernitur, quæ ita vt baptiſmus æquè rępetenda non eſt. Manus autem impoſitio in typo vnitatis Petro commiſſa, eſt frequentiùs repetenda: quæ eſt oratio ſuper hominẽ, id eſt fit, dũ ſuper hominem dicitur, quæ diuina eſt, quanuis ab homine edita: quia ad exẽplum diuini verbi, quo peccatores mundare ſolebat, formata. Qua manus impoſitione, & quibus verbis mundari ſolebant antiquitùs per paſtores eccleſiæ mortaliter delinquentes extremi quiq; peccatores, aut hæretici,

Arræ pacis eccleſiæ.

Pax eccleſiæ peccata dimittit.

Pœnitentiæ ſacramẽtũ reiterabile.

Digitized by Google

tici,vt notat libro. 2. contra Creſconium cap. 2. AVGVSTINVS. Ideo vobis non videtur mũdari cùm ad nos à vobis trãſeunt, quia denuò non baptizãtur,quaſi ſolo baptiſmo,quẽ repeti non oportet,cùm idem atque vnus eſt,
8 homines ab errore mundentur. Mundantur† *ndãdi à catiſmo* & verbo veritatis ab illo,qui ait,Iam vos mundi eſtis propter verbum ; quod loquutus ſum vobis.Mundantur & ſacrificio contriti cordis ab illo, de quo dictum eſt, Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus:cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Mundantur & eleemoſynis ab illo,qui ait, Date eleemoſynas, & ecce omnia munda ſunt vobis.Mundantur & ipſa, quæ ſupereminet vobis omnibus charitate,ab illo, qui per Apoſtolum Petrum dixit,Charitas cooperit multitudinem peccatorum,quæ vna ſi aſsit, omnia illa rectè fiunt, ſi autem deſit,omnia illa fruſtra fiunt. Hæc ille. AVTHOR. Ad Donatiſtam hæreticum hæc Auguſtinus loquitur, putantẽ nullũ poſſe mũdari hereſi maculatũ,niſi baptiſmo repetito:imò ait doctor, Charitate mũdatur, eleemoſyna,cõtritione catholica mũdatur,& verbo mũdatur ſacramentali. ſ. quod verbum iam dixit ſuprà,orationẽ,manus impoſitione ſuper hominem pœnitentem. Cui verbo dominus illã contulit poteſtatem mundandi. De quo ait, Iam vos mundi eſtis propter verbum,quod loquutus ſum vobis. Hoc verbo, hac oratione, poteſtate Chriſti conceſſa paſtoribus & ſpiritualibus viris ſoluuntur ſacramentaliter humana delicta.Qualiter item ſcribit lib.3. de vnico
9 baptiſmo cap.16.AVGVSTINVS. An† forte per orationes ſanctorum ſpiritualium quæ ſunt in eccleſia tanquam per columbæ creberrimum gemitum,magnum geritur ſacramentum,& occulta diſpenſatio miſericordiæ Dei, vt eorum etiam peccata ſoluantur, qui nõ per columbam,ſed per accipitrem baptizantur, ſi ad illud ſacramentum, cum pace catholicæ vnitatis accedunt: & ſi ita eſt, cur non ergo per eorum orationes, cùm quiſque ab hæreſi aut ſchiſmate ad pacem catholicã venit, eius peccata ſoluuntur ? Hæc ille. AVTHOR. Quæſtionem iſtam agitat Auguſtinus ſuper dubitatione quorundam de more eccleſiæ, quo ab initio timebat abſoluere, ſcilicet venientes ab hæreſi cum manus impoſitione, & oratione ſpirituali:quia ſi quis bona fide,credẽs eſſe catholicos,baptizetur ab hæreticis virtute ſpiritualium orationum, magnum geritur ſacramentum, & abſoluitur à delictis. Cur non ita per orationes ſimiles ſacramentales,& manus impoſitiones etiam pœnitentiæ ſacramento ad eccleſiam venientis peccata ſoluuntur? Ec-
10 ce ergo,mi Witcleff,quòd† verba humanitùs adinuenta,& manus impoſitio abſoluunt hominem à peccato. Sunt enim arra pacis eccleſiæ,& quibus magnum geritur ſacramentum: ſine quo ſecũdùm quòd parem cauſam habet cum baptiſmate, nullus poteſt introire in regnum Dei. Quid dedignaris igitur hominipo teſtatem cælitùs datam dimittendi peccata,cũ eis qui dixerunt, Quis eſt hic qui peccata dimittit? Aut etiã, Quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? Qui ſecundùm Ambroſiũ per eos quoque dimittit,quibus dimittẽdi tribuit poteſtatem. Inde & Chriſtus, Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: Tibi dico &c. Imò iam plus ſcire fecit, quòd ipſe filius hominis dedit purè filijs hominum ipſam poteſtatem, dicens, Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis. Nec tantùm dedit abſoluentibus poteſtatem, ſed abſoluendis reis ingerit egeſtatem: prout docet vetus pater & propinquus Apoſtolis Origenes Homilia. 10. ſuper librum Numerorum, exponens illud domini ad Aaron, Tu, & filij tui, & domus patris tui ſumetis peccata ſanctorum. ORIGENES.
11 Qui † meliores ſunt, infirmorum ſemper culpas & peccata ſuſcipiunt. Sic & Apoſtolus dicit, Vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmorum ſuſtinete. Iſraëlita ſi peccet, id eſt, laicus propriè, ſuum non poteſt auferre peccatum, ſed requirit leuitam, indiget ſacerdote: imò potius & adhuc aliquid horum eminentius quærit.Pontifice opus eſt, vt peccatorum remiſsionem poſsit accipere. Hæc ille AVTHOR. Attende quàm diu ante Innocentium tertium eccleſia de lege Dei aſtrinxit laicos, vt pro remiſsione peccatorum habenda, indigeant ſacerdote, aut pro pleniori beneficio abſoluendi,pontificem quærerent. Qualiter hoc iuxta Witcleff, cùm Deus ſatis abſolueret, ſi ipſe per contritionem peccatum ſuũ auferret: ſed Origenes fidem detegens antiquæ eccleſiæ, Laicus, inquit, ſuum non poteſt auferre peccatum, ſed indiget ſacerdote: non tantùm pro conſilio adhibendo, vt fingunt Lollardi, ſed vt peccatorum remiſsionem poſsit accipere, inquit Origenes.

Ergo iuxta fidem ſcripturę, & primæuę eccleſiæ, vt quis laicus poſsit remiſsionem peccatorũ accipere ex omni voto cordis iam indiget ſacerdote.

¶De

¶De ritu abſolutionis, quo dicitur: Abſoluo te. &c. Et ꝙ priusſacerdos abſoluit, vt abſoluatur in cælis indubiè.

CAP. LXIX.

SVMMA.

1 *Witcleff argumentum contra ritus pœnitentiales, & potiſſimùm contra illud, Abſoluo te. &c.*
2 *Witcleff, quomodo Phariſæorum inuidorũ more dubitat ſuper poteſtate Chriſti in eccleſia.*
3 *Sacerdos in quibus ſit domini uicarius, oſtenditur.*
4 *Abſolutio, quòd prius fiat in terra, quàm in cælo, cõtra Witcleff.*
5 *Iniuria pſonalis quòd remittitur ab homine, ut Deus remittat.*
6 *Scriptoris catholici opus quale debeat eſſe.*
7 *Baptiſma ſanctum, quod omnia prorſus delicta deleat.*
8 *Coniuges per adulteria ſeparatos, quomodo poſt pœnitentiam reconciliari ſuadeat Auguſtinus.*
9 *Peccatorum retentio quòd fiat uirtute clauium, ſicut earundem uirtute fit remiſſio.*
10 *Pœnæ per ſacerdotem taxatio, contra Witcleff.*
11 *Patres antiqui, & ſacerdotes eccleſiæ, quomodo ex officio antiquo audiuerunt confeſſiones pœnitentiũ, iniunxerunt pœnitentiam, abſoluebant in remiſſionem peccatorum, & cum peccatoribus diſpenſabant.*
12 *Chriſtus quare dimiſerit mulierẽ de adulterio ream, & non abſoluerit.*

1 ARguit Witcleff contra ritus pœnitentiales. cap. 8. de blaſphemia. Tertium verbum ſacramẽtale, in quo ponitur totius vis ſacramẽti eſt illud, Abſoluo te. Cuius fundationem ſicut pœnitentiæ deſcriptionẽ eſt difficile reperire, & blaſphemum eſt imponere Deo negligentiam, vel ignorãtiam quo ad illud: quoniam ſicut docuit formam verborum baptiſmi, ſic doceret eccleſiam formam verborũ ſacramenti pœnitentiæ, ſi vellet illud ſacramentum eſſe tam neceſſariũ eccleſiæ, vt modò fin-
Idem Lutherus. gitur. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sapiens ait in prouerbiis, Abominationes domino, cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Exponit textum libro. 2. ſuper prouerbia BEDA. Abominabitur dominus cogitationes hæreticorũ, imò omnes pietati contrarias: & purus ſermo rectæ fidei firmabitur ab eo, quando in iudicio non ſolùm factis, ſed & verbis omnibus digna præmia reddet. Abominatus eſt cogitationes malas eorum, qui dicebant: Quis eſt qui etiam pecca
2 ta dimittit? Hęc ille. AVTHOR. Attendant fideles noſtrum Witcleff cum inuidis Phariſæis dubitare ſuper poteſtate Chriſti in eccleſia, & dicere, Quis eſt hic ſacerdos qui etiã pec cata dimittit, & dicit: Abſoluo te, cuius fundationem & formam verborum ſacramenti pœnitẽtiæ eſt difficile reperire? Difficile dicit, ſed non difficile eſt volenti verbum Chriſti recolere, quod Apoſtolis ait Matthæi. 18. Quæcun que ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Putásne, ꝙ Chriſtus voluit eos ſoluere, & dicere ſe ſoluere, quibus promiſit ſolutionẽ ſuam ſine dubitatione reſpondere in cælis, ſi quem ſe ſoluere affirmarẽt in terris? Chriſtus iuſsit Apoſtolos docere, & baptizare omnes gentes in nomine patris, & filii, & Spiritus ſancti. Credo igitur conueniſſe Apoſtolum Chriſto, nec blaſphemaſſe. 1. Corinth. 13. dicentem ſe docere in omnibus eccleſijs. & Actu. 20. ꝙ nihil ſubſtraxerit eis, ſed doceret eos publicè. & primæ Corinth. 1. ꝙ baptizauit Criſpum, & Gaium, & Stephanæ domum. Cur itẽ non abſoluit; & dicere poſſet, Ego abſoluo, cui æqua eſt ſic ſoluendi conceſſa licentia, ſicut docendi & baptizandi? Qui enim dixit ite, docete, baptizate: ipſe dixit ſoluite eũ, & ſinite abire. Ipſe qui dixit, Qui ſic fecerit, & docuerit, magnus erit in regno cælorum, dixit, Quorũ remiſeritis peccata, remittentur. Quis ergo ſuſpendit vſum vocabuli ne dicat, ſoluo, vel remitto, qui liberè dicere valet, ſic facio, & ſic doceo? Dicet Witcleff, quia ſolus Deus peccata dimittit. Ita ſolus Deus tonat, & tamen in nubibus tonat, & in angelo ſuo loquitur Gedeoni, & tamẽ ſicut ibi ſcribitur, Dixitq; dominus, Ego oro tecum. &, Nonne ecce miſi te, tanquã in perſona domini loquebatur, cuius miniſterio & organo tunc dominus vtebatur. Vnde tractans hunc locum quæſtione. 32. libri Iudicum AVGVSTINVS. Aduertendum eſt dixiſſe angelum tanquam ex domini authoritate, Nonne ecce miſi te, cùm loqueretur ad Gedeonem. Quis enim eum emiſit, niſi qui ad eũ angelum miſit? Delbora verò ad Racab. Nõne mãdauit Deus dominus Iſraël tibi. hic autem nõ eſt. Nõne ecce miſi te. Hęc ille. AVTHOR
3 Vſus ergo ſcripturę & authoritate cęleſti trãſformat in ſeipſum ſacerdos perſonam domini, qui & angelus eſt, deferẽs in ſe poteſtatem abſoluendi, & ligandi communicatã ſibi à domino, ita vt vere dicat dominũ abſoluere, quẽ abſoluit

Sacerdos in quibus ſit uicarius domini.

Digitized by Google

abſoluit, & domino confiteri, qui confitetur, & domino diffiteri, qui diffitetur, & fraudare Deum, qui defraudat eum. Sicut Petrus ad Ananiam ait. Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio? Et non es mentitus hominibus, ſed Deo. Omnes iniurias ſibi factas refert in Deum Spiritum ſanctum factas, cuius ipſe erat vicarius. Et beatus Paulus Corinthijs loquens, ſi quid donaſtis, & ego in perſona Chriſti. Quàm plane dicit eos donaſſe peccatum contra Deum commiſſum, & ſeipſum donaſſe hoc idem in perſona Chriſti? Ipſi donabant, & ſoluebant in perſona eccleſiæ: ipſe tanquam prælatus, & paſtor in perſona Chriſti. Vterq; ergo ſine vſurpatione culpabili dixit, dono, ſoluo, remitto, & vt retundatur mucro latronis Witcleff, cùm dicit totiens arguēdo, quòd neceſſe eſt Deum priùs abſoluere, quàm abſoluat ſacerdos: hìc ſupponit Apoſtolus Paulus eccleſiam Corinthiorum priùs donaſſe peccatum illud ingens, quàm ſeipſum in perſona Chriſti: Si quid donaui propter vos in perſona Chriſti. Et præmiſit, Cui autem aliquid donaſtis & ego. Attenta qualitate verborum priùs ſupponit Apoſtolus eos donaſſe, quàm ſe, aut Chriſtum per Apoſtolum. Vbi in annotationum libro HIERONYM. Sicut vobiſcum vindicaui, ita & dono vobiſcum, Quod autem ego dono, nō in mea dono perſona, ſed Chriſti, qui dixit, Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo donat in perſona Chriſti hac conditione, q̄ illi iam donauerint, præmittitur ergo illorum donatio donationi Chriſti in Paulo. Et aſſumit teſtimonium à textu verborum Chriſti, Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cælo. Non dicit fuerunt, ſed erunt. Nec dixit, Quæ fuerint ſoluta in cælo, ſi vos ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cælo: imò ideò quædam peccata ligantur in terra, vt ligentur in cælo: & ſoluuntur in terra, nec ſoluentur in cælo, vt ait ſecūda parte ſermonum, ſermone. 2. de oratione dominica AVGVS. Nolite vos dicere iuſtos, quaſi non habeatis vnde dicatis, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: abſtinentes à deceptionibus hæreticorum, à conciſionibus ſchiſmaticorum, abſtinentes ab homicidijs, ab adulterijs, & fornicationibus, à furtis, & rapinis, à falſis teſtimonijs, & ſi qua fortè alia: non dico quæ exitiales exitus habent. Vnde neceſſe eſt præcidi ab altari, & ligari in terra, vt ligetur in cælo, valde periculoſè, & mortiferè, niſi ſoluatur in terra, vt ſoluatur in cælo,

4 &c. Hæc ille. AVTHOR. Quis † ergo niſi dè teſtandus hæreticus audet hæc verba Chriſti peruertere proteſtantia, quòd ordine ſacramẽti præcedit ſolutio ſacerdotis in terris, ſolutionem Chriſti in cælis: ideò ſoluitur in terra, vt ſoluatur in cælis? Et totum facit quod poteſt, vt reddat homines dubios de effectu catholici ſacramenti: quaſi ſine reuelatione quotidiana nullus per confeſsionem veniam ſperaret de certo: quia niſi Deus priùs remittat, in- *Abſolutio fit priùs in terra, quàm in cælo.*

5 quit, remiſsio ſacerdotis eſt nulla. Et † quid dixit de remiſsione perſonalis iniuriæ, quam Chriſtus totiens prædicat Chriſtianis, dicens ſic, Dimittite, & dimittetur vobis. Matthæ. 5. & pluries alibi: quia cùm omnis iniuria humani facta redundet in Deum, dicente Apoſtolo, Siue viuimus, ſiue morimur, Domini ſumus: qualiter remittit homo proximo ſuo, niſi Deus priùs remittat? Quòd ſi Deus priùs remittit, quid iam petenda eſt humana remiſsio? Et dicet quilibet Witcleuiſta creditori ſuo, dimitte ſi vis, ſufficit mihi dimiſſum à Deo. Aut ſi præſcitus es, dubito, vel in mortali extra gratiam, & tunc peccas, & iniuſtè facis quicquid feceris: quid item ſi dicat creditor debitori ſecundùm doctrinam Witcleff, Furto tuliſti mihi bouem, aut per concupiſcentiam ancillam, vel ſeruum contra mandatum domini: vnde non valet mea dimiſsio, niſi Deus priùs perdonet. Sic enim nos docet Chriſtus dicens, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Nulla ergo via dimittam debitori meo, priuſquàm certus efficiar dimiſiſſe ipſi Deum, ſicut nec volo dimitti mihi per hominē, niſi priùs dimittatur mihi per Deum. Ecce quot intricationes conſcientiæ hæc noua lex logicæ Witcleff Chriſtianis immittit: omnem hominem perplexum reddit, nullum ſecurum de opere quantumcunq; fideli. Abijciamus hæc opera tenebrarum, & induamur arma lucis, dimittamus pleno corde iniuriātibus proximis, ſperantes æquè vel ampliùs Deum nobis dimittere. Et æquè curramus ad paſtorem eccleſiæ cum fida mente petentes veniam, ſcientes eum inuiſibiliter, ſed certiſsimè menſura ſupereffluente remiſsionem nobis dare noſtrorum peccatorum, ſi iam donantur nobis per eccleſiam. Vnde in ſermone quodam de ſymbolo, qui incipit, Sicut nōnullis. AVGVSTIN. Dat quidem Deus in hac vita ſine dubio peccatorum remiſsionem per baptiſmum, & fidem eccleſiæ catholicæ, id eſt, vniuerſalis, ac toto orbe diffuſæ, & infectam criminum labem reuocat ad infectum, & chirographum innumerabi- *Iniuria perſonalis remittitur ab homine, ut Deus remittat.*

S lium

lium debitorum nobis non ſentientibus de-
6 let. Hæc ille. AVTHOR. Hoc † opus ſcri-
ptoris catholici, per argumẽta rerum inuiſibi
lium animam in ſpem erigere, non deſperatio
nis tenebras offundere. Qualiter catholicus
Auguſtinus certos efficit Chriſtianos, Deum
dare in vita hac ſine dubio remiſsionem per
baptiſmum, & fidem eccleſiæ, & chirogra-
phum innumerabilium delictorum, nobis nõ
ſentientibus, ipſe delet, & remittit. Et hoc ſan
ctum baptiſma per miniſterium Chriſti do-
natur: nunquid & hìc neceſſe eſt Deum priùs
dimittere, quàm ſacerdos baptizando dimit-
tat, & tunc ante baptiſmum cuncta dimiſit?
quid igitur in baptiſmo dimittit? Fides ſym-
boli eſt credere ſanctum baptiſmum eccleſia-
ſtici gurgitis cuncta delere peccata: prout ex
ponit ſymbolum libro tertio ad hoc verbum
perueniens, remiſsionem peccatorum, AV-
7 GVSTI. Omnia † prorſus delicta delet ſan
ctum baptiſma, & originalia, & propria: di-
cta, facta, & cogitata: cognita, incognita: o-
mnia dimittuntur. Innouat hominem, qui fe-
cit hominem: donat delicta, qui non quærit
merita, præuenit gratia etiam ipſam infan-
tiam, vt ſint liberi per Chriſtum liberati, qui
in Adam à diabolo tenebantur antè captiui.
Hæc ille. AVTHOR. Si ergo ſanctum ba
ptiſmatis ſacramentum diuino ſibi munere
coniugato cuncta peccata dimittit in miniſte
rio ſacerdotis, cur aliud æquè ſacramentum
remiſsionis peccatorum indubitanter, quan-
uis inſenſibiliter non delet peccata? ipſum
dico pœnitentiæ ſacramentum in miniſterio
ſacerdotis ſacramentaliter abſoluentis? Cur
neceſſe eſt Deum priùs dimittere peccatori,
quàm ſacramentaliter abſoluatur, & non ne-
ceſſe eſt Deum priùs cuncta dimittere, quàm
ſacramentaliter baptizetur? Ipſum baptiſma
inquit Auguſtinus, delet cuncta delicta: &
poſt pœnitentiam abſolutio ſacerdotis pec-
cata non tollit? Iſta duo ſacramenta ſic con-
binat libro ſecundo de adulterinis coniugijs,
poſt principium AVGVST. Cur adhuc
putamus adulteros, quos vel baptiſmate ab-
lutos, vel pœnitentia credimus ſanatos? Hæc
crimina in veteri Dei lege nullis ſacrificijs
mundabantur, quæ noui teſtamenti ſangui-
ne ſine dubitatione mundantur. Hæc ille. AV
THOR. Omne ecce ambiguum in ſermo-
ne Auguſtinus ſuſpendit, dicens ſine dubita
tione adulteros mundari in ſanguine teſta-
menti: ſicut dicit baptiſmate vel pœnitentia
intelligens ſacramentum, ſicut infrà plenius
loquitur AVGVSTINVS. Adulteriorum
ſuorum medicinã ſuſcipiant, adulterare iam
deſinant, laudent in ſe patientiam Dei, agant
pœnitentiam, ſumant indulgentiam: mu-
tent de pœna ſeminarium, & ſumant de ſua
8 impunitate ſententiam. Quibus † conſide-
ratis, atque tractatis, ſi communis conditio,
commune malum, commune periculum, cõ-
mune vulnus, communis ſalus fideliter atque
humiliter cogitatur, non erit turpis, neque
difficilis etiam poſt perpetrata, atque purga-
ta adulteria reconciliatio coniugum: vbi per
claues regni cælorum non dubitatur fieri re-
miſsio peccatorum. Hæc ille. AVTHOR.
Ecce omnis difficultas tollitur, omne caſſa-
9 tur ambiguum, vbi † per claues regni cælo-
rum non dubitatur fieri remiſsio peccato-
rum. Videte ergo ſi huiuſmodi ſacramentum
non ſit ita (vt fingitur) eccleſiæ neceſſarium.
Si enim per ipſum virtute clauium fit remiſ-
ſio peccatorum, æquè indubiè per ipſum vir
tute earundem clauium fit retentio eorun-
dem, quia ille, qui ait, Quorum ſolueritis pec
cata, ſoluta erunt: ipſe dicit, Quorum reti-
nueritis, retenta erunt. Priuſquàm ergo ſa-
cerdos abſoluat, retinetur delictum, quod in-
dubiè ipſo ſoluente dimittitur. Hæc eſt fides
ſcripturæ, & antiquitatis eccleſiæ: rideat Wit
cleff, frendat Witcleff: quod non ſoluit ſa-
cerdos, quia neglectus, & ſpretus, hoc reti-
net Deus ad damnationem in cælis. Iuſtè er-
go dicit ſacerdos ad reum, Ego te abſoluo.
10 Qui † verè ſoluit in eccleſia, iuſtè diſpenſat,
cui ex parte Chriſti agit cum miſericordia:
nec valet argutia WITCLEFF in eodẽ
cap. quòd temerarium eſt in ſacerdote taxare
pœnam pro peccato: quia omnis pœna, quã
peccator poſſet hic ſufferre, foret nimis mo-
dica: ſi autem in miſericordia Dei confidat,
acceptante & ſupplente pœnitentiam ſacer-
dotis, ſic inquit, non requiritur diſcretio ſacer
dotis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Imò ſic re-
quiritur, vt miſericordiæ Dei ſuſcepta pœna
reſpondeat penſatis circunſtantijs loci, & tẽ-
poris. Sed argutia eſt Nouati. Contra quam
libro. 3. de Epiphanijs GREGORIVS. Cùm
ipſe homo ſis ſimilis cæteris, aut fortè nec ſi-
milis, leges vis dare ſuper hominem, & deſpe-
ratione impedire emendationem. Similiter
nanq; malum eſt, & venia ſine correptione,
& correptio ſine venia. Per illud enim omnes
ſimul habenæ laxatæ in præceps ferunt, per
hoc verò nimium reſtrictæ, omnẽ progrediẽ-
di ſpem penitùs abſcindũt. Sequitur. Tu, vt vi
deo, nec Dauid recipis pœnitentiã agentẽ, cui
& propheticã gratiã pœnitentia conſeruauit:

Cõiuges per adulteria ſe patos poſt pœnitẽtiam reconcilian ſuadet.

Retẽtio pec catorũ vir tute clauiũ.

Pœnę per ſacerdotum taxatio.

nec

Digitized by Google

nec Petrum Apoſtolorum maximum, cùm humanum ei aliquid ante paſsionem Domini contigiſſet: ſed Ieſus recepit pœnitentiam, & trina interrogatione ſua, & illius confeſsione, culpam ternæ negationis abſterſit. Et longè pòſt. Sed Nouatus, inquit, nō recipit eos, qui in perſecutione lapſi ſunt. Bene non recipit, ſi pœnitentiam non egerunt. Nec ego quidem recipio eos, qui nō digna conuerſione abluũt crimen admiſſum, neq; conuenientē tanti vulneris in emendādo adhibent medicinam. Sed & cùm recepero cum reuertenti & loco & tēpore diſpenſabo. Repudiare verò fletus & lachrymas pœnitentis, inhumanitatis Nouatianæ eſt, non miſericordię Chriſtianæ. Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc loco poteſt Witcleuiſta
11 videre, ꝙ † antiqui patres & ſacerdotes eccleſiæ ex officio conſueto audiuerunt confeſsiones pœnitentium, iniunxerunt pœnitentiam, abſoluebant in remiſsionem peccatorum, & cum peccatoribus diſpenſabant. Nec præſumptor ſibi videtur iſte pater, ſi dicat, recipio pœnitentem, & cùm recepero loco & tempore diſpenſabo, hoc eſt, abſoluo, mitigo. Totum ſicut dixi Chriſto faciente ſic facio quæ iubet vt faciam, & vt iubet ſic facio, ſecundùm verbum ipſius Dñi per Ezechielem dicentis, Ego faciam vt faciatis. Quem locum aſſumit libro de prædeſtinatione ſanctorum, ante medium AVGVS. Ideò enim & hæc nobis præcipiuntur, & dona Dei eſſe monſtrantur, vt intelligatur, ꝙ nos ea facimus, & Deus facit vt illa facimus, ſicut per prophetam Ezechielem apertiſsimè dicit. Quid enim apertius, q̃ vbi dicit, Ego faciam vt faciatis? Locum ipſum ſcripturæ attendite, & videbitis illa Deũ promittere ſe facturum, vt faciant quæ iubet. Hæc ille. AVTHOR. Si hoc in ſingulis meritorũ operibus quantò potiùs ipſe agit, quæ agimus, vbi proprietas actionis eſt diuina, & tantùm hominis legatiua? Sicut & alibi in euangelio, Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Cuius intuitu Paulus ait. An experimentũ eius quæritis, qui loquitur in me Chriſtus? Loquitur ergo Paulus, cũ loquitur in Paulo Chriſtus: nam & ipſe illud ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Recolo item me libro. 5. ſcripſiſſe de calũnijs eius vnam contra hoc, ꝙ iniungit ſacerdos catholicus ſuo confeſſo pœnitentiam ſalutarē: diſplicet enim ipſi, ꝙ aliud quid imponat, q̃ dicens ſicut Chriſtus adulteræ: vade, iam amplius noli peccare. Sic habet de ſermone dñi in monte lib. 3. cap. 3. Witcleff. Inconſideratè ſatis, qui eo peiùs qualitatem rei fiendæ diſcernit, quo facti ſubſtantiã minus attendit. In cõfeſſo noſtro crimen proditur, reus conuincitur. Idcirco peccatum per pœnitētiam condēnatur, accuſans peccatum abſoluitur. Quæ iuſtitia poteſt non cõuictum punire cum victo, aut ſub eadem ſententia inſontem inuoluere ſine teſte, & liberare conuictum? Mulier iſta ſibi dimittitur, non abſoluitur, prout vires textus libro. 11 Epiſtolarũ ad Studium exquirit AM-
12 BROS. Dimittitur, † inquit, mulier, nõ abſoluitur, quia deerat accuſator, non quia innocētia probabatur. Sequitur. Addidit autem deuiæ. Vade, & amodò vide ne pecces. Emendauit ream, non crimen abſoluit: etenim ſeuerore ſententia culpa damnatur, ſi vnuſquiſq; crimen ſuum oderit, & in ſe incipiat condemnare delictum. Hæc ille. AVTHOR. Publicum erat iſtud iudicium: nec voluit Chriſtus prodere reatum, quem ſine teſte lex habuit non probatum. Idcirco publicè dimittitur, nec abſoluitur, quanuis Witcleff in hoc confeſſores ſuggillet, qui non poſsint prodere confeſſos ſuos, & arguere palàm ſecundùm legem Chriſti, quos ex ore proprio nouerint peccatores. Chriſtus ecce nouit qualitatem fœminæ ſine ipſa, nec volebat arguere, ſed ne etiam videretur ſibi rea, vel in aliquo leuiter ſuſpecta de crimine, feſtinauit impunem dimittere, quam teſtes cœperunt arguere, non probare. Tales item forent Witcleuiſtici ſacerdotes, ſi crimen priuatum palàm arguerēt, quod ſine teſtibus non probarent.

¶De ritu Confeſsionis faciendę ſacerdoti ſolitariè & priuatè, ꝙ ſit legi Chriſti propinquior, quàm manifeſtè cunctis edita.

CAP. LXX.

SVMMA.

1 *Confeſsionem criminis benedictam à domino, & à diabolo interdictam, inſequitur Witcleff.*
2 *Mathematici, & Manichæi ab Auguſtino improbantur in his, quæ ad confeſsionem attinent.*
3 *Confeſsio auricularis, ꝙ ſit ſacerdoti facienda, contra Witcleff.*
4 *Pœnitentia triplex.*
5 *Peccatum quibus modis ſoluatur.*
6 *Confitendi ſoli preſbytero neceſsitas innuitur.*

Digitized by Google



Æteros ritus pœnitẽtiales in vno globo contemnit prædicto cap.8.Dicere,inquiens,ꝙ requiritur ſacerdoti in alto ſedenti,genu flexio,omniũ peccatorum ſingularis depromptio,& ſecundum formam adinuentam, cum impoſitione manus in caput confeſsi conſignatio, ſiue ſacerdotis abſolutio, foret nimis blaſphema, & fictitia. Hæc Witcleff. AVTHOR. Singula † complicat, ſed vnum inſequitur, quod dicit depromptionem ſingularem omnium peccatorum, ipſam confeſsionem criminis benedictam à domino,à diabolo interdictam. Prout quarta parte ſermonũ, ſermone de confeſsione peccatorum, qui incipit,In omnibus ſcripturis. AVGVSTI. Serpens(inquit) quomodo tunc inſtitit,vt nõ ſeruaret homo quod illi dictum eſt ne peccaret: ſic nunc inſtat vt nõ ſeruaret homo quod illi dictum eſt, confitere peccatum. Quomodo enim tunc fecit vt caderet qui ſtabat, ſic nunc agit, vt non reſurgat, qui cecidit. Itaq; aduerſus incantationes eius, & inſidias, quibus nunc impedire facit reditum noſtrum,ſuſcipiamus præcepta ſaluberrima aduerſus eũ, qui vult nobis impedire confeſsionem peccati: quia ſcit non nos aliter redire, qui per ſuperbiam lapſi ſumus.Dux nobis fuit ad ſuperbiam ipſe, ad humilitatem ducem Chriſtum ſequamur. Dicit † homini ſerpens ille per Manichæos, & Mathematicos. Per Manichæos,ne confiteatur homo peccatum. Per Mathematicos, ſic loquitur, Nunquid homo peccat? ſtellæ ſic ſunt poſitæ, neceſſe eſt, vt homo faciat peccatum: dicit ergo per Mathematicos, quoniam ſtella facit vt homo peccet.Nam ſi non facit ſtella,homo non peccat:ſic blaſphemias conuertit in Deum.Creator enim ſtellarum Deus eſt, & dum non vult homo ſe accuſare in eo, quod fecit, Deum accuſat, à quo factus eſt homo. Ita per quoſdam Manichæos ita ſuggerit: non tu peccas, gens tenebrarũ peccat,nõ habet peccatum,dicit hęc animæ,& erigit eam in ſuperbiã,vt putet ꝙ non peccat. Hæc ille. AVTHOR.Iungatur tertius Witcleuiſta,qui per neceſsitates abſolutas,& libertates falſas,per diuinã prędeſtinationem,& præſcientiã ſuffocat peccatores, ne catholice cõfitendo loquantur. Quod Mathematici prædicant neceſsitatem peccandi in ſtellis, magis vrget Witcleff neceſsitatos homines per pœnitentiam, dicens ſuperfluò confiteri. Vnde dicere ſolet, Si ſis prædeſtinatus, non peccas mortaliter, quia nunq; deſtinari potes morti ſecundæ:quid tunc confiteri prodeſſet? Si ſis præſcitus, cõfeſsio te nõ poteſt abſoluere:neceſſariò enim damnaberis morte ſecunda.Sic Deo neceſsitanti prædeſtinãti vel præſcienti,nõne cuncta retorques, vt nõ ꝙderit ſecutura cõfeſsio? De his quid ipſe errat,& quid cõtra ſentit fides catholica,ſuprà dixi profuſè lib.5.ſimulq; de cõfeſsione vocali diſtincta in lege veteri,& in initijs legis gratiæ.Hic † verò de ritu ipſo auriculariter confitendi ſoli presbytero, quẽ ipſe omni conatu redarguit, dicendum eſt.Maximè aũt contendit,ne fideles illã expleant ſub obtentu ſalutis æternæ. Prædicto nempe.8.cap.præfert confeſsionem generalẽ cõfeſsioni diſtinctæ, quia infra menſem vix proderet peccans circũſtantias aggrauantes.Itẽ ibi prẽfert confeſsionem publicã confeſsioni priuatæ,quia ſic cõfitebatur latro in cruce.Et cap.11.ꝙ ſic confitebantur homines ſacerdoti in lege veteri,& poteſt eſſe, ꝙ ſacerdos ſit præſcitus,& ipſe confitens neſcit ſi ſit verè contritus,& in gratia. Taleſq; ſpinas ſpiſsim ſeminat,& offendicula infinita: omnia faciẽs, vt aduerſetur ſcripturæ legis, & eccleſiæ de confeſsione pulcherrima cũ ſerpẽte.Sed dicat hoſtis fidei, dicat ad Chriſtũ, qui piiſsimè conſulens, ſtatuit de accuſatione delicti Chriſtianæ charitati, & humano pudori. Nonne eius eſt lex, Si peccauerit in te frater tuus,corripe eum inter te & ipſum ſolum:ſi te non audierit, adhibe teſtes: ſi eos non audierit, dic eccleſiæ? Si hic ſit ordo charitatis ſtatutus à Chriſto, recole item quod ſæpe ſoles inferre,Charitas à ſe debet incipere.Accuſaturus igitur teipſum, quia contra Deum, & contra proximum deliquiſti,forſan priuatim, cur non ſolum vicarium eius primò adeas ſacerdotem,qui pro Deo reſpondeat tibi, & itẽ pro proximo, coram quo reconciliandus eſſes,ſi adeſſet notitiæ? Non enim hunc pœnitendi modum apud ſolũ presbyterum in hac Chriſti doctrina indiſciplinata confirmo,quẽ vt à publico pœnitentiæ tuæ modo diſſocietita fundat libro ſuo de fide & operibus,verſus finem AVGVST. Si non eſſent quædã non ea humilitate pœnitentiæ ſananda, qualis in eccleſia datur eis,qui propriè pœnitentes vocantur, ſed quibuſdam correptionis medicamentis,non diceret ipſe dominus, Corripe eũ inter te & ipſum: ſi audierit, lucratus es fratrem tuum. Poſtremò niſi eſſent quædam,ſine quibus hæc vita non agitur,non quotidianam medelam poneret in oratione, quam docuit vt dicamus,Dimitte nobis debita noſtra, vt nos dimittim⁹ debitorib⁹ noſtris. Hæc ille.

1 2 3

Mathematicos improbat.

Cõfeſsio auricularis fienda.

AVT-

Digitized by Google

4 AVTHOR. Ecce † tres pœnitentiæ, Prima pro grauioribus, quæ pœnitentia publica eſt in eccleſia: altera temperatior, quæ quibuſdã correptionibus fit priuatim inter te, & ſolum presbyterum: tertia pro leuiſsimis & quotidianis delictis per teipſum. Iam dicas euangelio, Cur hunc charitatis ordinem tibi non obſeruas, quem iuberis tenere in altero, ſed primò omnium tui ipſius proditor in vulgo efficeris, quanuis charitatiuè redarguas in peccato priuato? Si plurimos offendiſſes, aut deliquiſſes in publico, fateor propter lucrum publicè pœniteres. In quo item caſu publicè cõfeſſus eſt latro, quia deliquit in publico peccato etiam coram iudice cunctis noto, nec peccato leui, ſed morte plectendo. De his differẽtijs peccatorum & ſatisfactionum correſpondentium, lib. de definitionibus rectæ fidei, ca. 23. AVGVST. Quanuis quis peccator mordeatur, peccandi tamen de cætero nõ habeat voluntatem, & cõmunicaturus ſatisfaciat lachrymis, & orationibus, & cõfidens de dñi miſericordia, qui peccata piæ confeſsioni donare conſueuit, accedat ad euchariſtiam intrepidus, & ſecurus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauãt. Nam quem mortalia crimina poſt baptiſma cõmiſſa premunt, hortor priùs publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum communione ſociari, ſi velit non ad iudicium, & ad condemnationem ſui Euchariſtiã percipere, ſed & ſecreta ſatisfactione ſolui talia crimina non negamus. Hæc ille. AVTH.

5 Primo † caſu ſoluitur, cõfitendo Deo, & orãdo Deo peccatum. Secundò verò requiritur iudiciũ ſacerdotis, quia delictum mortale ſupponitur, quod dicit Witcleff, in antiquorum ſcriptis non inuenit, & ideò ab antiquæ legis traditione mortale peccatum dictum eſt, quia nulla venia pœnitentiæ laxabatur à crimine. Vnde epiſtola ad Damaſum de filio prodigo. HIERONY. Lex quippe iuſtitiæ tenax clementiam non habebat: ſed quicunq; adulter, homicida, fraudator, aut (vt breuiter dicam) mortali crimine tenebatur, nulla via pœnitentiæ laxabatur à crimine. Oculum pro oculo, dentem pro dente, animã pro anima iubebantur exoluere. Hæc ille. AVTHOR. Hic planè ſupponit Auguſtin. capitalia & mortalia eſſe peccata, quæ ſacerdos diluat cõfitenti, & hoc publicè pœnitenti: non negat tñ ſecreta ſatisfactione, & abſolutione deleri ſecũdùm differẽtias quas notaui, prout expreſsiùs ſermone de pœnitentia, qui incipit, Quã ſit vtilis. quarta parte ſermonũ. Quã item reuerẽter authoritatem aſſumit BEDA in expoſitione epiſtolæ. 1. ad Corinth. Hoc idẽ proſequitur Augu. Iudicet ſeipſum homo in iſtis voluntate dum poteſt, & mores conuertat in melius, ne cùm iam nõ poterit, etiam præter voluntatẽ à dño iudicetur, & cùm in ſe protulerit ſeueriſsimæ medicinæ (ſi tñ medicinæ) ſententiã, veniat ad antiſtites, per quos illi in eccleſia claues miniſtrantur, & tanq; bonus iam incipiens eſſe filius, maternorum membrorũ ordine cuſtodito, à præpoſitis ſacramentorũ accipiat ſatisfactionis ſuæ modum, & in offerendo ſacrificio contribulati cordis deuotus & ſupplex, id tñ agat, vt non ipſi ſolùm proſit ad recipiendam ſalutem, ſed etiam cæteris ad exemplum. Vt ſi peccatum eius non ingruerit eius malo, ſed etiam vitando ſcandalo aliorum propalare, atq; hoc expedire vtilitati eccleſiæ videtur antiſtiti, in notitia multorũ, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuſet, non reſiſtat, non tali & mortiferæ plagę per pudorem addat tumorem. Meminerit ſemper, quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quid enim infelicius, quid peruerſius, q̃ de ipſo vulnere, quod latere non poteſt, non erubeſcere, & de ligatura eius erubeſcere? Hęc

6 ille. AVTHOR. Notet † Witcleff, quod dictum eſt de vulnere, quod latere non poteſt: in ipſo caſu palàm pœnitentia agenda eſt, ſed ſiue palàm, ſiue clam, poſtq̃ reus confeſſus fuerit coram Deo, ad antiſtitem currendum eſt omni neceſsitate, qui ſolui deſiderat à mortali. Ratio eſt, vt per præpoſitos in eccleſia ſibi miniſtrentur claues. Alia quoq; ratio, vt maternorum membrorũ ordine cuſtodito, à præpoſitis ſacramẽtorũ accipiat ſatisfactionis ſuę modum. Et hortatur, vt in hoc ſacrificio cõtribulati cordis perſiſtat reus deuotus & ſupplex. Quem ritum humiliandi fidelis in confeſsione Witcleff dicit ſuprà fictam blaſphemiam. In hac autem duplici ratione Auguſtini innuitur neceſsitas confitendi ſoli presbytero, quam Witcleff habet exoſam, Tum propter miniſterium clauium, Tum propter ordinem eccleſiæ conſeruãdum: vt nõ vnuſquiſq; à ſe, ſed à ſacramentorum præpoſito accipiat ſatisfactionis ſuæ modum. Quàm neceſſariò igitur ſatisfacere debet, tam neceſſariò ſubijci clauibus debet, & ad modum ſatisfaciendi tenere, quem iudicent antiſtites. An putat Witcleff hæc omnia fruſtrà Chriſtum in eccleſia ſtatuiſſe, & ſine clauibus, ſine præpoſitis cuncta facere per ſeipſum? Miſer decepte homo, cur tibi, & deceptis tuis talem veniam pollicetis? Quales in prædicto ſermone aliquãtò ſu-

Digitized by Google

periùs deplorat AVGVST. Implicatus ergo tam mortiferorum vinculis peccatorum, detrectat, aut differt, aut dubitat confugere ad ipſas claues eccleſiæ, quibus ſoluatur in terra, vt ſit ſolutus in cælo: & audet ſibi poſt hanc vitam, qui tãtùm Chriſtianus dicitur, ſalutem aliquam polliceri, nec veridico illo dominicę vocis tonitruo contremiſcit, Non omnis qui dicit mihi Dñe Dñe intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Hæc ille. AVTHOR. Tene verba, perpende ſententiam, & illum arguit temeritatis, dum audet ſibi ipſi ſalutem poſt hanc vitam aliquã polliceri, qui implicatus mortifero crimine detrectat, differt, aut dubitat cõfugere ad claues eccleſiæ, quas dicit habere eccleſiarum ſolos & ſacramentorũ præpoſitos. Nonne hæc grãdis confitendi neceſsitas? Aut vbi iam ſtat cũ ſalute futura ſine hac cõfeſsione tua libertas? Hanc dicit Auguſtinus dictionem ad Deum, Dñe Dñe, illam factionem volũtatis paternæ, qua ſola ſublata, quantumcunq; clamaueris Deum, Deũ, confitendo Deo ſoli, regnũ cælorum nõ intrabis. Et vide quod verba notat in forma Chriſti, præponens ſolutionem peccatoris per claues in terris, vt demum à Chriſto ſoluatur in cælis.

¶ Quòd Cõfeſsio auricularis ſit tanq; ex apoſtolica regula plùs, & priùs laudata, q; publica, & de ritu interrogationis faciendæ in ea per presbyterum.

CAP. LXXI.

SVMMA.

1 *Auriculariter q; ſit confitendum, non publicè, uſu & authoritate apoſtolica, contra Witcleff.*
2 *Iudæi etiam quomodo auriculariter confitebãtur.*
3 *Petrus, & Paulus traduntur confeſſi.*
4 *Error triplex circa illud dictũ Petri in Actis (Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſq; veſtrum) deſcribitur.*
5 *Confeſsio ſpecialis quòd ſit ſoli facienda preſbytero, & quare. Et de eius neceſsitate latiſsimè.*
6 *Peccatorum q; ſint diſquirendæ circunſtantiæ.*
7 *Interrogatio de peccatis laudatur.*
8 *Deus q; ſit promtior ſemper ad miſerendum miſeris, quàm ad puniendum proteruos.*



Terum valde diligẽter aduerto, q; tempore Auguſtini eccleſiarum præpoſitus taxabat peccãti ſatisfactionis ſuæ modum, ne ſcilicet ſuũ ad arbitrium peccans publicè confiteretur vt vellet, cùm Witcleff dicat, Nõ noſtram priuatam, ſed publicam confeſsionem temporibus apoſtolorum, & deinceps tẽpore Auguſtini plus eſſe laudatam. Poſt quæ tẽpora multis cẽtenis ſucceſsit Innocentius tertius huius noſtræ auricularis confeſsionis pri
1 marius inſtitutor. AVTHOR. Totũ † fabulo ſum eſt hoc, & ſine authoritate prę ſumptum. Sed nouerit certũ eſſe, quòd priùs vſu, & authoritate apoſtolica cõfeſsio priuata catholicè tenebatur, & illicita poſtmodũ vſurpatione quorundam, confeſsio diſtincta peccatorum paſsim volauit in publicam. Quam primus Leo cenſuit ſubmouendam magnis de cauſis, & ſecretam confeſsionem fidelibus continendam, qui non multò Auguſtino poſterior, diu præceſsit Innocentium tertium. Libro enim Decretorum cap. ſecundo decretalis Epiſtolæ Leonis. Vniuerſis per Campaniã, Samnium, & Picenum. LEO. Illam etiam contra apoſtolicam regulam, quã nunc per ignauiam à quibuſdam illicita vſurpatione videmus committi, modis omnibus conſtituimus ſubmoueri: de pœnitentia videlicet, quæ ita à fidelibus poſtulatur, vt de ſingulorum peccatorum, genere libelli, ſcripta profeſsio publicè recitetur. Conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicari ſecreta. Quanuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorẽ apud homines erubeſcere non veretur: tamen quia non omniũ huiuſmodi ſunt peccata, vt ea quæ pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare: remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis facta reſerare, quibus poſſent legum conſtitutione percelli. Sufficit etiam illa cõfeſsio, quæ primùm Deo offertur, tunc enim ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis. Hæc ille. AVTHOR. Hæ rationes catholicæ, hæ inuectiones ſolennes quantùm antecedunt argutias Witcleff multiplicatas in numero. Ideò antiquam illa conſuetudo confitendi ſoli presbytero, iam reuocatur in integrum, quia plures ſic poterunt ad pœnitentiam animari: & ne

Auriculariter non publicè confitendum.

tam

tam fide facta ab inimicis plectendi legibus, reducerentur ad iudices: & ne multi pudore victi, à pœnitẽdi remedijs arcerentur, & ne talia neſcientes quæ audiunt, artem diſcant peccandi, & maximè, quia contra apoſtolicam regulam illicita quorundam vſurpatione, priuata confeſsio vertebatur in publicam. Non ergo iam primò cœpit de publica, eſſe priuata confeſsio, vt quidam conſtituunt, ſed prima auricularis renouatur, vt antè. Propter hoc dicit totiens Auguſtinus, Primò ſoli Deo cõfeſſus, eat ad antiſtites, qui claues habent ſoluendi, & eorum arbitrio, ſi prodeſſet, confiteatur eccleſiæ. Ergo malè dixit totiẽs in lege Iudæorum, putà Leuitico, & alibi, ſine auriculatione peccatum quodlibet coram populo diuulgãdum, & ſic coram apoſtolis in primæuis eccleſiæ. Peruerſè errat, cùm ignotorũ ſibi peritias introducit, dicẽs lib. 1. de ſermone Domini in monte cap. 38. Papa latinus debet erubeſcere de iſta moderna pœnitentia ſine fundatione. Sequitur. Sapientia autem diuina Hebræorũ, & ſapientia Græcorum deriderent iſtam ſtultitiam Latinorũ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Verba ſunt hæc ſine fundatione cõficta. Quãtum ad Græcos & Hebræos dixi libro quinto. 2 Et † iterum quo ad Hebræos. Moderna confeſsio Iudæorum eum conuincit. Ipſi eñ adhuc ſacerdoti ſuo auriculariter confitentur, qui ſub atteſtatione diuinæ iræ ſtringuntur ad ſecretum: velut hoc anno fatebatur multis vt ad aures Ducis Aurelianenſis domini Caroli peruenisſet quidam ex Iudæis conuerſus, & eorum quõdam ſacerdos dictus Manaſſes. Et quòd dicit ſummum ſacerdotem confiteri ſemel in anno peccata populi ſuper caput hirci, Leuitic. 16. intelligat non omnem hominẽ ſuum tunc publicaſſe peccatum, nec ſacerdotem potuiſſe tũc vniuſcuiuſq; peccatum confiteri diſtinctè, ſed vniuerſorum in genere. Vnde & apoſtolus ad Hebræos. 10. dicit illam niſi commemorationẽ peccati: in ipſis inquiẽs, commemoratio peccatorum fit per ſingulos annos. Et poſſet hoc eum confundere arguentem contra decretum Innocentij de confitendo ſemel in anno, quòd Iudæi regulariter obſeruarent coram ſuo presbytero tunc. Aut adhuc in die expiationis, menſe ſeptimo videlicet Septembri totum feſtum agentes in confeſsione & pœnitentia, die ſcilicet, quo deſcendit Moyſes de monte cum rumoribus diuinæ propitiationis ad populum pro vitulo tunc conflato, ſecundùm Rabbi Moyſen libro. 1. 3 Petrus † autem baptiſmo Chriſti baptizatus aut Ioannis, nonne putas peccata confitebatur vt alij, & Paulus etiàm Ananiæ, vt perſacerdotium, quod tunc erat in eccleſia, conuerteretur ad Chriſtũ? Sicut ex Auguſtino produxi ſuperiùs libro quinto. Sed quot millia, inquit, ſine tali confeſsione in primis eccleſiæ conuertebantur ad Dominum, ſicut Petrus ait in Actibus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum: quod de interiori pœnitentia, non de exteriori dictum accipitur. Hæc Witcleff, cap. 9. de blaſphemia. 4 AVTHOR. Conſtanter † loquitur, aſſerens quaſi hoc ſciret de exteriori negatum, de interiori tantùm pœnitentia intellectum: demus ei quod petit, ſed quod ſequitur verbum, Pœnitemini, & baptizetur, inquit, vnuſquiſque veſtrum. Aliud eſt igitur tunc pœnitere, cùm baptiſmus non deerit, aliud poſt acceptũ ſacramentum, cùm baptiſmus iterari non poterit: & quanuis ſolita ante baptiſmum eſſet expreſſa confeſsio, non tamen eſt nolenti tunc ſimpliciter imponenda. Ratio, quia ipſe baptiſmus peccatorum omnium eſt aperta confeſsio. Qualiter libro tertio de ſacramentis, verſus finem AMBROSIVS. Quando dediſti nomen tuum, tulit lutum, & liniuit ſuper oculos eius. Quod ſignificat, vt peccatum tuum fatereris, vt conſcientiam agnoſceres, vt pœnitentiam ageres delictorũ, hoc eſt, ſortẽ humanæ regenerationis agnoſceres. Nam etiam ſi non fateatur peccatum, qui venit ad baptiſmum: tamen hoc ipſo implet confeſsionem omnium peccatorum, q̃ baptizari petit, vt iuſtificetur, hoc eſt, vt à culpa ad gratiam tranſeat. Hæc ille. AVTHOR. Poteſt igitur verum eſſe de multis ante baptiſmum, quòd non ſic expreſsè pœniteant, quòd item multi ſic pœnituerunt, baptizante Ioanne, aut Apoſtolis tempore Chriſti, aut Chriſto in cælos corpore iam tranſlato, planum eſſe ſcripturæ loquuntur. Ita poſt baptiſmum pœnitebant complures, qui etiam ſacramentaliter reconciliati ſunt more noſtro in eccleſia, ſicut inter cæteros Corinthius ille, & complures tunc peccatores in illa eccleſia. Et Simon apud Petrum. Lege Auguſtinum in Epiſtola ad Seleutianum, ſi ita non iſta dicat, vbi etiam reperies vnum inuolutè contra te alio extremo ſic erraſſe, vt ſolam pœnitentiam tunc dediſſent Apoſtoli loco baptiſmi. AVGVSTIN. Quomodo autem iſte dicat, quod in Epiſtola tua poſuiſti, quòd Apoſtoli dederunt pœnitentiam pro baptiſmo, nõ euidenter expreſſum eſt. Si enim pro baptiſmo ideò dicit, quia per pœnitentiam remittuntur peccata, habet

Iudei etiam auriculariter confitentur.

Petrus Paulus confeßi.

Digitized by Google

fueras in Ægypto, qua alia niſi in regno diaboli: & donec in ſanguine paſsiõis Chriſti ad hoc ſacramentum perueneris, ſaluari non poteris. Iam argutias ſuas inuoluit Witcleff, qđ ante tempus Innocentij tertij hæc auricularis confeſsio non fuit neceſsitatis in eccleſia. Iam collollardi eius tempora calculent, vt probẽt hunc Innocentium non tot centenis annis ſequutum eſſe Hieronymum. Talem ſemel vel vnam authoritatem adducant pro hæreſi ſua dimiſsis ſcripturarum ambiguis & argutiarũ ridiculis. Quid autem ſit ſacerdotem confeſsi ſui veſtimenta diſſuere, verbum ſequens oſtendit, vt oſtendat tibi omnia peccata tua. Qualiter adhuc in eccleſiaſtica confeſsione mos eſt aſtutis interrogationum modis & põderum ſtimulis peccata facere foras venire ante oculos pœnitentis. Qualiter habet libro de vera & falſa pœnitentia verſus finem AVGVSTINVS. Diligens † inquiſitor, ſubtilis inueſtigator ſapienter, & quaſi aſtutè interroget à peccatore quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine varietates eius non dubitet inueſtigare & locum, & tempus, & cætera quæ ſupra dixi mus in exponenda eorum qualitate. Quibus cognitis aſsit beneuolus paratus erigere, & cũ eo onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate. Adiuuet confitentem orando, eleemoſynas faciendo, & cætera bona pro eo agendo. Semper eum iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cùm opus fuerit etiam increpando. Hæc ille. AVTHOR. Salutaris † interrogationis eſt obſeruantia in ordine confitendi, ſicut in ordine baptizandi: ideo Auguſtinus bene dixit ſuprà, eandem eſſe cauſam reconciliationis & baptiſmi: & fundamentum habere videtur in interrogatione Chriſti ad conquirentes ſcribas & turbas diſcipulos eius. Marc. 9. dicentis. Quid inter vos conquiritis? Vbi in commento Marci HIERONYMVS. Interrogauit eos, Quid inter vos quæritis, quid ſit dominus interrogat, vt confeſsio pariat ſalutem, & murmur ſermonibus ſoluatur piis, vt eſt illud: Dic tu prius iniquitates tuas vt iuſtificeris. Hæc ille. AVTH. De interrogatione eccleſiæ in confeſsione facienda intelligit ſanctus pater hũc locum, vbi ſacerdos pœnitentem ſollicitat, vt dicat prius ſuam iniquitatem, & confeſsio pariat ſalutem non damnet confeſſum: pronior † ſemper eſt Deus ad miſerendum miſeris, quàm ad puniẽdum proteruos, & hoc eſt contra inſaniã Witcleff ibi, vbi Chriſtus cùm accuſaretur adultera inclinauit caput, dum defecit accuſator attulit ac erexit, vt notat lib. 7. epiſtolarum, ad Orontianum AMBROSIVS. Vide lector diuina myſteria, & clemẽtiam Chriſti: cùm ac cuſatur mulier caput Chriſtus inclinat: eleuat autem vbi deficit accuſator. Ita damnari nullum vult, abſolui omnes. Hæc ille.

6 *Peccatorũ diſquirendæ circunſtantiæ.*

7 *Interrogatio de peccatis, laudatur.*

8 *Pronior ad miſerendũ, quàm puniẽdum Deus.*

¶ Quòd poteſtas ſacerdotalis ad remittendum peccata, eſt donum ſpiritus ſancti, tam in ſancto viro, quàm in presbytero peccatore, dum fit in eccleſiæ vnitate.

CAP. LXXII.

SVMMA.

1 *Confeſsionis uocalis neceſsitas probatur.*
2 *Witcleff magiſtri Lutheri obiectio, quòd nõ ſint confitenda peccata niſi ſolis ſanctis, non autem peccatoribus. Et ad eandem reſponſio.*
3 *Hæreticorum mos, cunctos diffamare præpoſitos, & eccleſiæ miniſtros.*
4 *Eccleſia, quæ fundatur in Chriſto, quomodo claues ab eo regni cælorum accepit in Petro.*
5 *Witcleff, quòd ſit perfidus Donatiſta (qui meritis hominum ſacramentorum alligat poteſtatem) oſtenditur.*
6 *Hæretici, ſchiſmatici, aut alij peſsimi Chriſtiani in quibus ſint à catholicis redarguendi, & prohibendi, & in quibus non.*
7 *Hæretici quomodo poſſunt ſacramẽtaliter abſoluere, ſine tamen remiſsione peccatorum.*
8 *Dona Spiritus ſancti, quòd ſine charitate poſsint dari.*
9 *Argumentum efficax contra Witcleff.*
10 *Eccleſia quid. Et quid de illa dicat Origenes.*
11 *Gratia diuina, q. magis operetur in ſacerdotibus, quàm humana, oſtenditur.*

QVæ ergo neceſsitatis & imprætermittendæ frequentiæ ſit in lege euãgelij per omnẽ eccleſiam hæc priuata vocalis confeſsio, contra omnes hæreticos, ſanctorum patrũ documenta concludunt: idcirco poſt tot blaſphemias coactus eſt hoſtis eius Witcleff eam in omni Dei lege fateri eſſe fundatam: nec excipitur lex naturæ. Audiuit forſan auditũ Auguſtini

Digitized by Google

guſtini,& timuit,quem Chriſto reuelante ſibi deſcripſit in ſermone quartæ partis de confeſſione peccatorum qui incipit,In omnibus ſcri
1 pturis AVGV. In † omnibus, inquit, ſcripturis diuinis fratres Chariſsimi vtiliter ac ſalubriter ammonemur,vt peccata noſtra debeamus iugiter & humiliter,nō ſolùm Deo, ſed etiam ſanctis & Deum timentibus cōfiteri. Sic enim per Iacobū apoſtolū admonet nos ſpiritꝰ ſanctus,dicens,Confitemini alterutrum peccata veſtra,& orate pro inuicē vt ſaluemini. Et Pſal. Confitemini domino quoniā bonus. Et iterū: Dixi, pnūciabo aduerſus me iniuſtitias meas domino,& tu remiſiſti impietatē peccati mei. Quomodo enim peccatorū vulnera nūquàm nobis deeſſe poſſunt:ſic & confeſsionis medicamenta deeſſe nō debēt. Nō enim vult Deus ideo vt confiteamur peccata noſtra,vt ipſe ea non ſcire poſsit, ſed quia diabolus hæc deſiderat vt inueniat quod nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat:ideo vult vt magis defendere quàm accuſare peccata noſtra velimus. Ecō trario autem quia dominus noſter pius & miſericors eſt,vult vt ea confiteamur in hoc ſeculo, ne pro illis confundamur poſtmodum in futuro. Hæc ille. AVTH. Hic ergo omnes ſcripturas diuinas vocat in teſtes, ꝙ peccata noſtra debemus nō ſoli Deo, ſed & ſactis & Deū timentibus confiteri,ita ꝙ vocalis cōfeſsio hominis facta,eſt omni lege diuina præcepta:quā tenemur humiliter & diſtinctè ſic proferre homini ſicut Deo,quia reputatur Deo facta confeſsio,quæ diuino iuſſu homini exhibetur. In cuius argumentum ſcripturæ quas adduxit ad probandum confeſsionem faciendam ſanctis & Deū timētibus, nec Deo ſoli, confiteri præcipiunt. Confitemini domino quoniā bonus,inquit,& dixi pronunciabo aduerſus me domino. Quid mirum? cū quicquid fecerimus vni ex minimis,eſt ſicut ſibi iā fecimus, inquit Chriſtus,& quicquid eidem negauerimus,ſibi computat eſſe negatum. Sed cū hæc ſcribere in via qua ambulabam abſconderunt laqueū Witcleuiſtæ, Attende,inquiētes, quid dixeris.
2 Nunquid † peccata noſtra fateamur:non ſolùm Deo,ſed ſanctis & timentibus dominum: quis hoc neget ſalua libertate primæua? Sed nunquid ſic tenemur confiteri Cæſareis idiotis contra Chriſtum de neceſsitate ſalutis cap. 9. de blaſphemia. In tertio ſigno magi Pharaonis defecerant exigentes vt cuicunque voluerint limitare vt audiat confeſsiones alterius ſecundùm formam & tempus quod ipſi limitare voluerunt, oportet de neceſsitate ſalutis taliter confiteri,ſed iſti parum notant quomodo Chriſtus antequàm iſtam poteſtatē dedit apoſtolis,dixit eis: Accipite ſpiritū ſanctū, qui talem conferat vicariā poteſtatem. Quicū q; ergo antiſtes Romanus vel alienus non habuerit ſpiritum ſanctū ſequendo Chriſtum in ſanctè viuendo,ſciat ſe eſſe alienū à vicaria poteſtatis huiuſmodi, ſicut eſt alienus à numero eorum, quibus hoc verbū domini fuerit dictū. Hæc Witcleff. AVTH. Miſer homuncio,q̄ cri *Reſponſio.* minibus falſis pronus es inſectari catholicos: cur ſaltem toti mundo venerandum non venearis antiſtitem? Mos perditorum ſemper eſt, & erat patrum ſuorū, qui eorum correctioni ſtudent,detractioni inſiſtere. Et quid hoc proficit cauſę damnabili? An omnes patres & prę poſiti criminabiles ſunt, & ipſi ſoli ſine crimine viuunt, quos patres puniunt, quia flagitioſos inueniūt? De quibus in ſermone illo notabili de pœnitētia,qui incipit. Quòd ſit vtilis, loquitur. AVGVS. An forte oſtendūt multos etiam in ipſis oneribus eccleſiaſticis præpoſitorum & miniſtrorum non congruenter viuere ſermonibus & ſacramentis,quæ per eos populo miniſtrātur? O miſeros homines,qui hos intuendo,Chriſtum obliuiſcuntur? qui & tantò antè prædixit,vt legi Dei potiùs obtemperetur,quàm imitandi videantur illi,qui ea quę dicunt,non faciūt:& traditorē ſuum toleranit vſq; in finē,& ad euangelizandū cū cęteris miſit. Tam ſunt autem iſti abſurdi, & prępoſteri, & miſeri,qui præpoſitorum ſuorū malos mores imitari eligunt,quàm per eos edita domini præcepta ſeruare: quaſi quiſquā viator remanendū ſibi eſſe exiſtimet in itinere cū viderit milliaria lapidea literis plenaviā docere & non ambulare. Cur enim nō potiùs ſi peruenire deſiderat tales comites intuetur, & conſequitur, qui,& viā bene demonſtrant,& in ea perſeuerāter atq; alacriter ambulant? Quòd etſi iſti deſint,vel potiùs minus appareāt(nam deeſſe nō poſſunt)non enim quærūt ſic homines charitate ſtudioſa qđ prædicēt ad imitationē, quō quærūt iniquitate ſuperſtitioſa quid murmurēt ad deceptionē,partim non inueniēdo bonos,dū ipſi mali ſunt,partim timēdo inuenire, dū mali eſſe ſemper volūt. Sed tamē concedamus nō apparere nūc homines dignos imitatiōe,quiſq; hoc putas,mēte Deū intuere, q̄ homo factus eſt,vt homines viuere doceret. Sed habitet per fidē Chriſtus in interiore homine: in corde tuo recorderis & illud, qđ Ioānes ait, 1. Ioā. 2. Qui dixit ſe in Chriſto manere, debet quemadmodū ille ambulauit,& ipſe ambulare. Et ita nec tibi deerit quē ſequaris, & cùm te ali⁹ viderit,de bonorū inopia cōqueri deſinet.

Hæc

ęßio= ecęßibatur.

ectio teleff iſtri beri.

Digitized by Google

Hæc ille. AVTHOR. Spatioſus quidem proceſſus,ſed neceſſarius Chriſtianis, contra querulos & detractores, in patres prænotanda collatio. Eorum maximè,qui poteſtati clauium derogant ſemper,ne per eas corrigãtur
3 inuiti. Hæretici † iſti ſunt, qui cunctos diffamant præpoſitos & eccleſiæ miniſtros,culpas quia ingerũt veras & falſas,probantes iam nõ eſſe prælatos imitandos:quia timent inueniri aliquot bonos,qui dignè poſſent ſuam arcere veſaniam. Bene de hoc populo declamat Seneca, Nullos magis odit populus, quàm quibus plurimùm debet. In capite tamen querelæ,vel lem fideles noſtros de diffamãte diſtinguere. Si ſit hoſtis eccleſiæ,putà hæreticus quantuncunque ſuſpectus, aut ſchiſmaticus. Poſſent enim aliter credendo,ſcribarum & phariſæorum inſania,ſic cæcari, vt Chriſtum negarent poſſe peccata dimittere, quia homo erat peccator,cum peccatoribus manducans, ſabbatũ ſoluens,& habens dæmonium:nunquid bene loquebantur hoſtes Chriſti de Chriſto? Qualiter ergo poſſunt ſuis diſcipulis eſſe propitij,dicente Chriſto:Non poteſt diſcipulus eſſe maior domino ſuo:ſi me perſecuti fuerunt,& vos perſequẽter? Si ergo ſit hæreticus,aut ſchiſmaticus,clamoroſus,vel tacitus,catholicos paſtores & oues quærit diſpergere,noli credere:ſaltem retine tibi Chriſtum, qui iubet paſtores malos bene docentes imitari ad verbum,deteſtari ad factum,aut populum fefelliſſet,cui miſit Iudam indignum populum, & apoſtolum ſi noluiſſet ab eo ſuſcipere verbum euangelicum & corporaliter & ſpiritualiter gratias ſanitatum. Quòd ſi adminiſtratio ſacramentorũ longè ſit inferior verbo Dei, vt tu dicis, quomodo potuit Iudas ſine ſpiritu ſancto iam vocare ad fidem prædicando: nec potuit iam fidelem ſine ſpiritu ſancto iuuare ſacramentaliter miniſtrando. At cùm Chriſtus dixit: Accipite ſpiritum ſanctum: quorũ remiſeritis &c. principaliter totam eccleſiam deſignauit,quæ ſpiritum ſanctum habet præſentem ſemper. Columba eſt,quæ baptizat:columba itẽ, quæ abſoluit,remiſsionem largiẽs peccatorum, ita in Petro ſicut in omnib⁹. Vnde homilia. 123. ſuper Ioannem. AVGVSTINVS. Eccle
4 ſia † quæ fundatur in Chriſto,claues ab eo regni cælorum accepit in Petro.i.poteſtatẽ ſoluendi,ligandiq́ue peccata. Quod eſt enim per proprietatem Chriſtus in eccleſia, hoc eſt per ſignificationem Petrus in petra. Hæc ille. AV-
5 THOR. Nouerit † ergo omnis mũdus Wicleff in hoc perfidum Donatiſtam, quãdo meritis hominum ſacramẽtorum alligat poteſtatem,dicens,quòd ſolùm viris apoſtolicis habẽtibus ſpiritum ſanctum talem Deus conferat poteſtatem, & omnis alius non ſic habens ſpiritum ſanctum inſequendo Chriſtum ſanctè viuendo, alienus eſt ab hac vicaria poteſtate, ſicut eſt alienus à numero. An neſcit iſte diuiſiones gratiarum eſſe, diuiſiones miniſtrationum,& diuiſiones operationum,omnes in eodem ſpiritum? dicente apoſtolo. 1. Corint. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientię,alij autem ſermo ſcientiæ ſecundùm eũdem ſpiritum:alteri fides in eodem ſpirito. Alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum, alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguarum:alij interpretatio ſermonum. hæc autẽ omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus,diuidens ſingulis prout vult. In his omnibus multos agnouimus,qui donis ſpiritus ſancti imbuti,& ſancto ſpiritu operãtes, qui Chriſtum ſanctè viuendo omnino ſecuti non ſunt: ideo in fine capit. ſubiungit. Quoſdam miſit Deus in eccleſia primũ apoſtolos, inter quos Iudam: ſecundò prophetas, inter quos Caipham,& illos de quibus Chriſtus ait: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos. &c. Tertiò doctores, inter quos pſeudoapoſtolos tempore Pauli. Quartò facientes virtutes,& genera curationum,inter quos illos, de quorum vno Marc. 9. Magiſter,vidimus quendã in nomine tuo eiicientem dæmonia,qui non ſequitur nobiſcum,& prohibuimus eum: Ieſus autem ait,Nolite prohibere eũ. Nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſsit citò malè loqui de me:qui enim non eſt aduerſus nos,pro nobis eſt. Quem locum tractans lib. 4. de cõſenſu euangeliſtarũ. AVGVSTI. Hoc,inquit, vult intelligi intantum cum illo non eſſe aliquid,inquantum eſt aduerſus illũ. Et intantum aduerſus illum non eſſe: inquantum cũ illo eſt. Exempli gratia,ſicut ille ipſe, qui in nomine Chriſti virtutes faciebat, & in ſocietate diſcipulorum Chriſti nõ erat,inquãtum operatur virtutes in illius nomine, intantum cum ipſis erat, & aduerſus eos non erat: Inquantum verò eorum ſocietati non adhærebat,intantum cum ipſis non erat, & aduerſus eos erat:ſed quia illi hoc eum facere prohibuerunt in quo cum ipſis erat,dixit eis dominus:Nolite prohibere eum: illud enim prohibere debuerunt, quod extra eorum ſocietatẽ erat:vt illi vnitatem eccleſiæ ſuaderent,non illud,in quo erat cum eis,ſcilicet magiſtri & domini eorum nomen in dæmonium expulſione commendans,ſicut eccleſia catholica facit,

non

Digitized by Google

non improbans in hæreticis ſacramenta communia. In his nobiſcū ſunt, & aduerſus nos nō ſunt, ſed improbat, & prohibet diuiſionem, ac ſeparationem, vel aliquam aduerſam paci veritatiq; ſentētiā. In hoc enim aduerſus nos ſunt, qui in hoc nobiſcum non ſunt, & nobiſcum non colligunt: & ideo ſpargunt. AVTHOR. Ita cū apoſtolis Chriſti ſunt, qui homines per poteſtatem ſibi cōceſſam abſoluunt, cū eis nō ſunt, ſi non bene viuant. Imò malè viuēdo eis diſſentiunt, ſi tu tamen ſic abſoluētes in nomine Chriſti vis prohibere, quia cū Chriſto non viuunt, nec imitātur apoſtolos, dixit tibi Chriſtus: Nolite prohibere eos. Quia qui aduerſus Chriſti apoſtolos, non eſt in opere pro eis. Et
6 in ſacramentis valet hæc ratio. Hæretici † autem aut ſchiſmatici aut alij peſsimi Chriſtiani ſi ipſa vera ſacramenta Chriſti tractant cū catholicis, in his redarguendi, aut prohibendi non ſunt, in quibus pro nobis, aut cum nobis ſunt, ſed in quo nobiſcum non ſunt: quia ſeparationem fouent, pacem turbant eccleſiæ, veritati catholicæ contradicunt. In his monendi, in his prohibendi per eccleſiæ authoritatē ſunt, & omnimodè compellendi ſi extra eccle
7 ſiæ vnitatem ſacramenta diſpenſant, quia † ab
ſoluunt remiſſi peccato retici. ſoluere quidem ſacramētaliter poſſunt, remiſſionem autem peccatorum dare extra eccleſiaſticam vnitatem nuſquā poſſunt. Et ideo Chriſtus ait: Accipite ſpiritū ſanctum in modo pacis eccleſiæ, in qua poſsitis efficaciter peccata remittere. Vnde homilia. 32. ſuper Ioannem. AVGVSTINVS. Modus quidem futurus erat donationis eius, qui omnino antea nō apparuerat, de ipſo hîc dicitur. Sequitur. Poſt reſurrectionem autem ſuam quādo primò apparuit diſcipulis ſuis, dixit illis: Accipite ſpiritū ſ. Hæc ille. AVTHOR. Qui ergo cōtra eccleſiaſticam virtutem per hæreſim aut ſchiſma non contradicit apoſtolis, quanuis nō per vitę enormitatem ab eorū numero alienus: nō item neceſſe eſt eum ab eorum eſſe poteſtate diuerſum. eſt enim quidam modus dandi ſpiritum ſanctum ſecundùm poteſtatem. Sicut docet ſuper hunc textum homil. 86. CHRYSO. Nequaquam autem quis peccabit, tunc ſuſcepiſſe eos, dicens. Poteſtatem quādam ſpirituā
ſpiri ncti charita ri poſ- lem & gratiam, non vt ſuſcitent, & virtutes faciāt, ſed vt dimittāt peccata, Diuerſa enim ſunt chariſmata ſpiritus. Hæc ille. AVTH. Non igitur valet ratio: ſi acceperint ſpiritum ſanctum
8 ad aliquam poteſtatem vel donum: ergo ad vitæ ſanctæ ſubſidiū. Omnia † enim bona, quæ iam ſuprà recitauit Apoſtolus, poſſe eſſe ſine charitate probat, quòd omnibus eis cōmemoratis, ſubiicit de charitate. Adhuc autem excellentiorem viā vobis demonſtro. Alia ergo via in donis ſpiritus ſancti, ſapientiæ. ſ. & gratiæ, & ſcientiæ, & intellectus miniſtrationum, operationum, gratiarum, & alia longè excellētior via charitatis. Dixi diffuſè de his ſuprà libro. 5 in principio ca. 146. Aggredior autē hîc Witcleff finaliter & quēlibet Witcleuiſtā argumē
9 to Chriſti cōtra phariſaicam ſectā. Si † quis veſtrum ſacerdos, aut ipſe Witcleff, ſi vnquā habuit ſequendo Chriſtum & ſanctè viuēdo ſpiritum ſanctum vt baptizare poſſet, aut reconciliare pœnitentem in remiſsionem peccatorum? Si non, fruſtra probaſtis Chriſtum dediſſe talem apoſtolicis viris poteſtatem, quos omni iuſtitia vitæ veſtræ, nec vos habere poteſtis. Si ſic, oſtēdite nobis illum: vt qui ſine peccato eſt veſtrum, primus lapidē mittat in Romanum antiſtitem. Hoc ſuperbum principiū aſſumpſit ſibi Donatiſta Creſconius, prout in uehitur contra eum lib. 2. cap. 26. AVGV. Tu dixiſti, tu etiā ſcribere minimè timuiſti, vt quiſquis peccator inter omnes homines fuerit, ius ſibi baptiſmatis non vſurpet: ſi autem nondū baptizatus es, aut hanc vaniſsimam ſēntentiā corrige, aut à quibus baptizeris angelos quære. Sed arbitremur te cōuictū correxiſſe. Quiſqs eo crimine qđveſtri obiiciūt peccator inter omnes hoīes fuerit, ius ſibi baptiſmatis non vſurpet: neq; enim hoc contra nos eſt, qa ſi etiā talis vſurpauerit, & dederit, non eū ſibi vſurpare debuiſſe dico: nō autē dediſſe nō dico. Illeve rò, qui accipit, ſi homo bonus ab homine malo, ſi fidelis à perfido, ſi pi⁹ ab impio, pernicioſum erit danti, nō accipienti. Illud quippe ſanctū malè vtentē iudicat, bene vtētē ſanctificat. Hæc ille. AVTH. Ita de poteſtate abſoluēdi arguimus. Si tu Witcleff nondum es abſolutus à crimine, aut hanc impietatē ſacrilegā corrige, aut à quibus abſoluaris angelos q̄re. Qui enim dixit ſe peccatū non habere, ſed magis ſequendo Chriſtū ſanctè imò ſanctiſsimè viuere, mēdax eſt, ait Ioannes. Sed dicis cum Creſconio. Nō de omni peccato, ſed de quali nobis obiicitis, putà de dote. Aut quia punit nos legibus, & ſic Chriſtum non ſequitur, accuſandum relinquitis Romanum antiſtitē, aut alium abſoluentem, hoc ſemper impoſitum nō probatis, ſed vera crimina doceatis. Et dico non eum ſibi cum hac macula vſurpare debuiſſe, abſolui potuiſſe cū profiteor. Sancta enim poteſtas malè vtentē iudicat, bene vtentem ſanctificat. In his omnibus fatuitatē tuā ſuperbā & ſacrilegam cū hæreticis antiquatis agnoſce: ſciēs te ex hoc caput accepiſſe errandi, quòd cōtra tā ſanctè

Cōtra Witcleff arg. efficax.

Euaſio Witcleff. Reprel. ēſio

ſanctè fundata,tam validè à fluentis apoſtolicis ordinata per omnem orbis eccleſiam latiſſimè prædicata,nouellus,nec ſic peritus vt dicax hæreticus,nudo verbo putas te poſſe reſcindere? Ideo lib.8.regiſtri epiſtola.13.GREGO. Quantam cordi noſtro lætitiam eccleſiæ ordo inculpabiliter cuſtoditus infundit, tantum reſciſſus tædium doloris imponit, quando prauitatis temeritas in euerſionem diſcipli næ tentat,& quæ ſunt olim laudabiliter ſtatuta diſſoluere, & quæ fortiùs punienda præſumere. Hæc ille. AVTHOR. Hanc igitur inuidiam nominis à Guillelmo præceptore ſuo contraxit,dicente in defenſorio ſuo, hoc nomen eccleſia dici omnium veriſimè & propriiſsimè ſecundùm primam impoſitionem huius nominis ſeu intẽtionem primã imponẽtiũ de vniuerſitate fideliũ credentiũ.& hęc fuit impoſitio prima huius dictiõis, & cõſuetus vſus apud apoſtolos primæ Corinth.1.Eccleſię Dei quæ eſt Corinthi ſanctificatis in Chriſto Ieſu.Hęc ibi. AVTHOR. Quia dixit hanc intentionem & impoſitionem primam ſic veriſſimè & propriiſsimè eccleſiam dici,nõ de præpoſitis & clericis, ſed de confuſa plebe credentium,ad alta nos mittit, vt quæramus de primis in.8.cap.libri Ioſue:vbi ſcribitur,quòd Ioſue vniuerſa replicauit coram omni multitudine Iſraël,mulieribus,paruulis, ac aduenis, qui inter eos morabantur. Antiqua litera habet. Non erat vllum verbum ex his omnibus quæ mandauit Moyſes, quod non legeret Ieſus in auribus totius eccleſiæ filiorum Iſraël.Et ſecũdùm Origenem addidit,& mulieribus, infantibus,& proſelytis.Secundùm vtranque literã ſi nomen eccleſiæ vel multitudinis Iſraël veriſſimè ſecundùm intentionem primam dicitur de tota illa collectione fidelium: quid addendæ erant mulieres,paruuli,& proſelyti? Hæc enim additio eorum ad eccleſiam,videtur facere eccleſiam accipi ſine eis, aut ſecundùm eius optimum præceſsiſſe, & in alio gradu ſubſequi mulieres,& ita impariter dicetur de ſingulis,quod iſti dicũt à prima veritate remotum.

Eccleſia quid ſit.

10 Sed † ſecundùm ſcripturæ veriſimam authoritatem exponens hunc locum Origenes, dixit perfectos & maiores verè dici eccleſiam. Carnales autem & infirmos quoſcunque de populo,qui in mulieribus deſignantur,& paruulis,eſſe ſequelam eccleſiæ. Vnde homilia.9. ſuper Ioſue. ORIGE. Hoc, inquit,nunc vel cùm ſcripturæ eccleſiæ leguntur, vel cùm ſermo explanatiõis profertur ad populũ, ſcripturæ authoritatem ſequentes dicimus. Videte ne legantur ab Ieſu verba legis,ſed quàm plurimis non leguntur, quia Ieſus illis leget legẽ, qui aures habuerint audiendi. Sed & quòd adiunxit ad eccleſiam domini etiam mulieres,infantes,& proſelytos,ſic dixit,vt eos velut ſequelam quandam ſentiamus eccleſiæ:quoniam in domo magna non ſunt tantummodò vaſa aurea & argentea,ſed & lignea,& fictilia. Didicimus viris quidem fortibus fortem traditum cibum,illis videlicet,de quibus Apoſtolus dixit: Perfectorum autem eſt ſolidus cibus. Ex quibus ipſe præparat ſibi eccleſiam non habentẽ maculam,aut rugam.Eos verò, quos mulierũ, vel infantium,vel proſelytorum appellatione ſecernit,intelligamus eos eſſe, qui adhuc lacte indigent, aut etiam velut infirmi, vt ſunt mulieres,quę oleribus veſcuntur.Si verò ſimul accipiatur omnis eccleſia,viri quidem intelligũtur eſſe illi,qui in omnibus perfecti, ſtare norunt armati aduerſus aſtutias diaboli. Hæc ille. AVTHOR. Vult igitur Origenes nomen eccleſiæ primò dici debere de fortibus,& perfectis,de infirmis,& fragilibus non ſic primò, ſed ſolùm per modum ſequelæ. Adiunxit, inquit,ad eccleſiam mulieres,infantes, & proſelytos,vt eos velut ſequelam quandam ſentiamus eſſe eccleſiæ.Qui fortiores ſunt de debito ſui ſtatus in eccleſia Dei quàm ſacri antiſtites, religioſi,ex profeſsione,& quotidiana conuerſatione robuſti paſtores plebis,& omnes in ordine clericali?qui ſicut tenentur exemplum eſſe & norma plebeis, ita eis eos præfert actu & honore apoſtolus. Qui bene,inquit, præſunt presbyteri &c. A tempore enim Chore & ſequacium,qui verbis Witcleff vtentes,ad Aarõ ſacerdotem,& filios dicebant, Multùm erigimini filij Leui, & omnis multitudo ſanctorũ eſt.Cur eleuamini ſuper populum à domino declaratũ?accepit eccleſia, hoc quod Moyſes ibi ait,Manè notum faciet dominus qui ad ſe pertineant,& ſanctos applicabit ſibi.i.peculiariter præferet aliis,vt omnis multitudo ſanctificetur attributa ad eos, ſicut ipſi Deo, vt non ſit multitudo ſancta, niſi ſacerdotio comparata:ſicut nec eſt regnum niſi comparetur adregem,& ducatus ad ducem. Inde virga Aaron ſola inter virgas florem protulit,& omnes virgæ principum aridæ remanſerunt. De quo in epiſtola ad Vercellenſes AMBRO. Vt aduer-

11 tamus †, quòd in ſacerdotibus diuina magis quàm humana operatur gratia:vna ex multis, quas Moyſes per tribus acceperat & reconderat virga Aarõ floruit, atque diuini iudicij munus ſpectandum in ſacerdote populus aduertit,ac deſtitit parem ſibi humano iudicio vendicare gratiam,qui antè ſibi parem prærogati

uam

Digitized by Google

uam competere arbitrabatur. Virga autem illa quid aliud ostendit, nisi quòd nunquàm sacerdotalis marcescat gratia, & in summa humilitate habeat in summo munere commissę sibi florem potestatis? Hęc ille. AVTHOR. Ita est, imparem aliis sibi vẽdicat gratiam, & in ipsam tanquàm in summã recurrit omnis plebs pro nomine sanctitatis, nusquàm nisi vbi est sacerdotium, ibi est ecclesia.

De clericis & religiosis. Titu. IX.

¶ Quòd clerici in ecclesia sunt excellenter, & per antonomasiã ecclesiastici, & per ordinationẽ partes ecclesiæ catholicę.

CAP. LXXIII.

SVMMA.

1 *Ecclesiæ gradus quatuor describuntur.*
2 *Ecclesia prædestinata quæ dicatur. Et multa de ecclesiasticis recensentur.*
3 *Ecclesiastici qui secundùm excellentiam dicti.*
4 *Apostoli quòd fuerint principes.*
5 *Ministri moderni in clero, & ecclesiarum præpositi, quòd sine omni nota iniuriæ ecclesiastici appellentur, & antonomaticè ecclesiæ.*
6 *Apostoli quare dicti ecclesia primitiuorum.*
7 *Munus quid sit.*
8 *Petrus, quòd tam primatum, quàm Capitaneitatem in signo sensibilis uerbi acceperit.*

LOGIMVR item inter sacramentales obseruãtias, quas tractat ecclesia, de ministris eius. s. clericis disputare. Imponitur enim eis ab æmulo ipsorũ Witcleff, ꝙ hæreticè seipsos ecclesiasticos nominãt, & suam multitudinem antonomaticè vocãt ecclesiã libello suo de ecclesia catholica ca. primo. WITCLEFF. Notandũ, inquit, videtur secũdus articulus tertiæ partis fidei, quomodo quilibet catholicus fideliter debet credere ecclesiam sanctam catholicam. Et infrà. Sunt autem duæ sententię in ista materia satis cõtrariæ: prima expressè hæretica dixit, ꝙ quicunq; clericus charactere vel signo sensibili per prælatũ in reputatione ecclesiæ est, solũ multitudo talium clericorũ est ecclesia antonomaticè dicta, quã debem⁹ speciaLiter honorare. Hęc Witcleff. AVTHOR. Iste inculcat sentẽtias, sed respõdeamus ad partes. Maximè videtur indignari, ꝙ clerus ecclesiæ nominis prerogatiuam suscipiat, vt ecclesiastici dicantur clerici, aut ipsius ecclesiæ nomine cẽseantur. Erratq; plurimũ, ignorãs scripturas. Nã si scripturas agnosceret, nedũ cõmuni nomine ecclesiæ totũ clerum appellari posse cẽseret, sed vnãquanq; portionẽ eiusdem cleri sciret, aliqua præcipua, & secundũ dignitatẽ acceptã præ digna vocatione nuncupatã ecclesiæ. Aliãs interroget eũ quidam, quare Paulus appellauit totum cœtũ apostolorũ & suorũ in ecclesia successorũ nomine ecclesiæ primitiuorũ. Ad Heb. 12. Accessistis ad Sion mõtem & ciuitatẽ Dei viuẽtis Hierusalẽ cęlestẽ & multorũ milliũ angelorum frequentiã, & ecclesiã primitiuorũ, qui cõscripti sunt in cælis, & iudicẽ omniũ Deũ. Super quẽ locum in expositione HAYMO. Ecclesiã primitiuorũ debemus accipere in apostolis, qui primi crediderũt, & quorũ fidei illi adiũcti sunt credẽdo, & quorũ scripta sunt noĩa in memoria omnipotentis Dei. Iuxta qđ ipsa veritas eis dicit, Gaudete ꝙ nomina vestra scripta sunt in cælis. Hæc ille. AVTH. Hæc erãt verba Pauli ad fideles nuper cõuersos de ecclesia Hebræorũ. Apud quos commemorãs vocationẽ primã ad tractabilẽ & accessibilẽ ignẽ mõtis Siõ, sed accessistis in ecclesiã antiquorũ: Nõ inquit, accessistis ad Siõ mõtẽ, & sequitur ad ecclesiã primitiuorũ. Ecclesia ergo accessit ad ecclesiã. Ecclesia minor ad maiorẽ, ecclesia popularis ad ecclesiã primitiuorũ & eminẽtiorũ in ecclesia. Vnde † in illis. 4. secũdũ gradus sunt itẽ ecclesiæ quatuor ascẽdendo versus superius designatæ, in quas possit fidelis per bona merita prouehi, vt sic tãdẽ ascẽdat ad ecclesiam primitiuorũ, quos gradus notãter distinguit homil. 3. super librũ Numerorũ. ORIGENES. Ipse apostolorũ maximus, qui sciret multas esse nõ solũ in terris sed & in cælis, ex quibus & septem quasdam Ioannes enumerat: ipse tamen Paulus ostendere volẽs esse quandam prẽter eas etiam primitiuorũ ecclesiam, dixit ad Hebræos scribẽs: Nõ enim accessistis ad ardẽtem & tractabilem ignem, sed accessistis ad montẽ Sion, & ciuitatẽ Dei viuẽtis Hierusalẽ cælestẽ, & multitudinẽ angelorũ collandantium, & ecclesiam primitiuorũ ascriptam in cælis. Igitur Moyses per quatuor castra populũ Dei diuisum rescribit in terris, &

Ecclesiæ gradus quatuor.

Aposto

Apoſtolus quatuor ordines ſanctorum deſcribit in cælis. Ad quorum ſingulos vnunquẽq; noſtrum dixit accedere. Non enim omnes ad omnes accedunt, ſed alij quidem accedunt ad montem Sion. Horum autem paulò meliores accedunt ad ciuitatem Dei viuentis Hieruſalẽ cæleſtem. Qui autem & his eminẽtiores ſunt, accedunt ad multitudinem angelorum collaudantium. Qui autem ſupra iſtos omnes ſunt, accedunt ad eccleſiam primitiuorum aſcriptã in cælis. AVTHOR. In hac ergo quadripertita eccleſia, ſola per antonomaſiam primitiuorum appellatur eccleſia, quæ omni celſior profeſsione, & meritis: & quomodo hoc? Nũquid quia eſt eccleſia prædeſtinatorum, & cæteri tres priores, quos Origenes dixit ordines eſſe cæleſtes, non ſunt prædeſtinatorum eccleſia? & tamen ſolus quartus ordo dicitur excellenter eccleſia, & excellenter in cæliis aſcripta. Sion eſt eccleſia, non tamen hîc dicta eſt eccleſia. Ciuitas Hieruſalem eſt eccleſia in ſecundo gradu: multitudo angelorum eſt eccleſia, nulla iſtarũ ita dicta eſt, ſed eccleſia inquit primi-
2 tiuorum. Eccleſia † ergo apoſtolorum ſola an-
Eccleſia p̃ = tonomaticè dicta eccleſia prædeſtinata, non
deſtinata. quia ſola eſt eccleſia prædeſtinata, aut ipſa ſola eccleſia, ſed quia magis accedendo ad eam per conformitatem ſtatus & meriti, tantò fit quiſque magis & eccleſia dignior, & de prædeſtinatiõe ſecurior. Vnde proſequitur ORIGENES. Si ergo ex his intellexiſti quid ſit ordo primitiuorum, & quod ſit nominis iſtius ſacramentum, præpara te, & enitere quantum vales, ſi fortè actibus, vita, moribus, fide, inſtitutiſque proficias, vt poſsis accedere ad eccleſiam primitiuorum, quæ aſcripta eſt in cælis. Quòd ſi non tantum vales, ſed es paulò inferior, accede ad multitudinem angelorum collaudantium: quòd ſi nec ad ordinem iſtum potes accedere, ad ciuitatem ſaltem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem properare contende. Si verò nec ad hoc aptus es, ſaltem ad montem conſcende Sion, vt in monte ſalueris. Tantùm eſt ne in terra reſideas, ne in vallib⁹ remaneas, ne in demerſis & humilibus perſeueres. Hæc ille. AVTH. Hic ergo iuxta ſcripturam apoſtoli ordo viuentiũ nũc in terris, q̃ in ſecundũ congruentiam ſtatus & morum magis accedit ad ordinem primitiuorum in cælis, velut eſt ordo ſanctorum Chriſti antiſtitum. Ipſe eſt excellenter eccleſia. Ipſe antonomaticè cælis aſcript⁹: in cuius cõparatiõe nec alij ordines eccleſiæ nomine appellãtur. Quę ergo iniuria ſi in clero illũ ordinẽ cõtinẽte cũ aliis nomẽ eccleſię antonomaticè prædicetur: ita vt ipſi dicãtur eccleſiaſtici excellẽter, velut in expoſitiõe primæ epiſtolæ ad Timotheũ Chryſoſtomus ex iudicio presbyterorum ſibi commiſſo arguit eccleſiam in reliquo clero ſibi cõmiſſam Homilia. 15. CHRYSOSTO. Aduerſus preſbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Manifeſtum eſt hîc quoniam eccleſia eſt, de reliquo credita eſt Timotheo & gens integra Aſiæ: propterea de presbyteris ei loquens, Peccantes in conſpectu omniũ redargue, ait. Hęc ille. AVTHOR. Primò propter presbyteros eccleſiã dicit creditam Timotheo: & ſubiungit reliquam Aſiæ gentem. Eccleſia igitur præcipuè ſacerdotum priuſquàm gentis. Et lib. de Iſaac & anima verſus finem AMBRO. Vbi eſt eccleſia niſi vbi virga & flores ſacerdotales? ibi eſt frequenter, vt in amaritudinibus & tentationibus probetur. Hæc ille. AVTHOR. Et in expoſitione. 14. capit. ad Romanos AMBRO. Salutate Aquilam & Priſcillam adiutores meos in Chriſto Ieſu &c. Appollo quanuis exercitatus fuerit in ſcripturis, ab his tamen viam domini diligentiùs inſtructus: & ideo ſocios laboris ſui dixit eos, ſed in Chriſto Ieſu. Cooperarij enim eius fuerunt in euangelio Dei. Aquila nanque & Priſcilla viri ſunt, quos non otioſè Romam veniſſe manifeſtum eſt. Sequitur. Horũ enim domeſticos & vernaculos ſalutat, quos eccleſiam appellat, quia ſanctorum virorum erant diſcipuli circa fidem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce non ſolos presbyteros, ſed hos etiam nomine honorat eccleſiæ, quia in rebus eccleſiaſticis miniſtrauerunt apoſtolis: qualiter item cleri minorum ordinum aggregãtur eccleſiæ. Et in commentario ſuper Eſaiam libro. 12. Textu, Conſolamini conſolamini populę meus, ſcribit HIERONYMVS. Quis ſit autẽ iſte populus, qui per apoſtolos, & viros eccleſiaſticos conſolatur: non Iſraël, & Iacob, & Iudam, vt in aliis locis ſcriptura commemorat, ſed populum Dei Zacharias propheta teſtatur dicens. Gaude, & lætare Sion filia, quia ego venio, & habitabo in medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt ei in populo. Quo teſtimonio perſpicuè demonſtratur gentes plurimas in populum Dei vertẽdas. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſimul annectit apoſtolos & eccleſiaſticos viros, per quorum prædicationem, & mores ſanctos, conuertendus, & conſolandus eſt populus Dei in fide Chriſti nouella. Si enim prædeſtinati omnes eccleſiaſtici hoc modo dicantur: non hos eccleſiaſticos, & hos populos ſcriberet. Et libro. 3. ſuper Oſee in commentario

textu

Digitized by Google

tex. Ephraim vitula docta diligere triturã HIERO. Iudas autẽ, hoc est ecclesiasticus, arabit, in incepto opere perseuerans. Sequitur. Vsque hodie vir ecclesiasticus Iacob glebas historiæ & literæ duritiam confringit in partes, & spiritaliter diuidit, vt possit fruges reddere spiritales. Quod quidẽ & dominum fecisse legimus: vt quinque legis panes, quos integros populus comedere non poterat, in frusta concerperet, & per apostolorum manus vescendos credentibus daret. Hæc ille. AVTHOR. Quasi dicat, ita vir ecclesiasticus sacerdos quotidie panes literæ plebi frangit, cùm prædicat. Item ibi post in textu, Non reuertetur in terram Ægypti. HIERO. Idcirco gladius, hoc est sententia spiritalis, vel sermo ecclesiastici viri, vastans, atq; debellans, semper versabitur in vrbibus eius quas impiè extruxit contra Deum. Hæc ille. AVTHOR. Item in commentario Abdiæ textu. Si fures introissent ad te. HIERONY. E contrario enim dominus agit omnia secreta eorũ. Sequitur. Hos quippe intelligo, qui primi hæreses adinuenerũt, per suos sanctos, & ecclesiasticos viros, atq; doctores profert in medium. Hæc ille. AVTH. Item textu sequente. Neque despicies & tu in malis eius. HIERO. Quis hæreticorum nõ despicit ecclesiasticos? quis non exultat in malis eorum? Hæc ille. AVTH. Ne quis autem tergiuersator obliquaret sensum Hieronymi ab intentione scribentis, ipsemet alibi verbum, & sensum, quem habebat, exponit in textu libri tertij commentarij Hieremiæ. Seminauerunt triticũ, & spinas messuerunt. HIERONYMVS. Omnes hæretici quasi triticum seminant, & spinas metunt, expectãte domino vt facerent fructum: & non fecerunt iudicium, sed clamorem. Dicitur autem hoc & ecclesiasticis, qui verbum domini, & doctrinam eius mala conuersatione dispergunt. De quibus infertur, Clerici eorum non proderunt eis. Quid enim eos iuuare proderit nomẽ presbyteri, vel episcopi, vel reliquus ordo ecclesiasticus, cùm magis grauẽtur dignitatibus suis: & potentes potenter tormẽta patiãtur: & quantò amplius eis creditum fuerit, tantò plus requiratur ab eis? Hęc ille. AVTH. Dicitur hoc ecclesiasticis inquit, & statim subdit de quibus inferatur, Clerici eorũ nõ proderũt eis. Et adhuc amplius, Quid eis iuuare poterit nomen episcopi, & presbyteri, vel reliquus ordo ecclesiasticus? Quis nõ dicat. Ergo ecclesiasticos vocat nomine cleri, episcopos, presbyteros, reliquũ ecclesiasticũ ordinẽ: & adhuc addidit postea ecclesiasticos, vocare episcopos reges ecclesiarũ, post eos sacerdotes secundos & prophetas. i. doctores textu ca. 13. Hieremiæ, & reges qui sedent de stirpe Dauid HIERO. Non solum vulgus ignobile, vilisque plebecula, sed reges ecclesiarum de stirpe Dauid, vel filij Dauid, qui sedent resupini erecta ceruice & protento æquali collo super thronum eius. Sacerdotes quoque ipsi secundi in honore ecclesiastici gradus, & prophetæ, qui videntur habere scientiam scripturarũ. Hæc ille. AVTH. Non potest dissimulari ergo, quòd ecclesiastici viri sunt præcipuè de ordine sacerdotũ, episcoporum, & cleri. Et in expositione textus. Nemo militans Deo, secundæ Timoth. 2. AMBROSIVS. Ecclesiasticus idcirco Deo se probat, vt huic officium deuotus impleat quod spopondit, in rebus Dei sollicitus, à seculari negotio alienus. Hæc ille. AVTHOR. Item primæ ad Timoth. 6. textu. Radix omnium malorum est cupiditas AMBROSIVS. Nihil tam asperum, tãque pernicioſum est, quàm si ecclesiasticus, maximè qui sublimis loci est, diuitiis huius seculi studeat: quia non solùm sibi ipsi, sed & cæteris obest. Sequitur. Quantò enim honorificentior ordine est, tantò magis suadet imitandum se in hac re, quæ in vita hac procliuis est. Hæc ille. AVTHOR. Hic vbi Apostolus docuit Timotheum, & in eo præcipuè sacerdotes qualiter præ cæteris ecclesiasticè viuant Ambrosius ecclesiasticum vocat, quòd excellenter præ aliis sit ipse ecclesiasticus. 3 Est † ergo forma antiqua sanctorum in scriptis suis appellare maiores ecclesiæ secundùm excellentiam, ecclesiasticos. Ipsos dico episcopos, sacerdotes, religiosos, doctores, & clericos, q formã ecclesiastici ministe ij, vel professionis super plebes exercẽt vt patres. Quod se exponens Hieronymus, sacerdotes ecclesiasticos dixit, quos tanquàm seniores ecclesiæ forma exempli decet, & ecclesiastici viri descriptio. Vnde super illud ad Titum. 2. Tu autẽ loquere quæ decent sanam doctrinam, quæ ad vitam pertinent Christi, senes vt sobrij sint in libro annotationum HIERONYMVS. Hic senes & ætate & ordine possunt intelligi. Ecclesiæ præcipuè seniores omnibus formã præbere necesse est. Hæc ille. AVTHOR. Hos senes in ecclesia præcipuè, dicemus ecclesiam: sicut Paulus dixit Apostolorum ecclesiam, nõ vt susurrat Witcleff, si vitam, & actus habeant omninò cõformes apostolis: quia nec omnes apostoli erant sic pares, & tamen vnam habebant excellentem ecclesiam. Et si nullus iam viuens parificetur apostolis, per conformitatem tamen sibi possibilem in honorẽ Apostolorum ibit, & ecclesiam primitiuorum. Vnde

Ecclesiastici qui.

ſuper illud pſalm.67. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio adoleſcentularum AVGVSTINVS. Principes † 4 ſunt Apoſtoli: ipſi enim præuenerunt vt populi ſequerentur, præuenerunt annuntiantes nouum teſtamentum, coniuncti pſallentibus: de quorum bonis operibus etiam viſibilibus tāquàm organis laudis glorificaretur Deus. Iidem autem principes in medio adoleſcentularum tympaniſtriarum in miniſterio ſcilicet honorabili. Nam ita ſunt in medio miniſtri præpoſiti eccleſiarum nouarum. Hoc enim eſt adoleſcentularum carne edomita Deum laudātium. Hæc ille. AVTHOR. Vnde notandum eſt, quòd principes eccleſiæ Apoſtoli erant in medio adoleſcentularum in miniſterio honorabili, & ita pari forma ſunt, & debent eſſe moderni miniſtri, & præpoſiti in medio eccleſiarum nouarum. Quo modo 5 † ergo Apoſtoli habebant per ſe eccleſiam vocati excellenti nomine eccleſiaſtici in primitiuorum eccleſia, ita moderni miniſtri in clero & eccleſiarum præpoſiti ſine omni nota iuriæ eccleſiaſtici appellantur, & antonomaticè eccleſiæ. Sunt enim in miniſterio eodem honorabili inter nouellas eccleſias, quo dudum erant eorum principes ſcilicet Apoſtoli 6 per antiquas: quia † non ideo Apoſtoli dicti ſunt eccleſia primitiuorum, quia priores ordine neceſsitatis vel originis, ſed quia priores ordine dignitatis & muneris. De qua diuerſitate libro quarto epiſtolarum ad Irenæum AMBROSIVS. Sanctos primogenitos eſſe cognoſcimus ex epiſtola ad Hebræos ſcripta, in qua habemus: Sed appropinquaſtis Siō mōti, & ciuitati Hieruſalem & decem millibus angelorum & eccleſiæ primitiuorum. Ergo ſicut eccleſiæ primogeniti, ſic & leuitæ, quoniam ipſi quoque primogeniti: non enim naſcendi ordine ſancti, ſed ſanctificationis munere. Hæc ille. AVTHOR. 7 Munus † ſolet Ambroſius officium appellare: ſed calumniosè Witcleff obiicit fideles dicere conſuetos, quòd clericus charactere velut ſigno ſenſibili per prælatum in reputatione eccleſiæ inſignitus, eſt pars ſanctæ matris eccleſiæ. Non ita propter te, & ſequaces tuos, quos poſt ſignaturam prælati per ſententiam propter hæreſim à ſuo corpore iuſtè præſcidit mater eccleſia. De cæteris adhuc in vnitate manentibus hoc veriùs diceretur, non quia ſignum tale ſenſibile, vel talis ſignatio facit membrum vt clericum: ſed quia ſine ſigno ſenſibili non fit membrum. Aut ita dicat Witcleff contra Apoſtolum primæ Corinthi.6. &.12. quòd quicunque Iudæus, ſiue gentilis, ſiue ſeruus, ſiue liber baptizatus baptiſmo ſenſibili, & ab eo, vel ſuo diſcipulo in reputatione eccleſiæ inſignitus, eſt pars ſanctæ matris eccleſiæ, & multitudo talium ſignatorum eſt eccleſia, & vnum corpus Chriſti. Dicat ita de Mathia, quòd ſigno ſenſibili impoſitionis manus & viſibilis ſortis per prælatos in reputatione eccleſiæ inſignitus fiebat ſtatim pars ſanctæ matris eccleſiæ & membrum & magis electum quàm Iudas. Facilè eſt calumniari ſanctiſsimas manus, & facta. Sed dicat ſi non omnis inſignitus per prælatum legis pontificatus inſigniis & ipſis ſenſibilibus eſt ſtatim caput effectus veteris ſynagogæ. Si item Saul perfuſus vnguento ſenſibili & verbo prophetico conſecratus non eſt effectus caput in tribubus Iſraël. Si item ſanctus Petrus in verbo ſenſibili Chriſti non eſt effectus pars capitalis vicaria eccleſiæ Ieſu Chriſti. Quod contra veſaniam tuam ſatis probatum eſt ſuprà. libro ſecundo. Et ex abundanti occurrit nobis ad hoc idem Homilia.6. de laude Pauli CHRYSOSTOMVS. Sicut enim Paulus qui cum mortem timeret ne ipſam quidem recuſabat gehennam. Qui propter deſiderium Chriſti etiam cùm formidaret interitum, tamen cupiebat reſolui. Non autem hic ſolus talis fuit, ſed ille quoque ipſe qui fuit Apoſtolorum caput qui ſæpe dixerat ſe eſſe pro Chriſto paratum animam tradere, & tamen mortem vehementer horruerat. Hæc ille. AVTHOR. Ergo Petrus caput Apoſtolorum eccleſiæ primitiuorum: Caput ergo capitalis eccleſiæ nonne dignè caput totius eccleſiæ? Et vltimo capitu. de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti AVGVSTINVS. Sanctus Ioannes caſtimoniæ fuit cuſtos, condiſcipulus autem eius, id eſt, ſanctus Petrus vxorem & filios habuiſſe cognoſcitur: & primatum vt acciperet inter Apoſtolos, nō ei obſtitit generatio filiorum. Hæc ille. AVTHOR. Si primatus, quid diſtet à capite & altiùs quid inſinuet? vtrumque † tam pri 8 matum quàm capitanei ta- tem in ſi- gno ſenſibilis verbi Petrus acce pit.

Munus.

¶ Quòd

¶ Quòd clericus, aut alius fidelis, est pars, aut membrum eccle siæ ex susceptο officio, nō ex vitæ, aut actu um merito.

CAP. LXXIIII.

SVMMA.

1 *Membra eccleſiæ quæ, & quomodo ſint.*
2 *Membrorum mutua officia, & protectio.*
3 *Charitatis excellentia deſcribitur.*
4 *Membra alter alterius quòd ſimus.*
5 *Membri ſcandalizantis proiectio.*
6 *Prælati licet iniuſti, quòd ſint eccleſiæ membra.*
7 *Iudas quòd diſpenſator gratiæ fuerit, oſtenditur.*

QVia verò ignorantia parit errores, apertè producenda est cæcitas eius in verbis, quibus de partibus & membris eccle siæ claudicat inuolutè libro primo prædicto de eccleſia catholica capit. 2. Debemus inquit noſcere, q officium tenetur gerere quicunque miniſter eccleſiæ militantis. Quòd ſi aſsiduè & fideliter gerit illud officium, tunc reputare debemus ipſum eſſe membrum ſanctæ matris eccleſiæ. Quòd ſi ſit dyſcolus, diſsipans ſcholam Chriſti, & otians in ſuo officio, non obſtante quocunque ſigno ſenſibili, & reputatione antichriſti, fidelis debet ſupponere ipſum non eſſe membrum ſanctæ matris eccleſiæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Videre poteſtis quàm loquitur diminutè & tamen ambiguè: primò, quia loquitur de officio membri ſi illud gerat aſsiduè. Quòd ſi talis latenter charitate priuetur, aut aliunde palàm delinquat, ſicut pſeudoapoſtoli, qui per inuidiam, aut occaſione prędicabant, de quibus Paulus ad Phlippen. Quos tamen quia in officio prædicandi immunes, id eſt, cenſuit eſſe tolerandos, nonne omnes illos debuimus reputare membra matris eccleſiæ? & Iudas Scariothis in officio prædicationis fortè catholicus, ſed diſpenſatione proditor & auarus: nunquid debuit reputari membrum catholicum, quia dignè gerebat hoc vnum officium? Sed vt cœpi dicere, error huius hominis de tali membratione exinde proceſsit, quòd membri officium à merito non diſtinxit. Apoſtolus autem ſeorſum hæc diſtinguens ab illis membrorum ſcilicet officia à meritis primæ Corinth. 12. Vos, inquit, eſtis corpus Chriſti, & membrum de membro. Et quoſdam miſit Deus in eccleſia, primùm apoſtolos, ſecundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes. Exinde genera curationum, opitulationes, gubernationes, linguarum genera: nunquid omnes apoſtoli, nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habēt curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Ecce membra eccleſiæ catholicæ, & membrorum officia, quæ nō ſemper habet vnus & alter. Ideo dicit, nunquid omnes apoſtoli, nunquid omnes prophetæ? Et tamē vt declarat eos cum ipſis poſſe eſſe dyſcolos, nec eſſe membra Chriſti ſecundùm meritum, quanuis ſic fuerit ſecundùm officium, ſtatim infert. Æmulamini chariſmata meliora. Et loqui ſuſcipit de charitate. Vnde in expoſitione ſolenni ſuper hunc locum AMBROSIVS: Gradatim illos ad meliora & vtiliora prouehit, oſtendens illis gratiam ſupradicti omnis doni quæ videntur in hominibus ſiue loquendi, aut curandi, aut prophetandi non ad meritum hominis pertinere, ſed ad honorificentiā Dei: ideóque nunc illis viam dixit ſe oſtendere planiorem, qua itur ad cælum, quæ meritū collocat apud Deum. Nam quia ſupradicta non ſemper ad meritum pertinent, dixit Saluator, multi mihi dicent in illa die ſcilicet iudicij, Domine, Domine nonne in nomine tuo prophetauimus & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & quia non hæc ad merita pertinent ſed officia ſunt eccleſiæ, ad cōfuſionem gentilium & Dei honorificentiam proteſtandam, dominus dixit eis, Recedite à me, non noui vos operarij iniquitatis. Securi enim quia Dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga ſe fuerunt. Nam & ſeptuaginta duobus diſcipulis gaudentibus quòd dæmonia illis ſubdita fuerant, dixit Saluator. Nolite in hoc gaudere quòd dæmonia vobis ſubiecta ſunt, ſed in hoc gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlo. Quare hoc? niſi quia nomini Dei ſubdita ſunt, non hominis merito. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † prophetias membra eccleſiæ. Ecce virtutes membra & genera curationum, apoſtolos &. 72. duos diſcipulos ſecūdùm enarrata apoſtoli omnes membra eccleſiæ, ſed non omnes iſti membra, ſecūdùm meritum, quanuis ſecundū officium. Nec ſemper ad meritum hominis pertinet etiam ſi exequatur officium, quia nec illi ab officij ſuſcepti exercitatione vacabant, qui conſcio omnium

itcleff.

1 *Membra ecclęſiæ.*

rerum iudici Deo iactabant opera, dicentes ei, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Neque poteris officiales, & ſeruitores tuos nō noſcere. Et eis tamen dixit dominus, Non noui vos operarij iniquitatis, ecce & quòd opera egerant, dominus reſpondebit: & quid iuuabit eos, quòd Witcleff cum ſuis ſequacibus reputabunt eos membra eccleſiæ: quia eius iudicio aſsiduè, & fideliter geſſerunt ſuum officium, cùm domino Deo inſpectore fuerint iniqui operarij, & præſciti, quomodo iam mēbra eccleſiæ ſecundū Witcleff? Quid plùs proderunt ſuę inebriationi fallaces reputationes Witcleuiſticæ, quàm ſigna ſenſibilia, & ordinationes eccleſię, publice ecce ſcripturæ ineptias eius deuincūt. Quòd ſi ordinationes, & ſenſibiles notas contemnant eccleſiæ: quia non infallibiliter arguunt quenquā membrum prædeſtinātum eccleſiæ, contemnāt orthodoxi reputationes eius ſtultas, q̄ nullum tale membrum poſſunt oſtendere: nam Chriſtus ipſe diſcipulos monuit, ne gauderent effectum eſſe conſequutum ſui officij, ſed quia merèrentur ex hoc in cælis conſcribi, ergo nō eo erāt membra prædeſtinata, & membra per meritum, quo reputari poſſunt membra propter officij complementum: ſic concludit hāc ſcripturā notāter Ambroſius: Quare, inquiēs, niſi quia nomini Dei ſubdita ſunt, non hominis merito? Et ſuprà. Non hæc ad meritum pertinent, ſed officia ſunt eccleſiæ ad Dei honorificentiam proteſtandam. Secundùm hæc officia, ſic mēbra eccleſiæ ſuprà dixit Apoſtolus, & tamen non ſecundū merita, quia teſte Chriſto ſunt præſcita. Vnde ergo membra? vnde dæmonum eiectores, & virtutum factores, & linguis loquentes officia? vnde eccleſiæ membra, niſi pro baptiſmo catechiſmo eccleſiæ, & ordinatione ſenſibili, & non omni reputatione volubili? & qui negauerit ea membra, contradicit Apoſtolo: ſed ſemper dico non ſecundùm meritum. Nam quid ampliùs eſſent ſecūdū meritum, ſtatim ſubiungit: adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Et de charitate ſcribit tractatum, quaſi hoc non ſit eſſe membrum, q̄ percipere charitatem. Ideo ſuper Ioānem ſermone. 32. AVGV. Pes † ambulando omnibus membris militat: membra cætera tacent, & lingua pro omnibus loquitur. Habemus ergo ſpiritū ſanctum, ſi amamus eccleſiā, amamus autem, ſi in compage, & charitate cō ſiſtamus. Nā ipſe Apoſtolus cum dixiſſet diuerſa dona dari diuerſis hominibus, tanquā officia quoruncūque membrorū, Adhuc, inquit, ſupereminētiorem viam vobis demonſtro: & cœpit loqui de charitate. † Præpoſuit eam linguis hominum, & angelorum: præpoſuit eam & illi magno operi miſericordiæ, quo ſua, quę poſsidet, diſtribuit quiſque pauperibus: & ad extremum eam præpoſuit etiā corporis paſſionibus, his omnibus tam magnis rebus præpoſuit charitatem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce apoſtolus tanquā membrorum officia diſtinxit dona diuerſa, ſed vt membrorum & donorum merita præpoſuit omnibus charitatē. Et quā uis non ſit in poteſtate hominū dare talibus charitatē, eſt tamē in hominū poteſtate dare officium charitatis, & membrū tale eū cōſtituere, vnde ſi velit, mereatur per gratiam, & tū ſi non mereatur, ſed ſit ad ſcandalū, adhuc donec amputetur, vel decidat, membrū eſt, vel cōmunis eccleſiæ, vel vniuſcuiuſq; noſtrū, ſecundū q̄ apoſtolus dicit: alter † alterius membra. Aliter præter neceſsitatē monuiſſet nos Chriſtus. Quòd ſi oculus dexter ſcādalizet te, erue eū, & proiice abs te. Matth. 5. HIERO. In dextro oculo, & dextra manu, fratrū, & vxoris, & liberorū atq; affiniū propinquorū mōſtratur affectus. Quòd † ſi ad cōtēplandā verā lucē nobis impedimento cernimus, trūcare debemus iſtiuſmodi portiones, ne dū volumus cæteros lucrifacere Chriſto, in ęternū puniamur. Vnde & de ſacerdote magno dicit, cuius anima Dei cultui dedicata eſt, ſuper patre, & matre, & filiis nō polluetur. i. nullū affectū ſciet, niſi eius, cuius cultui dedicatus eſt. Hæc ille. AVTH. In hoc ergo tendit totus iſte proceſſus euangelicus, vt amoueamus à corpore noſtro politico ſcandalizātia mēbra noſtra: ſiue ſint nobis cara manus, aut pedes vel vxor, oculi fratres aut liberi. Priuſquā ergo detrūcata ſunt per noſtrā ſententiā, quantūcunq; flagitioſa, tamē noſtra ſunt mēbra. Si manus tua, inquit, vel pes tuus, ſi oculus tuus ſcandalizat te, & quid amplius? Erue eū, & proiice abs te portionē à toto, mēbrū à corpore. Sūt † ergo mēbra eccleſiæ corporis, quāuis non ſana, qui ad ordinationē ſenſibilē ſpirituali miniſterio deputantur: vt ſunt eccleſiarū p̄poſiti, aut paſtores eccleſiarū miniſtri. Sūt enim colūbę mēbra, p quę Chriſtus operatur gratiā, etiā quāuis mō Iudæ traditoris mēbra ſint ad numerū, non ad meritū, vt dixit Auguſtinus ſup Ioānē. Et lib. inſuper. 3. cōtra Petilianum cap. 52. AVGVS. Miniſter ergo. i. diſpenſator verbi, & ſacramēti euangelici ſi bonus eſt, conſocius fit euāgelij. Si enim bonus eſt, volēs hoc facit: ſi autē malus, hoc eſt, ſua q̄rēs, nō q̄ Ieſu Chriſti, inuitus hoc facit, propter alia q̄ requirit. Vide itē quid apoſtolus dixit. Si

Charitatis excellentia.

Membri dexter dextra ſinistra.

Membri ictio.

Membrorū mutua officia.

Prælati ecclesiæ membra.

ergo

ergo volens hoc facio, inquit, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Tāquàm diceret si bonus bonum annūtio etiā ipse peruenio, si autē malꝰ bonū annūtio, nunquid enim dixit? Annuntiauit Petrus volens & cæteri boni: inuitus Iudas tamen cum ipsis missus annūtiauit. Illi mercedem habent, huic dispēsatio credita. Sequitur. Neque enim dictum sumus Iudam non baptizasse cùm adhuc inter discipulos fuerit, quādo fiebat quod scriptum est: ipse non baptizabat sed discipuli eius. Aut quia nondum Christum tradiderat, qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur auferebat, innocens esse potuit? Dispensator † tamen gratiæ sine accipientium damno fuit. Aut si non baptizauit, certè fatemini quia euangelizauit. Hęc ille. AVTH. Audire potestis quòd dispensator non ideo desinit esse qui malus est sed inuitus facit bonum, ideo quia tantùm ipsi dispensationis officium creditur, nō meritum ministrantis. Habes nempe Iudam præscitum dispensatorem officio missum æquè cum Petro baptizare cū cæteris qui mercedem habebant quia boni, ipse nudam dispensationem officij quia inuitus, & alio fine quàm debito ministrauit, non tamen ideo dispensator non erat, aut nō erat membrum: ait Augustinus.

7 dispē gra-

¶ De sacris obseruantiis & ritibus in solenni institutione religiosorum euangelicè perfectorum.

CAP. LXXV.

SVMMA.

1 *Vouere Deo quòd liceat, contra Witcleff.*
2 *Vita in præceptis quòd sit bona, sed inutilis ad cumulum præmij.*
3 *Professor simplicis mandati, & professor consilij, quantum distent.*
4 *Religio duplex.*
5 *Monachus qualis debeat esse.*
6 *Consilia seu uoluntaria, & non legitima, obseruata per Dauid.*
7 *Religio uoluntariorū, quòd anteponatur, & excedat in numero religionem simplicem mandatorum.*
8 *Witcleff, qui blasphemat contra religiosos, ab authore confutatur.*
9 *Carmelitarum regula.*
10 *Lege non iubente quòd multa sunt facienda, sed libera charitate: & quomodo ea sunt in nostris officiis gratiora.*

LEgamus Exodum, & occurret nobis Moyses præco Christi, coniungens cortinas quinque & quinque per ansas & annulos, vt ex his tabernaculum vnum fiat: quid nisi facto designans tabernaculum ita construendum ecclesię vt consecrationibus ministrorum altaris religiosorum consecratio copuletur? Sic enim eos ab Apostolorum temporibus hucusque patres contiguant vt infra patebit. Contra quorum professionem ritus & sacra blasphemat Witeleff vt supra de clericorum ordinatione tertia parte sermonum. 22. Singulariſsimè inquit falsi religiosi conferunt in sua professione signa luciferinæ superbiæ in seipsis. Religiosi quidam obligant se contradictoriè ad plus merendum & sanctiùs viuendum, quàm exigit simplex religio Christiana. Patet hoc, quia cùm seculares ex obligatione Christi obligantur ad ipsum diligēdum ex omnibus viribus suis, patet quòd isti per obligationes suas nouellas non excidunt ab obligatione ista, quæ eos obligat quantum possunt, & tamen quia præter hoc obligant se ad suas traditiones singulares, videtur quòd ad plus obligant quàm possint. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sciēter quantum sentire possum iste concludit al- *Vouere Deo licet.*
1 tum mendacium. Quis † enim, nisi expers literarum, posset ita deducere, diligentem Deū ex omnibus viribus nihil posse facere propter Deum, non ieiunare, non vigilare, non orare, non proximo subuenire, & voto se astringere ista facturum, imò nec posset stramen leuare. Ratio est, quia tenetur diligere Deum ex omnibus viribus, ergo quicquid oret aut vigilare se obligat eadem dilectione cogente, seipsum obligat facere plusquàm potest. Nunquid eadem ratione haberet laudare seruum pigrum, qui talentum sibi creditum sine lucro reportauit ad dominum, & eos arguere qui super quinque commissa alia quinque talenta adderent, imputans eis stultè addere supra vires. Et eum item qui calicem vni de minimis Christi daret, aut qui panem & carnes frangeret esurienti, argueret contra præceptum legis præsumere quæ panem frangere & calicem aquæ frigidę ministrare mandabat egenti? Hāc

Digitized by Google

cauſam habet Witcleff contra perfectos, qui vltra mandata obligant ſe forma Chriſti & apoſtolorum ſeruare conſilia. Fatuum ecce qđ fecerat conuincitur argumentum. Aut dicat iſte qualiter aliquis de ſuo ſimplici ordine poteſt ſeipſum òbligare vxori. Vnde neceſſe eſt eum primam ſuam ad Deum diuidere charitatem, dicente apoſtolo primæ Corinthi. 7. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt: quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt huius mundi, quomodo placeat vxori: & tamen de iſto dixit Apoſtolus. Si acceperis vxorem, non peccaſti. Et quomodo non peccauit ſi iam obligauit ſe pluſquàm poterit eo quòd poſtquàm obligatus eſt diligere Deum ex omnibus viribus, iã obligauit ſe ad traditionẽ ſui ſingularẽ, qua tradidit ſeipſum ſollicitudini vxoris ſuę & mũdi: ex qua neceſſe eſt vt minuatur aut diuidatur primus feruor in Deum? Vnde in lib. annotationum eiuſdem loci HIERONYM. Quia liberæ voluntatis eſſe, non vis maior eſt vel minor. Nuptiæ enim peccatum non ſunt, ſed per ſollicitudinem mũdi, qui nubent, legem ſeruare nõ poſſunt. AVTHOR. Vacare animo nõ poſſunt vt ſoluti. Quod item exponens lib. 3. de viduis de Paulo loquẽs AMBRO. Ideo ſic mãſit, ne plurimùm ſuo muneri decerperetur q̃ nec orationi vacare ſemper liceret, neq; ſemper diuinis intendere mandatis, quem coniugij curæ vacare vt placeret vxori eſſet neceſſe. Hæc ille. AVTHOR. Ordo ergo cõiugij modo ſuo impedit legem Dei. Iſta ratio plus moueret. Sua autem, quæ iam per obligationem ad bona opera dilectionem illã adaugeret, nõ credo eum adeò infatuari, quin ſciuit ſe nullũ niſi loquacem aliquem ea facere idiotam. Veniat ad euangeliũ, quod iã ſuo argumento pertuertit. Nunquid legitur Matth. 19. veniſſe iuuenem quendam diuitẽ ad Ieſum dicẽtẽ, Quid faciendo vitã æternam habebo? At ſaluator. i. Ieſus, ſerua mandata inquit. Rurſus ille. Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea: nec videtur mẽtitus fuiſſe, inquit Beda. At Chriſtus hoc attento quia mãdata ſeruauerit, adiunxit quod perfectum eſt. Si vis inquiens eſſe perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me. Iſte iuuenis ſeruauit mãdata, nec potuit excidere ab obligatione, qua obligabatur ea ſeruare per dilectionẽ Dei ex omnibus viribus, & tamen vltra hæc, obtulit ipſi Chriſtus obligari ad perfectionẽ. Ire. ſ. vẽdere omnia quę habuit &c. ergo iuxta te Chriſtus voluit eum obligaſſe pluſquàm potuit, & de ſimplici religione ad aliã aſtringere minus bonam. Miſer cur tua ſponte ſic calcitras contra Chriſtũ? Audi potiùs q̃ duas has vitas laicã ſcilicet & perfectã cõmẽdat libro primo de viduis ſanctus AMBRO. En tibi diſtantia præcepti atq; conſilij, ſi illũ recorderis, cui in euangelio ante pręſcribitur, ne homicidiũ faciat, ne adulteriũ admittat, ne falſũ teſtimoniũ dicat. Pręceptũ enim eſt vbi eſt pœna peccati. At verò cũ ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe, conſiliũ eidẽ datur vt vendat omnia, & ſequatur dominũ: hæc enim nõ præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferũtur. Sequitur. Ergo liber hic à præcepto cui defertur arbitriũ. Itaq; qui præceptũ impleuerint, poſſunt dicere: ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc verò non dicit ille, qui bona ſua vẽdidit, ſed quaſi repoſita expectat pręmia. Sicut ſanctus apoſtolus qui ait, Ecce nos reliquim⁹ omnia & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Non enim quaſi inutilis ſeruus qđ debuit facere id feciſſe ſe dixit, ſed quaſi vtilis domino qui cõmiſſa ſibi talenta quæſitis multiplicauit vſuris, mercedẽ fidei atq; virtutis bene ſibi cõſcius meritorũ ſecurus expectat: & ideo bene dicitur ei cũ cæteris: vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione cũ ſederit filius hominis & vos ſedebitis ſuper duodecim ſedes iudicãtes duodecim tribus Iſraël. At verò illi qui talẽta ſeruauerat & ſi præmia minora tamẽ pollicẽt dicẽs, qm̃ ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituam. Fides igitur ex debito, miſericordia in pręmio. Hæc ille. AVTH. Diſce ergo qđ volẽs ignoras duas vitas hæc duo facere, præceptũ & conſiliũ, vtrũq; tamen Chriſti, ſed non vtrũ
2 q; æqualiter. Vita † in præceptis eſt bona, ſed inutilis ad cumulũ præmij, vnde ꝓfeſſor ei⁹ dicturus eſt ſe ſeruũ inutilẽ. Nõ ergo perfect⁹ eſt vt Witcleff inſanit cõtra euãgelium dicẽs huiuſmodi, ſi vis perfectus eſſe, vade & vẽde &c. Quòd ſi quis fecerit, iã perfect⁹ efficitur, nec vltra dicit inquit Ambroſius inutilis ſeruus ſum ſed quaſi perfect⁹ pręmiũ exacturus, Quid mi-
3 hi iã reſtat pręmij? Tantũ † ergo diſtãt profeſſor ſimplicis mandati & profeſſor cõſilij: quantum à coronato pro pręmio, ſeruus inutilis. Et libro primo cõtra Iouinianum ca. 7. HIERONY. Vbi bonum maius & melius eſt, ibi boni & melioris non vnum eſt pręmium. Et vbi nõ vnum pręmium, ibi vtiq; dona diuerſa. Tantũ eſt igitur inter nuptias & virginitatem, quãtũ inter nõ peccare & bene facere, imò vt leuiùs dicam, quantum inter bonum & melius. Hæc ille. AVTH. Melior ergo virgo, melior pauper quàm ſimpliciter ſine iſtis obſeruãs bene præcepta. Et in hoc ipſo loco nonne tibi videtur

vtaq;

Digitized by Google

vtraq; esse religio Christi? prima est religio simplex, vt tu appellas cunctorum fidelium, alia perfectior, quæ totam primam continet, & addit seipsam, nonne ipsa est magis religio? Apostolus ecce Iacobus definit eam religionem, Religio inquiens munda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est, Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatũ custodire se ab hoc seculo. Quòd si diuites mũ divisitare dicũtur, qui quædam sua distribuũt, maximè visitant qui cuncta vendunt quæ habent dando pauperibus. Hi ergo religiosi potissimi. Duæ † ergo religiones Christi fiunt, 4 vna seruantium tantùm mandata ne damnentur: altera cuncta donantium & vendentium, vt præmium consequantur: primi sunt simplices tui, secundi Christi perfecti. De quibus Homilia. 9. in Iosue ORIGENES. Ego sic video duas esse species eorum qui promissionum cælestium cupiditate succẽsi, summo studio diligẽtiaq; nituntur ne saltem minima eorum beatitudo prætereat, habentes desideriũ non solùm benedictionis capiendæ: sed & efficij in partẽ sortis sanctorũ: sed etiã assistere in conspectu Dei, & semper esse cum domino. Alij verò sunt, qui & ipsi tendunt ad salutem, & non tam amore benedictionum vel promissionum desideriis inflammãtur, quàm hoc magis habẽtes in prospectu vt dicant: Sufficit mihi non ire in ignem æternum, sufficit mihi nõ expelli in tenebras exteriores. AVTHOR. Quis sapiens, & non intelliget primos esse religiosos perfectos in ecclesia: secundos quosli bet laicos carnales de populo, qui comparatione primorum inter mulieres recitantur? Vnde ibidem ORIGENES versus finem. An non tibi videtur inter mulieres æstimandus esse ille vir, qui dixit, Non possum obseruare quæ scripta sunt, vendere quæ habeo, & dare pauperibus. Non possum percutienti vnam maxillam, alteram præbere. Non possum maledicentem benedicere. Non possum blasphemari, vel blasphemãtibus deprecari. Non possum persequutionem pati & sustinere, & similia quæ mandantur implere? Qui dixit implere non possum, quid tibi aliud videtur, quàm inter mulieres, quæ nihil virile possunt, esse numerandum? Hæc ille. AVTHOR. Benedictus Deus ergo, quòd vltra simplices obseruatores mandatorũ, qui tantũ necessaria faciunt ne dãnẽtur, religiosi perfecti surgunt, & robur ecclesiæ, vt inter viros meritò numerẽtur. Quomodo si non vltra dilectionem Dei ex omnibus viribus surgãt supra populũ in opera ardua, q̃ dilectionẽ illam probãt? Tu dicis declinare talẽ à mandatis quia seruat ea teneriùs, seruat sol licitiùs, quàm tua simplex laica requirit, sed cõ siliũ exigit christianũ: hoc tu blasphemas impossibile, & apostasiam esse nugaris. Discere mi ser discere quem inspirat primus apostata, quòd hoc sancti patres docuerunt ab initio professores sanctimoniæ & debere & posse. Vnde & ca. 6. ecclesiasticæ hierarchiæ DIONY. Sacerdos deinde ipsi vitam enarrat, testificans quoniã oportet mediæ ipsum superastare. LINCO. Oportet † monachum cõuersatione excellentiorem esse, & diuiniorem media vita. i. vita sacri populi. Et hæc est vita perfectissima, quam presbyter eum edocet, vt videlicet omnia diuina mandata, quæ oportet populum obseruare, ipse obseruet de cætero excellẽtiùs & diuiniùs. Hæc ille. AVTHOR. O quantũ peccauit iniquè, qui tam sciens ponit bonum malum, & lucẽ tenebras. Sciuit non dubiũ, meliùs eum seruare præceptum regis de tuendo filium, qui eũ procul ab hostibus in clauso castro cum attentione conseruat, quàm is, qui inter medias turbas simpliciter, & sine grãdi cura discursat. An iam stultè diceretur non seruare quia vltra industriam simplicem apponit ex omni parte accuratã tutelã? Sic delirat iste, criminans religiosos non obseruare mandata, quia vt obseruent ea ex omni parte, visum cohibent, linguam refrænant, iugiter orant, proleuibus puniuntur, carne ieiunant, & noctem ac diem in omni cautela transigunt, ne quantilla parte à Dei mandato declinẽt. Quot hoc faciunt laici Witcleff, qui tantoperè per orbẽ iactant mandata? Si tantũ Deum diligũt, ad tãtum mãdata eius obseruent. Magna operatur charitas si est: declarent charitatem operibus, parcant verbis. Hoc certum est hæresim illorũ qui tempore sancti Iacobi fidem laudabant sine operibus, hic eum ad dilectionẽ trahere vt sine operibus. Quo contra illas duas, commendans operibus Paulus fidem solam dicit laudabilem, quæ per dilectionem operatur. Nec ergo fidem mihi des solam, nec dilectionẽ verbalẽ, sed fidem per dilectionem operantẽ. Et das mihi religionẽ, quæ plus habet operum, plus Deo perfectã. Plane hæreticat sanctus Dauid istam impietatẽ, dicens: Volũtaria oris mei beneplacita fac domine. Quæ si essent præcepta, iam necessaria forent. Vnde super illum ver- 6 sum in octonario HILARIVS. Non † contentus est etiam præscriptis legis cõtineri, neq; iam necessitati obedientiæ subiacere. Lex præcipiebat, malum pro malo esse reddendũ: Dauid iste cũ Saulem totis se imperij sui viribus persequentem frequenter captum & conclusum

Consilia seu uoluntaria & non legitima obseruata per Dauid.

cluſum habuiſſet, non modò non peremit, ſed cum honore dimiſit dicens: Non inferam ſuper eum manum meam, quia Chriſtus domini eſt. Hunc etiam cùm in bello peremptum cõperiſſet, fleuit, & vindicauit. Filius quoque eius Abſalon regnum occupat, exercitum contrahit, patrẽ bello parricidali perſequitur, ſed militibus Dauid dixit: Parcite puero Abſalon. Illi quidem ad reſiſtendum neceſsitas impoſita eſt vt regi, ſed pietas & bonitas affuit ad parcendum vt Prophetæ. Mortuum quoque affectu paterno & dolore defleuit. Hęc enim volũtaria, non legitima ſunt. His obtemperare, libertatis potiùs, quàm neceſsitatis officiũ eſt. Habet hanc Apoſtolus volũtariæ doctrinæ non legitimæ conſuetudinem, dicens, De virginibus, domini præceptum non habeo, conſilium autem do. Aut cùm gloriam viduitatis, & continentiam laudat, non inhibet poteſtatem nubendi, ſed meritum cælibatus prædicator vltra legem inſtituit, & vltra præceptũ adhortatur, & voluntaria legitimis anteponens. Et rurſum ait, Nunquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? nunquid non habemus poteſtatem mulieres circunducendi ſicut cæteri Apoſtoli, & fratres domini, & Cephas? Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem hæc operandi? Sed non vtimur hac poteſtate. Poteſtas licita eſt, cùm lex infidelitati noſtræ parcens, præceptis nos grauibus non onerat. At verò voluntatis profeſſio, ex incremento fidei eſt, cùm in his, quæ immoderata lex nobis eſt, noſipſos voluntariæ deuotionis ſtudio continemus. Hæc ille. AVTHOR. Hic planè ſubuerſa eſt argutia Witcleff hæretica, per quam omnia opera perfectionis vltra mandata prophanat. Dauid, inquit Hilarius, noluit contentus eſſe præceptis quin adderet voluntaria opera. Apoſtolus item Paulus vltra legem, meritum cælibatus inſtituit, & vltra præceptum hortatur voluntariè ipſa legitimis anteponens. Ergo † religio voluntariorum anteponitur, & excedit in numero religionem ſimplicem mandatorum. Hanc doctrinam Pauli ſequebatur diſcipulus eius Dionyſius. Vnde capitulo. 6. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Hunc aio ſacri populi ordinem vt per omnem venientem purgationem. Sequitur. Perfectorum autem omnium excellentior ordo monachorũ eſt ſacra ordinatio. Vbi ex GRAECO. Sacrum quoque medium populi ordinem vocat, id eſt, in laico ordine integram & irreprehenſibilem vitam habentes. Monachos autem, id eſt, hierophantas, omnibus excellentiorem. Hæc ibi. AVTHOR. Quanto tempore & ab exordiis eccleſiæ manſerunt iſtæ diſtinctæ religiones in eccleſia, religio laicorum deorſum & monachorum per vitæ meritum ſuper illos. Quantum autem ad ſacra in ipſorum profeſsione tangenda penè ſingula deſcribuntur à nobis libro. 3. Sed † ad iſta, quæ iſte blaſphemat in hoc loco, nouas manus apponimus. Conferunt, inquit, iſti religioſi in ſua profeſsione ſigna luciferinæ ſuperbiæ, quia obligant ſe ad ſanctiùs viuendum, quàm exigit ſimplex (nolens dicere laica) religio chriſtiana. Qualiter hoc? quia obligant ſe vltra dilectionem Dei ad ſuas traditiones ſingulares. Ipſas planiùs dixit quarto capitulo ſecundi libr. de ſermone domini in monte, & alibi. Cantus, & lectiones media nocte, in choro ſilentium, iugiter manere in clauſtro, & ſimilia. Si hæc & huiuſmodi obſeruare cum dilectione Dei ſuper omnia, ſit luciferina ſuperbia, cur pro continentia à ſecularium turbis, poſuit beatus Iacobus in definitione religioſi, immaculatum ſe ab hoc ſeculo cuſtodire? quod in definitione Chriſti de viro perfecto dicitur ſequi Chriſtum: qui & ipſe niſi pro neceſsitate diffundendi Euangelij ſeorſum & ſecretus ſemper manſit à populo. Origenes iam ſuprà dixit, habentes deſiderium, non ſolùm effici in partem ſortis ſanctorum, ſed etiam aſsiſtere in conſpectu Dei, & ſempr eſſe cum domino. Miraeres, ſi iſta ſit luciferina ſuperbia. Saltem ipſe Paulus Apoſtolus dicat, cur ſic docuit Coloſſenſes. Capit. nempe. 3. ad eos, & deinceps docens eos viuendi regulam, docenſque primò declinare à malo per mortificationem membrorum ſuorum, tradit eis fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, auaritiam deponere: iram, indignationem malam, blaſphemiam, turpem ſermonem, nolle mentiri inuicem, ſpoliare veterem hominem cum actibus ſuis, & induere nouum. Demum vt faciant bonum, induendo viſcera miſericordiæ, ſicut ſancti dilecti, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportare inuicem, donare habenti querelam. Ac ſtatim annectit, ſuper omnia hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Deinde iterum abiungit: pacem Chriſti exultare in cordibus eorum: verbum Chriſti habitare in eis, in omni ſapientia docere ſeipſos quotidie, commonere in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia cantantes in cordibus ſuis Deo. Subiungit itẽ, quòd mulieres oportet ſubditas eſſe viris,

viros

Digitized by Google

viros vxores diligere, nec amaros esse ad eas, filios obedire parentibus ad omnia: seruos itē per omnia dominis obedire, omnia ex animo facere, dominos, quod æquū est seruis præstare. Orationi instare, vigilare in ea, cū gratiarū actione. Ecce quot traditiones Apostoli in vna regula charitatis, & tū super hæc omnia iubet charitatem habere. Quòd si valeret impia argutia Witeleff, cùm charitas obliget omnes viros, præcipiendo, & obligādo fideles ad oēs istas traditiones, & super has omnes ad charitatem, ipse Apostolus per luciferinā superbiā eos obligat plusq̄ possunt: sed de huiusmodi ait Apostolus, Videte canes, malos operarios, videte conscisionē. Dominus ipse iustus conscidit ceruices talium peccatorū. Nam omniū Christianorū regula ex his & huiusmodi traditionibus plena est, & has omnes professione spondent cōmuni, quæ & communia facere sine murmurationibus, & hæsitationibus iubet Apostolus ad Philippen. 3. & ibi in expositione AMBROS. Commonet vt omnia quæ ad disciplinam pertinent Christianā sine hæsitationibus faciant, & murmurationibus. Quia si negligēter, & indeuotè aliquid agitur, ad effectum non peruenit, quia in reprehēsionem cadit: sed omni necessitate operētur quasi filij Dei immaculati, vt themores professionis suæ respondeant, vt inter diffidentes tā clari appareant vita, cōuersatione, moribus, quēadmodum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt. Hæc ille. AVTHOR. Iam consequēter in regula religiosorum, in qua superadduntur istis traditiones Christi: vtpotè illa de paupertate, quā superaddebat Christus toti regulæ mandatorū, Si vis perfectus esse, vade, & vende &c. & illa de castitate, Qui potest capere, capiat &c. quas iste dixit traditiones infundabiles, sed hoc probare per particulas nunq̄ sciuit. Nam † vt nostram Carmelitarū regulam adeamus, cum examine. Quid aliud est quod ibi dicitur, Accingendi sunt lumbi cingulo castitatis, nisi verbū Apostoli, quod item hīc ad Colossen. mortificationē dicit carnis? Quid itē induenda est vestis religiosa, vt lorica iustitię, nisi induite vos sicut electi viscera misericordiæ, & induite nouū hominē, qui renouatur? Quid est oratorīū construatur in medio cellularum, quo ad orandum nocte ac die fratres cōueniant, ad cantandum Psalmos per singulas horas, maximè manè per singulos dies ad audiendum missarum solennia, nisi quod ait Apostolus, commouentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis, & cāticis spiritualibus? Quid item, q̄ ea regula orationes fundō

9 *Carmelitarum regula.*

das certa mensura constituit in nocturnis vigilijs, nisi quod Apostolus iubet orationi instare, vigilantes in ea, in gratiarum actione? Quid de ieiunijs, & silentio? Quid de turbis abscedere blasphemare potest, nisi manifestè derogans factis Saluatoris, & apertissimè authoritati scripturæ? Hoc ergo vnū concludamus ex multis, q̄ omnia hæc q̄is non præcipiantur in lege, faciliter seruata lege complentur, & eo gratiùs, quo liberiùs. Vnde libro primo de adulterinis coniugijs, circa medium AVGVS. Multa † sunt autem facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cùm liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior ipse dominus cùm se tributum non debere monstrasset, soluit tamen, ne scandalizaret, ad æternam salutem gerens hominem consulebat. Iam verò Apostolus quemadmodum ista commendet, eius verba testantur, vbi dicit, Cùm enim liber sim, ex omnibus, omnium seruum me feci, vt plures lucrifacerem. Cùm paulò superiùs dixisset: Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli domini, & fratres domini, & Cephas? Et post multa ita ostendit ea, quæ licita sunt, id est, nullo præcepto domini prohibentur, sicut expedit potiùs esse tractanda, non præcepto legis, sed consilio charitatis. Hæc sunt quæ ampliùs erogantur saucio, qui curādus ad stabulum Samaritani illius miseratione perductus est, & ideò dicuntur non à domino præcepta, quanuis domino moneantur offerri, vt tantò intelligantur esse gratiora, quantò magis ostenduntur indebita. Hæc ille. AVTH. Hoc vnum ecce primò susceptum, & in fine resumptum totum argumentū Witcleff monstrat ineptum, non iussa lege, sed libera charitate facta sunt nostris officijs gratiora. Vouere puta castitatem cum Apostolo, paupertatem, obedientiam vni patri, quam ipse filijs multis impendit, dicens, q̄ cùm liber esset, omnium seruum se fecit: nos autem circa agentes non seruos, sed per obedientiam filios fore spondemus. Fatuus nunquid Paulus mi Witcleff, qui tantæ libertati à Christo datæ renuntiat, vt tantæ se subigat seruituti? Hæc est nostra religiosa fatuitas, quam de Paulo requirimus, & à Christo didicimus, qui cū Paulo altior in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, habitu inuentus vt homo.

T 5 ¶Quo-

¶Quomodo ſacræ obſeruantię clauſtralium modernorum conformantur antiquis.

CAP. LXXVI.

SVMMA.

1 *Monaſticorum præconia à Chryſoſtomo recenſentur.*
2 *Religioſorum clandeſtinæ orationes ex Hieronymo notantur. Et quomodo antiquior uſus hoc habebat in uſu, quod habet modò.*
3 *Habitatio Chriſti, domuncula non propria, ſed à Martha, & Lazaro aſſignata.*
4 *Silentij commendatio.*
5 *Silentium Pythagoricum notatur ex Ambroſio.*

Si fellea amaritudo ſub lingua huius hæretici, quam febrilis hæreſis illi generauit, in qua omne dulce facit amarũ, abeſſet, & guſtaret cum ſancto Chryſoſtomo dulcedinẽ regulæ, & omnis conuerſationis noſtræ monaſticæ. Qualiter putas calamum verteret, verba mutaret? Verum aſininum caput eius non ſuſcipit ea, quæ Dei ſunt: non refert, ſi ad aures huius aſini lyram adducam, quam per ſingulas penè chordas dulciſsimè tangit, exponendo primam epiſtolam ad Timoth. Moralium. 14. dulcis pater CHRYSOSTO. Verè † domus luctus ſunt monaſteria, vbi ſaccus, cinis, vbi ſolitudo, vbi nullus riſus, neq; ſecularium rerum turba, vbi ieiunium, terræ accubatio: omnia pura à nidore, ſanguine, tumultu, turbatione, à mala turba. Portus tranquillus, ſicut lucernæ ſunt ab alto ijs, qui procul veniunt, ſunt apparentes, in portu ſedentes, & ad quietem ſuam omnes trahentes, non ſinentes fieri naufragium ijs, qui ad eos inſpiciunt, non ſinentes in tenebris degere eos, qui illuc vident. Vade ad eos exteros, ſuſcipe, accede, tange pedes ſanctorum. Multò enim honorabilius eſt illorum tangere pedes, quàm aliorum caput. Et bene infrà. Verè ſancti hi, & in omnibus angeli. Medius enim timor domini nõ dimittit ad profunda ſomnũ deſcendere, & confundere mentem, ſed ſuperficietenus iniacet, quieſcere faciens eos ſolùm. Talia illorum ſomnia non phantaſtica, neq; prodigioſa, ſed vt quidam dixerit Gallus cantauit, confeſtim veniens qui præſidet, & pede iacentem ſimpliciter ſuppungens, omnes erexit. Neq; enim nudos dormire illic fas eſt. Deinde ſurgentes confeſtim ſtant, hymnos canẽtes propheticos cũ multa ſymphonia, cum bene compactis melodijs. Neq; cithara, neq; ſyringes, id eſt fiſtulæ, neq; aliud organum, id eſt, muſicum inſtrumentum, talem emittunt vocem, qualem eſt audire in ſilentio profundo, & in eremo ſanctorum illorum canentium, ſed & pſalmiſtica cantica alterna, & dilectione plena quo ad dñm. Siquidem. In noctibus ait, Eleuate manus veſtras in ſancta ad Deum. Et rurſus, Ex nocte magnificat ſpiritus meus ad te Deus. Et alia cantica Dauidica riuulos mouentia lachrymarum. Cùm enim cantat dicens, Laboraui in gemitu meo, lauabo per vnamquamq; noctem lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum infundam. Et rurſus. Qui habitare facit vnanimes in domo. Et, Septies in die laudẽ te in iudicia iuſtitiæ tuæ. Et rurſus, Media nocte ſurgebã gratia confitendi tibi in iudicia iuſtificationis tuæ. Et, Deus redime animam meam de manu inferi. Et, Si iero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rurſus, Non timebo à timore nocturno. A telo volante in die, à negotio in tenebris ambulãte, & à caſu & demonio meridiano. Hæc cũ angelis cantant, etenim & angeli tunc cantant, Laudate dominum de cælis &c. Hæc ille.

1 *Monaſticorum præconia.*

AVTHOR. Quis non confunditur Witcleuiſta, audiens magiſtrum ſuum taliter vulnerari ſub ſancto Chryſoſtomo? Quicquid ipſe blaſphemat, ſanctus pater trãsfert in laudem, maximè quod de vigilijs mediæ noctis, & pſalmis, & hymnis deuotis dixit infundabile ſcripturis, ſanctus Chryſoſtomus fundat expreſsè, & contra alternationes ſuas, quas iure ſomniculoſorum ſuorũ ſanctus Ioannes vnaquaq; nocte ſurgendum prædicat, non timendo vmbras noctis, ſed media nocte ſurgendũ aſsiduè per Pſalmiſtam: quid iam facturus eſt ſi poſtuletur fundatio ſomniorum ſuorum in ſcripturis ſanctis, quòd parcendum ſit vigiliæ traditioni, quia non omnes ſunt taliter complexionati? Vbi repereris in ſcripturis non vigilandum ſingulis in orationibus, quanuis aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiẽs circumeat? Vbi laudatur ſeruus, quẽ cùm venerit dominus, ſiue ſerò, ſiue media nocte, ſeu gallicantu, ſeu manè, inueniat dormientem? Scio quoſdam paucos in religione ſic vt regula iubet vigilare non poſſe, ſed cur communis omnium norma ex paucis infirmis eſt paſſura diſpendium? Quidam ita complexionati

ſunt

Digitized by Google

ſunt, vt hunc vel illum guſtare cibū non poſſint, quidam non bibere vinum, quidam nec dormire de nocte. Eſt ergo mala regula, quam generaliter natura tradidit cunctis viuentibus cibo quouis veſci, vino potari, aut de nocte pauſare. Proſequitur item ſanctus obſeruantias ſanctorū poſt vigiliam matutinā CHRYSOSTOMVS. Illi verò rurſus matutinales orationes perficientes, & hymnos, ad lectionē ſcripturarum vertuntur. Sunt autem, qui & libros ſcribere edocti, vnuſquiſq; habitationem ordinatam ſuſcipiunt. Silentium ſemper exercitatur, nullo fabulāte, nullo quidem dicente, Tertiam, Sextam, Nonam, & veſpertinas orationes perficiunt. Et in quatuor partes diem diſtribuentes, vnamquāq; partem plenā pſalmodijs, & hymnis glorificant Deum. Omnibus autem pulmentum accipientibus, id eſt, ſeculi laicis ridentibus, & ludentibus, reſciſsis à gaſtrimargia, id eſt, à ventris ſaturitate, hi hymnis attendunt, nunquam menſæ tempus laxantes, neq; ſenſibilium horū riſus. Poſt pulmentū eiſdem adhærent ſomno priùs ſeipſos tradentes moderato. Hæc ille. AVTHOR. Longum eſſet, & forſan faſtidio proximum cūcta ſcribere, quæ ibi prædicat ſanctus pater religione regulariter tradita & ſeruata. Qualiter hæc ſi eſſent infundabilia lege Chriſti, pauca puto traduntur modò in regulis religioſorum, quæ antiquitas iſta non expreſsè tangit, & fundat. Omnis religio veſtita dormit, non dubitem vt noſtri Carmelitæ in tunica candida, & ſcapulari nocturno, & ita Chryſoſtom⁹. Neq; enim nudos dormire illic fas. In Carmelitarum item regula, quam & noui, ſinguli habent cellulas ſeparatas, ſicut & per diſpoſitionem Prioris, & fratrum fuerit aſsignatum. Et hîc Chryſoſtomus: Vnuſquiſq;, inquit, habitationem ordinatam ſuſcipiens: hoc propter orationes clandeſtinas. Vnde in epiſtola ad Ruſticum de monachorum conuerſatione loquens HIERONYMVS. Et † quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili vnuſquiſq; vigilat, circumeunt cellulas ſingulorū, & aure appoſita, quid faciant, diligenter explorant. Hæc ille. AVTHOR. Antiquior igitur vſus hoc habebat in vſu, quod habet modò, & iuxta quē Chriſtus habuit in vſu ſolus orare: ſicut ex illo poteſt liquere Matthæi, vbi dimiſsis diſcipulis poſt eos iterum à Petro, Iacobo, & Ioanne puſillum progreſſus orauit. Vbi in opere perfecto Homilia. 83. CHRYSOSTO. Propter hoc ait, Manete hîc donec abierim, & orem. Conſuetudo enim ei erat ſine eis orare. Hoc enim faciebat erudiens nos in orationibus quietem conſtruere nobiſmet ipſis in ſolitudine multa. Hæc ille. AVTH.

Gaſtrimargia.

3 Sic † item dominus Saluator domunculā habuit, non propriam, ſed à Martha & Lazaro aſsignatam, quam monſtrauit quærentibus: magiſter vbi habitas? ipſo dicente, venite, & videte. Homilia. 17. ſuper Ioannem CHRYSOSTO. Qualiter alibi ait: Filius hominis nō habet vbi caput reclinet. Hîc autē ait, Venite & videte vbi maneo: quoniam hoc, id eſt, non habet vbi reclinet, demonſtratiuum eſt eius, quòd nullum proprium habitaculū habebat, non q̄ in domo non manebat. Hæc ibi. AVTHOR. Et q̄ hæc regula iubeat fratres manere per ſingulos in cellulis ſuis, vel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes, & in orationibus vigilātes, niſi alijs iuſtis occaſionib⁹ occupentur. Hoc in his viris quantum extollit Chryſoſtomus, qui poſt orationes matutinales ad lectionem ſcripturarum vertūtur, & poſt refectionem iterū eiſdem adhærent, præterq̄ in die quater, quo ad orationes iterum diuertuntur. Iterum q̄ ipſa regula dicat faciendum nobis eſſe aliquid, applicans in exemplū magiſterium ſancti Pauli hoc de ipſis ſanctis fatetur CHRYSOSTO. Sunt, inquiens, qui libros ſcribere ſunt edocti. Regula mandat in communi refectorio edere, quæ fratribus fuerunt erogata communiter, aliquam lectionē ſacræ ſcripturæ audiendo. Chryſoſtomus dicit, q̄ alijs in cœna ridentibus, & ludentibus, hi ſanctis hymnis attendunt, nunquam menſæ tempus laxantes in huiuſmodi riſus. Com-

Habitatio Chriſti.

4 mendat † itē regula multùm authoritate Pauli ſilentium iubentis in eo operari: & Prophe ta ait: cultus iuſtitiæ ſilentium eſt. Et inter hos ſanctos, inquit Chryſoſtomus, ſemper exercetur ſilentiū, nullo fabulante, nullo quid dicente, Tertiam, Sextā, Nonam, ac veſpertinas orationes ſilendo perficiunt. Superaddūt Carmelitæ ſilentium arctū à completorio dicto vſq; ad Primam dictam ſequentis diei: niſi forſan grauis & inſueta neceſsitas ſilentium interrūpat: pro quo gemebundus ait HIERONY. epiſtola ad Marcellā. Vt de orbe ſecedi. Si foras procedimus, ſilentium perdimus, ſi nō perdimus, ſuperbiæ arguimur. Hæc ille. AVTH. Quid mirū ſi à ſanctiſsima Chriſti regula ad huiuſmodi ſanctitatis regulam trahimur, qui noctem penè totam ex conſuetudine ſilenter orando pertraxit: nocte paſsionis tamen vrgente hora ter ſilentium & orationem abrupit. Vnde de Pythagora philoſopho ſuper hunc verſum Pſal. 118. dicit AMBROSIVS.

Silentij commendatio.

5 Puto, † inquit, Pythagorā philoſophum imitato-

Digitized by Google

tatorem iuuenis huius prophetici inſtituiſſe ſectam, vt diſcipuli ſui quinquenniò non loquentes, tanto ſilentio loqui diſcerent: cùm præſertim etiam Dauid ſenioris ætatis, quàm Pythagoram fuiſſe dubium non ſit, qui ait: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſi reprehendenda ſint hæc & ſimilia, quæ religioſus vir, vt tenens regulam charitatis obſeruet, tanta cautela viuendi regulã profitetur. Qui omnibus vijs reſpicit, ne charitatem amittat, ipſe plus arguetur iniuriæ, quàm is, qui ad omnem auram linguã venalem exponit. Hoc ſcio, quia à Domini, & Apoſtolorum exemplis in monaſteria confluxerunt: dicis, quia difficultant obſeruare præcepta, ergo dominus iter iuuenis difficultauit ad patriam, quãdo ſuper obſeruantiam mandatorum pauperatem adiecit, & omnes fefellit, quibus dixit: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Ad quod tu dicito, quare ſuper præceptum de non mœchando adiecit, nec ad concupiſcendum mulierem cõſpicere? Nunquid quia faciliùs ſeruat de nõ concupiſcendo præceptum, ſi non permittat aſpectum? Igitur additio huius conſilij facilitat adimpletionẽ præcepti: ſic qui nec iraſcitur, facilitat ſe ne occidat. Qui ſilet, facilè nemini detrahit: qui ieiunat, facilè continet: qui vigilat in orationibus, eo faciliùs acidiã fugat. O ergo meretrix iſta hæreſis, non dubiũ omne robur religioſi Sanſonis in detonſione paruorum capillorum capitis nititur tradere Philiſtæis: paruæ, inquit, ceremoniæ præponderantur apud vos Chriſti præceptis. Hoc imponis criminis, quod nõ probas. Parui ſunt ritus, quibus robur omne præceptorum innititur, & ſeruatur, quibus ſublatis, difficilè conſeruantur parui illi pili in capillatura Sanſonis, ſed ex eis exciſis ad communem hominum fortitudinem veniens captiuatur ab hoſtibus. Quis es tu, qui iudicas alienum ſeruum? domino ſuo ſtat, aut cadit. Quid matutinas vigilias falſò criminaris iuuenum inſolentijs frequentatas, cantus hypocriticos, indeuotos riſus & cachinnos, in clauſtris cunctas obſeruantias, ſpiſſa, & amara ſuſpicione deprauas? Hoc vnum noueris, non omnes eſſe quod vnum: ſed ſuſpicionem tuã valde falli de pluribus. Sed vnde religionem priùs quàm noueris iudicaſti, à longè proſpiciens? Quid tibi venit in ſenſum, vt cũ Moyſe Deuterono. legis alludens, vt ita de campeſtribus Moab aſcenderes ſuper mõtem Nebo in verticem Phaſga contra Hiericho, vbi ſecundùm nominis interpretationem, vt luna mutaris in ſtultum, terram promiſsionis in clauſtri ſemitis proſpexiſti? Vidiſti oculis tuis, nec tranſiſti ad illam, & omnem cultum eius digituli tui cenſura diſtinguis. Mitte de cætero exploratores veridicos ad explorandum libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu. Qui cùm renuntiauerint, dicant terram hanc lacte & melle diffluere, vt ex fructibus laborũ ſuorum oſtendant: nec falſo rumore exterreant populum in filijs Enach proceræ ſtaturæ monſtris, de germine giganteo, dicentes, quòd terra hæc deuorat habitatores ſuos, & puſillo gregi faciant ne aſcendant, vbi lætanter omnes ſenes cum iuuenibus explẽt opus, & ſi deſit vnum quippiam, quilibet cum Paulo, vſq; ad effectum dicit: Omnia poſſum in eo, qui me confortat, Chriſtus.

¶De oblatione, & ritu ſacræ inductionis iuuenum, antequàm bibant calicem principis huius mundi.

CAP. LXXVII.

SVMMA.

1 *Religionem à teneris ingreſſus laudatur.*
1 *Religionis diſſuaſores arguuntur.*
3 *Vota parentum, quòd proſint liberis. Et quanta uis ſit in uotis parentum.*
4 *Votum parentelæ an ſit conſecuturum effectum, diſcutitur.*

SAcræ profeſsionis maiora inſignia Deo odibili Witcleff eo plùs diſplicent, quòd ad ea in capite profeſsionis nos tanti voti ſacrãmento conſtringunt, vt inſanus ſemper aut amens ingreſſum diſſuadens, reſcindens propoſitum, & prouocans apoſtaſiam. Nam † in ipſo religionis ingreſſu quid Deo placentius, quid expectabilius ei, qui Deum ſapit, q̃ iuuenem integeratum cernere exire de ſeculo, & ad portum monaſterij anchoram figere, vt beatus prædicetur, qui iugum domini ab adoleſcentia ſua portauerit, ita vt cùm ſenuerit, non recedat? In ſanctos religioſos Deo dicatos pro crimine infert, quòd introducant pueros in ſuum ordinem fraudulenter vltrà quàm charitas Chriſti ſe extendit cap. 5. Dialogi. & cap. 15. de fratribus. Quorum, inquit, eſt nul-

Religionis à teneris laudat ingreſſum.

1 *Threñ. 3.*

Digitized by Google

eſt nulla maior blaſphemia, quàm iuuenem indiſcretum à ſuis parentibus ſpoliare, & ipſi *regulam* ad ſui interitū limitare, quia neſciunt *ſi cōplexioni* & chariſmati eius Deus tribuit, vel ſi tali iuueni conuenit ſpiritualis obſeruantia, ad quam aſtringunt eum, cum viris fidelibus deſeruire. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hoc exigimus, vt ſcripturarum authoritate
19. confirmes. Chriſtus ipſe non inſcius, ſed futurę rei præſcius, quid iuueni committi conueniret, quid vt inconueniens ſperneret, nihilominus obtulit ei ſpiritualem obſeruantiā paupertatis perfectæ, cupiens eum aſtringere ſibi cum viris fidelibus, putà primis Apoſtolis deſeruire. Ipſe item Iudam proditorem ad apicē perfectionis vocauit, quem inde ſcierat ruiturum. Cur putas? Niſi nobis monſtrans exemplo, qui præſcij rerum non ſumus, ꝙ cunctis ſuadenda, offerenda, optanda eſt perfectio, q̄uis cunctis non proderit, ſicut Chriſtus multis obtulit, quibus obfuit, non ſuſceptum, ſed ſuſcepti tranſgreſsio. Quia ſicut quidam inde ad ſuum interitum corruerunt, ſic multi numero, quos Deus voluit, liberātur in clauſtro, quos cōuerſatio ſecularis ſorberet ad inferos. Et quid aptius, quàm iuuenem in Dei obſequio cum viris deſeruire fidelibus? De quo libro. 1. de officijs. cap. 23. AMBROSIVS. Si ij, qui ſunt ignari locorū, cum ſolertibus viarum iter adoriri geſtiunt, quantò magis adoleſcentes cum ſenibus debent nouum ſibi iter vitæ aggredi, quo minus errare poſsint, aut à vero tramite virtutis deflectere? Nihil em̄ pulchrius, quàm eoſdem & magiſtros vitæ, & te-
2 ſtes habere. Hæc ille. AVTHOR. Grandi † igitur cum periculo ſuo diſſuadent multi, nō tam hæretici, quàm carnales catholici, pueris, & iuuenibus religionis ingreſſum, cauſam in ſe ſumentes exitij, & omnis animæ detrimenti. Ab hoc omnino liber eſt, qui ſuadet ad melius. Sed ætati parcimus, inquiunt, tantò autē periculoſius, quantò magis Chriſtus iubet nō parcere, ſed arcere: prout hanc cauſam fortiter agit libro tertio, vt nunc inſcribitur de virginibus AMBROS. Accuſati, inquit, ſumus: &, niſi fallor, accuſatores noſtri pleriq; de vobis ſunt. Horum ergo affectus redarguere malo, quàm perſonas prodere. Criminis autem inuidia hæc eſt: quia ſuadeo caſtitatem, quia hoc non libenter accipit ipſe, ſe prodit. Virginitatem, inquit ipſe, doces, & perſuades plurimis. Vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam, ſi efficaciam recognoſcerem. Atq; vtinam me exemplis potius argueretis, quàm ſermonibus cęderetis. Et infrà. Deniq; cùm dixiſſet, Et ſunt Spadones, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum, vt oſtenderet hoc non mediocris eſſe virtutis: Qui poteſt, inquit, capere, capiat. Et ideò poſt hoc verbum offeruntur pueri ad bene dicendum, qui corruptelæ expertes integritatis munus immaculata ætate ſeruarent. Talium em̄ eſt regnum cęlorum, qui in puerilem caſtimoniam tanquàm in naturam infantium corruptelæ ignorantiæ remeauerint. Hæc ille. AVTHOR. Ecce accuſatum à ſuis Ambroſium, ꝙ iuuenibus, & iuuēculis ſuaſit caſtitatem nō recuperatam, ſed quā deinceps à pueritia immaculata ætate ſeruarent. Seruarent, inquam, in humilitatis armario, extra quod eſt caſtitas præda raptorum. Ideò libro de bono coniugali in fine AVGVST. Pueros quoq; ac virgines multò maximè monemus, vt tanta norint humilitate tuendum eſſe quod in terra interim vouent, quantò magis cæli eſt quod vouerint. Nempe ſcriptum eſt, quantò magnus es, humilia te in omnibus. Hæc ille. AVTH. Non hortatur Auguſtinus eorum rumpenda vota, quæ vouerint iam pueri, ſed multò fortiùs & maximè eos exiſtimat commonendos cum magna humilitate tueri quantò magis cęleſte quid vouerūt, & quod adhuc à terræ ſordibus alienum. Vnde ſuper verſum nonū octonarij tractans illud Hieremiæ Threñ. 3. Bonum eſt iuueni viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. HILARIVS. Difficile eſt ab vſitatis deſinere, difficile eſt à familiaribus abſtrahi. Magnum in ſe conſuetudo habet vinculum. Et idcirco optimus ille erit cultor, quem non modò delictorum remiſsio ſine crimine conſtituerit, ſed ipſa illa præſtiterit vitiorum ignoratio innocentem. Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitudinem, dicens, Bonum eſt iuueni viro, cùm afferret graue iugum in iuuentute ſua. Sedebit ſingulariter, & ſedebit, non expectabit frigeſcentes ſenectute annos, nec mortuam iam per ætatem vitiorum conſuetudinem: vult longi prælij militem, vult eum Chriſti ſeruū, quem ne ipſa quidem præteritorum criminū recordatio polluat. Hæc ille. AVTHOR. Vterq; ſanctus pater quantum frangit corda carnalium, qui cōtra Chriſtum iuuenes retrahunt à magiſterio ſanctitatis, dum adhuc erāt innocentes laqueos ſeculi priùs euadere poſſint, quàm noſſe, & cū in annis cœperint maturari, reſpicientes vnde venerunt, & in experta pericula dicant alacriter: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrū in nomine dñi. Et epiſtola ad Athaletam de inſti-

† *ſores onis t.*

de inſtitutione filiæ HIERONYMVS. Propoſitũ erat ad te ſermonem dirigere, quomodo inſtruere Paulam noſtrã debeas, quę priùs in Chriſto conſecrata eſt, quàm genita: quam antè vouiſti, quàm vtero concepiſti. Et diu pòſt. Sollicita & prudens es, ne filia percutiatur à vipera: cur non eadem cura prouideas ne deteratur à malleo vniuerſæ terræ, ne bibat de aureo calice Babylonis, ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ, ne ludat pedibus, ne trahat tunicas. Venena non dantur, niſi melle circumlita, & vitia non decipiunt, niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutũ. Et quo modo, inquies, peccata patrum filijs non reduntur, nec filiorum parentibus, ſed quæ peccauit anima ipſa morietur? Hoc de ijs dicitur, qui poſſunt ſapere, de quibus in Euãgelio ſcriptum eſt: Ætatem habet, loquatur pro ſe, qui autẽ paruulus eſt, & ſapit vt paruulus, donec ad annos ſapientiæ veniat, & Pythagoreæ literæ eum producãt ad biuium, tam mala eius, q̃ bona parentibus imputantur. Niſi fortè exiſtimas Chriſtianorum filios, ſi baptiſma non acceperint, ipſos tantùm reos eſſe peccato, & non ſcelus referri ad eos, qui dare noluerunt: maximè eo tempore, quo contradicere non poterant, qui accepturi erant. E regione, ſalus infantium maiorum lucrum eſt. Offerre nec ne filiam poteſtatis tuæ fuit (quanquàm alia ſit tua conditio) quæ priùs eam vouiſti, quàm cõciperes. Vt autem negligas oblatam ad periculum tuum pertinet. Sequitur. Poſtquàm grandiuſcula eſſe cœperit, & in exemplũ ſpõſi ſui creſcere ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines: pergat ad templum veri patris cum parentibus ſuis, & cum illis non egrediatur de templo: quærant eam in itinere ſeculi inter turbas & frequentiam populorũ, vel propinquorum, & nunquã eam reperiant alibi, niſi in auditu ſcripturarum: prophetas, & apoſtolos de ſpiritualibus nuptijs ſciſcitantem. Imitetur Mariam, quam Gabriel ſolam in cubiculo ſuo reperit, & ideò forſitan timore perterrita eſt, quia virum, quem non ſolebat, conſpexit. Æmuletur eam, de qua dicitur Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Hæc ille. AVTHOR. Totum poſſe fecit Hieronymus, vt parentes filiam inducerent, quam vouerunt dum paruula eſſet, ſaltem antequàm biberet ineptias ſeculi de calice Babylonis, moras iſtas comparans dilato baptiſmati, & periculum æquans periculo, ideò inſtat vt offertant filiam in templum, cum quibus ingrediatur puella, nec egrediatur cum illis, imò ſua det ibi perpetuam manſionem contra Witcleff inſaniã, vnde ſubdit HIERONY. Nunquam exeat foras, ne inueniant eam, qui circumeunt ciuitatem, ne percutient, & vulnerent, & auferant teriſtrum puditiæ: nudam in ſanguine delinquant, quin potiùs cùm aliquis oſtium eius pulſauerit, dicat, Ego murus, & vbera mea turris: laui pedes meos, non poſſum inquinare illos. Hæc ille. AVTHOR. Hoc qui poteſt capere, capiat, ait Chriſtus. Et ideò dicit Ambroſius poſt hoc verbum offeruntur pueri ad bene dicendum hanc benedictionem in principio imitantium ſancto voto conſequitur ad religionem templi in veteri teſtamento, hoc modo Anna mater Samuelis tenerum ab vtero puerum conſecratũ obtulit, & veſtiri fecit Ephod. Ad religionem apoſtolorum eximiam, Chriſtus ſuſcepit Ioannem adoleſcentem & penè puerum: tamẽ Petrus à Chriſto conſecrabatur, in eccleſiæ verticem, vt ſcribit Hieronymus libro primo cõtra Iouinianum, quem cum fratre ſuo Iacobo pia parens priùs obtulerat. Hoc ſatis vſitatum eſt veteribus ſanctis, in ſanctorum aſpectu cõpunctis, quòd ipſi tales eſſe non poſſent, ideò filios deuouerunt. Vnde & tertios eos recitat libro. 6. ad Imperatorem præſentem GREGORIVS. Poſsibile eſt tibi fieri Deum, ſi tamen non elatione, ſed imitatione cupias fieri Deus. Alij ad hoc veniunt vendentes omnia bona ſua, & pauperibus erogantes. Alij membra ſua mortificantes, quæ ſunt ſuper terram, propter Chriſtum, mundo ſe crucifigentes. Alij Deo filios vouent. Nõ enim dubito, quin notum ſit tibi Abrahæ ſacrificium, qui promptiùs vnicum obtulit Deo, quàm eum priùs ſuſceperat à Deo. Hæc ille. AVTHOR. Ma-
3 gnum † bonum pueris conſtitutum eſt in vo- Votum
to parentum, cui multùm debent, q̃ ſic obla- tũ profu
ti ſunt, vt ſeipſos tali voto conforment. Vnde liberis.
libro exhortationis ad virgines, circa mediũ. AMBROSIVS. Conſiderate filij quid votis parentum debeatis. Aperuimus ad Deum os noſtrum, votum eſt voluntas parentum, nos vouimus, vos ſoluite. Quanta vis ſit in votis parentum, Iepte Galaditis filia nos debet docere, quæ ne fruſtraretur oblationem paternã, etiam mortem ſuam obtulit. Et infrà, Hæc vobis ſunt cõmunia. Tu autem fili, quem mihi verus helcana, id eſt, Dei dedit poſſeſsio, poſtulatus meus, petitus meus, Inde etiam Samuel nomen accepit. Tu, inquam, impetratus meus, & votiuus meus, qui quomodo in vterum meum veneris, neſcio, iam enim deſperaueram ſobolem ſexus virilis, quem mihi vota mea nõ aliqua ſolennis cœtus ſecreta formarunt

runt: Tu,inquam,fili agnoſce à quo donatus ſis mihi. Ille tua ora plaſmauit,ille tua membra diſtinxit,ille mea orata ſuſcepit,cuius templo,cuius obſequio,te antequàm naſcereris ſacraui. Non parentibus, non tibi,ſed Deo natus es: cuius antequàm de vulua matris exires,eſſe cœpiſti. Et omnes quidē illius ſumus, ſed tu ſpecialiter promiſſus domino Deo tuo redderis, quia ſcriptum eſt, Vouete, & reddite Deo veſtro. Ego miſera, ego indigna te quaſi Anna promiſi,vt omnibus vitæ tuæ diebus ac noctibus à conſpectu domini non recedas.Ego promiſi,tu exequere,dominus ſibi hoſtiæ ſuæ munus implebit: hæc & alia pia mater,quæ poſtquàm congruentem filiorum vidit affectum,ablactatum ſuum ab vberibus gratiæ ſpiritualis in templum domini deducens, conuerſa ad preces dixit, Confirmatum eſt cor meum in domino, exaltatum eſt cor meum in Deo meo.Sequitur.Iſta igitur ad filios ſuos mater dixit, quæ ſimul & viduitatis in ſe,& integritatis in liberos,titulos in domū ſuam intulit, quaſi quoſdam fœmineos principatus. Egregia ſanè fœmina, quæ ſibi nihil reliquit,totum quod habuit,Deo obtulit.Hęc ille. AVTHOR. Hæc igitur prima gratia iuuenis, qui talem poſsit inuenire parētem, qui eum iam carnis & ſeculi languore tremētem impauidè trudat in piſcinam, quem angelus domini prępparatus accipiat. Quonam modo, quo ritu? Antiquam formam eccleſiæ,de hac BERNARDVS oſtendit epiſtola ad Robertum nepotem ſuum,dicens: Dubium non eſt promiſſum illum fuiſſe,non donatum.Nec enim petitio,quam regula præcipit, pro eo facta fuit à parentibus. Nec manus illius cum ipſa petitione inuoluta palla altaris vt ſic offerretur coram teſtibus.Hęc ille.AVTHOR. Hanc formam in parte Ambroſius, qua de Iuliana proſequitur, Felix mater, felix puerpera Iuliana: hæc, inquam, prima gratia conſecratio parentelæ dicentis, Ego te quaſi Anna promiſi,vt omnibus vitę tuæ diebus atq; noctibus à conſpectu domini nō recedas.Ego promiſi, tu exequere. Tu exequere profitendo, quod ego promittendo præmiſi. Frequenter enim culpa parentum oblatio liberorum non ſit de optimis, vt mundus & caro teneat meliores. Velut epiſtola ad Demetriadem, conqueritur ſacer HIERONY.Solent miſeri parentes,& plenæ fidei Chriſtiani deformem,& aliquo mēbro debilem filiam, quia dignos generos non inueniunt,virginitati tradere:tanti vt dicitur vitrum,quanti margaritū. Hæc ille. AVTHOR. Authori Deo placere pōt oblatio,ſed fraus offerentis maculam compenſabit. Hoc iā diſcutere reſtat,an † parentelæ votum ſit conſecuturū effectū. Angelus ipſe dñi ſacerdos præpoſitus clauſtri,quod exequaris, interrogat,& quod confitearis,expectat. Tūc tamē ad incrementū meriti danda eſt arra fidei ſuper religionis ingreſſu. Qui ritus etiam à veteri ritu ſynagogę ad nos vſq; peruenit.Nā & Doech Idumęus ita legitur obligatus libro de hebraicis quæſtionib. ſuper primū librum Reg.HIERONY.Erat ibi quidā vir de ſeruis Saul int⁹ in tabernaculo,& nomē eius Doech Idumæus.In hebræo legitur obligatus in conſpectu dñi. Obligatus enim idem Doech Idumæus erat voto, quo ſe obligauerat aliquot diebus in tabernaculo domini immoraturū, & orationi vacaturum. Hæc ille.AVTHOR. Proximū eſt,vt ad ingreſſum ſe præparet,cui ſe voto obligationis aſtrinxit. Ab antiquis ecclesiæ modernus ordo ſic habet.6.ca.eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS.Sacerdos ad eum qui perficitur veniens,interrogat primū, ſi omnibus renuntiet diuiſibilibus,non ſolùm veris,ſed & phantaſijs. Sequitur. Hæc omnia autem eo,qui perficitur,attentè cōfitente,cruciformi figura ſignans ipſum ſacerdos detondet.Hæc ille.AVTHOR.Cōfiteri dicit,quod nos dicimus profiteri,vouere ſolēniter, & reddere feſtinanter,vouere caſtitatem,ſed perpetuam: vouere paupertatem,ſed perennem, & vouere totā regulæ cautionem ſub vnius patris imperio per obedientiam ſalutarem.

Ad calumniam Witcleff contra ſanctam obedientiam, qua ſubditus religioſus ſubijcit ſe prælato ſuo facere quicquid iubet.

CAP. LXXVIII.

SVMMA.

1 *Witcleff fremens furia contra religioſorum obediētiā, quomodo dicat religionis præpoſitos diabolos.*
2 *Witcleff organum eſſe Zabuli oſtenditur.*
3 *Locus libri Regum explicatur.*
4 *Saul q; noluerit obedire Samuelis imperio,culpatur. Et multa de obedientia,quæ ſuperioribus & prælatis etiam dyſcolis debetur.*
5 *Obedientia Philippenſium triplicata cōmendatur.*
6 *Obedientiæ cōmoda,ſeu bona.*
7 *Obedientia uera quæ ſit.*
8 *Obedientiæ limites deſcribuntur.*
9 *Obedientia ſimplex q; ſit ſuper omnia pretia pretium dignißimum.*
10 *Inobedientia,primum,& maximū uitiū ad ruinam.*

Obedien-

11 *Obediendum in quibus eſt, & non eſt patri.*
12 *Carmelitarum regula.*
13 *Chriſtus quomodo fuerit ſuis parentibus obediẽs, dum adhuc ad ætatem legitimam doctoris non peruenit.*
14 *Pater quòd quatuor modis per ſcripturas diuinas uocetur.*

1 HIc † autem tabeſcit Witcleff, & fremit furia non ferenda tractatu de præuaricantia mãdatorum.cap.7.inferendo de religioſis dicentibus,religioſum,& volũtatis Chriſti eſſe, q talis religioſus ſubijciat ſe ſuo præpoſito faciendo quicquid mandauerit, licet fuerit ſtolidiſsimus idiota, quia obedientia(vt inquiunt) eſt virtus maximè meritoria, & Luciferinæ ſuperbiæ maximè depreſsiua. In iſta ergo obedientia ſuper alios extrahas ſectas quatuor, quæ incomparabiliter promerentur. Sed idẽ foret hominem ebullire in iſtam ſtultitiam,& obligare ſe diabolo, vt paratè faciat quicquid mandat, cùm multi tales Abbates, ac Priores ſint diaboli manifeſti.Hæc Witcleff ibi,& centies alibi.AVTHOR.Iàm diabolos dicit religionis præpoſitos,ſuperiùs ſtolidiſsimos idiotas: vtrobiq; magniloquus iſte ſanctis parat iniurias,contra quas in cantico Annæ Homilia.9.in libro Reg.ſanctos inſtituit ORIGENES. Si putà Marcione & Baſilide confutatis,occurrant philoſophi inſultantes fidei noſtræ ſimplicitati, & idiotas nos, imperitoſq; clamitantes, conuertar etiam ad ipſos,& veræ ſapientiæ viribus falſæ ædificationis nebulas obturbauero,& non ſolùm huius mundi ſapientiam deſtruxero, tunc plenius dilatatũ eſt os meum ſuper inimicos meos. Sancti ergo eſt vox iſta,& perfecti.Hæc ille.AVTH. Sic dilatet os ſuum ſuper inimicum ſuum ſanctus,& perfectus vir,dicens cum Paulo,Stulta huius mundi elegit Deus, vt tuam mactet ſapientiam.Et quod me incuſas diabolum, hoc ſolus nõ porto,omnibus eccleſiæ ſanctis, hoc turpe accuſationis imponis nomen: teipſum nuſquam, aut tuorum quenquam inculpas, cùm non omnes angeli beati ſitis:ſcriptura verò dicit, Iuſtus verò in principio accuſator ſit ſui. Conſequenter ibi ORIGENES. Mirũ quippe continet ſenſum quod ſcriptum eſt. Iuſtus autẽ accuſator ſui fit in principio ſermonis ſui. Ergo iniuſtus non fit ſui ipſius accuſator, ſed aliorum: ſicut & Zabulus accuſator quidem eſt, accuſator autem non ſui, ſed fratrum. Interim omnes neceſſe eſt accuſari.
2 Hæc ille. AVTHOR. Quid † intendit Origenes, niſi concludere noſtrum Witcleff organum eſſe Zabuli,qui ſe nuſq; accuſat,fratres accuſare non ceſſat. Vt autem de obedientia ſancta tractemus, quam ipſe detractat, adhuc quid dicat particulariter audiamus libro.1.de ſermone domini in monte.cap.4. Nec dubiũ, inquit, quin Auguſtinus intelligit per iſtam obedientiam ſicut debet, non hanc fictam obedientiam in nouis ordinibus introductam, ſed ſolam obedientiam Deo, quæ eſt ad plenum & perfectum amorem legis domini retorquenda.Hæc Witcleff.AVTHOR. Dicat iam iſte tam ſciolus ſcripturarum,cur tam violentam manum in hominem tendens, irruit in ſcripturas.Cur infelix non audit dominum dicentem Deuterono.17. Venies ad ſacerdotes leuitici generis, & ad iudicem,qui fuit illo tempore,quæreſq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunq; dixerint, qui præſunt loco, quẽ elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius,ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, vel ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo,& decreto iudicis, morietur homo ille. Dic mihi Witcleff,ſi iſta non eſt generalis præceptio. Facies quodcunq; dixerint,qui præſunt loco, & docuerint te iuxta legẽ eius. Et generalis pœna conſequẽs tranſgreſſorem.Qui ſuperbierit nolens obedire,morietur homo ille? Verum,inquit,ſi docuerit iuxta legem domini, non iuxta legem Antichriſti. Imò ſic quodcunq; ipſe docuerit iuxta legẽ dñi,Nõ quodcunq; dicat Witcleff, & doceat peruertẽs legem Chriſti. Sed facies quodcũq; dixerint,qui loco præſunt.Fideles, inquit ſcriptura,& oues paſtorẽ ſuũ ſequũtur, alienũ nõ ſequũtur,ſed fugiunt ab eo,quia nõ nouerũt vocem alienorũ.Ioan.10.Qui aũt ſuperbierit,nolens ipſi obedire(non dicit incurſori cuilibet Witcleuiſtæ)mortale crimen cõmittit homo ille, & plectendum in corpore. Eccleſiaſtici.33.Si non obedierit,curua illum compedibus. Morale eſt hoc præceptum,& ſuperbiæ cõpreſsiuũ,vt ibi ſupponens ſcriptura dicit, Qui ſuperbierit, nolens obedire, hoc toto tumes in vtero, vt obedientiam doceas. Aptus certè præceptor,qui nec ipſe toti eccleſiæ orbis terrarum vnquã, vlli præpoſito aut honeſto collegio, quo te contigit expectari, alius quàm rebellis hoſpes, diſcors, cõtumax, & inobediens hactenus diffameris. Aſtruis in voto calumniam, quòd ſubijciat ſe quis tali præpoſito facere quicquid mandauerit, licèt fuerit ſtolidiſsimus idiota, dic (vt ſoles) licèt fuerit

Digitized by Google

fuerit præscitus, aut manifestus diabolus. Ad fontem scripturæ te remitto dicentis, Facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco. Et quidem ne præpositos quoscunq; perfectorum excludas, non sacerdotes tantùm dicit, sed facies, inquit, quodcunq; dixerint, qui præsunt loco: homini ergo præposito vice Dei facienda est obedientia, cuius inobedientia eandem pœnam cõsequitur, quam inobedientia facta Deo, quia ad vtramq; vna est sententia, morietur homo ille. Et nonne ita Saul deiectus est, & regno priuatus, quia fuit inobediẽs Samueli, immolãs sine ipso? primi Reg. 13. sicut quia posteà inobediens Deo parcens pinguibus, ca. 15. Vnde in libro hebraicarum quæstionũ
3 super primum Reg. HIERONY. Videtur † quibusdam Saul inculpabiliter obtulisse holocaustum, cùm Samuel ab eo expectatus iuxta pactum septem dierũ non venerit. Quod qui hũc locum bene distinxerit, inueniet eũ non immeritò culpatum fuisse, & de inobedientia redargutum. Locus autem hic apud Hebræos ita distinguitur: & descendas ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te. & posteà infertur. Ad offerendas oblationes, & immolandas pacificas victimas, septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quod facias. Non ergo Samuel suum præstolari aduentum Sauli septem dierum tempore præcepit, sed ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas se ab eo eisdem septem diebus voluit expectari, quod ille non fecit, & ideò meritò culpatur, & stultitiæ elo-
4 gio denotatur. Hæc ille. AVTHOR. Si † Samuel sacerdos erat, rectè vides culpatum Saulem, qui contra legem primam nolebat obedire sacerdotis imperio: si non erat sacerdos, sed propheta erat, & pater erat religiosorum per conuentus tunc temporis, vt dicit Petrus, magis autem quia præfuit illi loco, Saul damnatur inobediens parte legis secunda. At ne tenearis in tribulo verbi, quod calumniosè dixisti præposito idiotæ vel diabolo. Quot putas stolidi idiotæ, vel quot si iudicare præsumas præsciti aut manifesti diaboli præerant loco, quibus obedire & facere iussi sunt quodcunq; dixerint. Non iudico ego Heli, quem proiecit dominus cum filijs, qui iudicauit Israël, vsq; ad ætatem decrepitam, & cui prophetico spiritu subiectus est Samuel facere & obedire quodcunq; iuberet. Quærito Hieremiam plãgentem prophetas prophetãtes mendacium, & sacerdotes applaudentes, & populum talia diligentem. Et ꝙ à propheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et ex ore domini, ꝙ sacerdos & propheta polluti sunt, & in domo sua inuenit malum eorum. Et per Ezechielem comminatur, & exprobrat, sacerdotes cõtempserunt, inquiens, legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt, & auerterunt à sabbatis meis oculos suos. Sequitur. Effudi super eos indignationem meam, & in ignem iræ meæ consumpsi eos. Ecce stolidos idiotas inter pollutum & mundum non intelligentes, dic & præscitos & diabolos, quos in igne iræ suæ dominus ipse consumpsit, hi sunt de quibus dominus iussit, dicens, Quodcunq; dixerint, qui præsunt loco. Curre vsq; ad Danielem, Michæam, Sophoniam, & Zachariam prophetas, & demum ne dicas legaliter hoc dictum fuisse. Sed vt scias non solutum, sed impletum per eum, qui legem non venit soluere, sed implere, ad euangelium venias, & arguas Saluatorem hoc ipsum mandantem de sacerdotibus, quos ipse redarguit Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite, secundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Quid generalius? Omnia quæcunq; dixerint seruate, in quo minus, aut in quo diuersum ab illo, quod ipse idem superiùs dicit, Facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco? Et quid illi, aut isti, qui præfuerunt locis, nunquid multi prudentes, vt quærit apostolus, aut plures iusti? Et nõne ex his quidam dixerant Iesum in Beelzebub eiecisse dæmonia? Nonne Caiphas ex eis & Anna? Nonne conspiraturi contra eum, ꝙ quicunq; confiteretur Christum extra Synagogam fieret? Et tamen omnium præscius, sine exceptione quacunq;, omnia, inquit, quęcunq; dixerint vobis, seruate, & facite. Vbi in commentario HIERONY. Quid mansuetius, quid benignius domino tentato à Pharisæis, confringuntur insidiæ eorum. Sequitur. Et nihilominus propter sacerdotium, & nominis dignitatem hortatur populos, vt subijciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes. Hæc ille. AVTHOR. Et attentè considera, quòd dicat, vt subijciantur eis, nõ vt soli Deo obediant, sed istis etiam propter Deum. Qualiter sanctus Daniel inter peccata gentis, quæ enumerat. Non obediuimus seruis tuis prophetis, qui loquuti sunt in nomine tuo regibus nostris. Quasi Paulus præsumpserit, dicens. 2. Thessaloniceñ. vltimo. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate. Interfuit multùm, quòd sibi obedirent,

non ſoli Deo. Ampliùs verò, ꝙ nec ſibi ſoli ſub Deo, ſed & verbo ſuo per epiſtolam. Magis enim apparet Dei poteſtas, cùm eius virtute alios reddimus obedientes, quàm ſi ipſe ſibi faceret obedire. Vnde Homilia. 7. ſuper librum Numerorum ORIGENES. Vult ſem per Ieſus res mirabiles facere, vult de loculſtis facere gigantes, & de his, qui in terrenis ſunt, cæleſtes ſuperare nequitias. Et fortaſſe hoc erat, quod dicebat in euangelijs, quia qui crediderit in eum, non ſolùm faciet illa, quæ ipſe fecit, ſed & maiora, inquit, horum faciet. Verè enim maius mihi videtur, ſi homo in carne poſitus, fragilis, & caducus, fide tantùm Chriſti, & verbo eius armatus, ſuperet gigantes, dæmonum legiones, quanuis ipſe ſit, qui vincit in nobis. Plus tñ ducit, ꝙ per nos vicit, quàm
5 ꝙ per ſe fecit. Hæc ille. AVTHOR. Magna † ergo eſt obedientia triplicata obedientia Phi
Obedientia Philippeñ. lippenſium, quos ad tãtum vicit Chriſtus per apoſtolum, vt nõ ſoli Deo, ſed eius apoſtolo, nec tantùm apoſtolo in perſona, ſed abſenti etiam verbo obedierunt ſemper ad nutum ſine murmure aut frequentia queſtionis. Vnde libro de inſtitutione ſcripturarum, capit. 33.
6 CASSIODORVS. Quapropter † omnes,
Obedientiæ bona. quos monaſteria ſepta concludunt, tam patrũ regulas, quàm præceptoris proprij iuſſa ſeruate: & libenter quæ vobis ſalubriter imperantur, ſine aliquo murmure efficite: quia magnæ remunerationis eſt præmium præceptis ſalutaribus obedire. Hæc ille. AVTHOR. Hęc eſt obedientia, quam exigebat apoſtolus, & docebat: quam nemo increpat Chriſtianus, ſed & ad eam hortatur, laudat, & exigit à ſuis: exẽplo item apoſtoli, ſi ſit præpoſitus libro de ſingularitate perſonarum, verſus finem. AVGVSTI. Vt oſtenderet, ſupple, Paulus clericis diſponendis ad euacuandas quæſtiones, quæ ſit doctrina conueniens, & Tito ſic inſinuat, dicens. Tu autem loquere, quæ conueniunt ſanæ doctrinæ, maiores natu ſobrios eſſe, prudentes, ſanos in fide, in charitate, in patientia ſyncera. Ergo auditiones ſimplices obedientia veſtra ſuſcipiat, & non verſipellem cõtra-
7 dictionem. Hæc ille. AVTHOR. Et † hæc
Obedientia uera. quidem eſt obedientia Chriſtiana, obedirecõtinuè ſine querelis hæreticis & diſputationibus interiectis. Quam obedientiam in his Philippenſibus commendauit: Chariſsimi mei, inquiens, ſicut ſemper obediſtis, non in præſentia mea tantum, ſed multò magis nunc in abſentia mea. Sequitur. Deus eſt enim qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate. Nec tantum, quia ſanctus erat Paulus, ſed quia Deus hoc operatus eſt in eis. Nã quãtum ad ſanctitatem, Paulus idem erat, qui Epheſijs, item Galatis. Idemq; ſanctus Philippenſibus, idemq; Corinthijs. Sed non defuerant Corinthij, & Galatæ, qui cum hæreticis Witcleuiſtis Paulo detraherent vt ſeductori, & auaro. Quos auſcultantes incauti obedientiam ſimul perdiderunt, & fidem. Cæteri, vt Philippenſes, ſeruauerunt vtramq;, ita & nũc. Et mirum, quòd in omni orbe vbique commendatur obediens in ſola religione, vbi timore Dei cuncta reguntur: de prælato præſcito, cautela nulla indicitur. Mulieres ſubdi viris iubet apoſtolus, nec quicquam cauet de præſcitis. Ad Colloſſen. 3. Imò nec à præſcitis abire permittit primæ Corinthio. 7. Non dimittat virum, quòd ſi diſcedit, diſcedat, inquit ad Coloſſenſes. 3. Item filij (inquit) obedite parentibus per omnia. Et eadem generalitate ſeruata de ſeruis, Serui obedite dominis carnalibus. Si patribus & dominis carnalibus ſic obedire cõſtituit, vt dicat per omnia, quid putas de ſpiritualibus eſſet iuſſurus? Si mihi non credis, audi ipſum Apoſtolum arguentem. Patres carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multò magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus? Hebræo. 12. Iam audacter facio argumentum apoſtolicum. Si filius habet ſine exceptione præſcientię parentibus obedire per omnia, ergo multò magis patri ſpirituali habet filius obtemperare per omnia, vt ſic viuat Deo. Iam vellem reſponderet Apoſtolo facienti hanc comparationem obtemperãdi multò magis patri ſpirituũ ſubditorũ, quàm patri carnium. Tantum expecto, vt iſte cautelam faciat ſuis ſequacibus, ne ſibi ipſi obediant per omnia, quæcunque mandat facere, aut alijs præpoſitis Witcleuiſtis, hoc ſaltem nunquam reperio. Et tamen non puto eum tam ſtolidum, vt certum ſibi iuret nullum, aut ſe, aut alium ex eis præſcitum, nullum ſtolidum idiotam, nullum diabolum manifeſtum: reſumo tamen quod dicit obeditutum religioſum per omnia. Secundùm te loqueris, Dij alij tibi eſſe dixerunt? Dico tibi ſanctæ obedientiæ limites, quos fixit mater religio. Quantum profitendo promiſit, tantum ad obediendum exigitur. libro primo, de diſpenſatione & præceptis. BERNARDVS. Videtis † obedientiæ limi-
8 tes, quos requiritis, ſi modus eſt obeditionis, tenor profeſsionis: nec ſe valet extendere poteſtas imperantis, niſi quatenus attigerit votum profitentis. Profectò citrà, & vl-

Digitized by Google

& vltrà, nec non & contrà, quid aliud quàm obedientiæ limites quoſdam cenſuerim, & his ſuis terminis virtutem eandem circuncludi. Quamobrem quiſq; profeſſus in quouis genere ſalutiferæ vitę, nec vltra obedientiæ legē cogendus, nec citrà eſt inhibendus, quàm ſua ipſius videtur complecti profeſsio: quantò minùs contrà. Is ergo, qui medius eſt vitæ modus, prefixus voto, profeſsione firmatus, tanq̄ lignum, quod erat in medio paradiſi, ſolus ſine dubio legi erat ſubiectus, obnoxius iuſsioni. Ergo prælati iuſsio, vel prohibitio non prę tereat terminos profeſsionis, nec vltrà extendi poteſt, nec contrahi citrà. Nil me prælatus prohibeat horum, quæ promiſi, nec plus exigat, quàm promiſi: vota mea nec augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſsitate. Hæc ille. AVTHOR. Hæc eſt obedientia quam tantoperè contemnis, quam nec ipſe dicere ſtuduiſti. At in cōmuni prouerbio, Scientia quęlibet nullū habet æmulum, quàm ignorantem. Et audacter dico, virtus ipſa obedientię non perdidit, quam execratione meruit bonitatem, vt in ea pendeat omne hominis pretium, & ſine qua vitium eſt cōmunis virtus. Et cum qua virtus omnis poſſeſſa redundat. Vnde Homilia. 4. ſuper Leuiticum, vetus habet ORIGENES. Cùm ſinguli prophetarū, vel apoſtolorum etiam conſilium ijs, qui delinquunt, dederint, quo poſsint corrigere, vel emendare peccatum, meritò ijs vendidiſſe arietes ad ſacrificium videbuntur. Quid autē prætij à comparantibus ſumant? illud opinor legendi ſtudium, vigilias audiendi verbum Dei, & ſuper omnia digniſsimum pretium obedientiam. De qua ſcriptum, obedientiam malo, quàm ſacrificium, & Deo audientiam magis, quàm holocauſtum. Hęc ille. AVTHOR.

9 Ecce † ſuper omnia digniſsimum pretiū comparati arietis eſt obedientia ſalutaris, & mētis attentio. Bona virtus eſt pietas, bona affabilitas, caſtitas, audiendi verbi Dei ſedulitas, & ſuper omnia pretia pretium digniſsimum ſimplex eſt obedientia, non Deo tantùm, ſed apoſtolis, & prophetis, qui dant cōſilia correctionis, & qui vitæ eorum, quibus præſident, dant conſilia corrigendæ. Et quibus dominus ipſe dicit, qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Vel proba, ſi potes, Paulum vſurpaſſe ſibi quod Deo eſt proprium, quādo gloriabatur vnà cum Tito de obedientia Corinthiorum erga ſe per Titum, ſicut ſcribit. 2. Corinthi. 7. Gloriatio noſtra, quæ fuit ad Titum, veritas eſt facta, & viſcera eius abundantiùs in vobis ſunt reminiſcentis omnium veſtrum obedientiam. Vbi in annotationibus HIERONY. Omni vos affectu omnia eius membra deſiderāt, vt oculi præſentiam, aures ſermonem, os colloquium ſpectet, quomodo cum timore & tremore accepiſtis eum. Obedientiam fidelē conſcripſit: quia etiam qui ex charitate obedit, timet contriſtari, quem diligit. Gaudeo q̄ in omnibus confido in vobis. Feciſtis me gaudere, quia de obediētia veſtra nunquam hęſitaui. Hæc ille. AVTHOR. Quā obedientiam ideò gratiorē habet Apoſtolus, q̄ citò tam reuerenter obediant eius intuitu. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Reminiſcentis omniū veſtrū obedientiā, quomodo cum timore & tremore excepiſtis illū. Scientes Corinthij ab apoſtolo miſſum eſſe Titum, qui in tantis vitijs ab apoſtolo fuerant correpti, territi ſunt in aduentu eius, & quia vitam ſuam cœperant emendare, ſolliciti erant obedire præceptis, & vt regreſſus animū apoſtoli mitigaret in eis. Hæc ille. AVTHOR. Et de Apollo dicens ibi apoſtolus ca. 8. Miſimus autem cum illo fratrē noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſollicitum eſſe, nunc autē ſollicitiorem cōfidentia multa in vobis. HIERON. Multò ſollicitiorē eū probauimus confidentes, quia veſtra obedientia prouocetur: ſiue quam audiuit à Tito, ſiue quā per ſeipſum probauit. AVTHOR. Sequitur in textu. Siue pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor. HIERONY. Quod dicit, hoc eſt, tam Tito, qui eorum beneuolentiā collaudauerat, q̄ eorum, qui apud ipſos fuerant pariter deſtinati, ita ſe exhiberēt, vt & charitatis ſynceritatē, & apoſtolicæ pro ipſis gloriæ veritatem in cō ſpectu omnium cōprobaret. Hæc ille. AVTH. Et iterum cap. 9. Parati ad vlciſcendum omnē inobedientiam cùm impleta fuerit veſtra obedientia. HIERONY. Hoc dicit apoſtolus ad modum paratum ſe eſſe vlciſci omnem inobedientiam, cùm ea, quæ præcipiuntur, impleuerint. Hæc ille. AVTHOR. Quàm auidus expetitor obedientiæ Corinthiorū fuit apoſtolus: ſi Deo tantùm, cur gloriabatur, eos obediſſe Tito propter ſe? Cur item Apollo: ſi ſibi propter Deum? Cur improbus Witcleff hoc caſſat in alijs, & ſibi fieri vendicat? An vultis increduli Witcleuiſtæ experiri de quolibet præſidentis imperio, vtrum hoc ſimul Chriſtus mandat cum eo, ſicut hi, quos obiurganter arguebat Apoſtolus: An, inquiens, experimentū eius quæritis, qui loquitur in me Chriſtus? Hanc ſuſpicionem mali præceptoris primò diabolus parentibus primis incuſsit, quaſi inuideret eis Deus donum ſapientię, ideò abeſu

Digitized by Google

pomi mandauerit abſtinendum. Quid igitur mirum, ſi organo ſuo Witcleff hanc præroga tiuam obedientiæ ſub ſuſpicione peruerſi pre ceptoris ſurripiat vniuerſis, vt non ſenſim, ſed tota ruat nunc, ſicut tunc ſimul humanitas? Si cut habet libro. 8. ſuper Gene. ad literam, cap. 10. AVGVST. Oportebat vt homo ſub dominio Dei poſitus alicunde prohiberetur, vt ei promerendi dominū ſuum virtus eſſet ipſa obedientia, quam poſſum veriſimè dicere ſo lam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agenti ſub Dei poteſtate, primumq; eſſe & ma ximum vitium tendens ad ruinam ſua poteſtate velle vti, cuius nomen eſt inobedientia.
10 Hæc ille. AVTHOR. Ecce † primum & maximum vitium ad ruinam eſt aliquem velle vti ſua poteſtate, cuius nomen eſt inobedientia, ad quod omnibus viribus Witcleff trahit, & aduocat omnes gentes, dicens, illam noſtrā primariā libertatem. Sed ſancti patres in Chriſto cauendam hanc peſtem vbiq; in rebus omnibus admonent. Vnde epiſtola ad Demetriadem virginem HIERONYMVS. Bonum eſt igitur obedire maioribus, parere perfectis, & poſt regulas ſcripturarum vitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere, nec præceptore vti peſsimo, ſcilicet preſumptione ſua. De talibus fœminis & Apoſtolus loquitur. Quæ circunferuntur omni vento doctrinæ, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Hæc ille. AVTHOR. Ecce q̄ nec ſcripturarum regulis velit nos abſq; præceptoris diſpenſatione vitam ſine trepidatione committere: quia de talibus fœminis, inquit, dicit apoſtolus, q̄ circunferuntur omni vento doctrinæ: ſed tantū audiendus eſt Deus inquit Witcleff, & præceptum eius, hominis aūt præceptum, quod fallax ſemper eſt tanq̄ impertinens dimittendum. Miſeri ergo & infeliciſsimi homines, qui vltra Chriſtū, & eius euangelium te tam ſollicitè audiunt, etiam cōtra Chriſtum, & eius eccleſiam. Tu homo fallaciſsimus & proditor ſcripturarum, qualiter dicis non obediendum niſi ſoli Deo, vel verbis eius, & omnes cōtra Deū rebelles clamas, qui tibi non obediunt? Sed recole ſcripturarum, ſi potes, vbi filij Ionadab, filij Rechab diuina voce laudantur, quia patri homini obedirent, etiam in his, quæ Deus non iuſsit, ſed homo. Adaperiat paſſum illum in titulo. Pſalmiſta. 71, AVGVST. Ionadab homo fuit quidam, commendatur nobis ex prophetia Hieremiæ, qui filijs ſuis præceperat, vt vinum nō biberent, neq; in domibus reſiderent, ſed in tabernaculis habitarent: præceptum autem patris ſui tenuerunt, & ſeruauerunt, & ex hoc à domino benedici meruerunt, dominus hoc non præceperat, ſed pater ipſorum: ſic autem hoc acceperunt tanquam præceptum à domino Deo: quia etſi dominus non præceperat, ne biberent vinum, & in tabernaculis habitarent, præceperat tamen dominus, vt filij patri
11 obedirent. In † ea ergo re ſola non debet patri filius obedire, ſi aliquid iuſſerit pater ipſius contra dominum Deum ipſius. Neq; enim debet iraſci pater, quādo ſic ei pręponitur Deus. Vbi autem hoc iubet pater, quod contra Deū non ſit, ſic audiendus eſt, quomodo eſt Deus: quia obedire patri iuſsit Deus. Benedixit ergo Deus filijs Ionadab, propter obedientiam, eoſq́ue obiecit inobedienti populo ſuo, exprobrans, quia quum filij Ionadab obedientes patri ſuo eſſent, illi non obedirent Deo ſuo. Hæc ille. AVTHOR. Fugite ergo iam omnes homines conſiliarium peſtilentem, ne homines obediant patribus ſuis, ſed ſoli Deo. Scitis quàm planè contra omnes ſcripturas, contra bonos naturæ mores, quibus ſolis hi filij vnà cum patre fuerant inſtituti, dico vobis vox ſerpentis ſolius erat in Witcleff: in diabolo, in Lollardo, hæc eſt. Vbi mandat dominus ſic obedire vni diabolo, ne clauſtrum exeas, vt locis & temporibus ſileas: vt ieiunes, vt ores, vt vigiles media nocte contra tuę complexionis conatum, vt ſeruiatur domino carnali? Complexionem non inueſtigat Apoſtolus. Quicquid iuſſerit pater, ſi non contra dominum, hoc impleri iubet, & ſi dominus ipſe non iuſſerit. Sic ergo benedixit dominus filijs Ionadab, quia fecerunt quæ præcepit pater, quæ ipſe non præcepit, ſed ſibi obedire præcepit, quòd ſi domino, & patri carnalibus eſt tam ſancta obedientia, & tam pretioſa, dicat modo Witcleff, quantò pretioſior eſt obedientia, vbi caro non præcipit, ſed omnia ſpiritus in Chriſto Ieſu. Sicut
12 in regula Carmelitarum. Fratres † Priorem veſtrum humiliter honorate, Chriſtum potiùs cogitantes, quàm ipſum, qui poſuit illum ſuper capita veſtra. Qui & ipſi patri erat obediens, & vt ſimili forma nos obedientes, patribus faceret, vocaliter dicit, Non quod ego volo pater, ſed quod tu. Quid oportuit hanc vocem fieri, ſi non noſipſos manu traheret ad exemplum? Ipſe enim ait, Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Vox inquam, Chriſti ad patrem, non quod ego volo, ſed quod tu. In quem locum ſuper Marcū HIERONYMVS. Vſque in finem non ceſſat nos docere patribus obedire, & voluntatem

Obedien quibus & non patri.

Carmelit rū regula

tatem eorum, voluntati nostræ præponere. Hæc ille. AVTHOR. Ecce fidelissimi Christiani Hieronymus dicit Christum vsq; in finem non cessasse nos docere patribus obedire, nunquid dijs patribus, dicente Witcleff obedientiam soli Deo intelligendam? Et sic in libro abusionũ intelligere Augustinum. Sed probemus Witcleff sine mora vel mẽdacem, vel cæcum. Resumamusq; quod Augustinus dicit, & Witcleff scripsit manu sua. AVGVS. Tertius abusionis gradus si adolescens sine obedientia reprehenditur, quo mundus à recto ordine rationis deprauatur. Qualiter autẽ in senectute ministrari illi sperabit, qui in adolescentia se senioribus obedientiã exhibere contemnit? AVTHOR. Quibus senioribus, si nõ senioribus hominibus: nunquid angelis, vel item dijs? quia dicit Augustinum intelligere de obedientia soli Deo, non vt ab ordinibus
13 introducta. Iterum AVGVS. Propter † quod dominus Iesus in temporibus suę carnis, dum adhuc ad ętatem legitimam doctoris non peruenit, obedienter ministrationem suis parentibus præstitit. AVTHOR. Hi parentes Christi nonne homines? non angeli, neq; dij. Qualiter ergo probat Augustinus obedientiam soli Deo præstandam, ex hoc, quòd Christus Deus non soli Deo, sed obediuit hominibus? Item prosequitur AVGVSTINVS. Propter ea & in mandatis legis, primùm in ijs, quæ ad hominem pertinent, patris & matris honor imperatur, quia quanuis carnalis pater nõ superuixerit, aut indignus fuerit, alicubi tamen patri digno & viuẽti paternus honor vsq; ad dignam ætatem à filijs præbendus esse ostenditur. Quatuor † enim modis per scripturas
14 diuinas patres vocantur, natura, gente, admonitione, ætate. Sequitur. Si ergo naturalis pater superstes non fuerit, admonenti tamen seniori adolescentis obedientia erit. Hæc ille. AVTHOR. Cui præbenda est ista obedientia, de qua tractat Augustinus, hoc dicens, si non homini sub Deo, quando dixit paternũ esse honorem, qui ad hominẽ pertinet, & naturalem parentẽ, si iam sit superstes, & dignus: si non est superstes, homini seniori curam gerenti, vel ætati parenti. Quomodo potest Witcleff hæc omnia referre in Deum? O ergo mẽdacem Witcleff, quàm improbum, tam apertum. Dissimulari textus non potest: ipse testis est: & vnde scriptura iubet obedire præpositis & subiacere illis. Si non erit obediendum hominibus, non item Apostolis Christi, de quibus Christus, Qui vos spernit, me spernit. Et hanc obedientiam disposuit Deus Abrahæ patriarchæ in filijs suis, & ipsis item obedientiæ præmium commemorat Genesis. 18. in quæstionibus Geneſis, cap. 34. AVGVSTINVS. Scio quia constituit filijs suis, & domui suæ post se custodire vias domini, facere iudicium & iustitiam, vt adducat dominus in Abraham omnia quæ locutus est ei. AVTH. Ecce vbi promittit dominus Abrahæ non solùm præmia, sed etiam obedientiam iustitiæ filiorum eius, vt circa eos etiam promissa præmia compleantur: & vnde potest habere, q̃ spiret Deũ, docens obedisse diabolo, si extra alicui homini nõ obediat quis, sed soli Deo?

¶ De sancta obedientia, ad cuius iugum vocandi sunt paruuli: & de ætate profitentis.

CAP. LXXIX.

SVMMA.

1 *Obedientia, q̃ sit uirtus difficillima.*
2 *Solitudo claustralis.*
3 *Infantes, q̃ non sint arcendi à professione, & claustro.*
4 *Ætas intrandi claustrum, & profitendi religionem.*

1 HOc † obedientię munus quã tum alias omnes virtutes excellit, ex ipsa rei difficultate metimur. Difficillima virtus est, & vix, nisi ab ætate tenera doceatur, sine molestia geritur: ideò suprà cœpimus dicere iugum eius iuuenibus ferendum indixit propheta Hieremias: Bonum inquiens iuueni, si portauerit iugum graue. Vnde super dicto versu Beati immaculati: in quo corrigit adolescentior, &c. HILARIVS. Bonum, inquit, iuueni portare iugum graue. Onus istud rudes ad obediendũ anni ægrè ferunt. Cæterùm ętas tenera grauis oneris molestiam per virtutis incrementa nõ sentit, sed susceptо in iuuentute onere quid faciet: sedebit, inquit, singulariter, & tacebit. Paruulus iste rarus est, cùm perfectio timoris Dei
2 per annorum augmenta concrescat. Et † idcirco singularis sedebit, lasciuos adolescentiæ cœtus relinquẽs, & ab ipso senum nuper credentium consessu remotus, quin ei non competit dicere: Delicta iuuentutis meæ domine ne memineris. Silebit etiam congruam fidei, & iuuentuti existimans taciturnitatem, nõ tumultibus secularium negotiatorum admix-

Obedientia difficilis est.

Solitudo claustralis.

r quadicitur is.

tus,ſed pro modeſtia tacens,ſola diuina ſacramentorum cognitione occupatus: & ſermones Dei tacita rerum atq; operum obſeruatione cuſtodiens.Hęc ille. AVTHOR.Si tantùm iſtud documentum patris Hilarij attenderent, nec tunc facilè auſcultarent blaſphemantem Witcleff, ꝙ frater,aut religioſus quicunq; nec ſit, nec poteſt fideiuſſorem idoneũ inuenire:qui ſpirituale lucrũ teſtaretur. Ideò videretur ſecundùm legem Dei,& rationis, ꝙ talis benefactor ex hoc rationabiliter puniretur. Hęc Witcleff ca. 15.dialogi. AVTHOR. Sãctus pater ecce teſtatur pro fratre ſpũale lucrũ ex iuuenis inductiõe venire: qa cum anni rudes ęgrè ferunt obedientię iugũ, ętas tenera de tam graui onere nullam aut paruam ſentit moleſtiam,& quid,inquit,faciet? ad quod lucrum tandem perueniet? Sedebit, inquit, ſingularis,& tacebit,quia perfectio timoris cum eo per annorum augmenta concreſcet, laſciuos adoleſcentię cœtus relinquet,& à confeſſu ſeniorum nuper conuerſorum remotus ſedebit.Et quia non habet antiqua peccata, quę defleat, non dicet,Delicta iuuentutis meę &c. Retinet adhuc innocentiam:ideò nec cum ſenibus hanc compunctionem, ſilentium & taciturnitatem conuenire ſuæ iuuentuti exiſtimat. A tumultu ſecularium negotiorũ omnimodè ſeparatus, ſola ſacramentorum cognitione,& legis Dei meditatione occupatus, rèrum & operum obſeruatione ſollicitè ſecum conſiſtit,ſecundùm illud Carmelitarum in regula.Maneant ſinguli in cellulis ſuis,vel iuxta eas die ac nocte in lege domini meditantes,& in orationibus vigilantes, niſi alijs occaſionibus occupentur.Ecce fructus verbi prophetici,ecce lucrum ſpirituale: Bonum iuueni ferre docto graue iugum obedientię teneris ſub annis,ſi ſanctus pater Hilarius ſit fideiuſſor idoneus, illum tibi pro fratre prędicto. Ad quid prohibes vel indignaris profeſsionem in iuuene, niſi quia obduratus es hæreticus, & omne honeſtum eccleſiæ inuidens cum ſerpente? habebis in hac cauſa ſicut fideiuſſorem Hilariũ, ita durum cenſorẽ tuæ impietatis AMBROSIVM. Non † mireris,inquit,in adoleſcentulis profeſsionem, cùm legeris in paruulis perfectionem. Scriptum eſt enim. Ex ore infantium,& lactentium perfeciſti laudem. An dubitamus ſi eum vſq; ad continentiam ſequatur adoleſcentia,quem vſq; ad mortem confitetur infantia? Et quaſi incredibile putamus,ſi puellæ nobiles Chriſtum ſequũtur ad regnũ, quem etiam pueri ſequebantur in deſerto: ſicut legimus,quòd ſunt ſatiata de quinq; panibus quatuor millia hominum,exceptis pueris inquit,& mulieribus.Nolite ergo à Chriſto arcere infantes, quia & ipſi pro Chriſti nomine ſubiere martyrium, talium eſt enim regnum cælorum. Vocat enim eos dominus,& tu prohibes? De ipſis enim dominus ait, Sinite paruulos venire ad me. Hæc ille, libr. 2.de viduis. bene infrà. AVTHOR. Sic vtinam intelligerent,non dico laici noſtri,ſed eccleſiaſtici viri, ſic vtinam cum religioſo patre Ambroſio nõ ſeculariter, vt ſunt & habitu & animo ſeculares,ſed religioſè de religione ſentirent,paruulos non terrerent, non minarent,nec abigerẽt infantes à clauſtro cum maiori ſæuitia, quàm canem de foro: non attendentes qualiter inſtat pro religioſis paruulis ſacer AMBROSIVS. Nolite inquiens à Chriſto arcere infantes: vocat eos dominus,& tu prohibes Chriſti lucrum, reputans ꝙ clauſtris donantur, & Chriſtum de hoc dicere, Sinite paruulos venire ad me. Sed indiſcretionem puerilis ætatis ducunt in cauſam: ideò expectent, inquiunt, quouſq; ętatem habeant,& tunc pro ſe loquãtur.Hoc ipſum & in ſanctum Ambroſium cõcludebant carnales ipſius temporis,quibus aliquanto ibi ſuperiùs ſatisfecit AMBROSI. Patres pro filiarum coniunctione ſollicitè moleſtè ferunt virgines conſecrari. Nec hi,quod vereantur,habent,ſi ſequãtur conſiliũ. Aiunt etiam plerique maturioris ætatis virgines eſſe velandas.Neq; ego abnuo ſacerdotalis cautionis eſſe debere, vt nõ temerè puellæ velentur. Spectet planè,ſpectet ætatẽ ſacerdos,ſed fidei vel pudoris:ſpectet ætatem verecundiæ.Examinet grauitatis canicíem,morũ ſenectam,pudicitię annos,aïos caſtitatis.Si hęc prędicto ſunt, nõ deerit virgini longæuæ canicies.Non ergo ætas reijcitur florulentior,ſed animus examinatur.At certè Teclam,nõ ſenectus,ſed virtus probauit.Et huic quid plura contexã,cùm omnis ætas habilis Deo, perfecta ſit Chriſto? Deniq; nõ virtutem ætatis appendicẽ dicim⁹, ſed virtutis ætatem.Hæc ille.AVTHOR.Pudor eſt tales eccleſiaſticos eſſe,qui ad ædificia parietis eccleſię carnaliores ſunt carnalib⁹ laicis,& qui ſe opponerent pro domo dñi primi diripiũt.A bonis em̃ præſulibus aut presbyteris quantũ diſtent, mõſtrat eis palàm Ambroſius,qui patres redarguit,ꝙ eſſent ſolliciti pro coniungendis filiabus mortali marito:& ideò indigne ferẽtes, ꝙ virgines conſecrãtur Chriſto. De ſancto,inquã,Acholio olim Theſſalonicẽſi Epo,ſed prius adoleſcẽte monacho,li.7. ad Anyſium AMBRO.Benedictus dñs,& benedicta adoleſcentia eius, quã exegit in taber-

nacu

naculis Dei Iacob, positus in monasterijs, in quibus cùm quæreretur à parētibus vel proximis dicebat, Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea? Nō noui patrē, nec matrē, vel fratres meos, nisi qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quantum donum glorificat sanctus pater in Acholio, q̄ de monasterio eijci nō valuit adolescēs, nec etiam per parentes. Et q̄ maturæ ætatis dixerunt virgines esse velandas, non abnuebat Ambrosius, sed de ætate distinxit, docens nō omnino præstolandam, & explorandam ætatem annosæ carnis, sed morum senectam, pudicitiæ annos, animos castitatis: quia Teclam, inquit, non senectus, sed virtus probauit. Vnde concludit, q̄ † omnis ætas habilis Deo, perfecta est Christo. Hoc dixit quo ad religionis introitum, quò portas æreas introeant in confessione laudis, non pro confessione irrefragabili normæ regularis. Ad hanc autem censuerunt patres ætatem expectandam, qua experiri possent iuuenes & iuuenculæ vires suas. Vnde iuxta cursum humanæ naturæ quartusdecimus annus in masculo carnales motus quātum pubem vrant, ostendit, quanuis ad alia vitia nulla certa ætas requiritur, sic habet lib. 10. super Genes. ad literam, cap. 15. AVGVST. Non enim de pueris grādiusculis agimus, quibus quidem proprium peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab anni decimiquarti articulo, cùm pubescere cœperint, quod meritò crederem⁹, si nulla essent peccata, nisi quæ mēbris genitalibus admittūtur. Quis verò audeat affirmare furta, mēdacia, periuria, non esse peccata, nisi qui talia vult impunè committere? At his plena est puerilis ætas, quanuis in eis non ita, vt in maioribus punienda vīdeantur, q̄ sperantur annis accedentibus, quibus ratio conualescat, posse præcepta salutaria meliùs intelligere, eisq; libentiùs obedire. Hæc ille. AVTHOR. Item quantum reor prouidentia ecclesiastica bene cum maribus actum est, vt sanctificarent Christo totam ætatem sequentem, expleto iam anno decimoquarto, quō numero omnes generationes iuxta Matthæū dedicantur in Christo. Fœminæ verò tenera ætate matris Christi, qua primùm desertis parentibus sese dedit doctoribus pro explendis paternis rebus in templo ad annum duodecimum, quanuis olim minor ætas posset sufficere, vbi maior grauitas apparebat in mente. Qualiter epistola ad Marcellam de vita Asellæ HIERONYMVS. Prætermitto, quòd in matris vtero benedicatur, antequàm nascatur, q̄ in phiala nitentis vitri, & omni speculo puriorispatris virgo traditur per quietem, q̄ adhuc pannis infantiæ inuoluta, & vix annum decimū ætatis excedens honore futuræ beatitudinis consecratur, sit gratiæ omne quod ante laboris fuit, licèt Deus præscius futurorū & Hieremiam sanctificet in vtero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare, & Paulum ante constitutionem mundi separet in euangelium filij. Ad ea venio, quæ post duodecimum annum sudore proprio elegit, arripuit, & tenuit, cœpit, impleuit. Hæc ille.

4 *Ætas intrā di.*

Ætas profitēdi religionem.

¶ Quòd die solènni professio indissolubilis ritè fiat, in qua supra alios meretur professus aureolā, & primam innocentiam post baptismum, & q̄ lege apostolica orationibus solennibus consecratur.

CAP. LXXX.

SVMMA.

1 *Virginum profitentium nuptiæ.*
2 *Aureola profitentium religionem.*
3 *Tonsura clericalis, & quid designet.*
4 *Occidentales, q̄ non solùm in primæuis ecclesiæ, ut nunc tondebantur, sed & Græci, & Asiani monachi.*
5 *Petrus cur attonsus, & cur alij.*
6 *Corona Simonis Magi describitur.*
7 *Coronæ quantitas ex Concilio Toletano.*
8 *Professio religionis, quòd sit secundùm baptisma, delens omnia peccata, & lumen conferens. Et unde meruerit hanc prærogatiuam, ut secundum baptisma nuncupetur.*
9 *Professio quomodo apostolica lege orationibus solennibus consecratur.*

IAm annos diximus, quibus tantæ consecrationis diuini vasculi, imò templi Dei est celebranda solēnitas. Tantoq; officio dies est aptanda præclarior: quanquàm tātæ professionis natiuitas diem agat præclaram. Aptētur dies triumphales Christi, vt putà Resurrectionis, aut Natiuitatis, vel matris eius sacra celebritas, qua post reditum à Babylone templū domino dedicetur. Vnde libro. 3. de viduis AMBROSIVS. Vno autem die terra non parturit, sed parit gratia. Venit Paschæ dies,

Digitized by Google

in toto orbe baptiſmi ſacramenta celebrãtur, velantur ſacræ virgines. Vno ergo die ſine ali quo dolore multos filios & filias ſolet eccleſia parturire. Et infrà. Date ergo filij ſortes veſtras ei, qui vltra meritum laboris remunerationem ſuis donare conſueuit: date veritatem ipſius viro ſancto, id eſt, integritatẽ. Ipſius em̃ eſt integritas, qui immaculatus aduenit. AVTHOR. Et libro. 3. de virginitate, in principio, idem pater AMBROSIVS. Tempus eſt ſoror ſancta, ea, quæ mecum conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quò vir ſanctior, eò ſermo accedat gratior. Nãq; is cùm in ſaluatoris natali ad apoſtolũ Petrum virginitatis profeſsionem veſtis quoq; mutatione ſignares. Quo enim melius die, quàm quo virgo poſteritatem acquiſiuit, atq; aſtantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarẽt inuicem de tua ſocietate: Bonas, inquit, filia nuptias deſideraſti. Hæc ille. AV-

Nuptiæ profitentiũ uirginum.

1 THOR. Non † permittit tantus pater Ambroſius hoc verbum ſancti Papæ Liberij ad virginem profitentem in terram eadere, bonas filia nuptias deſideraſti, & bene nuptiæ in profeſsione dicuntur, qua alligata eſt ſuo viro Chriſto, & nolle amplius quærere ſolutionẽ iubet apoſtolus. Sed dicamus vt cœpimus, de ſanctæ profeſsionis præſtito ſacramento, quid laudis, quid gratiæ, quidq; mereatur de præmio. Primò, vt refert DIONYSIVS, interrogatur ingrediens, ſi renuntiare proponit reb⁹ ſeculi cum concupiſcentijs eius, quo confiten te per ſingula, prout ſuperiùs lib. 3. cuncta deſcripſi: tandem profitetur publica clara voce, dicens, Ego facio profeſsionem meam Deo, &c. Tres ſuper vitam priorẽ perfectiones aggreditur. Vnde ſuper præmium antecedens magnam ſacræ profeſsionis meretur aureolã, prout exponendo ſcripturam Exod. de tabernaculo, Facieſq; illi labium aureum per circuitum: libro primo de tabernaculo, cap. 20. BE-

Aureola profitentium.

2 DA. Quod † verò deſcripta priùs vna corona ſubiungitur, & ſupra illam alteram coronam aureolam, de illorum poteſt præmio rectè intelligi, qui generalia ſcripturæ ſanctæ mandata ſpontanea vitæ perfectioris electione tranſcendunt, ideòq; ſpecialem præ cæteris fidelibus retributionem voluntarię retributionis expectant. Corona nanque aurea quatuor digitis alta, labio menſæ aureo apponitur, cùm per Euangelium ijs, qui mandata diuinæ legis cuſtodiunt, vita æterna promittitur: dicente Chriſto, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sed eidem coronæ altera corona ſuperponitur, cùm protinus ſubditur. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me, & habebis theſaurum in cęlo. Ad hanc coronam pertinet canticum illud nouũ, quod virgines tantùm coram agno cantaſſe referuntur, qui empti ſunt ex hominibus primitię Deo & agno. Ad hanc, q̃ ijdem ſequuntur agnum, quocunq; ierit. Hęc ille. AVTHOR. Vbiq; ſcripturę, vbiq; ſancti patres mendoſum Witcleff de falſitate redarguunt. Corona ſimplicium, mandata legis ſeruantium eſt. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Eſt autem corona aureola ſuper coronam ſuper mandata ſeruaturis conſilia: primò voluntariæ paupertatis, Si vis perfectus eſſe, vade, & vende, &c. Et quę aureola ſic perfecti? habebis, inquit, theſaurum in cęlo. Prioris corona fuit cęlum ingredi, huius ſequentis aureola eſt ingredi cęlum, & habere ibi theſaurum. Et iuſtè quidem pro theſauro theſaurum, pro theſauro, cui renuntiauit in terra, centuplum accipere, & cum alijs prioribus vitam ęternam poſſidere. Huic item coronę accedit in cumulum, q̃ profeſſurus eam, ſocietur item ei, qui cum virginibus propoſito caſtitatis continuæ, canticum coram agno cantabunt. Et tertiò item obedientię votum conſequuntur, quo cuncti ſecundùm illius vitę regulam, quocunq; agn⁹ ierit, profitentes ſequantur in voce propoſiti. Hìc apud antiquos vbi meretur profeſſus aureolam coronę, tonſuram de manu ſacerdotis

Tõſura clericalis.

3 aſſumpſit. DIONYSIVS. Hęc † eo qui perficitur attentè confitente cruciformi figura ſignans ipſum ſacerdos detondet, trinam diuinę beatitudinis inuocans hypoſtaſim. LINCO. Signat crinium detonſio, omnium materialium variè formabiliũ ab amore deciſionem, vt intellectu puro ad Deum pertingatur & eius ſimplicitate formetur. Hęc ille. AV-

4 THOR. Ex † hoc liquere põt, q̃ in primęuis eccleſię non occidẽtalibus tm̃, vt nunc, ſed & Greci, & Aſiani monachi tõdebantur. Nec mirum. Ipſi em̃ apud Iudęos, vnde fluxit ſumma religio, ſacerdotes veteres tõdebãtur, hac ipſa ratione, qua monachi. Vñ ſuper verſum Pſal. 39. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei. CASSIODORVS. Non fruſtrà in comparatione delictorũ capilli adducti ſunt. Nam in veteri teſtamento ſacerdotes ipſa ſimilitudine radebantur, vt tali emundatione purgati, carnis vitia depoſuiſſe viderentur.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ille. AVTHOR. De hac tamen tonsuræ ceremonia quidam olim in ecclesia schismata confecerũt, ita vt clerici, & monachi eam habe rẽt cõtẽptui: super qua re COLFRIDVS Abbas regi Pictorũ scripsit Athoni vt libro. 5. de gestis Anglorum refert BEDA. Et quidem sci mus inquit, quia neque apostoli omnes vno eodemq; sunt modo attonsi, neq; nunc ecclesia catholica sicut vna fide, spe, & charitate in Deum cõsentit: ita etiam vna atque indissimili totum per orbẽ tõsuræ sibi forma congruit. Et infrà. Verùm & si profiteri nobis liberũ est quia tõsuræ discrimẽ non noceat, quibus pura in Deum fides, & charitas in proximum syncera est: tamen vt maximus nonnunquã patribus catholicis de paschæ vel fidei diuersitate conflictus, ita etiam de tonsuræ differentia legitur aliqua fuisse cõtrouersia: inter omnes tamen, quas vel in ecclesia, vel in vniuerso hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam nobis amplectendamq; iure dixerim ea, quam in capite suo gestabat ille, cui se confitenti dominus ait, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni cælorũ. Nullam magis abominandam detestandamq; meritò cũctis fidelibus crediderim ea, quã habebat ille, cui gratiam Spiritus sancti comparare volenti dixit idem Petrus, Pecunia tua tecũ sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti possideri per pecuniam. Non est tibi pars, ne-
5 que sors in sermone hoc. Neque † verò ob id
u cur tantùm in coronam attondemur, quia Petrus
us, cur ita attonsus est, sed quia Petrus in memoriam dominicæ passionis ita attonsus est. Hoc idcirco ad nos, qui per eandem passionem salua ri desideramus, ipsius passionis signum cum il lo in vertice videlicet corporis, summa nostri parte gestamus. Sicut enim omnis ecclesia qa per mortem sui viuificatoris ecclesia facta est, signum sanctę crucis eius in fronte portare cõ sueuit, vt crebro vexilli huius munimine à malignorum spirituũ defendatur incursibus, crebra huius admonitione doceatur se quoque carnẽ suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigere debere: ita etiam oportet eos, qui monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus se necesse habẽt pro domino continentiæ frænis astringere. Hæc ille. AVTH. Affirmat nempe, quod beatus Petrus in memoriam dominicæ coronæ coronam item similis tonsuræ gestabat in capite: quam omnis ordo clericalis, & monasticus sine calumnia li-
6 tis gestare non abnuit. Gessit † & fictor ille & magus coronam, sed erat figura & tonsione dissimilis, sicut erat cordis professione dissimilis. De hac item ibi prosequitur BEDA. Cæterùm tonsuram eam, quam magum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium nõ statim cum ipsa magia primò detestetur, & meritò exuffiet aspectu: quæ in frontis quidem superficie coronæ videtur speciem præferre? Sed vbi ad ceruicem perueneris, considerando decurtatam eam, quam te videre putabas inuenies coronam, vt meritò talem simoniacis & non Christianis habitum conuenire cognoscas. Hæc ille. AVTHOR. Quantitas autem coronæ variata per ipsum magum post hoc arctari cœpit per hæreticos in Hispaniæ partibus, sed iterum abscindi comam, & ampliari coronam Toletano concilio. 4. sub Isidoro Hispalensi statuitur capitul. 40. CONCILIVM TOLETANVM.
7 Omnes † clerici vel lectores sicut leuitæ & sa-
Coronæ quãtitas. cerdotes, detonso superius toto capite inferius solam circuli coronam relinquant. Non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur: qui prolixis vt laici comis in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus autem iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit. Vnde oportet pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur, & vna sit tonsura vel habitus, sicut vnus totius Hispaniæ est vsus: qui autem hoc nõ custodierit, fidei catholicæ reus erit. Hæc ille. AVTHOR. Sic ergo insignitus est noster professus, sic Christo configuratus in capite. Et quod dixit abbas hunc morem exorsum à Petro, famosum est apud patres, vt libro de institutis clericorum capitulo. 3. RABANVS. Ferunt quidam doctorum hunc ritum Petrum Apostolum primùm subiisse, vt formam, & similitudinem Christi in capite gestaret, dum pro redemptione nostra crucis patibulum subiret, à nephanda Iudæorum gente acutis spinarum aculeis crudeliter coronaretur, deinde vt sacerdotes veteris testamenti in tonsura & habitu discernerentur. Hæc ille. AVTHOR. Ad beatum Augustinum in breui quadã epistola scribit item HIERO. Dominum meum Allipium, & dominũ meũ Euodiũ vt meo nomine salutes prẽcor coronã tuã. AVTHOR. Et epistola ad Proculianũ AVGVSTINVS. Honorãt nos vestri, honorãt vos nostri, per coronã nostrã nos adiurãt vestri, per coronã vestrã vos adiurãt nostri: omnium verba susçipimus, neminem offendere volumus. Quid nos solus Christus offendit, cuius membra laniamus? Hæc ille. AVTH.

Corona Simonis Magi.

Iam venit ad nouam vitam, noua nupta ſponſa agni: ideoq; induit nouam ſtolam, antiquã abiiciens, ſecundùm Dionyſium. Induat Deus te nouum hominẽ, qui ſecundùm Deũ creatus eſt inquiente prælato: ſic item de virgine profeſſa papæ Liberij ait ſuprà Ambroſius. Apud apoſtolum Petrum virginitatis profeſsionem veſtis mutatione ſignares. Nimirum quaſi iã alio renaſcens baptiſmate, nouam, & veſtem candidam perfectæ vitæ recens profeſſor acciat. Quandam enim gratiam renaſcentiæ ſumit ſancto baptiſmati proxima effectu & gradu. Sed ad hoc verbum ſtimulatur Witcleff, miroq; dolore torquetur erga munditiam Chriſtianam libro de eccleſia & membris cap. 12. WITcleff. Hic, inquit, erubeſcerẽt noſtri priuati ordines blaſphemantes, quòd eo ipſo, quo quis ordinem illorum ingreditur, veſtito corporali habitu, quem taliter ſolennizant, deletur omne peccatum ſuum præteritum, & noua gratia informatur. Hoc enim non contigit regulariter de ſtatu apoſtolico, vt patet de Scarioth. Hæc Witcleff. AVTHOR. Non errat iam ſimpliciter, ſed errorem errore confirmat. Confirmat enim hęreſim de retentione peccati præſciti per neceſsitatem abſolutã ſuæ præſcientiæ, ſicut dixit Iudam non accipere potuiſſe remiſsionem plenariã peccatorum per introitum ordinis apoſtolici, nec itẽ per Chriſti baptiſmum, nec item per conſequens quenquàm præſcitum baptizatum infantẽ. In prædeſtinato autem, qui nullum peccatum poteſt habere mortale, iuxta eum baptiſmus quid delet? In vtriſque iuxta eum mortale non abluit, nõ ergo ſancto baptiſmati introitum perfectæ religionis adæquo, ſed eius argumentũ blaſphemum quomodo contra religionis ſanctum ingreſſum & contra ſanctum Chriſti baptiſmum tendit adduco. Sic elegit neceſsitatẽ ſuæ præſciẽtiæ, quam ipſe inuenit omni Chriſti ſacramento, & religione, & ſarcamentaliũ virtuti præferre. Sed audiat fidelis ſanctorum fidem concedentem indubiè non fictè religionem intrantibus ſecundùm gradum munditię poſt baptiſmum. Vnde epiſtola ad Demetriadem virginem, quæ incipit, Inter omnes materias HIERONYM. Nunc quia ſeculum reliquiſti, & ſecundo poſt baptiſmum gradu iniſti pactum cũ aduerſario tuo, dicens ei, Renuntio tibi diabole, & ſeculo tuo, & pompæ tuæ, & operibus tuis: ſerua fœdus quod pepigiſti, & eſto conſentiens, pactumq; cuſtodiẽs cum aduerſario tuo dum es in via huius ſeculi. Hęc ille. AVTHOR. Renuntians hac forma diabolo, & eius ſeculo, ad ſecundum puritatis gradum reducitur poſt baptiſmum, vt adhuc purgetur, cui forſan nulla deeſt integritas, ſecundum illud Saluatoris in euangelio, Omnẽ palmitem, qui fert fructum, putа in communi ſemita mandatorum tuorum, purgabit eum pater, vt fructum plus afferat: & purgato igitur animo pater intranti religionẽ, magnã cõfert, vt dixi, gratiã: non diſparẽ omnino baptiſmati, ſignum ne indulgentiæ apertũ mõſtrat eccleſia, irregularitates quaſdam caſſat, legum vindictas, reges laxãt canones, lege Chriſti vota reſoluunt, vt per vitæ innocentiã & abſterſionem reatus non longè quàm alter baptiſmus ritè putetur. Sicut epiſtola de dormitiõe Bleſillæ, Idem HIERO. Reuera ſi ſeculare deſiderium, & (quod Deus à ſuis auertat) delicias vitæ iſtius cogitantem mors immatura rapuiſſet, plangenda erat, & omni lachrymarum fonte lugenda: nũc verò cum propitio Chriſto ante quatuor ferme menſes ſecundo quodã modo ſe propoſito baptiſmi lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo ſemper monaſterium cogitauerit, nõ vereris, ne & Saluator dicat, Iraſceris Paula, quia filia tua facta eſt filia mea. Hęc ille. AVTHOR. Nondum ingreſſa eſt monaſterij ſepta, propoſitũ tantũ habebat. Et tamen ſecundo quodammodo propoſito baptiſmi ſe lauaſſe cõceditur. Quid igitur vbi propoſitum effectum habet? non tunc diceretur quodammodo, ſed ſecundo poſt baptiſmum certo gradu ſe diluit, ſicut de priori Hieronymus ait, Nunc quia ſeculum reliquiſti, ſecundo poſt baptiſmum gradu pactum iniſti dicens, Renuntio. Interrogatus autem Bernardus vnde hæc norma religioſæ vitæ prærogatiuam meruerit vt baptiſma ſecundum dicatur, Reſpondet libro de diſpenſatione & præ- *Profeſsion religionis ſecundum baptiſma.*
8 cepto verſus finem. BERNARDVS. Au† dire & hoc vultis à me, vnde inter cætera pœnitentię inſtituta monaſterialis diſciplina meruit hanc prærogatiuam, vt ſecundum baptiſma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi renuntiationem, ac ſingularem excellentiã vitæ ſpiritualis, quia præeminens vniuerſis vitæ humanæ generibus huiuſcemodi conuerſatio profeſſores & amatores ſuos angelis ſimiles, hominibus diſsimiles facit, imò diuinam in homine reformat imaginẽ, configurans Chriſto nos inſtar baptiſmi: & quaſi denique ſecũdò baptizamur, dũ per id, quod mortificamus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terrã, rurſum Chriſtum induimus: complantati denuò ſimi- *Omnis potcatus dęmo*
litudini mortis eius. Sed quomodo & baptiſ- *lumen com*
mo eruimur de poteſtate tenebrarum, & in regnum transferimur æternæ charitatis, ita & in *fert.*

ſancti

sancti huius secūda quadā regeneratione propositi de tenebris æquè non vnius originalis, sed multorum actualium delictorum in lumē virtutum euadimus: reaptantes nobis illud apostoli, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Hæc ille. AVTHOR. Præteriri non debet, quòd efficaciam huius secundi quasi baptismatis Bernardus expressit dicēs, nō vnius originalis, sicut sanctum baptisma primū, sed multorum intelligens omnium actualium delictorum, tenebras dissipans, nouo aptans lumine in virtutum principio: nec est tantum alter quasi baptismus fluminis, sed similē ei gradum tenet in baptismo sanguinis per solam relictionem omnium facultatum ob redemptoris amorem. Vnde libro epistolarum ad lapsos epistola quæ incipit, Pax ecclesiæ. CYPRIANVS. Primus est victoriæ titulus gentilium manibus apprehensum dominum confiteri. Secūdus gradus ad gloriam est cauta secessione subtractum domino reseruari. Illa publica, hæc priuata confessio est. Sequitur. Ille appropinquante hora sua iam maturus inuētus est, hic fortasse dilatus est, qui patrimonio derelicto idcirco secessit, quia non erat negaturus. Hæc ille. AVTHOR. De duobus martyrum titulis secundum gradum eis assignat, qui patrimonio relicto secedunt, ne eo seruato, negare ducantur: quanto magis his, qui cuncta relinquunt, vt Deo in omnibus obsequantur, & res, & proximos, & affines, & carnis affectus, & vsque ad vsum propriæ voluntatis? His attentè perspectis, ex ore tantorum non fabula putāda erit, quam Ioannes subdiaconus inter antiquorum patrum refert historias. IOAN. SVBDI. Fuit quidam magnus inter prudentes, hic affirmabat dicens, quia virtutem, quam vidi stantem super baptisma, eandem etiam vidi super vestimentum monachi, quando accepit habitum spiritualem. Hæc ille. AVTH. Sic ergo Blesilla se lauit huius quasi baptismatis solo proposito, & tamē lauisse dixit Hieronymus. Facto ergo lauat, de facto professus tantū ne pœnitentia post purgationē indigeat, quæ est secunda tabula post naufragium. Ipse gradus constanter seruādus est, qui secūdus post baptismum. Eadem epistola ad Demetriadem HIERO. Verùm nos ignoremus pœnitentiā, ne facilè peccemus: illa quasi secūda post naufragiū miseris tabula sit, in virgine integra seruetur maius. Aliud est quærere quod perdideris, aliud possidere quod nunquam amiseris.

9 Hęc ille. AVTH. Hac † ergo sanctitatis forma præcepta, subiungit sacerdos ad confirmationis insigne, deuotæ precis officiū, vt ipse Deus pater hostiam huius sanctæ placationis accipiat, benedicat, & muniat, quotiens hostiam illam respicit, quæ huius, & omnis peccata mū di deleuit. Qualiter in sacras virgines, quas ipse velauit in oratorio earum, quod tunc ipsemet dedicauit, sacer pater orauit, prout lib. 3. de viduis, qui dicitur etiam, adhortatio ad virgines, in fine scribit AMBRÒSIVS. Te nunc domine deprecor, vt super hanc domum tuā, super hæc altaria, quæ hodie dedicātur, super hos lapides spirituales, quibus sensibile tibi in singulis templum sacratur, quotidianus præsul intendas, orationesq; seruorum tuorū, quæ in hoc loco funduntur, tua suscipias misericordia. Fiat tibi in odorem sanctificationis omne sacrificium, quod in hoc templo fide integra, pia sedulitate defertur. Et cùm ad illam respicis hostiam salutarem, per quam peccatū mundi huius aboletur, respicias etiā ad has piæ hostias castitatis, & diuturno eas tuearis auxilio, vt fiant tibi in odorem suauitatis hostiæ acceptabiles, Christo Deo placentes, & integrum spiritum eorum, & animā, & corpus sine querela vsque in diem domini nostri Iesu Christi filij tui seruare digneris. Amē. Hęc ille. AVTH. Hoc solennium orationum, & consecratiuæ inuocationis cum sacris indumentis, & larga gratia donatiuum, sancti Dei Apostoli, & successores eorum in ecclesiis religiosis viris statuerant propter Dei seruitium, & insolubilem famulatum, vt ait cap. illo. 6. de ecclesiastica hierarchia antiquus antistes DIONYSIVS. Diuini duces nostri cognominationibus ipsos sacris significauerunt, hi quidem hierophantas, hi autem monachos nominantes ex Dei puro seruitio, & famulatu impartibili. Et infrà. Propter quod & perfectiuam ipsis donauit gratiā sacra legis positio, & quadam ipsos significauit consecratiua inuocatione, non hierarchica. LINCOLIEN. Quia sic superexcellenter famulantur Deo, sic & diuinis à mūdanis & partibilibus vniuntur in Deum: sacra legis positio, quam posuerunt videlicet sancti patres, donauit ipsis gratiam perfectiuam, hoc est, vt habitus religiosi à communi habitu sacri populi sint distincti, & susceptione perficerētur, & quadam ipsos significauit consecratiua inuocatione, vt videlicet in eorum conuersione, & habitus religiosi susceptione, inuocetur super eos specialibus orationibus nomen & gratia saluatoris. Hæc ille.

¶De

De comparatione paſtorum ſecundi ordinis, id-eſt, presbyterorum non religioſorum ad religioſos ſub dicto

Titu. IX.

¶ Quòd presbyteri & paſtores ſecũdi ordinis ſunt opitulatores & cooperatores ſummorũ pręſulũ vi inſtitutionis ſuę in eccleſia.

CAP. LXXXI.

SVMMA.

1 *Aërei, & Montani hæretici confutantur.*
2 *Præfatio in ordinatione presbyteri adducitur, ad probandum presbyteros, & paſtores ſecundi ordinis eſſe opitulatores & cooperatores ſummorum præſulum.*
3 *Petri primatus oſtenditur.*
4 *Vnitas epiſcopalis eccleſiæ probatur à Cypriano.*
5 *Apoſtoli, quòd ſicut ſunt uicarij Chriſti, & legati: ita minores presbyteri in curis eccleſiarum ſuarum legatione funguntur epiſcopi.*
6 *Ordo epiſcopalis, quòd omnes inferiores ordines, & eorum poteſtates in ſe contineat.*
7 *Septenarij perfectio.*
8 *Dominus quòd ſuper Petrũ ædificauerit eccleſiã.*
9 *Eccleſia Petri apoſtolica, quòd ſit per totum orbem una, non numerata cum aliis, & una cum ſingulis.*
10 *Samuel quòd fuerit ſacerdos, probatur.*
11 *Apoſtoli quomodo diſtinctas ſibi parochias & plebes habebant, quibus cooperatores fiebant ſecundi gradus diſcipuli.*
12 *Miniſtri apoſtolorum qui fuerint, recẽſentur.*
13 *Ioannes, qui & Marcus dictus, à miniſterio ſuo à Paulo abiectus. Et quare.*
14 *Paulus quos habuerit miniſtros, cooperatores, & adiutorem.*
15 *Apoſtolorum ſubminiſtratores à domino fuiſſe inſtitutos, ut eis obſequerentur, & ab eorum arbitrio omne ipſorum miniſterium dependeret, oſtenditur.*
16 *Pater qui ſit dicendus. Et quare epiſcopus ſolus recte uocetur pater. &c. Et multa de ſuperioribus & inferioribus ibi.*
17 *Paulus cur ad Hebræos ſe apoſtolum nõ ſcripſit.*
18 *Actus idẽ in diſtinctis ſuppoſitis atq; cauſis, quàm diſparis ſit meriti, oſtenditur.*

HORVM occaſiõe tractatuum ſancti Dionyſij de clericorum miniſteriis, & religioſorũ gratiis perfectiuis, affuit, vt Iob refert, & Satan inter filios Dei, cùm ſtarẽt corã domino, nullo ab eo quærente vnde veniret, ſed eius inſtigatione inter ſe quærentibus, quis in eis perfectior appareret, & quod magis doleo, huc ex hoc conflictu peruentum timeri poteſt, ſi Aëreorum impietas ſcutum ab eis ſumpſerit, qui pro perfectione ſua quærenda ſacerdotes minores ſacris præſulibus coæquarent: dum dicunt, ſtatum ſacerdotum ſancti ordinis à ſtatu præſulum non differre, & tamen eſſe diuerſum. Cætera quis curat? hoc mihi cordi eſt, q̃ noſter Witcleff ſobolẽ ſodalẽ inuenit forsã non mente, ſed verbo. Et hunc apicem ſanctitatis omnes ſuperbi in eccleſia ſubruere moliũtur. Aërei † omnes presbyteros epiſcopos eſſe dixerunt, & ſine gradus diſtinctione eoſdem. Montani non primum ſtatum eccleſiæ permiſerunt epiſcopis, ſed abiecerunt eos in tertium. Vnde epiſtola ad Marcellam de fide noſtra & dogmate hæretico HIERO. Apud nos apoſtolorum locum tenẽt epiſcopi, apud eos epiſcopus tertius eſt. Habẽt enim primos de Pepuza Phrygiæ patriarchas, quos appellant cenonus: atq; ita in tertium, id eſt, vltimũ locum epiſcopi deuoluuntur, quaſi exinde religio ambitioſior fiat, ſi quod apud nos eſt primum, apud illos nouiſsimum ſit. Hæc ille. AVTHOR. Ita Romani diaconi ſe prætulerunt presbyteris. Vnde contra eos capitulum fecerat AVGVS. libro de quæſtionibus veteris & noui teſtamenti. Sic eleuant ſeipſos elati in eccleſia, nec gradum ſuum ſatis dignificant, niſi reprimant digniorem. Dicit enim quidam, q̃ cunctis religioſis omnis rector minor etiã per fectione, præfertur, ſi præferatur epiſcopus, qa ſtatu non differunt presbyter minor & epiſcopus, niſi gradu quodam, ſicut gradus, cui commiſſa eſt adminiſtratio vniuerſalis, ſicut papa rector eccleſiæ, Epiſcopus ſuæ diœceſi, ſacerdos parochiæ: vnus perfectionis ſtatus in tribus ſolùm differens penes gradus. Vnde non bene dicunt, dicentes inquit, q̃ ſunt præpoſiti, vel balliui, ſiue opitulatores epiſcoporum, ſed ſunt veri, & ordinarij rectores inſtituti in ſuis prædeceſſoribus pręſulum, ſcilicet ab Apoſtolis: ſed erant ambo ordines immediatè inſtituti à Deo. Hæc hæreticus. AVTHOR. Quaſi ſe nõ poſſet ſatis religioni præferre, niſi coæquaret epiſcopis. Quid tibi cum dominis tuis, cũ princi-

Witcleff. & Luther.

1 *Aërij hæretici Montani*

principibus ecclesiæ Christi Iesu? Vince religiosos merito, & satis sit tibi. Quid vis luctari cum multis, vbi vnus te impedit? Quod vis age Christos non tangas. Nolite, inquit, tangere Christos meos. Non inquit sumus opitulatores episcoporũ. Hoc si dedigneris officium, cur sic ab institutione tua degeneras, & mẽdacẽ facis qui te instituit? Attende quid in solenni præfatione, cũ te ordinaret, affirmauit Epi-
2 scopus. PRAEFATIO † in ordinatiõe presbyteri. Domine sancte pater omnipotens ęterne Deus, bonorũ dator, & distributor omniũ dignitatũ, per quem proficiũt vniuersa. Sequitur. Vnde & sacerdotales gradus atque officia Leuitarũ sacramentis mysticis instituta creuerũt, vt cũ pontifices summos regẽdis populis pręfecisses, ad eorũ societatis & operis adiumẽtũ, sequentis ordinis viros, & secũdę dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorũ prudentium mentes, Moysi susceptum spiritũ propagasti: quibus ille vsus adiutoribus in populo innumerabiles multitudines facilè gubernaret. Sicq; in Eleazarũ & Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, vt ad hostias salutares, & frequentioris officij sacramẽta, ministeriũ sufficeret sacerdotum. Hac prouidentia domine apostolis filij tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis prædicatoribus impleuerunt. Quapropter infirmitati nostræ domine quęsumus hęc adiumẽta largire, qui quã tò fragiliores sumus, tãtò his pluribus indigemus. Sequitur. Sint probi cooperatores ordinis nostri, & eluceat in eis toti⁹ forma iustitię. Hæc ille. AVTHOR. Audite domini mei custodes sanctuarij eius rationẽ muneris, cui vos sacer præsul inseruit. Cùm põtifices summos regendis populis præfecisses, inquit, ad eorum societatis & operis adiumentum sequentis ordinis viros, & secũdæ dignitatis, eligeres. Qualiter ergo nõ opitulatores facti sanctorum antistitum, cùm ad eorum societatis & operis adiumentum estis electi? Sic septuaginta viri opitulationi Moysi & plebi in eremo. Sic Eleazarus & Ithamar Aaron sacerdoti, & hac prouidentia, inquit, apostolis filij tui doctores fidei comites addidisti: quos nisi. 72. quos secundũ euangelium Lucæ, post apostolos ad prædicãdum missos, quasi in eorum opitulationem & iuuamen ad euangelizandum citò commisit, dicẽs, Messis quidem multa, operarij verò pauci? Quos alios intellexit Paulus apostolus primæ Corint. 12. nisi horum successores secundi ordinis sacerdotes, dicens: quòd alios nisit Deus in ecclesia opitulationes & gubernationes? Sic enim in expositione sua præclara in Epistolas Pauli habet GODFRIDVS. Opitulationes, qui aliis maioribus ferunt opem in administratione, vt archidiaconi. Gubernationes. i. illos, qui sub opitulatiõibus alios gubernant, vt sunt presbyteri. Hæc ille. AVTHOR. Sunt ergo presbyteri sub archipresbyteris gubernatores, & vtrique opitulatores sub episcopis, sicut. 72. sub apostolis. Vnde & omnibus illis operariis secundis primi præfuerunt apostoli, quibus item omnibus præfuit vnus Pe- *Petri primatus.*
3 trus † & ideò potestatem habens in integrum gregem, ac si solus sine comite præsideret. Vnde super illud Marci, Monstrabit vobis cœnaculũ grãde stratũ. HIERO. Cœnaculũ grãde, est ecclesia magna, dñs domus Petrus apostolus, cui dominus domũ suã credidit, vt sit sub vno pastore. Hæc ille. AVT. Si sub vno pastore Petro tota ecclesia, quõ sub duplo pastore omnis ecclesia? quia sic dixit, quòd sunt duo rectores constituẽtes duos status principales in ecclesia, & essentiales. Placet esse duos, sed ad se inuicem ordinatos in vnum, ita tamen, vt minor maiori subseruiat, & ab ipso totus tam essendo quàm operando dependeat, vt sint ambo: sic pastor vnus in ecclesia, qualiter totus homo & sua manus sunt in comparatione operis vna causa, & tunc erit minor presbyter, opitulator tãtùm & adiutor maioris, alioquin si in corpore ecclesiæ prodierunt ab æquo, tãquàm duo capita maius & minus, quale portẽtum in orbe? Si solùm vnum caput, necesse est vt inferiora subseruiant. Vnde libro contra hęreticos & schismaticos CYPRIANVS. Vni-
4 tatẽ † tenere firmiter, & vendicare debemus, maximè episcopi, qui in ecclesia præsidemus, vt episcopatum quoque ipsum vnum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat. Nemo fidei veritatem perfida prę uaricatione corrũpat. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia vna est, quę in multitudinem latiùs incremẽto fœcunditatis extenditur. Quomodo solis multi radij, sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum: & cùm de fonte vno riui plurimi diffluant, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamẽ seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionẽ lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præscinde riuũ, præsciissus aresci: sic & ecclesia domini luce perfusa per orbẽ totũ, radios suos porrigit: vnũ tamẽ lumẽ est, quod vbiq; diffunditur, nec vnitas corporis sepatur. Ramos suos p

vni-

vniuerſam terram copia vbertatis extẽdit,pro fluentes largitur riuos,latiùs pandit,vnũ tamẽ caput eſt,& origo vna,mater vna, fœcunditatis ſucceſsitatibus copioſa. Hæc ille. AVTH. Ad hoc tendit proceſſus iſte Cypriani,vt vnitatem epiſcopalis eccleſiæ illam dicat,quæ particulares ab ea tanquã partes vel membra cõtineat originaliter eccleſias procedentes, & eſſentialiter dependẽtes, vt ſolis radius à ſolis luce procedit,riuus à fonte,ramus ab arbore. Si per ſe ſit aliquid ramus,præſcindatur,non germinat. Stet riuus ſeorſum à fonte, areſcit:radi⁹ præſcindatur à ſole,occidit:ita ſi cura minoris presbyteri ex ſe ſit vna,non à maiori ſacerdotio ſumens originẽ,ex ſe habens eſſentiã curæ quanuis minorem:præſcinde eam à maiori,& qua authoritate fructificat, qua luce illuſtrat plebem,quo ſacramento mũdificat?certè nullo. Vnum ergo caput,& origo vna pontificalis eccleſię. Hoc in tribus extremis,vnum affirmãs,ꝙ cura quælibet particularis ſit membrũ maioris,& per hoc cum cura maiori, non tanquã alia, & per ſe, & ex ſe vna immediatione inſtitutionis in Chriſto procedens. Incõgruè valde dicitur Deũ immediatè producere fontem & riuũ æquè:item lucẽ ſolis & radiũ: duo ſecundũ eſſentias æqua immediatione à Deo producta,pedem & hominem. Et quid dedignatur opitulator eſſe epiſcopi rector minor, cùm rector maior in profeſsione contineat ꝙ ſit adiutor Chriſti?maximè cùm Corinthiorũ presbyteris inter plebeios ait Paulus in exhortatione nullam ſuſpicatus iniuriam, ita & eos imitatores ſui eſſe ſicut & Chriſti ipſe, Dei,inquit,adiutores ſumus. Cur imitari piget Apoſtolum,vt minoris ordinis ſacerdotes ſint adiutores apoſtoli? Vnde in expoſitione ſolẽni AMBRO. Dei enim ſumus operis participes, Dei cultura,Dei ędificatio eſtis,hoc ad apoſtolos pertinet,quos cõſtat Dei eſſe adiutores,dũ vicarij ſunt Chriſti. Hęc ille. AVTHOR. Et ad Epheſ. 6. apoſtolus dixit ſe legatũ Chriſti,pro quo,inquit,legatione fungor in catena. Vbi AMBRO. Si enim conſuetudo & lex eſt,legatis hominum non inferre exitia, qua præſumptione & audacia legatis Dei non ſolùm exitia,ſed & mors irrogatur? quare & dixit, pro quo legatione fungor in catena. Nõ enim permittebatur liberè loqui, ſed in ſubiectione & neceſsitate verba Dei referens,vinculis,& plagis ſubiiciebatur,& mortibus. Hæc ille. AV-
5 THOR. Sicut † ergo apoſtoli vicarij Chriſti ſunt, & legati, ita minores presbyteri in curis eccleſiarum ſuarum legatione funguntur epiſcopi,vt vnum corpus Chriſti compactum ſit ex mẽbris miniſtrãtibus ſibi viciſsim in Chriſti operibus. Ad Ephe. 4. Veritatem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, ꝙ eſt caput Chriſtus,ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundùm operationem in menſuram vniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Quomodo per omnem iuncturam ſubminiſtrationis,niſi iunctura ſubminiſtret iuncturæ ſibi præpoſitæ:non autem vt iunctura & iunctura immediatè inſtituantur, quanuis maior & minor? Duo oculi maior & minor, Duæ nares maior & minor,aut vniuerſalis & particularis:imò ſic eſt maior epiſcopus,vt totum ſacerdotem minorem contineat:& epiſcopo cõparatus,nihil extra habeat,nihil ſit. Velut dicto cap. eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONY. Vt enim omnem hierarchiam videmus in Ieſum terminatam:ſic vnãquanq; in proprium diuinum hierarcham:hierarchici ordinis virtus in omnibus incedit ſacris totalitatibus, & per omnes ſacros ordines operatur propriæ hierarchiæ myſteria. Vbi LINCOLI. Quòd autem hic ordo ſit primus,à quo cæteri ſuſcipiunt,& ad quem referũt vt principiũ ſuas virtutes & actiones,manifeſtat,ſubiũgẽs. Etenim in ipſum ordinem ſcilicet epiſcopalem, terminatur omnis adornatio eius hierarchiæ, quæ ſecundũ nos. Sicut enim dominus Ieſus eſt termin⁹ initialis & principiũ initiãs,& terminus finalis omnis hierarchiæ,& ipſe eſt,ꝙ omnia operatur & adimplet:ſic vnuſquiq; hierarcha ſe habet ad propriã ſuo principatui ſubiectã multitudinẽ. Et infrà. Hic autẽ ordo primus, omnes inferiores ordines,& eorũ poteſtates in ſe cõtinet, & oĩa operatur, q̃ illi & illæ nõ operãtur,nec poſsũt,niſi in ei⁹ virtute,& poteſtate. Hæc ille.
6 AVT. Bene dixit,ꝙ † ordo epiſcopalis omnes inferiores ordines & eorũ poteſtates in ſe cõtinet,tã ordinẽ dicẽs curã, q̃ minoris ſacerdotis. Nihil in ſe habet rector minor, quod ordo primus non cõtinet virtute,& authoritate,neque in ſe,neq; in plebis regimine,itavt regimẽ & locus plùs ſit epiſcopi,quàm ſacerdotis particulariter incumbẽtis,pluſq; Chriſti,quàm epiſcopi:quia plùs influit in cauſatũ cauſa ſuperior, quàm ſecũda. An nõ ſenſit hoc epiſcopus Paulus quãdo ait:prẽterea quę extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana,ſollicitudo omniũ eccleſiarum? An nõ ſuper omnes rectores locorum ſollicitudinẽ experitur pro ſingulis,quãdo paſtores parochiales Epheſinæ ciuitatis vigilare præcepit,memoriter retinentes,quomodo per totum triẽniũ nocte & die non ceſſauit

cum

Digitized by Google

cũ lachrymis monẽs vnũquemq; illorũ, & cõ mendans eã Deo,& verbo gratiæ ædificare hę reditatẽ.i.domum vnã eccleſiæ?vt exponit Rabanus Act.20.quòd ſi domũ vnã ædificarẽt omnes cũ Paulo. Vnus ergo paſtor & rector,omnes illi cũPaulo,vt ſi ſit vnũ ouile,ſit & vnus paſtor,nõ grexvnus,& paſtores duo.Ad quid vult ſolẽnis philoſophus tanquãvniuerſalẽ curatum Chriſtum & particularẽ in eodẽ grege presbyterũ dicere duos eſſe rectores:quando vniuerſale cum particulari nõ ponit numerũ, neq; pars æquè cum toto? Hac ratiõe ſanctus martyr Cyprianus ſeptem filios Machabæos dulci allegoria in eccleſias ſeptẽ particulares, & matrem in eccleſiam vniuerſalem adducẽs, & particulans illas omnes,vnum ſeptenarium exponit,quarum numerum mater.i.vniuerſalis non auget vt dicantur octo,libro ad Fortunatum,& aſſumit Rabanus ſuper Machab.in expoſitione,libro.2.CYPRIANVS. Quum verò in Machabæis ſeptem fratres & nataliũ pariter & virtutum ſorte cõſimiles ſeptenariũ numerum ſacramento perfectæ cõſummationis implentes.Et infrà.Apoſtolus Paulus, qui huius numeri legitimi & certi meminit, ad ſeptem eccleſias ſcribit:& in Apocalypſi dominus mandata ſua diuina & præcepta cæleſtia ad ſeptem eccleſias & earum angelos dirigit: qui nunc iſte numerus in fratribus inuenitur, vt conſummatio legitima legitimè complea-
tur.Cum ſeptẽ liberis planè copulatur & mater,origo & radix: quæ eccleſias ſeptem poſt modum peperit ipſa prima & vna ſuper petrã domini voce fundata. Hæc ille. AVTHOR.
7 Vult † numerum ſeptem fratrum vniuerſalis eccleſiæ locorum eccleſias deſignare.Vnde ad ſeptem eccleſias ſcripſit Paulus, & ad totidem paſtores ſcripſit Ioãnes. In his ſeptem omnes intelligens,qualiter ſeptem diebus tempus omne conſumitur,vt calculat Auguſtinus, ſed ſine augmento numeri ſeptem filiabus eccleſiis,mater,quæ cuncta peperit, copulatur originalis prima & vna radicalis eccleſia. Et notã ter ſubdit:ipſa ſuper petram domini voce fundata.Teſte ipſomet Cyprianolibro contra hę reticos & ſchiſmaticos CYPRIANVS. Loquitur dominus ad Petrum, Ego tibi dico, inquit,quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferorum non vincent eam:& tibi dabo claues regni cælorum,& quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis,& quæcunque ſolueris ſuper terram,erunt ſoluta & in cælis. Et eidem poſt reſurrectionem ſuam dixit, Paſce oues meas.Super vnum ædificauit eccleſiã,& illi pa
8 ſcendas oues mãdat.Hæc ille.AVTH.Cui † mi ſi Petro mãdat paſcere oues? Super Petrũ igitur ædificauit eccleſiam.Et epiſtola de fide noſtra & dogmate hæretico ad Marcellũ. HIERO.Si ergo apoſtolus Petrus,ſuper quẽ Dominus fundauit eccleſiam,& profeſsionẽ,& promiſsionem domini illo tempore completã memorauit: quomodo poſſumus nobis tẽpus a-
9 liud vẽdicare?Hæc ille.AVT.Ipſa † ergo eccleſia Petri apoſtolica eſt per totum orbem vna, non numerata cũ aliis,& vna cum ſingulis.Omnis eccleſia illa eſt,& eccleſiæ paſtor nõ alius ſed ipſe idem eſt:non hæc eccleſia tua, ſed illa epiſcopi,ſed quę tua magis epiſcopi.Vnde nõ habẽt rectores minores, qđ præter epiſcopũ appropriatè in plebis cura poſsideãt, dicẽte apoſtolo his presbyteris primæ Corint.in principio.Cũ ómnibus,qui inuocãt nomẽ domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorũ,& noſtro.De quo in lib.annotationũ HIERO.Propriè ſacerdotũ eſt inuocare dominũ,quibus dicitur,Sic benedicetis filios Iſraël,inuocãtes no *Samuel ſacerdos.*
mẽ meũ ſuper illos.Et Pſalmiſta ait,Et Samuel
10 inter eos,qui inuocant nomẽ eius.Quẽ † ſacerdotẽ fuiſſe illa res probat,quia & ſacerdoti ſuccesſit,& hoſtias offerebat. De quo etiã ſecũdũ hiſtoriam dictũ eſt, Suſcitabo mihi ſacerdotẽ fidelem.Qui quanuis non ſit de genere Aarõ, tamen de tribu Leui eſſe in Paralipo. legitur, quia & Deus ipſe hũc conſtituit, & illum. Ita enim Aaron elegit,vt alios poſtea eligẽdi poteſtatem non amiſerit.In omni loco ipſorum, & noſtro:qui ſacerdotes,& ſuo,& apoſtolorũ loco funguntur.Hæc ille.AVTHOR.Hac ratione domini mei rectores, & paſtores minores ſtarent vocatione ſua contenti, non attendentes quoſdam gloriantes ſibi de modico, quòd tantùm poſſent in ſuis curis, imò quantum papa intenſiuè,vt dicunt, & non audiunt Apoſtolum hic dicentem de ſimilibus. In omni loco ipſorum, & noſtro: ſiue locus eorum ſit ordinis, ſiue curæ, omnis locus eorum noſter eſt.Quò ipſi in regendo pertingũt, pertingimus: nihil virtute noſtra iubent vel faciunt,quod nos nõ potiùs faciamus:qui ſacerdotes,inquit Hieronymus,& ſuo & apoſtolorum loco funguntur.An non putatis Paulum apoſtolum geſsiſſe ſollicitiſsimam curam omniũ eccleſiarum illarum localium,in quibus continuè laborabat manibus,nihil ab eis accipiens,vt lucrificaret eos Chriſto? De quo in libro de operibus monachorum AVGVSTINVS.Mirandã rem fecit apoſtolus,qui reuera in tãta ſollicitudine omniũ eccleſiarũ propagatarũ & propagãdarũ ad eius curã pertinẽtiũ

ctiam

tenarij
ectio.

etiam manibus operabatur. Hæc ille. AVTHOR. Maiorem ergo curam omnium illarum eccleſiarum particularium iudicauit Paulus ſibi incũbere, quàm earũ presbyteris, quanto maiorem operã dedit vt fierent ſaluę, quàm earum inferiores presbyteri. Maiorẽ curã gerit mater infantis, quàm eius nutrix & nutriti⁹, nec quantũ legi alicubi localem curã diſcipuli minores acceperãt, niſi vbi apoſtoli deſigna
11 bant. Apoſtoli † verò ſuas parochias, & limites acceperunt: diſcipuli autẽ & ſacerdotes minores niſi ex legatiõe apoſtoli, & quò aliquis eos immitteret: velut Paulus de ſua parte dixit 2. Corinth. 10. Nõ in immẽſum gloriabimur, ſed ſecũdũ menſuram regulæ, quã partitus eſt nobis Deus menſurã pertingendi vſq; ad vos. Hoc inſinuat ipſo parochiam ſuam ad eos vſq; pertingere. Vbi in expoſitione AMBRO. Tãta ſe dixit vti poteſtate, quanta cõceſſa eſt ab authore, nec mẽſurã egredi poſſe. Sequitur Partitũ enim dixit vnicuiq; ad quos in prædicatione dirigeretur, vt ſinguli aliquas ciuitates proprias haberẽt, de quarum fide gloriarẽtur: Dei enim nutu vt Macedonibus prędicaretur aduocatus eſt hic Apoſtolus, & vt Corinthiis euangelizaret à domino monitus eſt: ergo his audẽter loquitur, quos ipſe fũdauit, & ad quos Dei nutu peruenit. Cęteris nõ tali fiducia: quia in aliena regula erant, hoc eſt, in parte alterius
12 euangeliſtæ. Hæc ille. AVTHOR. Apoſtoli † ergo diſtinctas ſibi parochias & plebes habebãt, quibus cooperatores fiebãt ſecũdi gradus diſcipuli, velut ſeptẽ diaconos ſubſtituerũt ſibi ipſi apoſtoli ad miniſtrandũ menſis, Soſconẽ communẽ omnes habuẽre diſcipulũ, dixit Beda in martyrologio, Barſabam & Silam, vt literis apoſtolicis Antiochenos reducerent, Agabum & Barnabã, Simeonem & Luciũ, Manahen & Saulũ doctores & prophetas. Eccleſiæ Paulus & Barnabas iam inſtituti apoſtoli, Marcum cõmunem habuere diſcipulum, tũc tamen paſtorẽ ſecundi ordinis, quando facta eſt diſſenſio inter apoſtolos, quia abiecit eũ à miniſterio ſuo Paulus. Vnde homilia. 6. de laude Pauli CHRYSO. Crucem tollere, ac ſequi Chriſtum, omnibus imperatur: ſi autẽ cũctis, multò magis doctoribus populi, atque paſto-
13 ribus, quorum ex numero etiam Ioãnes † tũc
Io. Marcus. erat, qui dicebatur & Marcus. Qui quoniã in ipſa ſe aciei fronte conſtituens nimis inuiriliter egerat, meritò eum Paulus abiecit, ne illius quaſi contagione, vires corrũperentur aliorũ.
14 Hæc ille. AVTHOR. Paulus † item habuit Timotheũ & Craſſum miniſtros ſuos in Macedones, & Lucam cooperatorẽ, & Titum in Corinthiis, & Timotheum adiutorem ſuũ ſcripſit Romanis & Philippenſibus, quem poſtea ſignificauit epiſcopum Epheſinũ. Apollo itẽ ad officium baptizandi ſubſtituit, dum ipſe in euangelio laboraret: de quo dixit, Ego plantaui, Apollo rigauit. Vbi in expoſitione AMBRO. Plantare, eſt euangelizare, & ad fidem attrahere: rigare verò, baptizare ſolẽnibus verbis. Hæc ille. AVTHOR. Quis dubitet iſtos ad hanc ſubminiſtrationem apoſtolorũ inſtitutos à domino, quorũ multi ab apoſtolis in eundem gradum inſerti fuerunt. Apoſtoli itẽ multos aſſumpſerunt ex his, quos Chriſtus ſeptuaginta duos elegit, velut Thomas vnũ ex ſeptuaginta Thaddæum. De quo in ſecundo libro eccleſiaſticę hiſtoriæ ca. 12. EVSEBIVS. Deniq; poſt reſurrectionem atq; aſcẽſionẽ domini ad cælos Thomas apoſtolus ex cõmonitione diuina Thaddæũ quendã vnũ ex ſeptuaginta duobus diſcipulis ad Ediſſenã ciuitatem euangeliſtã & prædicatorẽ verbi Dei emittit, ſimul & q̃ à domino promiſſa fuerãt impleturũ: hæc in Archiuis publicis Ediſſenæ ciuitatis, in qua tũc Abgarus regnauit, ita deſcripta reperim⁹ in his chartis, q̃ geſta regis Abgari ſeruata antiquitùs continebãt. Hæc ille. AVTH.
15 Quid † ex his liquet ampliùs, quàm gradũ illũ diſcipulorũ ſecundũ ad hoc inſtitutũ à Chriſto, vt obſequerẽtur apoſtolis, & ab eorũ arbitrio omne ipſorũ miniſterium depẽderet? Mirũ q̃ ſolẽnis ſcriptor, & dignè famoſa quadam cognatiõe ſolẽnis, vt ſecundũ presbytertaũ inſtituat, qui de epiſcoporũ prædeceſſoribus nõ emanet, mittit eos ad quadraginta, quorũ nullũ tũc poteſt probare presbyterũ, vix vllũ conſequẽter diaconũ, vel forſan nullũ nominabit ex illis, q̃n poſt aſcẽſionẽ Chriſti ſine cura pleb is ſtetit, niſi quã acceperãt vt miniſtrarent, & cooperẽtur apoſtolis. Scio formã gerebant ſecũdi ordinis. Sic crux Chriſti gerebat formã altaris, re ipſa nõ erat altare: & ſepulchrũ Chriſti fontis baptiſmi. Cõſepulti ei per baptiſmũ in mortẽ, ait apoſtolus. Ex apoſtolorũ inſtitutione in ſecundũ presbyteratũ tam ad ordinem quàm ad curã egreſi ſunt multi. Sed quis ex illis ſeptuaginta duobus ſacerdotẽ vnquã inſtituit vel præfecit, niſi ipſe priùs inſtitut⁹ epiſcopus, q̃ri poteſt, nec facilè reſpõderi. A Chriſto inq̃t, in ſuis præceſſoribus cõſtituebãtur preſbyteri. Verũ eſt, & quos inſtituerunt apoſtoli per loca, Deus ipſe inſtituit. Nã maiores natu ſacerdotes locales Epheſi Paulus ipſe cõſtituit, & tn eis dixit. Attẽdite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam ſuam, quã acquiſiuit ſanguine

Digitized by Google

guine suo. Episcopos dixit, qui erant eis minores, vt dixi frequenter, & hoc cùm eos comparauit ad plebem. Regere, inquit, ecclesiã suam, & sic opitulantes episcopis atq; plebi. Quod & Paulus ipse non renuit, cũ diceret ei vir Macedo, Veni, adiuua nos. Act. 16. Qualiter super illud primæ Corinth. 13. Exinde gratias curationũ opitulationes. HIERONYMVS. Opitulationes. i. adiutores. Vnde Paulo in visu dicitur à viro Macedone, veni, adiuua nos. Hæc ille. AVTHOR. Quales ergo sunt, qui opitulationes non esse dignantur, cùm dignatur Apostolus? Imò nouerint quicquid vires habẽt in plebe, vel ordine, opitulationes episcoporum sunt, & plebis cum episcopis, aut numerum nullum ponunt pastorum, rectorum, vel patrum, quia cũ memoratur episcopus, ipse solus est pater † & non alius, sicut nec apostolus
16 quisquam, Deo cõmemorato, dicente Christo ad eos, Nolite vocare vobis patrem super terram, vnus est pater vester in cælis. Et secundũ consimilem disciplinam pastores minores cõparantur antistiti, dicente Paulo primæ Corinth. 4. Nã si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Iesu per euãgelium ego vos genui. Hoc intelligens, q̃ episcopus, qui primus intelligitur generare plebes in Christo, pater dicatur: quisquis alius superueniens rectè docet incedere, non pater est, sed presbyter, pædagogus. Et rectè, quia sic in sacerdote legali, presbyterorum maiorum & minorum distinctio formabatur. Situs maiorum in humeris & pectore: situs minorum sacerdotum ad pedes. Vnde BEDA lib. 3. de tabernaculo ca. 11 super illum textum, & vestiatur ea Aaron in officij ministerijs. Quòd si Iosephi verbis intendimus, quibus dixit, mala punica in tunica pontificis. 70. fuisse, & tintinabula totidem: congruit hoc in figuris mysteriorum, vt sicut in humero ac pectore apostolicum ferre numerum iussus est, ita etiam discipulorum. 72. circa pedes sacramentum haberet. Constat enim, q̃ sicut duodenarius apostolorum numerus episcopalis gradum dignitatis inchoauit, sic discipuli. 72. qui & ipsi ad prædicandũ verbum sunt missi à domino, gradum sacerdotij minoris, qui nunc presbyteratus vocatur, sui electione signarunt: vnde & illorum numerus in vltima parte sacerdotalis habitus, ille in prima figuratus est. Decebat enim, vt qui maiores gradu in corpore summi sacerdotis, hoc est in ecclesia Christi, erant futuri, sublimiorẽ in habitu typici pontificis locum haberent. Hæc ille. AVTHOR. Attendite locũ vestrũ in ecclesia dilectissimi domini, nolite vos collocare cum primis pastoribus, dicentes duos rectores duos status cõstituentes ecclesiæ: inter quos vos sitis secundi in opitulantes, impertinentes, & nõ obnoxij prioribus ordine, atq; cura. Nolite vsurpare vobis, quicquid de primis pastoribus Chrysostomus dicat in dialogo, Gregorius in pastorali, aut alius ecclesiasticus doctor in scripto. At dicit aliquis, fecisti ne rectores essemus, de qbus Paulus ait: Posuit vos regere ecclesiam suam. Non feci, imò rectores dico estis pedestres, ad pedes, nõ ad humeros, vbi pastor agnos portat. Scitis quid volo: Non estis rectores, aut patres computãdi cum primis nec perfectione, nec ordine. Sed & ad honorem vestrum dico, vos patres, referens vos ad plebem, patres pedites, & vt Paulus dixit, pædagogos, sic enim ad pedes collocauit vos dominus in prædecessoribus vestris, in amictu pontificis, episcopos sua prãin duodenario numero sursum in pectore. Pedes autem à pectore quantum distent, nouistis. Reuera tantum rectoratus vester ab eis perfectione distat moris, quantum perfectione naturæ à pectore distant pedes. Sũma laus foret commemoratis episcopis, vos ipsos ta-
17 cere pastores. Qualiter † Paulus apostolatum suũ tacuit in salutatione epistolę ad Hebrẽos, quia fuit ibi dicturus apostolum Christum, prout in commẽtario epistolæ ad Galatas textu Paulus Apostolus, notauit sic HIERONYMVS. In epistola ad Hebræos propterea Paulum solita consuetudine nec nomen suũ, nec Apostoli vocabulũ proposuisse, quia de Christo erat dicturus, Habentes ergo principem sacerdotem & apostolum confessionis nostræ Iesum: nec fuisse congruũ, vt vbi Christus apostolus dicẽdus erat, ibi & Paulus apostolus poneretur. Hęc ille. AVTHOR. Et cur non poterat Paulus aut scriptor quisquam canonicus sicut iste duos rectores in duobus statibus rectorum, ita & ipse duos apostolos in statu gemino apostolorum dixisse: apostolatum Christi supremum, inferiorẽ Pauli & sibi comparem? Imò & tertium infimum Sylæ & Epaphroditi. ad Phil. 2. Necessariũ existimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem apostolum, aut ministrum necessitatis meæ mittere ad vos. Referens eum ad populum, vocat apostolum: nusquam tamen cum maioribus in illo apostolatu dinumerat: subministrator tantùm erat, & maiorum vicarius: sed quantũ perpendo historiam isto rectoratu secundo præclarior. Ex quibus omnibus patet, quan-

Paulus cur ad Hebræos se apostolũ non scripsit.

Digitized by Google

tum diſtant ab origine ſucceſſores apoſtolorum,& ſacerdotes diſcipuli: vtriq; ſacri valde,
Obiectio. ſed ordine à perfectionis ſtatu remoti. Dicis, ſed potentię operationibus diſtingũtur, operationes aũt primorum & ſecundorum ſunt eædem,vel ſaltem conſimiles:ſtatus ergo per-
Reſponſio. fectionis eſt idem in vtriſq;. Si vterq; opifex eſſet cõpletus & perfectus in ſe ab alio nõ dependens cum cæteris paribus,vt res petit,forſan moueres: ſecus autem vbi ſecundum dependet à primo,nihil operans,niſi virtute primi.Sic inſtrumenti & artificis vnum eſt opus, vna eſt ſecatio fabri & ſerræ, tamen impar omnino perfectio. Naucleri & veli vnum remigium.Oculi item & animalis idẽ aſpectus: hominis & intellectus idem ſyllogiſmus. Quantũ tamen diſtant homo totus & oculus eſſentiæ perfectione & operis,quis ignorat?tãtum credo reſtare de ſtatu & perfectione põtificis, quæ nõ habetur in opere ſacerdotis. Qui iſto nõ ducitur, dicet Chriſtũ & Iudã eiuſdẽ perfectionis p̃dicatores,Chriſtũ item & Cleophã eiuſdem meriti peregrinos,qm̃ erant opere & actione cõformes & comites:ſic omnes diſcipuli,quibus ipſe ait:Sine me nihil poteſtis fa-
18 cere.Vnde† q̃ diſparis meriti ſit idem actus in diſtinctis ſuppoſitis atque cauſis, probat Auguſtinus,cap.24.libri de quęſtionibus veteris ac noui teſt.AVGVSTINVS.Vna eſt miſericordia in diuite & paupere, ſed aliter imputatur pauperi & diuiti,quia plus laudanda eſt in paupere,q̃ in diuite. Pauper em̃ de exiguitate largiri nõ timuit,ſperauit à Deo ſibi retribui & in præſenti & in futuro. Credidit enim ſcripturæ dicẽti, Quia qui retribuit pauperibus,nõ egebit. Vnde & paupercula iſta diuitibus multa mittẽtibus ſola meruit à domino collaudari, quia de penuria ſua largiri non timuit:diuites verò de diuitijs ſuis largiunt̃:pauper aũt de domino bene agit.Bene faciunt diuites,dum largiũtur egenis: ſed multò melius paupere:ac per hoc alia remuneratio pauperis,alia diuitis.Ideoq; laudabilis pauper eſt miſericors.Et infrà.Humilitas vna eſt, ſed magis laudanda eſt in diuite. Quid enim magnũ eſt, ſi pauper humilis videatur, quem ipſa inopia humilem facit?Magnificum autem,ſi hic, qui dignitate & copijs commendatur,inclinet ſe, non ſibi vendicans,quod mereri ſe nouit.Igitur in omnibus bona humilitas, ſed magis in diuite.Et doctrinæ ſtudij vna cauſa eſt,ſed laudabilior in diuite. Pauper em̃ cùm nulla prærogatiua cõmẽdaretur,operã dedit vt haberet vnde poſſet requiri.Diues aũt cùm nõ deeſſet vnde cõmendaretur,adhibito labore auxit,vt duplici genere neceſſarius eſſet.Sequitur.Et ideo hic magis dignus laude eſt, q̃ pauper, qui ſi ſtudijs minime operã dediſſet,remãſerat vilis.Hæc ille.AVTHOR. Saltem ſic non habetur perfectionis idẽtitas ab idẽtitate operis operati:cũ multæ ſint circunſtantiæ ſecundùm perſonas variantes & cauſas. In propoſito autẽ noſtro non erit eiuſdẽ perfectionis aut meriti cauſa primi agentis aut ſecundi, ſicut nec arboris totius & rami. Nã ramus ſi fructificet, arbori laudẽ facit.Palmes(inquit Chriſtus)nõ poteſt ferre fructũ,niſi manſerit in vite,ſic nec vos niſi in me manſeritis. Eadem ſimpliciter cauſa eſt,bene dicat antiſtes presbyteris,Sine me nihil poteſtis facere, idcirco quod facitis, mihi laus eſt,vobis cura. Væh mihi ſi non euãgelizauero,ait Paulus.

¶Dialogus religioſi & clerici curati,quomodo comparãtur ad inuicẽ, hic iſti vt honore præſtans,& eccleſiaſtico officio, ille iterũ iſti vitæ merito,& ſtudio contemplandi.

CAP. LXXXII.

SVMMA.

1 *Comparatio clericorum ſecularis & religioſi.*
2 *Clerici ſecularis bona quæ ſint,deſcribuntur.*
3 *Epiſcopus, presbyter, & diaconus quòd non ſint meritorum nomina,ſed officiorum.*
4 *Prælatorum merita.*
5 *Laudata quòd non ſemper ſint præſtantiora.*
6 *Curatis obijci ſolita narrantur.*
7 *Opinionem malam uel bonam quòd nihil ita faciat creſcere,ſicut uulgus.*
8 *Virginum bona recenſentur.*
9 *Paupertas quæ,& quãdo reddat hominẽ perfectũ.*
10 *Religioſorum uita & conuerſatio,quomodo multũ optabatur à iam epiſcopo Chryſoſtomo.*
11 *Religio quòd contra dæmones bellum aſſumpſit acerrimum,& ille aduerſus illam.*
12 *Sanctorũ cũ ſanctis comparatio ex Chryſoſtomo.*
13 *Religioſorum quorundam habitus deſcribitur.Et ſermo.&c.Et de alijs eorum obſeruantijs.*
14 *Pauperibus quibus præcipuè ſubueniendum.*
15 *Regularis integritas quid ſit.*
16 *Ioannis & Petri apoſtolorum comparatio*
17 *Religioſorum uana excuſatio.*
18 *Perfectionis gradus. Et perfectum eſſe.*

Sacerdotium

Digitized by Google

19 *Sacerdotium quàm grande, & ſanctum.*
20 *Clericus quantum diſtet à Præſule. Et de diuerſitate officiorum in maiori & minori ordine ſacerdotum ex Gregorio.*
21 *Religioſorum laus.*
22 *Religioſi, & clerici, quid alteri alteris deferant.*

EXoro deinceps ſingulos dominos meos minores angelos in eccleſijs Dei crucifixi ſanctæ plebis præpoſitos ſic moderatè, ſic ſe præferre clauſtralibus, vt non rapinam arbitrẽtur ſe ſanctis præſulibus coæquales. Multos extulit, & reuera fefellit, aſſertio illa ſolennis ne ſe coram Chriſto iudice valeant excuſare, plæriq; non exaltaſſe cor ſuum, elatos oculos ieciſſe, non item ambulaſſe in magnis vel in mirabilibus ſuper ſe. Abſit hoc ſupercilium Witcleuiſticæ ſuperſtitionis hæreticæ. Fateor ſi hoc non expaueſcerem, de reliqua religiõis comparatione non ſcriberem. Ad verecundiã noſtram cõmunem præſentibus hęreticis inter eccleſiaſticos viros de primitate perfectionis cathedratim volat contentio. Et non tantis verbis, & laudibus inſtitor merces publicas venales cõmendat, quãtis ipſi merita propria meritis noſtris anteponunt, & iactãt. Apoſtolica diſciplina eſt. Honore inuicem præueniẽtes, non dedecore. Et item Philippẽſ. 2. Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperioris ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorũ. Vnde qui ſe comparabilem iudicat, ſecundùm hãc regulam ſuperbiæ notã trahit. De quo libro de ſingularitate clericorum. AVGVSTINVS. Cauſa ſuperbiæ ſit elata iactantia etiam in minimis quenque comparabilẽ velle conſcribi, cùm Paulus moneat, & dicat, alter alterũ ſuperiorem ſibi exiſtimantes. Sequitur. Minus vtiq; de noſtris viribus ſentiendum eſt, nec fortitudini ſanctorũ noſtra infirmitas comparanda: ſicut nobis apoſtolus Paulus de ſemetipſo magiſteriũ proponit, & dicit: Non enim audemus comparare nos, aut conferre quibuſdam, qui ſeipſos cõmendant. Hęc ille. AVTHOR. Sed dicunt ex vtraq; parte quidam, nõ de noſtris meritis diſſerimus, ſed de huius vitæ perfectionibus cõparamus, ſequentes Chriſtum, qui ait: Maria optimam partem elegit. Poteſt quidem fieri, ſed vtinam comparationis ſententiam nõ cõcomitetur elatio, vel inuidia non diſſoluat. Ego in clauſtris cum fratribus agẽs, iſta non audio, quæ aguntur in publico: minus nobis videtur omne quod facimus: de delictis noſtris quotidianis conquerimur: lapſum religiõnis continuum lamentamur. Nemo vel rarus ſibi vel alteri de perfectione blanditur. Quin potius alijs religioſis vel clericis in laudabili obſeruantia, vel ſtudij aſſiduitate ſeipſum & ſuos gemendo poſtponit quantum reor illo ſpiritu Pauli, quo iam dixit: Alter alterum ſibi ſuperiorẽ exiſtimet. Hæc igitur cogitando quis ſibimet magnus erit? ſermõe. 54. de verbis domini. AVGVSTINVS. Non fruſtra dixit apoſtolus, omnibus membris Chriſti alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi & honore mutuo præuenientes, hæc enim ſi cogitetis, non eritis apud vos magni: magis enim cogitare debetis quod vobis deſit, quàm quod vobis aſsit. Quod habes, caue ne perdas, quod nondum habes, ſupplica vt habeas. In quantis ſis minor, tibi cogitandum eſt, non in quãtis ſis maior. Si enim cogitas quãtum præceſſiſti, alterum time tumorem. Si verò cogitas quantum adhuc tibi deeſt, ingemiſce, & ingemiſcens curaberis. Humilis eris, tutior ambulans non præcipitaberis, non inflaberis. Hæc ille. AVTHOR. Et forſan quibuſdã videbitur vitæ ſanctę accõmodum, ſi hac exiſtimatione apoſtolici clerici & clauſtrales arbitrentur ſibi inuicem cum humilitate ſuperiores. Optat ſol ſolẽnis hoc religioſos facturos de clericis, optat apoſtolus de vtriſque, addens non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorũ.

1 Aſpiciat† clericus, & videre poterit in religioſo quid deſit ſibi, in quo religioſum ſibi ſuperiorem exiſtimat. Attendat clericum religioſus, & è regione videbit quo ſibi clericum emi nere putabit: nec hoc fictè, quia nec iubet hoc apoſtolus. Vnde lib. 83. quęſtio. q. 71. AVGVSTINVS. Non enim fallere nos, aut adulatione potiùs vti apoſtolus iubet, cùm dixit: Nihil per contentionem, neq; per inanẽ gloriam, ſed in humilitate mentis alter alterum exiſtimantes ſuperiorem ſibi. Non hoc ita debemus exiſtimare, vt nõ exiſtimemus, ſed nos exiſtimare fingam⁹, ſed verè exiſtimem⁹ poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit, ſi etiam noſtrum bonum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum. Iſtæ cogitationes deprimentes ſuperbiam, & acuẽtes charitatem, faciunt onera fraterna inuicẽ, non ſolùm æquo animo, ſed etiam libentiſsimo ſuſtinere. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ergo modo apoſtoli ad deprimendum ſuperbiam & acuendam charitatẽ ſpiritualibus ſpiritualia poſſumus comparare: ſi religioſus & clericus quæ aliorum ſunt bona, non quæ ſua in-

Cõparatio clericorum ſecularis & religioſi.

uicem cõtẽplentur, ipſi veriùs dicturi ſunt de alterutris, ꝙ qui ſeipſum cõmendat, nõ eſt ille probatus eſt, ſed magis quẽ Deus cõmẽdat in alio. RELIGIOSVS. Vita ſacerdotis attente & ſine fictione conſpecta nõ dubiũ magnũ continet magnæ & multiplicis perfectionis compendium: ab eo fluit ſanctitas plebis per ſacramentorum officium: ab eo per quotidianæ orationis inſtantiam, ab eo per exemplũ, ab eo per verbum tintinabuli more ſemper ſonans, ab ipſo religioſus ipſe perficitur per põtificem. Et quanuis religioſus vitam plebis tranſcendat, factus ſacerdoti cognatus, non tamen vllatenus coæqualis. Vnde cap. 6. eccleſiaſticæ hierarchiæ vtroſq; comparans ad ſeipſos DIONYSIVS. Quòd neq; pedibus inclinare, neque ſuper caput à Deo tradita eloquia habere, aſtare aũt ſacerdoti, inuocationẽ ſacræ dicenti oſtendit monaſticum ordinem non eſſe adductiuũ alterorũ. i. ſacris non eſſe prælatum alijs, ſed in ipſo ſtantẽ in ſingulari, & ſacra ſtatione ſacerdotalibus ſequentem ordinibus, & ab ipſis vt ſequacibus ad diuinam eorũ, qui ſecundùm ipſum ſacrorum ſcientiã facilè credẽdo reductum. Et infrà. Eſt ad ſacerdotalem vt fas reformari vitam, vt cognatum ipſius habentem in multis, & magis ipſis prẽter reliquos ordines approximantem. LINCOL. Nullum pedem, vt facit diaconus, neque duos, vt facit presbyter inclinare, neque in capite habere à Deo tradita eloquia, vt habet Hierarcha in ſua ordinatione. Aſtare autẽ à retro ſacerdoti ſacrè dicenti inuocationem: hoc totũ, inquit, oſtẽdit totũ ſequens. ſ. monaſticum ordinẽ non eſſe adductiuũ alterorum: ſicut monaſterialis ordo eſt ductiuus purgatorum, presbyteralis illuminatorum, & hierarchicus perfectorũ, ſed in ſeipſo ſtantem ſingulari vita & ſacra ſtatione, vtpote ſui ſolius, & nõ alterius ex officio, licet ex charitate oĩum curã habentem: quod ſignificatur per corporalẽ eius ſtationem ſacerdotalibus ſequentem ordinibus, vtpote eis obedientem, & ab ipſis ſacerdotalibus ordinibus vt ſequacibus, ideſt, quos debent monachi ſequi reductum facilè credendo. Hæc ibi. RELIGIOSVS. Ex his valdè cõmoueor, ſacerdotalem gradum omni religioni præferre, cũ reuerenter inclinare teneor, ꝙ inſtitutus ſum, & eius manibus benedictus, & quem ſequi conceditur, maximè ſi velim in prælaturam & ducatũ aliorum aſſurgere. Monſtrat autẽ honorem ordinis quantũ noſtrum præcellit dignitas loci in eccleſia, quem ipſi ad ſancta ſanctorum poſsident: religioſus aũt ſignatur in ipſo introitu ſupra ſanctã plebẽ, nec tamen vltra portas: velut ad Demophilũ in epiſtola ſcribit idem DIONYS. Nõ ſimpliciter ab vniuerſis quidem ſegregata ſunt ſancta ſanctorũ, appropinquat autẽ magis ipſis ſanctus perfectorum ornatus, poſtea ſacerdotũ ornatus, poſt iſtos cõſequẽter miniſtrorũ. Ordinatis aũt iã monachis, portę adytorũ ſunt cõgregatæ, iuxta quas & pficiũtur, & aſsiſtũt, nõ ad cuſtodiã ipſarũ, ſed ad ordinationẽ, & ſui cognitionẽ ipſorũ. Hęc ille CLERICVS. Noli frater illici graduũ claritate, vel ſublimitate honorũ. Aliud eſt exiſtimare dè merito hominis, aliud de officio: iã cœpiſti de ſacerdotis vita mirari, cui honor loci, vel ſedulitas officij res eſt impertinens *, ſicut apertè deducit. 7. libro regiſtri epiſtola. 28. ad Anaſtaſium presbyterũ GREGO. Non, inquit, loca vel ordines creatori noſtro nos proximos faciũt, ſed ei nos aut merita bona iũgũt, aut mala diſiungunt. Quia ergo adhuc incertum eſt quis interius, & qualis ſis, non audebas ſcribere, dũ inter me & te qui ſuperior ſit, ignores. Et quidem bene te viuere ſcio, me autẽ multis oneratum peccatis noui: ſed & ſi peccator es, me tamẽ multò melior, quia tu tua tantũmodo, ego verò & eorum, qui mihi cõmiſsi ſunt, peccata porto. Hæc ille. CLERICVS. Ecce humilis Gregorius, ſed humilitatis gratia non mentitus: ipſe equidem præſul apoſtolicus ignotum probat Anaſtaſio vter ipſorum eſſet ſuperior. Loco quidem & officij authoritate non potuit, & ꝙ ipſe Anaſtaſius de certo melior eſſet probauit, quia ratione officij Gregorius commiſſorum ſibi peccata portauit, Anaſtaſius ſua ſola, quia priuatus. Eo ergo potius paſtor ſe crederet à Deo diſiunctum, ꝙ ordine præſtãt alijs, & portat officium peccatoris: ſaltem non ex honore ordinis eſt perfectionis titulus metiẽdus. Multi enim perfecti & magni ſubdũtur minorum officijs, ſicut duces regis, præconi vel nũtijs. Sed & leuitæ Romani hoc modo ſtudebant ſeipſos loco & præcepto pferre presbyteris, quia presbyteris ordinãdis teſtimonium dabant, & ordinandos inducebãt ad præſulem. Vnde lib. de quæſtionibus veteris & no. teſta. cap. 101. AVGVS. Teſtis poteſt eſſe creandi presbyteri, qui inferior eſt ordine. Et iterum. Quo inflantur, & putãt multùm ſibi deberi. A nobis enim inquiũt perducuntur, qui ordinandi ſunt, vt dũ lateri eorum ſepti ſunt honore digni videantur ſancti eorũ eſſe: quaſi officialis eĩ ab eo mittitur vt obſequium præbeat ordinandi. Nam vt imperator appareat, ordinatur obſequio militari: nõ melior tamen nec par exercitus imperatori.

*i. nõ debita.

Cleri ſecularis bona.

Nam

Nam & Aman cũ eſſet clarus in honore militari,à rege miſſus eſt,vt Mardochæo in obſequium ſit, vt quantum dignus eſſet Mardochæus,ex eius obſequijs noſceretur: ita & diaconi creandis presbyteris in obſequium mittuntur, vt eos dignos fieri ſacerdotes omnes intelligant.Exceptis enim ſacerdotibus, quibus obſequium debent, omnibus prẹponuntur diaconi.Hæc ille.CLERICVS.Ecce gradus ipſe non penſatur officio, quantò magis non meritum: nomina autẽ ſacerdotis & diaconi officiorum ſunt nomina, non meritorũ. Vnde in expoſitione illius.1.Corinth.7.diuiſiones verò gratiarum ſunt. AMBRO. Diuiſiones verò gratiarũ ſunt officijs eccleſiæ non humanis meritis deputatæ.Et infrà ibi. Diuidens ſingulis prout vult. Non ad meritũ hominũ, ſed magis ad ẹdificationẽ eccleſiæ ſuæ. Sequitur.Hæc in eccleſia quæ domus Dei eſt ſingulorũ officijs dono & magiſterio ſpiritus ſancti indulta ad probationem veritatis.hæc ille.CLERI.Quomodo autẽ nõ ſit meriti ſed officij eſſe presbyterũ vel nomen habere diaconi,puto quia de merito ſuo nõ omnino pẽdet officium, ſicut de merito monachi pendet religio.Vacuus eſt eñ à religione,q̃ eſt vacuus à merito:non ſic eſt vacuus ab opere officij ſacerdotis qui alijs prædicat, & ſeipſum negligit, baptizans & abſoluens abluit peccatorẽ, quanuis habeat ipſe crimẽ. Vnde ſuper illũ textum Apoſtoli. Nunquid oẽs Prophetæ.& poſt hæc, Æmulamini chariſmata meliora AMBROSIVS.Iã quia ſupradicta nõ ſemper ad meritũ pertinent,dicit Saluator. Multi mihi dicent in die illa,ſ.iudicij, Dñe dñe,nõne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et quia non hæc ad meritum pertinẽt,ſed officia ſunt eccleſiæ ad confuſionẽ Gentiliũ & Dei honorificentiã proteſtandã:dominus dicet eis: Recedite à me,non noui vos. Hæc ille. CLERI. Nec ſic minus eſt paſtor vel diaconus, qui minus habet ſcientiæ aut inſuper charitatis,q̃is dicant plures hæc magna requiſita presbytero, in quibus religioſus quiſque præeminet, quòd non oportet, quia tunc exigeretur paſtori bonum habere gradum ſicut opus bonum,quod authoritate Apoſtoli lib.1.contra Iouinianũ.cap.21.negat HIERONYMVS.
3 Epiſcopus†, presbyter, & diaconus non ſunt meritorum nomina,ſed officiorũ: nec dicitur ſi quis epiſcopatũ deſiderat bonũ gradum deſiderat,ſed bonum opus deſiderat,q̃ in maiori ordine conſtitutus poſsit,ſi velit,occaſionẽ exercendarũ habere vjrtutum.Hęc ille.CLERICVS.Hoc totum habet eminenter paſtor inferior,occaſionem.ſ. exercendarum in ſubiecto grege virtutum: religioſus autem omnẽ occaſionem habet vt augeat charitatem,& ne in alia parte parua ſine pœnitentia reſtituente,virtutem perdat acceptam. Tanta regula, tanta vitæ ſeries cui non eſt mirabilis? cuius tanta eſt pro ſeruanda virtute diſtrictio,tanta item cura pro redimendis exceſsibus, vt ſiue vigilando,ſiue dormiendo,loquendo,vel tacẽdo,die,nocte, æſtate, vel hyeme in edendo & abſtinendo nihil fugiat rigoris æquilibram, nihil ſeueritatis prætereat medicinam:idcirco diligenter eos obſeruantes, & non perfuncto riẽ diſcutientes multi rectores plebis laudare præeligunt,quàm guſtare quãdo viuũt.Qualiter ex archidiaconis cleri vnus vir vita & ſciẽtiæ claritate conſpicuus libro.7. ſui Polycrati con.cap.23.SARISBVRIENSIS. Sancti, inquit,ſunt Ciſtertienſes, ſancti ſunt Cluniacenſes monachi, ſancti & canonici regulares. In his ſicut ſtella differt à ſtella in claritate, ſic alij alijs ſunt ſanctiores, quanuis profeſsionẽ profeſsio antecedat, in quauis tamen eorum ſorte qui reperientur, poſſunt ſanctis ſuperioribus adæquari. Planè virginum primus gradus & ſingularis gloriæ titulus eſt in continẽtibus,tamen etiam in coniugatis fortè ſunt ali qui multis virginibus præferendi. Confeſſoribus martyres præferendos,catholica confitetur eccleſia: & tamen nõnullos confeſſores aliquibus martyribus fortè quo ad aliquid nõ verebitur coæquare. Nec eſt quod ſe aliquis ſecularium mei,ſcilicet,ſimiliũ iam dictis profeſsionibus conferat,quia vix eſt,vt quiſpiam talis vel ignauo cœnobitæ poſsit æquari. Si quis è nobis à Septembris idibus vſque ad Paſcha, ieiunet, omni de nocturnis aſsit vigilijs,iugiter abſtineat ab eſu carnium, omnem veneris immunditiam neſciat: horis competẽtibus nunquam deſit aut rarò,& hoc ex iuſta cauſa,ſobrietatis limites non excedat,cautam ponat ſilentij cuſtodiam ori ſuo, & diurnos exceſſus deleat ſatisfactione quotidiana, & quod præcipitur, incunctanter & ſine mora expleat,& non modò verborum, ſed etiã verberum acrimoniam ſufferat patienter, vt corã tondente ſe obmuteſcat: quis non eum virtutis egregiæ & ſingularis meriti hominem admiretur, & cùm reuerentia præconizet tanquam reuera apoſtolicum virum & expreſſum Chriſti imitatorem?Hæc autem licet ſint ignaui,ex neceſsitate tamen faciunt cœnobitæ.Nam in eo à ſtudioſo differũt, quòd illi ex dilectione exercent ea,ad quæ iſti ſtimulo ne

Digitized by Google

ceſsitatis vrgentur, & ſæpe inuiti. Sunt tamen & in habitu communi, quos ſeculares non audeo nominare, cùm nihil ſeculare ſit dicendũ in talibus, niſi q̃ ſeculo nequam amoris fœderantur affectu. Hæc ille. CLERICVS. Sic rimandi ſunt perfectorum actus, qui vitam ex neceſsitate poſsint prædicare perfectam. Clericorum autẽ penè omnia officia ſunt actuoſa ad plebem, non de neceſsitate ſic promouẽtia ſtatim ad meritum, in ordine tamen officij ſupra perfectos religioſos longè conſtituti. Sicut in expoſitione huius ad Ephe. 4. Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos prophetas, alios verò euangeliſtas, quoſdam verò paſtores & doctores AMBROSIVS. Inter alios poſt epiſcopum plus eſſe intelligitur, qui propter reſeratum occultum ſcripturarũ ſenſum prophetare dicitur, quia futura ſpei verba depromit, qui ordo poteſt eſſe presbyterij, nam in epiſcopo omnes ordines ſunt, quia primus ordo eſt. Hæc ille. RELIGIOSVS. Et eſt ne tam iniuſtus dominus, vt magno gradui cum tanto onere in ſummum vſq; repleto minus ipſi imputet meritum, cui tantum prouidit ſub cura laborẽ? Vt quid Paulus laborauit plus alijs? vt quid Iob in tentatione luctatur? vt quid Petrus pro confeſsione filij Dei ſuper omnes p̃ficitur, ſi plus laborans minus merebitur, & ex eo ipſo remiſsius præmium conſequetur? Et ego quidẽ hac conditione clauſtri gradus refugerem, quibus tantò maior ſollicitudo coniungitur, quantò ſuper fratres magis aſcenditur. Sed & Chryſoſtomus olim monachus inter has vitas ita diſcernit lib. 6. dialogorum cũ Baſilio. cap. 7. CHRYSOSTOMVS. Nunc †mihi ſi talem adducas monachum, qualis (vt 4 ſecũdum exaggerationem dicam) Elias fuit, tamen quandiu ſolus eſt, ſi non perturbatur, neque grauiter peccat, quippe qui non habet quibus ſtimuletur atque exaſperetur: non tamen illi comparandus eſt, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulſus, immobilis perſeuerauerit, & fortis, qui ſicut in tranquillitate, ita etiam & in tempeſtate gubernauit ſemetipſum. Et infrà. Equidem non iſta me tui humiliandi ſtudio dicere, hinc quoque expendere potes ſi reminiſcaris crebrò me collocutum tecum fuiſſe. Quoniã ſi quis mihi proponat optionem vbi mallem placere, in officio ſacerdotali, an in ſolitudine monachorum, ſine comparatione eligerem illud quod prius dixi, nec ceſſãbo laudans, & beatos pronuntians eos, qui officium eccleſię bene adminiſtrare potuiſsẽt. RELIGIOSVS, Coram illo loquor, qui corda ſcrutatur, cùm

Prælatorũ merita.

hæc aſpera in vita paſtorum inſpicio, omnes delectationes eorũ, ſi quas dicãtur habere, nõ comparent in carne, ſed transferuntur in ſpiritum, in tantum vt me magis putem delicatè viuere in pane, quàm clericũ in pauone. Quid ſi innocentiorem vitam tranſigat monachus? Et hoc notans Chryſoſtomus quãdiu, inquit, ſolus eſt qui non perturbetur: quippe qui nõ habet quibus exaſperetur: non tamen illi cõparandus eſt qui traditur populis, vnde & opinioni ſuæ dimiſſus mallet placere paſtor, q̃ monachus. Quòd ſi dicat quis Chryſoſtomũ loqui cum cenſura de his, qui egregiè officiũ eccleſiæ adminiſtrant: quid hoc obuiabit dictis noſtris? Nam de officijs loquimur beneactis, non hîc comparamus de culpis. Quanuis autem virtutes laudemus in monacho, & vitia dãnemus in clerico: non tamen inde monachus clerico ſtatu præfertur. Qualiter definit libr. de duabus animabus. cap. 8. AVGV- 5 STINVS. Suggerit †enim animo bene, ſed a- *Laudatum non ſemper præſtat.* nimo ſubijciendo primò non omne quod laudamus omni quod vituperamus eſſe antepo- nendum. Neque enim quia laudo plumbum purgatiſsimum, ob hoc illud vituperato auro purius exiſtimo: in ſuo enim genere quodq; conſiderandum eſt. Improbo iuriſconſultum multas leges ignorantem, ſed eum tamẽ probatiſsimo ſutori ſic præfero, vt ne comparandum quidem putem. Iſtum laudo, q̃ ſuæ artis peritiſsimus ſit, illum autem, q̃ ſuã profeſsionem minus impleat, iure reprehendo. Hæc ille. RELIGIOSVS. In hac linea incedamus, conſiderãtes magis officij debitum, quàm vel hic vel ibi de profeſsione receſſum: in ſuo genere vnumquodq; conſiderandum eſt, quod ſpeciale nuſquam poteſt variare delictum. Optimum ergo vnius generis ad alterius optimum copulantes, facilè decernemus in reli- 6 quis. Sed †quis non attollat eum, qui tot po- *Curatkoḃ ci ſoliti.* pulorum moribus conuerſatus, hos audit ſecum iurgantes, quòd nõ ſit affabilis eis, quòd durus in verbis, q̃ aliis hilaris non ſine nota, alijs rigidus ſine culpa: non ægros viſitãs, pauperes non paſcens, cupidus auri, parcus verbi diuini, frequens in conuiuio, rarus in ſtudio: & ipſe ſingulis factus tanquam mater quæ cõpatitur paruulo verbera eius durè tractanti, nulli inuidet, nulli p̃iudicat: ſed ſi tepidus fuerat, ſi remiſſus in cura, cuncta reuocat ad examen, vt ſine turbatione cũcta cõponat in melius? De quo lib. 5. dicti dialogi. cap. 4. idem CHRYSOSTOMVS. Duorum pariter dicitur eſſe contemptor, inuidẽtiæ videlicet, & liuoris: porrò quæ importuna ſunt mala, quia neceſſe

Digitized by Google

neceſſe eſt eũ ſuggeſtiones irrationabiles ſuſtinere, non directè vereri debet, aut tremere, nec iterum ſine conſideratione deſpicere, ſed etiam ſi falſę ſint, etiã ſi à perſonis vilibus excitantur, celeriter eas, ſi potuerit, tentet extinguere. Nihil† quippe ita vel malam opinionem vel bonam facit creſcere, ſicut vulgus incautum vel inſuetum aliquid vel audire vel dicere: quicquid euenerit, loquitur ſine reſpectu aliquo veritatis. Hæc ille. RELIGIOSVS. Quis cuncta reuoluet, & labores, & dolores, vigilias, & ſollicitudines, & curas, quas præpoſitus ſine reſpectu patitur in plebe? Etenim dicit ibi CHRYSOSTOMVS. Eum qui cum hoc propoſito docendi aſſumit officiũ quas curas, & quos pati arbitraris dolores? ſicut em̃ mare nunquam immotum poteſt videri, ita nec illius animus, vel ſollicitudine vacuus, vel dolore. Hęc ille. RELIGIOSVS. Quis iſta arbitretur cõtingere culpa paſtoris, quæ tot ſancti patres pene omnes diebus ſuis paſsim & ubiq; omnium locorum euenire queruntur? Et propter quæ beatus Paulus Theſſalonicenſium plebem monet dicens: Rogamus vos autem fratres, vt noueritis eos qui laborãt inter vos, & præſunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis eos abundantiùs in charitate propter opus illorum, pacem habete cum eis. 1. Theſſalo. vlti. vbi tangit presbyteros minores in plebe quomodo ſuſcipiãtur à plebe eis ſubiecta. In libro annotationum ibi HIERONYMVS. Presbyteri qui laborant in verbo, dupliciter honorãdi ſunt, id eſt, charitatis obſequio, & ordinis dignitate. Hæc ille. RELIGIOSVS. Turbaturam ergo plebem compeſcuit Paulus erga rectores monens propter opus eorum pacem habere cum illis, & vt facilè obſequerentur eis de victu, noueritis, inquiens, eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis in domino, vt habeatis eos abundãtiùs in charitate. AVTHOR. Ab his omnibus vacuum pectus gerit antra clauſtri fouens in abditis. CLERICVS. Placerent iſta, ſi firma forent, & ſolida, ſed qui virtutum alta diſcernũt, aliud ſciunt eſſe virtutis perfectionem, aliud probationem, vel gratiam: ſicut aliud eſt aurũ eſſe, aliud fulgere, vel probatũ eſſe. Inter aſpera vir probatus eſt fortis, non tumefactus. Et caſtitas eſt eo laudabilior, quo inter aduerſa conſtantior. Facilè ſuadetur, quòd caſtitas cõiugalis eſt fortè tantò melior virginali, quãtò magis inter multas preſſuras carnis, amicorũ, cõiugum, propinquorum neceſsitudines, mũdi motus & petulantias carnis & ſpiritus irretita bellatur, à quibus omnibus virginalis pudor abſoluitur. Et eo melior prædicatur ab Apoſtolo, & hic, & in futuro. 1. Corinth. 7. De virginibus præceptum domini nõ habeo, cõſilium autem do, tanquam miſericordiam cõſequutus à domino vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Sequitur. Si nupſerit virgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Vbi litera Ambroſij ponit primò bonum poſitiuè, ſecundò ſuperlatiuè optimum ponit. AMBROSIVS. Exiſtimo† ergo hoc bonum eſſe propter præſentem neceſsitatẽ ait, quia optimũ eſt homini ſic eſſe. Bonum dixit eſſe virginem permanere. Et vt abſolutiùs oſtenderet propter præſentem neceſsitatem ait, quia optimum: inter bonum & optimum nihil tam præclarũ atq; vtile eſſe cognoſceretur, quàm eſt virginitas: quia non ſolùm apud Deum virginitatem cõmendatiorem docet, ſed apud vitam præſentem: dum neceſsitates tẽporis neſcit, quas patitur coniugatio: & mœrores partus, ſimulq; orbitates filiorum ignorat. Vt ergo ad hanc affectandam hortaretur, præſentis neceſsitatis exitii lucrari docet has, quæ illam dilexerint, vt non ſolùm apud Deum locũ hac meliorem habere diſcant, verũ etiam in omni induſtria hanc expectarent. Hæc ille. CLERICVS. Ecce bonum eſt propter neceſsitates p̃ſentes virginem eſſe, & anxietatibus, quibus coniugatus implicatur, carere: nec tantùm, ſed & propter eas vitandas, & præmium conſequendum pinguioris aureolæ non tãtùm bonum, ſed optimum, id eſt, maioris perfectiõis ſimpliciter apud Deum & homines. Sic enim Apoſtolus parcere nobipſis hortatur, ne tribulationes ſuſtineamus gratis, non ad incrementum coronæ: & Ambroſius non ſolũ, inquit, apud Deum locum meliorem, verum etiam in præſenti virgines in hoc ſe diſcunt habere, quàm coniuges. Continentia ergo non eſt perfectior, eo quòd verſatur inter plura pericula & moleſtias huius mundi, ſed optimũ eſt eas fugere, ſicut Paulus fugit vt fugit Teclã Antiochię. Vnde & ſuper illum locum HIERONYMVS. Bonum eſt & ſollicitudinibus huius mundi carere, & virginitatis præmium expectare. Hæc ille. CLERICVS. Si non audiamur in continentiæ duplicitate, Pauperitas† ſimplex eſt quæ licet inter diuitias mente retenta poſsit eſſe mirabilis, perfectum tamen non reddit hominem, donec venditis omnibus relinquat vacuum poſſeſſorem, ne ſine cauſa dixiſſet Saluator: Si vis perfectus eſ-

Virginum bona.

ſe,vade,& vende omnia quę habes,& ſequere me. Abraham diues erat,& animo pauper ꝓpter Deū. Iob quoque, qui inter diuitias fuerat,ſequēs probauit rerum penuria. Mirabilis vtriuſq; inter mūdi diuitias propter Deū,opū contemptus,ſed præter vtrunq; inops Petrus perfectus,qui iuſſu Chriſti cuncta dimiſit. Sic intelligo cōparantē Auguſti. de ipſo Iob lib. de moribus eccleſię verſus finē. AVGV. Neq; illum morabor virum,à quo in magnis crucia tibus corporis,& horribili tabe mēbrorū non modò ſuſtinentur humana, ſed etiam diuina diſputantur: in cuius ſingulis vocibus elucet ſi quis ęquo animo attēdat quanti pendēda ſint iſta, quæ cū volūt homines per dominationē tenere,ab ipſis potiùs per cupiditatem tenentur,& rerum tēporalium ſerui fiūt,cū imperitè domini eſſe deſiderant. Amiſit nāq; omnes diuitias, & factus repente pauperrimus tā inconcuſſum animū tenuit,& infixū Deo,vt ſatis demōſtret non illas ſibi fuiſſe magnas, ſed ſe illis ante Deū. Quo animo ſi eſſe poſſent noſtri tēporis hoīes,non magnoperè in nouo teſtamēto ab ipſorū poſſeſſione prohiberemur vt perfecti eſſe poſſemus. Multò eſt enim mirabilius nō inhærere illis q̄is poſſideas,quàm oīno eanō poſſidere. Hæc ille. CLERI. Attēde quid dicat eſſe perfectius & mirabilius. Perfectius eſt omnia relinquere,quàm aliqua poſſidere. Mirabilius eſt eis, aliqua poſſidere, ſed nullo animo inhærere. Omnia relinquere, ſecundū perfectionē euangelij poſſent modò homines,ſi eis adhuc poſſeſsis mirabilius non hærerent. Primū agunt religioſi deuoti fugiēdo ſeculū cū rixis ſuis & iurgijs implicamenta carnis & concupiſcētiæ,remoti à turbis & fœminis. Secundò ducūt clerici immiſcēdo ſe cū ſingulis,inhęrēdo aūt & inficiēdo ſe nullis. Planè vita clericorū mirabilior,ſed vita religioſorum perfectior. Illa fulgētior,iſta ſecurior. Caſtitas Ioſeph magis effulſit quādo luctabatur cum domina, nec tamen ante minus perfecta virtus,nec pòſt, quādo ſine lucta tutū ſe clauſit in carcere. Placentior tñ erat & gratior caſtitas eius quando ſplendebat forinſecus, ſed pòſt vel antè p̄tij non minoris. Gratiùs inter multos hæreticos hoſtes fidei eccleſiaſtici arguentis & vincentis ſplendet ſapientia quę in arcta pectoris celebratur,nec prędicabatur ante perfecta. Hoc ergo,data optione,eligibilius eſſe poſſet, in quo gratior fieret aliquis, magisque placeret quanto honorari pro virtute: quàm habere virtutem ſimpliciter eſſet eligēti accepti⁹. Hoc aūt dico, ꝙ virtus modica interdū magis placet cū fulget exteriùs. Prima magis erat grata Chryſoſto. cùm adhuc iuuenis erat, & tam religioſæ quàm clericalis vitæ non ſatis expertus: ſecundā in altis votis habuit epiſcopus: prout in expoſitione ſua ſuper Ioan. Mora. 78. dicit ipſe CHRYSOST.
10 Qui† ſunt monachi (ait) & qui vertices montiū aſſumpſerunt,neq; illi ſine amicis ſunt,ſed eos quidē,qui in foro ſunt, fugerūt tumultus. Multos autem habēt vnanimes, & certiſimè ſibi inuicē colligatos. Nam ego vellem quidē, ſi eſſet poſsibile,cōuerſari vobiſcum viciſsim, quia viderem. Manent tamen quæ amicitiæ ſunt immobilia,non enim locus facit amicos. Hæc ille. CLERI. Hæc ergo ſancta religioſorum vita & conuerſatio multùm optabatur à iam epiſcopo Chryſoſtomo & magno patre eccleſiæ tanquam ſibi vtilis, Deo grata,& angelis tantùm,ſi eſſet ita poſsibilis. Prima tamē clericorum in laudem Dei multùm proficit in huius vitę hominib⁹. De cuiuſmodi miniſtris Chriſti iuſsit Apoſtolus. Et hi probentur primùm,& ſic miniſtrent. Super quem locū primo de officijs cap. 30. AMBRO. Aduertimus quanta in nobis requirantur, vt abſtinens ſit à vino miniſter domini, vt teſtimonio bono fulciatur,nō ſolùm fideliū, ſed & ab ijs,qui foris ſunt. Decet enim actuū operūq; noſtrorū teſtē eſſe publicam exiſtimationem, ne derogetur muneri. Et qui videt miniſtrum altaris congruis ornatum virtutibus,authorem prędicet,& dominum veneretur, qui tales ſeruos habet. Laus enim domini vbi munda poſſeſſio, & innocens familiæ diſciplina. Hæc ille. CLERICVS. Propter honorem Dei publicum placet multùm officiū clericale, & Deo, & populo,qui in honeſtate miniſtrorum altè plaudit in dominum. Arduum quid inter tot turbarum flatus vel paruum cereū inextinctū perferre: & multò grauius apud homines inter tot turbines plebium, cauſas carnis & tumultus innumeros iurgiorum per faſces patiētię,caſtitatis,humilitatis, doctrinæ inextinctum gerere clericatum: ſed ſi hoc inter homines,quid erit inter dæmones, contra quorum tam fortem luctam ſentiat ſe vim habere nul-
11 lam? Denique† religio contra dæmones bellū aſſumpſit acerrimum: prout epiſtola ſua ad Demetriadem virginem ſanctam præmonebat HIERONYMVS. Si ſpiritus,inquit,poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum non dimittas,quia in procinctu, in acie ſtamus ſemper ad pugnam,vult nos loco mouere hoſtis,& de gradu extrudere, ſed ſolidanda veſtigia ſunt & dicendum: Statuit ſupra petram pedes meos. Et multū infra. In Iob ſcriptum

Digitized by Google

ptum eſt de dracone: Virtus eius in lumbis eius,& fortitudo illius ſuper vmbilicum vētris. Aduerſum iuuenes & puellas ætatis ardore abutitur,& inflammat rotam neceſsitatis noſtræ:& impleuit illud Oſee . Omnes adulterā tes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente . Sic ſunt corda eorum,quæ Dei miſericordia & ie iuniorum frigore non reſtinguntur : hęc ſunt ignita diaboli iacula,quæ ſimul vulnerant,& inflammant, & à rege Babylonis tribus pueris præparantur, qui ſuccendit fornacem.49. cubitorum habens,& ipſe.7. hebdomadas ad perditionem , quas dominus obſeruari iuſſerat ad ſalutem . Hæc ille. CLERICVS. Nec ad cauſam carnalis concupiſcentiæ tantū ſpargit horrenda tela Leuiathā inter ſanctos , ſed vt tu credas expertis, lege ſanctum Antoniū, Macharios , itē Paulos, Moyſen, Caſsiani inſuper collationes,quas deſperationes, quas elationes mentis , quos terrores immittit , ſenſuum illuſiōes,& cordis intimi ſcelera improuiſa. Vt autem ad Hieronymum reuertamur, ipſe ex perſona religioſi dicit: Nos in procinctu & in acie ſtamus. Cur hoc ? quia non ſtamus cum populo.Qui vltra populi perfectionem præcurrit, primorum ictuum violentias tolerat fortiores. Concordat Hieronymus ad ſenſum verbi præter hoc,quòd in acie prælatos ponit vnà cum populo: ante aciē aūt religioſos viros libro.regiſtri epiſtola . 40. ad Secundianum incluſum GREGORIVS. Nec dubito maiores te hoſtis callidi inſidias perpeti , qui maiora contra eum bella præparaſti. Tantò quippe ille deceptionis molimina ardentiùs exquirit,quanto te cæleſti patrię fruē tiùs inhiare cognoſcit.Nos enim qui vitam cū pluribus ducimus,& ſi formidoloſi,ac timidi, tamen quia antiquum contra hoſtem bellum propoſuimus,quaſi in acie ſtamus:vos autem qui ſolitariam vitā ducitis,quid aliud,q̄ monachos dixerim? qui feruore virtutis etiam ante aciem exire feſtinatis.Cur ergo eum non ſingulariter hoſtis impetat,à quo ſe impeti ſingulariter expectat?Et nos quidem, qui inter homines viuimus,ſępe per homines à callido hoſte impetimur. Vos autem,qui viam vitæ præſentis extra hominum præſentiam ducitis,tātò maiora certamina pati neceſſe eſt , quantò ad vos ipſe tentationum magiſter audentius accedit.Hæc ille.CLERICVS.Nos ergo,qui clerici ſumus,non nobis blandiamur de meritis propter importunas vexationes hominū, & curas regiminis:ſecūdo gradu nos religioſi præeunt in conflictu q̄diu cum hominibus viuimus:ſicut dixit Grego.de noſtris . Nos qui vitā cū pluribus ducimus,quaſi in acie ſtam⁹. Et itē Homi.23.ſuper Ezech.GREGO.Quia eñ q̄diu in hac vita viuimus cōtra malignos ſpiritus quid aliud q̄ in acie ſtamus ? Hæc ille. AVTHOR. Sed vos, quos monachos dixerim,ante aciē exire feſtinatis , & itē tantò vos maiora pati neceſſe erit,quātò ad vos ipſe magiſter tentationū audentiùs accedit . Nos per hoīes à callido hoſte impetimur,vos item per nūtios eius iugiter & ſine nūtio(quod vix eſt tolerabile)per ſeipſum. Nō à ſeipſo hoc ait pater Gregorius,ſed magis corde recogitās quid Apoſtolus inter has duas conflictationes decreuerit ad Ephe.6.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem , ſed aduerſus principatus,& poteſtates, rectores tenebrarū harum.Non eſſe colluctationem carnis & ſanguinis dixit,non quia non ſit,ſed quia non ſit principalis contra nos, ſed admodum exigua in comparatione ſequentis , quæ eſt aduerſus principatus, & rectores tenebrarum, & homi num tenebris obtectorum. Vnde ſermone.8. de verbis domini AVGVSTINVS. Non eſt vobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.i.aduerſus homines, quos videtis ſæuire in vos. Vaſa ſunt,vtitur alius : organa ſunt, alius tāgit. Immiſit diabolus in cor Iudæ vt traderet dominum. Et infrà. Dilectoribus ſuis & infidelibus plenus eſt mundus . Hos appellat Apoſtolus tenebras , harū rectores diabolos & angelos eius.Hæc ille CLERICVS.In annotationibus ſuper hunc locum ANSELMVS.Non contra homines , qui viſibiles , & fragiles ſunt,vel contra illa vitia tantùm,quæ ſunt de carne & ſanguine, ſed aduerſus dęmones,qui principant alijs,& ſuper hos poſſunt, qui mundanos regunt vt rectores mundi tenebrarum harum tā malarum.i.quos præcipi tant in tenebroſa opera.Hæc ille. CLERIC. Hic conflictus,hoc prælium , hæc eſt violētia belli: qui de duris queritur ad religionē accedat:nō de hoībus multū dicat, quos videt, ſed de rectoribus eorum,quos non videt.Has luctas & virtutum labores non diſtulit laudare in expoſitione ſuper Matth. opere perfecto Homi.8. dictus pater CHRYSOSTO. Hæc bella non in ciuitatibus ſolùm ſunt, ſed in eremis magis,q̄ in ciuitatibus eſt videre vbiq; regionis illius quendam exercitum, & regalem gregem,& ſuperiorū virtutū vrbanitatem , & hæc nō in viris ſolùm,ſed & in mulieribus no tanter eſſe effecta inueniet aliquis.Etenim nō minus viris præliantur,non ſcutū aſſumentes & aſcendētes equū quēadmodū honeſti Græcorū legiſlatores & philoſophi iubēt,ſed aliud

multò difficilius ſuſcipientes prælium: commune enim eis & viris eſt bellū ad diabolū, & poteſtates tenebrarū: & nunquā naturæ mollities impedimentum fit talibus cōflictationibus. Nō enim corporū natura, ſed animæ dilectione hæ colluctationes geruntur: propterea & mulieres viris magis certauere multotiens, & præclara trophea ſtatuerūt. Non ita eſt fulgidū cælū vario ſtellarū choro vt eremus, ęgypti tabernacula vndiq; nobis monachorū demonſtrās eſt. Sequitur. De cælo, & de his qui pro cælo ſunt philoſophantur rebus, & deridēt paternales conſuetudines, & progenitores miſeros exiſtimāt, & philoſophorum nullā habēt curā. Didicerūt enim ex rebus iſtis, ꝙ quæ illarum ſunt, vetularū ebriarum ſunt inuentiōnes: harū vera aūt philoſophia & cælis digna ipſa eſt, quæ per piſcatores ipſis eſt annuntiata. Propterea & poſt multam diligentiā dogmatū & multum vitæ propriæ demonſtrant ſtudiū. Exiſtētia eī omni exuti & mūdo omni crucifixi, & rurſus vltrà procedunt corporis operatione, & ad indigentiā cibo vtētes. Neq; eī quādo ieiunant & vigilāt vacare poſt diē dignū exiſtimant, ſed noctes quoq; ſacris hymnis & vigilijs, dies autē in orationibus & manuū operationibus conſumūt, apoſtolicum imitātes zelū. Si eī ille orbe terrarū ad ipſum reſpiciente vt indigētes cibaret, & ergaſterium aſſumpſit, & artem adeptus eſt, & neq; noctibus hoc faciens, dormiebat: multò magis nos, qui eremū aſſumpſimus, & nihil cōmune ad tumultus ciuitatum qui in eremis nō ſunt, habemus, in operatione ſpirituali immorari iuſtum eſt. Hæc ille. CLERICVS. Nemo ergo putet iſtos ſanctos & eorum colluctationes cum diabolico principatu & omni ſeculo veniſſe in obliuionem coram Chryſoſtomo, nec pugnas ſpiritualium clericorū in medijs plebibus cum carne & ſanguine iſtis appoſito cōparare. Fidelis itē laborum libtator & rerū, hinc religioſorum actus & ſudores priuatos, hinc clericorū officia publica bene perpendens, ſimul diſtinguens eorum laudes, & cōtra ſuperſtitiones Manichæorū eos adducens in lib. de moribus eccleſiæ verſus finē primo narratione ſua de religioſis complens, & ad clericos tranſiens ſic ſcribit AVGVSTINVS. Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc inſtitutum ſi laudare velim, neq; dignè valeo, & vereor ne iudicare videar per ſeipſum tantummodo expoſitum placere non poſſe, ſi ſuper narratoris ſimplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero. Hæc Manichæi reprehendite ſi poteſtis. Nolite cæcis hominibus & diſcernere inualidis oſtentare veſtra zizania. Neq; tamē ita ſeſe anguſtè habent eccleſiæ catholicæ mores optimi, vt eorū tantū vitas quos cōmemoraui arbitrer eſſe laudandas. Quàm eī multos eposoptimos viros, ſanctiſsimosq; cognoui, q̄ multos diaconos, & huiuſcemodi miniſtros presbyteros diuinorū ſacramentorū, quorū virtus eo mihi mirabilior & maiore prædicatione dignior videtur, ꝙ difficilius eſt eā in multiplici hominū genere, & in ipſa vita turbulētiore ſeruare: nō enim ſanatis magis quàm ſanandis hoibus p̄ſunt. Perpetiēda ſunt vitia multitudinis vt curentur, & prius tolerāda quę ſedāda eſt peſtilētia. Difficillimū eſt hic tenere optimū vitæ modū & animū pacatū atq; tranquillū: quippe vt breui explicem, hi agūt vbi viuere diſcitur illi, vbi viuitur. Hæc ille. CLERICVS. In quo narrationis ordine religioſos veros tāto laudum extollit præconio, vt ſi laudare velit, haud dignè valeat, & vereatur iudicare eorū cultum ſimpliciter expoſitum non poſſe per ſe ſufficere, niſi ipſe cothurnum laudatoris apponeret. Tandem tot ſanctiſsimos infert epiſcopos, ſacerdotes, diaconos, & miniſtros, quorum virtutem eo mirabiliorem prædicat, quo in tanta varietate hominum inter quos nunc viuunt ad obſeruandū fuerit diſtrictior. Firmiter prædicat primos in faſtigio ſanctitatis & vltra valentiam ſuæ laudis, poſteriores ſanctos prędicandos oſtendit, & vita mirabiles quos dixit ibi agere vbi viuere diſcitur: illos priores vbi viuitur, quia hi agunt vbi ſanādis magis hominibus quàm ſanatis præſunt illi priores. Vbi Manichæi tales mores, talem vitam, talem ordinem, tale inſtitutum inueniunt quod reprehendere nihil poſſunt. Nihil hic comparationis ſecundorum ſuper primos innuitur, tantum hos eſſe vita mirabiles inter mundi delicias, ſicut erat Iob inter diuitias non tamen perfectus cū Chriſto & Apoſtolis. Hos autem tota perfectos vita & eminenti ſanctitate præclaros. Sic itē Chryſoſtomus vbi de vita ſanctorum religioſorum & clericorum mentionem facit. Nihil autem de officijs. Sanctos ſanctis comparat, hos illis cō ferens ſecundum hanc vel illam virtutem, hos illis æquiparans. Vnde in expoſitione ſuper primam epiſtolam ad Timotheum. Mora. 14

12 CHRYSOSTOMVS. Laici† quidem & die dormiūt, illi verò. ſ. monachi & noctè vigilāt, & verè filij lucis ſunt. Demū illi tēpus cōſumētes à ſomno procedūt grauati, hi verò adhuc vigilāt ieiuni permanentes hymnis attēdētes. Veſperi rurſus aſſurgente, hi quidem balneis &

Digitized by Google

& remiſsioni ſtudent: illi autem laboribus potientes ſeipſos tunc menſæ tradunt, nō famulorum multitudinem exigentes, neq; circuncurrentes domum, neque tumultuantes, neq; pulmenta pretioſa apponentes, ſed hi ſolum panem & ſal: hi verò holera apponentes, hi quoq;, qui imbecilliores ſunt, & leguminibus potiuntur. Deinde parum ſedētes, magis autē hymnis totū cōcludētes quieſcūt vnuſquiſq; in ſecreto & ſtrato ex ramis ſolū ad requiem facto, nō ad laſciuiā. Nō eſt timor principum illic, nō ſunt dominatorū minæ, nō eſt ſeruorū, non eſt mulierum tumultus, nō eſt filiorū turbatio, nō ſeculariū multitudo: nō eſt veſtimentorū depoſitio ſuperflua, non aurū neq; argentū, nō ſunt cuſtodiæ neq; præcuſtodiæ: nō ſunt prōptuaria, nō aliud quid tale: ſed omnia ratione plena ſunt, omnia hymnis, oīa bona adornatione ſpirituali. Nihil illic carnale: latronū incurſus non formidant: non enim habēt quo damnificentur, pecuniæ non ſunt, corpus eſt & anima: ſi hæc auferant, non dānificantur, ſed iuuantur. Mihi aūt ait Apoſtolus viuere Chriſtus. & mori lucrū eſt. de morte eorū, ſequitur. Hi nō moriuntur: eos qui abierūt præmittunt hymnis: præmiſsionē hoc tale vocant, nō ablationē, & ſi annūtietur qm̄ ille defunctus eſt, multa lętitia, multa delectatio: nec audet quis dicere quoniam ille defunctus eſt, ſed ille profectus eſt, vel ille dormiuit. Demū gratiarū actio, gloria multa lætitiaq; eſt vnoquoq; orante finem talem ſuſcipere, agonem hunc exire, requieſcere à laboribus, & videre Chriſtum. Et ſi infirmauerit quis, non lachrymæ, non luctus, ſed orationes. Rurſus nō medicorum manus, ſed fides ſola multotiēs eripuit infirmum. Si medico opus fuerit, multa & hic philoſophia, multa patientia. Tandem concludit infrà. Sed num & in eccleſijs eſt tales inuenire? Num quia illorum vitā enarrauimus, eos, qui in eccleſijs ſunt, contemnimus? Multi multotiens & in medijs eccleſijs ſunt. Non enim quia domos circuneunt, non quia autem in forū immittunt, non autē quia præſiſtunt, contemnimus eos, ſed Deus iniunxit: Iudicate ait orphano, & iuſtificate viduā. Multæ virtutes hominū, & quemadmodum margaritarū multa differētia, & nimirum oēs margaritæ dicuntur, ſed hæc quidem eſt clara & rotunda vndiq;, alia verò hāc quidē habet pulchritudinē, alia verò aliam. Quidā autē habent velut à quadam arte corallum, longā habet lineā, & angulos tornatos, & albo colore alium iocundiorem. Praſum autem rurſus, id eſt, viride, omni viriditate iocundius. Alia verò ſanguinis floriditatē excedit bono flore, alia vero magis azura: alia verò purpura luculentior, alia multos flores, ſed & ſolis calores inueniet quis vtique, & tale quid, & hi ſancti quidem ſeipſos exercitant, hi verò & totas eccleſias. hæc ille. RELIGIOSVS. Hoc vltimū eſt, quod tantū me ſtimulat. Sancti monachi ſeipſos exercitant, ſancti verò clerici plenas eccleſias. Regiones albæ ſunt ad meſſem, & clerici demetunt eas. Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Et Dionyſius deſcribit presbyteros, qui ad ianuas doceāt monachos non nudam plebeculam: clerici ergo monachis magiſterio eminēt & per cōuerſam antipodū formā diſcipulos monachos ſtatuis eminere magiſtris. Hieronymus ipſe ſacerdos & monachus dicit, q̄ monachus non doctoris habet ſed plangentis officium, qui vel ſe, vel mūdum lugeat, & domini pauidus præſtoletur aduētū. CLERICVS. Siſte pauliſper gradum: & quanquā in noſtra totos vibras intuitus, tamē oculi tui videant æquitates. Video quòd ad conuiuiū veniens charitatis, longè citra meritum, & in nouiſsimo loco elegiſti recubitum. Nec deerit in eccleſia clericorum, qui humilitatis tuæ vices expendat, & dicat. Amice aſcende ſuperius, vt ſit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Humiliauit te valde verbum Chryſoſtomi, quòd religioſi ſe ſolos exercitāt: clerici totas eccleſias. Hoc publicum eſt. Monachi ſibi viuunt, clerici pleno mundo, ſed hoc intellige quantum ad id, quod foris patet: verū omnis gloria filiæ regis abintus: & ſicut dicit apoſtolus ad Coloſſenſes fideles. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cùm autē apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Et quanquam viuitis in ſecreto: ita & cor hominis quod tamen eſt principium vitæ toti ſuppoſito: ita & vos in latebris corporis Chriſti viuitis omni mundo. Vnde lib. 7. de reconciliatione. GREGORIVS NAZIANZENVS. Deſiderabam enim intētis & pendētibus oculis, requirebā videre cupiens ſanctū illum pſallentium chorum gloriam offerētium Deo in eccleſia: cupiens aſpicere illos, qui in lege dñi meditantur die ac nocte: & exultationes Dei ſunt in gutture eorum, qui ad exemplū & cōmunionē melioris vitæ cæteris omnibus viuūt, legis Dei atque euangelij Chriſti taciti prædicato-

13 res: in † quibus quoq; ipſe habitus prefert virtutum inſignia: hirſutum caput, incomptis & horrentibus comis, & quantum ſufficit atton ſis: pedes nudi, & apoſtolicis ſimiles, indumēti vilitas arrogantiam ſeculi ſuperbiam̄que contem

Habitus religioſorum quorundā.

Digitized by Google

contemnēs:zona ipſa ſui neglectu pretioſior parum quid cohibens veſtimenti quantū eua gari non ſinat, nō vltima ſaltem mēbra denudet. Inceſſus ordinatus, Oculus non oberrās, nunquā ridentes, ſed placidè ſubridētes, & magis vt intemperantiā riſus cohibeant, & cōpri
Sermo. mant ſubridēdo. Sermo cū ratione prolatus, aut ſilentiū verbo pretioſius. Laudādo non nimij, & quantū adhortationi ſufficiat magis, q̄ adulationi. Increpatio collaudatione gratioſior. Triſtitiæ mēſura iuſtiſsima, vel certè cōmodiſsimū ex vtroq; tēperamentū, lenitas cū auſteritate, libertas cū verecūdia: ita vt alterū nō impediatur ex altero, ſed alterum ornetur ex altero. Miſceri turbis, & ſecedere ad ſecretum, vtrunq; agere cum menſura: vt in altero cæteris conſulant, qui ex eorum viſione proficiunt: in altero per ſpiritum ſanctum illuminentur, & illo hominibus: hoc Deo iungantur. Hæc ille. CLERICVS. Attendite diligentiam ſancti patris, & magnam ſollicitudinem in deſcriptione ſanctorum iſtorum in moribus & ſacris obſeruantijs: inter quas aſſerit, q̄ ad exemplum & communionem melioris vitæ cæteris omnibus viuunt, & ad finem hoc declarat, dicens, eos miſceri turbis, & ſecedere ad ſecretum: primum facientes, vt cæteris conſulant, qui ex eorum viſione proficiunt, non tantū laicis, ſed & clericis: ſic enim prædixit, q̄ cæteris omnibus viuunt, Secundum agunt, ſecedendo ad ſecretū, vt illuminationes diuinas aptè percipiant. Nempe & quantum ibi mundo proficiunt, morali. 78. ſuper Ioannem non tacet ipſe CHRYSOSTOMVS. Et ipſi inquit rurſus pro vniuerſo orāt orbe terrarum, quod maximum dilectionis eſt argumētum. Hæc ille. CLERICVS. Quod dicis clericos monachis prædicare, & eos verbi Dei præferri magiſterio: vnum attende, q̄ non omnis in officio verbi eo præfertur auditori ſuo ſecundū perfectionē ſtatus aut vitæ. Nempe docuit apoſtolus Timotheum, q̄ ſi qua vidua aut filios aut nepotes habeat, diſcat primùm domum ſuam regere: in qua item filij & filiæ virgines regendi & docendi intelligendi ſunt. Nec ideo poteſt virginibus vidua mater ſtatu præferri. Et perfectione presbyter præſente epiſcopo prædicat verbum Dei. Vnde epiſtola ad Nepotianum presbyterum de vita clericorum HIERONYMVS. Peſsimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere preſbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui, quaſi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et ſi alij, inquit Paulus, fuerit reuelatum ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcant, & omnes conſolentur. Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt. Non enim diſſenſionis eſt Deus, ſed pacis. Gloria patris eſt filius ſapiens. Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo, cùm teles Chriſtus elegerit ſacerdotes. Hæc ille. CLERICVS. Presbyter ecce docet præſente epiſcopo: imò officio Chriſti fretus docet epiſcopum. Sic habuit textus Pauli in dicto Hieronymi. Poteſtis per ſingulos prophetare vt diſcant omnes & conſolentur. Nemo tamen ex hoc præferet magiſterio ſacerdotem epiſcopo. Et quotiens videmus epiſcopū ſuis coēpiſcopis prædicantem? nec tamen præſumit ex hoc eis eminere perfectione vel profeſsione vitæ maioris. Velut libro ſuo de obſeruantijs epiſcoporum. AMBROSIVS. Epiſcopus ſacerdotibus, antiſtes pontificibus audacter prædicare ſalutis omnia non retardabo. Nec in prærogatiuam mihimet ſcientiæ ſi hoc meis conſacerdotibus charitatis intuitu prorogem vendicabo, aut vitæ perfectæ me eſſe fatebor cùm de vita perfecta alios moneo, ſed potius cum hoc ad illos loqui audebo, ſimul cum illis quæ loquar audiam. Hæc ille. CLERICVS. Ne ergo putes aliud facere ſacerdotem cū religioſos doceat niſi quod ad officium ſpectat, nec ſe præponēs eis quos docet vel adæquans. Religioſus autem officio verbi fungens multos docet ſimul presbyteros atque plebes, quorum nulli ſupereſt aut præeſt in ratione magiſtri. RELIGIOSVS. Non quia docent tātum, ſed quia prę ſunt vt patres officio verbi atque curæ. Sic enim dignabatur eos patres appellare Hieronymus. Clerici inquiens monachorum patres ſunt, & non tantùm patres, ſed iudices. In epiſtola ad Heliodorum. HIERONYMVS. Alia monaſtica, eſt alia clericorum. Clerici oues paſcūt, ego paſtor. Illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris ponitur ad radicē, ſi munus ad altare non defero. Non poſſum obtendere paupertatem, cùm in euangelio anum viduam duo, quæ ſola illi ſupererāt, æra mittentem laudet dominus. Mihi ante preſbyterum ſedere non libet. Illi ſi peccauero licet me tradere Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Hæc ille. RELIGIOSVS. Illi ergo reuerenter aſſurgo, ante quem ſedere non licet. Illi cum omni tremore defero, cui licet me, ſi peccauero, tradere Satanæ. CLERICVS. Et meritò tanquam gradu dignitatis & officio excellenti ſi iam non de officio tractandū eſſet, ſed de vitæ merito, quæ iā ſuprà lōgè diſtinximus.

Digitized by Google

ſtinximus.Et q̄ præſunt clerici, ad officiū videtur ſpectare,nō ad ordinē.Officium,inquā, cuius ipſi ſunt mēbra, pater epiſcopus plenū corpus.Vnde vt in politicis dici ſolet,œconomia (quæ regimē domus eſt) ad domū ſuā facit reſpicere.Domus eccleſia Dei eſt, vir eius epiſcopus.vnde & Paulus.1.Timoth.3.admonēs eum & epiſcopalis officij: vt ſcias,inquit, quomodo oporteat te in domo Dei cōuerſari,quæ eſt eccleſia Dei viui,colūna & firmamētū veritatis: hæc eccleſia inquantū ſponſa eſt ep̄i.Vñ in ep̄la ad Oceanū de vnius vxoris viro.HIERO.Quidā coactè interp̄tantur vxores pro eccleſijs, virosq; pro ep̄is debere accipi,& hoc in nicæna quoq; ſynodo à patribus eſſe decretū legimus,ne de alia ad aliā eccleſiā epiſcopus transferatur,ne virginis paupercule ſocietate contēpta, ditioris adulteræ quærat amplexus,vt quomodo culpa &vitium in logiſmis.i.in cogitatiōibus accipiturdomusq; penſatio ad animū referatur & corpus,ita & vxores pontificum dici eccleſias,de quibus in Eſaia ſcriptū eſt: Mulieres properantes de ſpectaculo venite. Nō enim eſt populus habens intelligentiā.Hæc ille.CLERICVS. Solus ergo epiſcopus vir eſt eccleſiæ, & eccleſia vxor eius. Cęteri qui ſi ſint mei ſimiles ſeruiētes plebibus ipſi tāquā filij cēſendi ſunt ep̄i, & ei obſequētes,quēadmodū filij Aarō patri ſuo magno pōtifici. Vñ in epiſtola ad Euagriū, quid presbyter & Diaconus differāt. HIERO. Vt ſciamus traditiōes apoſtolicas ſumptas de veteri teſtamēto,quod Aaron, & filij eius cæteri quia leuitę in tēplo fuerūt,hoc ſibi ep̄i,& preſbyteri,& diaconi in eccleſia vendicēt. Hæc ille.CLERI.Si hoc ep̄us quod Aaron: ſi quod filij eius hoc presbyteri: & hoc diaconi quod leuitæ: omne noſtrū miniſteriū vnū eſt, cum actu patris epiſcopi, lege leuiticū & hiſtorias, offerebat pontifex,presbyteri detraxerūt pelles,& leuitæ ligna cædebant, & vaſa mundabāt.Nō ergo duo miniſteria, ſed vnum ep̄i & minoris presbyteri. Vñ ep̄la ad Nepotianum de vita clericorū.HIERONY.Quod Aarō & filios eius,hoc eſſe ep̄m & presbyteros nouerimus:vnus dñs,vnū templū,vnū ſit etiā miniſterium.Hæc ille.CLERI. Non ergo duo ſed vnum miniſteriū plenum à principio,ſicut vna domus ex viro cōſtat & familia. Ariſtoteles ipſe dicit miniſtros domus organa animata quę cuncta agunt ſolius domini poteſtate. Quia ſi pecten poſſet pectinare de ſe,aut plectra citharizare per ſe, neceſſe eis nō aderit architectus:idcirco organa dicūtur, quæ omnia operantur cū toto.Sūt em̄ membra in toto & organa capitis eccleſiæ,q̄d eſt ep̄us. Vñ lib.2. de officijs verſus finē. AMBRO. Ep̄us vt mēbris ſuis vtatur,clericis:& maximè miniſtris q̄ ſunt verè filij. Quē cuiq; viderit aptū muneri ei deputet.hæc ille.CLERI.Bene dicit,quem cuiq; viderit aptū muneri.i.eccl̄iaſtico officio deputet,ne auri vidēdi donet officiū,& diſcorditer imperet miniſteria facultatibus ſeruientiū. Sint ergo clerici in capite pōtificis hi oculi ad videndū,hi aures ad auſcultandū: ſint nares ad ꝓbandū famā fideliū à remotis: ſint labia ad exprimēdū legē Dei de ſcripturis. Oīa mēbra ſint ad honorē publiçū in facie p̄ſulis, vt cū oculos apertos habeat,his videat,auribꝰ audiat,labijs verba tractet.Sūt nihilominus & alia mēbra in corpore p̄ſulis,quę cū infirmiora videnť, nō minus tīi corpori eccleſiæ neceſſaria eſſe creduntur. Sūt.ſ.mēbra inter vitalia, cor,iecur,ſtomachus, inteſtina quærēda horrerēt aſpecta, ornatibus aptis abūdantius honorantur,prout apoſtolus hāc duplicē membrorū ſpeciē diſtinguit.1.Corinth.12. Multò magis quæ vidētur mēbra corporis infirmiora eſſe neceſſariora ſunt. Et quæ putamꝰ ignobiliora mēbra corporis eſſe,his abūdātiorem honorē circūdamus.Et ſubdit cauſam differētiæ.Honeſta aūt noſtra nullius egēt: ipſa honeſta mēbra ſunt, quæ publicis ſemper incūbunt officijs,vt clerici.Iſti intus latētes,quę videntur infirmiora mēbra eſſe q̄uis actu fortia, ſunt pannoſi, & cultu veſtis horridi religioſi viri,qui vtiq; non minus neceſſarij ſunt,ſed loco cordis aut hepatis principiū vitæ ſpiritualis toti corpori adminiſtrant: & ſi non honorentur veſtibus ſuis ſqualēt. Vnde in expoſitione iam dicti textus apoſtoli.AMBROSI. Quidā fratrum licet ſint egeſtate &habitu inhoneſti,nō tamen ſunt ſine gratia: propterea q̄ mēbra ſunt corporis noſtri. Nā ſolent ſuccincti, pede nudo veſticula tetrica incedere. Quòd quàm ergo videanť contēptibiles, magis honori ſunt:quia ſolēt vitam habere mundiorē.Quod em̄ hominibus videť deſpectum, ſolet à Deo pulchrū iudicari. Honeſta autem nr̄a nullius egēt. Sequitur. Apertū eſt caput, nō eget neq; facies neque manus vt his addať, per quod decorenť.Hęc ille.CLERI.Omnia ergo hęc mēbra ſunt pontificis,tantum refert q̄ interiora iſta ſunt ſibi & corpori ſpiritualis vitæ principiū,nō tn̄ niſi in corpore: & vt ep̄i partes cæteræ partes plus honeſtæ nō p̄ſtāt vitā ſed ſumūt tm̄,eo q̄ ſunt mēbra per quę cūcta foris diſponat antiſtes: hac ratione ni fallor,corpus eccleſiæ ſuæ Vercellis,ex vtriſque complexus eſt antiquus pater Euſebius,vt re

citat

citat epiſtola ad Vercellēſes ſctūs AMBROSIVS. Itaq; vt Euſebius ſanctus prior leuauit vexillum cōfeſsionis, ita beatus Dionyſius in exilij locis propiore martyribus titulo vitam exhalauit. Hæc igitur patiētia in ſancto Euſebio monaſterij coaluit vſu, & durioris obſeruationis conſuetudine hauſit laborum tolerā tiam. Nanq; hæc duo attentiori Chriſtianorū deuotione præſtantiora eſſe quis ambigat, clericorū officia & monachorū inſtituta. Iſta ad comitatem & moralitatem diſciplina, illa ad abſtinentiam aſſuefacta atq; patientiam, hæc velut in quodam theatro, illa in ſecreto. Spectatur iſta, illa abſconditur: ideo bonus athleta ait. Spectaculum facti ſumus huic mundo. Dignus ſanè qui ſpectaretur ab angelis, cùm luctaretur vt ad brauium Chriſti peruenirēt: cū certaret vt in terris vitā angelorum *referret. Colluctabatur em̄ nequitijs ſpiritalibus. Meritò mundus ſpectabat eū vt mundus imitaretur. Hæc ergo vita in ſtadio, illa in ſpelunca: hæc aduerſus confuſionem ſeculi, illa aduerſus carnis appetentiam: hæc ſubijciēs, illa refugiēs corporis voluptates. Hæc gratior, illa tutior: hæc ſemetipſam regens, illa ſemetipſam coërcens: vtraque tamen ſe abnegans vt fiat Chriſti quia perfectis dictum eſt, qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Sequitur ergo Chriſtum, qui poteſt dicere, Viuo iā non ego, viuit verò in me Chriſtus. Hæc ille. CLERICVS. Ex oppoſito quaſi lateraliter ſanctus pater Ambroſius ſegregat iſta duo, monaſterium, & clericatum, proprietates vtriuſque diſcernens, dicens clericum agere vitam ſuam in theatro vbi ſpectatur, ſubijciens voluptates, & ideo ſemetipſum regens: E regione verò monachum, vitam agere in ſecreto, in ſpelunca vbi abſconditur, fugiens voluptates: & ex hoc tutior factus & ſemetipſum coërcens. Neutrum alteri ſupponit, vt filium, nec præponit vt patrem, ſed vult in hac re conuenire vt fratres, quòd vterq; ſe abneget, vt fiat Chriſti & ſic vice Chriſti in vnum corpus conuenire vt membra vnius epiſcopi. vnde in epiſtola ad Nepotianū HIERONYMVS. Scit epiſcopus cui commiſſa eſt eccleſia, quid diſpenſatio pauperum curaq; proficiat. Sequit, ſed & genus arrogantiæ eſt clementiorem te velle videri quàm pontifex Chriſti eſt. Non omnia poſſumus omnes. Alius oculus in eccleſia eſt, alius lingua, alius manus, alius pes, alius venter. Ad Corinth. lege Paulum, vbi diuerſa mēbra vnū corpus efficiūt. hæc ille. CLERICVS. Hoc ſemper fateor eſſe verū, nō eſſe eccleſiā digamā, aut trigamā: ſoli ep̄o cōmiſſa eſt eccleſia: ipſe pater ſolus, ipſe ſummus diſpēſator ipſe & villicus. Nihil plus arrogo q̄ mihi traditū ſit ſiue ſubdiſpēſatio vel plebis cura, ſiue oculus, ſiue lingua, ſiue corpus ipſum nō ſum: ideo monachi pater nō ſum, q̄a duo ſum⁹ vnius patris ep̄i, ſicut cor & ocul⁹ duo mēbra ſunt in corpore viri: nec tñ cor genuit oculū, nec oculus cordis eſt pr̄. Vñ & ibi paulò ante ſcripſit AMBRO. Si in alijs eccleſijs tāta ſuppetit ordinādi ſacerdotis cōſideratio, quātacura experit in Vercellēſi eccl̄ia, vbi duo pariter exigi videnť ab ep̄o, monaſterij cōtinētia, & diſciplina eccleſiæ, hæc em̄ primus in occidētis partibus diuerſa inter ſe ſanctus Euſebius ſanctæ memoriæ cōiūxit, vt in charitate poſitus inſtituta monachorū teneret, & eccl̄iā regeret ieiunij ſobrietate. Multū. n. adiumenti accedit ad ſacerdotis gr̄am, ſi ad ſtudiū abſtinētiæ & normā integritatis iuuentutē aſtringat: & verſantes intra vrbē abducat ab vſu vrbis & conuerſatiōe. Hæc ille. CLERI. Ecce hęc duo exigunť ab ep̄o in vna eccl̄ia, monaſterij cōtinentia, & clericalis obſeruātia, duo diuerſa inquit inter ſe. Vbi igiť legit hæreticus vnū alterius genitorē? niſi forſan in ſacramentorū adminiſtratione, quā Paulus ſeorſum à patre deputat pædagogo. Legat vitas patrū Hieronymi. Legat collatiōes & opera Caſsiani, Athanaſiū legat, & quoſlibet: ſemper monachi patrē habebant ſuū, quē hebræo noīe abbā vocabāt, etiā ad tēpora Pauli ap̄li aſcendēdo vt in ep̄la Dionyſij ad Demophilū monachū patet. Sacerdotē q̄dē loci habebāt, q̄ ſacramēto tradēdo illuminaret, miniſtrū aut diaconū q̄ purgaret: ſolū ep̄m qui p̄ficeret ſecūdū Dionyſiū. Vñ & hæreticus im̄ puisè hæc tria aſsignauit p̄sbytero, qui ſunt tres actus hierarchici appropriatè ſingulis diſtributi. Noſſe tñ potes, q̄ p̄ curā alēdi Dei famulos tenētur monachis patriſſare p̄sbyteri: ſaltē maiores vice ap̄li. de quo lib. de opere monachorū cap. 16. AVGVS. Sicut nō ceſſauit ap̄lus, imò ſp̄us Dei poſsidēs, & implēs, & agēs cor eius exhortari fideles, qui haberēt huius mūdi ſubſtātiā, vt nihil deeſſet neceſsitatibus ſeruorū Dei, qui excellentiorē ſtatū in eccl̄ia Dei tenere voluerūt, vt ſpei ſeculāris vincula cuncta præciderent, & animū liberum diuinæ militiæ dedicarent: ſic debent & ipſi præceptis eius obedire, vt compatiantur infirmis. Hæc ille. CLERICVS. In his oībus diſpēſandis ſacerdos aut miniſter organū eſt ep̄i: quo tanquā p̄ os ſp̄ualia nutriāt, ideo ipſi tanq̄ toti honor omnis & vitę & meritū repu tādū, cuius eſt p̄ ſe miniſteriū participatiue & in

*inſtitueret.

Digitized by Google

in ratione ſuggerẽtis pauperũ neceſsitates vel plebi vel p̃ſuli. Vnde li.2.de officijs ca.7. AMBROSIVS. De ſeo loquor qui præeſt alicui numero, vt ſi officium ſacerdotis gerat aut diſpẽſatoris, vt de his ſuggerat epiſcopo: nec reprimat ſi quem poſitum in aliqua neceſsitate cognouerit, aut deiectum opibus ad inopiæ neceſsitatem redactum: maximè ſi non effuſione adoleſcentiæ, ſed direptione alicuius, & amiſsione patrimonij in eam reciderit iniuriam, vt ſumptũ exercere diurnum nõ queat. Hæc ille. RELIGIOSVS. Spectabilis clericorum ordo qualiter non præcedit merito vitæ & conuerſatione ſublimi religioſorum agmen degens in clauſtris, nondum accipio, nec diſponor accipere. In omni eccleſia Dei, diſpẽſationem & curam meritum vitæ conſequitur, aut qualiter eminentiæ gradus eccleſiaſtici & honoris non correſpondet ex vi ſtatus eminens perfectionis gradus, ita vt quemcunque ſtatum excedit in gradu & honore, eum etiam vi eiuſdem ſtatus excedat in perfectiõe? CLERICVS. Reſpondeo quòd nõ ita: quia tunc Symeõ ille ſummi meriti ſacerdos ſicut præfuit Chriſto honore ordinis & pontificis functione præfuiſſet ita perfectione: & Ioannes baptiſta cui officij functione ſubfuit Chriſtus, dicente ipſo: Sine modo, ſic decet nos implere omnem iuſtitiam. Et Ioannes apoſtolus præſul virginis & cuſtos præfuit honore cuſtodis & ſtatu præſulis, item virgini: illa tamẽ eminebat perfectiõe vitæ & ſtatu matris Dei. Vnde cùm plena perfectio ſui ſtatus infuit iſtis præſulibus, perfectior tamen ſtatus ſimpliciter eis erat ſubiectus: ſic dato curato perfectiſsimo ſecundùm exigentiam ſtatus, habebit ſemper perfectiorem religioſum ſibi honore & cura ſubiectum, perfectione præſtantẽ: ſed & ſi brauium ſit minus eſt eius meritum qui adhuc currit quàm qui currit & tenet: ſacerdos iam tenet quomodo monaſticus ordo ſic inſtitutus eſt reformari quantum cõgruit vitæ ſacerdotali. Et in epiſtola ad Ruſticũ monachum. HIERONYMVS. Sancti ſunt clerici, & omni vita laudabiles. Ita ergo age & viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis. Hæc ille. RELIGIOSVS. Si ergo mereri oportet monachum vt clericus fiat, quomodo non ſanctius eſt clericũ eſſe quàm monachũ? CLERICVS. Quaſi diceret: omnis clericus hoc eſſe promeruit, nec audiuit vnquam dicẽtem Giraldum. Ambiant alij, cupiant, & currant, & curis adhærendo cathedras ſcandant. Magiſter Giraldus ſimul cũ Hieronymo ſentiet, & dicet, quòd minus eſt tenere ſacerdotium, quàm mereri: & ſanctius eſt epiſcopalẽ virũ eſſe, q̃ epiſcopũ: longè ſanctius epiſcopo eſſe dignũ, quàm in cathedra collocatũ: illud enim virtutis eſt, hoc fortunę: illud nempe bonorum tãtùm, hoc commune. Et quid ſi Saul immiſceat ſe prophetis? Et prophetare præſumat indignus officio? Exibit prouerbium improperij huius: Num Saul inter prophetas? Aliud ergo fuit numero, aliud merito prophetare. Vnde lib.2.de officijs cap.23. AMBROSIVS. Saul vallatus choro prophetarum etiam ipſe prophetauit: & de ſolo quaſi indigno memoratum eſt: Num Saul inter prophetas? Hæc ille. CLERICVS. Reuera tamẽ Hieronymus hoc verbo commonachum ſuum inuitauit ad melius. Melius eſt enim monachum eſſe probũ clericũ, quàm penitus monachum. Nec tantùm hoc, ſed quia plura requiruntur ad meritum clerici, quæ nec perfecto monacho requiruntur, vt puta ſine reprehenſione vita præterita, famę integritas, & peritia diſciplinæ: in quibus omnibus viuere eſt mereri clericatum: ſicut qui iugiter vacat armis, meretur militiam. Vnde ſic ad ipſum Ruſticũ ſcribit HIERONYMVS. Ita age, & viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis, vt adoleſcentiam tuam nulla ſorde commacules: vt ad altare Chriſti quaſi de thalamo virgo procedas: vt habeas de foris bonum teſtimoniũ: fœminæ, quæ nomen tuum nouerint, vultum neſciant. Et bene ſuprà. Hoc dico, vt etiã ſi clericatus titillat deſiderium, diſcas quod poſsis dicere, & rationabilem hoſtiam offeras Chriſto, ne miles antequam tyro, ne prius magiſter ſis, q̃ diſcipulus. Hæc ille. CLERICVS. Huc item accedit quod Auguſtinus increpando dicentes quoſdam, quòd malus monachus clericus bonus eſt, ſicut malus choraula bonus ſymphonicus, hortatur deponere talem ſuperbiam. Vnde in epiſtola ad Aurelianum. AVGVSTINVS. Nimis dolendum eſt, ſi ad ruinoſam ſuperbiam monachos ſuberigimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus, in quorũ numero ſumus, cùm aliquando bonus etiam monachus vix bonum clericum faciat, ſi aſsit ei ſufficiens continentia, & tamen deſit inſtructio neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas. Hæc ille. CLERICVS.

15 Regularis † integritas, eſt quędam perſonę integritas ad tam ſanctum miniſterium requiſita, ne ſit de ſtupro progenitus, aut item digamus. Mancus item, aut gibboſus, vel tali vitio deformatus, quæ omnia bono monacho non obuiant, obuiant clerico. Nihil dixerit de exceſſu perfectionis vel meriti, q̃ bonus monachus *Integritas regularis.*

14 *e paupe-*
bus qui-
us præci-
ué ſubue-
endum.

chus nō haberet: clericus autem quanuis malus haberet: ſed quia propter dignitatem miniſterij hæc requiruntur in clerico q̄uis malo, hæc non requirūtur in monacho q̄uis bono. Vnde comparando ſynceriter, tanta eſt administrationis dignitas in clerico, vt vix ad eum ſufficiat omne meritū monachi: pluris tamen meriti monaſtica vita, quàm clericalis integritas: ſicut minor erat dignitas Vaſthi reginę, q̄ Regis decuiſſet obſequium, pluris tamen erat regina, quàm obſequentum familia. Plus eſt filium regis eſſe, quàm miniſtrum menſæ: filio tamen regis congruè dicitur: diſce vt merearis patri dignius miniſtrare, quanquam laboriosior eſt vita ſeruiētis quàm filii item regis, ſed filij regis gratius erit obſequiū ex merito miniſtrantis: ſic prius nutriti monaſterij regulis gratius forſan miniſtrabūt, & aptius. Vnde in epiſtola ad Vercellēſes. AMBROSIVS. Hęc ergo dimicat. ſ. exercitatio clericalis, illa ſe remouet. ſ. vita monachalis. Hæc illecebras vincit, illa refugit, huic mundus triumphatur, illi inſultat. Huic mūdus crucifigitur, vel ipſa mūdo: mundus illi ignoratur. Huic plura tentamenta & ideo maior victoria, illi infrequentior lapſus, facilior cuſtodia. Denique ipſe Helias vt confirmaretur verbum oris eius, eſt miſſus à domino vt ſe ad torrentem abſconderet Carith. Minabatur Achab, minabatur Iezabel, timuit Helias, & exurrexit, & iterū in virtute eſcę intelligibilis. 40. diebus ambulauit & 40. noctibus vſq; ad montem Oreb: & introiuit in ſpelūcam, & requieuit ibi. Et ſic poſtea miſſus eſt vt vngeret regem. Duratus ergo ad pœnitentiam eſt ſolicitudinum incolatu, & tanquam paſtus ad virtutem adipalem ab ipſo agreſti alimento proceſsit fortior. Ioannes quoque in deſerto adoleuit, & conſtantiam illic prius exercuit vt poſterius increparet. Hęc ille. CLERICVS. Ad hoc ergo tendit curſus verbi in Heliam & Ioannem, qui prius agreſti victu fortitudinē adepti ſunt, vt poſtea reges arguerēt, q̄ ſic à religione clauſtralium aptior clericatus exurgeret, qui ad eius culmen proiect⁹ principes regeret. RELIGIOSVS. Falleris indubie ſi hoc habes pro regula: ſed ſolitudo quędā eſt, & otium regulare, ad quod de labore ſeculi currant clerici prius, quàm ſuſcipiant onus curæ, ipſa contemplatio diſciplinę prout lib. 3. in expoſitione Gene. cap. 30. RABAN. Quis non videat hoc geri toto orbe terrarum? Venire homines ab operibus ſeculi, & ire in otij vſum cognoſcendæ & contemplandæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, & excipi de tranſuerſo ad eccleſiaſticam neceſsitatem, atque ordinari in labore tanquam Lia, dicente, Ad me intrabis. Quibus iſtud miniſterium diſpēſantibus vt in nocte huius ſeculi filios generent fidei, laudatur à populis etiam illa vita, cuius amore conuerſi ſpem ſeculi reliquerunt, & ex cuius profeſsione ad curam regendæ plebis aſſumptæ ſunt. Id enim agunt in omnibus laboribus ſuis, vt illa profeſsio qua ſe conuerterunt, quia tales rectores populi deſunt, ideo non infametur, ſed clarius glorificetur. Hæc ille. RELIGIOSVS. Ecce dicit vtrumq; venire. ſ. homines ab operibus ſeculi, & ire in otij vſum cognoſcendę veritatis, & demum aſſumi ad neceſsitatem eccleſię: & item ex eis, qui per profeſsionem, ſpem ſeculi reliquerūt, ad ſimilem curam poni: & hoc eſt quod dixi, q̄ vita clauſtralis ſola ſchola eſt & magiſterium clericatus: Ibi viuere diſcitur: in clericatu docetur. Hinc ergo clericatus apicem ad tantum formido, quia valde me ineptum ad ardua in ipſo diſcipulatu meo dijudico. In euangelium Chriſti ad apoſtolos ipſos

16 ſi pergimus, Petrus † eſt & omnium apoſtolorum magiſter, & eccleſię etiam eius, quā Chriſtus diligit, & in quo virtus contemplationis altè reſplendet. Fac iſtum ſanctum Ioannem deſignare clauſtralem, qui matrem Chriſti in ſui clauſtri priuata recepit, ſed Petrus & eam, & eum, & omnem orbem aſſumpſit. Ioannis contemplatio præfigitur, donec Chriſtus veniat. Remanere Petro ſocialis quidam cū magiſtro Chriſto comitatus indicitur. Quid ad te? tu me ſequere. Recumbit Ioannes ſuper pectus domini, vnde exhauſit fluenta ſupernæ dulcedinis. Ipſe pro Petro interrogat quis ſit dominum traditurus. Ipſi enim dicitur quod ſtatim Petro committitur, confirma fratres tuos. Ad monumentum Ioannes præcurrit, ſed expectato principe Petrus prior intrat. Vnde lib. 10. ſuper Lucam cap. 10. AMBROSIVS. Petrum euocāt ſtudioſiores, ſed poſteriores fiducia. Deniq; ille ſine metu venit & conſtanter qui poſterior venerat. Primus ingreditur quaſi is qui claues regni vt alijs aperiret acceperit. Hæc ille. RELIGIOSVS. Hanc conſtantiam eccleſiæ principis, has claues eccleſiæ magiſtrales, cur ego cunctis meis ſimilibus aptè non præfero? Ioannes contemplatiuus noſter reuerenter Petrum expectauit, & prætulit. Petrus item & Ioannes ſimul aſcenderunt ad tēplū, ſed ſolus Petrus claudū curauit: quia ipſe ſuper Ioannē, & apoſtolos, oues & agnos ad paſtū accepit. Ad quas cùm vult ingreditur. Quos vult excludit, includit quos vult: Includet & meipſum cùm volet.

Ioannis & Petri apoſtolorum cōparatio.

Sicut

Digitized by Google

Sicut in eũdem locum Homilia.69. ſuper cantica.BERNAR.Petrus intrauit, qui claues accepit,non tamen ſolus,nam me ſi voluerit, introducet,aliũque excludet,quem fortè noluerit inſciẽtia & poteſtate data ſibi deſuper. Hęc ille.RELIGI.Hęc potentia clericalis magiſterii in eccleſia militãte,hæc in ſcholam clauſtri vires extendit,in qua ſub eis perfecti eſſe diſcimus,cũ nondum perfecti ſumus; ſed tantũ ibi proficimus,vt ad perfectionem tẽdamus, non fateamur nos iam eſſe perfectos.CLERICVS. Ergo quotquot hoc ſapitis,Deũ fefelliſtis. Sic repẽte quaſi ¦ pũgit HIERO: vecordiã Heliodori epiſtola ad eundem,dicens.Nõ eſt tibi eadem cauſa quæ cæteris:dominum audi dicẽtẽ: ſi vis perfectus eſſe,vade,& vẽde omniã tua,& da pauperibus,&veni ſequere me.Te autẽ perfectũ eſſe tu pollicitus es, nam cũ derelicta domo,militia te caſtrares propter regna cælorũ, quid aliud quàm perfectam ſectatus es vitam? Perfectus autẽ ſeruus Chriſti nihil habet præter Chriſtũ.Aut ſi præter Chriſtũ habet, perfectus non eſt.Et ſi perfectus nõ eſt, cùm ſe perfectũ Deo fore pollicitus ſit ante, mẽtitus eſt. Os autẽ quod mentitur,occidit animã. Igitur vt concludã:ſi perfectus es, cur bona paterna deſideras?ſi perfectus non es, Deum fefelliſti. Hęc ille. CLERI.Argumentum attende Hieronymi.Quiſquis † religioſus es,euãgelium ti
17 bi opponit quicũq; dicis.Non teneor eſſe per
t reli- fectus,ſed in ſchola perfectionis cõuerſans, ſuf
rũ ex ficit ad perfectionẽ, ſi tandẽ dominus dicit in
io. euãgelio,Si vis perfectus eſſe,vẽde omnia tua, & ſequere me:ego ſecundũ regulam iui,& vendidi,quõ perfectus eſſe iam deſtiti? Ipſe quoque qui dicit vade, & vẽde ſi vis eſſe perfectus, dicit itẽ,Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata. Mandata conſeruo,quõ nõ ingredior vitæ viã pſalmiſta dicit.Ego autẽ in innocẽtia mea ingreſſus ſum. Planè dicit Hierony.vel fefelliſti dominum,cui ſpopondiſti te eſſe perfectũ,vel neceſſe habes perfectũ te concedere. Si perfectus non es,inquit,cùm te perfectum eſſe pollicitus es,& derelicta domo militia te caſtrans propter regna cælorum,quid aliud quàm perfectam ſectatus es vitã? Quaſi diceret,ergo hoc faciens perfectus es, ſi non es mentitus, es perfectus. Vel fictus eras,ſi fictus,mẽtitus es,ſi nõ es mentitus, es perfectus. Et in epiſtola ad Iulianum conſolatoria de pignoribus dicit hoc eſſe perfectionis & apoſtolicæ dignitatis.HIERO.Hoc hortor ſi vis eſſe perfectus, ſi apoſtolicæ dignitatis, ſi ſublata cruce ſequi Chriſtũ, ſi non apprehenſo aratro reſpicere poſt tergum,ſi in ſublimi tecto poſitus priſtina veſtimenta cõtemnis, & vt euadas Ægyptiam dominam ſeculi pallium derelinquis. vnde & Elias ad cælorum regna feſtinans, non poteſt ire cum pallio, ſed mundi in mundo veſtimenta dimittit.Sed hoc quod ait,apoſtolicæ dignitatis eſt;& eius qui velit eſſe perfectus.Hæc ille.CLERICVS. Quàm planè probat Hieronymus in hoc eſſe virum perfectum,& apoſtolicæ dignitatis,vendendo ſcilicet omnia,& ſublata cruce religionis Chriſtum ſequi, dimiſſo pallio ſeculari in ſeculo cum Elia ſancto tecta cælorum feſtinanter appetere. Non dicit hoc eſſe tendere ad perfectionem,ſed perfectum eſſe.Sed obſtat forſan,quòd non omnia ad punctum complet quis quæ cauentur in regula. Nunquid hoc ait Chriſtus, Si vis perfectus eſſe,vade, & vende omnia, &ſequere me ad omnia quæ continentur in regula? Aut, quod amplius eſt, ſi in hoc ipſo relinquendi propoſito animo titubaſti, aut firmus nõ es, ſed mẽte adhuc fluctuas,vt non ſtabili charitate perſiſtas,dum ab ipſa relinquendi profeſsione non reſilis,perfectus es. Ariſtotelis eſt,artificiũ perfectũ eſſe,qđ non quãtulacunque parte minuitur. Et hac ſubtilitate laborauit Heliodorus, probans neminem in ſua patria poſſe eſſe perfectum, vt recitat iam dicto loco HIERON. Vbi inquit honor non eſt,ibi cõtemptus, vbi autem contemptus, ibi frequenter iniuria. Vbi verò iniuria, ibi & indignatio. Vbi indignatio, ibi quies nulla. Vbi quies nulla, ibi mens à propoſito ſæpe deluditur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur è ſtudio,ſit minus ab eo quod tollitur.Et vbi eſt minus,perfectum non poteſt dici. Ex hac ſupputatione illa ſumma naſcitur monachum in ſua patria perfectum eſſe non poſſe. Reſpondet ad totum Hieronymus perfectum eſſe nolle delinquere.Hæc ille. CLERICVS. Reuera ſic eſt, perfectus tamẽ eſt,qui iam perfectionem adeptus eſt, quanuis eam ipſam perfectè adeptus non eſt: ita nec vt in illa parte diminutus eſt:ſic inter ſciolos theologus tanquam ſummus eſt perfectus, quanuis in ipſa theologia non ſit ſummus, ſed inter theologos diminutus eſt. Apoſtoli Pauli hæc ſententia ad Philippenſes.3. Si quo modo occurram ad reſurrectionem quæ ex eſt mortuis,non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſequar autem ſi quo modo compræhendam. Et ſtatim ſequitur. Quicunque ergo ſumus perfecti, Perfectus inquit inter viatores & curſores ad patriam, nondum perfectus compræhenſor in patria. Sic enim dicit, non quòd iam acceperim, aut iam perfectus ſim, ſed ſe-

Digitized by Google

quar ſi quo modo comprehendam. Et conſonanter Homil. 21. ſuper Ezechielē. GREGO. Menſæ, quæ ad holocauſtum cōſtructæ ſunt, longitudine cubiti vnius & dimidij metiuntur: quia ſancti patres, atque doctores, qui ſe lō ganimiter ad ſecreta ſpei intimæ extendunt per hoc, quòd in virtute viuunt, quantum ad humanam quidem pertinet menſuram valde perfecti ſunt, quantum verò ad diuina illa myſteria, quæ plenè ab homine capi non poſſunt, quandiu in hoc mortali carne ſubſiſtūt, perfecti eſſe non poſſunt. Et infrà. Ecce in mēſura menſæ ad teſtimonium Paulus occurrit. Videamus an eius vita cubito integro menſuretur dicit. Quotquot perfecti ſumus, hoc ſapiamus. Videamus ſi in his quæ de Deo ſentit, iam ſe ad percipienda myſteria perfectè tetenderit. Ego non me arbitror, inquit, comprehendiſſe. Hæc ille. CLERI. Sic ergo ſancti perfecti ſunt, vt ſine diminutione poſſideant. Qualiter Heliodorus arguebat perfectum in ſua patria monachum eſſe non poſſe, & qualiter item in epiſtola ad Hieronymum de hoc qui totum legem ſeruauerit & citra. AVGVSTINVS. Quandiu autem augeri poteſt perfectio, illud quod minus eſt quàm debet, ex vitio eſt. Ex quo vitio non eſt iuſtus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo vitio non iuſtificabitur in conſpectu Dei omnis viuens. Et infrà. Quis itaq;, qui rectè videt vbi, & quando, & vnde ſperanda ſit illa perfectio, cui non ſit quod adiici poſsit? Hæc ille. CLERICVS. Non eſt ille perfectionis modus, quem Chriſtus promiſit iuueni diuiti pro via ſi venderet omnia, & ſeſe continuò ſequeretur. Non enim promiſit ipſi ſtatim hoc facto virtutem, quæ augeri non poſſet, vt ſine vitio charitatem: quia non dedit apoſtolo Paulo, dedit tamen perfectionem vitæ huius apoſtolo ad modum finis. Qualiter ſuper pſal. 38. AVGVSTINVS. Et ne dicere, ſi non apprehendit apoſtolus, ego apprehendi. Si perfectus non eſt Paulus, ego perfectus ſum. Vide quid agas. Attende quid dicat. Quid ergo ais Apoſtole nondum apprehendiſti? nondum perfectus es: quid agis? ad quam actionem me hortaris? quid mihi imitādum, ſequendumque proponis? vnum autem inquit quæ retro oblitus in ea quæ ante ſunt extentus ſequor ad palmam ſupernæ vocationis ſecundùm intentionem Dei in Chriſto Ieſu. Secundùm intentionem nondum ſecundū peruentionem. Non relabamur vnde iam trāſiliimus. Sequitur. Curramus, intendamus, in via ſumus. Hæc ille. CLERI. Eſt ergo perfectio noſtra qualis erat apoſtoli: non dico tanta, ſed eſt perfectio curſus, quæ eo ipſo eſt imperfectio finis. Eo enim ipſo, quo quis perfectè currit, caret perfectione finis: ſed tamen ni ſi eſſet perfectio, non ad eam hortaretur apoſtolus: nec dominus hortaretur: qualiter iam ait quid agis apoſtole nōdum perfectus es: ad quam actionem me hortaris. Et libro de perfectione iuſtitiæ. AVGV. Quotquot ergo perfecti ſapiamus idem: quotquot perfectè currimus, hoc ſapiamus, qđ nondū perfecti ſumus, vt illic perficiamur, quò perfectè adhuc currimus, vt cū venerit quod perfectū eſt, quod ex parte eſt deſtruatur. Et bene infrà. In Deutero nomio. Tu autem perfectus eris corā domino Deo tuo: itē illic, & nō erit incōſummatus in filiis Iſraël. Itē Saluator in euangelio ait: Eſtote perfecti, quia paterveſter in cęlis eſt perfectus. Item apoſtolus in epiſtola. 2. ad Corinth. De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote. Item ad Coloſſeñ. Corripiētes omnē hominem, & docentes in ſapiētia, vt exhibeamus omnē hominem perfectum in Chriſto. Et tādem finaliter horum teſtimoniorū, aliqua currētes exhortātur, vt perfectè currant, aliqua ipſum finem cō memorant, quo currendo pertēdant. Ingredi autem ſine macula non abſurdè etiam ille dicitur, nō qui iam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionem irreprehenſibiliter currit, carēs criminibus damnabilibus, atque ipſa peccata venialia non negligens mūdare eleemoſynis. Hæc ille. CLERI. Ex his patet perfectum eſſe qui perfectè currit, quāuis perfectiōe finis perfectus nō ſit. ſic dixit Auguſtinus. Nō q ſic iā perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionē irreprehenſibiliter currit, & ſupra hoc ſapiamus qđ nondū perfecti ſumus vt illic perficiamur, quò perfectè adhuc currimus. Si enim nullo modo perfecti hîc eſſemus: nō diceret quò perfectè adhuc currimus. Nō tantū in finē noſtrū vltimum poſt hanc vitam, ſed ad aliquē finē in trinſecū huius curſus: verbi gratia, ſicut in latitudine albedinis ſub omni gradu albedinis eſt albedo perfecta, ſed quò eſt à nigredine remotior, tantò eſt purior & perfectior ea quæ magis admiſcetur nigredini: ita ſub omni gradu charitatis Chriſtianæ eſt vita perfecta, perfectior tamen quo eſt ab infirmitate, cui tota vita noſtra miſcetur remotior, & ad eam cōparata eſt finis & perfectio: ad quā de inferiori per curritur: & eſt imperfectio reſpectu maioris vel vltimi, in quem currendum eſt vlterius, vel quò tenditur vltimatè. Probemus iſta per ſe- Perfect
18 riē. Niſi † enim vniuerſis Chriſti fidelibus per gradus
obſeruantiam ſui ſtatus profectio adiaceret: bet.

non

non diceret Apoſtolus ad Corinth. Exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu:non enim ignorauit Apoſtolus omnem hominem ad apoſtolicam illā perfectionē de vendendo,non debere pertingere,ſed quia ad charitatem,quæ eſt in Chriſto ſub aliquo gradu,volebat omnes attrahere:ideo omnem hominē perfectum voluit exhibere. Vnde ſuper Ezechielem homilia.26.GREGO. Quia ex fideli populo filios Sadoch ad omnipotentis Dei laudem vel miniſterium diximus aſſumi, nonne in eodem populo ſunt multi, qui inueniātur in mandatis Dei viuere,& perfecti ſunt omnino?Nam & ſubditur.Et menſus eſt atriū longitudine cētum cubitorum per quadrum. Hæc ille.CLERICVS.In ſolis ergo Dei mandatis perfectè viuere,eſt perfectum eſſe:ſi quis autem addat cōſilium aliquod minimum, ille adhuc perfectior eſt, quàm perfectus cū populo:putà qui non ſolùm non reddit malum pro malo,ſed econtrario bonum rependit pro malo,ille iam perfectus eſt, & alius prior ad eū cōparatus dicetur currēs, aut in ſtatu proficiēs. Vnde lib. primo de officiis ca.10.AMBRO. Si verò is ſum qui proficiam & ſi nōdum perfectus,non retorqueo contumeliā, & ſi influat ille conuicium, & inundet aures meas contumeliis,ego taceo,& nihil reſpondeo. Si verò perfectus ſum(verbi gratia) ego loquor,nā in veritate infirmus ſum: ſi ergo perfectus ſum, benedico maledicentem.Sicut & benedicebat Paulus,qui ait:Maledicimur, & benedicimus. Hæc ille.CLERICVS.Ita gradatim cōmiſtio ſtatuum eſt vt idem comparatus minori perfectio ſit qui comparatus maiori ſola inchoatio dicendus vel profectio:non tantū ex comparationis reſpectu,ſed ex abſoluto gradu in tota latitudine perfectorū:ſicut albedo vt quatuor eſt intenſa & remiſſa,& ſi nulli intenſiori ſe vel remiſsiori cōparationem inſinuet: ita in altiſsima perfectione humanitùs huius viæ gradus ſunt proficientium & perfectorū,quorum quilibet eſt perfectus, & ſi adhuc habeat in illa perfectione quo creſcat:nam in apoſtolico culmine gradus erant diſtincti,ſecundùm quòd diſtincta Dei dona ſuſceperāt,alius quinque talenta in illa perfectione, alius duo, alius vnum tantū. Vnde ſuper eundē locū Matth. 25.in cōmentario HIERO. Homo iſte paterfamilias haud dubiū quin Chriſtus ſit, qui ad patrem poſt reſurrectionem victor aſcendens vocatis apoſtolis doctrinā euāgelicā tradidit, nō pro largitate & parcitate alteri plus & alteri minus tribuēs,ſed pro accipiētiū viribꝰ.Hęc ille.CLERICVS.Ecce apoſtolorū vna eratvitę profeſsio,vna perfectio paſtoralis:in qua tamen erat paſcendi diſparitas,viribus reſpōdēs imparibus. Eſt adhuc alta tranſcendens vitæ perfectio,quam ſaluator per excellētiam,perfectionem appellat,vendere.ſ.omnia, & ſequi eū, quam ſummā iuſtitię dixit AMBROSI. libr. de exceſſu fratris, circa medium. Poſtulando quod iuſtum eſt,nō exiguum, ſed totū relinquit.Hæc enim ſumma iuſtitiæ eſt,vendere q̄ habeas,& conferre pauperibus. Qui enim diſperſit & dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum.Hæc ille.CLERICVS.Summa iſta iuſtitiæ non ſtatim eſt ſumma iſta iuſtitia,nec itē hæc vitæ perfectio eſt ſine luctatione perfecta,& tamē perfectio eſt,&quomodo perfectio niſi habens eam ſit perfectus? Nō quidem ſtatim ſine culpa perfectus,ſicut nec ſanctus eſt ſtatim ſine peccato ſanctus,&tamē eſt ſanctus,ſicut lib.10.ſuper li.Numerorū homi.10.ORIGE.Non enim (vt putant quidā) ſtatim vt quis ſanctus eſſe cœperit,iam peccare non poteſt,& continuò ſine peccato putādus eſt.Si enim ſanctus non peccaret,non vtique ſcriptum eſſet: Sumetis peccata ſanctorū. Si ſanctus ſine peccato eſſet, nō diceret dominus per Ezechielem prophetam ad angelos, quos mittebat peccatores punire, & à ſanctis meis incipietis. Hæc ille. CLERICVS. Stant ergo ſimul ſanctus & peccator: ita etiā ſimul ſtant perfectus,& infirmus,non autem ſimul vbi quis eſt cōſummatè perfectus. Et ſic puto Thomam debere intelligi,& intelligere Origenem.ſ.q̄ iuuenis ille non eſt ſtatim ſine omni imperfectiōe perfectus:eſt autem ipſo actu & profeſsione perfectus. Vnde eſt voti tranſgreſſor,& fefellit Deum,vt ait Hieronymus ſuprà, vel eſt perfectus, qui perfectionem iam vouerit.Nō enim vouit ad paupertatē tendere, vel ad obedientiam,& ad corporis caſtitatem: ſed caſtū eſſe,obediētem,& pauperem, & per hoc perfectum.RELIGIOSVS.O † ergo ſanctū & verè grande ſacerdotium,cuius ſanctitas excludit omnem immunditiam.Eius item perfectio omnem integritatem requirit:ne immundus præſumat accipere ſacramentū.Ipſius ſanctitas tanta,vt nec paruam maculam ſine grādi diffamatione portabit. Religioſorum perfectio tecta eſt,& portatur ſi infirmetur à fratribus.Sicut lib.3.dialogorū ca.12.CHRYSO. Athleta quādiu domi manet & cum nullo cōgreditur poteſt cū ſit infirmus latere: cū verò nudus in agone conſtiterit,qualis ſit cōfeſtim probatur: ita ergo & qui hanc priuatam vitā, & non multis occupatam negotiis agunt, habēt velamē delictorū ſuorū ſolitudinem. Etin

frà. Delicta quippe viliũ perſonarũ ſicut in tenebris acta, ſolos eos, à quibus ſunt commiſſa, mortificant. Viri autẽ conſpicui, & in multorum notitiam poſiti, peccatum cõmuniter no cet omnibus. Hæc ille. RELIGIO. Quòd ſi dicas iſta de epiſcopis dici, ſubiectum nõ variat rationem, cuius rationis eſt digitus maior eſt & minor: & ideo cui præfertur maior digitus in ratione tenendi, illi etiã prẽfertur & minor: ita eadẽ eſt ratio ſacerdotalis & põtificalis curæ: eadẽ penè ſanctitas, idẽ in vtriſq; cõtemplationis aſcẽſus & ad exteriora deſcenſus: niſi q̃ iſtud eſt ſacerdotiũ vniuerſalius ſiue maius, ſed eadẽ ratione gregẽ docent, & contẽplationẽ tenent cũ religioſis, & vltra monachos actionẽ. CLERI. Non iſta poſſent mihi placere niſi vera eſſent. Noui † ego quantũ diſtẽ à præſule. Reuera quantũ in exercitu rex diſtat à comite. Sunt enim vtriq; ducatus & curę plebis, ſed longè alterius rationis quos diſcernit ab inuicem homil. 26. ſuper Ezechielẽ GREGO. Gazophylacium, quod reſpicit viã meridianam, ſacerdotũ eſt, qui excubant in cuſtodiis tẽpli. Atq; mox ſubditur. Porro gazophylaciũ, quod reſpicit ad viam aquilonis, ſacerdotũ eſt, qui excubant ad miniſterium altaris. In quibus prophetæ verbis prius nobis quærendũ eſt, qui ſint maioris ordinis ſacerdotes, vtrũ hi, qui in cuſtodiis excubant tẽpli, an hi, qui in miniſterio altaris. Sed quia paulò poſt ſubditur. Altare erat ante faciẽ templi, apertè oſtẽditur illos eſſe maioris ordinis ſacerdotes, qui in cuſtodiis templi excubãt, quia profectò in altari, quod eſt interi⁹, miniſtrãt. Hi autẽ, qui ad altare, quod ante faciẽ templi eſt, excubant, tãtò inferiores ſunt, quantò in exterioribus miniſtrãt. Et infrà. An nõ cuſtos fuerat tẽpli, qui laboris ſui paſsiones enumerans dixit: In labore & ærumna, in vigiliis multis: in fame & ſiti, in ieiuniis multis: in frigore & nuditate? Atque ſtatim ſubdit. Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtãtia mea quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarũ. Penſate quæſo, cuſtos tẽpli quãta ſollicitudine vigilet. Ecce enim in ſe ipſo inæſtimabilia patitur, & cordis ſui ſollicitudinem aliis impartitur. Cuius rogo virtutis eſt plus de vtilitate proximorum quàm de ſua afflictione cogitare? Quis hoc dignè æſtimet? quis dignè penſet? laborat, luget, eſurit, ſitit, alget, ieiunat, vigilat: & tamẽ ieiunando, vigilando, de eccleſiarum omnium ſollicitudine cogitat. Ecce eſt ſollicitiſsimus cuſtos tẽpli in exẽplo poſitus. Imitetur qui valet aduerſa pro veritate pati: bona proximis impendere, circa animarum ſollicitudinẽ vigilare, ne quis in perfidiam, nequis in ſuperbiam, ne quis in rapinã, ne quis in immunditiam labatur exquirere atque compeſcere, hoc eſt templum Dei. i. ſanctam eccleſiam, cuſtodire. Sunt autem minoris ordinis ſacerdotes, qui ad miniſterium altaris excubant, qui videlicet adiutorium maiora peccata delinquentium ſubtiliter inueſtigãt, & vitam carnaliũ corrigunt, atq; ad hoc vſque perducũt, vt per lamẽta pœnitẽtiæ quaſi incẽdãt carnẽ in ſacrificio, quã prius viuere permiſerãt in peccato. Nõ enim hi, qui ſanctis eccleſiis præſunt, per ſemetipſos cuncta agere præualẽt: ſed cũ ipſi cauſis ſpiritualibus occupãtur ſi qua praua & carnalia perpetrãtur, hæc aliis diſcutienda atq; corrigẽda cõmittunt. Hæc ille. AVTH. De ſerie ſcripturarũ elicit beatus pater diuerſitates officiorũ in maiori & minori ordine ſacerdotũ. Habent hi primò altaria quæ eos diſtinguãt, primũ interius ſacerdotũ maiorum, alterũ minorũ exterius. Ante faciẽ tẽpli primi, ante altare interius excubãt ſecundi. Miniſtrãt interius primi: ſecũdi exteri⁹. Primi cuſtodiunt: ſecũdi ſuffragãtur cuſtodibus. Sic enim dicit Gregorius, quoniã hi, q̃ ſanctis eccleſiis præſunt, nec per ſemetipſos cũcta agere præualẽt, aliis carnalia corrigẽda cõmittũt. Per hoc eminet primus paſtor epiſcopus, q̃ omnis ſollicitudo eius eſt intus ante altare aureũ. Secũdi verò ſacerdotes portionẽ carnalẽ & exteriorẽ curæ epiſcopalis in eorũ ſubſidiũ & iuuamẽ aſſumũt. Nihil tamẽ operantur ipſi exterius, quod præſul multo labore nõ meditetur interius. Intus ipſe orat, intus mores ouiũ diſcutit, & de ipſis ouiũ correctorib⁹ ſollicitudinẽ omnẽ gerit. Hic labor, hic afflictio ſpiritus, p̃ter ea q̃ extrinſecus ſũt leuis infamia apoſtoli, & in medio vitiorũ indeſinẽs bellũ inire cũ vitiis. De his loquit̃ Chryſoſtomus verbail la dialogi. De his omnẽ cõparationẽ ſuã expãdit cũ monachis, q̃ principãtur in populis, & latere nõ poterũt q̃cũq; agũt. Ideo expreſsè eos interdũ appellat epiſcopos & principes, quos ãte dixerat ſacerdotes. In li. 3. ca. 12. vbi qđiã aſſumpſi ſupponit CHRYSO. Neq; enim errores pontificũ abſcõdi poſſunt oculis: ſed etiã exigua eorum peccata celeriter innoteſcunt. Et ſubdit. Nam & athleta quandiu domi manet, poteſt latere, quòd ſit infirmus. Et infrà. Qui verò ſunt in vertice honoris poſiti, primi quidem in populi verſantur oculis, propter quod & ſi modicis præueniantur delictis, aliis grandia videbuntur. Non enim facti modo, ſed dignitate facientis peccata metimur. Hæc item quæ ſupra aſſumpſiſti libro. 6. Magnum eſt monachorũ certamem & moleſtiæ

Digitized by Google

ſtiæ multæ labor. Porrò ſi quis adminiſtrato bene ſacerdotio illius propoſiti ſudores confe rat, tantũ eos diſtare reperiet, quantũ inter pri matũ & regẽ diſtet. Hæc ca. 6. & tandẽ. i. ca. 6. ca. 7. vbi mallet placere in officio ſacerdotali, quàm in ſolitudine monachali. poſtea ca. 8. a- periens de quo ſacerdotio hoc ait. Neq; enim poteſt is, qui prẽeſt, & totius cura diſtringitur, pro virorum tantũmodo ſexu eſſe ſollicitus, & mulierum partẽ deſpicere, quæ eo prouidẽ- tiæ maioris indiget adiumẽto, quo ad peccata facili⁹ labitur. Ac neceſſe eſt, vt pro earũ ſalute ſi nõ magis, ſaltẽ nõ minus ad ea q̃ ſunt ipſorũ eſſe ſollicitum. Hęc ille. CLERICVS. Et quã uis eundem actũ habere videtur ſacerdos ma- ior & minor, magnæ tamẽ ſunt diſparitatis & meriti, vſqueadeo, vt officia gerãt vt alterius ra tionis. Sol & homo hominem vnum generãt. Artifex & ſecuris aſſerem vnũ dolant. Sacer- dos & laicus in miſſa vnã orationẽ dominicã fundũt quàm diſpariter vniuerſa? Nẽpe ſacer - dos minor varios habet in officiãdo reſpectus, põtifex vnũ ſolum, & ſaltẽ nomine presbyter minor cũ eo cõmunicat, ſed eo ipſo minor effi citur, q̃ ad varia rapitur, nec in ipſis intimis cũ antiſtite ſolidatur. Quos vtriuſq; reſpectus ſu- perius dicto loco luculenter exhaurit Grego- rius ex illo Ezechielis prophetæ, q̃ gazophy- laciũ reſpiciens viam meridianam ſacerdotũ erat, qui excubabant in cuſtodiis templi: & ga zophylacium quod reſpicit viam aquilonis ſa cerdotum, qui excubabant ad miniſteriũ alta- ris, homilia. 26. ſuper Ezechielem GREGO. Quid eſt hoc fratres Chariſsimi? qd in his ver- bis myſticum poſſumus intueri, niſi hoc ſecun dũ ea quæ præmiſſa ſunt, iam ſpiritualis audi- tor intelligit: quia ſacerdotes maioris ordinis, qui excubabãt in cuſtodiis tẽpli, ſolã meridio- nalem viam reſpiciunt, quia ſolis ſtudiis ſpiri- tualibus occupati, ſemper his, quæ amoris Dei ſunt, ſollicitè intendunt: Sacerdotes autẽ ordi- dinis minoris, qui diſcutiendis peccatis delin- quentium præſunt, etiã ad aquilonis viam ocu los reflectant, vt in mente peccantiũ quæ ſint corporis frigora videant: & hoc verbis corre- ctionis vſque ad pœnitẽtiæ gemitus perducẽ tes, quaſi carbones in altari domini incendãt. Reſpiciũt etiã cũ magnis ſacerdotibus ad meri dianã viã, quia quãtũ ad ſemetipſos eſt, feruẽt igne charitatis, & ſuccẽſi ſunt flammis amoris Dei: ſed quia peccata delinquentiũ crebrò cor rigũt, etiã ad aquilonis viam oculos reducunt. Hęc ille. CLERICVS. Ecce ſacerdos maior & minor intus amore Dei ardẽt: ſed ſacerdos mi nor eo minus intus ardet, & vacat, quòd por- tione ſuæ curæ principalius corrigendis inſi- ſtit, & hoc exterius. Vnde ad partem Marthæ concurrit, qua Maria præponitur, quia erga plurima ſollicita facta turbatur. RELIGIO- SVS. Sed excellentiori honori presbyteri ſi aſ ſit eſſet vita excellens, nonne poteſt correſpõ dere gradus meriti altioris? CLERICVS. Po teſt, item reſpõdeo ſi excedat ambitum ſui ſta- tus. Sicut rex poteſt ieiunare & vigilare vt mo nachus: & tunc quantum excedit honore re- gio monachum, tãtum perfectione monacho correſpondet, & eſt tunc non perfectior rex, ſed ſe rege perfectior: ſicut de Dauid ſcribit in Pſal. 50. tractatu primo CHRYSOSTO. Iſte qui beſtias ſuperauit, qui Goliã interfecit, qui leonem ſuffocauit, qui vrſum ſtrangulauit, qui in virtute ſenior, adoleſcens corpore, mẽte grã dæuus: qui regali culmine poſitus vitam mona chi imitabatur. dixit enim, non margaritis or- nabo lectum meum, ſed lachrymis per ſingu- las noctes lauabo ſtratum meum: nunc autem homines non ſolùm in nocte, ſed & in die dor miunt: ille autem in die procurabat palatium, & nocte Deo vacabat: vt ſit fortè aliquid con- traxiſſet familiarius colloqueretur Deo. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dixit quòd regali culmi ne poſitus imitabatur vitam monachi orando de nocte, ita ſi ſacerdos curatus, qui tenetur ſa cramenta miniſtrare, aſsiduè item prædicet, & intus oret, imitatur in hoc vitã epiſcopi, ſi cor- pus ſuum caſtiget, ſi obediat deuotè, præmia- bitur cum monacho, non cum curato presby tero. Monachus ſub clerico legitur de ſancto Thoma. Nec aceruus tritici eſt melius triticũ ſi multum argentum habeat immixtum, ſed a- ceruus eſt ditior: ita ſacerdos curatus ſi acti- bus epiſcopalis vitæ aut religioſi partem ſuam exornet. Contemplationis enim epiſcopalis p tem habet admodum exiguam, & illam violẽ- ter quaſi cõtra inclinationẽ curæ per ſe ipſum extortam. Ideo notanter adiunxit Gregorius quantum ad ſemetipſos eſt, feruent igne chari tatis: Epiſcopi autem ſolis ſtudiis ſpiritualibus intenti, id, ſicut dixi, à religioſis viris tãquã ſpi ritualibus ſuis membris accipiũt. Homo enim non à ſe toto, ſed à corde & interioribus ſuis principium vitæ habet, & ipſa quidem non ſic viuerent, ſi membra totius non eſſent. Ita repu to religioſos membra epiſcopi, qui tandiu ſpi- ritualiter viuunt, & vitam ſpiritualem princi- piant, quandiu membra eſſe non deſinunt. Ex eis oculi, nares, labia, & qualiacũque ſint exte- riora antiſtitis mẽbra foris ad populum ſacer- dotes, vitam ſpiritus ſortiuntur, quã & ipſi im mediatè ſubditis plebibus largiuntur. Conne-

Digitized by Google

xa ſunt ſingula membra in corpore Ieſu Chriſti, ait Apoſtolus. Hanc vitam quis in ſuo fonte oculus prominens aut labium tumens non laudat, cuius item laude laus eius accreſcit? Vnde paternarum laudum magnus ſcrutator & probꝰ in epiſtola quadã inuectiua PETRVS
21 BLESENSIS. Vitam † religioſorum, quorũ
Religioſorum laus. diuerſæ ſunt ſpecies, vt quæ polymita eſt cum tunica Ioſeph, & circunamicta varietatibꝰ ſpõſa Chriſti, tota affectione cordis veneror: ipſorũque pedes brachiis deuotiſsimæ humilitatis amplector. Scio enim quia præ cunctis ſecularibus, & clericis, & laicis tantò differentius virtutũ titulum referũt, quãtò impreſsioribus veſtigiis apoſtolorũ regulis inhæſerunt. Ipſi in humilitate, hoſpitalitate, obedientia, charitate, & cæteris, quibus regnum Dei rapitur, ac poſſidetur, indefeſſa ſollicitudine ſe exercent. Hi carnem deprimunt, ſpiritũ erigũt, vitã in terris ducentes angelicã, Chriſto militant in tenuitate ciborũ, in aſperitate veſtiũ, in vigiliarũ excubiis, in pſalmis, hymnis, & cãticis ſpiritualibus in confeſsionibus & diſciplinis, & lachrymis, in cæleſtiũ ſuſpiriis, in ignitis cõpũctionibus, in exceſsibus mẽtis, in iubilationibus arcanis, dulcibuſq; ſuſurris, in quibuſdã glorię cæleſtis experientiis, in amplexibus ſponſi. Hæc ille CLERICVS. Si verũ ſit quod dixit Hieronymus, vita poſterior ſemper iudicat de priore. Iſte reuerendus ſacerdos, & adminiſtratione grãdis archidiaconus, infudit noſtris ſenſibus quid iudicio patrũ debemus ſucceſſores eius de ſancta religione ſentire: quãdo dicit: vitã religioſorũ per ſpecies variã tota affectione cordis veneror, ipſorũq; pedes brachiis deuotiſsimę humilitatis amplector: quãdo dixit, prę cũctis ſecularibus clericis & laicis, tãtò differentius virtutum titulũ referunt, quantò impreſſioribꝰ veſtigiis apoſtolorũ regulis inhæſerũt. Iſta dicens, nec clericũ læſit officio, nec religione profeſſum: ſed ſanctorũ gradus & merita libra patrũ ſimiliter cũ ſuo Sarisburienſi iudice lãce ſuſpẽdit. AVTH. Benedictus Deus quoniã mirificauit miſericordiã ſuã mihi, in ciuitate munita. An nõ in ciuitate bene munita, cùm dicat Sapiens: Contradictiones cõprimit ſors? Et ſequitur. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Hæc charitas præcepti, hæc dilectio proximi, hæc vnica lex Chriſti, quæ vetuit hominesamare ſeipſos, ſed mutua ſorte cõtradictiones comprimere, vt frater ſemper iuuetur à fratre. Erunt, inquit Paulus in prophetia, homines ſeipſos amantes. Et ſequitur, Cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobediẽtes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incõtinentes, immites, ſine benignitate, proterui, tumidi, voluptatũ amatores magis quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. His omnibus malis, inquit ſuper Ioannem AVGVSTNVS. Ab eo velut fonte manantibus quod primò poſuit ſe ipſos amantes, & ſubdit. Non ſunt ſeipſos amantes qui paſcunt oues Chriſti. Sanctum ergo & percelebre paſtoris officium quantuncunq; minoris mirabimur, ſi amemus non noſipſos, ſed illos. Quid enim nõ dulce amãti? aut quid grande videbitur odienti? Idcirco legiſlator, qui de dilectione noſtri nõ dedit præceptum, amare iuſsit alterutrũ. Et Apoſtolus eius, vt prius dixi, Superiores in humilitate ſibi inuicem arbitrantes: quia naturaliter vnuſquiſq;, aut pulchrum, aut vtile ſibi pretioſius reputat quod miratur in alio, quantò hoc minus cõperit in ſeipſo. Vaticinãte poeta, Ferti lior ſeges eſt alienis ſemper in agris, Vicinũq; Ouidius pecus grandius vber habet. Pro qua re artificioſe ſcripturã illam enucleat, vbi auditur vox alarum animalium percutientium alterã ad alteram homil. 9. ſuper Ezechielem. GREGORIVS. Omnes, inquit, ſancti ſeinuicem ſuis virtutibus tangunt, & ſeſe ad prouectum excitant ex conſideratione virtutis alienæ. Non vni dantur omnia, ne in ſuperbiã elatus cadat: ſed huic datur, quod tibi nõ datur: datur, quod illi denegatur. Vt dum iſte cõſiderat bonum, quod habes, & ipſe non habet, te ſibi in cogitatione præferat: & rurſum dum tu habere illũ cõſpicis, quod ipſe non habes, te illi in tua cogitatione poſtponas: & fiat quod ſcriptũ eſt, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. Vt enim pauca ex multis loquar: Iſti miræ abſtinentiæ virtus tribuitur: & tamẽ verbum ſcientiæ non habet. Illi datur verbum ſcientiæ, & tamen virtutem perfectæ abſtinentiæ apprehendere conatur, & non valet. Et infrà. Mira itaq; diſpẽſatione omnipotens Deus ſic in electis ſuis ſua dona diſpenſat, vt & iſti det, quod illi denegat, & alteri maius, quod alteri minus adeſſe pẽſat, vt dona dei alter in altero, ideſt, viciſsim omnes admirentur, atq; ex hac ipſa admiratione humilietur alter alteri: & quẽ videt habere quod non habet, eum diuino iudicio ſibi præ
22 latũ putet. Hæc ille. AVTHOR. Hac † cõſi-
Religioſi & clerici quid alii alteris debeant. derationemutua filiorũ Dei mutuus amor ſurgat, & ex amore mutuo, mutua admiratio, & laus virtutis, vt dum miniſter eccleſiæ cõſpicit in religioſo viro abſtinẽtiam, vigiliam, & paupertatẽ, admiretur eum, & prę ferat, Religioſus autem intuẽs in clerico labores, & tolerantias plurimas,

Digitized by Google

plurimas,& vbertatem regiminis, cũ omni humilitate veneretur, & laudet: nihilq; hinc erit vnde iſte vel ille ſuperbiat,dũ plus ſemper reputet eſſe quod pulchrum videt, & ipſe nõ habet:& ſponte fiet,quod de Paulo refert Gregorius:cum omni humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. At,vt dixi,in honore clericus præcellit,non tantùm iure officii, ſed effectus: religionis enim virtus admirationem non habet de foris,niſi teſtimonio eorũ, qui præſunt in populis,prout notat textũ illum Genẽ. vbi mandragoras filij Liæ Rachel accepit in lib. 3. expoſitionis ſuæ,& aſſumit ab Auguſt.lib. 12. contra Fauſtum RABANVS. In illo mandragorico pomo figurari intelligam famam bonam popularem. Vnde dicit Apoſtolus:oportet etiam teſtimonium bonum habere ab his, qui foris ſunt,qui licèt parum ſapiunt, reddũt tamen plerunque labori eorũ,per quos ſibi cõſulitur,& ſplendorem laudis,& odorem bonæ opinionis. Nec ad iſtam gloriam popularem primi peruenerũt eorum,qui ſunt in eccleſia, niſi quicunque per actionem in periculis & labore verſantur.Propterea Liæ filius mala mãdragorica inuenit exiens in agrum.i.honeſtè ambulans ad eos qui foris ſunt:doctrinam verò illam ſapientiæ,quæ à vulgi ſtrepitu remotiſsima in contemplatione veritatis dulci delectatione defigitur, hanc popularem gloriam quantulãcunq; non aſſequeretur,niſi per eos, qui in mediis turbis agendo,ac curando,populis præſunt.Quia dum iſti actuoſi ac negotioſi homines, per quos adminiſtratur multitudinis vtilitas,& quorum authoritas populis cara,& teſtimonium etiam perhibent vitæ propter ſtudium conquirendæ & contemplandæ veritatis,otioſè quodammodo mala mandragorica per Liam perueniunt ad Rachel:ad ipsã verò Liam per filiũ primogenitum.i. per honorem fœcunditatis eius,in quo eſt omnis fructus eius laborioſè atque inter cętera tentationum periclitantis actionis,quam plerique bono ingenio prædiți ſtudioq; flagrantes,quanuis idonei regendis populis eſſe poſsint, tamẽ vitant propter turbulentas occupationes, & in doctrinæ otium toto pectore tanquàm ſpe in Rachelis feruntur amplexum.AVTHOR. Hæc ille.& Auguſtinus.Quando dicat Auguſtinus mandragorica poma.i.popularem famam & laudem bonam vitę primo prouenire ad eos,qui in mediis turbis actuoſam vitã exercẽt ſcilicet ſacerdotes,quorum authoritas populis cara eſt,quia curando, & agendo populis præſunt,curatos exprimit populorum vicinos,& competentes eis honores.Quod autẽ ſapientiam dicit à vulgi ſtrepitu remotiſsimã in veritatis delectatione defixam, cuius aſſecutores dixit pleroſq; bono ingenio prędițos,& ſtudio flagrantes,& quanuis idoneos regẽdis populis,regimen tamen ipſum vitantes, & in ſanctum otium tanquã in Rachelis oſculũ pectore toto translatos, religionem ſanctam intelligit,ad quam laudũ fauor non niſi per Liæ prolem.i.paſtores plebis accedit. Meritum ergo ex ſe poteſt habere religio: penſam autem honoris extrinſeci extra eos,qui inter medias plebes dignitate præcellũt,parcam conſequetur,vel nullam.

Ad blaſphemias & contumelias Witcleff,contra ſacras religiones: adhuc ſub Titu. IX.

¶ Quòd religioſi ordines perfectorum non ſunt factitij à puro homine, ſed à Chriſto homine inſtituti.

CAP. LXXXIII.

SVMMA.

1 *Witcleff quomodo falsè dicat religioſorum ordines aduentitios aut factitios à puro homine.*
2 *Arrogantium omnium moris eſſe,ut ſecũdum ſeipſos præpoſterent alios.*
3 *Manichæorum perfidorum error, dicentium legem ueterem aliam à lege Dei.*
4 *Chriſtus,q, omnẽ religionẽ tenuerit,& inſtituerit.*
5 *Ordo perfectorum religioſorum,quòd non poſsit dici quòd fuerit à puro homine factitatus.*
6 *Cœnobitarum uita.Et unde dicantur Cœnobitæ, & Cœnobia.Et quis hanc uitam fecerit primus.*

MEMORITER autem teneo, nec abſcedo de facili, voluẽs verbũ illud huius hæretici, ponentis in ſtatu cælibũ, diuerſos ſtatus alios contineri,vt ſunt, inquit, religioſorũ ordines, qui aduentitij ſunt,aut factitij à puro homine, & maximè vt ſint inter ſe profeſsiõe diſtincti. Magni põderis debet eſſe verbũ ſcribentis. Fe

Digitized by Google

ce quantam occaſionem dedit hoc verbo ſuæ hæreſi Witcleff, vt diceret conſequenter tractatu de contrarietate duorum dominorum ca. vltimo. Quidam eliciunt ex ſigno triplici, qđ eſt diabolica diuiſio in legis ſectis, primo, ex hoc quòd carent fundatione in rationibus viuacibus vel ſcriptura, & q̃ vel oportet negare Deitatis Chriſti omnipotentiã ac omniſciẽtiam, vel dicere, q̃ cauſa neceſsitatis inducendi iſtos ordines, vel patebat in rationibus, aut latebat in theſauro diaboli per tẽpus, quo regnauerat Ieſus Chriſtus. Hæc impius Witcleff. AVTHOR. Pro † plano habet Witcleff, q̃ à Ieſu Chriſto in tẽpore, quo regnauit, eſt nõ fundata perfectorum religio: cũ hucuſque regnet, & quo regnauit à ligno, & regnabit dominus in æternũ & vltrà. Tamẽ quia dixit hæreticus ordines iſtos aduentitios, & ab homine puro factitios, percũctarer ergo hæreticũ, ſi ſuperſtes, & præſens eſſet, quid ipſe diceret à puro homine factitiũ. Sed quod non legit Chriſtũ Deum & hominem expreſsiùs ordinaſſe, pro modico eſt, q̃ tali authoritate ducamur. Nam ſic ordo diaconatus eſſet aduentitius, & ab homine puro factitius, maximè vt eſt inter ſe diaconorũ diſtinctio: ita vt alij ſint diaconi ſimplices, archidiaconi alij. Aut in ratiõe viuaci, vel in ſcriptura doceat eos à Deo inſtitutos & homine, qualiter religioſos viros ſuis ordinibus nõ fundauit. Vbi itẽ ſubdiaconos & clericos fundat inferiores, aut ſacerdotes plebeios, & parochiarũ rectores, quos minores prælatos appellat, maximè antequã per diſtinctionẽ fiebant parochiæ. Inimicus homo ſuperſeminare ſolet iſta zizania: quo cõtra Paulus docuit primos fideles ad Ro. 14. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ? aut tu quare ſpernis fratrẽ tuum? omnes enim ſtabimus ante tribunal dei. Sequitur. Nõ ergo amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculũ vel ſcãdalũ. Leue eſt ponere offendiculum corã cęco, & dicere hunc ſtatũ fundaſſe Chriſtũ, hunc non fundaſſe: cũ ſic dicẽs plus ſuã dictionẽ fundare nouit in nugis Ariſtotelis, quàm in ſacris literis vel in eccleſiæ inſtitutis, quẽ nec ad tantum putẽ deſipere, vt quãuis Ariſtotelẽ dicat philoſophum & philoſophiæ dogmatiſtẽ, nõ tamẽ philoſophiæ factorẽ cõcedet. Cur ergo in ſanctos Dei homines Antoniũ, Eliã, Ioannẽ, Benedictũ, Auguſtinũ, aut Dominicũ titulos factitios ſuorũ ordinũ ſuperponit? quaſi contra dominũ ſuperbirẽt, & dicerẽt manus noſtra excelſa, & non Deus fecit hæc omnia. Cur eorum filiis item ſchiſma Corinthiorum imponit quaſi vnuſquiſque ſicut audit: Ego ſum Pauli, Ego Cephæ, Ego Apollo: ita audire inſtat carmelitam dicere, Ego ſum Eliæ intuitu prophetico matris Dei: aut monachum, Ego Benedicti, aut alios ſigillatim, Ego Auguſtini, Ego Dominici: diuiſus eſt ergo Chriſtus? Nũquid Elias vel Auguſtinus crucifixus eſt pro vobis, aut in nomine Eliæ in profeſsione veſtra ſecundo gradu poſt baptiſmum abluti eſtis? Forma quæſtionis eſt Pauli. Nunquid ſicut Witcleff quòd ſacerdotes omnes fundantur generaliter in euangelio, qualiter religioſos perfectos neſcit ibi fundare. Quid ad hoc dicemus? diuiſus eſt ergo Chriſtus. Sed in verbo Pauli vnuſquiſque noſtrum adiiciat. Si quis confidit ſibi Chriſti ſe eſſe, cogitet hoc iterum apud ſe, quòd ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos. 2. Corint. 10. Hoc in noſtro propoſito dixit Paulus ad illos, qui famã apoſtolatus ſui decolorabant in populo, quòd nõ à Chriſto, ſed ad hominibus factus eſſet apoſtolus quàm fatue. Eodem loco in li. annotationũ. HIERO. Nemo tã ſtultus eſt, quàm qui ſe ſolũ Chriſti eſſe gloriatur. Hæc ille. AVTHOR. Nõ ſibi ergo cõtumeliam faciant & ſpiritui Dei, dicẽtes ſe ſolos Chriſti eſſe, qui ſtulti dici nolũt, aut eſſe. Arrogãtes † omnes hoc habent de more, vt ſecundum ſeipſos præpoſterent alios. Sic homili. 33. imperfecti docet CHRYSOSTO. Qui non eſt ex Deo, nullius ſacerdotium putat ex Deo. Vnde autem putas fieri, vt inuicem ſe ſacerdotos contemnant & perſequantur, niſi quia per ambitionem facti ſacerdotes omnes tales æſtimant, quales ſunt ipſi? Sacerdos autem, qui eſt ſecũdùm Deum, omnes ſacerdotes timet offendere, quia omnes ex Deo fieri arbitratur: quãuis ex hominibus ſit factus. Ecce enim Dauid quàm manifeſtè ſciebat Saulem non eſſe regem ſecundùm Deum, tamẽ frequenter ſibi traditũ nolebat occidere, dicens: Non iniiciam manus meas in vnctum domini. Item Paulus cũ maledixiſſet ſacerdotem Ananiam, & audiſſet quoniam erat ſacerdos, pœnitentia ductus reſpondebat, Neſciebam fratres quia princeps eſt ſacerdotũ. Hæc ille. AVTH. Ita exiſtimo Witcleff non fuiſſe ſacerdotem ſecundùm Deum: ideo omne ſacerdotium maius & minus & omnem religionem à diabolo eſſe pronuntiat. Reſpondẽt autem Witcleuiſtæ quòd audiuere Witcleff dicentẽ, quòd lex Chriſti vnã eius eſſe religionẽ Chriſtianam docet: ideo pluralitatẽ religionũ non accipit: Sic † perfidi Manichæi arguerunt legem veterem aliam à lege Dei, quia lex noua, inquiũt, quã attulit Chriſtus, ipſa eſt lex Dei. Vnde libro de opere monachorũ ca. 11.

AVGV-

AVGVSTINVS. Sub lege quidem nõ erat ſicut illi, qui ſeruiliter eam operabantur, ſed tamen in lege Dei & Chriſti. Non enim alia erat lex iſta, & alia lex Dei, ſicut perditi Manichęi ſolent dicere. Hæc ille. AVTHOR. Nec eſt alia religio Auguſtini, alia Chriſti: ſicut perditi Witcleuiſtæ ſolent dicere, ſed vtraq; Chriſti, & ex inſtitutione Chriſti, ſicut hæc ſtella, & illa, quæ item differunt claritate: & quinque millia hominum, qui diſcubuerunt per centenos & quinquagenos omnes in vna Chriſti menſa refectionem acceperant, nec aliquis ſic reficiendo menſam, refecerat ſibi, aut multiplicauerat ſibi panem: ſic conuentus religioſorum ſub vno magiſtro Chriſto diſcubitus, eligunt ſub remiſsiori regula per quinquagenos, aut per centenos ſub regula arctiori: ſed ſiue hi, ſiue illi, omnes ſub vna regula Chriſti. Quilibet in cõſenſu eccleſiæ de manu Chriſti accipit vitæ regulam, nullus ſibi conſtituit, Si vis perfectus eſſe, vade, & vende &c. Nunquid Chriſtus & non apoſtoli Andreas, & Petrus, qui priùs eam deuouerant? Quis illam de tertio genere Eunuchorum, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, nonne Chriſtus qui dixit, Qui poteſt capere, capiat: non autem, qui poteſt facere, ſibi faciat. Ipſe † ergo Chriſtus in ſeipſo religioſorum perfectiones inuenit, ipſe eleemoſynas, ipſe prædicationes verbi, ipſe orationes prolixas, ipſe hymnorũ cantus, ipſe hoſpitalitatem, ipſe ſilentium, ipſe extenſas vigilias noctis, ipſe opera pietatis inuenit, & omnes futurorum religioſorum perfectiones poſsibiles: ita vt extra eũ nullus facere quicquam poſsit, ſed totum ab ipſo accipiat, quod pro modulo vitæ ſuæ iudicat profuturum. Ioanne tunc religioſo eremita aſſerente de plenitudine nos omnes accepimus, & Chriſto ſemper præſto affirmante, Qui poteſt capere, capiat. Qui non potes capere ardua, ſaltem ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Vñ lib. 3. de fide ad Gratianũ Imperatorem. AMBRO. Vt docet præſentis lectionis teſtimonium, virtutes, quibus æternæ vitæ fructus acquiritur, in Deo factas æſtimare debemus, Caſtitatem, pietatem, religionẽ, fidem, & alia huiuſmodi, quæ in voluntate Dei facta ſunt: ergo ſicut in Dei patris, ita etiam in Chriſti voluntate & virtute facta ſunt. Sicut legimus. Creati Chriſto in operibus bonis. AVTHOR. Ecce † religionem & fidem voluntate Dei factas æſtimare debemus, dixit Ambroſius, ita non poteſt dici ordinem perfectorũ religioſorũ ab homine puro factitatũ, vt apoſtolos ſuos nõ priùs apoſtolos, q̃ religioſos perfectos Chriſtus efficeret pauperes, caſtos, & obedientes, inquiens, Sequere me, & ſub hoc ordine ordinẽ plebeiorum, quorũ diues iuuenis erat vnus. Qui duo ordines in ſanctos Hieroſolymitanos, & fideles gentiũ poſtmodum magno numero diffuſi ſunt, pro quorũ diſparitate vitæ & meriti. ca. 15. de templo Salomonis ſcribit BEDA. Multitudo ergo credentiũ, qui relictis poſſeſsionibus vno corde & anima Deo ſeruiebant, ipſa eſt templum & locus intra atria ſacerdotum ſpecialiter illi conſecratur. Porrò baſilica grandis, & orantes in ea circa atrium ſacerdotũ in gyro figurã geſtãt eorum, qui eo tempore credebãt ex gentibus in Syria, in Antiochia, cæteriſq; prouincijs & ciuitatibus. Quib⁹ apoſtoli & ſeniores, qui erãt Hieroſolymis, nihil amplius imponebant, q̃ vt abſtineret ſe ab idolis immolato, & ſanguine ſuffocato, & fornicatione: quorum tũ oblationibus volebãt pauperes ſanctorũ, qui erãt Hieroſolymis ſuſtẽtari, quatenus carnalia ſua eis miniſtrantes, ſpiritualium eorũ poſſent fieri participes. Barnabas verò, & Paulus cum ſocijs ſuis, qui oblationem eorũ accipientes, Hieroſolymas deferebãt, ipſi ſunt ſacerdotes, qui hoſtias ſuſcipientes ad altare domini cõſecrãtes perducebant: bona deuotionis eorum ſanctis, qui pro illis orare deberent, attulerũt. Nã carnales ſufficere ſibi credunt, ſi fidem, ſpem, & charitatem, operumq; munditiam habeãt. Perfecti autem & hæc habẽt, & inſuper in verbo prædicando laborant, pauperibus opera ſua tribuunt, vigilijs, ieiunijs, hymnis, & canticis ſpiritualibus, ſacris quoque lectionibus ſe dant: perſecutiones, pericula, propter iuſtitiã tolerãt, & cætera, quæ ſe feciſſe cum ſocijs Paulus gloriatur, prompta deuotione mentis exequuntur. Et infrà. Ad hoc atrium vſq; vniuerſi conſcendũt electi, qui fide, ſpe, dilectione, & opere Deo placere appetunt. Hoc altã meritorum gratia tranſcendunt perfecti. Tñ intantũ virtutis culmen non perficiunt, vt dicere ſuis auditoribus poſsint, Imitatores noſtri eſtote, ſicut & nos Chriſti. Glorientur, & dicant, Neſcitis qm̃ angelos iudicabimus, quantò magis ſecularia? Hęc ille. AVTHOR. Totum ſcribitur ſuprà libro. 3. reſumo autem, quantum oportet aliter declarari quod ibi tacitũ eſt. Audiat hic Witcleff, cum vnitate ſectæ Chriſti ſtare diſtinctionem viuentium imperfectorũ de populo, qui fide, ſpe, & dilectione cum operatione pura contenti, tanto longiùs à perfectis ſunt diſcreti, quantò hi alijs excellentiùs ſunt profeſsi. Quis ibi enumeret vigilias, ieiunia, orationes iuges, hymnos, eleemoſynas

4 *Chriſtus omnem religionem tenuit, & inſtituit.*

5

ſynas operum, ſacras lectiones & prædicationes verbi Dei, hoc contra illos aduerſarios religioſorum: qui dicunt eos non debere prædicare vel inſiſtere ſtudijs lectionum, quia monachus non docentis ſed plangentis habet officium. Audiat Witcleff, q̃ perfecti ſunt perfectione vitæ popularium, & vltra hanc, prædictas perfectiones admittunt: quia blaſphemat in eis, qđ addunt, dicẽs, eos debere obſeruare purè legem Dei: quaſi non habeat purum oleum, qui delet aurum, aut purum metallũ, qui purgat ei ſcoriam. Notet item, q̃ his perfectis viris debent ſacerdotes populorum oblationes & deuotiones afferre prę omnibus ſuis cæcis, debilibus, & claudis, quemadmodum Paulus & Barnabas dederunt dexteras Apoſtolis. Hoc idem fecere penes gentes, non cæcis, & vulgi pauperibus, ſed ſanctis Hieruſalem: de quibus primò ait illud ſcripturæ: multitudo credentium, quæ relictis poſſeſſionib⁹ vno corde & anima domino ſeruiebat. Quæ multitudo vitam cœnobitarum tunc egit etiã vt gradui vitæ poſſet congruere in ipſo commorans ait, die noctęq́; prout ex litera textus Beda deducit in libro retractationum ſuper actus textu. Erant illis omnia communia. BE-
6 DA. Communia † latinè, græcè cœna, à quo nomine conſtat perfectos Dei famulos cœnobitas græcè, & communiter viuentes latinè dici. Cœnobia eorum habebant vocata. Bion namq; lingua Græcorum vitam conſtat appellari, non eam vitam, quæ morti contraria eſt, ſed illam, dum quærimus, qua quiſq; conuerſatione vitam ducat, in militia, an in agricultura, aut in arcta qualibet, honeſta, an turpi, Monachus ſit aut clericus, an laicus. Cæterum vita, qua à mortuis diſcernimur, Zoe nuncupatur à Græcis. Qui ergo ita viuunt, vt ſint eis omnia communia in domino, rectè compoſito ex duobus vno nomine vocantur Cœnobitę: quæ nimirum vita tantò à terrenis ſeculi huius conuerſationibus felicior eſt, quantò magis ſtatũ futuri ſeculi etiam in præſenti imitatur, vbi ſunt cõmunia omnia omnibus beatis cernentibus eius gloriam, à quo ſunt omnia bona. Hæc ille. AVTHOR. Hanc vitam ſanctam, quis primus hominum fecit, niſi Chriſtus homo? qui perfectionem vitæ in voluntaria paupertate conſtituit, & cæterarum profeſsione virtutum, vt in medio populi Chriſtiani ſtatus religionis ſanctæ, quam ipſe de crucis religione & authoritate probaſſet, tantùm appareret eminere religionibus prophetarum in medio Iudæorum, aut religionibus Stoicorum, & Sibyllarum in medio gẽtium, quantùm populus eius vtriq; ipſorum populo, vitæ merito præfulgeret: prout artificioſè ſatis deducit epiſtola ad Marcellinum, enumeratis ingentibus vitijs hominum, contra quæ vitam religionis Chriſtus inſtituit. AVGVSTINVS. Gratias domino Deo noſtro, qui contra mala iſta miſit nobis adiutorium ſingulare. Quò enim non tolleret? quem non inuoluéret? in quod profundum non demergeret fluuius iſte horrendæ nequitiæ generis humani, niſi crux Chriſti in tanta mole authoritatis eminentiùs, firmiùſq; figeretur, cuius robore apprehenſo, ſtabiles eſſemus, vt malè ſuadentium, vel malè impellentium, tam vaſto mundi huius abrepti gurgite ſorberemur. In iſto enim culmine morum peſsimorum, & veteris perditione diſciplinæ maximè venire, ac ſubuenire debuit cæleſtis authoritas, quæ voluntariam paupertatem, quæ continentiã, beneuolentiam, iuſtitiam, atq; cõcordiam, veramq́; pietatem perſuadere, cæteraſq́; vitæ luminoſas validaſq́; virtutes. Sequitur. Deus enim ſic oſtendit in opulentiſsimo & præclaro Romanorum imperio, quantùm valerent ciuiles ſine vera religione virtutes, vt intelligeretur, hac addita, fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex, veritas: cuius lex, charitas: cuius modus, æternitas. Hæc ille. AVTHOR. Cæleſtis ergo authoritas mundo ſubueniens, voluntariam paupertatem, continentiam, concordiam, & cæteras validas virtutes vitæ miſit ſanctis hominibus, vt omnes ciuiles ſine hac religione virtutes declararet inualidas. Nec eſſet aliqua virtus vel præcedentium in prophetica, vel ciuili, aut in religione poſt modum qualibet Chriſtiana, quæ hìc non eſſet, aut ab hac authoritatis formula ſequeretur.

¶Quòd à conuerſatione beatæ virginis, & Apoſtolorũ in cœnaculo traducta eſt deinceps ſchola religionis perfectorũ in claustro.

CAP. LXXXIIII.

SVMMA.

1 *Religionis perfectorum ſchola in claustro unde fuerit traducta.*
2 *Carmelitæ cur fratres Mariæ dicti.*
3 *Cœnaculum cœnæ domini ubi fuerit.*
4 *Religio quare ſchola uirtutum dicatur.*

Regu

5 *Regulæ duæ Chriſtianorum perfectorum, & inferiorum contra Witcleff.*

6 *Witcleff arguitur mendacij in eo, q̃ dicat plus trecentis annis poſt Chriſtum religionem perfectorum ſumpſiſſe initium.*

7 *Religionem perfectam à Chriſto domino Deo, & homine per apoſtolos & euangeliſtas inſtitutã, & auctam eſſe probatur.*

8 *Apoſtolorum eſſe regulam, quam omnes ordines ſe qui cupiunt, non à tali patrono factitiam, ſed ab apoſtolico exemplari ſecundùm uiuentium capacitates electam, oſtenditur.*

9 *Antonius magnus eremita, & propheta, quòd ad eremum Ægypti apoſtolicam regulam ſibi & ſuis tulerit, non ſuam.*

10 *Hieronymus q̃ fuerit monachus, oſtenditur.*

1 IN † hac regula ſanctimoniæ profeſsionis prima præfulſit beata virgo Dei genetrix cõcordi apoſtolorum cœtui vſq; ad eorũ diſperſionem, cohabitans primò in cœnaculo vbi iuxta actuum literam cõmanſerunt, Chriſto primò hoc iubente, donec induerentur virtute ex alto. Prout lucidè declarat in ſermone de Aſſumptione beatæ virginis ad Paulam, & Euſtochium HIERONY. Cæterùm ad exẽplum humanæ vitæ cõuerſatio eius poſt aſcẽſionem Chriſti generaliter cum apoſtolis fuit, quouſq; diſperſi ſunt, ſicuti meminit Lucas, dicens, q̃ egreſsi quidem à monte Oliueti, Hieroſolymam venerunt, & aſcenderũt in cœnaculum, vbi manebant Ioannes, & Iacobus, Andreas, Philippus, Thomas, Bartholomæus, & Thaddæus, Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simõ Zelotes, & Iudas Iacobi: hi omnes, inquit, erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. Ecce Ieſu aſcendente cum quibus virgo vacat in ſchola virtutũ, & meditatur in lege mandatorum Dei, vt & ipſa forma ſit diſciplinæ Chriſti, & exemplũ perfectionis virginib⁹. Conuerſatur autem cum teſtibus ſanctę reſurrectionis: & ipſa teſtis conuerſatur cum ſenatoribus cæli intra curiã paradiſi, ſub Spiritus ſancti diſciplina, & magiſterio diuino totius maieſtatis. Inuenitur prima beata Maria inter primas ſummi regis cohortes, quarũ vita non erat iã de terris: in quibus Chriſtus ꝑliabatur, ſed in cælis. Hinc aſcendiſſe leguntur in cœnaculum, quo paſcha digniſsimè celebrabatur. Illi quippe manebant cum Maria matre Ieſu vnanimiter conſpirati in charitate, perſeuerantes in oratione, donec induerentur virtute ex alto. Conſueuerant enim iam orare, quia dudum cũ domino conuerſantes, virtutibus, & miraculis paſcebantur: & bene perſeuerantes in oratione, nihil hæſitantes, donec acciperent munera Spiritus ſancti, quæ poſcebant: quos & vos ô filiæ imitamini, q̃ in ſchola Chriſti permanere vouiſtis. Perſeuerate in orationibus vnanimiter viuentes, quouſq; intrare poſsitis gaudia æternę vitæ. Hæc ille. AVTH.

2 Prope † hoc cœnaculũ contemplatione beatæ virginis, cultores virginis Carmelitæ hoſpitium acceperunt, illuc ad Pentecoſtes feſtum de Carmeli vertice deſcendentes, prout libro de peculiaribus geſtis Carmelitarum ad Caprafium monachum ſcribit IOANNES. Anno ergo, in quo Chriſtus Ieſus aſcendit in cælum, omnes religioſi prædicti mox poſt eius aſcenſionem in Hieruſalem conuenerunt, vt ibi feſtum Pentecoſtes celebrarent in ſanctis. Habitabant autem tunc in Hieruſalem apoſtoli domini prope manſionem dictorum religioſorum, ſcilicet in cœnaculo grandi & ſtrato, in quo Chriſtus in die cœnæ fecit ſibi paſcha parari. Vbi ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit, & corpus ſuum ſub ſpecie panis ſumen

Carmelitæ, cur fratres Mariæ dicti.

3 dum diſcipulis tradidit: quod † cœnaculum erat in monte Sion, in parte montis, quæ dicitur Mello, vbi olim erat palatium, quod rex Dauid ſibi cõſtruxerat. Hæc ille. AVTHOR. His dictis multa tela franguntur religioni ex aduerſo vibrata: primò, q̃ impius Witcleff inſaniens dicit de nouatione vel fundatione nouarum ſectarum cap. 3. Siue Benedictus, ſiue alius quiſquam nouam ſectam ſupra Chriſtianam collegerit, non in hoc eſt laudandus, nec perſona ipſum ſequens ſectaliter, ſed culpanda. Ratio eſt, quia cum iſta conſuetudine deſponſantur. Hæc Witcleff. AVTHOR. Expone metaphoram, quam in deſponſationis verbo cõceperis. Quòd immobiliter teneant ſanctæ vitæ conſuetudinem, quam ex talibus ſanctis traxerunt, tunc non eſt talis magiſter laudandus, nec eius diſcipulus. Et culpãda igitur erat beata virgo, & multùm culpandi apoſtoli, qui hanc vitam clauſtralem incœperunt ad exemplum humanæ vitæ, vacantes in ſchola virtutum in cœnaculo, perſeuerantes in oratione, non raptim orantes & breuiter, & meditantes in lege mandatorum Dei, vt forma eſſent diſciplinæ, & exemplum perfectionis virginibus, quibus tanto tempore pòſt futuris ait Hieronymus de apoſtolis. Quos & vos ô filiæ imitamini, quæ in ſchola Chriſti permanere vouiſtis, perſeuerantes in orationibus, vnanimiter viuentes, quouſque intrare poſsitis

Cœnaculũ cœnæ dominicæ ubi fuerit.

Digitized by Google

ſitis gaudia vitæ æternæ. Has ergo deſponſat huic conſuetudini vitæ cœnaculi, quæ cũ ſancta Paula in clauſtro vixerunt in grandi numero per turbas, & agmina, vt ipſe refert in epitaphio eiuſdem Paulæ, Vſque ad finem vitæ, & quouſq; intrare poſsitis, inquit, gaudia vitæ æternæ: & hoc vnanimiter viuentes non vnanimitatem collegij exeuntes ad euentandum, vt impius Witcleff dixit. Et quod dicit iterum, ſi quiſquam nouã ſectam ſupra Chriſtianam collegerit in religionis deteſtationẽ loquitur diminutè: deceret enim ſuprà regulã Chriſti populi Chriſtianã, ſupra quam Chriſtus ſuam ipſius regulam, & poſt ſe matris ſuę & apoſtolorum regulam multò magis Chriſtianam collegit, & addidit, ſicut dixit Auguſtinus ſuprà, iam hac addita fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius rex veritas. Et Paulus ad Ephe. 3. Ei autem, qui potens omnia facere ſuperabundanter, quod petimus, aut intelligimus ſecundùm veritatem, quæ operatur in nobis. Ipſi gloria in eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſeculi. Dãnatus Witcleff, dixit in confuſiones ſeculi ſanctorum, vt in omni verbo, Chriſto, & eius apoſtolo ſe contrarium demonſtraret, & ſic indubium Antichriſtum: quia & hoc vnum ſignũ dat apoſtolus Antichriſti ad Theſſaloniceñ. quòd omnem religionẽ extinguat. Vnde. 11. quæſtione ad Algaſiam HIERONYMVS. Homo peccati, in quo fons omnium peccatorum eſt, & filius perditionis & diaboli: ipſe eſt enim vniuerſorum perditio, qui aduerſatur Chriſto: Et ideò vocatur Antichriſtus, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus, quòd omnem probatam & veram religionem ſuo
4 calcet pede. Hæc ille. AVTHOR. Sed † vt noſtra tãgamus, poteſt hic hæreticus videre, quare religio ſchola virtutum dicitur, non quòd à perfectione virtutis diſcat, vt ipſe putat, ſed ꝙ perfectæ virtutis culmen, & perfectio ibi quæratur. Alioquin vbi maior perfectio vitæ, quàm vbi genitrix Saluatoris, vbi amici Chriſti, & cohæredes regni, ſtudium conuerſationis agebãt, quorum tamen vnus carne purus, & mentis eleuatione præcipuus? Si dixerimus inquit, ꝙ peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas non eſt in nobis. Ideò dicit Hieronymus ſcholam virtutum ibi eſſe, vbi cum apoſtolis Chriſti virgo vacat virtutibus. Et de virginibus dicit idem, quæ in ſchola Chriſti permanere vouiſtis: Si in ſchola perfectionis perfecto eſſe præiudicet, his virginibꝰ, & virgini matri præiudicat, & Chriſti apoſtolis. Si ſcilicet ibi eſt aliquod charitatis obſtaculum, ſine cauſa Chriſtus dixit apoſtolis, Eſtote perfecti. Et quis noſtrum perfectus erit in hac ſchola, quantumcunq; verſetur, quando magiſter gentium impedimẽta charitatis ſentit in carne, dicens, Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum? Ideò quæſtione octaua ad Algaſiam HIERONYMVS. Vnuſquiſq; conſideret, & accuſator ſui tractet incentiua vitiorum quomodo in ſermone & in calore corporis ſę peloquatur, & cogitet, patiatur quod nõ vult. Nolo dicere faciat, ne ſanctos viros videar accuſare: de quorum vno ſcriptum eſt. Erat ille homo verus, immaculatus, iuſtus Dei cultor, recedens ab omni opere malo. Et de Zacharią & Elizabeth. Erant iuſti ambo in conſpectu Dei ambulantes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini abſq; querela: & præceptum eſt apoſtolis. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Nunquam autem hoc apoſtolis imperaret, niſi ſciret poſſe hominem eſſe perfectum. Hæc ille. AVTHOR. Nunquam ita dixiſſet, ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende &c. niſi hoc faciens eſſet perfectus, quanuis fugato quolibet impedimento charitatis, non ſtatim culmen eius attingeret. Suprà dixi iam album factum perfectum inter omnes habere colorem, quanuis albedine ipſa non perfectus exiſtat, & omne aurum verum eſſe inter metalla perfectius, quanuis in auri ſpecie non ſit purum. Et quæſtione prima ad Edibiã HIERON. Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerunt apoſtoli, vade, vende omnia, quæ habes, & ſequere Saluatorem, & nudam ſolamq; crucem nuda ſequaris & ſola. Non vis eſſe perfecta, & ſecundum vis tenere gradum virtutis, dimitte omnia quæcunq; habes, da filijs, da propinquis, nemo te reprehendit: inferiora ſectaris, dummodò illam ſcias tibi iure prælatam, quæ elegerit prima. Hæc ille. AVTHOR.
5 Hic † contra Witcleff duæ regulæ Chriſtianorum perfectorum & inferiorum. Hic item audis eam ſtatim perfectam, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, ſi faciat, quod fecerunt apoſtoli: quid hoc? vade, & vende. Hoc ipſum dicit Paulus theſaurizare fundamentum bonũ in futurum. Vnde in primæ ad Timoth. 6. lib. annotationum HIERONY. Theſauriza fundamentum bonum, vade, omnia tua vende, & da pauperibus & reliqua: quæ perfectionis eſt fundamentum. Hæc ille. AVTHOR. Et hæc quidem dicitur apoſtolica regula, non quòd illi illam regulam primi fecerunt, ſed ꝙ à Chriſto ipſi primi poſt eum implebant: & cum orationis perſeuerantia, clauſtri, vt decebat, obſeruan

ſeruantia, continentia, vigilia, hymnis, & prædicationibus poſteris religioſis, & ſi non tantam, tamen quantam capere valuerunt tradebāt: Ipſis primò qui in templo Hieroſolymis quotidie perdurabant vnanimes, quibus erat cor vnum, & anima vna. Actuum. 4. Ab his autem in Alexandrinos ſanctos, agente ſancto Marco eſt eiuſdem religionis regula deriuata, ſicut in prologo commentarij ſuper Marcū, capiens hoc à libro Hieronymi de illuſtribus viris ſcribit BEDA. Aſſumpto itaq; euangelio, quod ipſe confecerat, perrexit in Ægyptū, & primùm in Alexandria Chriſtum annuntians, conſtituit eccleſiam tanta deuotione, & vitæ continentia, vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Deniq; Philo diſertiſsimus Iudæorum videns Alexandriæ primam eccleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librū ſuper eorum cōuerſatione ſcripſit, & quomodo Lucas enarrat Hieroſolymis credentes omnia communia, ſic & ille, quod Alexandriæ fieri ſub Marco doctore cernebat, memoriæ tradidit. Hæc ille. AVTHOR. Ab † hac hiſtoria iam ſuprà libro tertio huius operis detexi, improbè Witcleff eſſe mentitum, cùm diceret plus trecentis annis poſt Chriſtum, religionem perfectorum ſumpſiſſe initium: cùm Chriſtus ipſam formarit, cùm apoſtoli ipſi tradiderunt eam Hieroſolymitanis pauperibus, à quibus eam Euangeliſta Marcus in Alexandrinos ſanctos perfectiori adhuc ſanctitate traduxit, prout recitat libro ſecundo de inſtitutis monachorū, capit. 5. antiquus pater CASSIANVS. Cùm in primordijs fidei, pauci quidem, ſed probatiſsimi monachorum nomine cenſeren tur, qui ſicut à beatæ memoriæ Euangeliſta Marco, qui primus Alexandrię vrbi Pontifex præfuit, normam ſuſcepêre viuēdi, non ſolùm illa magnifica retinebant, quæ primitùs eccleſiam, vel credentium turbas in Actibus apoſtolorum legimus celebraſſe, multitudinis ſcilicet credentium erat cor vnum, & anima vna &c. AVTHOR. Diſcat † Witcleff amodò, qđ neſciuit, religionem perfectā à Chriſto domino Deo & homine per apoſtolos & Euangeliſtas inſtitutā & auctam. Si enim quidam vt illa prima credentium turba aliquid de perfectione apoſtolica relaxauit, quod conuentus apoſtolorum in cœnaculo religioſa ſeueritate tenebat, liberum fuit ſancto Marco, & eius diſcipulis illud reſumere, quod & fecit: nec tūc alia dicenda erit, quàm apoſtolorum religio. Abūdet vnus in hoſpitalitate cum militibus, veniat alius vt Benedictus, & creſcat in aſsidua cuſtodia clauſtri: ſuccedat Albertus cum Carmelitis ſuis, & creſcat in ſilentio ſtatutis horis & meditatione continua legis Dei in ſecretis cellis cum labore & penuria victus. Sic Dominicus ferueat in doctrina cæleſti, Franciſcus in nuditate & deſpectu mundi, Auguſtinus item in manſuetudine ſpiritus, & parcitate victus, cum vbere fructu verbi Dei. Apoſtolorum † regula eſt, quam ſequi cupiunt, quanuis nullum ſequentem putem totam ſeruare ad punctum. Sicut de Auguſtino lectum eſt, quòd cœpit viuere ſecundùm regulam ſub ſanctis apoſtolis conſtitutam, & hoc quidem quilibet ordo proſequitur, non ſecundùm regulam à tali patrono factitiam, ſed ab apoſtolico exemplari ſecundùm viuentium capacitates electam, vt vniuerſis Chriſti religionibus quiſque viuendi modum, quem ſibi oportet, inueniat. In Ægypti eremum poſteà fluenta religionis huius placido murmure dilapſa ſunt, ſed aut Paulo, vel Antonio apoſtolicam regulam illuc ferente non ſuam. Vnde Homilia octaua ſuper Matthæum, opere perfecto CHRYSOSTOMVS. Neque enim quoniam aut ieiunant, aut vigilant, vacare poſt diem dignum exiſtimant, ſed noctes quoque ſacris hymnis, & vigilijs, dies autem in orationibus, & manuum operationibus conſumunt, apoſtolicum imitantes zelum. Et infrà. Quam igitur habemus apologiam, dic mihi, quam veniam? Et profectò intellige qualiter hi antiquitùs erant, & pecuniarum amatores, & gaſtrimargiæ cum alijs malis. Illic erant lebetes carnium, quarum Iudæi meminerunt, illic multa ventris tyrannis: ſed tamen vbi voluerunt, tranſmutati ſunt, & ignem Chriſti ſuſcipientes, ad cælum repentè ſimul tranſierunt, & calidiores alijs exiſtentes, & ad iram & voluptates corporū proniores, in corporales virtutes, in manſuetudine, & reliqua philoſophiæ impaſsibilitate mutantur: & ſi quis in regione hac fuit, in tabernaculis illis intelligat eum, qui vſq; nunc in ore omnium eſt, quem † poſt apoſtolos in Ægypto attulit magnum & beatum Antonium, & reputet, quia & hic in illa regione natus eſt, in qua & Pharao, ſed tamen in nullo iacturam adeptus eſt, ſed & diuina viſione dignus effectus eſt, & talem demonſtrauit vitam, qualem Chriſti leges exquirunt, & hoc ſciet quis cum indulgentia ſuperueniens libro vitæ illius hiſtoriam continenti, in quo multam videbit prophetiam. Etenim de his, qui Arij ſunt, ægrotans pronuntiauit, & dixit, iacturam ex illis futuram, Deo monſtrante ei

Antonius magnus.

te ei tunc,& ante oculos omnia futura ſubſcri bente.Hæc ille.AVTHOR. Ecce beatus Antonius magnus vir poſt apoſtolos, & beatus pater vitam monſtrauit,qualiter Chriſti leges exquirant,& ita monachi alij apoſtolicũ imitabantur zelum:Nec Antonius,cuius vitæ hiſtoriam non dedignatur ſanctus Chryſoſtomus perſcribere,& prophetam eum dicere, & diuinæ viſionis participem: regulam ſibi,aut monachis ſuis fecit, ſed nec factitium ordinẽ eius ab eo dixit,ſed talem,inquit,inſtituit,qualem Chriſti leges exquirunt, & inter egregios religionũ patres quid putas. Auxit eam Hieronymus? Nihil inquit Witcleff, in dialogo veritatis & mendacij,cap.15. quia beatus Hieronymus ait, nullo modo voluit poſſeſsiones tales accipere, nec clauſtraliter viuere. Hæc Witcleff.AVTHOR.Quàm ſolenne mendacium per ſecula reboans, vt aures impleat ſurdiores, Hieronymus noluit clauſtraliter viuere.Quid† ergo tot annos fecit in Bethleem conuerſans cum fratribus in cœnobio vſq; ad annum ſuæ vitæ vltimum? Qualiter hiſtoria vitæ eius,quę poni ſolet ante Epiſtolas eius in capite,planè refert. Vbi miraculum diſputatur inter fratres & eum de aſino & eius cuſtode leone.Et in hiſtoria:Hieroſolymam,inquit propter regnum cælorum iuuenis militaturus aduenit. Cùm aliquantis peractis in orando diebus cognouiſſet, q̃ abſq; animi damno non valuiſſet ſolus viuere, cautè ex præcepto dominico,vt prudentibus alijs valęret eſſe cõtiguus, antro proſpecto, quod ab Hieroſolymis ſex millibus ſeparatur cõtra meridianam plagam, accedens ad eiuſdem vrbis Pontificẽ illum nomine petijt, vt parochiæ, quæ Bethleem fuerat ſita, locum ſibi habitandi tribueret.Cui nimirum mox quod deuotè popoſcit dignè conceſſum eſt, Bethleem adiuuantibus vicinis catholicis viris conſtruxit monaſteriũ, in quo ſub ſtatuta ab apoſtolis regula degens, cœpit, quod olim multùm cupiebat, cũ fratribus habitare,& cum Euſebio Cremonenſi nobili viro,cuius poſtulatione,ex græco ſermone quandam epiſtolam tranſtulit in latinum.Hæc ibi.AVTHOR. Quàm famoſè hęc hiſtoria lucet in eccleſia,quòd iuuenis venit in monaſterium, vbi ſenex octogenarius obijt, non ordinem accipiens à ſeipſo factitium, ſed ſub ſtatuta ab apoſtolis regula: qualiter Hilarionem,Paulum,Antonium,& cæteros cœnobiorum patres vixiſſe conſpexit, prout in epiſtola ad Paulum presbyterum ipſe refert, Nos,inquit, habeamus propoſiti noſtri principes Paulos, Antonios,Iulianos,Hilarianos, Macharios,& de fratribus,cũ quibus in cœnobio monaſterialiter vixerat recolens epiſtola ad Auguſtinũ.Sancti,inquit,fratres,qui cũ noſtra ſunt paruitate, præcipuè ſanctæ, & venerabiles filiæ tuæ ſuppliciter ſalutant fratres tuos. Et inter epiſtolas Hieronymi, epiſtola Epiphanij Cyprij. EPIPHANIVS. Cùm vidiſſem, quòd multitudo ſanctorum fratrum in monaſterijs conſiſteret, & ſancti presbyteri Hieronymus, & Vincentius propter verecundiam & humilitatem nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia, & laborare in hac parte miniſterium,quæ Chriſtianorum præcipua ſalus eſt,&c.Hæc ille.

10 *Hieronymus monachus.*

¶Quòd diuina authoritate moniti ſancti patres curauerunt vnuſquiſq; religionis ſuæ relinquere ſucceſſores.

CAP. LXXXV.

SVMMA.

1 *Patres ſancti quomodo ſint laudabiles, q̃ ſanctitatis ſuæ conſuetudinem & regulam ſucceſſoribus dereliquerunt.*

2 *Chriſtus dominus ſpecialiter unctus quomodo à ſeipſo tanq̃ à capite perfectionis traduxit regulã ſuæ ſanctitatis in poſteros.*

3 *Spiritualis perfectionis omnium religionum in eccleſia orbis terrarum uarietas,unde deſcenderit.*

4 *Witcleff quomodo ſpiritu Petiliani fingit ſe neſcire monaſticum ordinem in Chriſto fundatum.*

5 *Nuptiarum diuerſitas deſcribitur.*

6 *Nuptiæ,quòd fuerint à Deo inſtitutæ,oſtenditur.*

1  T† iſti ſancti patres quantũ putes laudabiles,quia ſanctitatis ſuæ conſuetudinem,& regulam ſucceſſoribus dereliquerunt? Quod damnabilis Witcleff contra omnem rationem, & Dei legem, etiam ſine omni lege deprauat.Nam hoc ſatagebant philoſophi in diſcipulis ſuis facere, hoc patres aut magiſtri ciuitatum in ciuibus,hoc parẽtes in filijs, hoc item Chriſtus in diſcipulis, & diſcipuli in ſingulis Chriſtianis. Eſtote,inquit dominus,perfecti,ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt,& miſericordes,ſicut ipſe miſericors eſt.Et de Patriarcha noſtro Helia in gloriã ſingularẽ eius ſapientia ſcribit, qui vngis reges ad pœnitentiam,

Digitized by Google

tiam, & prophetas facis ſucceſſores poſt te.
2 Eccleſiaſt. 48. Chriſtus † autem dominus ſpecialiter vnctus à ſeipſo, tanquam à capite perfectionis traduxit in poſteros: primò in matrem & apoſtolos, tanquam in barbam, quæ eſt fortis viri indicium, & pars vicinior capiti: dehinc in multos diſcipulos præpoſitos populi, & doctores perfectos, tanquam in iteratam barbam. Dehinc in omnes gentium partes per euangeliſtas, & eorum ſequaces tanquam in oram. Sicut exponit prædictū verſum Pſal miſta. Ecce quàm bonum: & ſicut vnguētum in capite. lib. 2. contra Petilianum, reſponſione cap. 4. AVGVSTINVS. Quid ſit in illo ſacerdotio caput, quid barba, quid ora veſtimenti, quantum donat dominus vt intelligam. Caput eſt ipſe Seruator corporis. De quo apoſtolus dicit. Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. Per barbam non incongruè fortitudo intelligitur. Ergo ad eos, qui ſunt fortes in eccleſia eius, & adhærent ori eius, vt ſine timore prædicent veritatem, ab ipſo Chriſto tanq̄ à capite ſanctum deſcendit vnguentum, id eſt ſanctificatio ſpiritualis. Ora veſtimenti datur intelligi, quæ in capite veſtimenti eſt, qua veſtientis caput ingreditur: per hanc ſignificantur fideles in eccleſia: in ora nanq; perfectio eſt. Et vtiq; meminiſtis dictum fuiſſe cuidam diuiti, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ poſsides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni, & ſequere me. Triſtis quidem ille diſceſsit, & neglector profeſsionis electo defectionis. Sed nunquid ideò defuerunt in quos vnitatis vnguentum tali rerū terrenarum dimiſsione perfectionis, tanquam in oram veſtimenti à capite deſcenderet? Nam exceptis apoſtolis, & qui cum eis erant prępoſitis atq; doctoribus, quos eminētiores & fortiores in barba intelligimus: lege in Actibus apoſtolorum, & vide, qui rerum venditarum pretia ad pedes apoſtolorum ponebant, & nemo dicebat aliquid proprium, ſed erāt illis omnia communia, & diſtribuebantur vnicuiq; ſecundùm quòd opus erat, & erat illis anima vna, & cor vnum in Deum. Nempe ita ſcriptū eſſe cognoſcitis, Agnoſcis ergo bonum & iocundum fratres habitare in vnum. Agnoſce barbam Aaron. Agnoſce oram veſtimenti ſpiritualis. Interroga ipſam ſcripturam vbi cœperint iſta fieri, inuenies in Hieruſalem. De hac ora veſtis per omnes gētes vnitas tota cōtexitur, hac intrauit caput in veſtem, vt indueretur Chriſtus varietate orbis terrarum, quia in hac ora veſtimenti apparuit varietas ipſa linguarum. Hæc ille. AVTHOR. Planè dixit
3 Auguſtinus, qualiter † iſta varietas ſpiritualis perfectionis omnium religionum in eccleſia orbis terrarum à Chriſto capite per patres ſucceſsiuè deſcendit. De hac ora veſtis, inquit, per omnes gentes vnitas tota contexitur. Hac intrauit caput in veſtem, vt indueretur Chriſtus verietate orbis terrarū. In quam veſtē putas? illam, qua aſtitit regina in veſtitu deaurato circundata varietate. Quæ varietas inter perfectiones attenditur & perfectos, vt ſit Chriſtus ſummus perfectus in capite, à quo deſcendit hoc vnguentum ſpiritualis perfectionis in apoſtolos, & doctores: & demum in oram veſtimenti, quanuis in inferiores, tamē eiuſdem ſpiritualis ſanctificationis vnguēto perfectos. Quomodo ergo conſuetudine religionis ſuæ perfectæ, quam neglexit diues iuuenis, qui cū plebe communi mandata ſeruauit, non continuare curauit Chriſtus in alijs, aut patiebatur eam vſq; deficere? Triſtis ille diſceſsit perfectionis neglector, inquit Auguſtinus. Sed nūquid ideò defuerunt, in quos vnguentum tali rerum dimiſsione perfectos in oram veſtimēti à capite deſcendit? A capite ergo deſcendit omnis religionis perfectio, quæ hāc perfectionem ponet, quanuis varietur in alijs, tanquam in homine. Non à Benedicto, Auguſtino, vel Alberto, vt factitia ab homine puro, quanuis per eos in nos venit, ſicut per apoſtolos in credentes. Petilianus ingens hæreticus ſic detraxerat Auguſtino, q̄ monachorum genus vnū ipſe inſtituit, quod Petilianus ideò vt ignotū contempſit, libro. 3. contra eundem, cap. 35. AVGVS. Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum & monachorum, arguens etiam me, q̄ hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum. Qui genus vitæ omnis quale ſit, neſcit, vel potiùs toto orbe notiſsimum neſcire ſe fingit. Hæc ille. AVTHOR.
4 Huc † veniant Witcleuiſtæ miſelli, qui tanto plauſu ſui Satrapæ verba ſuſcipiunt dicentis ſe neſcire religionum fundationes niſi ibi: Neſcio vos. Aut ibi. Fratres nolumus vos. Ad tantum perdit ſenſum Chriſti, vt ſpiritu Petiliani neſcire ſe fingit monaſticum ordinem in Chriſto fundatum ab olim iam ante tempora Auguſtini in toto orbe notiſsimum. Sed dixit Witcleff. Cur ergo dicitis Dominicum, vel Albertum feciſſe religiones veſtras, differentes obſeruantijs, & veſtibus, quæ non ſunt de ſubſtantia ordinum, nec à Chriſto inſtitutæ diuinitùs? Et iterum quæro, ſi nuptiæ alias habebant obſeruantias in paradiſo, alias in veteri teſtamento, alias etiam in nouo: & ſi Chriſtus diuinitùs non inſtituit nuptias

has

5 has vel illas? Nunc † in nuptijs, ſed non olim, dotales tabulæ interceſſerunt. Nunc item annulis ſubarrantur vxores. Item in lege veteri ducebantur in domum mariti. In paradiſo nihil horum: vix fides mutua fiebat expreſsè, par conſenſus in verbis, aut traditio parentelæ, quæ tamen lege naturæ ſeruabantur in cõnubio Iacob, ſed non fides illa, quæ omnem perſonam excludit à coniugio, præter vnam. Iſtas ergo nuptias quando fecit Deus? Sed ſtolidus Witcleff infert vitioſas conſuetudines in religione, quas ipſi religioni conglutinans, Chriſtus, inquit, non hanc inſtituit religionẽ: ergo Satan & diabolus. Hac ratione delirus Iulianus impoſuit Auguſtino, dixiſſe eum nuptias non eſſe à Deo: quia à concupiſcentia nuptiali vitioſa, fomes à prole cõtrahitur, quæ non eſt à Deo, libro primo contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap. 3. AVGVSTIN. Dicunt, inquit, iſtas, quæ modò aguntur nuptias, à Deo inſtitutas nõ fuiſſe, q̃ in libro Auguſtini legitur, cõtra quẽ ego modò quatuor libellis reſpondi, cuius Auguſtini dicta inimici noſtri in veritatis odium ſuſceperunt. Re-
6 ſpondet Auguſtinus. Nunc † ergo reſpondeo nuptias à Deo eſſe inſtitutas, & tunc, quando dictum eſt, Propterea relinquet homo patrẽ, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: & nunc propter quod ſcriptum eſt à domino. Iungitur mulier viro. Neq; enim aliud fit etiam nunc, quàm illud, vt adhæreat homo vxori ſuæ, & ſint duo in carne vna. Sequitur. Abſit ergo vt libro meo contra hæc teſtimonia diuina iſte aliquid legerit, ſed vel non intelligendo, vel magis, calumniando in malũ ſenſum conatus eſt detorquere quod legit. Hæc ille. AVTHOR. Quid his verbis conatur Auguſtinus, niſi nuptias omnes iuſtas à Deo dicere inſtitutas, tunc quando ait, Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. ſiue ſint laudabiles, vt virginum, ſiue permiſſæ, vt iterantium, ſiue ſint vnius coniugis, & nunc in Chriſto, ſiue plurium ratione multiplicandæ Dei plebis, vt antiquitus in veteri teſtamento, ſiue cum noxia conſuetudine voluptatis, aut trãsfuſione originalis delicti, aut ſine omni concupiſcentia contracta, vel accepta, vt erant nuptiæ matris Dei, omnes quantumcunq; vel qualitercunq; varias tunc primo & illo ſolo verbo conſtituit: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. Neq; inquit, aliud fit nunc, quàm vt adhæreat homo vxori ſuæ. Pari modo per omnes religiones quantumcunq; varias, modò in Chriſto nihil aliud fit, niſi vt cunctis relictis Chriſtum ſequantur. Igitur tunc omnes inſtituit, quando ait, Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ poſsides, & ſequere me. Qui per medium meditationis in cellis, & interpoſitæ prędicationis verbi Dei Carmelitas inſtituit ſicut ſolitarias nuptias æquè vt multiplices condebat in primordio. Vnde libro de vera innocẽtia propoſitione. 30. AVGVSTIN. Ad cę leſtis Hieruſalem non aſcendunt conſortium, niſi qui toto corde profitentur, nõ proprij operis, ſed diuini eſſe muneris, quòd aſcendunt. Hæc ille.

¶ Ad blaſphemiam Witcleff de religione perfecta ſoluenda, qui ſine verecundia apoſtaſiam conſulit, & commendat.

CAP. LXXXVI.

SVMMA.

1 *Witcleff blaſphemia, q̃ religioſi ſint iure ſoluendi, q̃ ſint ſectæ Phariſæorum, Eſſeorum, & Sadducæorũ, quas Chriſtus ſoluit, confutatur.*

2 *Fauſti Manichæi calumnia onera patrum ſacrificia.*

3 *Chriſtiana religio, q̃ ideò non ſit contemnenda, quia erat religio Phariſæorum, ſicut nec ſacerdotiũ Chriſtianorum, quia erat & Iudæorum.*

Paulus q̃ non receſſerit à ſecta Phariſæorum, ſed ſuperſtitione eorum abiecta, in eorum ritu, religione, & nomine ſe eſſe gaudebat.

5 *Phariſæorum fimbriæ ſpinoſæ.*

6 *Fimbria in veſte Chriſti.*

7 *Nicodemum quomodo uocauerit Chriſtus à ſecta Phariſaica.*

8 *Gamaliel Pauli magiſter, & legis doctor, ex Phariſæorum concilio.*

9 *Andreas & ſocius eius diſcipuli Ioannis, & quomodo Chriſtus eos ad eius diſcipulatum uocauerit.*

10 *Barnabas quòd non contempſerit Pauli religionem, quãuis ſocietatem eius facta diſſenſione deſeruerit.*

11 *Lapides ſanctuarij, qui dicantur, ex Paſchaſio. Et quomodo non ſapit eſſe Chriſti conſilium, conuentus & clauſtra effugere.*



1 T quid ſanctis religioſis poſt iſta, cum blaſphemijs impij Witcleff? quòd † religioſi ſint iure ſoluendi, quia Chriſtus ſoluit religiones Phariſæorum, Eſſeorum, & Sadducæorum quarto trialogi cap. 38. Chriſtus ad magnificandum ſectam ſuam, quam ordinauit per ſe ſufficere, omnes tales ſectas religionis priuatæ, vt Phariſæos, Sadducæos, & Eſſeos

Digitized by Google

ſeos ordinauit deſtruere. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ita in cõmuniloquio ſuo ſolet adiungere, ꝙ ſint ſectæ Phariſæorũ, & in Phariſæorum veſtibus ambulantes, quaſi non poſsint eſſe viri religioſi Chriſtiani, quia fuerant Pha-
2 riſæi. Hæc † erat calumnia Fauſti Manichæi, contra ſacrificia patrum, quia erant & aliquantulum talia ſacrificia gentium: & arguit Auguſtinus eum ſic intendere contra virgines ſanctimoniales, quia virgines erant Romæ Veſtales. Et reſpondet lib. 20. contra Fauſtum AVGVS. Sicut ideò non contemnenda, vel deteſtanda eſt virginitas ſanctimonialium, quia & Veſtales virgines fuerunt: ſic ideò non reprehendenda ſacrificia patrum, quia ſunt & ſacrificia gentium: quia ſicut inter illas virginitates multùm diſtat, quanuis nihil aliud diſtet, niſi quæ cui voueatur, atq; reddatur: ſic inter ſacrificia Paganorum, & Hebræorum multùm diſtat eo ipſo, ꝙ hoc ſolùm diſtat, quæ cui ſint immolata, & oblata. Hæc ille. AVTHOR. Ita
3 † dicimus noſtro Witcleff, non ideò contemnendã religionem Chriſtianorum, quia etiã erat religio Phariſæorum, ſicut nec ſacerdotium Chriſtianorũ, quia erat & Iudæorũ: imò ſicut fideles Chriſtiani ſunt veri Iudęi, dicente Apoſtolo ad Roman. 2. non qui in manifeſto Iudæus eſt, ſed qui in abſcondito Iudæus. Et circunciſio cordis, & ſpiritu, non litera, ita ſacerdotes Chriſtiani ſunt veri ſacerdotes: & religioſi Chriſtiani veri Phariſæi: veteres Iudaici ſuperſtitioſi, & multùm diſtant, quãuis hoc ſolo diſtant Iudæi veteres, & fideles, ꝙ ipſi Iudæi carnales, & per hoc aboliti: Chriſtiani Iudæi ſunt ſpirituales, & per hoc æterni: Ita hoc ſolo diſtant ſacerdotes olim Iudaici, & fideles, ꝙ illi erãt figurales, iſti reales, & hoc ſolo multum diſtant. Item Phariſæi veteres, & moderni multùm diſtant, quanuis hoc ſolo diſtent, ꝙ illi erant ſuperſtitioſi, hi à Chriſto fundati, ſcientes ſe ſoli Chriſto vouere & reddere. Sũt ergo omnes fideles veri Iudæi, & omnes fideles religioſi veri Phariſæi, nec diſſoluit Chriſtus religionem Phariſæorum, ſicut nec populum Iudæorum, aut legem, ſed impleuit magis & tranſtulit in fideles. Vñ nec Paulus ſe exuit Phariſæum, vt iſte garrulat ſine fundamento, tractatu de oratione, cap. 5. Opus iſtud foret Deo proprium, ſicut conuertit Paulum à ſecta Phariſaica ad Chriſtianiſmum. Hæc Witcleff. AVTHOR. Sed fallitur in ſcriptura,
4 quia † Apoſtolus à Phariſæorum ſecta non receſsit, ſed ſuperſtitione eorũ abiecta, in Phariſæorum ritu, religione, & nomine ſe eſſe gaudebat. Ad Philippẽſ. 3. Si quis autem alius videtur confidere in carne, ego magis, circunciſus octaua die ex genere Iſraël, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, ſecundum legem Phariſæus. Ecce ſi exuit ſe Hebræum, exuit ſe Phariſęum. Simul enim fatetur vtrunq;. Et nõne alibi ait, Hebræi ſunt, & ego? Et iterum audi profeſsionem eius de prętenti, Actuum. 22. Viri fratres, inquit, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæorum, de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego iudicor. Ecce non exuit Phariſæum, cùm dicit, Ego Phariſæus ſum. Sed retinuiſſe ſe innuit, ꝙ natus eſt, quanuis alibi dixerit ſe de prętcrito Phariſæum: ſicut ait Actuum. 26. Secundùm certiſsimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus. Certiſsimam ſectam dixit pro fide reſurrectionis, quę Phariſæorum erat religio, quam Chriſtus contra Sadducęos confirmauit, non ſoluit intantùm, vt habitum eorum non reſpuebat ad vſum ſuum aſſumere, hypocriſis tantùm ſuperſtitione reiecta: ſicut in commentario ſuper Matth. 23. HIERO-
5 NY. Superſtitioſi † magiſtri captantes aurã popularem, atq; ex mulierculis ſectantes lucra, fa- *Phariſæorũ fimbriæ ſpi-*
ciebant grandes fimbrias, & acutiſsimas in eis *noſæ.*
ſpinas ligabant, vt videlicet ambulantes, & ſedentes interdum pungerentur, & quaſi à commonitione retraherentur ad officia Dei, & mi-
6 niſteria ſeruitutis eius. Et infrà. Iſtiuſmodi † e- *Fimbriæ in*
rat fimbria, parua, & breuis ex lege præcepta, *ueſte Chri-*
quam & mulier illa, quæ ſanguine fluebat, teti- *ſti.*
git in pallio domini, ſed non eſt compuncta ſuperſtitionis ſentibus Phariſæorum, magiſq; ſanata ad tactum eius. Hęc ille. AVTHOR. Dicat iam iſte aſſuetis mendacijs in ſcripturis, vbi Chriſtus ſoluit religionem Phariſęorũ, quorum ipſe firmauit profeſsionem, & induit habitũ? Et Paulus poſt aſcenſionẽ eius pluribus annis tunc, & ſemper ſeipſum à natiuitate aſ-
7 ſeruit Phariſæum, & † dicat mihi, ſi Nicodemũ vocauit Chriſtus à ſecta Phariſaica, an fateatur (vt eſt) hominem ex Phariſæis eum magnum fuiſſe ſimul & Chriſti diſcipulum, occultè tamen propter metum Iudæorum? Gamaliel †
8 item vir Chriſtianus, ad cuius pedes didicit legem Paulus: nonne legitur, quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel legis doctor, honorabilis vir, vniuerſæ plebi dediſſe conſilium, ſi ex Deo eſt, ſtabit? Actuũ. 5. Si ſecta fuiſſet, tunc reproba, ita vt Chriſtus vocaret ab ea Paulum (vt tu ſomnias) ad diſcipulatũ ſuũ, cur iſtos ſanctos permittit ſimul eſſe Phariſęos, &
9 ſuos diſcipulos? Dic † item cur nõ erat religio Ioannis dicenda deſerta, cùm diuina & ęterna viſitatione ſua, Chriſtus ab ea vocauit duos diſcipulos, Andream, & ſociũ eius ad diſcipula-

Digitized by Google

tum ſuum. Ioan. 1. Hoc deberet concludi potiùs de religione, & diſcipulatu ſancti Ioannis, quia planè ſic legitur, quàm de Phariſaica ſecta, & ſancto Paulo, quod nuſquā, imò potiùs eius habetur oppoſitum: veritas tamen habet, ꝙ Ioannis religio ſit cōſecuta: ſicut Homil. 18. ſuper Ioannem habet CHRYSOST. Secuti ſunt eum, non ceu magiſtrū contemnētes, ſed vt ab eo maximè ſuaſi, & oſtenſionem maximā eius, quod iudicio rationis recto hoc fecerunt. Sequitur. Non ergo deſtiterunt à magiſtro, ſed voluerūt diſcere, quid plus ferret Ioāne. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo religionem Chriſti apoſtolica conſecuta eſt, nō ideò erat religio Ioannis ſpreta, ſed iſta prælata: cur nō item religio perfecta ſancti Ioannis rectè appetitur, nec religio Chriſti vulgaris inde conte innitur? Stetit enim Ioannes in religione ſua vſq; ad mortem, retinens ſecū diſcipulos, qui erāt cum duobus. Imò diſcipuli Ioannis erāt, qui dixerunt ei, Rabbi, qui erat trans Iordanē tecū, cui teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eum. Et diſcipulos Ioannes habuit, quando dictum eſt, Propter quid nos ieiunamus, & diſcipuli tui non ieiunant? Et diſcipulos reliquit Ioannes poſt ſe, de quibus dictum eſt, Accedētes diſcipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud. Mar. 6. Multi quoq; de Chriſti diſcipulis erant, qui abierunt retrò de religione Chriſti, nec ideò religio, vel ſecta Chriſti peruerſa, ſed eorum facta indiſcreta. Multi à religione vulgi Iudaici ad religionē Ioannis à religione itē Ioannis ad apoſtolicam ſectā Chriſti ſcandebant, altiorē appetentes, nec aliam contemnētes: quanuis nec primam dicerentur ſpernere,
10 & ſi contigiſſet eam deſerere: ſicut † nec Barnabas religionē Pauli contempſit, quanuis ſocietatem eius facta diſſenſione deſeruit. Actuū 15. Hoc modo igitur ad religionem perfectā aſcenditur, ſine religionis vulgaris incommodo: & de religione perfecta ad epiſcopalem & apoſtolicum Chriſti ſtatū ſine præiudicio religionis perfectæ, ſicut ab eremitica vita Ioannis ad apoſtolatum Chriſti aſcendit Andreas. Vnde lib. 3. Dialogorum cap. 13. CHRYSOSTO. Reſpice publicas feſtiuitates, in quibus ſolebant fieri electiones ſacerdotum: videbis ſtatim tantas in illum, qui in epiſcopatum aſſumitur, accuſationes dirigi, quantus fuerit populus ſubditorum. Et infrà circa medium. Sed neq; de congregationibus monachorum remouendos cunctos hac diſputatione cenſuerim. Euênit quippe, vt & plurimi de illo grege in hoc ſplendeſcerent miniſterio. Quid ergo oſtendere volui? videlicet, ꝙ nec religio per ſe metipſam ſolam, neq; in longum tempus procedens ſenectus abundarēt ad ſacerdotij ſuſceptionem, quibus multi fidentes, torpenti ſeſe otio dederunt. Hæc ille. AVTHOR. Garrit item amentiam ſuam tractatu de ſeptē donis Spiritus ſancti ca. 3. Erubeſcerent, inquiens, religioſi moderni, qui dicunt, ꝙ in hoc à nobis differunt, ꝙ obſeruant omnia Chriſti conſilia. Sed reuera, ſi cōſilia Chriſti perfecta ſeruarēt, conuentus monſtruoſos relinquerent, & prælatos diabolos, quibus ex humanis traditionibus obligantur, & perfectę legi domini, atq; facili, prudenter ſe ſubmitterent. Conſilium aūt tale ex Sancto ſpiritu non proceſsit, cùm ipſe conſuluerit Chriſti apoſtolis terram habitabilem ſine talibus traditionibus infamibus procedendo bini & bini (ſicut fecerunt apoſtoli profecti ad ædificationem eccleſię) peragrare. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hoc intendit impius iſte ſator Lolij, prouocare ſcilicet religioſos viros ad circuneundum per ſeculū & clauſtri continentiam fugere: nec audit lamentantem Prophetam tales vagos, & dicentem, Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniū platearum. Non credis mihi, ſaltem audi, quid in expoſitione libri Threnorum dicat PASCHASIVS. Lapides † ſanctuarij planguntur
11 diſperſi in capite omnium platearum, qui ſemper intrinſecus priùs habebantur: nec ſumebātur etiam in ſummi ſacerdotis vſibus & honore, niſi cùm intra ſanctorum ſancta ingrediēs, in conſpectu ſui conditoris apparebat. Qui ergo putas ſunt lapides iſti ſanctuarij in capite omnium platearum diſperſi, niſi ſacerdotes Chriſti, & miniſtri ſacri altaris, & etiam monachorum ſancta Deo conſecrata ſocietas, nec non virginum & ſanctimonialium numeroſitas, qui ſemper debent Dei apparere in ſecreto conſpectibus? quos nunquā neceſſe eſt foris conſpici, nunquā extraneis & ſeculi actionibus occupari. Sed, quod grauius eſt, ideò diſperſi deplorātur quaſi lapides ſanctuarij in capite omnium platearum: quia dum per vitā & orationē intus eſſe in contēplatione Dei ſemper debuerāt, per vitā reprobam foris paſsim vacant. Ecce iam penè nulla eſt ſecularis vitæ actio, quā non ſacerdotes Chriſti adminiſtrāt, nulla mūdi negotia, in quibus miniſtri altaris ſe non occupant, nulla rerum improbitas, in qua ſe monaſticus ordo non implicet: penè nulla illecebris vitæ blanditiis, qua ſe caſtitas ſanctimonialium non commaculet. Dum ergo in ſancto habitu, & religione conſtituti exteriora ſunt, quæ exhibent, & vana vitæ oble-

ctamen-

ctamenta, quæ ſectantur, quaſi lapides ſanctuarij foris in capite omnium platearum diſperſi iacent. Hæc ille lib. 4. AVTHOR. Magnus ergo pater Paſchaſius non ſapit eſſe Chriſti cõſilium ſacros conuentus effugere, & per ſeculum ad prætenſam ædificationem eccleſiæ, verum autem ſcãdalum peragrare: ſed quod vouit aliquis in conſpectu Dei ſemper intrinſecus, eſſe debet hoc de neceſsitate ſalutis implere, vt ſit non lapis ſanctuarij in Pontificis indumento.

¶ Quòd non licet Religioſo religionis propoſitum dimittere, quod accepit: quia niſi religioſus ſaluus eſſe non poteſt.

CAP. LXXXVII.

SVMMA.

1 *Religionis profeßio, q. ſit latria exhibita Deo, probatur.*
2 *Homo ſacrificiũ iam factũ, ſemper Deo pertinet: & quomodo ſi alteri donetur, iniuriam Deo facit.*
3 *Religioſus uir quomodo ante profeßionem ſit de familia Chriſti, non autem de miniſtris: & quid ſi promiſit, & recedat.*
4 *Religioſo q. non liceat religionis propoſitum, quod ſemel accepit, dimittere.*
5 *Vota etiam inconſulte facta, quomodo non ſine magna formidine temerantur.*
6 *Reſpicere retrò poſt aratrum, qui dicantur.*
7 *Wicteff fugiendus tanq. Satanæ conſiliarius, qui audet apoſtaſiam ſuadere, & approbare clauſtralibus,*
8 *Propoſitum q. non liceat nobis mutare, licet dignitatem propoſiti perdiderimus.*
9 *Lampetij hæretici error antiquus circa religioſos, quem renouat Witcleff.*
10 *Witcleuiſtarum extrema ſæuitia in Boëmia, recenſetur.*
11 *Lucij Ariani crudelitas narratur, etiam aduerſus Eremicolas martyres.*
12 *Charitatis bona.*
13 *Religionis præconia.*

QVid ergo? nunquid de ſcandalo iſto ſe poteſt eripere, quo Chriſti ſeruos à ſeruitute Dei vocat ad ſeruitutem diaboli, & ſecularis negotij? Dixerat Hieroboã in corde ſuo. Nũc reuertetur regnum ad domũ Dauid, ſi aſcenderit populus iſte ad faciendũ ſacrificia in domo dñi in Hieruſalem, & conuertetur cor populi huius ad dominũ ſuũ Roboam, interficientq; me, & reuertentur ad eũ: excogitatoq; cõſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà aſcendere in Hieruſalem. 3. Reg. 12. Quid diuerſum ab iſto facit impius iſte Witcleff, dicens in corde ſuo, Si aſcẽderit populus iſte ad faciendũ ſacrificia in domo domini in Hieruſalẽ, conuertetur cor populi huius ad dominũ ſuũ, ſecũdùm antiquũ ejus conſiliũ in prophetis, apoſtolis, & ſanctiſsimis viris eccleſiæ: ſtatimq; in cõparatione religionis ſanctiſsimæ vi debunt ex aduerſo meã perfidiã, interficiẽtq; me tanq; ſcripturarum ſanctarum, & doctrinæ Chriſti falſarium, & proditioſum hæreticũ. Faciam ergo mihi duos vitulos aureos, eminẽtię ſcilicet popularis religionis ſuper omnẽ aliã ſub colore aureo mandatorũ, & vagæ vitæ, ab omni voto, & clauſtrali ritu, ſub colore aureo libertatis apoſtolicę, & ædificij proximorum. Sic cogitauit, & dixit, Nolite vltrà aſcẽdere in Hieruſalem, in domũ domini quid ibitis? Ecce Dij tui Iſraël. Sic à latria Deo exhibẽda vocat fideles ad idololatriam. A domo dñi in Hieruſalem ad Phanum diaboli in Bethel & Dan. A religione Chriſti ad carnis Phanum & ſeculi. Totum hoc quàm verũ eſt, fidelis nõ dubitat, qui faltẽ plano oculo proſpicit, quàm altũ ſacrificium Deo facit, qui carnis & mẽtis omnes actus per religionis introitum perenniter conſecrat. Decimo em̃ de ciuitate Dei, cap. 1. hoc exprimit AVGVST. Vtrum † ſcilicet angelis, an tantùm Deo ſuo, qui etiã noſter eſt, placeat eis vt ſacra faciamus, vel ſacrificem⁹, vel aliqua ſeu noſipſos religionis ritibus conſecremus. Hic eſt enim diuinitati, vel ſi expreſsiùs dicendum eſt, deitati debitus cultus. Hæc ille. AVTHOR. Et item pòſt ca. 6. cultum huius ſacrificij diſtinguens in ſacrificium corporis & animæ, vtrumq; dixit Deo, & ſoli Deo verũ ſacrificium eſſe, & rem eſſe diuinã. Eodem lib. ca. 6. AVGVS. Verum ſacrificium eſt omne opus, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo, relatũ ſcilicet ad illum finẽ boni, quo veraciter beati eſſe poſsimus. Vñ ipſa miſericordia, qua homini ſubuenitur, ſi nõ propter Deũ fit, ſacrificium nõ eſt, ſed cùm propter Deum offertur, tum ſacrificium res diuina eſt. Vnde ipſe homo Dei nomini cõſecratus, & Deo deuotus, inquantũ mũdo moritur, vt Deo viuat, ſacrificium eſt. Nam & hoc ad miſericordiam pertinet, quã quiſq; in ſeipſum facit. Propterea ſcriptũ eſt, Miſerere animę tuę placẽs Deo. Corpus etiam noſtrũ cum tẽperantia caſtigamus, ſi hoc, quemadmodũ debemus, propter Deum facimus, vt nõ exhibeamus mẽbra noſtra, ar-

1 *Religionis profeßio eſt latria exhibita Deo.*

ſtra, arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo: ſacrificium eſt. Ad quod exhortans apoſtolus, ait. Obſecro vos fratres per miſerationē Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuam, ſanctā, Deo placentē, rationabile obſequiū veſtrū. Si ergo corpus, quo inferiore tāq; famulo, vel inſtrumento vtitur anima cū eius bonus & rectus vſus ad dominū refertur, ſacrificiū eſt, quātò magis anima, cùm ſe refert ad Deū, vt igne amoris eius accenſa, formā cōcupiſcentiæ ſecularis amittat, ei tanq; incōmutabili formæ ſubdita, reformetur: hinc ei placēs, q; de eius pulchritudine acceperit, fit ſacrificiū. Quod idē apoſtolus cōſequēter adiungēs, Nolite, inquit, cōformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate mentis veſtræ, ad probandū, quæ ſit voluntas Dei: quod bonū, & beneplacitū, & perfectū. Hæc ille. AVTHOR. Videte proceſſum à principio, q; cùm noſipſos, vel noſtra, religionis ritibus cōſecramus, diuinitati debitū cultum facimus, quē tunc nō niſi latriam declarat. Poſtmodū, q; cùm ſacrificiū res diuina eſt, & ſoli ipſi cōgruum ipſe donum Dei nouū conſecratus, & Deo deuotus, inquā tùm mūdo mortuꝰ, vt Deo viuat, ſacrificiū eſt. Quis ergo ab hoc ſacrificio hominē reuocat, quod iam fecit, niſi qui cultū latriæ Deo detrahit, & ſi alteri tribuat idololatriā verā, aut do-
2 cet, aut agit? Maximè † cùm homo ſacrificiū iam factū ſemper Deo pertinet, & alteri ſi donetur, iniuriam Deo facit. Vñ ſermone. 52. primæ partis, qui eſt de perſecutione Chriſtiana AVGVST. Primò liber eras, & eras quidē de familia mea, ſed nō eras ante oculos meos: nō eras de miniſtris meis, ſed tamē eras de familia mea. Non eras mecū, ſed tū meus eras. Ex quo militare cœpiſti, ſi receſſeris, non tūc habeo te quaſi de familia, ſed quaſi fugitiuū. Hoc totū quare dico? qm̄ in noſtra eſt poteſtate ꝓmittere, ſeruire Deo & obedire, non eſt in noſtra poteſtate dimittere. Promiſiſti, prēmiū habes. Negaſti, pœnā habes. Non eſt meū, vtrūq; eſt tuū: elige, quod velis. Habes viam vitæ & mortis, ingredere, quò volueris. Hæc ille. AVTH.
3 Quàm † pulchrè ſanctus pater atteſtatur priori Paſchaſio, q; religioſus vir ante profeſſionē erat de familia Chriſti, nō aūt de miniſtris, nō ante oculos dñi ſemper cōuerſans. Si ꝓfeſſus promiſit, præmiū habet, nec tūc ſi recedat, erit famulus Chriſti, ſed ſimpliciter fugitiuus. Negaſti, inquit, pœnam habes. Et ſubdit ibi planè AVGVS. Hoc totū dico fratres chariſsimi, ne quis de vobis putet ſe habere liberā poteſtatē, & dicat, Ergo illi, qui vxores habēt, qui ſunt in ciuitatibus, qui militant, qui negotiantur, ergo totus mundus in periculo eſt, & ſoli monachi ſaluātur? nō eſt æqua noſtra & illorū cōditio. Illi ſcientes imbecillitatē ſuam, nō promiſerūt facere, quod adimplere nō poterant. Illi quidē ſunt Chriſtiani. Sed eſt Chriſtianus quaſi ſecularis, & ſecularis quaſi negotiator, & Chriſtianus quaſi miles. Et Cornelius Centurio miles
5 fuit, & ſaluatꝰ eſt. Ego † quidē ſum monachus, deſij eſſe ſecularis, & factus ſum monachꝰ: aut monachus ſaluor, aut aliter nō ſaluor. Non eſt itaq; aliquod medium, ſi voluero dimittere vitam monachi, & ſequi ſeculare, nō habebit me dominus quaſi ſecularem, ſed quaſi præuaricatorem. Non ergo licet nobis dimittere, quod habuimus in propoſito. Hæc ille. AVTHOR. Cuius ergo procurator eſt Witcleff, quādo tā ſedulò prouocat, tentat, inſtat, vt religioſi reſiliant à propoſito, quod profeſsione ſacra Deo vouerunt: nōne Satanæ? qui tentauit omni arte callida Chriſtum à pinnaculo tēpli deijcere, & ieiuniū ſacrū ſoluere, quod elegit, & per ſaporē lucri ſecularis Satanā adorare? Hoc idem agit, vt religioſum virum ab arce perfectionis, & profeſsionis voto deponat, & ſacrā eius abſtinentiam à mundi cōuerſatione reſoluat, & illecebris ſeculi ſe iterū polluat, quod deuouit. Hoc totum facere ſatagit, quod Satan, præter hoc, q; Satā medijs ſcripturis Chriſti perfectionē aggredi fruſtrà cœpit, & ipſe diſcipulis ſuis obtuſioris ingenij, nec ſcripturam, nec authoritatem, quanuis falſarius omnium vſquā allegare ſciuit: ſed vt lupus vlulatꝰ vaniſsimos ſpirat pro ſeculo repetendo, quod puderet dicere Saracenum. Vbi iam ſunt leges diuinæ, quas vltrò ſolet de eccleſiaſticis extorquere? Nūquid recolere poteſt ſcriptū eſſe, Cùm voueris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſq; peccato eris: quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies, quod promiſiſti domino Deo tuo, & propria voluntate ex ore tuo locutus es. Deute. 23. Quid aliud, quidve diuerſum ab hac diuina ſentētia dixit Auguſtinus. Et quid aliud quàm planè huius diuinæ legis contrarium docet Witcleff? Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis nō obſeruabis, nec facies qd' promiſiſti domino Deo tuo, & propria voluntate tua ex ore tuo locutus es, imò apoſtatabis, & retrò reſpicies. Et reſpondeat Witcleff. Quanto maiori timore frangenda ſunt ſanctorum vota, quando inconſultè facta non ſunt,
6 cùm † inconſultè facta nō ſine magna formidine temerantur, prout de voto Ieptę, libro. 2. de vi-

deviduis, in principio locutus dicit AMBROSIVS. Et ſi parricidium non probo, aduerto præuaricandæ metum, & formidinem ſponſionis. Deniq; ad Abraham dictum eſt: Nunc ſcio, quia amas Deum tuum, quia non pepercisti vnico filio tuo. Habes igitur iudiciũ, quo docetur præuaricandum temerè non eſſe promiſſum. Hæc ille. AVTHOR. Vt autem temeritas conſulentis apoſtatare, plenius cõfundatur, iactat ſe obicem citò poſt idem AMBRO. Vereor ne prædicatores mihi appoſuiſſe videar, qui me alienis cõmendent laudibus. Initiatas, inquit, ſacris myſterijs, & cõſecratas integritate puellas nubere prohibet. Vtinam poſſem reuocare nupturas, vtinã poſſem flam meum nuptiale pro integritatis mutare velamine. An indignum videtur, vt ſacræ virgines à ſacroſanctis altaribus nõ abducantur ad nuptias, & quibus licet ſpõſum eligere, non licet Deũ præferre? Hęc ille. AVTHOR. Modò dicat Witcleff Ambroſio, qui tãtoperè luget ſacras profeſſas ab altaribus raptas ad nuptias. AVGVST. Sanctus dixit cõtra eum, q̃ monachus ſaluor, aut aliter non ſaluor. Nõ habebit me dñs vt ſecularem, ſed vt præuaricatorẽ, ſi poſt votũ ſequi voluero vitã ſecularem: quia hoc eſt reſpicere retrò poſt aratrum. Audi adhuc quid in titulũ Pſalm. 88. de hac re ſenſerit
6 AVGVS. Vnuſquiſq;, † inquit, fratres chariſſimi de loco itineris ſui, ad quẽ proficiẽdo peruenit, & quem vouit Deo, inde: reſpicit retrò, cùm ipſum dimiſerit: verbi gratia, ſtatuit caſtitatem coniugalẽ ſeruare (inde em̃ incipit iuſtitia) receſsit à fornicationibus, & ab illa illicita immũditia, quãdo ſe ad fornicationes conuertit, inde retrò reſpexit. Alius ex munere Dei maius aliquid vouit, ſtatuit nec nuptias pati, qui non dãnaretur, ſi duxiſſet vxorẽ, poſt votũ, quod Deo promiſit, ſi duxerit, dãnabitur. Cùm hoc facit, quod ille qui nõ promiſerat; tamen ille nõ dãnabitur: quare iſte damnatur, niſi quia iſte reſpexit retrò? Iã em̃ ante erat. Iſte autem ad illud necdũ peruenerat. Si virgo, quę ſi nuberet, nõ peccaret, ſanctimonialis fit Chriſti, ſi nupſerit, adultera deputabitur. Reſpexit enim retrò de loco, quò acceſſerat. Sic quibus placet, relicta omni ſpe ſeculari, & omni actione terrena, ſe in ſocietatẽ ſanctorum, in cõmunem illã vitam, vbi nõ dicit aliquid proprium, ſunt illis omnia cõmunia, & eſt illis anima vna & cor vnũ: quiſquis inde recedere voluerit, nõ talis habetur, qualis ille, qui nõ intrauit. Ille enim nõdũ acceſsit, iſte retrò aſpexit. Hæc ille.
7 AVTH. Fugiat † ergo omnis Chriſtianus talẽ conſiliarium Satanæ, qui quaſi animã non haberet, nec ſperaret quieq̃ de vita futura: ſic cõtra Chriſti euangeliũ, & omnes ſcripturas diuinas impius tãtum & hoc cæcis ratiuncul is audet apoſtaſiam ſuadere, & approbare clauſtralibus. Nunquid ſperabã potuiſſe ingredi cor Chriſtiani tam prauũ iniquumq̃; conſilium? SAPIENS autẽ contra iſtũ, omnẽ admonet Chriſtianũ, Prouerb. 2. Prudentia ſeruabit te, vt eruaris de via mala: ab homine, qui peruerſa loquitur: Qui relinquũt iter rectũ, & ambulant per vias tenebroſas. Qui lætantur, cũ malè fecerint, & exultãt in rebus peſsimis. Quorũ viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum. Vbi in expoſitione. li. 1. BEDA. Viam malã, opera iniqua, hominẽ peruerſa loquentẽ, doctores dixit iniquæ operationis. Viam malã, inquam, vocat, qui dicunt, veni nobiſcũ, inſidiemur ſanguini. Peruerſa loquẽtẽ eum dicit, qui huius author eſt ſuaſionis. Hæc ille. AVTHOR. Officia varia ſunt, vocantis, loquẽtis, & operantis iniqua: ſed in vno Witcleff cõueniunt, loquente, operante, & ſuadente religioſum virũ retrò reſpicere, vt nõ ſit aptus regno Dei vnquã deinceps, dicente Auguſtino iã ſuprà. Virgo ſanctimonialis ſi nupſerit, adultera deputabitur: reſpexit retrò. Vir cõferens ſe in ſocietatem, & conuentũ ſanctorum ad cõmunem vitã, ſi dimiſerit, non talis habebitur, qualis qui non intrauit, ſed dãnabitur, retrò reſpexit. Et item ſupradicto ſermone. 57. AVGVS.
8 Non † ergo licet nobis dimittere, quod habemus in propoſito: licèt dignitatem propoſiti perdideris. Si peccaſti in vita monachi conſtitutus, eſto pœnitens quaſi monachus, patiens nõ quaſi ſecularis. Aliquis dicit. Fugi dominũ meum, ne me cędat, ſemper debeo fugere. Si te pœnitet, q̃ fugiſti, debes ad dominum reuerti. Nemo dicat, pœnitet me, quia fugi, & ſemper debeo fugere. Siue ſancti ſumus, ſiue peccatores ſumus, non nobis licet mutare propoſitũ. Si ſanctus es, beatus es, & monachus: ſi peccator es, miſer es, & monachus tamen es. Non licet propoſitum mutare, licèt dignitatem propoſiti perdideris. Hæc in cõmune loquor, mihi quoq; loquor, ne quis ſe putet habere poteſtatem mutandi propoſitũ. Hæc ille. AVTH. Audiat hoc Witcleff: & quamuis ipſe fidem Chriſti, & profeſsionẽ in baptiſmo dimiſerit, ceſſet tamẽ cæli ſtellas ſecum attrahere terræ: quas religiones fratrũ cogitur appellare. Vbi ſollicitè procurat eos religiones ſuas dimittere, quas vouerunt, cap. 39. quarti trialogi. Sed cùm euangelica ſcriptura eas cum Sole & Luna locat ſurſum in cælo, ipſe falſificans euangelium, comatas efficit in aëre caliginoſo, ſi-

Digitized by Google

mul & corrumpens naturam,quæ nunq̃ ſic ſimul comatas plurificat,vt ſunt fratres, ſed demum errans poſt blaſphemiam.Quid ſcimus, inquit,vtrum perſonæ iſtarum ſectarum,quas placet Deo ex ſua gratia illuſtrare, dimittent has ſectas?Hæc Witcleff.AVTHOR.Hoc habet in voto,quod ſanctus vir catholicus nunq̃ habebat, quod execrandi hæretici ſemper habent:proſtibulũ magis eſſe,quàm clauſtrũ remanere pudicũ:qualiter plaudenter infert Donatiſta Petilianus in contemptũ eccleſiæ ſanctimonialem olim in eccleſia Manichæorum catechumenã factam eſſe. Vñ lib.3.cõtra Petilianũ.ca.14.AVGVST.Peragat etiã in ſermone multiloquo,ſed planè vaniloquo in ea,quę prorſus ignorat, vel in quibus potiùs abutitur ignorantia plurimorũ,& ex confeſsione cuiuſ dã fœminæ,q̃ catechumenam ſe dixerit Manichæorũ, quæ ſanctimonialis in catholica fuerit,quod ei placet de illorũ baptiſmo dicat aut ſcribat,neſciens,aut neſcire ſe fingens, nõ illic appellari catechumenos,tanquã eis baptiſma quãdoq; debeatur, ſed eos hoc vocari,qui etiã auditores vocantur. AVTHOR. Contra Dei gratiã monet gẽs hæretica, qua ſola profeſſus in religionis arcto ad perfectũ colligit, quod ſpopõdit ſacer Auguſtinus hac gratia illuſtratus vberrimè.Si miſer monachus,tũ monachꝰ es:non licet mutare propoſitũ, licèt dignitatẽ propoſiti perdideris.Dignitatẽ dicit integritatem profeſsionis, qualis eſt virginalis integritas,qua perdita, & ſi reuocari vlla pœnitentia non poſsit, eſt tamẽ propoſitum reſumendũ. Hoc in cõmune loquor, inquit Auguſtinus, ne quis ſe putet habere poteſtatem mutandi propoſitum, dimittendi religionem. Vnde ergo præſumit impius Witcleff poteſtatẽ ſuam? Non à Chriſto Deo, ſed ab apoſtata Iuliano, aut à Lampetiano aliquo damnato olim hæ-
9 retico.Ipſe † enim Lampetius antiquitùs hoc ſuaſit religioſis , quod renouat modò Witcleff. Vnde libro centum hæreſum.98. DAMASCENVS. Lampetiani à Lampetio quodam appellati, qui negligentibus in idipſum,& ſimul viuere, & in cœnobijs conuerſari,concedunt vnicuiq; qualẽ voluerit approbare conuerſationem, & pertranſire hanc, & quã præelegerit formam induere. Non enim aiunt ex neceſsitate facere aliquid Chriſtianũ, quoniã ſcriptũ eſt, Volũtarie ſacrificabo tibi. Et rurſus, Ex voluntate mea confitebor tibi. Cõcedunt autẽ(vt aiunt quidã) & naturalibus paſsionibus locũ dare,& non reſiſtere ipſis,vt lut natura ſic expetẽte. Hæc ille.AVTHOR. Succurre ergo filijs tuis dñe Ieſu, vt cõtra hos Lampetianos antiquos,& nunc Witcleuiſtas, per quos Satan eos expetit cribare vt triticũ, validiſsima manu aratrũ religionis teneant,ne retrò reſpiciant:ſed ſciant omnem eccleſiaſticum cœtũ pro hac vita ibi habitare, vbi ſedes eſt Satanæ: & ideò hoc dictũ eſt ſeptem eccleſijs, qd' dictũ eſt Pergamo, Seruꝰ meus fidelis occiſus eſt apud vos, vbi Satanas habitat, vbi aduerſarius ſanctũ propoſitũ mutat. Hoc dolet,hoc delictum centuplum, hoc deſperationi vicinum.Non tenere fortiter, non vſq; in finem expectare conſtanter: ideò omni eccleſię cultori hoc eſt admonitum datum, vt pedem teneat, quem extendit, Epheſi angelus audit, Suſtinuiſti nomen meum,& nõ defeciſti.Memor eſto vnde excideris, & prima tua opera fac.Angelus etiam Smyrnæ, ad perſeuerandũ hortatur.Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.Et angelo Pergami dicitur ſimile.Tenes nomen meum,& nõ negaſti fidẽ meã,vincẽti dabo mãna. Et angelo itẽ Thyatiræ, Non cognouerunt altitudinem Satanæ, quemadmodũ dicunt, non mittam ſuper vos aliud pondus. Sicut dixit Witcleff, nõ eſſe onerandos religioſos pondere alterius regulæ, vltra leue Chriſti. Et multi ſimplices non cognouerunt altitudinem Satanæ in hoc dicto. Vnde in expoſitione eiuſdem loci ſuper Apocalyp. ſermone ſecundo AVGVSTINVS. Non cognouiſtis altitudinem Satanæ, id eſt, non reſpicitis doctrinam,ſicut hæreſes: Non mitto ſuper vos aliud pondus, id eſt, ſupra quod poteſtis ſuſtinere.Hæc ille.AVTH. Sed huius eccleſiæ filijs ſtatim adiungitur. Tamen id, quod habetis, tenete, donec veniam. Et qui vicerit, & qui cuſtodierit vſq; in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes. Angelus autem Sardis inter alia de conſtantia habet conſilium. In mente, inquit,habe,qualiter acceperis, & audieris,& ſerua.Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis. Angelo item Philadelphiæ, Tene,quod habes,vt nemo accipiat coronam tuam. Et item angelo Laodiciæ, Qui vicerit, dabo eum ſedere mecum in throno meo. Hic ſeptenarius, eccleſiarum vniuerſitatem deſignat. Per omnes ergo eccleſias contra aduerſarium noſtrum Satanam, filius Dei verbum conſtantiæ mittit, dicens, Iugiter tene, quod habes, aut ad primum redeas,ſeruans,quod acceperis: quia nihil eſt, quod aduerſarius humani generis ſuadet fortiùs, quàm caſum noſtrum ab alto tecto perfectionum : vnde nemo deſcendat per Euangeliũ in die nouiſsimo tollere olim tunicã ſuã.Odio enim habet ipſe & omnis hæreticus re-

Digitized by Google

cus religioſum virum gratis. An credit fruſtrà dixiſſe Spiritum ſanctũ per Paulum, ꝙ omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionẽ patiuntur? Vnde & Ioannes in prima Canonica dixit, Nolite mirari fratres, ſi odit vos mũdus. Et ibi in expoſitione BEDA. Mundum dilectores mundi dixit. Nec admirandum, ꝙ qui amat mundum, fratrem à mundi authore ſeparatum, & cæleſtibus tantùm deſiderijs intentum amare nõ poſsit. Abominatio eſt eĩ peccatori religio, vt ſcriptura teſtatur. Hæc ille. AVTHOR. Et in præfatum ſcripturæ teſtimonium lib. de vera innocentia, propoſitione 31. AVGVST. Omnes qui in Chriſto volũt piè viuere, neceſſe eſt, vt ab impijs & diſsimilibus patiantur opprobria, & deſpiciantur tanquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, & inuiſibilia ſibi futura promittunt. Sed hæc deſpectio atq; irriſio in impios retorquebitur, cùm abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſierit in confuſionem. Hæc ille. AVTHOR. Hanc perſecutionẽ, religioſi viri damnis rerũ, & opprobrijs hæreticis agitãti
10 bus ſenſerunt in Anglia. Sed † extremã ſæuitiã Witcleuiſtarũ ipſi omnes experiuntur in Boẽmia: vbi locorũ ſanctorũ euerſiones, clauſtrorũ combuſtiones, violationes virginũ, cædes horrendæ, ſanctorũ iugulationes, mactationes ſub malleis de membro in membrũ, cõtritiones ſanctorum corporũ etiam petris molaribus, liquentia item metalla guſtant, & exilia vice magnæ pietatis gratãter accipiunt: cẽties acriùs ſub falſi tituli Chriſtianis, quàm ſub veris Turcis, & Saracenis afflicti. Sic impijſsimi fecerunt Witcleuiſtæ probantes falſiſsimã pietatem ſibi fuiſſe ſermonibus atrociſsimis peiùs iſtis ſequentes patrem ſuum Lucium Arianum epiſcopum. De quo lib. 11. ca. 3. E C=
11 CLESIASTICA HISTORIA. Qui † cũ eſſet Arianæ partis epiſcopus, continuò ad ouem Petrum Athanaſij ſucceſſorem aduolat lupus. Et Petrus quidem nauem protinus conſcendẽs, ad vrbem Romã profugit. Lucius verò tanꝙ materia ſibi crudelitatis oblata, ſæuior erga cæteros efficiebatur, & ibat in ſanguine, vt ne ſpeciem quidẽ alicuius religionis ſeruare videret: cuius primo ingreſſu tanta etiã turpia in virgines & continẽtes eccleſiæ geſta ſunt, quæ nec in perſecutione gentiliũ memorãtur. Inde poſt fugas ciuiũ & exilia, poſt cædes, tormenta, flammaſq;, quibus innumeros confecerat, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit. Vaſtat eremum, & bella quieſcẽtibus indicit: tria millia ſimul, & eo ampliùs viros per totã eremũ ſecreta, & ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitũ peditumq; manum, tribunos, præpoſitos, & bellorum duces, tanquã aduerſum Barbaros pugnaturus, delegit. Qui cũ veniſſent, nouã ſpeciem belli vident hoſtes ſuos gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere niſi, Amice ad quid veniſti? AVTHOR. O beati martyres, religione, charitate, & fraterna collectione in vnum contra horrendi hæretici gladios iam cruore Chriſtiano calẽtes, inter ſe indiſſolubiliter permanentes: plus omni tẽtatione hac attẽdunt quod ipſis dixit apoſtol⁹ Paulus, Teneamus ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem. Fidelis eĩ eſt, qui repromiſit, & cõſideremus inuicẽ in prouocationem charitatis & bonorum operũ: non deſerentes collectionem noſtrã, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, ſed & conſolantes, & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. Hebræo. 10. Ita nunc agant contra omnem calliditatem hæreticã indeclinabilem ſpei ſuæ confeſsionem teneant, charitate, & bona operatione inuicem prouocent, ne collectionẽ ſanctam ſanctorum conuentus & cœtus, ſicut eſt conſuetudinis Witcleuiſtarum, & iniquæ ſuaſionis ſcindant aut deſerant. Vnde ſuper hunc locum Homil. 19. CHRYSOSTO. adijcit, ꝙ perfectum amorẽ non delinquentes, cõgregationem noſtrã ipſorũ, quod quidã, ait, faciunt, & Synodos intercidunt. Frater eĩ à fratre adiut⁹, vt ciuitas fortis. Sequitur. Putà, ſi quis vir tuoſus, reſpiciamus ad eum, vt amemus, & a-
12 memur. Ab † amore eĩ bona opera fiũt. Magnum enim bonũ Synodus, id eſt, cõmoratio ſeu cohabitatio, & conuentio: hæc eĩ amorẽ calidiorem operatur, & ex ea, omnia generantur bona. Nullum eĩ eſt bonũ, quod per amo-
13 rem nõ fit. Hæc ille. AVTHOR. Hoc † bonũ maximum: hoc apoſtolicũ bonum Witcleff ſubuertit verbis, Witcleuiſtæ diabolo contra Chriſtum ſuadente, conatibus: deſtruẽtes, inquã, vineam religionis, quã iuxta ſcripturam de Ægypto tranſtulit dominus: eiecit gentes, & plantauit eam. Plantauit certè radices eius, & impleuit terram, operuit montes vmbra famæ eius, & arbuſta exemplorum eius cedros Dei. Iam deſtruit Witcleff maceriam eius, dicens ſolitudinem clauſtri nullam: vel ſacros ritus eius, quibus carnem emacerant: & vindemiam eam ſpoliando pijs eleemoſynis fideliũ: omnes qui prętergrediũtur viam, qui eſt Chriſtus: hic eſt ergo catulus leonis illius, qui circuit iuxta Petrũ, quærens quem deuoret: qui iuxta prophetiam Iohelis poſuit vineã domini in deſertum. Quem locum in commentario

Eremicolæ martyres.

Boẽmorum impietas.

Charitatis bona.

Religionis præconia.

Lucij Ariani crudelitas.

Digitized by Google

Iohelis exponens HIERONY. Catulũ leonis eum intellige, qui eleuatur contra omne, quod dicitur Deus & Religio: vel ſaltẽ omne dogma peruerſum. De cuius contriti molaribus, quę intrinſecus latent & non videntur, & non facilè vitãtur, etiam Pſalmiſta lætatur, dicens, Molas leonum confringet dominus. Si ergo dederimus locum huic genti vt aſcendat in nobis, ſtatim ponet vineam noſtram in deſertum: de qua vinum ſolebamus facere, quod lætificat cor hominis: & ficus noſtra decorticat, ſiue confringit, ne habeamus in nobis Spiritumſancti dona dulciſsima: ne ſub vinea noſtra, & ficu vir ſanctus requieſcat: ſub quibus cùm fuerit, aduerſariorum impetum non timebit. Non ſufficit huic genti vineam diſperdere ficumq; cõfringere, niſi ſcrutans ſcrutetur eas, & quicquid in eis vitale fuerit, interficiat: vt eius virore conſumpto, albi atq; mortui ramuſculi maneant. IDEM ſuper Iohelem textu, Molares eius, vt catuli leonis poſuit vineã meam in deſertum. Bene notat quare vineam deſtruit, ne ſub ea vir ſanctus aliquis requieſcat. Ideò ſcrutans ſcrutatur, & quicquid ineſt vitale, vel ſanctum, interficit, ne in aſpectu tantæ cæcitatis, hæreſis eius vilis, & execranda compareat, propter hoc neceſſe eſt obturare aurem eccleſiæ, & colorem eius optimum immutare.

¶ Ad contumelias Witcleff, de religioſis perfectis.

CAP. LXXXVIII.

SVMMA.

1 *Religio omnis Chriſtiana, q. ortum habeat à cruce, contra cuius cultores uociferatur cum Iudæis Witcleff.*
2 *Chriſti patientia, & potentia oſtenditur.*
3 *Sectæ quatuor, in quas inuehitur Witcleff, & fœtentes dicit, quæ ſint.*
4 *Religioſi, & fideles Chriſtiani, quibus ſint odor mortis in mortem, & fœtentes merdæ, & apoſtemata, & uenenum.*
5 *Reſiſtendũ q. ſit Witcleff, & alijs hæreticis fortiter, à religioſis & Chriſtianis ſacerdotibus.*

HIs iniquitatibus nõdum contentus Witcleff, ſuaſionibus peſsimis ſuperaddit cõtumelias & opprobria inaudita. Vocat merdoſos ordines, & apoſtemata, globos, & conglobatos appellat nouos, inutiles laruatoſq; diabolos, ſemper inhians, ſemper vociferans cum Iudæis, vt de religione crucis Chriſtus deſcendat in ſuis, vt ſuis ſatisfaciat hæreticis, & credant in eum. 1 Omnis † enim religio Chriſtiana ortũ habet à cruce: & dixit cultor eius, Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et omnia quæ portat opprobria, pro religioſo cultu ſimul ea in cruce portat cum Chriſto Ieſu: forſan verba tã horrida non formaſſet mens hominis, ſed ipſe clamauit in eo contra membra Chriſti, qui more inſultantium Iudæorum clamabant contra perſonam Chriſti, dum dicerent blaſphemantes: Vah qui deſtruis templum Dei, ſaluum fac temetipſum deſcendens de cruce: & ipſi ſummi ſacerdotes lollardici: Alios faciunt iſti ordines per orationes & traditiones friuolas, ſeipſos non poſſunt ſaluare à tormentis verborũ noſtrorum: idcirco de religionis ſuæ cruce deſcendant, vt videamus eos lollardizare nobiſcum, & credemus eis. At libro. 4. de Symbolo AVGVSTI. Qualis vox velut victoriæ illorum fuit dicentium, Si filius Dei es, deſcende de cruce. Sed hoc ille per eos clamabat, qui patientiam Chriſto auferre cupiebat: vt excitatus inſultationibus Iudæorum, demonſtraret potentiam, ſed perderet patientiam. Ille autẽ rex fortis, & ſingulare conſilium, per quod naſcitur, & regitur omne ſanum conſilium, vtrãq; aciem reſpiciebat, & patientiæ, & potentiæ, 2 & quod ſeruauit, exhibuit. Nam † & patientiam ſeruauit, quia de cruce non deſcendit, & potentiam demonſtrauit, quia de ſepulchro ſurrexit. Dum in cruce pependit, victoria erat Iudæorũ, dum de ſepulchro ſurrexit, vera Iudæorũ confuſio, & ſempiterna victoria Chriſtianorum. Et infrà. Nõ ſolùm actum eſt hoc certamen, ſed & nunc agitur. Pugnatur, laborant membra Chriſti vrgente aduerſario, reſiſtitur illi, quoniam caput noſtrum iam ſedet in cælo. Ad hoc ille pugnare voluit, vt te doceret quomodo vinceres. Sed ſi vires tuæ paruæ ſunt, ipſum inuoca Saluatorem, quem inuoco adiutorem, cùm te proſpexit fideliter inuocantem: qui pro te pependit in ligno, & hic victoriam, & coronam victoriæ præparabit in cælo. Hæc ille. AVTHOR. Hac autem ſpe fultæ Chriſti religiones in Anglia ipſa beſtia reſonãte, & vrgente in perſona ſua, & multiplici aliena, dum adeò viueret, vt acciperet acriùs ſtrepentes inaniter, tanquam Baalitæ Prophetæ defecerant, ipſi verò ordines nihilominùs cruci Chriſti Ieſu immobiles adhæſerunt, quia tanquam membra inſtar capitis ſeruant in cruce patientiam, & in reſurgente religione contra impios Witcleuiſtas,

inſultan

Digitized by Google

inſultantes oſtendunt potentiam. Audite crocitantem hæreticum tractatu de. 7. donis cap. 7. Hic notent fideles quomodo iſti nouelli ordines & omnes iſtæ ſectæ. 4. timuerunt vbi nō erat timor, quia plus amāt ordinem ſuum merdoſum, quàm ſectam vel ordinem Chriſtianū. & infrà. Propter inordinatum amorem, quem habent ad talem merdoſum ordinem conſeruandū. Et tractatu de oratione. Sicut medicus euacuat ſuperfluitates intrinſecus ſanando homines, educit apoſtemata & putrefactiones quæ partes naturales corrumperent: ſic ſpiritualis medicus ad ſanationem corporis eccleſiæ niteretur. Sequitur. Vel ergo conuertat eccleſia has ſectas quatuor ad ſectā ſimplicem Chriſtianam, vel illas euacuet, propter ſanitatem corporis eccleſiæ conſeruandam. Et ita conuertat illas, vel aſsimilando partibus veris quod foret grande miraculum propter innatum toxicum. Hæc Witcleff. AVTHOR.

3 Quatuor † ſectas hīc notat fabuloſè epiſcopos & archidiaconos cum officialibus, monachos, canonicos atque fratres. Sed parcat Chriſtus Ieſus piis cultoribus ſuæ legis: concedatque participes ſuos ire gaudentes à conſpectu huius concilij, quoniam digni ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. In nouitia mea religione hoc didici: beatos eſſe vos omnes, cùm vos oderint homines, & ſeparauerint, & eiecerint nomē veſtrum tanquā malum, propter filiū hominis, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cęlo. Gaudere nos iubemur non triſtari in die qua ſumma nobis merces in cælo cōſcribitur, quid tunc oberit ꝙ ſeparent nos? Quid ꝙ eijciāt nomē noſtrum tāquam malū, tanquā apoſtema tanquā venenū, tanquā merdas fœtentis odoris? Reſpice prius cui fœtemus ſi Witcleff, Pharaoni, & Aegyptijs Lollardinis: hoc ſanctus Moyſes pro ſumma religiōe ſuſtinuit, & Aarō frater eius, dicentibus eis quibuſdam de prępoſitis Iſrael, ſed dubiis, Ex qua die intraſtis vos & exiſtis ad Pharaonem, fœtere feciſtis odorē noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius & prębuiſtis eis gladium, vt occideret nos. Exodi quinto. Super quem locum Homili. 3. Exod. ORIGENES. Verum dicunt iſti, licèt ignorant fortaſſe quod dicunt, ſicut Caiphas verum dicebat, quod expedit vobis, vt moriatur vnus pro populo: ſed quid diceret neſciebat. Nam vt Apoſtolus dicit, Chriſti bonus odor ſumus: ſed alijs, inquit, odor de vita in vitam: alijs autem odor de morte in mortem: Ita & propheticus ſermo ſuauis eſt odor credentibus, dubijs verò, & incredulis, & his, qui ſe populum confitentur eſſe Pharaonis, odor execrabilis efficitur. Hæc ille. AV-

4 THOR. Bene † dicit Origenes religioſos, & fideles Chriſti eſſe odorem mortis in mortem, & venenū, ſed ijs, qui Deo mortui ſunt: quemadmodum Paulus & Apoſtoli erant pſeudoapoſtolis, & Chriſtus dominus iuxta prophetiam Simeonis, Poſitus erat in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Reuera propter deprehenſiones hæreſum ſuarum, & hortamenta publicæ fidei cōtra Witcleff tunc incœpit frendere Pharao cùm ſuis Lollardis, tunc coram eis cœpimus nos fœtere, ſicut ſcribitur, ex qua die intraſtis ad Pharaonem fœtere feciſtis odorem noſtrum. Et Moyſes ipſe ad Dominum ait: quia ex quo locutus ſum cum Pharaone affligit populum tuum. Vbi ORIGENES. Certum eſt enim quòd antequàm ſermo Dei audiatur, antequā prædicatio diuina noſcatur, non eſt tribulatio, non eſt tentatio: quia niſi buccinet tuba, non committitur bellum, vbi verò ſignum belli tuba prædicationis oſtenderit, ibi omnis tribulationum pugna, ibi afflictio conſurgit. Sequitur. Priuſquam enim veniret ſermo, qui argueret vitia intra te, in pace durabant, ſed vbi ſermo Dei facere cœpit vniuſcuiuſq; diſcrimen, tunc perturbatio magna conſurgit: & ſine fine naſcitur bellum. Cum iniuſtitia enim quando poteſt conuenire iuſtitia, cū ſobrietate ebrietas, cùm veritate, mendacium? Et ideò non magnoperè perturbemur, ſi videtur odor noſter execrabilis eſſe Pharaoni. Execrationi nanque vitijs ducitur virtus. Quin potius, vt in poſterioribus dicit, quia ſtetit Moyſes ante Pharaonem: ſtemus etiam nos contra Pharaonem, & non inflectamur, neq; inclinemur, ſed ſtemus ſuccincti lumbos noſtros in veritate, & calceati pedes in præparatione & prædicatione Euangelij pacis. Sic enim nos exhortatur Apoſtolus, dicens, ſtate ergo, & nolite iterum iugo ſeruitutis inhærere. Et infrà. Stemus ergo ante Pharaonem, ideſt obſiſtamus ei in certamine, ſicut & Petrus Apoſtolus dicit, Cui reſiſtite fortes in fide. Si enim fortiter ſteterimus, conſequetur & illud quod orat Paulus pro diſcipulis ſuis dicēs. Quia Deus conteret Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Quantò enim nos conſtantiùs, & fortiùs ſtabimus, tantò magis infirmus & inualidus erit Pharao. Si autem nos vel infirmi cœperimus eſſe, vel dubij, ille aduerſum nos validior, & conſtantior fiet. Et ſequitur. Hoc idem nanque Iacobus Apoſtolus hortatur dicens,

Digitized by Google

Reſiſtite autem Zabulo, & fugiet à vobis. Sed & cõteratur Satanas ſub pedibus noſtris, ſicut & Pharao demerſus eſt in mari, & in profundum abyſsi extinctus. Hæc ille. AVTHOR. Reuera ſi reſiſtatur diabolo Lollardorũ patrono, fugiet à facie bellatorum. Credatis nulli eũ parciturum cùm vincat: quia ſicut ſuprà dictũ eſt, nõ poteſt iniuſtitiæ conuenire iuſtitia, nec aliquid vitium cũ virtute, ideò aut fortiter certandum eſt & vincere, aut ignauiter ſuccũbendo crudeliſsimè trucidari. Nec ſolùm hoc modo fiunt catholici religioſi fœtentes & deſpecti: ſed ſceleratorum perſecutione, æſtuatione & lingua, etiam viris ſimplicibus & catholicis turpes reputantur & viles: quemadmodum de capite noſtro Chriſto Eſaias luctum expreſsit fidelium, vidimus eum, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimũ virorũ. Virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus eſt vultus eius, & deſpectus. Vnde nec reputauimus eũ. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Et cum iniquis deputatꝰ eſt. Ita profectò corpus eius (quæ eſt eccleſia) horum perſequutione, & linguarum ictu contũditur omnis decor eius, omnis ſpecies eius, omnis ſanctitas, quæ nõ eſt eorum tabe pollutа: deperit etiã in quorũdam oculis, qui catholici nominantur, & facultatibus inuident ſacerdotũ. Sed hęc in exterioribus eius: omnis autẽ gloria filiæ regis abintus eſt. Vnde libro primo de ſermone domini in monte textu, Beati eritis cùm maledixerint vobis homines. AVGV. Animaduertat, quiſquis delicias huius ſeculi, & facultates rerum tẽporalium quærit in nomine Chriſtiano, intrinſecus eſſe beatitudinem noſtram, ſicut animæ fideli ore prophetico dicitur. Omnis pulchritudo filię regis abNã extrinſecus maledicta, & perſequutiones, & detractiones permittuntur, de quibus tamẽ magna merces in cælis eſt, quæ ſentitur in corde per patientiã eorũ, qui iam poſſunt dicere, Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniã tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpẽ, ſpes autem non confundit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce apoſtemata ſacerdotum, ecce merdæ religioſorum, in quas polluto ore hæreticus ſuo ſpuit, qui delicias huius ſeculi, & facultates quærit eccleſiæ in nomine Chriſtiano, non tangunt religionis intrinſeca, ſed ſunt Deo odibiles perſecutiones, & detractiones, de quibus nobis reſtat merces in cælis.

¶ Ad contumelias Witcleff de nouitate religionum.

CAP. LXXXIX.

SVMMA.

1 *Paulus quomodo Epicureis & Stoicis philoſophis nuntiator nouorũ dæmoniorum dictus, & quare.*
2 *Religio etam ſi noua ſit, & ita calumnioſe ab Witcleff dicatur, quòd non ſit iniuria, oſtenditur.*
3 *Religio quòd ſit in Chriſto fundata, & antiqua Dei hæreditas, contra Witcleff.*
4 *Carmelitarum ordinis uetuſtas.*
5 *Ioannes patriarcha Hieroſolymitanus.*
6 *Elias cum Maria comparatur.*
7 *Nubecula Eliæ uiſa quid ſignificet.*
8 *Carmelitæ primi quomodo caſtitatem perpetuam uouerunt. Et quare Carmelitæ appellati.*
9 *Elias primus hominum uirgo perpetuus, & Maria inter fœminas.*
10 *Epiſtola multorum epiſcoporum ad Bonifacium Papam octauum pro Carmelitis, per quam eorum antiquitas probatur.*



Ddit nouitates ordinum, vt odia ingerat: de diabolo cap. 2. Iſtæ ſectæ nolunt de ſecta Chriſti & eius regula cõtenta ri, ſed vnã nouã in multis friuolã, & legi Chriſti cõtrariam machinãtur: ideo nõ ſolũ vidẽtur eſſe Satanas, ſed ipſe diabolus tanquã Iudas. Hęc Witcleff. AVTHOR. Diiudicet Chriſtꝰ verba iſta, ſine ratione, ſine ſcriptura, ex ſola cholera vetuſtæ amaritudinis, & indignatiõis efflata, & ſicut hiſtoricus Martis: Quidquid hõ eſt aperit peſtis natura prophana, Morte patet. Et iterum. Nec quantum toto de corpore debet. Effluit in terras ſæuum ſed mẽbra venenum Decoquit in minimũ, ſed cõtrahit omnia virtus. Hoc ſ modo Paulus ipſe Epicureis & ſtoicis philoſophis nuntiator nouorũ dæmoniorum dicebatur eſſe, quia Ieſum & eius reſurrectionem annuntiabat eis. Et alij. Noua quædam in aurib⁹ noſtris. Et ſermonem nouitatis non horruit Ieſus Chriſtus dicente apoſtolo Hebræ. x. Initiauit nobis viam nouam. & dicendo nouum veterauit prius. Et Ioannes in Apocalypſi dicit. Figura totius eccleſiæ Chriſti nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalem. Vbi in expoſitione Apocal. ſermone. 3. AVGV. Nouam Hieruſalem cęleſtem eccleſiam dicit, quæ à domino naſcitur.

Digitized by Google

no naſcitur. Nouam igitur dicit pro nouitate nominis Chriſtiani: & quia ex veteribus noui efficimur. Hæc ille. AVTHOR. Po-
2 ne † igitur religionem noſtram nouam, non eſt iniuria. Origo eius expoſtulat, quia & mater eius noua eſt, ex qua trahit originē. An nō ipſa eſt mater noſtra, noua nupta, agni ſpōſa? Hanc ego nouitatem ſemper exopto, & ad illorum fratrum ſi veniamus exordium, de eorum nouitate lætabimur, quorum. ſ. nouitatē epiſtola ad fratres de monte extollit. BERNARDVS. Ad Dei gloriam, & magnam coronā veſtram, & gaudium omnium bonorum hoc ſanctæ nouitatis inſtauretur ornamentū. Nouitatem verò dico, propter linguas nequā (à quarū contradictione abſcondat vos Deus in abſcōdito faciei ſuæ) hominum impiorum, qui cùm manifeſtum lumen veritatis obnubilare non queunt, de ſolo nouitatis nomine cauillātur, veteres ipſi & in veteri mente neſcientes noua meditari, vtres veteres non capiētes vinum nouum: quod ſi eis infunderetur, rum-
3 perentur. Sed † hæc nouitas nō eſt nouella vanitas. Res enim eſt antiquæ religiōis profectò fundatæ in Chriſto, antiqua hæreditas Dei à tempore apoſtolorum præmonſtrata. Iamq; nouæ gratiæ ſole exorto in Ioāne baptiſta inſtaurata & innouata, ab ipſo domino familariſimè celebrata: ab eius diſcipulis ipſo præſente concupita. Et infrà. Poſt paſſionem verò Domini calente adhuc in cordibus fidelium effuſi ſanguinis eius recēti memoria, ſolitariā hanc vitam eligētibus, paupertatem ſpiritus ſectantibus, & in ſpiritualibus exercitijs contemplatione pingue otium alterū in alterum zelātibus, deſerta repleta ſunt. Ex quibus legimus Paulum, Machariū, Antoniū, Arſenium, & alios quoq; plures in ſancta huius conſeruationis regula cōſulares viros, egregia nomina in ciuitate Dei, & triumphales titulos habētes de victoria ſeculi & principis huius mūdi & corporis ſui: de cultu animi & domini Dei ſui. Sileant ergo, qui in tenebris de luce iudicantes nos arguunt nouitatis, ex abūdantia malæ voluntatis ipſi potiùs arguendi vetuſtatis & vanitatis. Hæc ibi cap. 1. AVTH. Iam dicat Witcleff vanitatem ſuam quam diligit, aut ſileat perpetuò à mendacio quod ſic quærit, ſancti patris Bernardi catena ligatus. Dicit non eſſe religionem in Chriſto fundatam: dicit pluries, & nunquam probat: dicit ſemel Bernardus, & probat in Chriſto fundatam, & à diſcipulis affectatā, & in deſerta plena deinceps dū adhuc recens calor ſanguinis Chriſti in memoria fideliū haberetur traductā: quomodo tunc per trecētos annos poſt aſcenſionem Dñi moras fecit religio, antequā venit in mūdū, ſicut mille locis falſè dicit Wit. eſt tamē nouella res inquit pater: ſed non nouella vanitas, imòres antiquæ religiōis in Chriſto ipſo fundatæ, & antiquæ hæreditas eccleſię Dei, & prophetarum tempore præmonſtrata His verbis occurrit WITCLEFF, inuidēs religiōi toti perfectæ antiquitatis titulos in ſuis fratribus Carmelitis. libro de eccleſia & membris eius. capitu. 6. Carmelitæ inquiunt cùm ante incarnationem Domini fundati, & beatam virginem patronā habeāt ſingularem, patet eorū excellentia ſupra cunctos. Nam vt fingunt Elias fundauit eos in monte Carmelo tanquā filios pphetarum. Sequitur. Fratres etiā beatę virginis debent dici. Hæc Witcleff. AVTH. Quod dicit Carmelitæ hoc inquiunt, præiudiciū infert teſtimonio Carmelitæ. Nolo dicat cum perfidis Iudęis, Tu de te ipſo teſtimoniū perhibes, teſtimonium tuum non eſt verū: ſed teſtetur amicus Armachanus in ſermone de conceptione beatæ virginis Mariæ, quem prædicauit anno Dñi milleſimo. 342. in conuentu Carmelitarū Auinione, & habet exordiū Aue. ARMACH. An non meritò dicimus illi Aue, quæ ſic erat illuſtrata virtutibus in ſua origine? Vtiq; hanc illuſtrationem in ſuo ortu hic ſanctus, ac peculiaris, & antiquus ordo ſuus Carmelitarum prætendit in habitu: qui hoc feſtum ipſius ſingulariter ſolennizat, candorem habitus ſui, vt
4 exiſtimo prudēter, & deuotè referens ad hoc factum. Miramini † forſan, quia dixi ordo ſuus peculiaris, & antiquus, cùm veritate attēta nullatenus ſit mirandum, quoniam vt dicūt fide dignæ hiſtoriæ à tempore Eliæ & Eliſæi, qui ſæpius morabantur in monte Carmelo iuxta Nazareth ciuitatem Dominę noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines deuoti ſecretiùs habitare vſque ad tempora ſaluatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt conuerſi, & in vno latere montis ipſius primò eccleſiam, ſiue oratorium in honorem beatæ virginis conſtruxerūt in loco illo, ſcilicet in quo didicerāt ipſam in vita ſua cū ſodalibus virginibus cohabitaſſe. Et ob hoc nimirū inter oēs religioſos Dñæ noſtræ primitùs ſunt aſcripti, vt vocarētur fratres beatæ Mariæ de mōte Carmelo. Quia inſuper in principio naſcētis eccleſię in partibus illis prædicando Euāgeliū ſollicitiſsimè laborarunt, & conſequenti tempore à Ioanne Hieroſolymitano Patriarcha regulā viuendi communiter ſanctorū Paulini & Baſilij ſuſceperūt, meritò gaudēt prę cæteris ordinibus antiquitatis

Carmelitarū uetuſtas.

Reſiſtite autem Zabulo, & fugiet à vobis. Sed & cõteratur Satanas ſub pedibus noſtris, ſicut & Pharao demerſus eſt in mari, & in profundum abyſsi extinctus. Hæc ille. AVTHOR. Reuera ſi reſiſtatur diabolo Lollardorũ patrono, fugiet à facie bellatorum. Credatis nulli eũ parciturum cùm vincat: quia ſicut ſuprà dictũ eſt, nõ poteſt iniuſtitiæ conuenire iuſtitia, nec aliquid vitium cũ virtute, ideò aut fortiter certandum eſt & vincere, aut ignauiter ſuccũbendo crudeliſsimè trucidari. Nec ſolùm hoc modo fiunt catholici religioſi fœtentes & deſpecti: ſed ſceleratorum perſecutione, æſtuatione & lingua, etiam viris ſimplicibus & catholicis turpes reputantur & viles: quemadmodum de capite noſtro Chriſto Eſaias luctum expreſsit fidelium, vidimus eum, & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimũ virorũ. Virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus eſt vultus eius, & deſpectus. Vnde nec reputauimus eũ. Et nos reputauimus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Et cum iniquis deputat⁹ eſt. Ita profectò corpus eius (quæ eſt eccleſia) horum perſequutione, & linguarum ictu contũditur omnis decor eius, omnis ſpecies eius, omnis ſanctitas, quæ nõ eſt eorum tabe pollu ta: deperit etiã in quorũdam oculis, qui catholici nominantur, & facultatibus inuident ſacerdotũ. Sed hęc in exterioribus eius: omnis autẽ gloria filiæ regis abintus eſt. Vnde libro primo de ſermone domini in monte textu, Beati eritis cùm maledixerint vobis homines. AVGV. Animaduertat, quiſquis delicias huius ſeculi, & facultates rerum tẽporalium quærit in nomine Chriſtiano, intrinſecus eſſe beatitudinem noſtram, ſicut animæ fideli ore propheti tico dicitur. Omnis pulchritudo filię regis ab. Nã extrinſecus maledicta, & perſequutiones, & detractiones permittuntur, de quibus tamẽ magna merces in cælis eſt, quæ ſentitur in corde per patientiã eorũ, qui iam poſſunt dicere, Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniã tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpẽ, ſpes autem non confundit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce apoſtemata ſacerdotum, ecce merdæ religioſorum, in quas polluto ore hæreticus ſuo ſpuit, qui delicias huius ſeculi, & facultates quærit eccleſiæ in nomine Chriſtiano, non tangunt religionis intrinſeca, ſed ſunt Deo odibiles perſecutiones, & detractiones, de quibus nobis reſtat merces in cælis.

¶ Ad contumelias Witcleff de nouitate religionum.

CAP. LXXXIX.

SVMMA.

1 *Paulus quomodo Epicureis & Stoicis philoſophis nuntiator nouorũ dæmoniorum dictus, & quare.*
2 *Religio etam ſi noua ſit, & ita calumnioſè ab Witcleff dicatur, quòd non ſit iniuria, oſtenditur.*
3 *Religio quòd ſit in Chriſto fundata, & antiqua Dei hæreditas, contra Witcleff.*
4 *Carmelitarum ordinis uetuſtas.*
5 *Ioannes patriarcha Hieroſolymitanus.*
6 *Elias cum Maria comparatur.*
7 *Nubecula Eliæ uiſa quid ſignificet.*
8 *Carmelitæ primi quomodo caſtitatem perpetuam uouerunt. Et quare Carmelitæ appellati.*
9 *Elias primus hominum uirgo perpetuus, & Maria inter fœminas.*
10 *Epiſtola multorum epiſcoporum ad Bonifacium Papam octauum pro Carmelitis, per quam eorum antiquitas probatur.*

ADdit nouitates ordinum, vt odia ingerat: de diabolo cap. 2. Iſtæ ſectæ nolunt de ſecta Chriſti & eius regula cõtenta ri, ſed vnã nouã in multis friuolã, & legi Chriſti cõtrariam machinãtur: ideo nõ ſolũ videtur eſſe Satanas, ſed ipſe diabolus tanquã Iudas. Hęc Witcleff. AVTHOR. Diiudicet Chriſt⁹ verba iſta, ſine ratione, ſine ſcriptura, ex ſola cholera vetuſtæ amaritudinis, & indignatiõis efflata, & ſicut hiſtoricus Martis: Quidquid hõ eſt aperit peſtis natura prophana, Morte patet. Et iterum. Nec quantum toto de corpore debet. Effluit in terras ſæuum ſed mẽbra venenum Decoquit in minimũ, ſed cõtrahit omnia virtus. Hoc † modo Paulus ipſe Epicureis & ſtoicis philoſophis nuntiator nouorũ dæmoniorum dicebatur eſſe, quia Ieſum & eius reſurrectionem annuntiabat eis. Et alij. Noua quædam in aurib⁹ noſtris. Et ſermonem nouitatis non horruit Ieſus Chriſtus dicente apoſtolo Hebræ. x. Initiauit nobis viam nouam. & dicendo nouum veterauit prius. Et Ioannes in Apocalypſi dicit. Figura totius eccleſiæ Chriſti nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hieruſalem. Vbi in expoſitione Apocal. ſermone. 3. AVGV. Nouam Hieruſalem cęleſtem eccleſiam dicit, quæ à domino naſcitur.

Digitized by Google

no nascitur. Nouam igitur dicit pro nouitate nominis Christiani: & quia ex veteribus noui efficimur. Hæc ille. AVTHOR. Po-
2 ne † igitur religionem nostram nouam, non est iniuria. Origo eius expostulat, quia & mater eius noua est, ex qua trahit originē. An nō ipsa est mater nostra, noua nupta, agni spōsa? Hanc ego nouitatem semper exopto, & ad illorum fratrum si veniamus exordium, de eorum nouitate lætabimur, quorum. s. nouitatē epistola ad fratres de monte extollit. BERNARDVS. Ad Dei gloriam, & magnam coronā vestram, & gaudium omnium bonorum hoc sanctæ nouitatis instauretur ornamentū. Nouitatem verò dico, propter linguas nequā (à quarū contradictione abscondat vos Deus in abscōdito faciei suæ) hominum impiorum, qui cùm manifestum lumen veritatis obnubilare non queunt, de solo nouitatis nomine cauillātur, veteres ipsi & in veteri mente nescientes noua meditari, vtres veteres non capiētes vinum nouum: quod si eis infunderetur, rum-
3 perentur. Sed † hæc nouitas nō est nouella vanitas. Res enim est antiquæ religiōis profectò fundatæ in Christo, antiqua hæreditas Dei à tempore apostolorum præmonstrata. Iamq; nouæ gratiæ sole exorto in Ioāne baptista instaurata & innouata, ab ipso domino familiarissimè celebrata: ab eius discipulis ipso præsente concupita. Et infrà. Post passionem verò Domini calente adhuc in cordibus fidelium effusi sanguinis eius recēti memoria, solitariā hanc vitam eligētibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritualibus exercitijs contemplatione pingue otium alterū in alterum zelā tibus, deserta repleta sunt. Ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antoniū, Arsenium, & alios quoq; plures in sancta huius conseruationis regula cōsulares viros, egregia nomina in ciuitate Dei, & triumphales titulos habētes de victoria seculi & principis huius mūdi & corporis sui: de cultu animi & domini Dei sui. Sileant ergo, qui in tenebris de luce iudicántes nos arguunt nouitatis, ex abūdantia malæ voluntatis ipsi potiùs arguendi vetustatis & vanitatis. Hæc ibi cap. 1. AVTH. Iam dicat Witcleff vanitatem suam quam diligit, aut sileat perpetuò à mendacio quod sic quærit, sancti patris Bernardi catena ligatus. Dicit non esse religionem in Christo fundatam: dicit pluries, & nunquam probat: dicit semel Bernardus, & probat in Christo fundatam, & à discipulis affectatā, & in deserta plena deinceps dū adhuc recens calor sanguinis Christi in memoria fideliū haberetur traductā: quomodo tunc per trecētos annos post ascensionem Dñi moras fecit religio, antequā venit in mūdū, sicut mille locis falsè dicit Wit. est tamē nouella res inquit pater: sed non nouella vanitas, imò res antiquæ religiōis in Christo ipso fundatæ, & antiquæ hæreditas ecclesię Dei, & prophetarum tempore præmonstrata His verbis occurrit WITCLEFF, inuidēs religiōi toti perfectæ antiquitatis titulos in suis fratribus Carmelitis. libro de ecclesia & membris eius. capitu. 6. Carmelitæ inquiunt cùm ante incarnationem Domini fundati, & beatam virginem patronā habeāt singularem, patet eorū excellentia supra cunctos. Nam vt fingunt Elias fundauit eos in monte Carmelo tanquā filios pphetarum. Sequitur. Fratres etiā beatę virginis debent dici. Hæc Witcleff. AVTH. Quod dicit Carmelitæ hoc inquiunt, præiudiciū infert testimonio Carmelitæ. Nolo dicat cum perfidis Iudęis, Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimonium tuum non est verū: sed testetur amicus Armachanus in sermone de conceptione beatæ virginis Mariæ, quem prædicauit anno Dñi millesimo. 342. in conuentu Carmelitarū Auinione, & habet exordiū Aue. ARMACH. An non meritò dicimus illi Aue, quæ sic erat illustrata virtutibus in sua origine? Vtiq; hanc illustrationem in suo ortu hic sanctus, ac peculiaris, & antiquus ordo suus Carmelitarum prætendit in habitu: qui hoc festum ipsius singulariter solennizat, candorem habitus sui, vt
4 existimo prudēter, & deuotè referens ad hoc factum. Miramini † forsan, quia dixi ordo suus peculiaris, & antiquus, cùm veritate attēta nullatenus sit mirandum, quoniam vt dicūt fide dignæ historiæ à tempore Eliæ & Elisæi, qui sæpius morabantur in monte Carmelo iuxta Nazareth ciuitatem Dominę nostræ ad tria milliaria, solebant homines deuoti secretiùs habitare vsque ad tempora saluatoris: & tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis inter cæteros sunt conuersi, & in vno latere montis ipsius primò ecclesiam, siue oratorium in honorem beatæ virginis construxerūt in loco illo, scilicet in quo didicerāt ipsam in vita sua cū sodalibus virginibus cohabitasse. Et ob hoc nimirū inter oēs religiosos Dñæ nostræ primitùs sunt ascripti, vt vocarētur fratres beatæ Mariæ de mōte Carmelo. Quia insuper in principio nascētis ecclesię in partibus illis prædicando Euāgeliū sollicitissimè laborarunt, & consequenti tempore à Ioanne Hierosolymitano Patriarcha regulā viuendi communiter sanctorū Paulini & Basilij susceperūt, meritò gaudēt prę cæteris ordinibus antiquitatis

Carmelitarū uetustas.

tatis honore. Vnde rationabiliter hic ordo propter hanc prærogatiuã duplicem ab omnibus in magna reuerentia est habendus. Hæc ille. AVTHOR. Tacent Carmelitæ, dum talis & tantus testis magnus iudubiè præsul ecclesiæ, & vir altæ peritiæ in sacris literis, testimonium perhibeat Carmelitis ordinem suum dixerat dum virginem sacram commemorat: & primo omnium illi virginí dedicatum, & in cubiculo illo virginis post eius obitum monasti cè cõuersantem: qui à prophetis sanctis Elia & Elisæo prius incepit: post saluatoris aduentum cum Apostolis in euangelio sollicitissimè laborauit, à Ioanne patriarcha Hierosolymitano primo Carmelita, regulã viuendi Græcè scriptam accepit, quam pleniore post sub Alberto itidem patriarcha forma di gestam in

5 spexit. Hic Ioannes † quantum reor. 44. à sancto Iacobo tempore quo Ciricius post Dama sum Romæ rexit, Hierosolymis ipse sedit, & refecit ecclesias, vt habetur lib. 11. Ecclesiasticæ historiæ cap. 18. Qui item tempore Archadij & Honorij Imperatorum ad Caprasium monachum montis Carmeli de peculiaribus gestis Carmelitarum (quod hactenus translatum in Latinũ habetur volumen) descripsit, in quo secundum veritatem historiæ ingentem conformitatem inuenit Eliæ prophetæ virgini

6 sacræ Mariæ. Quia † virgo primus Elias inter mares, virgo prima inter fœminas: quã contemplata est idcirco procul Elias. 3. Reg. 18. Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem in gemua sua: & dicit ad puerum suum. Ascende, & prospice contra mare: qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait non est quicquam. Rursum ait illi, reuertere septem vicibus, in septima au-

7 tem vice, Ecce † nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. In quẽ passum lib. prædicto ad Caprasium monachum IOAN. XIII. Quemadmodum hæc nubecula. s. beata Maria in septima generationum prædictarum ætate fuit nata, ita etiam fuit in eadem septima ætate à discipulis Eliæ visa in Carmelum specialiter ascendere. Nam antequam decem generationes ascendisset à Melchi, à quo vna ætas incepit, fuerunt dicti professores huius religionis in Hierusalem. Sequitur. In septima inquit vice ecce nubecula parua. s. beata Maria quasi vestigium hominis descendebat in Carmelũ, quæ ideò visa fuit quasi vestigium hominis ascendere, quia in hoc suo spirituali ascensu non fœminam, quam imitaretur, sed hominem habuit in exemplum. Sequitur. Nemo autem vnquam ad hanc ascendit circuncisionis scientiam, priusquam Elias, & puer eius. s. cœtus filiorum prophetarum

8 discipulorum eius, ascendit. Ipsi † nanq; primi virorum seipsos domino per virginitatem per petuam sponte dedicantes, castrauerunt prorsus venereis voluptatibus suas mentes, & propterea appellati Carmelitæ, quod modò interpretatum est scientes circũcisionem: quia hoc circuncisio indicat, sciuerũt adimplere perfectè. Et infra ad montem quo Carmeli. i. ad hãc altam circuncisionis scientiam nubecula. s. beata Maria ideò quasi vestigium hominis ascendebat, quia non fœmina, sed homo. s. Elias exẽplum ascendendi ei præbebat, quem ipsa imi-

9 tari satagebat. Nam † sicut Elias primus præputium impudicitiæ sciuit à sua carne & mente prorsus circuncidere, dum primus inter homines studuit virginitatem perpetuam sponte inchoare, ita postea beata Dei genitrix præputium impudicitiæ sciuit exemplo Eliæ à se penitus circũcidere: dum quasi vestigium hominis illius elegit prima fœminarum propter Deum in perpetua virginitate viuere. Hæc ille. AVTHOR. Ad tãtum patet dictum Ricardi de cognatione tituli ordinis, quẽ inchoauit Elias ad sanctæ virginis patronatum quę prima virgo fœmina prophetæ in virginitatis perpetuæ voto succesit: vt ita respondeatur Witcleff contra patronatum virginis molienti. Sed adhuc libet testes antiquitatis retentio-

10 res audire. Accedat † cõcors præsulum cœtus, qui Bonifacio octauo Papæ de terra sancta p prædicto ordine concorditer sic scripserunt. s. Beatissimo in Christo patri ac domino Bonifacio diuina prouidentia &c. Nichosiensis archiepiscopus. s. episcopus Ebronensis venerabilis patris domini patriarchæ Hierosolymitani vicarius, Guillermus Tebiriadensis episcopus, eius ad Deum oratores assidui, deuota pedum oscula beatorum, & cum terræ sanctæ recommendatione seipsos. Et infrà. Credimus enim vos non ignorare pater sancte, qualiter ordo fratrum beatæ Mariæ ordinis de monte Carmelo, qui inter cæteras sacras religiões apostolicæ sedi deuotas claret deuotione conspicua, fuit in cismarinis partibus à tẽpore cuius nõ extat memoria à prędictis patribus in eiusdem terræ sanctæ solatiũ institutus, cuius aliis longe lateq; postmodùm opitulatione diuina extensis, fratres eiusdem ordinis subuentioni eiusdem terræ sanctæ deuotione penè ineffabili deuouentes, quæ manus pietatis subministrabat eisdẽ tenui particula pro suis suppor tãdis necesitatibus retenta, fratribus domorũ suarum præmissarum partium ministrabant deuotius

Ioannes patriarcha.

Eliæ cum Maria comparatio.

Nubecula Eliæ visa.

Carmelitæ primi castitatem perpetuam nouerunt.

Carmela.

Elias primus hominum virgo perpetuus, Maria inter fœmas

Epistoli multorum episcoporũ pro Carmelitis.

Digitized by Google

deuotiùs in ſæpe dictæ terræ ſubſidium conuertenda. Terminatur epiſtola, Datum Acon, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimoſecũdo menſis Septẽbris AVTHOR. In hoc ſuo ſcripto affirmabãt paſtores iſti primi prædictum ordinem in illis partibus à tempore, cuius nõ erat tunc eis memoria à ſanctis patribus inſtitutũ. Et correſpondenter eis magiſter hoſpitalis ſancti Ioannis cum magiſtro militiæ templi in ſua epiſtola eidem ſummo Pontifici ſanctiſsimo inquiunt pariter. Domino Bonifacio diuina prouidentia, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummo Pontifici Frater Nicolaus Lorginus, domus hoſpitalis ſancti Ioãnis Hieroſolymitani magiſter, & pauperum Chriſti cuſtos. Ac frater Guillermus de Bello, loco pauperis militiæ templi magiſter humilis, cum ſupplici terræ ſanctæ recommendatione deuota pedum oſcula ſanctorum. Sedentes ſuper flumina Babylonis, flere amarè proh dolor compellimur, dum terrã illam quaſi factam naufragam conſpicimus iugi perſecutionis infligi ſagittis, & validis fluctuum impulſibus agitari, quam eius beauit præſentia, qui in ea pro redemptione humani generis immolatus, manibus tradi non dubitauit nocentium, & crucis amaritudinem guſtare. Et infrà. Inuenimus ſiquidẽ in noſtræ memoriæ tabula exaratũ, q̃ ordo fratrũ beatæ Mariæ de mõte Carmelo in ciſmarinis partibus à tẽpore, quo memoria non exiſtit à ſanctis patribus, in eiuſdẽ terræ ſanctæ ſolatium extitit inſtitutus. Scriptum Acon. 12. die mẽſis Iulij, anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimoquarto. AVTHOR. Audiat teſtes iſtos Witcleff, quãuis iudex iniquus, non à re, quam teſtantur remoti, non ab eius experientia ſunt longinqui: eiuſdem erant terræ ſanctæ coloni, domeſtici, vicini, noti negotio, de quo tractant, ſcriptis pronuntiant, literis exponunt, chyrographis proteſtãtur: q̃ ordinis antiquitas, aut initium omnium hominũ tunc ibi viuentium memorias ſuperauit. A tempore, inquiunt, quo memoria non exiſtit. Nunquid ſectæ Witcleuiſticæ tanta eſt antiquitas? Nunquid ipſa prorupit in Angliam à tẽpore, quo memoria non exiſtit, aut vt in caput tanti falſigraphi retorqueamus calumniam? Quadraginta anni ſunt, ex quo mortuus eſt impius Witcleff, & hoc anno incinerat⁹ eſt, & penè quinquaginta annos nondũ habet hæc nouitas deteſtanda. Fateor tamen eius antiquitatem in vetuſtis hæreticis, plantationem verò eius, quàm nouellam, vtinã Chriſto propitiante tam nullã, prout de hæreticis in maiori Breuiario ſup̃ verſum Pſalmi. 109. Filiæ tuæ ſicut nouellę plantationes à iuuentute ſua. HIERONY. Plantatio eorum non eſt vetus, ſed nouella: non eſt enim de veteri lege, non eſt de prophetis, non de apoſtolis, ſed de nouis eſt magiſtris, filiæ eorum ſicut nouellæ plantationes à ſua iuuentute: ſed iuuenes ſunt, licèt multæ ſint hæreſes: veteres tamen, cùm quotidie mutãtur, & doctrinas ſuas innouant, nouæ ſunt, non enim ſunt veterum magiſtrorum errore cõtenti, ſed quotidie ipſi noua reperiunt. Hæc ille.

¶ Ad argutias Witcleff, contra religionem perfectam. Primò, quia ſit contra honorem parentum. Secundò, quia non eſt perfectior religione vulgi: & tertiò, quia eſt ea imperfectior authoritate, leuitate, & neceſsitate.

CAPVT. XC.

SVMMA.

1 *Parentes quòd ſint honorandi, & quando contemnendi.*
2 *Religionis obſeruantia q̃ non ſit contra honorem parentum aduerſus Witcleff.*
3 *Religio perfectorum quæ ſit.*
4 *Paupertatem quantùm præceperit Chriſtus perfectis ſupra perfectionem mandatorũ, oſtenditur.*
5 *Witcleff aduerſus religiones perfectas contentio, & ad eam reſponſio.*

SVnt aliæ multæ argutiæ vſuales, quibus pollutus, & immundus hæreticus ſacram religionem perfectorum ſemper blaſphemat, quas ad abbreuiationem ſcripturæ ſurda libenter aure tranſirem, ſed ædificandæ fidei charitas parũper ad eas ſoluendas currentem pedem remorari compellit. Quotidiana eius inſtantia eſt, religionem perfectam contra Chriſti præceptum eſſe ſtatutam, putà cõtra honorem parentum, quem per aſsiduam clauſtri cuſtodiam derelinquunt. Vnde ſolet illud eis imprecari Pſalmiſtæ, Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Qui de calamo Manichæi argumentum arripuit, ſolutionem eius de cala-

de calamo Auguſtini poterat habuiſſe. Nam Adimantus non tantùm religionis regulam, ſed & euangelium Chriſti hoc mandatum legis veteris interemiſſe dicebat, contra quem cap. 6. AVGVSTINVS. Huic loco, vbi de honorandis parentibus Deus præcipit illum euãgelij locum, Manichæi dicunt eſſe cõtrarium, vbi dominus cuidam dicenti: Ibo primùm vt ſepeliam patrem meum: Reſpondit, ſine mortuos vt mortuos ſuos ſepeliãt. Tu autem veni, & annuntia regnum Dei. Quod eodem ſoluitur, quo & illud ſuperius, vbi dictum eſt de vxore relinquenda propter regnum cælorum, quia & parentes debemus honorare, & eos tamen propter annuntiationem regni Dei nulla impietate contemnimus. Sic certus gradus eſt ad dilectionem Dei, & ideò reſpondenti, quòd omnia mandata illa ſeruauit, dicit ei vnum deeſſe, ſi vult eſſe perfectus, vt vendat omnia quæ habet, & det ea pauperibus, & ſequatur eum. Ex † quo manifeſtum eſt, & honorem parentum in gradu ſuo eſſe ſeruãdum: & eos tamen in diuini amoris comparatione, præſertim ſi impedimento ſunt, ſine vlla dubitatione oportere contemni. Nam & in ſcripturis veteribus habes poſitum, Qui dicit patri & matri nõ noui vos, & qui filios ſuos nõ agnoſcit, ipſe cognouit tuum teſtamentum. Ergo ſi in nouo teſtamento commendatur parentum dilectio, & in veteri commendatur contemptus, ex vtroque aptè ſibi duo teſtamenta conſentiunt. Hæc ille. AVTHOR. In vtroque teſtamento commendatur parentum honor, in vtroq; contemptus, honor vſq; ad certum gradum, nè ſi vltrà pergat, Dei minuatur dilectio. Quid ex his ſcripturis concluſit Auguſtinus? parentes ſuo gradu honorandos, ſed propter annuntiationem regni cæleſtis propter perfectionis votum, quo quis, cunctis venditis, Chriſtum ſequatur, contemnẽdos eſſe parentes, ſi impedimento affuerint. Et item denuo reſumit, & corroborat cap. 6. ad quendam comitem idem AVGV. Iubet ſcriptura parentes noſtros, vt propria viſcera diligere: ſi tamen nos accedere ad ſeruitium Chriſti nõ prohibeant: ſi autem prohibuerint, nec ſepultura à nobis illis debetur. Chriſtus diligendus ſuper parentes noſtros, quia non nobis tribuunt ea, quæ Chriſtus. Ipſe enim dicit in euãgelio, qui amat patrem, aut matrem, aut filios, aut agros plus quàm me, non eſt me dignus.

2 AVTHOR. Vides ergo quòd † ad intentionẽ Chriſti legiferi obſeruantia religionis non eſt contra honorem parentum, qui ſuo gradu tenendus eſt: nõ tamen propter illum perfectio, quam Chriſtus prædicat, abolenda, quia tunc parentum honor præterit gradum ſuum. De cætero ergo nõ in religioſos viros, ſed in Chriſtum, ſi audeas, blaſphemeris, qui docuit parẽtes contemnere propter perfectionem conſequendam ſuper mandata maiorem, nec ipſi declinant à mandatis, quia mandata ſic ſumpſerant: ſic hæretici Witcleuiſtæ, qui Chriſti iuſſa cõplentes deſpiciunt. Vnde in maiori breuiario ſuper eũdem verſum HIERO. Maledicti ſunt illi, qui à mãdatis Dei declinant, ſed tunc pleniùs maledictione erũt maledicti. i. hæretici, vel reliqui reprobi, quãdo dicturus erit Dominus: Ite maledicti in ignem æternum. Hæc ille. AVTH. Garrit item ad inuentionem cordis ſui, quòd religio perfectorum non ſit vulgi religione perfectior, quia & ipſi, inquit, ad caſtitatem, paupertatem, & obediẽtiam tenentur in religione ſimplici Chriſtiana: tertia parte ſermonum ſermone. 29. Vulpina iſta cautela quid proficit perfectioni ſuæ prætenſæ, & qualiter magnificat ſectatores, aut æquat perfectis?

3 AVTHOR. Non † eſt omnium caſtitas perfectorum, nec obedientia, vel paupertas, ſed vſq; ad cælibatum caſtitas, vſq; ad ſui contemptum humilitas, vſq; ad nuditatem & abdicationem rei temporalis extremam, paupertas: hęc eſt religio perfectorum. Sic ne ſunt omnes tui de ſecta vulgi caſti? Sic ne obedientes, & non nudo affectu, ſed re ipſa pauperes, & detõſi, ſicut ſupra Pſal. 94. verſu, nos autem populus paſcuæ eius. AVG. Tanquam grex detonſarum, quia ſarcinas ſeculi depoſuerunt. Nõne detonſæ erant oues illæ, de quibus paulò antè dicebat, quos præceptum Dei totonderat dicentis. Vade, & vende omnia tua, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni & ſequere me? Fecerunt hoc præceptũ,

4 detonſi venerunt. Hæc ille. AVTH. Attẽde † paupertatem quantum præcepit Chriſtus perfectis ſupra perfectionem mandatorum, quæ eſt, non ſummitates pilorũ reſcindere, ſed planè detondere: non à longe Chriſtum pauperẽ imitari, ſicut de Petro legitur, quòd ſeq̃batur à lõge, ſed re ipſa ſarcinas mundi deponere: hoc præceptũ non ſolùm voto imitari, ſed facere, & detonſa pelle venire. Hoc modo faciant vota ſua domino Witcleuiſtæ, & reddant, & tũc iuuãte Chriſto in numerum perfectorum ſuo

5 rum aſſurgant. Contentio † item eius canina contra lunam eſt, qua contra religiones perfectas latrat per vias, & domos, ſine euangelio, ſine ſancto patre, ſine ratione ſic arguens ceruicoſè. Cõmunis Chriſti religio eſt omni tali perfecta religione excelſior, authoritate, leuitate

Digitized by Google

tate,& neceſsitate:ergo authoritatiuor, leuior, aut communior, & neceſſarior, ergo melior. Authoritatiuior eſt, quia Chriſtus eſt author eius: leuior & cõmunior eſt,vt patet, quia eſt paucioribus onerata ritibus,& neceſſarior eſt, quia ſine illa nullus poteſt ſaluari, ſine religione perfecta multi vel omnes poſſunt ſaluari. Hæc ille in ſermonibus,& dialogis, & centies alibi. AVTH. Talibus friuolis quanta impietas decipere populares,& velut pecora ducere ad mactandum. Soluamus iſta,ſalutem populi Chriſtiani inchoantes ab vltimo. Eſt inquit religio Chriſti cõmunis, noſtra religiõe priuata neceſſarior,ſicut dictũ eſt. Et interrogo ego rurſus,vtrum ſacerdotium, aut epiſcopatus ſit religio Chriſti cõmunis? videtur cõtra hoc ſe,quod argumentum tuum cõcluſit,quia ſine ſacerdotio humano ſeorſum capto huius eccleſiæ militantis poteſt quis ſaluari, ſine Chriſtiana religione nullus poteſt ſaluari: ergo illa eſt iſta neceſſarior:vt autẽ tollatur omnis verbi difformitas, audiatur quid dixerit li. 2. cõtra Creſconiũ cap. 11. AVGV. Sicut in accipiendis his rebus poſſunt eſſe iuſtæ cauſæ cur excuſetur quiſq; fieri epiſcopus, nec tamẽ ſimiliter poteſt vlla cauſa eſſe iuſta cur quis excuſetur fieri Chriſtianus. Quid ita? niſi quia ſine epiſcopatu,vel clericatu ſalui eſſe poſſumus,ſine ſacra religione non poſſumus: proinde epiſcopi noſtri,ſeu qui liberè clerici quantum ad ipſa eccleſiaſtica officia pertinet,ſic in catholicam ſuſcepti ſunt vnitatem,quemadmodũ expedire videbatur his, quorum ſaluti per eorũ conſulebatur officium,vel exercendum,vel omittendum. Hæc ille AVTHOR. In hac ſententia aſſerit Auguſtinus noſtros epiſcopos excuſare ſe iuſtè potuiſſe, vt non eſſent epiſcopi,non tamen ne eſſent Chriſtiani: ipſos tamẽ ſecundùm officia eſſe ſuſceptos in catholicam vnitatem. Cur ergo in vnitatem catholicã non poſſunt ſuſcipi religioſi perfecti,vt ſint de religiõe Chriſti cõmuni,quãuis ſine religiõe tali perfecta poterãt ſalui eſſe,ſine religiõe Chriſtiana nõ poterãt? At iterum quæro, quis eſt ille dandus de religione Chriſti communi,qui ſine ſtatu ſuo ſaluari non poſsit? des coniugatum virum,vel fœminã,talis ſine nuptiis ſaluari poſſet,ſine religione Chriſti communi non poſsit. Des virginem, ſine virginitate ſaluari poſſet. Miles ſine militia: clericus ſine clericatu, puer ſine pueritia,vir ſine virilitate:ſine dominatione dominus, ſine ſeruitute ſeruus ſaluus eſſe poteſt:ſine hoc quòd Chriſtianus eſt,& ſine Chriſtianitate ſaluari non poteſt. Omnes ergo hi ſtatus nunquid extra religionem Chriſti communem ſunt, quæ eſt eorum religione vel ſtatu neceſſarior? Vel item requiro des mihi ſignatum ex nomine,qui in nullo alio ſtatu religioneque ſit,niſi in illa, ſine qua ſaluus nõ poſsit eſſe inter omnes homines hîc viuẽtes. Si dare neſcias,oĩs ergo Chriſtianus eſt hic viuẽs in aliquo ſtatu religiõis Chriſtianę cõmunis, ſine quo ſaluus eſſe nõ poteſt. Et fruſtra tunc ſufflaſti iſta contra religionem Chriſti perfectam,quæ neceſſẽ eſt æquè iactes cõtra quemlibet Chriſtianum. Sed deceptus in verborum ſenſu,voluiſti intelligi religionem Chriſti vulgarem,ſine qua ſaluari poſſunt omnes fideles: quia nec de illa vnquam erant Apoſtoli, ſicut ſuprà libro clariùs tertio patet.

¶De leuitate,& authoritate religionis Chriſti vulgaris ſupra perfectam, vt argumentatur Witcleff.

CAP. XCI.

SVMMA.

1 *Oneris additio, quod leuitatem præbeat quandoque ferenti, oſtenditur contra Witcleff.*
2 *Amor Dei, quòd omne onus efficiat eſſe leue.*
3 *Teclam à Chriſto Deo ſacratam eſſe, & profeſſam fuiſſe uirginitate perenni ſub manu Pauli, quòd omnes ſcripturæ reſonent. Et quid de uirginitate dicat Fauſtus.*
4 *Chriſtus qualiter religionem perfectam in apice ſuæ religionis inſtituerit.*
5 *Witcleff, qui uirginitatẽ Deo dicatã, & Chriſto profeſſã dãnat, & doctrinã dæmoniorũ dicit, dãnatur.*
6 *Clauſtrales boni, quòd dæmonibus, & hæreticis terribiles ſiunt, ut Spiritualiũ caſtrorum acies ordinata.*

ET cũ ſubdit Witcleff, q̃ eſt leuior,& liberior religio Chriſti cõmunis religione perfecta: dico, quòd impropriè comparationem aſsignat communis generis ſupra ſpeciẽ. Sed, vt dixi, neſcimus quid dicere, volebat de religione Chriſti dixiſſe, quæ quomodo ſit vera religio niſi ad peccandum,neſcio, quæ vtique eſt ſeruitus ſecundùm apoſtolum. Sed eſt paucioribus ritibus onerata, inquam. Iſte forſitã libertatẽ auis in ſylua,libertati præferret hominis ciuiliter conuerſantis in vrbe: homo enim neceſſe eſt vinculis rationis obtemperet, & ſubdatur

Digitized by Google

ſubdatur domino, leges obſeruet: & quot putas, alijs refrænatur ab illo impetu libertatis, à quibus omnib⁹ libera extat auis? Imò, inquit, & iſta religio leuior eſt religione veſtra, rituũ
1 paucitate. Scias † quandoq; additionem oneris, leuitatem prębere ferenti, quemadmodum libro de amore, circa finem primæ chartæ probat BERNARDVS. Qui priùs non poterat portare præcepta legis, poſteà leuia habet præcepta euangelij per cooperãtem gratiam. Qui primùm implere non poterat, Non occides, poſteà leue habet pro fratribus animã ponere, & ſic de reliquis. Sic cùm iumento imponitur onus graue, & refugit quaſi importabile, adducitur quadriga volubilis, id eſt, euangelium diſcurrens per totum mundum, & onus, quod quaſi graue refugiebat primùm, poſteà ſine labore trahit duplicatum: ſic auicula, quæ implumis, & ſine alis ſeipſam non poteſt portare, pondere plumarum, & alarum addito, auiolat ſine labore. Sic & panis durus, qui per ſe non poteſt tranſire, adiectione lactis, vel alterius liquoris, colabilis fit in gutture. Hæc ille. AVTHOR. His exemplis probat Bernardus fallere Witcleff ſimplices de pondere rituum, quos ferentes religioſi, ſe ſentiunt leuiores, ipſe dicit grauiores: & leuiores obſeruantias præceptorum, & indubiè eorum tranſgreſsiones per plebeios in ſeculo: ſic fefellit ſerpens Euã, ſic fallere ſolet plures. Sicut ſermone. 89. tertię partis pro dominica in albis AVGVSTIN. Quid prodeſt, ꝙ Satanas facit leue, quod Chriſtus oſtendit graue? Quid prodeſt, ꝙ leue dixit diabolus, quod graue dicit Chriſtus dominus? Hæc ille. AVTHOR. Indubiè graue eſt, & non leue, continentiam à mœchando ſeruare cũ mœchis: otioſum verbum continere cũ loquacibus, patientiam cum iracundis. Nõne ſi adderetur ſolitudo, eſſet iugum eius leuius? Leuius eſt onus iumenti adiuncto vehiculo: leuiùs ſe fert auis per medium aëris, ſi remiget alis. Graue onus mortis ſenſit puerulus Sunamitis, quem leue pondus baculi ſuſcitare non potuit: ſed graue on⁹ corpuſculi ſenioris, cùm oratione appreſſum cadaueri, volubiles oculos fecit, & leuem ſubſtantiam corporis mota bilem duxit ad vitam. 4. Reg. 4. Sicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me, fateor moleſtiæ carnis meæ, quæ me ad ſpirituale opus clauſtri ſe miuiuum dimittunt, imò mortuum inter viuos: ſed dum exempla patrum in laboribus, in vigilijs, in precibus pectore cogito, onera eorum laſſæ & querulę mentis moli coaptans, vitam reſumo, & oculis video me eorum exemplis laborioſis faciliùs viuere, quàm meis leuibus potuiſſe. Chriſtus ait, hoc genus dęmoniorum nequaquam eijci poſſe per ipſos diſcipulos, niſi conatui eorum interuentum adderent orationis, & ieiunij. Et Witcleff de onere perfectæ vitæ *quærit, quam non nouit, quia nõ * quæ.
2 amauit. Amor † enim omne onus efficit eſſe leue, prout libro de vera innocentia, cap. 218. AVGVS. Omne præceptum Dei leue eſt amanti: nec ob aliud intelligitur dictum, Onus meum leue, niſi quia dat Spiritũ ſanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris vt diligendo, liberaliter faciamus: quod qui timendo facit, ſeruiliter facit. Nec eſt amicus recti, quando mallet (ſi fieri poſsit) id, quod rectũ eſt, non iuberi. Hæc ille. AVTHOR. Non igitur propter multitudinem rituũ, nec propter multitudinem rerum eſt onus graue, quod in religione conteſtamur: ſed ſi deſit amor Dei, quem Witcleff non attendit. Vnde libro de Iſaac & animâ, verſus finem AMBROSIVS. At verò boni equi volant, & à terris ad ſuperiora ſe ſurrigunt, animumq; eleuant, maximè ſi iugum habeant ſuaue, & onus leue dicentis, Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Ipſe eſt rector, qui nouit proprios equos gubernare, vt æqualis omnium curſus ſit. Si velocior eſt prudentia, tardior iuſtitia, admonet flagello proprio tardiorem: ſi temperantia mãſuetior, fortitudo durior, nouit copulare diſcordes, ne fortè ſuum curſum diſsipent. Hæc ille. AVTHOR. Addit item, ꝙ religio communis illa ſit authoritatiuior, quia à Chriſto patrono fundata: iſta nõ, quaſi nõ ipſe fecerit ſpeciẽ, qui & genus, ſed vt ſuprà dixiſſet religionem Chriſti vulgarem. Quòd autem religio perfectorũ ſit authore Chriſto ſtatuta, & per eius apoſtolos propagata, ſatis probauimus in prędictis. Nec aliud in hoc loco reſtat facere, niſi frontem mẽdacem impudentiæ ſuæ arguere, cùm non publicani, & meretrices, ſed ipſi carnales hæretici Manichæi ſurgent in iudicio contra eum, qui verecundia ducti, de religione ſancta nihil a-
3 liud dicere auſi erant, quàm eis, quòd † omnes ſcripturæ reſonent, ſcilicet à Chriſto Deo ſacratam eſſe, & profeſſam fuiſſe Teclam virginitate perenni ſub manu Pauli. Vnde libr. 30. contra Fauſtum AVGVSTI. inducit quid arguat FAVSTVS. Quid verò & de magiſtro ipſo dicemus, ac ſanctimoniæ ipſius profeſsione puellarum cælicè ſponſo, qui in euangelio tria genera taxans Spadonum, vnum natiuũ, alterum factitium, tertium voluntarium: eis tamen palmam attribuit, qui ſeipſos, inquit, Spadones fecerint propter regnum cælorum. Signans

gnans virgines,& pueros,qui nubendi à cordi bus ſuis exacta cupiditate Spadonum vice in eius eccleſia ſemper tanq̃ in domo regia conuerſentur. Sequitur. Omitto em̃ cæteros eiuſdem domini noſtri apoſtolos, Petrum,& Andream, Thomam,& illum inexpertum Veneris inter cæteros beatum Ioannem, qui per diuerſam poſſeſsionẽ boni inter virgines,ac pueros diuino præconio formam cecinerunt,atq; adeò nobiſipſis faciendarum virginum relinquentes. Sed hos quidẽ (vt dixi) prætereo,quia eos vos excluſiſtis ex canone, facilèq; mente ſacrilega veſtra dæmoniorum his poteſtis imputare doctrinas. Num ergo & de Chriſto eadem dicere poteritis, aut de apoſtolo Paulo, quem vbiq; conſtat,& verbo ſemper prętuliſſe nuptis innuptas, & id opere oſtendiſſe erga ſanctiſsimam Teclam? AVTHOR. Quid erga Teclã fecerit, ſuperiùs ſcribit FAVSTVS. Si verò fauere huic quoq; propoſito,& non reluctari volenti,id quoq; doctrinam putetis eſſe dæmoniorum: taceo nunc veſtrum periculum. Ipſi enim timeo apoſtolo,ne doctrinã dę moniorum intuliſſe tũc Iconio videatur: cùm Teclam oppigneratam iam thalamo in amorem ſermone ſuo perpetuæ virginitatis accendit. Hæc ille. AVTHOR. Hic ecce quanuis acer hoſtis eccleſiæ, & omnis religionis, in ſpẽ tamen tanto ſanctitatis faſtigio detrahere non eſt auſus, ſciens ſe omnium Chriſtianorũ pias aures offendere debuiſſe, ſi faceret, & propriã item conſcientiam vulnerare, cui ſatis probatũ
4 erat propinquo iam apoſtolis, qualiter † Chriſtus religionem perfectam in apice ſuę religionis inſtituit, apoſtolorum chorũ ad eius profeſsionem in exordio ſuæ conuerſionis introduxit, virgines fœminas, & pueros maſculos in religionis gremium prouocauit volentes, & vt nobis daret formã, qui de futuris ſumus incerti, traxit etiam reluctantes, & negantes. Hanc formam fatetur Fauſtus Auguſtinum, & cæteros eccleſiæ patres ſui temporis ſuſcepiſſe de Chriſto, & eius apoſtolis, ad inducendum virgines, & pueros profiteri religionem, ita vt certatim,& auidè ſingulos incitaret, quouſq; ſic repleſſent eccleſias, vt penè plures eſſent profeſſæ virgines, quàm cæteræ mulieres:
6 ibidem antè FAVSTVS. Videte quæſo, videte ne ſummæ dementiæ hoc ſit à Paulo dictum putare, q̃ dæmoniorum doctrina ſit abſtinentia omnium ciborum, & prohibere nubere, quemadmodum nec illud etiam quod dicit, virgines dicatæ Chriſto dæmoniorum eſſe doctrinas, quod nos perinde ſine conſideratione legentes, vt cætera ad nos ſubinde reſpicitis: nec videtis hinc & virgines veſtras, dæmoniorum capras vocari, & nos eſſe antiſtites vt dæmoniorum, qui ſemper certatim ad hanc eas incitetis profeſsionem ſuaſionibus veſtris, vt penè iam maior in eccleſijs virginum apud vos, quàm mulierum numeroſitas habeatur. Quid ergo iam vos non deſiſtitis à talibus inceptis? Quid in fraudem miſeras inducitis filias hominum, ſi non in eis Chriſti voluntas impletur, ſed dæmoniorum? Hæc ille. AVTHOR. Hoc verè concludit hæreticus, ſi non celauerit falſum ſuum, vnde reſpondet AVGVST. Si ad virginitatem hortaremini quem admodum hortatur apoſtolica doctrina, Qui dat nuptum, benefacit, & qui nõ dat nuptum, melius facit, vt bonas eſſe nuptias dixeritis, ſed meliorem virginitatem, ſicut facit eccleſia, quę verè Chriſti eſt eccleſia: non vos Spiritus ſanctus ita prænuntiaret, dicens, prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui malum hoc eſſe dicit: non qui huic bono aliud bonum melius anteponit. Hæc ille. AVTHOR. Erubeſcat ergo Witcleff infelix, qui
5 † virginitatem Deo dicatam, & Chriſto profeſſam damnat, & doctrinam dæmoniorũ dicit, quam miſerrimus Fauſtus nõ laudare potuit: nec illam dixit, quæ periculo ſuo vacat in plebibus, ſed quæ replet eccleſias, inquit, per religioſas domos, & ſacros habitus, quemadmodum Paulum velaſſe Teclam ſuprà docetur in tertio. Et hic Fauſtus de virginibus,& pueris dicit, q̃ in eccleſia ſemper tanquam in domo regia conuerſantur. De eccleſiarum domibus loquitur, in quibus frequẽtias ſuas agunt continuas ſupravulgares. Et omnem eius ſermonẽ de prædictis probat Auguſtinus, hoc ſolùm interimens, quòd nuptias damnat, cùm ſic profeſſos extollit. Quãto magis damnandus eſt Witcleff, qui contra Chriſti apoſtolos, contra eccleſiam, contra naturã boni, tales profeſsiones damnat, & vulgi religionem carnalem exaltat: ita vt conuerſationes eorum communes in eccleſijs conglobationes, aut globos indignãter appellet, in opere de eccleſia,& membris, cap. 15. & alibi. Sed neſciens benedixit,& de religionibus clauſtralibus cum aſino prophetauit. Verè enim boni
6 † clauſtrales per amoris intimi glutinum conglobantur,& inde dæmonibus,& hæreticis terribiles fiunt, vt ſpiritualium caſtrorũ acies ordinata. Prout exponit illum textũ ſuper Ezechie. Homilia. 6. GREGORIVS. Nos, inquit, cùm contra malignos ſpiritus ſpiritualis certaminis aciem ponimus, ſummoperè neceſſe eſt, vt per charitatem ſemper vniti, atq; conſtricti, & nunquam interrupti per diſcordiam

inueniamur: quia quælibet in nobis opera fue rint,ſi charitas defuerit, per malum diſcordiæ locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos valeat hoſtis intrare. Antiquus verò inimicus caſtitatem in nobis ſine charitate ſi fuerit,non timet, quia ipſe nec carne premitur, vt in eius luxuria diſſoluatur. Abſtinentiam non timet, quia ipſe cibo non vtitur, qui neceſsitate corporis non vrgetur. Sequitur. Bene ergo dicitur terribilis,vt caſtrorũ acies ordinata: quia multitudinem electorum eo maligni ſpiritus pertimeſcunt, quo eos per charitatis concordiam vnitos contra ſe,& cõglobatos aſpiciunt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce conglobatos religioſorum cuneos,quos formidandos vis facit vnitiſ ſimæ charitatis: quales enim clauſtralium globos vtinam ſemper inſpicias in hac vita, qui tibi fiãt ita terribiles,vt caſtrorũ acies ordinata.

¶Ad argutias Witcleff de libertate, quam Chriſtus dedit in veſtibus religioſorum,clauſtris ſen ſibilibus.

CAPVT. XCII.

SVMMA.

1 *Habitus monachalis defenſio,contra Witcleff.*
2 *Chriſtianæ honeſtati ſemper eſſe,& fuiſſe congruũ ut in ueſtitu, & ſignis extrinſecis diuerſæ profeßionis & ſtatus fiat agnitio,oſtenditur.*
3 *Habitus ſanctificatio,& ad quid ualeat.*
4 *Pauli ueſtimenta. Et quid de illis dicat Hieronymus.*
5 *Eliæ pallium.*



Vid amplius prædictis inſiſtimus ad probandũ ſcripturis ea,quæ Witcleff remouet, aut ad remouẽdum, quæ probat? Ipſe errorem ſuum aperit, & dicit planè religionem perfectam in euangelio fundatam:quia & vitã eremiticam in ſancto Ioanne Domini præcurſore probatam. 6.cap. de eccleſia & membris. Eremitæ, inquit, niſi haberent fundationẽ ſuã à domino,& Baptiſta, forẽt rationabiliter proſcribendi. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hoc vnum,ipſum mendacem eſſe conuincit,dum omnem religionem præter religionem Chriſti cõmunẽ intelligens,iſtã vulgarẽ arguit infundatã. Sic linguã mendacẽ ſinit iuſtus Deus dãnare ſeipſam, dũ omni ſtudio fugerit veritatẽ: lib.de vera innocentia, propoſitione.247. Incredibile eſt nõ mentiri hominẽ, ne capiatur, qui mentitur vt capiat. Hæc ille. AVTHOR. Intelligant igitur filij Chriſti & matris eccleſiæ periculũ ſuum in audiendo, aut quãtulãcunq; fidem dando viro tã aſſueto mẽdacijs. Ipſe nõ ſequitur authoritatem ſcripturæ, vel eccleſiæ. Quid igitur ſequitur? Fictitia ſui cordis: quis miretur,q̃ erret tã iugiter? Ipſe quos vult in euãgelio Chriſti fundat,& quos vult, excludit. Authoritate propria ſtatuit ſibi vnum capitulũ & collegium Antichriſti:& quæ vult membra eius annumerat,Papã,Cardinales,Patriarchas,Epiſcopos,Archidiaconos,officiales, decanos,monachos, canonicos, fratres quatuor ordinũ,& quæſtores:quos omnes dixit in ſcriptura dñi nõ fundatos, & præter approbationẽ dñi eſſe ſuſceptos. In iſtis ferè omnẽ numerũ comprehẽdit Chriſti fideliũ. At ne quicq̃ ſibi deeſſet, ſtatim ſubiungit cũctos de clero, & vulgo,quos ſecũdùm plus & minus vix includit: euentilat penè omnes ratione ſua aurea,reuera cinerea:inter quæ dixit cõfirmari à Chriſto officia ſacerdotũ explicatè,non tñ explicatè ſeculare dominiũ:& in vnitione ſecularium laboratorũ ſtatũ comunẽ. Hæc Witcleff cap. prædicto. AVTH. Miſer,& maleuolus diſpẽſator, qui diſpẽſare neſciat triticum dñi ſui: cùm ſi bene quærerẽtur ſcripturæ loca,cuncta hæc, quæ dixit,& dñi,& laboratores exprimuntur: ſed iſte vſurpata iactãtia ſua,quæ vult, oſtẽdit, quæ nõ vult,occultat. Certè oẽs fundare poſſet expreſse,ſi nõ omnib⁹ inuideret priuilegio ſuo diabolico(vt ait Auguſtin⁹)vt videt iuuari poſſe hæreſim ſuã,his claudit,his aperit beneficia ſcripturarũ. Prout li. 19.cõtra Fauſtum AVGVS. An fortè, quæ de nouo teſtamẽto ſimilia protulimus,ipſi quoq; audẽt dicere falſa eſſe,atq; puerſa priuilegio illo diabolico,vt quicquid eſt in euangelio, vel epiſtolis canonicis, quo adiuuari hæreſim ſuã putẽt, id eſſe à Chriſto & apoſtolis dictũ teneãt,atq; ſuadeãt:quicquid autẽ ex eiſdẽ codicibus aduerſus eos ſonuerint immiſſum à falſatoribus omnino impudente,ac ſacrilego,nõ dubitent dicere? Hæc Auguſtinus. AVTHOR. In planum autẽ huius tractatus adducendũ putem, q̃ ordines eccleſiæ, ſiue monachos, ſiue fratres plus negat Chriſti eſſe pro veſtibus, ſignis, aut domibus, quàm pro rebus ipſis, aut religionis ſubſtãtia. Vñ in prędicti libri de eccleſia & membris ca. 15. Quid rogo facit habitus corporalis, clauſtrum ſenſibile,vel quęcunq; alia traditio à fratribus adinuenta? Reuera nihil facit ad ſanctitatem eorum,ſed hypocriſis eorum manifeſtũ indicium. Cùm eñ tam virtuoſe,& tam ædificatoriè

Digitized by Google

catoriè poſſunt viuere ſine tali ſigno ſenſibili, ipſum facit nihil. Hæc Witcleff. AVTHOR. Non contendo contra flatum eius hęreticum, qui finem non habet malitiæ, ſed docere propono ſimpliciter Chriſtianum quemlibet, qualiter ſe reprehẽſibilem exhibet in duobus: primò de temerè iudicando fratres ſuos ex ſola ſuperſtitione peruerſa. Omnes enim religioſos, quos non nouit, decernit hypocritas, qui religionis vtũtur habitibus, dicens eos eſſe hypocriſis ſuę manifeſtum indicium. Alloquitur enim libro de vera innocẽtia, ꝓpoſitione. 20. AVGVST. De occultis cordis alieni temerè iudicare, peccatum eſt. Etenim cuius non videtur niſi bona opera, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere, cùm eorum, qui homini ſunt incognita, ſolus Deus iudex ſit iuſtus, quia inſpector veritatis. Hæc ille. AVTHOR. Quot religioſi viri, quot ſancti Chriſti deuoti, quorum nec cor nouiſti, nec faciem, nihil vidiſti iniquè agere, nihil ſiniſtrè, quid ergo reprehendis ô impie, & de occultis alieni cordis temerè iudicas? quorum ſolus Deus iudex eſſe poteſt, & arbiter veritatis. Secundò item reprehendendum agnoſce pro inſufficientia rationis, quando quæris, quid faciat habitus corporalis, cùm tam virtuoſe, & ædificatoriè poſſent viuere ſine tali ſigno ſenſibili. Vnde concludis, ipſum nihil facere, ſed hypocriſis eorum manifeſtum eſſe indicium. Poſſem itẽ interrogare teipſum quid fecerit tibi talare veſtimentum, quod induis cum manicis ſtrictis, aut amplis? quid mãtellum, aut pileum? quid lineum, aut laneum omne, quod nuditatem tuam tegere conſueſti? quid griſea tegumenta, vel varia, quibus Collollardi tui quotidie veſtiuntur ex ſecta: cũ tam virtuoſe, & ædificatoriè poſſetis viuere ſine tali ſigno ſenſibili, vnde contra te concludis, nihil hoc vobis efficere, ſed hypocriſis veſtræ eſſe indicium manifeſtum. Sed & iterum quæro, ſi ſine eis poſſem æquè virtute proficere? Nonne item in eis poſſem hoc idem efficere? Si virtuti habendæ nõ proficit habitus, dic item virtuti quid officit? Dicis ſed Chriſtus dedit nobis in talibus libertatem. Placeat ita eſſe, ergo ſi liber ſim habitum talem dimittere, nunquid item perdidi libertatem, ne poſſem cõſtãter retinere ſi vellẽ? Sed veſtes, vt homines odio gratis habes. Sed dicis, quia diuerſitas in veſtib⁹ generat diuerſitatẽ in affectibus. Quid ergo dummodò nihil geritur contra legẽ Dei? Vñ lib. 19. de ciuitate Dei, ca. 14. AVGVS. Nihil ſanè ad iſtam pertinet ciuitatẽ, quo habitu, vel more viuendi, ſi non eſt contra diuina præcepta, iſtam fidem, per quã venitur ad Deum, quiſq; ſectetur. Vñ ipſos quoq; philoſophos, quando Chriſtiani fiunt, non habitum, & conſuetudinem victus, quæ nihil impediunt religionem, ſed falſa dogmata mutare, lex cõpellit. Hæc ille. AVTH. Ecce maleuole iudex, Auguſtin⁹ fidelis tuã ſentẽtiã dãnat. Nihil, inquit, ſanè ad ciuitatem Dei pertinet, quo habitu, aut more viuendi, ſi nõ ſit contra diuina præcepta quiſq; ſectetur, nihil obuiat, nihil lædit. Iam tibi reſtat labor alius, allegare nobis legis Dei locum, qui habitũ talẽ, aut talem prohibeat eſſe gerendum. Hoc fac, ſed non depraues legẽ, ne curras in vacuũ. Ipſos, inquit, philoſophos Auguſtinus non prohibet lex habitũ retinere gẽtilem, qualiter Iuſtinũ philoſophũ ſeruaſſe cõtinuè ſuum habitũ, ſcripſit Hieronymus, vt habetur ſuprà lib. 4. Et qui culpas ingeris vni ſimplici, & incõmutato habitui, quã virtutẽ in tãta cultus varietate cõſtituis? Pro ipſa diſparitate victus, & cultus inuẽnit Hieron. locum arguendi Iouinianũ monachũ de peccato, lib. 2. contra eum ca. 14. HIERO. Antè nudo eras pede, modò nõ ſolũ calceato, ſed ornato. Tũc pertuſa tunica, & nigra ſubucula veſtiebaris, & pallidus, & calloſam opere geſtitãs manũ, nũc lineis & ſericis veſtibus, Attrabatarũ, ac Laodiciæ indumentis ornatus incedis. Rubẽt buccę, nitet cutis, comæ in occipitium frontemq; torquentur: propenſus aqualiculus, inſurgunt humeri, turget guttur, & de obeſis faucib⁹ vix ſuffocata verba promũtur. Certè in tanta diuerſitate victus, & veſtit⁹, neceſſe eſt ibi, aut hìc eſſe peccatum. Nõ ꝙ in cibo peccatũ, aut veſtibus aſſeram, ſed ꝙ varietas, & cõmutatio in deterius reprehenſioni proxima eſt. Quod aũt reprehenditur, à virtute procul eſt. Hęc ille. AVTHOR. Calcem huius argumentationis aſſumo, ꝙ de tanta varietate veſtitus, aut victus religioſis viris imminet reprehenſio, & hæc digna peccato. Ad hanc ergo quid nos inuitat Witcleff? quid pro mercede reſtabit? Hoc ergo nouerit iſte Witcleff ſemper eſſe, & fuiſſe Chriſtianæ congruũ honeſtati, vt in veſtitu, & ſignis extrinſecis diuerſæ profeſsionis, & ſtatus fiat agnitio. Vñ lib. 19. contra Fauſtũ AVGVST. In nullum nomẽ religionis, ſeu verum ſeu falſum, coagulari poſſunt homines, niſi aliquo ſignaculorum, vel ſacramentorum viſibilium conſortio colligentur. Hæc ille. AVTH. Propter hoc Elias, & eius diſcipuli filij prophetarum conſtanter vtebantur pallijs, & melotis. Aut referat Witcleff, quando Ioannes Baptiſta veſtem ſuam depoſuit de pilis Cameli, & zonam pelliceam. Quando item dominus Chriſtus veſtes ſuas dimiſit, aut mutauit illam

inconſutilem deſuper contextam per totum. Cur item angelus ille, qui eduxit Petrũ de carcere, mutatorias illi non atttulit, ſed antiquas iuſsit induere, dicens, Præcingere, calcea te caligas tuas, & circunda tibi veſtimẽtum tuum? Aut nũquid tam virtuoſè, & ædificatoriè poſſent ſine illis vixiſſe, ſicut cum illis? Si dicat cõmunem formã habuiſſe cum alijs de plebe, tũc aut cum Lollardis, nunc autem multùm differẽtem à religioſis noſtris, vel epiſcopis: omnia iſta peto, non dictis probari, ſed ſcriptis. Forma ipſa veteranæ eccleſię differentem cultum approbat in omni profeſsione diuerſa. Vnde lib. 5. contra Iulianũ ca. 9. AVGVST. Hoc potiùs debet audire eccleſia, quæ virgo dicitur, vt nos caueat: hoc matronæ, hoc virgines ſacræ, hoc omnis pudicitia chriſtiana. Et infrà. Tenẽt enim ſanctam profeſsionem, non in ſolo habitu veſtis, ſed mentis, & corporis, reſiſtendo cõcupiſcentijs carnis. Hæc ille. AVTHOR. Audimi Witcleff, matronas, & virgines ſacras, & omnem pudicitiam Chriſtianam tenere profeſſionem ſuam ſanctam, & habitum veſtis, & itẽ mentis, & corporis: & nunquid poſſent iſtum habitum mentis ſeruare æquè virtuoſè ſine illis ſignis? Et de monialibus eiſdẽ HIERON. Vnus omnium habitus linteamine ad tergendas manus ſolùm vtebãtur. Hæc ille. AVTH. Vnus omniũ illarũ habitus, vbi erat vna illarũ profeſsio ſanctitatis, varius tamẽ habitus à vulgi mulieribus. Et cùm arguit Witcleff, quia diuerſitas veſtium cauſaret diuerſitatẽ affectuũ. Mirũ ꝙ apoſtolus hoc periculũ non pręuidit, qñ mulierem inſtituit orare velatam, virum nõ velatum, & cætera, quæ ad cultum pertinẽt vtriuſq;: inter quos tñ tanta requiritur affectuũ, vnitas, vt vna carne, nõ diuerſa iungi dicantur. Quare non omnino eadem veſte vtitur fœmina cũ viro ſuo, ne diuerſitas veſtis, aut habitus diuerſitatẽ inducat affectus? Quòd ſi varietas affectuum reprehendatur in pluribus, quanto magis in vna perſona: & erit obnoxia culpæ regina illa, quæ aſtitit regi à dextris eius in veſtitu deaurato, circundata varietate. Sed Paulũ monachũ attollit ſanctus Hieronymus, ꝙ cũ profeſsione perfectionis mutauit & habitum, epiſtola ad eũdem HIERO. Tu audita ſententia ſaluatoris, Vade, & vẽde omnia, quæ habes & veni, & ſequere me. Sequitur. Tunicam mutas cũ animo. Hæc ille. AVTH. Sed cùm nõ habent, inquit Witcleff, vitã conformẽ his habitibus, ſimulatione ſanctitatis, quam nõ habẽt, fiunt hypocritæ: quaſi diceret, ſub habitu griſeo Lollardino oẽs ſunt veraces, fictores nulli: ſed hoc tibi reſponſum ſit: quia ſub ouina pelle interdũ lupus accedit, nõ ideò abijciet ouis pellẽ ſuã: ſed nec verus religionis cultor habitũ ſuum, q̃uis lupus, & hypocrita eũ induerit, nec habitus ipſe ſpernendus, ſed qui induit eũ, iudicãdus ex opere. Vñ lib. 2. de ſermone dñi in mõte, ſuper hũc textũ Cùm ieiunatis, nolite fieri &c. AVGVS. In hoc aũt capitulo maximè animaduertendũ eſt, nõ in ſolo rerũ corporearũ nitore, atq; põpa, ſed etiã in ipſis ſordibꝰ luctuoſis eſſe poſſe iactantiã, eo periculoſiorẽ, ꝙ ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis, atq; veſtitus, vel cæterarũ rerum nitore præfulget, facilè cõuincitur rebus ipſis, pomparũ ſeculi eſſe ſectator, nec quẽq̃ fallit doloſa imagine ſanctitatis. Qui aũt in profeſsione chriſtianitatis inuſitato ſqualore, ac ſordibus intentos, in ſe hominũ oculos fecerit, cùm id voluntariè faciat, nõ neceſsitate patiatur: cæteris eius operibus poteſt cõijci, vtrũ hoc cõtẽptu ſuperfluicultus, an ambitione aliqua faciat. Quia ſub ouina pelle cauẽdos lupos, dñs pręcepit: ſed ex fructibus eorũ, inquit, cognoſcetis eos. Cùm em̃ cœperint aliquibus tẽtationibꝰ ea ipſa illis abſtrahi, vel negari, quę iſto velamine, vel cõſecuti ſunt, vel cõſequi cupiunt, tunc neceſſe eſt appareat, vtrũ lupus in ouina pelle ſit, an ouis in ſua. Nõ em̃ propterea ornatu ſuperfluo debet hominũ aſpectus mulcere Chriſtianus: quia illum habitũ, ac neceſſarium ſimulatores ſæpe vſurpãt, vt incautos decipiant: quia & illæ oues nõ debebant deponere pelles ſuas, ſi aliquãdo eis lupi ſe contegũt. Hæc ille. AVTHOR. Hac ratione euangelica ratio fabuloſa Witcleff, quam ipſe auream vocat, abijcitur. Nuſquam iuſsit Chriſtus ouem proijcere pellem ſuam, quanuis in ea lupus ad fallendum aduenìat: nec humilis aut ſordidus habitus religioſi viri proijci debeat, quanuis in eo plerunq; ſimulator aduenìat: nec ſic mulcendi ſunt oculi Chriſtiani: quia tunc ſtatim iudicari poterit, quid ex veſtis huiuſmodi ſpecie concupiuit. Qualiter oculis noſtris multos ſectatorum Witcleff habitus ſuos ſqualentes, poſtquàm hæreſis eius abire retrò cœpit, vidimus commutaſſe cum ſplẽdidis. Ex his ab eorũ fructibus cognoſcetis eos, ait Chriſtus. Iterum illudit Witcleff in religioſorum habitus, imponens eis, quòd aliquid numinis latentis contineant, ca. 12. de Eccleſia. Non audiui hoc
3 dici frequenter. Sanctificatur † autem, vt aliquid ſanctitatis contineat, velut in epiſtola ad Troaruenſem Abbatem, inter epiſtolas ſuas 99. ANSELMVS. Quoniam mandaſtis, vt vobis vnam cucullam benedictam mitterem, benedixi veſtrã, qua ego aliquandiu vſus ſum, & eam

† Habitus ſanctitatis

& eam vobis cum absolutione, quam ego legi, transmitto. Hæc ille. AVTHOR. Nec christianæ derogat veritati, q̃ ex huiusmodi sanctificatione ecclesiastica trahat vestis virtutẽ fugandi cõtrarias potestates, aut ægritudines per spiritus malos immissas, vel aëris corruptelas, simul & ab eius sanctitate, qui sanctè cõuersatur in ea: sicut ex natura dæmonum, & ebulliente eorum superbia Parisiensis ingeniosè deducit, nihil enim intolerabilius ferunt, q̃ hominem, aut extremum eius signum, in quo, & à quo victi cernuntur. Sic non modò crux Christi, sed & crucis signum dæmonum mors est. Sic fimbria vestimẽti, & omnes cult⁹ Christi numine isto sunt pleni. Vnde in Homil. 5. de laude Pauli HIERO. Vis † enim dona cognoscere? vestimenta Pauli dæmonibus terrori erant. Verùm istud nequaquam admiror, sicut nec illud quidem, q̃ vmbra Petri languorẽ corporum effugabat. Hæc ille. AVTHOR. Incredulus hæreticus, qui numen miratur in veste, mittitur ad quærendum numen in vmbra. Ad numen etiam mittatur quærendum in verbo diuino, virtute cuius prædicando, & loquẽdo, fiunt magnalia, sed semicinctia Pauli perq̃ erant efficacia, vt dicetur infrà de sanctis reliquijs. Si hos dicas esse numinis talis effectus, quid mirum, si sancti Pauli tunicam minimã regum purpuris præferebat in libro de vitis patrum, de vita Pauli HIERONY. Vos, inquit, in tunicis aurum texitis, ille ne vilissimi quidẽ mancipij vestri indumentum habuit. Sed ecõtrariò illi pauperculo paradisus patet: Vos auratos gehenna suscipiet. Ille Christi vestẽ, nudus licèt seruauit, vos vestiti sericis, indumentũ Christi perdistis. Et infrà. Obsecro quicũq; legis, vt Hieronymi peccatoris memineris, cui si dominus optionem daret, multò magis eligeret tunicam Pauli cũ meritis eius, quàm regum purpuras cum regnis eorum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sanctus pater Hieronymus non contemptibilem habuit tunicam sancti Pauli, quã tam feruida deuotione regum purpureis prætulit indumentis. Nonne in illo signo aliquod reperit pretiũ sanctitatis, vel numinis? & in extremo tractatu refert idem HIERON. Taceo de Christianis. Pagani, & ipsi sacerdotes idolorum ad Dominicum conuolãt, dicentes, Deprecamur vt hominem Dei videamus: quia hoc apud vniuersos erat nomen Antonij. Ambiebant quoq; saltem fimbriam vestimenti eius tangere, multum sibi eius tactum prodesse credẽtes. Hæc ille. AVTHOR. Proh quantus pudor, idolorum sacerdotes colunt christianitatem deuotiùs, quàm Witcleff sacerdos nomine Christianus. Et ibi in fine idem HIERONYMVS. Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum pallium cũ melote eius meruerat accipere Antonium, in muneribus Antonij amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, latenter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis eius. Hæc ille. AVTHOR. Christus fimbriam vestimenti gestauit, signum religionis suę, quã infirmi tangere precabantur, & quotquot tangebant eam, salui fiebant. Marci. 6. Quòd si dixerint non omnia competere seruis, quæ congruunt domino: plane consentio, & ad serui pallium eos reduco. Quid † ergo sanctitatis, aut numinis palliũ continebat Eliæ, cuius ictu bino Iordanis alueus retrocesit? Scriptura hoc dicit, non potes effugere: sed in hoc scire potes, quòd diuina potestas, quæ grandis est in proprijs virtutem congruam sanctitati vtẽtium, vestibus commodat alienis. Non sunt ergo contemptibilia in seruis Christi signa vestra, quanuis signa sint: nec sic Christo domino viluerunt signa, cùm diceret, Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. Nam Christus dedit apostolis religiones eorum, quibus an sibi illos alumnos desponsauit, tu videris. Dedit, inquam, virgam in manu, tunicam simplicem in corpore, sandalia in pedibus, zonam sine pecunijs, salutationem pacis in domibus, hospitium certum in villis, puluerem iactandum indignis. Ipsi tamen omnes non habebant vitam conformem his signis, sicut nec Petrus, quando dicitur Satanas, nec quando diffidenter palpauit Thomas: nec quando fictè dispensauit, vel prædicauit ille perfidus Iudas. Quid igitur signa illa tenebant cõstanter, quibus per compunctionem peccati seipsos moribus conformabant? Nec quotiẽs ceciderunt à vita, abiecerunt & signa. Quòd si fecerunt, tibi restat probare certæ authoritatis indicio. Hæc enim ideò nec virtutes sunt, nec vitia, sicut nec ipsa paupertas, aut in gestibus humilitas, si bono vsui fuerint, sunt signa virtutum, quæ insunt: sin malo, signa virtutum sunt, quæ deberent inesse. Et hoc admonet professorem libro suo Apologetico GREGORIVS. Media tamen hæc sunt, sicut & paupertas, atq; diuitiæ, vel humilitas, & claritas, & cætera his similia: quæ media idcirco dicuntur, quia proposito vtentium, vel ad bonum, vel ad malum trahi possunt. Hæc ille.

4

5 *Eliæ pallium.*

De meritorum, & ſuffragiorum per literas participatione.

Titulus. X.

¶Clericatus, & religio vnum opus perfectum faciunt ad bonũ Eccleſiæ, quorum conceſsio participationis meritorũ fundatur in Chriſto.

CAP. XCIII.

SVMMA.

1 *Baſilij, & Gregorij Nazianzeni ſtudia deſcribuntur.*
2 *Clerici Gregorij, & Baſilij monachi unum opus.*
3 *Chriſtus, quòd meritorum ſuorum ſuos participes fecerit, contra Witcleff, oſtenditur.*
4 *Chriſti clementia exprimitur.*
5 *Charta meritorum Chriſti nobis conceſſa.*
6 *Merita noſtra q licitè communicemus.*
7 *Witcleff de participio meritorum obiectio, & ad eam reſponſio.*

REDIMVS ergo poſt hæc penè feſsi, ad ea quæ ſuprà tractauimus, hoc duplex apoſtolicũ germen clericorum, & monachorum in vnum redigentes corpus Chriſti, & vnam eius perfectionem implentes, velut ſi duo parietes vnam domum inſtituant: nec perfectum corpus apoſtolicum ſine vtroq; cenſebitur. Vnde & apoſtoli Chriſti in ſeipſis ſtatum vtrunq; vouerunt, & tenuerunt in corpore ſuo myſtico. Neceſſe eſt igitur, vt vtrunq; ſeruent epiſcopi, quos item ab apoſtolorum temporibus pij patres omnes, & inter omnes Baſilius, & Gregorius vijs varijs didicerunt augere, vt fœcũdarẽt eccleſiam. Prout in lib. eccleſiaſticæ hiſtoriæ ca. 9. refert EVSEBIVS. Ambo, inquit, nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digreſsi, ad profitendã Rhetoricã rogabantur. Quod opus magnificè quidẽ implebat Baſilius, Gregorius verò magnificẽtiùs contemnebat, qui cum ſe totũ Dei ſeruitio mancipaſſet, tamen de collegæ amore præſumpſit, vt ſedentẽ Baſilium de Doctoris cathedra deponeret, ac ſecũ ad monaſteriũ, manu iniecta, perduceret: ibiq; per annos (vt aiunt) tredecim omnib⁹ Græcorũ ſecularibus libris remotis, ſolis diuinæ ſcripturę voluminibus operã dabãt, earũq; intelligentiam nõ ex propria præſumptione, ſed ex maiorũ ſcriptis & authoritate ſequebãtur. Quos & ipſos ex apoſtolica ſucceſsione intelligendi regulã ſuſcepiſſe cõſtabat, quorum præcipuè in prophetas cõmẽtarios diſſentientes, theſauros ſapiẽtiæ & ſcientiæ recõditos in vaſis fictilib⁹ perquirebãt. Verùm cùm iã ipſi ſufficienter inſtructi diuina diſpenſatione ad imbuendos populos vocarentur, & alios alio itinere ad idẽ tamẽ opus vterq; traherẽtur, Baſilius Ponti vrbis rura circuiens, deſides gentis illius animos, & parũ de ſpe futura ſollicitos, verbis, & prædicatione ſtimulare, ſuccendere, callũq; ab his lõgæ negligẽtiæ cœpit abolere. Subegitq; abiectis inanium rerũ, & ſecularium curis ſui notitiam recipere, & in vnũ coire: monaſteria conſtruere, & hymnis, & orationibus docuit vacare: pauperũ curam gerere, eiſq; habitacula honeſta, & quæ ad victum neceſſaria ſunt, præbere: virgines inſtituere, pudicitiam, caſtamq; vitã pene omnibus deſiderabilem facere: itaq; in breui permutata eſt totius Pontiæ facies, vt in arido, & ſqualenti campo videretur ſeges fœcunda, ac læta vinea ſurrexiſſe. AVTHOR. Hoc igitur opus erat ſancti illius Baſilij ad caſtitatẽ trahere, monaſteria cõſtruere virorum, ac virginũ, habitacula eis honeſta parare, & vitę neceſſaria miniſtrare. Gregorius in clericatũ ſe transferens, Dei verbũ auidè apprehendebat. Vñ in eadem ECCLESIASTICA HISTORIA. Gregorius verò bonũ ſemen non patiebat, aut ſuper ſpinas iacere, aut inter ſaxa diſpergere, ſed bonã cordis ſui iugi cultu & exercitijs indeſinẽtibus excolebat, & multò ampliùs hic in ſemetipſo, q̃ ille in cæteris proficiebat. Suſcipere ille, quæ renũtiantes ſeculo deferebãt ad pedes ſuos, & diuidere, vt quiſq; eguiſſet, curã gerebat: iſte nihil habendi, & omnia poſsidẽdi cõtentus ſacramẽto: erga ſolas ſapientiæ diuitias auarus, & multùm cupidus inhærebat. Ille coire plures in vnũ, & ſui inuicẽ in neceſſarijs habere ſollicitudinẽ docebat, hic ſui exemplo, q̃ erat abſolutus, & liber, cunctis ſermone apoſtolico prædicabat. Ego autem volo vos ſine ſollicitudine eſſe. Et dominus in proximo eſt, nihil ſolliciti ſitis, ſed tanquam ſerui Chriſti hoc ſolùm eſtote ſolliciti, quando redeat dominus de nuptijs. Ille delinquentibus miſericorditer condolere, & à delicto reuo

1 *Baſilij, & Gregorij Nazianzeni ſtudia.*

Nazianzenius.

Baſilius.

Digitized by Google

cto reuocare: hic per diuini eloquij gratiam de linquendi incitamenta præuenire, nec ſinere relabi eum, qui difficulter erigeretur eliſus. Ille purus fide, hic liberior in prædicatione. Ille Deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat: ſic in vtroq; diuina gratia vnum opus perfectionis implebat. Hæc ille. AVTHOR. Hoc † vltimum pendulus expectaui, quod in vtroq; diuina gratia vnum opus perfectionis implebat: ille monaſteria inſtruendo, iſte populis prædicando. Ille prior ſcilicet Baſilius, cultores Dei renuntiare cunctis docẽs ſeculi rebus, hymnis, pſalmis, & ſpiritualibus hortamentis inſiſtere, carnem calcare, in die ac nocte vigilias ſacras in orationibus agere. Iſte ſcilicet Gregorius, populos gubernando, ſimul & orãdo iugiter Deum pro plebe, & vterq; vnum opus perfectionis implebat. Ille religioſus, iſte nunc clericus. Non eſt perfectum opus eccleſiæ, nec fuit ab initio niſi in vtriſq;. Oratio iugis, & aſsidua, communis vtriſq; deuotio: quam itẽ non facere tantùm, ſed vltro debent largiri carnalibus. Iſti deuotiùs & laborioſiùs exorando, illi ſolenniùs offerendo. Iuxta illud. 2. Machab. 1. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamẽti ſui, quod ad Abraham, Iſaac, Iacob locutus eſt. Sequitur. Et nunc hìc ſumus orantes pro vobis regnante Demetrio, anno. 169. Nos Iudæi ſcripſimus vobis. Hæc autem ſcriptura, quam nobis ſic repẽtè mittit Deus ad calamũ, occaſionem tribuit altiùs laborandi. Repentè nanq; cecidimus in religioſorũ ſuffragia, quæ ipſi religione promittunt, & offerunt, & chartis ſcribũt Chriſti fidelibus de pinguedine ſpiritus, & abundantia charitatis, quam ideò malignus ſpiritus, qui in cor Witcleff intrauit, nõ ſuſtinet, quia charitas Chriſti, qua cruciatur, ef feruet. Dicit enim WITCLEFF. 31. ca. quarti trialogi. Chriſtus, & ſui apoſtoli, cùm nunq̃ talia concedere præſumpſerũt, cum inuitis fratribus oportet eos concedere, ꝙ conceſsio talis ſit friuola. Et cap. 30. Cauendum eſt fratribus, ne dent occaſionem fidelibus ad percipiendum fallacias ſuas, vel ad ſubintroducendum aliquas infundabiles nouitates, cùm ſcire debent, quòd Chriſtus voluit eccleſiam ſuã eſſe liberam ab ipſis. Hæc Witcleff. AVTH. Vnde liberam, miſer homo, vel à quibus? Nũquid à mutua charitate, ne communicent in operibus bonis, nec pro ſe mutuò orent, ne vigilent, ne prædicent, ne peregrinentur, ne pro proximis vel amicis Chriſtianis ieiunent? Incipias à capite, Chriſtus, inquit, & ſui apoſtoli nunquam talia concedere præſumpſerunt.

2 *In cleri monachi pus.*

Hoc dicis de Epiſcopis, & vltrà de dotatis monaſterijs. Qualia non conceſsit Chriſtus? communia ſuffragia nonne conceſsit Chriſtus, & participia meritorum? Quibus ergo donauit meritorum ſuorum fructus, illis & ſibi ipſi nõ profecit? Nonne ipſe conceſsit orationes ſuis diſcipulis, dicens, Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis? & iterum. Nũc autem pro eis rogo, non pro mundo rogo: & non vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. Et ad Petrum intimauit, vt oraſſet pro eo. Ego, inquiens, oraui pro te, vt non deficiat fides tua. Et pro omnium diſcipulorum fide ſeruanda, tantam in paſsione pœnæ anxietatem impendit, vt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram fieret. Super quem locum ſuper Lucam BEDA. Intelligas † per irrigatam ſacratamque eius ſanguine terram, non ipſi, quæ nouerat, ſed nobis aperte declaratum, quòd effectum iam ſuæ precis obtineret, vt fidem videlicet diſcipulorũ, quã terrena adhuc fragilitas arguebat, ſuo ſanguine purgaret, & quicquid illi ſcandali de eius morte pertuliſſent, hoc ipſe totum moriendo deleret: Imò vniuerſum latè terrarum orbem peccatis mortuum, ſua morte innoxia cæleſtem reſuſcitaret ad vitam. Et cùm ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos. Sequitur. Et ait illis, Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem, id eſt, ne in vos calix meæ paſsionis incumbat. Vbi liquidè demonſtrat, quòd & pro illis orauit, quos & ipſos ſedulò monet orationum ſuarum vigilando, & orando exiſtere participes. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiat noſter Witcleff, videns, ſi verum dixit, quòd Chriſtus participia ſuffragiorum ſuorum concedere nunquã præſumpſit. Magnus Beda planè dixit Chriſtum ſedulò monuiſſe diſcipulos orationum ſuarũ, vigilando, & orando factos eſſe participes, in tantùm, vt quicquid ſcandali vel reatus de ſua morte perferrent, ipſe merito mortis ſuæ deleret. Ipſe igitur fecit eos communicatores meritorum mortis ſuæ, precis ſuæ, prædicationis, vigiliæ, patientiæ, abſtinentiæ, improperiorum, maledictorum, neceſsitatis, peregrinationis, laboris, & ſitis, infinities plus religioſis modernis. Non ſcilicet partem eis donando, ſed totum: nihil ad ſui vtilitatem penitùs reſeruando. Non autem vt ipſos diſcipulos tã tùm, imò vniuerſum orbem peccatis mortuũ ſua morte innoxia cæleſtem reſuſcitaret ad vitam. Quid dicet WITCLEFF ad iſta? An iſti cęleſti paginæ ſe ponet obicem, quam tot centenis annis diuina manu conſcriptam,

3 *Chriſtus meritorũ ſuorum participes fecit.*

& Chriſto concedente formatam, & Sanctiſpiritus pignore ſigillatam priuſquam Chriſtus naſceretur in terris priuilegium orbis cecinit Eſaias in charta magna, dicens, Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter noſtras iniquitates: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues erauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrum. Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum? Hîc concedit eis merita ſancti ſui ſilentij. Sicut hactenus conceſſit meritum paſsionis. Et adhuc ſequitur. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Applicat eis iam meritum iniuſti iudicij, quod accepit humiliter. De angu ſtia, & de iudicio ſublatus eſt. Generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium. Hic merita ſepulturæ. Propter ſcelus populi mei percuſsi eum, & dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua, eo, quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius, & dominus voluit eum conterere in infirmitate. Deinceps aſsignat cultoribus ſuis merita congregationis gentiũ diſperſarum in verbo prædicationis, & virtute ſuæ mortis, dicens, Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſeruos meos multos. Ideò diſperdam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo, quòd tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt. Finaliter vero orationis ſuæ participes facit ipſe, inquiens: peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus exorauit. Hæc eſt charta meritorum Chriſti, quam omnes ſcripturæ reſonant, veteres, & nouellæ, & qua Eccleſiaſticorum ſcriptorum libri ſunt referti. Vnde altiſsimi mendacij ſui poteſt Witcleff confundi, dicens, quòd Chriſtus non conceſsit fidelibus populis vnquam humanitatis ſuæ participium meritorum. Si enim regulas prophetales agnoſceret, poſſet ſcire hęc de futuro ventura, quanuis de præterito conſtent dicta. Et quanuis Propheta ea dixerit, verba tamẽ eſſe dominica, prout ſermone quadrageſimoquarto tertię partis ORIGENES. Quando propheta loquitur, quid dicimus? dixit Deus, bene dicimus: dicimus etiam dixit Propheta, & vtrunque rectè dicimus, & vtrunque in authoritate inuenimus. Et Apoſtoli ſic intellexerunt Prophetas, vt dicerent, Dixit Deus: & alio loco dixit Eſaias: vtrunque verum eſt, quia vtrunque inuenimus in ſcripturis. Hæc ille. AVTHOR. Exprimat ergo Chriſtus tunc in perſona propria verba ſua, nonne dicturus eſt: Ad commodum animæ veſtræ languores veſtros ego auferam, dolores veſtros ego portabo, in meritum veſtri oblatus ero voluntariè, ſponte filebo, propter ſcelus populi ego percutiar, meis meritis multorum feram peccata, & ego pro tranſgreſſoribus exorabo? Quicquid agam, aut paſſurus ſum, ad veſtrum bonum me facturum promitto. Vnde in epiſtola de
4 filio prodigo HIERONYMVS. Quæ maior poteſt eſſe clemẽtia, quàm vt Dei filius, filius hominis putaretur, decem menſiũ faſtidia ſuſtineret, partus expectaret aduentum, inuolueretur pannis, ſubijceretur parentibus, per ſingulas adoleſceret ætates, & poſt contumelias vocum, alapas, & flagella, crucis quoque pro nobis fieret maledictum, vt nos à maledicto legis abſolueret, patri factus obediens vſque ad mortem? Sequitur. Ergo quia ad hoc venerat, vt quod erat impoſsibile legis, quia nemo ex ea iuſtificabatur, ineffabili miſericordia vinceret, publicanos, & peccatores ad pœnitentiam prouocabat, conuiuium eorum expetens, vt inter conuiuia docerentur, ſicut manifeſtum eſſe poterit ei, qui Euangelia ſollicita mente perlegerit. Quo modo cibus eius, & potus, & deambulatio, & vniuerſa, quæ geſsit, ſaluti hominum procurarent. Hæc ille. AVTHOR. Hanc ergo pleniſsimam chartam meritorum conceſsit Chriſtus participibus ſuis, non tantùm miſsarum, orationum, ieiuniorum, vigiliarum, prædicationum, abſtinentiarum, & laborum ſuorum, ſed & cibationis ſuæ, potationis, quietis, dormitionis, ſilentij, & gratulationis, meditationis, ſanationis, & cantationis, & vniuerſa, quæ geſsit, ſaluti hominum procurabant. Ideò Paulus primæ Corinthio. vndecimo, huiuſmodi participationem petens. Omnia, inquit, facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar. Et Apoſtolus Petrus exiſtimans ſibi grauiſsimum detrimentum, ſi vel partem ſuam perderet de merito Chriſti, ſi non lauerit ſibi pedes, obſequium domini admiſit inuitè, dicentis ſibi, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et Paulus iterum ad Philip. 3. Exiſtimat omnia detrimentum eſſe ad agnoſcendum Chriſtum, & virtutem reſurrectionis

Chriſti clemẽtia.

5 *Charum meritorũ Chriſti nolis ceſſa.*

Digitized by Google

rectionis eius, & ſocietatem paſsionum illius, & configurari morti eius. Fides iſta dixit, non argumenta noua conficiunt. Et quid vltrà cõ-
6 cludimus? Quòd † ſi Chriſtus paſſus eſt pro
ita no- nobis, relinquens vobis exemplum, qua cha-
licitè ritate prohibet Witcleff, ne ego concedam pa
nunica ti pro fratre meo ad meritum animæ eius, præ dicare pro fratre, ieiunare, peregrinari, vigilare orare, imò mori pro fratre, Chriſto dicẽte: Ma iorem charitatem nemo habet, vt animam ſuã ponat quis pro amicis ſuis? Ad quid enim ponat, ſi non ad meritum amicorum? Ponas ergo animam tuam, & de merito tuo ſecurũ red
7 dis amicũ. Fruſtra † tamẽ Witcleff hũc poſtẽ
ctio impingit, cũ dixit: Sed Chriſtus de hoc partici
cleff. pio meritorũ ſuorũ literas ſcriptas nõ conceſſit. Fallitur hoc dicẽs. Nã qui per ſeruũ ſuũ Eſaiam & prophetas alios literas ſcripſit, nonne ſcripſit? ſcripſit. Certè per prophetas, ꝑ apoſtolos & euãgeliſtas ſuos ſcripſit, & dicit Witcleff ꝙ non ſcripſit. Rex per medios ſeruos ad regẽ aliũ, vel ad cõmunitatẽ, literas ſcriptas trãſmittit, & nemo de eis ſcriba cõmemorat, ſed ꝙ rex ipſe ſcribit. Et quidẽ rex noſter Chriſtus euangeliũ ſuũ ſcriptis ſuis nõ tradidit, Verbũ enim erat apud Deũ, cuius nõ eſt tradere verbũ ſcriptũ. Vnde & in prologo ſuper Matthæũ in opere perfecto. CHRYSO. Neq; enim apoſtolis dixit, quid ſcriptũ Deus, ſed pro literis ſpiritus annũtiabat daturũ eſſe gratiã. Ille enim vobis, ait, rememorabit omnia. Et vt addiſcas quoniam hoc multò melius erat, audi per prophetam quid ait: Diſponam vobis teſtamentũ nouũ, dans leges meas in mẽte veſtra, & in corde ſcribã eas. Et Paulus demõſtrans hãc ſuperexcellentiã dicebat vos ſuſcepiſſe legem nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carneis. Quoniam autem multo tempore procedente exciderunt, hi quidẽ propter dogmata, hi autẽ propter vitam & mores, indiguimus rurſus ea, q̃ à literis eſt, rememoratione. Sequitur, Si enim accuſatio eſt literis indigere & nõ ſpiritus adipiſci gratiã, intuere quàm magnũ delictũ eſt neq; poſt auxiliũ hoc velle ꝓficere, ſed inaniter, & vanè iacẽtes literas deſpicere, & maius ſubire ſupplicium. Hæc ille. AVTH. Hoc audiat Witcleuiſta, qui participium meritorũ Chriſti in literis abiicit: quia ſi culpa ſit indigere literis, & non ſola gratia ſpiritus contentari, maxima culpa eſt hoc auxilium ſpirituale non petere, ſed literas ſpernere ad grande ſuũ ſupplicium: qui enim reſpuit hanc partem habere cum Chriſto in literis, non dubium quin partem illius ponet Chriſtus cum hypocritis. Matth. 24.

¶ Quòd Apoſtoli conceſſerunt ſermone & literis participes ſuffragiorũ ſuorum fieri homines.

CAPVT. XCIIII.

SVMMA.

1 *Diploma literarum de participatione meritorum.*
2 *Scomma in uicarium perpetuum relatum.*
3 *Perpetuum quid, Et quomodo debeat intelligi.*
4 *Conſonantia literarum fratrum ad epiſtolas Pauli.*
5 *Suffragia fratrum religioſorum.*
6 *Fratres omnes Chriſtiani.*
7 *Oratio pro aliis, quòd ſit Deo accepta. Et qualis oratio ante Deum ſit dulcior.*



Hec Apoſtoli talia cõceſſerũt, ſermo. 42. tertiæ partis. Vel multiplicãt fratres tales literas purè propter charitatẽ, quam habent ad eos, cum quibus cõmunicãt, vel purè propter lucrum, aut miſtim. Si primo modo, mirandum foret, quare ſancti Apoſtoli, qui habuerũt maiorem charitatem, quàm fratres prædicti, tales literas nec fecerunt, nec faciendas cæteris exẽplarunt. Quare etiam epiſcopi, & religioſi poſſeſſionati, non vtuntur communicatione huiuſmodi charitatis. hęc Witcleff. AVTHOR. Miſereor ſuper iſtam turbam mendacij. Apoſtoli tales non fecerunt literas ſicut fratres de communicatione charitatis. Vnius fratris audiamus literas ſi Apoſtoli ſic fecerunt. Deuo-
1 tionem † ſynceram, quam ad noſtrum habetis ordinem ob Chriſti reuerentiam, & ſanctæ virginis matris eius diligentiùs attendentes. &c. omnium miſſarum, ieiuniorum ab &c. participationem perpetuam vobis concedimus. Legatur litera Pauli ad Epheſ. Propterea ego audiens fidem veſtram, quę in domino Ieſu, & dilectionẽ in omnes ſanctos, nõ ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in oratiõibus meis. Ad Ephe. primo. AVTHOR. Quanta iam differentia inter hoc: Ego frater. N. attendens deuotionem ſynceram ad ordinẽ noſtrum ob Chriſti reuerentiam, & ſanctę virginis matris eius: & Ego Paulus audiens fidẽ veſtram, quæ eſt in domino Ieſu, & dilectionẽ in omnes ſanctos? Remunerat autẽ frater hãc deuotionem taxatis precibus orationũ, miſſarũ. Paulus memoriã eorum facit in orationibus ſuis. Fratres cõcedũt participationẽ perpe

Diploma literarũ de participatione meritorum.

Digitized by Google

tuam. Paulus non ceſſauit gratias agens pro eis exercere memoriam. Si autem dicat Witcleff, quòd tantùm orationes his Paulus commemorat non illa. 7. quæ miſerunt religioſi cõplures, ſcilicet miſſarum, orationũ, ieiuniorũ, vigiliarum, prædicationum, abſtinentiarum, laborum. In primo cap. epiſtolæ offert pro Philippenſibus memoriam eorum facere in cunctis orationibus ſuis. Gratias, inquiẽs, ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cũctis oratiõibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciẽs ſuper cõmunicatione veſtra in euangelio Chriſti à prima die vſque nunc. Nihil ergo minus Paulus promiſit dicẽdo ſemel in cũctis oratiõibus meis, quàm ſigillatim recitando miſſas, prędicationes, & vigilias, quas fratres promittunt per partes. Vnde ibi in expoſitione. AMBROSIVS. Primũ quidem Domino agit gratias, cuius nutu proſpera omnibus accidunt fidelibus: In omni oratione ſua memor eorum cum exultatione, quòd participes facti ſunt euãgelij: ſic dicit Petrus Apoſtolus inter cætera dicens, ſic, inquit, conſortes diuinæ naturæ. Hæc ille. AVTH. Poſtquàm fecit eos participes euãgelij, & prędicationum ſuarum, hoc addidit peculiare obſequium, vt omnium orationum ſuarum faceret eos eſſe participes: non orationum tantùm, ſed omnium modorum, quibus poſſent illæ orationes fieri meliores, ſiue per vigilias, ſiue per abſtinentias, vel paſſiones, vel labores animi propter fratres. De abſtinentia propter fratres dixit: Si eſca ſcandalizat fratrem meũ, non mãducabo carnem in æternũ. 1. Corinth. 8. De vigiliis hortatur fratres in cõmuni. Oẽs vos filij lucis eſtis, & filij Dei. Igitur non dormiamus ſicut cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus. 1. Theſſa. v. De futuris tribulationibus & periculis propter fratres. Si immolor ſuper ſacrificium & obſequium fidei veſtræ gaudeo & congratulor omnibus vobis. Ad Philip. 2. & 2. ad Corin. 12. Ego libẽtiſsimè impendar & ſuperimpedar pro animab⁹ veſtris. Vbi nota, quòd promittit ſe impendendum de futuro: ſicut nunc ſancti promittunt fratribus de beneficentia de futuro. Nonne maiora donauit fratribus ſuis Paulus, & maiorum fecit eſſe participes per planas epiſtolas ſuas, quàm religioſi, vel cæteri eccleſiarum prælati, per chartas modernas fratribus largiũtur? Ipſi miſſas celebrãt, vigilant, laborant, nullus tamen fratrum promittit quod fecit Paulus dicens: Nunc gaudeo in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionũ Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia. Ad Coloſſen. primo. Quãta charitas vt ſe putet paſsiones debere Chriſto in carne ſua pro fratribus. Non impleuit adhuc ita vt animam cupiat ſuam eneruare, Deſiderantes vos cupidè volebamus tradere vobis, non ſolùm euãgelium, ſed & animas noſtras, quoniam chariſsimi nobis facti eſtis. Memores eſtis enim fratres laboris noſtri, & fatigationis. i. Theſſal. 2. Quæcunque ergo meritoriè poſſet facere, communicaret fratribus ex charitate, imò vitam, & mortem, quę duo item promittit eis dicens: Prædixi enim quòd in cordibus noſtris eſtis ad moriendum & conuiuendum. 2. Corinth. 7. Et iterum. Quotidie morior per gloriam veſtram. primæ Corinth. 15. Ecce qui fecit eos bonorum ſuorum ſpeciales participes primò beneficia charitatis ſuæ abũdanter exponit, orationem videlicet euangeliorum, vigiliarum, abſtinẽtiarum, paſſionum Chriſto congruentium, quotidianam cruciationẽ animæ, mortem & vitam per gloriam. Hæc charta erat fraternitatis Apoſtoli, hæc ſcripta epiſtola & Pauli manu ſubſcripta. Nec eius tantũ, ſed fratrũ eius: vt Pauli, & Syluani. Pauli interdum & Timothei: quandoq; Pauli Timothei & Syluani: quandoq; cætero rum fratrum. Vnde & ex parte eorum, quandoque pluraliter loquitur dicens Theſſalonicen. fratribus: Nunc viuimus ſi vos ſtatis in domino. Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudem⁹ ꝓpter vos ante Deũ noſtrũ nocte ac die abũdãtius orãtes vt videam⁹ faciẽ veſtram, & compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ? 1. Theſſa. 3. Hæc dixit ex parte ſua & fratrum ſuorum tanquàm præpoſitus eorum, & habens merita eorum, & labores in poteſtate, vt ſit beneficus, Chriſto dicente in euangelio Lucæ: qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Hac item forma dixit prælatus Carmelitarum, Omnium quæ per fratres noſtros operari dignabitur clementia Saluatoris, vobis participationem perpetuam concedimus. Prælatus Cartuſienſium dixit: Participationem plenam. Vtranque ſuſtinent verba Pauli dicentis. Indeficiẽtem: Omnia enim propter vos, vt gratia abundãs per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei: propter quod non deficimus. 2. ad Corint. 3. Quiunquàm deficit orare, & omnia facere propter fratres, & hoc ſpondet: perpetuam, & plenam participationem bonorum promittit. Quod quia in vno ſemper impleri nõ poteſt, ideo ſupponit gratiã talem abundare per multos, præſentes ſcilicet, & ſua ſucceſsione futuros. Cùm autem quidam doctor Witcleuiſta

perpetuus

perpetuus vicarius cuiuſdam eccleſiæ in publica ſchola arguebat literas religioſorum de mẽdacio: quia perpetuam hanc participationem concedere præſumpſerunt hoc ſophiſmate: quia non vltra diem iudicij orabitis, inquit, ergo, non perpetuè. Reſpondit illi quidam: nec
2 † tu vltra diem iudicij eris hîc vicarius: quo-
ms in modo ergo perpetuus? Quod tamẽ literæ tuæ
ium p inſtitutionis non tacent. Et legit eas publicè.
um re- Cur non aduertit iſte tam facilis arguiſta, mo
u. dum loquendi ſcripturæ, quam catholici de-
3 bent ſequi: perpetuum † dictum, quod ſponte
etuum prætermitti nõ debuit: velut in Leuitico dictũ eſt. Pectuſculũ enim eleuatiõis tuli à filiis Iſraël de hoſtiis eorum pacificis, & dedi Aaron ſacerdoti, ac filiis eius lege perpetua ab omni Iſraël populo. Leuit. 7. Cum tamen propoſuit Deus tollere hanc legem translato ſacerdotio. Et itẽ ibi. poſt hæc vnctio Aaron & filiorum eius. Sequitur. Religione perpetua in generationibus ſuis. Item facietis diem hunc in progenies veſtras legitimum æternum. in Exodo. Super quem librum Exodi. quæſtione. 11. AVGVSTI. Facietis diem hunc in progenies veſtras legitimum æternum: æternum dicit, q̃ nefas erat prætermittere, aut ſua ſpõte mutare. Hæc ille. AVTHOR. Sic debuit iſte ſciuiſſe orationem charitatis fraternæ eſſe perpetuam, quam nefas erat prætermittere quãdiu ſucceſſores eſt talis habitura communitas. Sicut in Leuit. 6. dicitur. Iſte eſt ignis perpetuus, qui nunquàm deficiet in altari. Quam perpetuitatem alia ſcriptura exponit Exo. 27. Perpetuò, inquiens, erit cultus per ſucceſsiones eorum à filiis Iſraël. Erubeſcat ergo Witcleff ſui mendacij, quo tam aſſertiuè clamat Chriſti apoſtolos tales literas de ſuffragiis non feciſſe: imò videat eos non tam ſcribere, quàm offerre ſponte, & populos ad hoc deſiderium incitare, velut cùm Paulus Philippen. merita orationum ſuarum ſponderet, dicens ſe gratias agere in omni memoria eorũ in omni oratione ſua pro eis omnibus. Poſt pauca ſubiecit. Eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, & confirmatione euangelij ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis eſt enim mihi Deus, quomodo cupiam vos omnes in viſceribus Ieſu Chriſti. Ad Philippen. primo. Ecce quàm palàm dixit teſte Chriſto ſe cupere eos ſocios gaudij ſui, quia ſic erant non tantũ in fide qualiter omnes Chriſtiani, ſed ſpeciales eius participes in oratione, in paſsionibus vinculorum, in defenſionum laboribus, & euangelij ſui meritis glorioſis, quam ſocietatem eos ita deſiderare volebat. Vndę ſuper idem verbum in expoſitione AMBROSIVS. Deũ teſtatur, vt affectum cõmendet iuſti. Qui enim multùm de aliquo ſentit, vt credibile hoc faciat, teſtificatur. Per quod & prouocat deſiderium illorum erga ſe, vt deſiderati deſiderent. Deſiderat ergo omnes hos, non humana cupiditate, ſed in amore Chriſti: non carnis affectu, ſed ſpiritus, vt participes hos habeat, & in ſenſu myſterij diuinitatis, & incarnationis Domini. Hæc ille. AVTH. Parcat ergo Chriſtus Witcleff, contra hanc charitatẽ ſocietatis Apoſtolicæ ſic rixanti in trialogo. 4. capitul. 31. Supponi debet, quòd licet fratres nullas literas tales conceſſerint, foret ex conceſsione Chriſti ſimplici melius, quàm eſt modò. Hæc Witcleff. AVTHOR. Scire poſſet conceſsionem Chriſti ſimplicem, derogationem à noſtra non poſſe perferre, quomodo igitur foret melius? Iſta rixa eſt ſine ſcriptura, ſine ſenſu. An non ſciuit Paulus hoc potuiſſe dixiſſe pſeudomagiſtros Witcleff contra literas ſuas tunc quòd æquè bene aut melius poſſent Philippen. aut Epheſij ſtare per conceſsionem Chriſti ſimplicem ſine literis ſuis: & ideo literas abolendas: aut item Theſſalonicenſes, quibus ſimiles ſuffragiorũ literas ex parte fratrum dedit, dicens. Paulus, & Siluanus, & Timotheus eccleſiæ Theſſalon. in Deo patre & domino Ieſu Chriſto, Gratias agimus Deo ſemper pro vobis omnibus memoriam veſtri facientes in noſtris orationibus ſine intermiſsione, memores operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante Deum & patrẽ noſtrum. primæ ad Theſſalonicenſes primo. Item eiuſdem in epiſtola ſua ſecunda. Etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo: ſecundùm gratiam Dei noſtri & domini Ieſu Chriſti. 2. Theſſal. 1. Et in fine epiſtolæ. Saluta tio mea manu Pauli, quod ſignum in omni Epiſtola ita ſcribo. Ecce Paulus non tantùm orat, ſed ſemper orat pro eis, & oraturum ſe pollicetur. Scribit literis, atque ſignaculo manuali. Hoc dũ coram fratribus dicerem, cepit vn⁹ ex parte Witcleff dicere, ſed vbi ſigillauit has fraternitates apoſtolus? Rurſus ego. Vbi manu ſua ſuſcripſit, ibi ſigillauit apoſtolus, q̃ ſi vim feceris de ſigillo apoſtoli, vbi ad Philemonẽ ipſe ait: Cõfidẽs de obedictia tua ſcripſi tibi, quoniam & ſupra id quod dico facies. In expoſitione eiuſdem epiſtolæ hoc recordatur

CHRY-

CHRYSOSTOMVS. Non ſimpliter ait, neque iniungens, neq; criminans, ſed confidens in obedientia ſcripſi tibi. Quod inueniens dixit propalationem habens, & hoc in ſigillando epiſtolam, ſciens quoniã & ſuper id quod dico facies. Hęc ille. AVTHOR. Ecce iam exactor durus Witcleff audit apoſtolum ſigillantem epiſtolam communicationis ſuæ precis & fraternitatis Philemonis. Nunquid conceſſio Chriſti ſimplex melius faceret? Coloſſenſibus item non diſſimiles literas miſit dicens: Paulus Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatẽ Dei, & Timotheus frater, his qui ſunt Coloſſis ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro. Gratias agimus Deo & patri domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro vobis orantes, audientes fidem veſtram in Chriſto Ieſu & dilectionem, quam habetis in ſanctos omnes. Et infrà. Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo noſtro, qui etiam manifeſtauit nobis dilectionem veſtram in ſpiritu: ideo & nos ex qua die audiuimus, non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes, vt impleamini agnitiõe voluntatis eius. Ad Coloſſen. primo. Sicut ſuperius dixi, hoc exemplo Pauli dicentis, audientes fidem veſtram, & dilectionẽ in omnes ſanctos. Vnde in libro annotationum HIERO. Sine exceptione perſonæ vel notitiæ ſolam in omnibus diligentes ſanctitatem. AVTHOR.

Conſonantia literarũ fratrum ad epiſtolas Pauli.

4 Hoc † inquam exemplo bene item ſcribitur: dicendo in literis fratrum deuotionem ſyncerам, quam ad noſtrum habetis ordinem diligentiùs attendentes, omnium orationum noſtrarum participationem perpetuam vobis cõcedimus. Paulus propter dilectionẽ in omnes ſanctos, iſti propter deuotionem in omnes fratres. Paulus ex qua die audiuit, ſemper orare promittit: iſti ex quo attendũt, perpetuas preces fundunt. Paulus non pro ſe tãtùm, ſed pro Epaphra hoc ſpopõdit, qui eſt fidelis, inquiẽs, pro vobis Chriſti miniſter. Vbi in lib. annotationum HIERONY. Fideliter pro vobis in oratione incumbens miniſterium Chriſti exhibet voluntati. Hæc ille. AVTH. In litera iſta fratrum item prælatus ſcribit. Quæ per fratres noſtros dignabitur operari clementia Saluatoris. Et ad Philemonem Paulus inquit, vinctus Ieſu Chriſti, & Timotheus frater Philemoni dilecto, Gratias ago Deo meo ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Ieſu, & in omnes ſanctos. Fides ergo in Ieſu, & charitas in omnes fratres orationẽ merebatur Apoſtoli. Merentur & prælati fratrũ per omnes illos fratres. Et IOANNES Apoſtolus in. 3. canonica. Senior Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate. Chariſſime de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, & valere, ſicut proſperè agit anima tua. Ecce quòd non ſit noua, ſed antiqua pietas Chriſtiana ſcribendi literas pro impertiẽdis ſuffragiis. Et IVDAS item in canonica. Iudas Ieſu Chriſti ſeruus frater Iacobi his qui ſunt in domino prędilectis, Chariſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi noſtra ſalute neceſſe habui ſcribere vobis, deprecans ſupercertari ſemel traditæ à ſanctis fidei. Iudæ primo. Videtis palàm cõuictam hæreſim Witcleff dicentis, quòd Apoſtoli non communicabant tales literas ad orandum & laborandũ pro fratribus. Ecce ſcripſit Paulus, ſcripſit Ioãnes, ſcripſit Iudas: ergo ſcripſerunt Apoſtoli. Et ab antiquis item ſanctis acceperunt exemplum. Vnde. 2. Machabæorum liber ſic incipit. Fratribus qui ſunt per Ægyptum Iudæis: ſalutem dicunt fratres, qui ſunt in Hieroſolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam. Et infrà. Et nunc hîc ſumus pro vobis orantes regnante Demetrio. Sequitur. Et orauimus ad dominum, & exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium, & ſimilaginem, & accendimus lucernas, & propoſuimus panes &c. Omnia enumerãtur: quib⁹ tũc pro fratribus & ſe ipſis in religione illa propitiare putabant diui

Suffragia fratrum.

5 nam clementiam. Qualiter † eccleſiaſtici religioſi nunc dicunt miſſas, orationes, faciuntq; ieiunia, vigilias, prædicatiões, labores, diſciplinas, & ſimilia: ita & Apoſtolus Paulus ſcripſit pro fratribus ſuis Iudęis. Volũtas quidem cordis mei, & obſecratio ad Deum fit pro illis in ſalutem. ad Ro. 10. De hac participatione item & fraternitate cum ſanctis ipſe ſcripſit Coloſſenſibus, quos, vt dicit, fecit ſuarum orationũ participes. Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Ad Coloſſenſes primo. Sed hic naſum ſurrigunt Witcleuiſtæ, quòd fratres inuicem appellamus, quos in oratione commendatos ſuſcipimus, & nos qui ſuſcipimus, nõ dignãtes

Fratres nuncupationis.

6 attendere, quòd † à primæuis eccleſiæ omnis ſanctorum collectio in ſpirituali ſubſtantia ſolet membra cõuentus appellare fratres, vel ſocios, ſicut Actuum. 14. Concitauerunt animas gentium aduerſum fratres. & cap. 15. Quidam deſcendentes de Iudæa docebãt fratres. & Saluator dignatus eſt dicere, Vade, & dic ad fratres meos. Vnde paganis in hoc vocabulo inſultantibus in Chriſtianos apologetici ſui cap. 39. veteran⁹ pater TERTVLLIANVS. Sed

&

Digitized by Google

& quòd fratres nos vocamus, non alia cauſa opinor inſaniunt, quàm quòd apud ipſos eſſe ſanguinis nomẽ de affectione ſimulatum eſt. Fratres autem etiam veſtri ſumus iure naturæ matris vnius, & ſi nos parũ homines, quia mali fratres. At quantò fratres dignius & dicuntur, & habentur, qui vnum patrem Deum cognouerunt, qui vnum ſpiritum biberunt ſanctitatis, qui de vno vtero ignorantiæ eiuſdem ad vnam lucem emerſerunt veritatis. Sed eo fortaſſe minus legitimi exiſtimamur, quia de noſtra fraternitate nulla tragœdia exclamat, vel quia ex ſubſtantia familiari fratres ſumus, quæ penes vos ferè dirimit fraternitatem. Itaque qui animo animaque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Hæc ille. AVTHOR. Sic bene exponit author hanc fraternitatem in his, qui vnà biberunt ſpiritum veritatis, ſanctitatis, & in ſubſtantia familiari communicant, hi ſpiritualia miniſtrando, iſti pro ſpiritualibus temporalia rependendo, ſicut infrà docebit Apoſtolus. Et hæc eſt fraternitas, quam apoſtolus Paulus commendat. Charitatem inquiens fraternitatis inuicem diligentes. Ad Ro. 12. Hęc fraternitas charitatis maximè in oratione pro fratre facta attẽditur, qua nulla eſt dulcior ante Deũ. velut homilia. 14. Imperfecti. CHRYSOSTO. Libenter † audit Deus, quando Chriſtianus non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro aliis orat. Pro ſe enim orare naturæ eſt: pro aliis autem gratiæ, pro ſe enim orare neceſsitas rei cogit: pro aliis autem charitas fraternitatis hortatur. Dulcior enim eſt oratio ante Deum, non quam neceſsitas rei trãſmittit, ſed quam charitas fraternitatis commendat. Hæc ille.

7 tio pro Deo eſt xta.

¶ Quòd epiſcopi & religioſi cõcedunt communicationes huiuſmodi charitatis, & requirunt ab aliis.

CAPVT. XCV.

SVMMA.

1 *Epiſtolæ quorũdam antiquorum cõcedentium cõmunicationes charitatis, & requirentiũ ab alijs.*
2 *Ciſtertienſis domus gloria.*
3 *Patres ueteres, & nouelli, ſupremi & infimi, Sancti & peccatores, quòd anhelauerint ſuffragia, oſtenditur.*
4 *Pagani, qui precum ſanctorum ſuffragia ambiuerunt, recenſentur.*

ADdit adhuc, vt ſtatuat mendacium triplicatum. Epiſcopi, inquit, & religioſi poſſeſsionati tales literas non concedunt. AVTHOR. Si modernorum exempla producerem, dicerẽtur à ſuis talia poſt eius tẽpora practicata de nouo: cùm nulla penè eccleſia epiſcopalis, vel monaſterialis collectio ab inſtitutionis ſuæ tẽpore hanc omiſerit charitatẽ. Accedãt ſcripta patrũ, quę dicta noſtra confirmãt. Libro enim epiſtolarũ Iuonis Carnotẽ. epiſcopi reperitur epiſtola ad Adelã Comitiſsã ſcripta talis. IVO
1 † CARNOTENSIS, Humilis Carnotenſis eccleſiæ miniſter, Adelæ nobili comitiſſæ cũ fideli oratione ſeruitiũ. Et infrà. Rogo pro remedio animæ veſtræ, vt eccleſiam beati Ioannis baptiſtæ, in qua regularẽ vitã Deo donãte ordinauimus, diligatis, & res ad eccleſiã ipſam pertinẽtes contra inſidiãtes & incurſantes pro poſſe veſtro defendatis. Et finaliter. Pro hoc enim à fratribus prædictæ eccleſię habetis munus orationũ, ac à me fidele ſeruitiũ. Hæc ille. AVTHOR. Vbi poſtquã orationis ſuæ fidelitatem primam ſcripſit, ſubiecit communionẽ orationũ fratrum eiuſdẽ eccleſiæ. Inter epiſtolas Cantuarien. Anſelmi eſt epiſtola. 68. ad eandẽ forſan Adelã vel Adelidẽ. ANSEL. Reuerẽdæ dominæ ſuæ comitiſſæ Adelidi frater Anſelmus Beccẽſis vita peccator, habitu monachus: præſentis vitæ diuturnã proſperitatẽ, & futuræ æternã felicitatẽ. Quãuis me nihil apud veſtrã celſitudinẽ vt noſtris precibus annuere debeat cognoſcã, niſi ꝙ ex quo paruitati meę innoteſcere dignata eſt, ſemper eam volui coram Deo participem exiſtere noſtrarũ orationum, qualeſcunq; ſunt, ſi tamen dignũ eſt hoc vel memorari. AVTHOR. In hac epiſtola palàm fecit Anſelmus ſe prædictã comitiſſam omnium precum fratrum ſuorũ factã participem à die, qua ſibi primò innotuit. Epiſtolarium item Bernardi habet epiſtolã quinquageſimam Lodouico Francorũ regi directã, in qua fraternitatem regis requiſitione propria precibus fratrũ dicit eſſe ſuſceptã, ipſum tamen amiſſurum ipſorum fraternam amicitiã, niſi Pariſiẽſi inclinaret epiſcopo, qui item eorum literas iure fraternitatis non impariter acquiſiuit. BERNARDVS. Eximio regi Francorum Lodouico Stephanus abbas Ciſtertienſis, totuſq; conuentus abbatum & fratrum Ciſtertiẽſium ſalutem, ſoſpitatem, & pacem in Chriſto Ieſu. Rex cæli & terræ regnum vobis in terra donauit, donaturus & in cælo, ſi id, quod accepiſtis, iuſtè, & ſapienter ad

mini

Digitized by Google

miniſtrare ſtudueritis. Hoc eſt quod pro vobis optamus,& pro vobis oramus,vt & hîc fideliter,& illic feliciter regnetis. Cæterùm vos quonam conſilio eiſdem noſtris pro vobis orationibus,quas(ſi ritè recolimus) olim tã humiliter requiſiuiſtis,modò acriter repugnatis, qua cum fiducia manus pro vobis leuare præſumimus ad ſponſum eccleſiæ,quem ita, & ſine cauſa, vt putamus,auſu inconſulto contriſtatis. Et infrà. Hæc itaque vobis & pro vobis audacter quidẽ ſed amãter intimare curauim⁹, monentes, & rogantes per illam inuicem amicitiam noſtram,& fraternitatem, cui nos ſatis dignanter ſociaſtis, ſed ipſam nunc grauiter læſiſtis: quatenus attẽto malo citiùs deſiſtatis: alioquin ſi non meremur exaudiri, & contemnimur,& nos fratres,& amici veſtri,& q quotidie pro vobis oramus, & filiis veſtris, & regno:ex hoc iam noueritis,paruitatem noſtrã, in quibus valuerit, nõ poſſe deeſſe eccleſiæ & miniſtro eius venerabili videlicet patri & amico noſtro epiſcopo Pariſien. qui noſtram aduerſus vos humilitatem interpellans, noſtras pro ſe ad dominum papam iure fraternitatis literas requiſiuit.Hæc ille. AVTHOR. Attende quòd dicat noſtris orationibus quas olim humiliter requiſiſtis & fraternitatem cui nos ſatis dignanter ſociaſtis : & item nos fratres & amici veſtri qui quotidie pro vobis oramus & filiis veſtris & regno. Et ipſe Bernardus ſic ſe commendari rogat precibus abbatis & monachorum ſancti Albani epiſtola ibi. 195. ad abbatem ſancti Albani,quæ incipit : At ſi facie ignotus. BERNAR. Adde obſecro ad ea bona,quę abs te & de te nobis aſsiduè veniũt, tuas tuorũque pro nobis orationes pater charisſime & deſideratiſsime. Hæc ille. AVTH. Et in epiſtola ad patres in Ciſtertienſi capitulo congregatos ex parte Ricardi Cantuarienſis epiſcopi PETRVS BLESENSIS. Inter deſiderabilia huius mundi præcipuum apud me verſabatur in votis veſtræ ſanctitatis conuentui principaliter intereſſe, vocationis nouæ occupatio,& incumbens negotiorum perplexitas fructum optatæ iocunditatis inuidet mihi.Nec me caſtris felicibus ad tempus interesſe permittit.O † caſtra optabilia, ô congregatio veneranda? O Ciſtertium quàm magna eſt domus tua?quàm fœcunda in filiis, quàm magnifica in linguis,quàm glorioſa in populis.Et infrà.Subuerterer, niſi in lapide adiutorij, & orationum veſtrarum ſuffragio fiduciã concepiſſem.Nam(iuxta verbum Iob)quę eſt fortitudo mea vt ſuſtineam ? Ecce non eſt auxiliũ mihi in me,ſed infirmitas,& defectus. Ve reor ne offenſus mihi dominus hanc iniunxerit ſollicitudinem multorum, qui non ſufficiẽ bã propriæ ſalutis procurare negotium. Sed poſuit mihi dominus in vobis verbum reconciliationis,vt ſi offenſus mihi eſt,ſeſe propitiũ veſtra oratione mihi exhibeat, meumque ſuppleat imperfectum.Et finaliter. Nos igitur infirmi & fragiles deuotè & humiliter ſupplicamus,vt pias affectiones veſtras circa nos excitet vinculum fraternitatis, profeſsionis communio,charitatis debitum,ſubiectionis neceſsitas,& deuotio ſupplicantis. Hæc ille. AVTHOR. Vbi vinculum fraternale commemorat, quòd eorum profeſsioni communicauit, quòd eo ſibi debito charitatis coniũxerat.Epiſcopi ergo & religioſi dotati concedũt,& ipſi rogant & impetrant talis fraternitatis eſſe participes.Aſcendamus ſi vis ad priores patres eccleſiæ,videntes,an ipſi communicationem habebant talem probabilem. Occurrit nobis deuotiſsimus Euſebius Dorithei ex parte Flauiani Conſtantinopolitani epiſcopi poſt acta cõcilij Epheſini,Amatoribus Chriſti religioſiſsimis & piiſsimis imperatoribus noſtris Valentiniano & Martiano piiſsimis Auguſtis.Et infrà. Prouoluti precamur veſtram clementiam præcipere reuerentiſsimum epiſcopum Dioſcorum reſpondere de his,quæ à nobis ei ingeruntur.Sequitur. Quod conſecuti inceſſanter offeramus Deo preces pro veſtro æterno imperio ſacratiſsimi imperatores. Et iterum. Orationes pro ſe impetrat Auguſtinus, qui ſe precibus eccleſiæ virginum profeſſarũ in domo Iulianæ inſeri poſtulauit,lib.de ſancta viduitate in fine. AVGVSTIN. Obſecro vos per illum,à quo donum hoc accepiſtis, & huius doni præmia ſperatis, vt me quoque orationibus veſtris memineritis inſerere cum tota veſtra domeſtica eccleſia. Hæc ille. AVTH. Ecce domeſticam earum eccleſiam nominat, cui ſe inſeri valde deſiderat. Et inter epiſtolas Auguſt. 16.Paulini ad Auguſt. PAVLINVS Omnes in Chriſto ſanctos,quales tibi cohærere non dubium eſt à nobis ſaluta : commenda nos omnibus,vt tecum pro nobis orare dignẽtur. Hæc ille. Et in epiſtola ad Profuturũ quæ eſt. 149. AVGVSTI.Commendamus ſanctis orationibus tuis,& dies & noctes noſtras, vt oretis pro nobis, ne diebus intemperanter vtamur,vt noctes æquo animo toleremus, vt etiam ſi ambulemus in medio vmbræ mortis, nobiſcum ſit dñs,ne timeamus mala.Hæc ille.AVTHOR.Item inter epiſtolas Anſelmi continetur epiſtola Hildeberti Cenomanenſis epiſcopi petentis inſtanter participem ſe fieri

2 *Ciſtertienſis domus gloria.*

Digitized by Google

fieri orationũ Anſelmi HILDEBERTVS. A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris: vicem mihi pater ſancte repen des, ſi tuarum participem orationum me fece ris. Hæc ille. AVTHOR. Quòd ſi iſta videã tur exigua, ad ſummum & ſanctum pontifi cem Gregorium accedamus, qui ſcripſit ſe celeri manu & ſereniore vultu contuliſſe priui legia cuidam monaſterio ancillæ Chriſti de conſtructione Brunechildis reginæ, vt bo norum eius particeps fieret: libro vndecimo regiſtri epiſtola octaua. GREGORIVS. Inter alia bona hoc apud vos præ cęteris prin cipatum tenet, quòd in mediis huius mundi fluctibus, qui regentis animos turbulenta ſo lent vexatione confundere: ita cor ad diuini cultus amorem, & venerabilium locorum diſponendam quietem reducitis, ac ſi vos nul la alia cura ſollicitet. Et infrà. Epiſtolis autem veſtris indicantibus agnoſcẽtes eccleſiam vos ſancti Martini in ſuburbano Auguſtudinen ſi, atq; monaſterium ancillarum Dei, necnon & xenodochium in vrbe eadem conſtruxiſſe, valde lætati ſumus. Et gratias omnipotenti Deo retulimus, qui cordis veſtri ſynceritatem ad hæc operanda compunxit. Qua de re & vt nos bonis veſtris in aliquõ participes habere mur, priuilegia locis ipſis pro quiete & muni tiõe illic degẽtium ſicut voluiſtis, indulſimus: nec excellentiæ veſtræ amplectenda nobis de ſideria vel ad modicũ differre pertulim⁹. Pater na præterea charitate ſalutatiõis præmittẽtes
3 alloquiũ &c. Hæc ille. AVTH. Veteres † ergo patres, & nouellos, ſupremos & infimos, ſanctos & peccatores ſi reſpexeris, inuenies inſtinctu Dei ac ſanctorũ anhelaſſe ſuffragia, & cũ omni auiditate chriſtiana communicationem huiuſmodi charitatis quoſdam per literas poſtulaſſe, quoſdam etiam ſcriptis literis obtuliſſe ſiue maioribus ſiue minoribus: non curãtes quo pede cucurrerit charitas, vel quo iudice refragetur. Vnde epiſtola inter alias. 40. IVO CARNOTENSIS Anſelmo reuerendo Cantuarienſi archiepiſcopo. Iuo humilis eccleſiæ Carnotenſis ſeruus pro modulo ſibi collato fidelium orationum munus. Et inter epiſtolas Anſelmi nonageſimaſexta. ANSELMVS. Henrico ſuo chariſsimo domino gratia Dei regi Anglorum, Anſelmus archiepiſcopus Cantuarienſis fideles ora tiones cum fideli ſeruitio. Ad me pertinet ſi fa ciatis aliquid, quod animæ veſtræ non expediat &c. Itẽ epiſtola nonageſimaoctaua. Suo chariſsimo domino Henrico, Dei gratia regi Anglorum, Anſelmus archiepiſcopus Cantuarienſis fidele ſeruitium cum orationibus. Gratias ago Deo, & dignationi veſtræ. Item epiſtola centeſimanona. Domino patri verè diligendo, & reuerendo Paſchali ſummo põtifici Anſelmus ſeruus eccleſiæ Cantuarienſis debitam obedientiam cum fidelibus orationi bus. Et epiſtola centeſimatrigeſimaſeptima. Dominæ reuerendæ filiæ chariſsimæ Matildi reginæ Anſelmus, Gratias ago immenſas celſi tudini veſtræ, amando eam, & orando pro ea pro immenſitate dilectionis veſtræ. Hæc ille. AVTHOR. Hic pius mos eccleſiæ ab Apoſtolis inoleuit, & per omnes ſanctos in ſcriptis & paginis hucuſque decurrit, orationes communicant, preces participant. Quotiens arduum quid occurrit, cũ de ſcripturis diſputant, aut pro fide Chriſti, vel regni, aut fratrũ commoditate decertant, orationes mutuas ferunt, & mutuant, offerunt, & exigunt, appetunt, & propinant, vt certa ſit expectatio ſpei noſtræ, quæ in eccleſiaſtica communione cõfigitur. Econtrario hic vir noſter hæreticus Witcleff vix quenquam iuuat orando, aut per ſe exorat. Lege ſcripturas eius, lege paginulas, nunquàm orat Deum vt labia eius aperiat, aut opera manuum ſuarum dirigat, quomodo intendit. Saltem cùm multa eius opera legerim, & indies lego, fallor, ſi eum pluries oraſſe percepi Deum, aut eius auxilium flagitaſſe. Quem ſemetipſum facit ponens carnem brachium ſuum? Inſtante Apoſtolo ex aduerſo, & iubente ſine intermiſſione orare, aut ſi tantùm in neceſsitate ſua paganica fidem ponit, vt ſuperfluum putet orare Deum, quod item pagani non faciunt.
4 Nam † Cyrus, & Darius reges Perſarum templum in Hieruſalem reædificare decernunt, vaſa templi aurea, & argentea, quæ Nabucho donoſor abſtulit de templo, reſtituunt: de arca regis tributa perſoluunt, vitulos, agnos & hœdos in holocauſtum Deo cæli, frumentum, ſal, vinum, & oleum ſacerdotibus adminiſtrant: vt ipſi offerant oblationes Deo cęli, orentque pro vita regis, & filiorum eius. Primo Eſdræ ſexto. Et Artaxerxes rex omne, quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuit diligenter, ne fortè, inquit, iraſcatur contra regnum regis, & filiorum eius, ibidem capitu. 7. Et impius Pharao vocans Moyſen & Aaron. Orate dominum, inquit, vt auferat ranas à me, & à populo meo: & dimittam populum, vt ſacrificet domino. Exodi. 7. Et item. Ego dimittam vos, vt ſacrificetis domino, orate pro me. capitu. octauo. Qualiter igitur poterit eſſe Chriſtianus, qui negat Apoſtolos ſacros patres

Pagani quo precum ſanctarum ſuffragia ambierunt.

Digitized by Google

tres eccleſię taliter communicaſſe in precibus, quas pagani principes non contemnunt. Et Apoſtolus Paulus hanc communionem precum per particulas extruens, Si qua, inquit, cō ſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſeratio nis, implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, charitatem eandem habentes. Philippen. 3. Su per quam partem AMBROSIVS hoc dicit, quia ſi eſt vera exhortatio ſpei in Chriſto apud nos, qua inuicem conſolamur: ſi ſolatium charitatis conſequens, ſi participatio ſpiritus ſancti, per quam iungimur in vno corpore no uo: ſi aliqua ſunt viſcera, id eſt, ſi in animo veſtro ſum, ſicut & vos eſtis in meo: ſi miſerationes, hoc eſt ſi affectus pietatis in amore eſt, implete gaudium meum. Hæc ille. AVTHOR. Hæc tria enumerat, quæ ſunt in hac fraternitatis charitate: ſolatium charitatis in precibus, participatio ſpiritus in mutuis ſubuentionibus, & mutua pietatis condolentia in coniunctiſsimis animis. Ideo in gloſſa PETRVS BLE. Si quod ſolatium charitatis eſt vobis, id eſt, ſi vultis vt charitas eccleſiarum, quæ orant, & bene agunt pro fratribus, ſit vobis ſolatium, & cōfortatio in aduerſitatibus veſtris. Hæc ille. AVTHOR. Et ex parte Ricardi Cantuarienſis archiepiſcopi omnibus patribus Ciſtertienſibus in capitulo congregatis PETRVS BLE. Si quia ergo conſolatio vobis eſt in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſeratio nis, implete gaudium meum. Gaudij nanque plenitudinem poſt Deum in orationibus veſtris pono, vt veſtrarum beneficio precum in hac miniſtratione commiſſa mihi, velit miſericordia domini meum ſupportare defectum. Nam Apoſtolus licèt vas electionis factus, & virtute indutus ex alto, ſanctorum tamē orationes ſibi ad doctrinam gentium neceſſarias iudicās: Obſecro, inquit, vos per dominum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus ſancti, vt adiuuetis me in orationibus veſtris apud dominū. Hęc ille.

¶ Ad obiectum Witcleff contra conceſsiones participij precum, & piorum operum, quia neſciūt vtrum ſint damnandi.

CAP. XCVI.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui negat conceßiones participij precum, & piorum operum aliquid prodeſſe, confutatur.*
2 *Orationes ſanctorum, quòd omnio ſint utiles in hac uita, contra Witcleff, oſtenditur.*
3 *Iudicandum quòd non ſit ante tempus quis prædeſtinatus, aut quis præſcitus.*
4 *Admonitio pulchra de præſcitis, & prædeſtinatis.*
5 *Verbum Dei, quòd ſit paßim ſeminandum.*
6 *Præſcitus quòd ſit nullus, dum uiuit.*

APponit autē cornua mortici niorū beſtia hæc, quæ erat, & nō eſt. De quibus dixit vir ſāctus in Pſal. Omnia cornua peccatorū confringā, & exaltabūtur cornua iuſti: dicēs in ca. 30. trialogi. 4. Quia fratres neſciūt ſi ex ſulta participatiōe ſui menti dānabūtur: & nemo debet certiorare fratrē ſuū de retributiōe quacunq;, niſi de qua eſt certus ipſam euenire: ſed quilibet frater eſt incertus vtrū ipſemet beatificabitur an dānabitur. Et ſi frater cui cōcedit talę participiū ſit beatificād⁹ in patria. Hæc Witcleff in tertia parte ſermonū. 42. AVTH. Quid
1 † ex hoc ſequitur, niſi q̄ ſacerdotes inducti ſuper infirmū fruſtra orāt ſuper eū: cùm nec poſſint eū certiorare ſecūdū promiſſum Iacobi, q̄ oratio talis ſaluabit infirmū, ſi fortè infirmus ſit præſcitus: aut preſbyteri ſic orantes, nec de certo alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, nō poſſunt eū certiorare, quòd remittentur ei. Quo contra, regula Iacobi eſt fideles poſtulare Deū certiſsima fide, nihil hæſitando, quā regulam fidei conſequens. lib. de vera innocentia propoſitione. 184. ait AVGVSTINVS. Non eſt deſperandū de malis, ſed pro ipſis vt boni fiāt ſtudioſiùs ſupplicandum: quia numerus ſanctorū de numero ſemper auctus eſt impiorum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qui neſcis ſi frater, cui tale concedo participium, ſit beatificandus in patria, dico tibi me ſcire fideliter non eſſe deſperandum de malis, & ideo pro ipſis ſtuſtioſiùs ſupplicandum: quia ſi peſſimus, aut per te præſcitus ſit, gratia Dei, &

ſuffra

Digitized by Google

ſuffragantibus meritis certus ſum eum poſſe ſaluari. Qualiter ſi quæras Iacobus ſatisfecit. Infirmatur ex vobis aliquis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, & oratio ſaluabit infirmum, & alleuiabit eũ dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Iacobi. 4. Hæc ecce fidei certitudo eſt: qua certitudine vſus Apoſtolus ad Philip. primo inquit. Scio quia hoc mihi proueniet in ſalutẽ per veſtrã orationem & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti ſecundùm expectationem & ſpem meam, quia in nullo confundar, ſed in omni fiducia, ſicut & ſemper & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo. Ecce certam orationem Pauli per orationem communem populi Philippẽſium. Nec interpoſuit dubium oppoſitũ iſti certo, ſi in tanta multitudine eſſent omnes, aut pro magna parte ex ſtulta meriti ſui participatione damnandi, ſed certus de re ſua, ſcio, inquit, ꝙ hoc mihi proueniet in ſalutem per veſtram orationem. Qua autem ſcientia hoc ſibi innotuit, ſubijcit ibidem. hoc confidẽs ſcio, quia manebo, & permanebo vobis omnibus ad profectum veſtrum, & gaudium fidei. Ne dicat aliquis Paulum hoc ex reuelatione ſciuiſſe, aut vſum eſſe reputatione Witcleff contra fidem. Confidens, inquit, ſcio. & cùm eſſent inter eos, pro quibus obſeruandis ait. Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autẽ flens dico, inimicos crucis Chriſti: pro quibus ibi trepidaſſe videtur de quorundam ſubuerſione finali: ſperans tamen de omnibus illis meliorem partem intrepidè ait: Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens. Sequitur. Confidens hoc ipſum, quia qui cœperit in vobis opus bonum, perficiet vſq; in diem Ieſu Chriſti. Ad Philip. 1. Nõ reputat ſimpliciter citra fidem, imò confidit, ꝙ qui cœperit in eis, ipſe perficiet. Quid hoc eſt niſi in bono perſeuerare finaliter? Vnde lib. de correptione & gratia poſt principiũ AVGVSTINVS illo loco, vbi dixit Apoſtolus: Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri ſemper in omni prece mea pro omnibus vobis cũ gaudio deprecationem meã faciens ſuper cõmunicatione veſtra in euangelio à prima die vſq; nunc: confidens hoc ipſum quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſq; in diẽ Ieſu Chriſti: quid aliud eis quàm perſeuerantiam in bono vſque in finẽ de Dei miſeratione promittit? Itemq; vbi dicit, ſalutat vos Epaphras, qui ex nobis eſt ſeruus Chriſti Ieſu ſemper certans pro vobis in orationibus vt ſtetis perfecti & pleni in voluntate Dei. Quid eſt vt ſtetis: niſi vt perſeueretis? Vnde dictum eſt de diabolo: In veritate non ſtetit quia fuit ibi, ſed non permanſit: nam vtiq; in fide iſti iam ſtabant. Hæc ille. AVTHOR. Vtroq; ecce orãte pro Philippenſi plebe, tam Apoſtolo ſcilicet, quàm diſcipulo eius Epaphra, eorum finalis perſeuerantia poſtulatur, non aliquorum, ſed omnium, pro omnibus vobis inquit. Et nunquid Apoſtolus certiorauit eos omnes de p̃deſtinatione? per hanc precem hoc ipſum certiſsimè cõfidebat. Et ideo dicit Auguſtinus de Dei miſeratiõe promittit. Et ſic ſcire dicit AVGVSTINVS epiſtola ad Valerium. 73. Audeo enim dicere ſcire me, & plena fide retinere, quid pertineat ad ſalutem veſtram, ſed hoc ipſum quomodo miniſtrem ad ſalutem eorũ, non quęrẽs quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiãt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Auguſtinus dicit ſe audere dicere, ſcire quid pertineat ad ſalutem: & hoc idem dicit Paulus ſcire ſe confidẽter de certo. Et vnde hoc certum accepit, ipſe exponit ſeipſum in textu dicens: Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis, eo ꝙ habeam vos in corde tam in vinculis meis, quàm in defenſione in cõfirmatione euangelij, quoniam omnes mihi participes gaudij eſtis. Vbi in expoſitiõe AMBROSI. Securus de bonitate, & iuſtitia Dei, & de horum fide non ambigens cõfidit, quòd Dei auxilijs adiuti, perſeueraturi ſint in fide vſque ad diem domini, in quo remunerãdi ſunt perſiſtentes in fide. Nec aliud debuit de his ſentire, quos ſemper reflexibiles in deuotione Dei expertus eſt, tam directum & infatigabilem curſum eorũ vidẽs, vt cogitaret hos dignos ſibi participes gaudij eſſe. Hęc ille. AVTHOR. Hæc igitur ad reuelationes in corde ſuo diſpoſuit ad certiorandum Philippenſes de perſeuerantia ſua finali, quam ad confidentiam Chriſti chriſtianam pro deuotione, quam vidit in eorum corde feruere, continuè in vinculis, in defenſione fidei, in confirmatione euangelij, & deuotis oblationibus ſemel & bis ſibi miſſis Theſſalonicam, & iam iterũ per Epaphroditum diſcipulum: vt patet infrà Coloſſ. 4. Si valeat argumentum Witcleff contra fratres, tendat illud in Apoſtolũ, quod ex innata conſuetudine mentiendi non curant contra ęternum Chriſti iudicium aſſerere ſe facere quod non poſſunt, & in poteſtate eorum eſſe præſeruare tam ſe quàm alios ne dãnentur. Quomodo hoc? quia firmiſsimam hominum deuotionem attendentes quantum cum Deo poſſent, orationum ſuarum gaudenter promittũt

eos esse participes. Paulus & eius discipuli lõgè vltra hoc certificè promiserunt miserante Deo fide debere esse stabiles & perseuaturos ad gloriam. Ipsi ergo per argumentum Witcleff multò magis contra Dei iudicium asseruerunt se facere quod non possent. Quòd si dimissis proteruijs elenchorũ attendisset Witcleff christianissimum zelum, & confidentias Apostolorum tunc deuotione ardentes cernens in plebibus iudicasset proximum vt seipsum. Qualiter item regula apostolica ad nos vsq; peruenit per medios sanctos patres. Ipse enim lib. ecclesiasticæ hierarchiæ. cap. 7. discipulus Pauli DIONYSIVS. Dico autem diui
2 na eloquia sequẽs, quòd † vtiles omnino sunt in hac vita sanctorum orationes, secundũ hũc modum. Si quis sacra desiderans dona, & ad participationem ipsorum habitũ sacrum habens vt propriæ cognitor paruitatis, veniens ad aliquem sanctorum virorum dignificet ipsum fieri susceptorem & conseruum: lucrabitur omnino ex hoc omnes superexcellentem vtilitatem. Consequetur enim quæ petijt diuinissima dona, suscipiẽte ipsum thearchica bonitate, & propria religiosa conscientia, & ea quæ in diuinis reuerentia, & petitarum sacrarum petitionum laudabili desiderio & coalterno & deiformi habitu. In quẽ locũ LINCOL. Si quis sacra desiderans dona vt illuminationes gratiarum à Deo & operationes mãdatorum per gratiarum illuminationes, & habens cum hoc desiderio sacrum habitum, id est, dispositionem sacram propriæ vitæ ad participationem ipsorum sacrorum donorum, id est, ad virtutes & opera virtutum, habens inquam talem habitum vt cognitor propriæ paruitatis, veniens ad aliquem virorũ sanctorum dignificet ipsum sanctum virum fieri susceptorem eius, & conseruum, seu oratorem, seu consupplicatorem, si quis inquã talis existens hoc facit, lucrabitur omnino vtilitatẽ ex hoc omnes alias excellentem vtilitates. Consequetur enim diuinissima dona quę petit, eo quòd recognoscẽs propriã paruitatẽ & insufficientiã petit se suffici ab alio vt alius pro ipso oret, & cũ ipso collaboret. Et hæc dico thearchica bonitate suscipiente ipsum per merita laborum & orationũ eius qui ipsum suscepit, & propria religiosa conscientia, qua videlicet sibi conscius est doloris pro malis præteritis, & boni propositi abstinendi in posterũ à talibus: & ea quæ in diuinis reuerentia seu verecundia. Sequitur. Et propriæ vitæ dispositione ad virtutes coaptantes, vt merito orationum pro se factarum participet donis diuinis. Hæc ille. AVTHOR. In hoc sacro tractatu docet nos nõ tantùm antiquam fidem, sed ritum & exemplarem deuotionem antiquorum sanctorũ accedentium & accipientiũ eos ad sacrum participium charitatis fraternę. Primò quia disponi debuit sic accedens ad dolorẽ intimũ de peccatis, & omni feruore desiderare vias domini, quas posset sua gratia peragrare. Et super hoc attenta humiliter insufficientia propria coram aliquo sancto viro rogando, & lachrymando se prosternere, quatenus dignetur eũ intra sua merita, prout Deus misericors annuerit, locum dare: & tunc non disputandum dicit de præscientia accedentis: vel si suscipiẽs eũ sit laruatus diabolus. Absint hæ suspiciones amarissimę de libris sanctorũ, & gestis: sed secundùm doctrinam Apostoli si quis dicat Christi se esse, siue sit Witcleff, siue alius, hoc iterum cogitet apud se, & sicut secundùm spem sanctam ipse Christi est, ita & alius. Non spernat animã eius, pro quo mortuus
3 est Christus. Nec † velit ante tempus iudicare aut iudicio trepidare quis prædestinatus, quis præscitus, dum eum quisquam honorat, quia bonũ Dei seruũ putat, aut orat, aut attollit, & talis ille non sit, qualem existimat, ex hoc tamen errore felici meremur apud Deũ, qui est bonitas, cuius causa seruum illum laudat, & orat: prout epistola ad Antonium inter epistolas. 87. & incipit. Cum à duobus tibi, notabiliter disputat AVGVSTINVS. Gratulor, inquit, tibi, & gratias ago domino Deo nostro de spe, & fide, & charitate tua: tibiq; apud eum, quòd de nobis tam bene existimas, vt fideles esse Dei seruos credas, idq; ipsum in nobis corde purissimo diligas: quanquã hinc etiam gratulandum beneuolẽtiæ tuæ potius, quàm gratiæ agẽdæ sunt. Tibi prodest ipsam diligere bonitatem, quã profectò diligit, qui eum diligit, quem credit bonum, siue ille se ita, siue aliter quàm creditur, habeat. Vnus tãtùm in hac re cauẽdus est error, ne quisquam non de homine, sed de ipso hominis bono aliter sentiat, quàm veritas postulat. Hęc ille. AVTHOR. Hoc pondus suum habet, quòd tantùm in hac re cauendus est hic error, vt cùm homo diligitur quia bonus esse putatur, ne aliter sentiatur de bono hominis, quàm veritas postularet: putà, quòd ex ipso homine sit eius bonum. Sed sic diligenti prodest, quanuis ille, qui diligitur, non sit bonus. Ideo consequẽter scribit AVGVSTINVS. Tu verò frater dilectissime, qui nullo modo erras credendo, vel sciendo magnum bonum esse libẽter Deo casteq; seruire, quemlibet hominum propter

ea

ea diligas, ꝙ huius boni participem credis, tecum eſt fructus tuus, ſi etiam ille ita non ſit: quapropter tibi de hac re gratulandum eſt: ille autem non, ſi propterea diligitur, ſed ſi talis eſt, qualem eſſe exiſtimat is, à quo propterea diligitur. Quales itaq; nos ſumus, quantúmque in Deum promouerimus, ipſe viderit, cuius non ſolùm de hominis bono, ſed de homine ipſo non poteſt errare iudiciũ. Tibi ad mercedem beatitudinis quod ad hanc rem attinet ſatis eſt, quòd nos tales credens, quales oportet eſſe ſeruos Dei, toto ſinu cordis amplecteris. Grátias verò vberes tibi agimus, quod nos cùm laudas tãquã tales ſimus, mirabiliter hortaris vt tales eſſe cupiamus, vbi ores etiam, ꝙ non ſolùm te commẽdes orationibus noſtris, ſed etiam pro nobis orare non omittas. AVTHOR. Habeat igitur in corde firmum qui ad hoc accedit, vt orationum particeps fiat eius, quem Dei famulum credit, & præmium ſuum accipiet, imò ad mercedem beatitudinis ſuæ cedet. Dicit Auguſtinus, quòd talem credens qualem eſſe oportebat Dei ſeruum, eum toto ſinu cordis amplectitur. Quid iam dicit Witcleff de præſcitia alterius partis? Auguſtinus non de hoc vult diſcutere, ſed qualis ipſe ſit, ipſe viderit inquit: cuius poteſt non errare iudicium. Sufficit ipſi, quod talem eſſe confidat, cuius orationibus ſe dignè commendat. Iſta etiam fiducia chriſtiana vtitur in epiſtola ad Valerium AVGVSTINVS. Ipſam charitatem, & affectum imploro, vt miſereris mei, & cõcedas mihi ad hoc quod rogaui tempus, quantum rogaui, atque adiuues me orationibus tuis, vt non ſit inane deſiderium meũ. Sequitur. Scio quòd illã charitatem pro me orãtem maximè in tali cauſa, non deſpiciet dominus: & eam ſicut ſacrificiũ ſuauitatis accipiẽs, fortaſsis breuiori tempore quàm poſtulauit, me ſaluberrimis conſilijs de ſcripturis ſuis reddet inſtructum. Hæc ille. AVTHOR. Vides ne quanta certitudine vtitur ſanctus iſte implorans & orãs rogare pro ſe Valerium? Scio, inquit, ꝙ charitatem illam pro me orãtem, nõ deſpiciet dominus. Qualiter hoc ſciuit, cùm nondum ſciuit an alter eorum eſſet præſcitus? Dices forſan: A fructibus eorum cognoſcetis eos: hoc audio, bene ſi ſint præſciti. Aliter† quis non cenſuiſſet Paulum præſcitum, dum perſequebatur eccleſiam, & Iudam prædeſtinatum, dũ relictis omnibus ſequebatur Chriſtum, & euãgelio inſiſtebat? Sed ſancti viri eccleſię ſine mirabilibus ſuper ſe ſimpliciter gradiuntur, dignos iudicantes Deo ſanctos ſuos quos viderint. Hic mos fideliũ antiquorum, hæc ipſorum pietas chriſtiana, adeò vt virorũ talium precibus ſperarent, & peterent ſe ſaluari. Vnde ad Anaſtaſiũ epiſtola inter alias. 68. AVGVSTINVS. Saluta fratres, qui tecum ſunt, & orate pro nobis, vt ſimus ſecundùm illam ſalutem, de qua dicitur. Non eſt opus ſanis medicus, ſed malè habentibus. Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Orate ergo pro nobis, vt iuſti ſimus. Quod quidem homo non poteſt niſi norit, & velit, & erit continuò qui plenè voluerit: ſed hoc ipſum in eo non erit, niſi gratia ſpiritus ſancti ſanetur & adiuuetur vt poſsit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſapiens Auguſtinus ſcripſit, vt fratres illi pro ipſo deũ orent, vt ſaluus ſit, vt iuſtus ſit. Et Anaſtaſio ſcriptis literis ꝙ pro ipſo orare nõ omiſit, gratias egit, quia ſaluari, & iuſtificari homo non poteſt, niſi vt hoc norit, & velit gratia ſpiritus ſanetur, & orationibus, vel pijs operibus adiuuetur vt poſsit. Ideo Philippenſibus deſiderãtibus apoſtolicis meritis copulari, ſimpliciter & ſine dubitatione conſenſit, dicens: Deus meus impleat omne deſiderium veſtrum ſecũ dũ diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu. cap. 4. In hoc dans formam eccleſiarum & cõgregationum prælatis, ne diſcutiant de perſonis deuotorum fidelium, ſua ſuffrigia poſtulantium, dum bona fide conueniant. Et ſi quis finaliter ſit non perſeueraturus in bono, nihilominus fideliter annuat dicens cum Apoſtolo: Deus meus impleat omne deſiderium veſtrum, & verbum eius non reuertetur ad ſe vacuum. Super quem textum in expoſitione huius epiſtolę REMIGIVS. Deus meꝰ impleat omne deſiderium veſtrum. Tale deſiderium habebant Philippenſes, vt ſocij, & cõparticipes mererentur fieri remunerationis beati Apoſtoli: & eſt ſenſus: Concedat, præſtetq; Deus meus, vt ſicut eſtis participes paſſionis meæ, & cõdoletis tribulationibus meis: ita ſitis participes præmiorum meorum, & cõgaudeatis lætitiæ meæ. Hæc ille. AVTHOR. Iam arguit Witcleff, quòd homines ſine ratione deſideramt particípium meritorum à fratribus, quia hoc proprium eſt Deo concedere, aut quia fratres hoc non concedunt, niſi quia orant Deum vt ita fiat. Iſti Philippenſes hoc deſiderabãt à Paulo participes. ſ. fieri prẽmiorum ſuorum, nec negauit Paulus, ſed annuit, & orauit Deum, vt ſic fieret. Deus meus, inquiens, impleat omne deſiderium veſtrum. Nec eſt nouum tales participationes deſiderare, nec item eas ſine cunctatione pia charita te concedere. Quis† enim de verbis precum ſuarum poteſt eſſe ſecurior, aut velit eſſe cautior

4 *eſci= præ= utis add- o.*

5 *Seminandũ eſt uerbum Dei paßim*

tior illo, qui exijt ſeminare ſemen ſuum, vbi aliud cecidit ſuper petras, id eſt, homines induratos, & natum aruit, quia non habebat humorem: aliud inter ſpinas, quales ſunt, qui inter delicias, & ſollicitudines ſuffocãtur. Aliud autem cecidiſſe dicitur in terrã bonam, vt fructum afferat in patientia. Siue ergo præſciti fuerint auditores, ſiue prædeſtinati, quis dicturus verbum Dei diſputat vt Witcleuiſta, & non vt omnes ſalui fiant efficit quantum poteſt, ita vt pro omnibus certatim debeamus orare, & benefacere, & eo propẽſiùs, quo quis ſit præſcitus, aut cui poſsit prodeſſe minus ſcimus? Vnde lib. 2. de cura pro mortuis agenda AVGVSTINVS. Quanuis eleemoſynæ, & orationes non omnibus proſunt pro quibus fiunt, quia tamen non diſcernimus qui ſint, nullus prætermittatur, ſed oportet ea pro omnibus facere regeneratis: & ideo cunctis debeo benefacere, vt nullus prætermittatur, cui poteſt prodeſſe. Hæc ille. AVTHOR. Sic reſponſum eſt Witcleff ad hanc ſuam argutiã, quam fingit communiter contra abſolutiones pœnitentium, indulgentias prælatorum, orationes deuotorum, electiones eccleſiaſticorum, obedientias profeſſorum, eleemoſynas pauperum: ſemper vna argutia eſt, tunica nõ mutata: quiã ſi ſit præſcitus, inquit, aut diabolus, ſicut Scarioth, tũc orationes tales, eleemoſynæ, abſolutiones, indulgentiæ, plus obſunt, quàm proſunt, ergo ſuadet omittendas. Beatus autem Auguſtinus ſecundùm formã Pauli, & eccleſiæ, qui confidenter orauit pro omnibus, vult ideo cũctis benefacere, pro ſingulis orare, & omnibus indulgere, quia poſſet incertus eſſe, & dubitare quis vtilis, quis præſcitus: & idem ne huiuſmodi prætermittatur, ſuadet omnibus preces & indulgentias largiẽdas. Si ſit prędeſtinatus proderit ad coronam, ſi ſit præſcitus diminuet ipſi ad pœnã, aut certò poteſt inde cõſequi veniam, & gloriã promereri. 6 Non eſt enim præſcitus aliquis dum hîc viuit, neceſsitatus ad finalem obdurationem, ſed expiari poteſt à delicto illo finali ſi velit per pœnitentiam & gratiam redemptoris. Quod item nouit ipſe qui eum præſcit, & ideo damnationi maiori eum damnat, ꝙ expiari & ſaluari ipſe nolit cùm poſsit: ſicut ſuprà dictum eſt lib. 1. Sic item Creſconium rectè redarguit Auguſtinus, ꝙ imputaret catholicis dicere Donatiſtas inexpiabile crimen habere, quia ſchiſma, vel hæreſim. lib. 2. contra Creſconium cap. 11. AVGVSTINVS. Nos ita veſtrum dicimus hęreticum, & ſacrilegum errorem, vt tamen inexpiabilem nõ dicamus, alioquin fruſtra vobiſcum vt eo relicto correcti ad eccleſiam catholicam tranſeatis, quibus modis poſſumus eſſe agendum, cenſuimus. Nec noſtro, ſicut ſcribis, verbo te vti arbitreris, quaſi hoc malum ſine venia & ſine medico eſſe dicamus: quod omnino non dicimus, quia & veniam merẽtur, quos huius mali pœnituit: & omnipotẽs eſt medicus, qui per Prophetam dicit: Si conuerſus fueris, & ingemueris, tunc ſaluus eris. Hæc ille. AVTHOR. In hac ergo ſententia volebat eccleſia: voluit Auguſtinus nihil eſſe inexpiabile in hæreſi Donatiſtarum, quin eo malo relicto, poſſent ad eccleſiam redire ſecuri. Nec enim hoc malum ſine venia merentur, quos huius mali pœnituit: & medicus ipſe eſt omnipotẽs, qui dicit: Si conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris.

Præſcitus dum uiuit nullus.

¶ Ad tres obiectiones Witcleff contra conceſsionem participii ſpiritualium operum pro præſcitis, pro conditione Dei implicitæ voluntatis: & quia concedunt poſt obitum.

CAP. XCVII.

SVMMA.

1 *Præſcitum non poſſe ſaluari, quomodo probent hæretici.*
2 *Auguſtini improbatio contra eos, qui dicunt, præſcitum non poſſe ſaluari.*
3 *Prudens homo quis dicatur. Et quòd prudentia ſit futurorum prouidentia.*
4 *Voluntas Dei in lege.*
5 *Gratia omnibus facta.*
6 *Participatio meritorum poſt obitum contra Lutherum.*



Bijcit iterũ pro præſcitis tertia parte ſermonum ſermõe. 42. Quare, inquit, non ſpoliant omnes præſcitos de manu diaboli, & inducunt oẽs viantes in gaudium cæli? cũ enim habent ad id potentiam, vt fingunt, videtur quòd ex otio talis potentiæ ſunt damnandi. Hęc ille. AVTHOR. Interrogamus te hæretice, vtrum Deus hoc poteſt? quod ſi fatearis poſſe: cur ipſe non ſpoliat omnes præſcitos de manu diaboli, & inducit omnes viantes in gaudia cæli? & nunquid ex otio ſuę potentiæ

Digitized by Google

tentiæ eſt damnandus? Scio, dices, q̃ non poteſt. Et quis frater tibi dixit q̃ ipſi poſſent? ſed reuera tu dixiſti. Eccleſiaſtica vera fides ſic cõcedit, Deum omnes viantes etiam præſcitos poſſe ſaluare, ſicut ipſi omnes poſſunt ſaluari ſi velint: ſed hoc gratia ſaluatoris. Tu † dicis, q̃ nec ſaluari poſsis, nec ipſe ſaluare poteſt propter neceſsitatem præſcientiæ abſolutam, hoc & Manichæus propter naturam malam, quã & tu concedis, quia ab initio peccatricem præſcitam. Et habet vterq; pro ſe quod Saluator ait: Non poteſt arbor mala fructus bonos facere. Et quod Apoſtolus ait: Sapientia carnis inimica eſt Deo. Non legi enim Dei eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Ad Roman. 8. Ex quibus conficiunt Manichęus & Witcleff pſcitum quemlibet, per cuiuſcunq; merita aliena, vel propria, non poſſe ſaluari, nec finaliter facere fructus bonos. Sed in actis contra Fortunatum ſoluit iſta ibi. cap. 17. AVGVSTINVS. Sic † enim dictum eſt: Prudentiam carnis non poſſe legi Dei eſſe ſubiectam, quẽadmodum ſi diceretur glacialem niuem calidam eſſe non poſſe. Nullo enim pacto quãdiu nix eſt, calida eſſe poteſt: ſed quemadmodum nix calore reſoluitur, & deſinit nix eſſe vt poſsit calefcere: ſic illa carnis prudentia, ideſt, cõſuetudo facta cum carne cùm fuerit mens noſtra illuminata, & ad arbitrium diuinæ legis totũ hominem ſibi Deus ſubiecerit, pro illa cõſuetudine animæ mala, fecit conſuetudinem bonam. Ex quo illæ duæ arbores, arbor bona, & mala arbor, quas enumeraſti, veriſsimè dictũ eſt à domino, quòd ſuos fructus habeãt, id eſt, neque bonam poſſe dare, quandiu bona ſit, malos fructus, neque malam bonos, quandiu mala ſit. Accipiamus duos homines, bonum hominem, & malum hominem: quandiu bonus eſt, malos fructus dare non poteſt: q̃diu malus eſt, fructus dare bonos non poteſt. Sed vt intelligas duas arbores ſic eſſe à domino poſitas, vt ibi ſignaret liberum arbitrium, nõ naturas eſſe iſtas duas arbores, ſed volũtates noſtras, ipſe ait in Euangelio. Aut facite arborẽ bonam, aut facite arborẽ malam: quis eſt qui poſsit facere naturam? Hæc ille AVTHOR. Inſtat Auguſtinus continuè pro libero arbitrio hominis ſecundùm quòd voluntates noſtræ quantumcunque ſint arbores malæ, poſſunt tamen facere fructus bonos: & ſic ſaluari per conſequens. Non autem quãdiu ſunt malæ. Et carnis prudentia, quam dicit conſuetudinem malam, poteſt tamen facere conſuetudinem bonam, & ſic legi Dei eſſe ſubiectam: non tamen quandiu eſt mala, ſed cùm ſit bona. Alibi tamen exponit eam non de natura aliqua, quę legi Dei poſsit eſſe ſubiecta, ſed de vitio: ſermone. 5. de verbis Apoſtoli AVGVSTINVS. Prudentia iſta vitium eſt. Vis noſſe quid eſt ſapere ſecũdùm carnem? Mors eſt, ſed ille ipſe homo vnus, eadem natura ab eodem domino Deo vero & bono condita, heri ſapiebat ſecundùm carnem, hodie ſecundùm ſpiritum. Excluſum eſt vitium, ſanata eſt natura. Nam quandiu eſt prudentia illa carnis, legi Dei eſſe ſubiecta non poſſet, quandiu enim ineſt per vitium claudicatio, nullo modo poteſt eſſe recta ambulatio. Sequitur. Nonne ſic dictum? Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Si dictum eſt in hac vita cùm ſunt homines Deo placere non poſſunt, ergo non placuerunt ſancti patriarchæ. Hæc ille. AVTHOR. Quicquid ergo dixeris præter ipſum vitium legi Dei poteſt eſſe ſubiectum, & poteſt Deo placere. Dic hominem in hac vita quemcunque, dic liberum arbitrium, dic voluntatem, dic carnem ipſam ſecũdùm ſubſtantiam ſuam, poteſt Deo placere, & mereri pro ſe & alijs etiam regnum cælorum: ſiue p̃deſtinatis, ſiue præſcitis, conuerſis ad gratiam, ſi ſic Deo placuerit. In hoc autem verbo ſtomachatus eſt Witcleff tertia parte ſermone prædicto, & item in trialo. Nec valet ſophiſticatio, quæ à dyſcolis fingi poſſet, quòd non concedunt abſolute tale participium, ſed conditionaliter ſi Deo placuerit. Sequiturq;. Ad iſtum ſenſum poſſet frater concedere cuilibet beatitudinem, & quodcũq; ſignabile, vt quẽlibet eſſe Deum. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hoc Witcleff concedit, quãuis fratres ſibi repugnent. Non tantùm ſecundùm placitum Dei, ſed de plano quidlibet eſſe Deum: vt ſuprà patuit lib. 1. Et hac conditione impoſsibili vertitur ad diuinam improbandam potentiam, & miſericordiam dicens Deum non poſſe ſaluare præſcitum: poteſt tamẽ ſi vult, quia verò fratres ipſi vtũtur poſsibili ad diuinę potentiæ & miſericordiæ largitatẽ & ſubiectionem noſtræ infirmitatis ad primariam maieſtatem quæ culpa? mirum quid Chriſtiano, quid Apoſtolico facto ſimilius? Nonne Apoſtolus dixit: Probantes quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacita. 1. Corinth. 11. Et facientes voluntatem Dei, reportetis repromiſsionem. Heb. 10. Et Petrus Apoſtolus. Melius eſt benefacientes ſi velit Dei voluntas pati, quàm malefacientes? 1. Petri. 3. Vnde lib. de bono perſeuerãtiæ in principio AVGVSTINVS. Petrus Apoſtolus donum Dei hoc eſſe

1 itũnõ ſaluabant ici.

2 bat ſtin⁹.

demonſtrans. Melius eſt, inquit, benefaciẽtes ſi velit voluntas Dei pati, q̃ malefaciẽtes. Cùm dicit, ſi velit volũtas Dei, hoc oſtẽdit diuinitùs donari, nec omnib⁹ ſanctis, vt pro Chriſto patiantur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo prẽcipuus ſermo Chriſti martyrũ eſt, quẽ Witcleff exprobrat religioſis viris, vt dicant ſi velit Deus. Et Ioannes Apoſtolus. Hæc eſt fiducia, quam habemus ad Deum, ꝙ quæcunq; petierimus ſecundũ voluntatẽ eius, audit nos. 1. Ioan. 5. Dic ſancto Ioãni quis ſic audit nos, & ſi petierimus quẽlibet beatificandũ, aut quẽlibet eſſe Deũ ſecundũ voluntatẽ eius. Sed ibi in expoſitione AVGVST. Bene inquit Ioannes cùm dixiſſet quæcũq; petierimus exaudiri nos, interpoſuit ſecundùm volũtatẽ eius. Ergo ſuper his tantũ plenã nos & indubitabilẽ iuſsit ex auditionis habere fiduciam, quia non noſtris commodis, nec ſolatijs temporalibus, ſed domini congruant voluntati. Quòd etiam in oratione dominica inſerere præcipimur. Fiat voluntas tua. ſ. non noſtra. Si enim & illud apoſtoli recordemur, qm̃ quid oremus ſecundùm ꝙ oportet neſcimus: & intelligimus nonnunquã nos ſalutis noſtræ cõtraria poſtulare, & cõmodius nobis ab eo, qui vtilitatẽ noſtrã rectiùs q̃ nos intuetur, ea quæ poſcimus denegari, quod ipſi quoq; magiſtro gentiũ accidiſſe nõ dubium eſt. Hęc ille. AVTHOR. O Dei miſericordia, quæ ſic patitur aberrare volentem, ꝙ nec ipſum euangelium ſine calumnia & obiurgatione ſeruari permittat, quia dicũt religioſi. Si Dei voluntas fuerit, aut quantum cum Deo poſſumus tecum in orationibus, & cæteris meritorum cõmunicamus operibus. Ideo crimen ordinum cõmiſerunt cõtra Witcleff, cũ ſanctus Ioannes iuſſerit nos hanc habere indubitandã, & plenã impetrandi fiduciã, quãdo ſecundũ volũtatẽ eius petimus exaudiri. Beati aũt Pauli doctrina vult eã conditionẽ regulariter noſtris aſſertionibus interponi. Vnde & ipſe ad Rom. 1. ſi quomodo aliquando iter proſperum habeã in voluntate Dei veniẽdi ad vos. Et ad Roma. 15. Vt veniã ad vos in gaudio per voluntatem Dei. Qui verò acquieſcens argutiæ Witcleff hanc conditionem ab oratione ſecludit, ſuperbũ eum, & vanum de tanto propoſito beatus Iacobus approbat. Ecce nũc, inquit, qui dicitis hodie aut craſtino ibimus in ciuitatẽ illam, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in craſtinũ. Sequitur, id eſt, pro eo vt dicatis, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus faciemus hoc, vel illud. Nũc autem exultatis in ſuperbijs veſtris: omnis exultatio talis maligna eſt. Iacobi. 4. Quòd concorditer ad prædictos apoſtolos iſte beatus apoſtolus conditionem illam, ſi Deus voluerit, omittentes in pactis & promiſſis ſuis obiurgat, & appellat ſuperbos, & malignos. Quis ergo eſt, qui malignationem iſtã docet, & ſuſtinet, & ſolo ſophiſmate obſeruãtiam apoſtolicam in ſcripturis doctam euacuat? Sic inquiens poſſet concedere cuilibet eſſe Deum, ſi Deus hoc voluerit. Non ita ſubuertas conditionem apoſtoli, ſed vt ſatagant facta futura promittere prout diuinæ cõgruãt voluntati, ſecũdùm quòd apoſtolus ad Epheſios. 5. ait, Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Vbi in expoſitione. AMBROSIVS. Prudens † homo dicitur quaſi procul videns, qui à longè conſiderat quem finem ſua opera habitura ſint: quid debeat appetere, & quid vitare, & qui conſiderat etiam quæ placeant, aut quæ diſpliceant Deo. Contra ille, qui inconſideratè, & improuidè agit, & qui non conſiderat ad quem finẽ opera ſua deducat, & quid placeat voluntati Dei, appellatur imprudens & ſtultus. Hæc ille. AVTHOR. Hanc ſi quis volũtatem Dei velit cognoſcere, commnnem fidem audiat, ſcripturas interroget, prout ibi in annotationum libro HIERONYMVS. Quæ † ſit voluntas domini, ſcrutamini, inquit, legẽ, in qua eius voluntas agnoſcitur. Hæc ille. AVTHOR. Hoc agi poteſt, ne quis concedat ſuo proximo eſſe Deum, & cætera impoſsibilia, quæ ſcripturis repugnant, & rerum ordini naturali: ſi quidem ſupra actus proprios contingentes pergat noſtra conceſsio, tunc diuinæ voluntati, & gratię eius tota rectè cõmittitur. Qualiter Paulus, & Barnabas de Antiochia erant traditi gratia Dei in opus, quod compleuerunt. Actuum. 14. Et Iudęis, & aduenis ſuadebant, vt permanerẽt in gratia Dei. Actu. 13. Et ſi concedant, inquit Witcleff alteri, quòd poſt mortem participabit ſuis meritis, tunc manifeſtè implicant ipſum poſt mortem fore dignum talis participij, & ipſos in via beatitudinem promereri: quia ſi vtraque pars ſit præſcita, & membrum diaboli, tunc talis conceſsio excedit potẽtiam horum fratrum. Hęc Witcleff prædicto capite trialogi. 30. AVTHOR. Errat, & eo magis, quo nudis garrulis ſine ſcriptura, vel eccleſiaſtico proceſsu communicat. Qua & ſi fideles promittant ſecundùm mandatum apoſtoli communicare alteri Chriſti in paſsionibus aut alterius onera portare orando, vel dimittendo reatum, nõ inde implicant eum ſtatim dignum remiſsione

3 *Prudentia futurorum prouidèt*

4 *Voluntas Dei in lege*

Digitized by Google

ne huiuſmodi, vel ſupportatione fraterna: ſed ſi dignus non ſit, magis orant, & dant operã, vt fiat dignus. Et iterum. Si vtraque pars ſit membrum diaboli: non excedit ſimpliciter eius potẽtiam facere ſe membrum Dei gratia redemptoris: ſicut ecõtrariò non excedit eius potentiam tollere membrum Chriſti. Si cogitetis quæ facti eſtis, omnia veſtra oſſa dicent, dominus quis ſimilis tui? Vnde tertia parte ſermonum dominica in albis. Ad omnes quidẽ pertinet, AVGVSTINVS. Non † digne cogi tari poteſt iſta dignatio. Nam omnis ſermo, ſenſusq; deficit, inueniſſe nobis gratuitã gratiam non præcedentibus meritis. Et ideo gratia, quia gratis data eſt. Quam gratiam? vt ſitis membra filij Dei: vt ſitis fratres vnici, ſicut ille vnicus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce in baptiſmo facti ſunt Chriſtiani membra filij Dei, & fratres vniti: quid ipſi timebunt Witcleuiſta membrationẽ diaboli: ſi velint tenere aut per peccatum amiſſum per bona opera & ſuffragia meritorum recipere corpus Chriſti? Si autem eius deductio hæc non ſit perditi hæretici, & contra morem apoſtolorum Chriſti: cur beatus Petrus fideles monuit ſatagere, vt per bona opera certam ſuam vocationem & electionem facerẽt, promittens eis quod ſic abũdanter miniſtrabitur eis introitus in regnum cælorum, non addens quòd ſi eſſent præſciti, & membra diaboli, hoc facere excederet vtrorumque potentiam, & quomodo per bona opera certiorem electionem ſuam facerent q̃ neceſſarium abſolutè. Quòd ſi non poſſent præſcientiam ſuam infirmare, quomodo poſſent prædeſtinationem ſuam ipſi certam efficere? Et † quantum ad participium meriti poſt obitum ipſe ait. Incipiam vos ſemper cõmonere de his. Et infrà. Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis. ſecunda Petri. 1 Si ergo beatus Petrus promiſit ſe daturũ operam habere eos participes meritorum ſuorũ, & apoſtolicæ doctrinę poſt obitum propriũ, quomodo non manifeſtè implicabat eos in via dignos tali participio, & ſeipſum extra viam, beatitudinem promereri? Ipſum dico caput corpore gregis eccleſiæ. Sic authoritate eius in ſermone cum de expulſione eius ageretur, viſus eſt viciſſe CHRYSOSTOMVS. Vnum corpus ſumus, neque caput à corpore neque corpus à capite ſeparabitur. Etiam ſi ſolo diuidimur, ſed charitate coniungimur, & ego à vobis nec morte diuellar: nam etſi corpus meum moriatur, anima mea viuit, & memoriam veſtri tenebit. Hæc ille. AVTHOR.

Gratia oĩbus facta.

Participatio meritorum poſt obitum.

Cõtra Luther.

Quàm confidenter conceſſit eos, & promiſit eis ſanctus pater memoriam ſui poſt obitum: nulla de indignitate eorum dubietas: & ſi corpus meum moriatur, anima mea viuit, inquit, & memoriam veſtri tenebit. Et inſuper nota, quòd ſe dicit caput illius eccleſiæ. Quare ergo non primus apoſtolus Petrus dicendus eſt caput eccleſiæ ſibi quoque commiſſæ? Et ſi primus, & primas apoſtolorũ dedit operam habere eos memores ſui poſt obitum pro opere & doctrina ad meriti incrementum & glorię, cui etiam Deus ſignificauit gloriam tantam poſt obitum: quantò magis nos peccatores, & increduli operam magnam dabimus interceſſores & promerentes habere poſt obitum, qui vijs, & modis Deo placitis, nobis obtineãt veniam? Sed abſcedat hæc hæreſis, & dicamus catholicè nos daturos operam in hac vita habere frequenter fratres noſtros poſt obitum in commonitione precum doctrina ceſſante: vt veſtrorum eccleſiaſticã memoriam faciãt, nullatenus dubium implicantes de membratione diaboli: quoniam fideliter nobis ſperantibus, & eis orantibus, beatitudinem mereamur: prout libro de exceſſu fratris Satyri poſt principium. AMBROSIVS. Publicum officium in ſecundis rebus iocũdius eſt, in aduerſis gratius. Neque verò mihi mediocre meritum tãti videtur officij. Neq; enim otioſè vel in actibus apoſtolorum Tabitham mortuam flentes viduæ deſcribuntur, vel in euangelio mota lachrymis viduæ proſequens turba funus adoleſcentis inducitur, cuire ſurrectio debebatur. Et infrà. Nõ ergo dubium eſt veſtris lachrymis apoſtolorum patrocinium comparari. Non, inquam, dubium eſt Chriſtum miſericordia motum, cùm vos flentes videret, etſi nunc non tetigit loculum, ſuſcepit tamen cõmendatum ſpiritum. Hæc ille. AVTHOR. Audiat Chriſtianus fidentem Ambroſium. Non eſt dubium, inquit, Chriſtum miſericordia motum, cùm vos flentes videret, & ſi nunc nõ tetigit loculum ad reſurrectionem carnis agendam, ſuſcepit tamen commendatum ſpiritum. Non iam Ambroſius implicat, ſed confidenter explicat fratrem ſuum Satyrum, pro quo fleuit poſt mortem talis participij fore dignum. Quis iam Chriſtianus non daret validam operam frequenter ſic habere commonentes poſt obitum? Sed ergo meruit, inquis, ſi dedit operam mereri aliquãto concedimus, ſed ſine meritis, aut immeritò nonne concederet Deus? Vnde ſuper illum verſum Pſalm. 62. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas, labia mea laudabũt te. AVGVSTI

NVS. Ergo omnes & quos liberat & quos damnat, omnes viæ domini miſericordia & veritas: quia vbi non miſeretur, vindictæ veritas exhibetur. Multos quippe immeritos liberat. immeritum autem neminem damnat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce multos immeritos liberat Deus, multos indignos, ne dicas omnes dignos Dei liberalitate, omnes bene meritos. Paucos aut nullos ideo bene meritos dico: quia non ſint condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam. Sed eſto, quòd dent operam habere commemorationem poſt obitum, meretur fateor quiſquis hoc agit, ſed vt aliorum precibus inducatur quo meruit? prout epiſtola de obitu Theodoſij poſt medium. AMBROSIVS. Cõfiteor corde, quia ereptus eſt vir, quem vix poſſumus inuenire: ſed tamen tu ſolus dominus inuocandus es, tu rogandus, vt eum in filijs repreſentes. Tu domine cuſtodiens etiam paruulos in hac humilitate, ſaluos facito ſperantes in te: da requiem perfecto ſeruo tuo Theodoſio, requiem illã, quam præparaſti ſeruis tuis. Illò conuertatur anima eius, vnde deſcendit: vbi mortis aculeũ ſentire non poſsit: vbi agnoſcat mortem hãc non naturæ finem eſſe, ſed culpæ: quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt, vt iam peccato locus eſſe non poſsit. Reſurget autem, vt perfectior renouato munere vita repararetur. Dilexi, & ideò proſequor eum vſq; ad regionem viuorum, nec deſeram donec fletu & precibus inducam quò ſua merita vocant in mõtem ſanctũ domini: vbi perennis vita, vbi corruptela nulla, nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla conſortia mortuorum, vera regio viuentium. Hæc ille. AVTHOR. Hic attendat Witcleff quid promittat Ambroſius Theodoſio ſuo poſt obitum, non participij ſui tãtummodo fore dignum, nec ſolùm orat Deum dare ipſi quietem perfectam, ſed proſequi eum promittit vſque in regionem viuorum: nec vult eum deſerere, donec fletu & precibus eum inducat, quò merita ſua vocabant, ſcilicet in montem ſanctum domini, vbi vita perennis ſine conſortio mortuorum. Illuc eũ merita ſua vocabant, ſed cum precibus amicorum poſt obitum. Qualiter euangelicã ſcripturam ſuperius inſerebat, quòd turba mota fletibus viduæ impetrauit à Chriſto adoleſcẽti vitam poſt obitum. Et officio Petri viduæ flentes & eleemoſynas memorãtes Tabitham fecerant rediuiuam. Ecce quàm potentes ſunt viuorum preces, quibus participantur poſt obitum: idcirco efficaciam harum monitionum pro fidelibus defunctis perpendens, nõ ceſſat vigili corde eas ſemper excitare pro fratre ſuo Satyro in prædicto libro deuotus pater AMBROSIVS. Ceſſare, inquit, qui poteram, cùm ad omnem ſonum nominis tui lachrymæ ſubrepant, vel cùm vſus recordationem excitat, vel cùm affectus imaginem repræſentet, vel cùm recordatio dolorem renouat. Quando enim dees, qui tantis officijs repræſentaris? Ades, inquam, & ſemper oſtenderis, & toto te animo ac mente complector, aſpicio, alloquor, oſculor, compræhendo, vel in ipſa quiete nocturna, vel luce clara cum reuiſere & ſolari dignaris merentem. Et infrà. Nam certè nullis à me ſeparare momentis: ita enim vbique præſto eras, vt quam in iſtius vitæ vſu habere tui copiam nequibamus, nunc nobis ſemper & vbique præſto ſit. Nam tunc vtique omnia præſto eſſe non poterant. Neque enim complexiones noſtræ conſpectus, quia & in oſculorum corporalium ſuauitates locis participationes omnibus temporibus ſuppetebant. Hæc ille.

¶ Ad regulas hæreticas Witcleff, quòd Deus priùs concedit participationes meritorum temporaliter, quàm homines: & quòd homo nulli poteſt concedere, niſi ſeipſum dignificet apud Deum.

CAP. XCVIII.

SVMMA.

1 *Deus, quòd nõ priùs concedat participationes meritorum temporaliter, quàm homines, multis authoritatibus, & exemplis, oſtenditur, contra Witcleff.*

2 *Deus quòd ſit inexpertus malorum.*

3 *Homo, quòd poſsit alicui concedere participationes meritorum, etiam ſi ſeipſum non dignificet apud Deum, aduerſus Witcleff.*

DEus, inquit, priùs naturaliter donat, atque concedit tempora lia merita eis, quib⁹ ſibi placuerit impertiri, quàm fratres hæc faciunt, imò ſemper, vel regulariter Deus priùs temporali-

Digitized by Google

poraliter hoc concedit, vt dicit ſermone quadrageſimoſecundo tertię partis. Vnde cõcludit ſuprà, quòd propter tales literas non plùs vel minus acceptat quicquam alicui ad meritum, ſed regulariter vt fuerit dignus. Hęc Wit eleff vbi ſuprà. & in trialogo. Quicquid ergo fratres concedunt homini, Deus priùs illud concedit. Cùm ergo conceſsio diuina non dependet à fratribus, nec ab eorum chartulis, vel ſigillis: videtur eſſe vltra præſumptionem diaboli concedere participium meriti hypocriticè ſic viantis. Hæc ille. & ibi. AVTHOR. Et hoc idem argumentum eius contra omnes conceſsiones, indulgentias, & literas prælatorum, & abſolutiones, & gratias ſacerdotum ſæpeiam recitaui, & ſoluebam ſuperiùs, & ſemper eadem eſca putrida de die in diem profertur ad menſam. Si autem verum ſit, quod aſſumit pro principio, quòd Deus priꝰ concedit temporaliter quàm fratres, & ex hoc bene concluditur, quòd cùm diuina conceſsio non dependet ab illis, nec minus, nec plùs pro ſuis literis, ergo vltra præſumptio-
1 nem diaboli talia conceduntur. Voluamus† conceſsiones, & geſta ſanctorum patrum ſi quod ex eis ſtabit intactum. Ferunt ſcripturæ veteres, ſecũdo Paralipomenon vigeſimo primo, patriarcham noſtrum Eliam miſiſſe literas ſcriptas Ioram regi Iuda, promittentes ei conſumptionem vitalium, & egeſtionem viſcerum cum plaga filiorum, vxorum, & vniuerſæ ſubſtantiæ: & hæc Deus ante literas facienda propoſuit. Nunquid vltra preſumptionem diaboli fuit literas illas concedere, maximè in damnum proximi ſui finale: quia ex illis literis non pendebat nec plùs nec minus pro illis Deus regi? Si fauentia ſaluti proximi noſtri ſit præſumptio concedere tali forma, vel ſcribere. Et quòd rex Aſſuerus conceſsit literis ſcriptis ſalutem Iudæorum, & eos perſequentium vltionem decimatertia die menſis Adar per centum viginti ſeptem prouincias ab India vſque ad Æthiopiam, nunquid fuit præſumptio diabolica, cùm quicquid ipſe conceſsit, ante illum, & propter tales literas Deus nec plùs acceptat, nec minus? Et quòd rex Darius ſcripſit vniuerſis populis & linguis paueſcere & timere Deum Danielis, volens eos efficere participes meriti fidei ſuæ, qua credidit eum dominum viuentem, & æternum in ſecula. Danielis ſexto. Nunquid fuit iſta præſumptio diabolica, cùm Deus hoc priùs ipſo voluit, & decreuit, & hoc temporaliter: tu dicis ne ad prędeſtinationem curratur, quæ conceſsio eſt æterna, nec illa diuina conceſsio dependebat à Dario. Tempus durationis mundi vix ſufficit ad exempla: ſed ne ſine euangelicis trãſeamus: apoſtoli Chriſti conceſſerunt concorditer Antiochenſi plebi per literas ſcriptas, & nuntios nihil aliud eis imponere oneris, niſi vt abſtinerẽt ſe ab immolatis ſimulacrorum, ſanguine ſuffocato, & fornicatione: & qua præſumptione, cùm ſpiritus ſanctus hoc conceſſerat ante eos, dicẽte eorum ſcripto, viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis? Et beatus Paulus conceſsit ſcriptis literis Corinthios fornicanti donari gratiæ, ſi quid ipſi Corinthij donaſſent in Chriſto. Qua præſumptione, ſi Chriſtus ante eos ita donauit, quia nec ab eorum donatione Pauli donatio, nec à donatione Pauli, Chriſti donatio, vllatenus dependebat? Sic Chriſtus homo ſciens conceſsionem patris, adhuc officio mediatoris orationem ſuam, vt hoc, quod pater voluit, eueniret, conceſsit & meritum, dicens, Non mea voluntas, ſed tua fiat. Ibi. DIONYSIVS.
2 Deus † enim eſt inexpertus malorum: vult autem nobis bona largiri ſupra id quod petimus, vel intelligimus. Ergo perfectam voluntatem patris, quam nouerat, petit ſortiri effectum, quæ eadem eſt & ſua ſecundùm diuinitatem. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo Chriſtus orationem concedit, qui voluntatem patris præſenſit, & nouit, non tunc eſt præſumptio interuenire chartis, vel vocibus pro re à Deo conceſſa. Aliter fruſtra eſſet Chriſtus mediator, & orator factus Dei & hominum, qui pro nullis orat, niſi quibus Deus antè conceſsit, quia & nec illis conceſsiſſet, niſi Chriſtus in ſe, & membris pro eiſdem ſuas preces & merita conceſſurus fuiſſet. Inde eſt, quòd puella mortua ſuſcitatur in domo, interuentu parentum. Iuuenis extra portam delatus, interuentione matris viduæ, & proſecutione multorum: Lazarus cõqueſtu ſororum quartus, quia nullus pro eo precatur, nuntiatus omittitur, prout expoſitione ſua ſuper Marcũ capite decimoquarto. BEDA. Quartum verò mortuum nuntiante diſcipulo Dominus audiuit, ſed quia qui pro eius reſuſcitatione precarentur, viui defuerant: dimitte, inquit, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ergo quia viui procuratores affuerant, quòd ante illorum preces ipſe conceſsit, non niſi poſt orationes exequitur. Vbi verò conceſſores pcum ſuarũ deſunt, deeſt beneficium ſuſcitantis, quia ſine eis nec ipſe antè cõceſsit. Nec tamen quis dicet ab illis oratoribus diui-

nam dependere potẽtiam, quia ſine eis quod conceſsit non efficit: quia nec à morte Chriſti hominis, Dei potentia dependebat, per quam ſolam mundum cõceſſum erat redimere: nec à cælo vel homine item dependet, ſine quorũ actiuitate gigni hominem non concedit. Sed ipſe Deus (inquit) meritum alicui regulariter concedit vt fuerit eo dignus. Sic dicit Witcleff. Et quid ſequitur? ergo meretur merito, quia ipſa dignitate meretur. Et quo merito, niſi adhuc tertio præeunte, & ibitur in infinitũ? Aut mereatur aliquid indignitate orãtis, cùm ipſe ſit indignus, ſed hoc ipſe non patitur. Vnde dicit ex parte fratrum in trialogo capite trigeſimo primo. dicunt primò verum, ſed falsè, quia non poſſunt quicquam talium alicui cõcedere, aut ſuppoſito quòd ille ſeipſum dignificet apud Deum. Hæc Witcleff. AVTHOR. Hæc † ipſe reſpondet pro fratribus, 3. quæ ipſe ſentit, ſed fratres reijciunt, & oſtendũt fidei ſcripturarum aduerſarium. Legatur 22. cap. Matthęi, vbi Deus pater fecit filio ſuo nuptias, & non conceſsit tantùm volentibus, ſed parauit nolentibus: nec tantùm parauit, ſed & inuitauit, & miſit pro his, de quibus dicit poſtmodum: qui inuitati erant, non fuerunt digni. Et nonne rex iſte ante expertus contumelias, & contemptus, indignitatem illorum prænouit, quibus prandium parauit, & altilia, & tauros eiſdem indignis occidit, & conceſsit? Qua ergo audacia poteſt iſte fingere talem legem ſine fundamento ſcripturæ, quòd nullus poteſt quicquam talium merito rum alicui concedere, niſi ſeipſum dignificet apud Deum, quando Deus pater conceſsit meritum nuptiarum, ſcilicet, incarnationis filij ſui, meritum prandij euangelicæ prædicationis, merita taurorum & altilium apoſtolicæ & martyrum occiſionis, his, quos omni pœna, & ſententia decreuit dignos? Aut fugã præparãs dicturus eſt, hoc Deus pater, ſed nõ homo, ita vt pater gratis concedat, quod nuptus filius in nuptijs proprijs denegaret indignis. Nec hoc diſsimulare iam poteſt, qui totiens dixit iam ſuprà, quòd Deus nihil poteſt dare, vel concedere peccatori ſpiritualis commodi, vel temporalis. Qualiter ergo tantas diuitias meritorum? Aut dicet non eum conceſsiſſe, quòd illi nondum leguntur tenere, ſed aſpiciantur quæ in euangelio conſequuntur, & inter cætera veniemus ad vnum inter diſcũbentes ſedentem: cui rex: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? & mittitur, iuſſu regis in tenebras exteriores. Ecce diſcubuit. Ecce nec ſemetipſum dignificauit apud Deum. Et paulò ſuperius in. 20. cap. nonne refert operarios ſingulos accepiſſe ſingulos denarios, quorum vni dicit pater, An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Ergo participauit denarium, cuius oculus erat nequam. Si autem ſine parabolis planitiem petis hiſtoriæ: Iudam traditorem fecit Chriſtus participem ſacræ cœnę cum alijs intingere ſecum in catino præ alijs, participem quoq; precum ſuarum cum alijs, participem autem oſculi & diſpenſationis egenorum prę alijs. Et qualiter ſeipſum dignificat penes deũ? Et Simon pater Alexandri & Rufi factus eſt particeps, & baiulus crucis Chriſti, & vbi leguntur eius merita, niſi quia pro patre filij merebantur? Super quem locum in commentario Marci HIERONYMVS. Alij per merita ſuorum commemorantur, alij per merita filiorum ſuorum: hic autem Simon, qui crucem in angaria portat, merito filiorũ ſuorum, qui erant diſcipuli, commemoratur. De hoc nos in præſenti vita admonemur, parentes adiuuari per natorum ſuorum ſapientiam, vt populus Iudaicus propter patriarcharum, & prophetarum, & apoſtolorum merita cõmemoratur. De amaritudine enim radicis ſurgit dulcedo oliuæ. Vnde per Hieremiam ad Iudæam dicitur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit dominus nomen tuum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce filiorũ merita patrem indignum ad participiũ crucis Chriſti perducunt: nihil ipſe meruit, vt dignus fieret in tanto triumpho geſtare vexillum, niſi quia genuit militantes. Ideo Hieronymus dicit nos in hac vita moneri per ſapiẽtiam filiorum adiuuari parentes, & hæc fides antiquorum erat in lege veteri, quam propter auaritiam quidam deprauabant ſub ſpe pietatis, de qua Chriſtus Mar. 7. Si dicit homo patri, vel matri corbam, id eſt, munus quodcunque ex me eſt, tibi profuerit, vltrà non dimittis eum. Illa fuit adiectio ſuperſtitioſa ne vltrà dimitterentur in neceſſarijs honorare parentes, quam damnauit Chriſtus. Alia eſt pietas deuotionis, qua volebant omnem ſuam oblationem in templo participatione meriti prodeſſe parentibus. Ita parentes filijs, ita vxores maritis ſalutem merentur indignis, non tantùm merito exhortationis, ſed orationis, peregrinationis, abſtinentiæ, eleemoſynæ, & omnis gratuitæ actionis. Vnde epiſtola ad Ruſticum exhortatoria ad pœnitentiam de vxore eius loquens HIERONYMVS. Tu, inquit, vagaris in patria, imò non in patria, quia patriam perdidiſti. Iſta pro te in locis venera-

Digitized by Google

venerabilibus reſurrectionis,& crucis,& cunabulorum domini Saluatoris,in quibus paruulus vagijt,tui nominis recordatur:teq; ad ſe orationibus traxit:vt ſi non tuo merito,ſaltem huius ſalueris fide. Iacebat quondam paralyticus in lecto:& ſicut erat cunctis artubus diſſolutus, vt nec pedes ad ingrediendum, nec manus mouere poſſet ad deprecandum, & tamen profertur ab alijs, & reſtituitur priſtinæ ſanitati,vt portaret lectulum,qui dudum à lectulo portabatur. Et te igitur abſentem corpore, præſentem fide offert conſerua tua domino ſaluatori, & dicit cum Chananæa, filia mea male à dęmonio vexatur. Recte enim appellabo animam tuam filiam animæ eius,quę ſexus neſcit diuerſitatem:quia te quaſi paruulum,atque lactentem,& necdum valentem ſumere ſolidos cibos inuitat ad lac infantiæ, & nutricis, tibi alimenta demonſtrat, vt poſsis dicere cum propheta,Erraui ſicut ouis perdita:quære ſeruum tuum: quia mandata tua nõ ſum oblitus.Hæc ille. AVTHOR. Hoc in loco vincitur Witcleff de participatione pij operis, quia quærit quis poteſt ita participare, niſi ille ſe dignificet penes Deum: Hieronymus dicit de coniuge ac conſerua: teq; ad ſe orationibus traxit,vt ſi non tuo merito,huius ſaltem fide ſalueris.Ecce quòd ſine ſuo merito poterat huiuſmodi fide ſaluari, Quibus meritis, aut qua fide,& recitat non nudam fidem, ſed fidem cum operibus: quia iſta pro te, inquit, in locis venerabilibus reſurrectionis, & crucis,& cunabulorum domini ſaluatoris, in quibus paruulus vagijt, tui nominis recordatur:hæc opera ſunt bonæ fidei,hæc participia meritorum, quibus poterat deuota coniunx ſine eius merito ſaluare maritum. Quid ſophiſta noſter diſputat, ꝙ merita tranſeunt, quæ iuxta fidem perire nõ poſſunt: ne ſint in obliuionem coram domino,vbi nec capillus peribit de capite? Aut qualiter blaſphemat taliter ſua merita concedentes, quaſi mamacius concederet, inquit,quod vult,aut concedit ꝙ dominus acceptet opus ſuum. Non ita,niſi quia diuina clemẽtia ſic acceptat. Non apoſtolus, ne de domini largitate quis diffideret quæſiturus eſt,vnde ſcis mulier, ſi virum ſaluũ facies? aut vnde ſcis vir,ſi mulierem ſaluam facies?niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dominus.Idcirco præmiſit, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittet illam, ſed nec mulier virum:ſanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. Ecce non dubitat apoſtolus de participio ſanctitatis, vbi eſt conceſsio mutuæ charitatis. Sic enim diuiſit nobis dominus meritorum, inquit.Probat hoc ipſum ſuprà Hieronymus de paralytico portato in lecto, qui ſanabatur, non ſuis meritis, ſed fide geſtantium. Quod item planè aperit in expoſitione ſua ſuper Matth. vbi tractat dixiſſe Deum curato paralytico. Iam ſanus factus es, noli peccare,ne tibi contingat deterius. ANSELMVS. Qui vero paralyticum offerunt, doctores eccleſiæ Dei,prædicatoresque ſignificant,qui meritis, & precibus à Deo ſalutem nobis impetrant: quare bene ſequitur. & videns Ieſus fidem illorum, dicit paralytico, Confide fili, qui dignus es miſericordia. Sequitur. Et recte ideo filium vocat, quia dimiſsis peccatis, & membris per gratiam reformatis, gratiæ cooperatorem fortaſſe præuidebat. Intuendum ſanè quantum propria cuiuſque fides apud Deum valeat,vbi tantum valuit aliena. Audit veniã, & tacet paralyticus, nec rependit illam gratiam,quia in præſenti plus ad corporis,quàm ad animæ tendebat curam, & temporales pœnas reſoluti corporis ſic deflebat, vt æternas pœnas reſolutæ animæ non defleret. Meritò ergo Chriſtus offerentium fidem reſpicit, & vecordiam iacentis ſic reſpicit, vt fidei alienæ ſuffragio paralytici anima ante curaretur, q̃ corpus. Hæc ille. AVTHOR. Iam ecce Anſelmus expoſuit,cur ſacer pater Hieronymus hunc paralyticum tangeret alijs meritis ſine ſua dignitate ſaluatum.Non rependet,inquit, illam gratiam Saluatori,quia in prẽſenti plus ad corporis,quàm ad animæ ſuæ tendebat curam.Sed offerentium fidem reſpicitChriſtus, & vecordiam iacentis ſic reſpicit, vt fidei alienæ ſuffragio eius priꝰ anima curaretur, quàm corpus. Quomodo ergo iſte ſe dignificauit penes Deum, cui interceſſorum ſuorum ſuffragia,& non ſua ſufficerent merita?Ideo non eius vitam, aut vecordiam ita reſpexit Chriſtus,ſed illorum fidem, vt prius anima eius ipſo non attendente curaretur, quàm corpus. Cur ergo non promeretur ſanctus quiſquam eccleſiæ alicui indigno, & circa ſuam ſalutem negligenti, quod vnus de eius baiulis apud Chriſtum? Ita vt orando, vigilando, prædicãdo per tectum importunæ petitionis Chriſti vexando clementiam, vt viſa fide portantis, portatum ægrum Chriſtus aſpiciat, & eius ſuffragijs animam reparet indeuotã. Dicis quòd plus valeret deuotio propria. Planum eſt. Ideo Anſelmus ait, quod item Beda ſcripſit ſuper Lucam tertij libri capite ſexto. Intuendum ſanè quanti propria cuiuſque fides apud Deum valeat, vbi tanti valuit aliena.

aliena. Nec ideo aliena nō valet, quia propria deficit. Vnde multùm deficit Witcleff in fide meriti alieni, qui illa poſita ſine propria digni tate coram Deo dicit dare occaſionem vianti bus publicè delinquendi. Parum nempe reſpi cit ad id, quod ſanctorum precibus intus ope ratur clementia ſua Chriſtus. Quare enim ali ter tam deuotè orat, non tātùm pro indignis filijs ſuis, ſed & pro perſecutoribus ſuis, imò pro paganis, & Iudęis mater eccleſia? qualiter ſermone de oratiōe dominica, qui incipit: Bea tus apoſtolus, ſcribit AVGVSTI. Eccleſia ini micus tuus eſt paganus, Iudæus, hęreticus ter ra eſt, ſi cælum es, inuoca patrem qui eſt in cę lis, & pro inimicis tuis ora: quia & Saulus ini micus erat eccleſiæ, ſed oratum eſt pro eo, & factus eſt amicus, & non ſolū deſtitit eſſe per ſecutor, ſed laborauit vt eſſet adiutor. Et ſi ve rum quæras, oratum eſt contra illum, ſed con tra eius malitiam, non naturam. Ora & tu cō tra malitiam inimici tui, vt illa moriatur, & il le viuat. Hæc ille. AVTHOR. Hęc eſt doctri na Chriſti, hæc eccleſiaſtica diſciplina, quam ipſa facit, & filios ſuos docet mater eccleſia o rationes iuges facere, pro amicis non tantùm, ſed & pro æmulis, & indignis. hoc modo im petrat à domino vt fiant amici. hęc nonne bo na participatio meriti, hæc ipſa participatio charitatis? charitas charos facit, gratia gratos. Cur merita non eis partimur, quos reddimus bene meritos noſtris meritis: ſicut dilectionē, & charitatem diſtribuimus his, quos precibus facimus Deo charos, nō de iuſtis iuſtiores, de dignis digniores? Sed audeo dicere de iniuſtis de ſceleſtis, de maleuolis, de indignis: ſic nēpe fecit cæleſtis pater, quem in hoc facto imitari iubemur: qui pluit, & ſolem ſuū oriri facit ſu per bonos & malos, ſuper iuſtos & iniuſtos: quid aliud niſi bona ſua concedēs iniuſto, qui necdum ſe dignificat penes Deum? Nolo ta men dicat Witcleff, q nihil curandum pute mus de bona vita emendatione eque eius, pro quo quis orat: dicente Apoſtolo ad Philip. 4. ſecundùm quandam literam. Non quæro da tum, ſed fructum abundantem in oratione ve ſtra. Vbi in expoſitione. REMIGIVS. Ora tio apoſtoli, oratio Philippenſiū erat. Et quan do quilibet orat pro aliquo, ſi vita illius mun da fuerit, pro quo oratur, ſubleuat deprecatio nem orantis, vt antea exaudiatur: ſicut econ uerſo vita mala, pro quo oratur, impedit ora tionem eius, qui pro ipſo orat. vnde dominus dicit Hieremiæ. Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te. Ergo beati Pauli ora tio, quam pro illis fundebat, bona vita illorū ſubleuabatur. vnde dicit, Non requiro tantū modo datum, ſed requiro beneuolentiam, & benignitatem abundātem in oratione veſtra, id eſt, vt per veram voluntatem ſubleuetur o ratio, quam pro vobis fundo. Hæc ille. AV THOR. Hoc ergo catholicum: quòd fructuo ſior eſt oratio pro deuoto: ſed hoc & hæreti cum, quòd cum indigno orationem partici pare nō liceat. An putas oraſſet Pharao Moy ſen vt oraret pro ſe, ſi iam ſeipſum dignificaſ ſet penes Deum? ſed indignum ſe iudicans, co gitur orare, & dicere, Orate pro me. Et conceſ ſit Moyſes. Egreſſus, inquit, à te, orabo domi num. Exod. 8. Murmurantes item, & indigni percuſsi à ſerpentibus ignitis, dicunt ad Moy ſen, Ora vt tollat à nobis ſerpentes. Non tar dabat pro indignis orare, & quantum meruit apud Deum impertiri cum eis? Orauit Moy ſes pro populo. Numeri. 21. Et alibi cùm vo lebat dominus perdere populū, Moyſes me riti ſui orationem interpoſuit, pro quo oraſ ſet, ſi nonveniam poſſet mereri pro indigno? Vnde Pſalmo. 98. CASSIODO. Moyſes po pulorum vota coram domino ſemper exhi buit, quod ſacerdotis officium eſſe monſtra tur: quapropter meritò & hic ſacerdos dici tur, quia magnis precibus iraſcente domino pro populo ſupplicauit. Hęc ille. AVTHOR Qualiter ergo populus iſte prius ſeipſum di gnificat apud Deum, cui adhuc iraſcente do mino, & pro quo omne orationis ſuæ meritū non tantum conceſsit, ſed obtulit? Falſa ergo ſunt duo ipſa principia contra ſcripturam ec cleſiaſticam ſine authoritate eccleſię per Wit cleff iugiter vſurpata. Quòd Deus prius tem poraliter conceſsit meritis veniam populis, quàm Moyſes conceſsit eos orationis ſuæ fo re participes. Et ſecundùm hoc eſt hæreticū, quòd Moyſes nulli de populo potuit con cedere orationis ſuæ meritoriè co ram Deo eſſe participem, quo uſque ille ſeipſum digni ficauerit apud Deum.

¶ Ad calumniā Witcleff, quòd religioſi conferūt ſpiritualia ſua ſuffragia ſub ſpe quæſtus.

CAP. XCIX.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Witcleff calumnia, quòd religioſi conferunt ſpiritualia propter quæſtum, reprobatur.*
2 *Paulus quòd notam auaritiæ nõ euaſerit, & quomodo de hac ſe purgauerit.*
3 *Paulus quomodo placuit omnibus.*
4 *Viuere quòd liceat de altario, oſtenditur.*
5 *Guillelmi Albi facinus recenſetur.*
6 *Witcleff, & eius collegæ, quomodo cum Donatiſtis habent commune, prædicare alijs paupertatem, dum diuitias colligunt perditorum.*
7 *Euangeliũ, aut ſpiritualia ſuffragia uendere quid ſit, oſtenditur.*

POſt hæc calumniãtur nos ſuperbi, notam in nos iactantes cupiditatis, prædicto infami capite. 30. Quarti trialogi. Patet (inquit) eorum ſimoniaca hæreſis manifeſtè, cùm non dent tamen literas, niſi ſub ſpe, & intentione probabili, quòd eis lucrum temporalium, & confœderationem illicitam reportabũt: quomodo ergo non ſunt hęretici ſimoniaci in affectu? hæc Witcleff. AVTHOR. Hoc † dixi
1 iamdiu ſuperius omnium veterum hæreticorum antiquam eſſe calumniam, contra catholicos prælatos, & quoſlibet religioſos, & clericos, quos contigerit ſumptum viuendi accipere. Nec enim omnium tunc ſanctorum in accipiẽdo parciſsimus potuit hãc euadere propter pſeudo, intantum, vt eum in ſuſpicionẽ duxerint auaritiæ, vbi item reſpuebat oblata, ſecundæ ad Corinthios. 12. Eſto ego non grauaui vos, ſed vt aſtutus dolo vos cepi. AMBROSIVS. Ibi dixit, fortè ſuſpicabantur ipſum contemnere, quia parua erant, quæ offerebantur, vt maiora cõſequeretur: Aut ſi per ſe nollet accipere, vellet tamen per alios. De quo ſe ita purgans ibidem. Nunquid, inquit, per aliquem eorum, quos miſi ad vos, circumueni vos? Rogaui Titum, & miſi cum illo fratrem. Nũquid in vobis auarus fuit Titus? Nõne eodem ſpiritu ambulauimus? nonne eiſdẽ veſtigijs? Vbi in expoſitione AVGVSTINVS. Apertum eſt, quia quando ab his, quos miſit, nihil tale dictum, aut factum eſt, vna eorum ſentẽtia probatur in bono, excluſa omni ſuſpicione auaritiæ. Hęc ille. AVTHOR. Ec-
2 ce † de auaritia hac purgauit ſe Apoſtolus. Ad quam infamiam deduxerunt eũ pſeudo apoſtoli: ita religioſi viri neceſſe eſt purgationem ſuam in hac ſuſpicione deponant. Prędicabat Apoſtolus, ſcribebat, monebat, orabat, pſeudo omnia bona peruertẽtes: propter lucrum inquit, prædicat, ſcribit, & orat: aut vt confœderationem nobiſcum faciat cõtra Deum, ne teneantur legalia. Ita Witcleuiſtæ omnes orationes ſanctorum, prædicationes, abſtinẽtias, vigilias, & cætera opera pietatis impio tantũ iudicio mentis ſuæ ad ſpẽ lucri tẽporalis peruertunt, aut ad confœderationes contra ſeminaria Lollardorum quas dicunt illicitas. Et qd concludit uterq;, Witcleff cõtra modernã ecclesiam, pſeudo contra Paulum? ergo omnes eſtis hæretici, ſimoniaci in affectu. Nihil probant pſeudo, nihil hæretici Witcleuiſtæ. Nobis ergo vna ſuſpicione notatis, vna purgatio præparatur. Sed vbi Paulus ſuſcepit oblata, quod modò pro iuſto victu facit eccleſia? A Philippẽſibus enim recepit: ideo poſſet ibi locum habere ſuſpicio. Bene feciſtis, inquit, cõmunicãtes tribulationi meæ. Scitis aũt & vos Philippeñ. q̃ in principio euãgelii q̃ ꝓfectus ſum à Macedonia, nulla eccleſia cõmunicauit mihi in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli, quia & Theſſalonicã ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis, non quia quæro datũ, ſed requiro fructum abundantẽ in ratione veſtra. Ad Philippeñ. 4. Ecce abiſtis recepit Apoſtolus ſumptus pios. Sed ne ideo prædicaret aut oraret pro eis ſubdit. Non quia requiro datum ſine tenus in præmiũ, ſed fructum deuotionis veſtræ. Sicut aliâs ſcripſit nõ ſe placere hominibus, & tamẽ alibi dixit, Ego per omnia omnibus placeo. Quæ loca ſoluens lib. 2. de ſermone dñi in mõte ſuper textũ, videant opera ve
3 ſtra. AVGVS. Nõ † ideo rectè faciebat, vt placeret hominibus, ſed vt Deo, ad cuius amorẽ corda hominum volebat cõuertere eo ipſo, q̃ placeat hoĩbus. Sequitur. Nõ vt hoc appetere tur tanquã merces rectè factorũ, ſed quia Deo placere nõ poſſet, niſi ſe his, quos ſaluos fieri vellet, p̃beret imitandũ. Imitari aũt niſi placuerit, nullo pacto quiſquã poteſt. Sicut ergo nõ abſurdè loqueretur, qui diceret, in hac opera, qua nauẽ quæro, nõ nauẽ quęro, ſed patriam: ſic Apoſtolus conſequẽter diceret in hac opera, qua hominibus placeo, nõ hominibus, ſed Deo placeo: quia hoc nõ appeto, ſed ad id refero, vt me imitẽtur, quos ſaluos fieri volo. Sicut dixit de oblatione, quæ fit in ſanctos, non quia quæro datũ, ſed inquiro fructũ. i. q̃ quęro datũ veſtrũ, nõ hoc q̃ro, ſed fructũ veſtrũ. hoc eñ iudicio apparere poterat quãtũ profeciſſent in Deũ, cũ libẽter facerẽt, q̃ nõ propter gaudiũ de muneribus, ſed propter cõmunionẽ charitatis ab eis quærebatur. Hæc ille.

Placuit quõ omnibus Paulus.

AV-

Digitized by Google

4 AVTHOR. Ita † dicat ſanctus in eccleſia, ſi quæro temporalia dantis, quod mihi ſoli, non tibi iam euidens eſt, nō ipſa quæro, ſed ipſum lucrifacere Chriſto. Paulus iuſsit dicere, Non alligabis os boui trituranti, nonne propter fideles vtiq; ſcripta ſunt, quoniam debet in ſpe arare qui arat, & qui triturat in ſpe fructꝰ percipiendi? 1. Corinth. 9. Non eſt hæc hæreſis ſimoniaca in affectu mi Witcleff, quia dicis ſanctos maiores in eccleſia non dare literas ſuffragiorum ſpiritualium niſi ſub ſpe, quòd lucrum temporalium reportabunt. Ergo prædicatores, & paſtores, & vigilantes, & orātes, nō catholici ſolùm, ſed & tui ſodales hæretici omnes ſunt ſimoniaci, ſi iuxta Paulum arant in ſpe, aut triturant in ſpe fructus percipiendi: tu obiectas in ſpe, Paulo placet de ſpe. Sed qui nihil ſperat præter fructum temporalium, ille non triturat in ſpe Pauli, qui nō quęſiuit datum, ſed fructum in rationem dantium profuturum. Nec hoc eſt euangelium, vel precem vendere, ſed bouem edere de tritura: ſicut Auguſtinus iam dixit, qui tam ſollicitè nauē quæſiuit, non quęſiuit nauem, ſed patriam, ita qui ſperat de euangelio, aut de prece, aut meriti ſui participatione proficere, non profectū dati quærit, ſed dantis: de quo in ſuggillationem cupiditatis illorum, qui tanti putant datum ſuum eis ſpiritualia conferēti, ſubdit Paulus vbi ſupra. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnū eſt ſi carnalia veſtra metamus? Quod pro euangeliſtis & paſtoribus hìc dixit, hoc item pro ſanctis religioſis Hieruſalem ipſe ſubſidium poſtulans ſcribit ad Roma. 15. Nunc, inquam, proficiſcar Hieruſalem miniſtrare ſanctis. Probauerunt enim Macedonia & Aſia collationem aliquam facere in paupe res ſanctorum qui ſunt in Hieruſalem. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gētiles, debēt & in carnalibus miniſtrare eis. Ecce iſti ſancti pauperes erāt Hieruſalē, nō de apoſtolis, nō de. 70. diſcipulis, ſed ſancti erāt pauperes, quibus debebāt gētiles in carnalibꝰ miniſtrare, & debitores eorū facti ſunt, inquit Apoſtolus, ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt: quorū ſpiritualiū? prædicationū, orationū, vigiliarū, abdicationū proprietatis, quibus ipſi maximè inſiſtebāt pro tēpore. Inter quæ quantū ad prædicationes dixit in eundē locū annotationū libro HIERONYMVS. Si ſpiritaliū eorū facti ſunt gētiles participes, debēt in carnalibus miniſtrare eis, quia doctores ex ipſis habebāt, & ſocij facti fuerāt radicis, & pinguedinis oliuæ: ideoq; in quo vnuſquiſq; abū dat, debet alteri impṭire. hæc ille. AVTHOR. Ergo ſancti iſti Hieruſalem fecerunt gentiles in merito prædicationis eorū participes, mittendo eis doctores, quos habebant. Vnde ſuggerit eos debitores eis factos ſuorū carnaliū. Ipſi ergo, quibus cōmunicatū eſt euāgelium, non vſurparent ſibi gratis doctores eſſe mittēdos, quanuis doctores gratis adueniāt: ſed debitores eorum reputarēt eſſe, nec vlli eccleſiæ gratis eſſe euangeliū prædicandū. Vnde ſuper illud. 2. ad Corinth. 13. Quid enim quod minꝰ habuiſtis cæteris eccleſijs: in expoſitione AMBROSIVS. Adhuc per humilitatē illis ſe cōmendat. Oſtendit enim non minus illos aliquid habuiſſe cæteris eccleſijs, ſed & amplius. Euangelium enim gratis his prędicauit, quod nullis conceſſum eſt eccleſijs, dicēte domino: Dignus eſt operarius mercede ſua. Hæc ille. AVTHOR. Ecce euangelium Dei prædicare gratis nullis eſt cōceſſum eccleſijs, iubēte domino, dignum eſſe operarium mercede ſua. Cur ergo auſus eſt Witcleff dicere, q̄ ſi fratres laborarent gratia ſalutis fidelium ſicut Apoſtoli tunc ſeruarent ſuam doctrinam viuentes de labore proprio ſi oportet, nec forent auditorio oneroſi? Hæc Witcleff. ſermone. 42. 3. partis. AVTHOR. Primò petēdum eſſet, cur ipſe nō primus hoc fecit, qui paſtor indignus fuit in populo, dictus doctor euangelicus inter ſuos, & Apoſtolos imitandos prædicans omni clero. Vbi rogo ipſe de labore vixit,

Licet de altario viuere.

5 qui tam fuit omni auditorio oneroſus? Vixi† item ſunt ſex mēſes, poſt quos ſectatorū eius doctor quidā & presbyter vxoratus Guillelmus, dictus cognomine Albus, coram Guillelmo præſule Noruicenſi eſt examinatus in hæreſi, & compertus diſsipaſſe totam hæreditatem cuiuſdam iuuenis, quem induxit circiter. 40. librarum Anglici numiſmatis intra annū. Et cur ipſe non laborauit gratia ſalutis fideliū ſeruans regulam ſui Witcleff, nec foret auditorio tam grauiſsimè oneroſus? Sed hoc habent hæretici noſtri cum Donatiſtis commune, p̄dicare aliis paupertatem, dum diuitias colligunt perditorum, ipſis tamen ſimulantibus pauperiem, ſed mendosè, prout lib. 2. contra Petilianum reſpondentem dixit AVGVSTINVS. Petilianus dixit. Nos ſpiritu pauperes: non de diuitijs metuimus, ſed diuitias formidamus. Sequitur: Sic idem dominus dixit: Qui perdiderit ſubſtantiam ſuam, centuplum recipiet eam. AVGVSTINVS reſpondet. Et hoc ad rem pertineret commonere quemadmodum ſcriptum eſt. Nam vbi nihil impedit intentionē meā, ſi quid de ſcripturis fallis aut

Guil. Albi

falleris

falleris, nihil curo. Non ergo ita ſcriptum eſt, Qui perdiderit ſubſtantiã ſuã, ſed qui perdiderit animã ſuam propter me: de ſubſtantia verò nõ ſcriptũ eſt, Qui perdiderit, ſed qui dimiſerit, nec ſolam ſubſtantiã pecuniæ, ſed & multa alia. Tu aũt interim non perdidiſti ſubſtantiã: vtinam verò dimiſeris. Quid de paupertate gloriaris? neſcio ſi fortè ſcit hoc collega meꝰ Fortunatus, qui in eadẽ ciuitate eſtis: nunquã mihi indicauit, quia nunquã quæſieram. Et infrà, Si aũt hoc non feciſti, quid gloriaris, quaſi feceris? Ita ne verò diuitias formidatis, vt nihil habentes, omnia poſsideatis? Dic iſta collegæ tuo Criſpino, qui modò iuxta Hipponen noſtram comparauit fundum, vbi mergeret homines in profundum. Vnde & hoc ego noui, tu fortè neſcis: & ideo ſecurus clamas, diuitias formidamus. Vnde miror, qꝙ iſta vox tua vt ad nos peruenire ipſum tranſiuit. Inter Conſtantinam quippe vbi tu es, & Hipponen vbi ego ſum, Chalama vbi ille eſt, vicinior quidẽ nobis, ſed tamen interpoſita eſt. Miror ego quomodo ille prior nõ excepit hanc vocẽ, & repercuſsit eam ne tranſiret ad nos, aduerſus te diuitiarum laudes copioſiùs recitantes. Nõ enim ſolùm non formidat ille diuitias, ſed & amat. Et certè de cætero priuſquàm edas, recita illi talia, ſi nõ emendauerit, reſpõdebimus. Tu autem ſi verum eſt qꝙ pauper ſis, ibi habes fratrem meum Fortunatum, facilius inde placere poteris illic collegæ meo, quàm hic tuo.

6 Hæc ille. AVTHOR. Hæc † omnia interſerãtur Witcleff, & eius collegis, qui re ipſa auaritiæ ſtudent, & laqueo auaritiæ, & ſpe larga hãdi primas mentes ſibi captiuant hominũ perdendorũ: ſed his ita detectis, quod religioſis obijcit, tollendum eſt. Vos, inquit, cum p̃dicationibus, & falſis literis populos ſpoliatis. Ecce quàm conformiter patribus ſuis pſeudo apoſtolis primæuis hæreticis, qui hoc ipſum apud Corinthios obiecerunt Apoſtolo. Ipſe autem Paulus econtrario gratis, inquit, euangelium Dei euangelizaui vobis, alias eccleſias expoliaui, accipiendo ſtipendium ad miniſterium veſtrum. 2. Corinth. 11. Ergo Apoſtolus Paulus fatetur ſe ſpoliaſſe populum, expoliaſſe eccleſias, vtens forſan vocabulo hoſtiũ: Sed addidit ad miniſterium veſtrum. ſ. Corinthiorum tenacium. Qualiter forſan fratres modò ſpoliant fideles populos ad miniſterium Lollardorum, à quibus prędicantes nihil accipiũt. Nec tamen eis euangelium vendunt, à quibus accipiunt, ſed rationem dati vocat eam Apoſtolus, & accepti, quæ eſt generalis ratio, non autem vltima in illo contractu ſecundùm ſpẽciem. Quod bene exponens prima parte ſermone. 35. de muliere forti textu, Sindonem fecit & vendidit. AVGVSTINVS. Bene qꝙ ſindones fecit, quare vendidit? niſi quia nõ quærit datum, ſed requiſiuit fructum. Venditionẽ enim iſtam primò intelligite fratres gratuitã. & aliquis emit gratis: ſi gratis tollit, non emit: ſi emit, pretium dat, nõ gratis tollit. Et vbi eſt? Qui ſititis, ite ad aquam, & emite vobis ſine argento. Quãdo emis, non argentum das, & tamen emis: ſi emis, aliquid das, non tamen argẽtum das, teipſum das: ſindones enim referte ad illa lintea ſpiritualia, quæ facit, & prædicat iſta mulier per omnes terras, & forte vendere dicenda eſt, quia dixit Apoſtolus. Si nos vobis ſeminamus ſpiritualia, magnum eſt, ſi veſtra carnalia metamus? Eſt enim ratio illa dati, & accepti, ſed ille qui ſic vendit, nõ quærit datum, ſed requirit fructum: ne quaſi venditorẽ euangelij putetis. nam in omni venditione ratio dati & accepti verſatur. Contriſtatur autem Apoſtolus aduerſus quædam fora vbi nõ vendidit, ſindones inquit, mihi eccleſiæ communicant in ratione dati, & accepti. Eſt quidẽ ille mercator domini ſui, ſed maius pretium quærit: nam quid prorſus vendidit? dat ſpiritualia. Et quid quærit? fortè carnalia. Debentur quidem & iſta, ſed non ipſa quærebat Apoſtolus, dicens, Non enim quæro veſtra, ſed voſipſos: date ergo pretium, date voſipſos. 7 Hæc ille. AVTHOR. Hoc † attendat Witcleff addiſcere quid ſit euangelium, aut ſpiritualia ſuffragia vendere. Planè vendunt ſpirituales viri ſpiritualia, in ratione illa, quæ communis eſt venditionis, & emptionis, & alijs contractibus, ſcilicet, in ratione dati, & accepti. Sic item vendebat Apoſtolus, ſed gratis: ideo gratis, quia ſine argento. Et contriſtabatur (inquit Auguſtinus) aduerſus quædam fora, vbi non vendidit ſindones, id eſt, ſpiritualia beneficia populis, quæ facit, & prædicat mater eccleſia per omnes terras. Sed ſi commutaret finaliter ſpiritualia pro terrenis, peccatrix valde & turpis eſſet venditio. Alioquin verò meritum eſt. Et fortè vendere dicenda eſt, quia dixit Apoſtolus, Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? Et pro ſanctis deuotis Hieruſalem ſi ſpiritualium eorum participes factæ ſunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Nam quid prorſus vendidit (ait Auguſtinus) dat ſpiritualia. Et quid quęrit? fortè carnalia: debẽtur & iſta. Nõ eſt ergo peccatrix cõmutatio ſpiritualia cõferre, & exigere tẽporalia, vel pecuniaria tãq̃ debita. Vii li. 1. de officijs,

officijs,cap.17.AMBROSIVS.Qui plurimũ habet,& ſi non donat,nõ abundat, quia quantumuis acquirat,eget ſemper, quia plùs concupiſcit. Et qui exiguum habet, non minuit, quia non multum eſt quod pauperem facit. Similiter ergo & ille pauper, qui confert ſpiritualia pro pecuniarijs: & ſi plurimum habeat gratiæ, non abũdat. Non enim onerat gratia, ſed ſubleuat mentem. Hæc ille. AVTHOR. Pius ergo pater Ambroſius ſupponit ſpiritualem pauperem habentem plurimam gratiam ſubleuantem mentem conferre ſpiritualia ſua pro pecuniarijs. Sed ita tamen, vt cum Paulo continuè dicat: nõ requiro datum, ſed fructũ: nõ veſtra, ſed vos, in obſequium Ieſu Chriſti.

¶ Qualiter participant Chriſtiani meritis mutuis. CAP. C.

SVMMA.

1 *Chriſtiani qualiter participent meritis mutuis, multorum exemplis demonſtratur.*
2 *Damonis & Pythiæ Pythagoreorum præclarum facinus recenſetur.*
3 *Paulus quomõ concedit Corinthios eſſe participes meritorum ſuorum moriendo, & viuendo.*
4 *Meritum vnum quomodo ſit noſtrum participatione charitatis.*
5 *Talio charitatis.*
6 *Vtilitates noſtræ omnes, quòd ſint in medium conferendæ, vt adiuuemur alterutrum. &c.*
7 *Participare meritis ſanctorum, quid ſit.*
8 *Syriæ, atque Ægypti reges contendentes de regno, quomodo auxilium, & amicitiam Lonathæ expetebant. Et quid hoc ſignat.*
9 *Communionis ſymbolicæ primus gradus recenſetur.*
10 *Literæ fraternitatum ſigillatæ, quòd nõ ſint nouæ. Et quomodo hoc ab antiquo peruenerit ad eccleſiam, oſtenditur.*
11 *Pennæ alterius ad alterum ſub firmamento directæ, quas Ezechiel commemorat, quid ſignent.*

QVaſi aërem verberãs, & adhuc pugnat Witcleff cap. prædicto. 30. trialogi. Nemo debet ſibi præſumere, quod eſt Deo proprium: ſed concedere merita fratrũ eſt Deo proprium. Et ſermone. 42. prædicto: commaculat me terminis illis quid eſt concedere participium meriti, & ſupponit fieri per oblationẽ ab aliquo. Tantum videtur (inquit) merita cõferre perſonæ, ſicut auferre merita ab eadem: ſed in primũ poſſunt, vt dicunt, ergo & in ſecundum. Et cùm nõ ſit ratio quare merita ſua poſsint ſic auferre, quoniam per idem merita aliena, tunc poſsint ſpoliare eccleſiam de ſuis meritis, ſicut de ſuis temporalibus. Hæc ille.

1 AVTHOR. Nõ vult hic intelligere vt bene ageret, ſed aſsiſtit omni vię non bonæ. Iam enim ſuprà dixit Apoſtolus ad Roma. 15. Nõ igitur proficiſcar in Hieruſalẽ miniſtrare ſanctis. Probauerũt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui in Hieruſalem ſunt. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes factæ ſunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare. Hic quęrendum eſſet, quis fecit gentes eſſe participes ſpiritualium prædictorum ſanctorum, quæ erãt ſpiritualia illa: ſi non merita ſanctorum, ſicut iam ſuprà dictum eſt prędicationum ſuarum, & penuriæ, atq; precum? Et quomodo fiebãt Achaici illorum participes? Nunquid aliquis abſtulit merita illorum, & ſpoliauit ab illis ſpiritualibus, vt conferret Achaicis? Deliramenta ſunt iſta proxima malignanti. Nam qui iuſſit alterum alterius onera portare, & pro fratribus animas ponere: non dedit occaſionem excuſationis iniquæ filijs hominum, vt dicerent, non hoc poſſe pręſumere, quod eſt Deo proprium: concedere. ſ. fratribus noſtra merita. An non poſſum concedere proximo participium lucis ſolis, aperiendo ipſi feneſtram meam? & tamen lux ſolis cælo eſt propria ſecundùm poteſtatem. Et poſſum cõcedere proximo participium ſapientiæ meæ, admittẽdo eum in adiutorium meum, & fortius doctrinę inſiſtendo: cùm tamen omnis ſapientia à domino Deo ſit, & ab eo neceſſariò petenda, qui dat omnibus affluenter. Et qualiter auferã lucem ſoli ad conferendum proximo, aut ſpoliem auditorium parte ſuæ ſapientiæ ad dandum iſti, quem iam admiſerim? O quàm groſſa impietas, & ad modicum participans de pietate iſta ſanctorum. Sed nec quid natura valet nouit ex philoſophis: an non philoſophi talia fœdera ſuſceperunt per amicitias mutuas cuncta inter ſe habentes communia, etiã mori, & viuere? Qualiter lib. 2. de virginitate verſus finẽ refert AMBROSIVS. Philoſophorum

2 inquiens gymnaſia Damonẽ, & Pythiã Pythagoræos in cælum efferunt, quorũ vnus cùm eſſet morti adiudicatus, commendandorum ſuorum tempus popoſcit. Tyrannus autem

tẽ aſtutiſsimus quod reperire nõ poſſe eſtima ret,petiuit,vt ſponſorem daret,qui pro ſe feriretur,ſi ipſe faceret morã.quid de duobus præclarius,neſcio:vtrunque præclarum. Alter vadem mortis inuenit, alter ſe obtulit.Itaque cũ reus moram ſupplicio faceret, fideiuſſor vultu ſereno mortem non recuſauit.Cùm ducerẽtur,amicus reuertitur,ceruicem ſubſtituit, collum ſubiecit:tunc admiratus tyrannus charioꝝ philoſophis amicitiam quàm vitam fuiſſe:petiuit ab eis,quos damnarat,vt in eorũ amicitiam reciperetur. Tãtam virtutis eſſe gratiã, vt & tyrannũ inclinaret.Hæc ille.AVTHOR. Vide quàm optabile fuit item tyranno in amicitiam iſtorum recipi, quorum communio indiſſolubilior vita fuit.Quid igitur ne hanc admirandi nexus virtutem mutuam habeant impedit Chriſtianos,quorum ſumma lex eſt,Diligatis inuicem ſicut dilexi vos? Summa fides eſt credere ſanctorum communionẽ. Sed audiamus peritiã Pauli dicentis.Cùm eſſemus apud vos,neminem læſimus,neminem corrupimus,neminem circũuenimus. Non ad condemnationẽ veſtri dico,prædixi enim, quòd in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendum, & ad
3 conuiuendum.2.Corinth.7. Participes † ecce cõcedit eſſe Corinthios meritorum ſuorũ moriẽdo & viuendo. Vnde in expoſitione eiuſdem loci AMBROSIVS. Ex prædictis vult illos cognoſcere quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes vult habere, & ad præſentes paſsiones pro Chriſto,& ad futuram vitam non vtiq; illos abiicit,ſed vt participatione dignos ſe faciant,exhortatur. Hæc ille.AVTH. Ergo Paulus nunquid fecit concedendo: quod eſt Deo proprium? Et nunquid hoc argumento ſuo probabit Witcleff Paulum ſeduxiſſe Corinthios conceſsione taliter temporaliter proditoriè à populo ſpoliando?Sicut procedit Witcleff hoc loco contra fratres. Nimirum quia ſic proceſſerunt pſeudo contra Paulum : idcirco dixit Paulus pro ſe & fratribus, Neminem corrupimus,neminem circunuenimus &c. Reuera ipſi pſeudo hæc fecerant : & hoc faciunt hactenus Witcleuiſtæ.Ibidẽ AMBRO. Pſeudo enim apoſtoli erant,qui & nocebant illis,corrumpentes ſenſum illorum, & grauabant ſacculos eorum circunueniẽtiæ ſerpẽtinæ aſtutia.Hæc ille.AVTHOR. Sed quis poteſt concedere participiũ meriti niſi Deus inquit Witcleff ? Puto ille potuit,qui iã dixit, in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendũ,& ad conuiuendum. In corde ſuo ergo & cordibus fratrum ſuorũ Paulus appetit poteſtatẽ habere participes Corinthios. Quomodo ergo ad Deum ? quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,& ipſa fecit primò fratres habitare in vnum.Multitudinis enim credentium erat cor vnum,& anima vna in domino.Et quid efficiens communio?in fractiõe panis,in oratiõnibus eſſe pariter, & habere omnia cõmunia, perdurare vnanimiter in templo , collaudare Deum,& habere communiter gratiã ad omnẽ plebẽ.Eſſe participium meritorũ ad cõmoriẽdum,& ad conuiuendũ in cordibus noſtris.Et ce potentia charitatis fraternæ : q̃ facit omnes virtutes eſſe communes,merito ſcilicet, ſi non poſsint eſſentia. Quod mirabili ſtudio quarta parte ſermonũ ſermone 17. qualiter perfecta dilectio debeat cuſtodiri,aperit AVGVS.Noli inuidere,ſed facias.Ego ſi Chriſtianus eſſem, vtiq; & ad dominum pertinerẽ, poſſem facere quod alius facit:tale eſt enim, acſi diceret & auris, ſi ad corpus pertinerem , poſſem videre ſolem & lunam: & tamen non illud habet nec manus,nec auris,ſed faciunt ſingula quod poſſunt,& cũ concordia ſeruiũt ſibi inuicẽ omnia membra . Sic ergo & tu fili congaude illi , cui Deus aliquam gratiã peculiariter dedit,& potes in illo,quod in te nõ potes. Ille fortè habet virginitatem,ama illã,& tua eſt.Item tu habes maiorem patientiã,diligat illam,& ſua eſt. Ille poteſt ſatis vigilare,ſi non inuides,tuũ eſt ſtudium eius.Tu fortè potes amplius ieiunare , ſi te amat,ſuum eſt ieiunium tuũ.Hoc ideo,quia in illo tu es.Per proprietatẽ enim nõ tu es,per charitatẽ tu es.Hæc ille. AVTHOR. Quomo
4 do † per charitatẽ?niſi per meritũ : quia meritũ vnũ eſt noſtrũ participatione charitatis , ſi virtutibꝰ eius ſim cõnexus pervinculũ affectionis:virginis virginitas mea eſt,iuſtitia iuſti,vigilia ſtudioſi,eleemoſyna benefici,doctrina prædicantis, meritũ abſtinentis, omnia in eo mea, qui me ſuſcepit amantem:nõ per proprietatẽ, vt iam dixit Auguſtinus.Nec ideo minuitur illi,quia ego participo , ſed tota eſt in me , ſicut tota merces eſt in eo,cuius ſocius ego fio.Vnde Moyſes ſic dedit Ioſue de gloria ſua Numerorũ.27.Super quem locũ in libro quæſtionũ ca.43.AVGVSTINVS.Quid eſt,quòd cùm Deus Moyſi præciperet de Ieſu Naue,inter cętera ait.Et dabis de gloria tua ſuper eũ. Sequitur.Non ideo eã non habiturus eſſet Moyſes. Nec quia dixit de gloria tua,ideo minui illi iuſſum eſt quod habebat.Sic enim accipiendum eſt , ac ſi diceret:Facies eũ ſocium gloriæ tuæ. Non enim res huiuſmodi quaſi particulariter diuiſæ minuũtur,ſed totæ ſunt omnibus,totæ ſingulis,qui earũ ſocietatem habent. Hæc ille.
5 AVTH. Totã † ergo gloriam ſuã dedit Moyſes

ſes Ioſue,& totam in ſeipſo per communicationem ſocietatis retinuit, & donauit: & hæc eſt talio charitatis. Qualiter omnis homo debet omnia bona vel moris, vel induſtrię, vel naturæ in mediũ quoddã conferre, vt omnes ſimus vna charitate participes, prout docet lib. 1. de officiis. cap. 16. AMBRO. Ergo ſecundũ Dei voluntatẽ, vel naturæ copulã inuicem nobis auxilio eſſe debemus: certare officiis, velut in medio omnes vtilitates ponere, & vt verbo ſcripturæ vtar, adiumentũ ferre alter alteri, vel ſtudio, vel officio, vel pecunia, vel operib⁹, vel quolibet, vt inter nos ſocietatis augeatur gratia, nec quiſquã ab officio vel periculi terrore reuocetur, ſed omnia ſua ducat vel aduerſa, vel
6 proſpera. Hæc ille. AVTHOR. Omnes † ecce vtilitates noſtræ in medium ſunt cõferendę vt adiuuem⁹ alterutrũ, vel ſtudio, vel pecunia, vel operibus, vt ſaltem diuiſis ſpiritualibus viris ab his, qui carnales ſunt, nullus ab officio reuocetur: ſed qualiter ſua ducat in medium, vel aduerſa, vel proſpera, vt ſocietatis in Chriſto gratia roboretur. Hac de cauſa gloriabatur Paulus de mutua cõmunicatione carnaliũ & Spiritualiũ. 2. Corint. 9. Per probationẽ, inqt, miniſterij huius glorificãtes Deũ in obediẽtia cõfeſsiõis veſtrę in euãgelio Chriſti, & ſimplicitate communicationis veſtrę in illos, & in omnes, & in ipſorum obſecratiõe pro vobis deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Ecce gloria Pauli, propter ſimplicitatem communicationis in illis & illorũ pro eis, hoc modo cooperatores & comparticipes in alterutrum dici debẽt ſecundũ tenorem Apoſtoli, iſti ſpiritualium bonorum ex pauperibus, hi carnalium bonorũ ex diuitibus: prout Gaiũ, quia communis erat hoſpes eccleſiæ, cooperatorẽ veritatis euangelij Ioãnes appellat in ſua canonica, dicẽs. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis. Vbi BEDA. Iũgit ſe beatus Ioãnes, qui omnia dimiſerit propter Chriſtũ perſonis fideliũ diuitũ, quatenus eos ita alacriores reddat ad miſerẽdũ pauperibus, & peregrinis. Et infrà Cooperatores autẽ dixit veritatis, quia qui ſpiritualia bona habẽtibus tẽporalia ſubſidia tribuit, in ipſis donis ſpiritualib⁹ cooperator exiſtit. Nã pauci, qui ſpiritualia dona perceperãt, multi qui tẽporalibus abundãt, per hoc ſe diuites virtutibus pauperũ inſerunt, dũ eiſdẽ ſanctis pauperibus, de ſuis diuitiis ſolatiãtur. Hinc etenim dominus ait, Qui recipit prophetã in nomine prophetæ, mercedẽ ꝓphetæ accipiet: & qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedẽ iu
7 ſti accipiet. Hæc ille. AVTH. Apertè † docet ſanctus pater quid ſit participare meritis ſanctorũ. Cooperari, inquit, ſpiritualibus viris tẽporali ſubſidio, aut iſtũ ecõtrario diuiti, ſubſidio ſpirituali. Vnde per hoc, inquit, diuites ſe pauperũ virtutibus inſerũt, vt vna arbor bona fiãt vtriq;. Et nõne meritis pauperũ inſerũtur? Sic palã dicit ſcriptura, quã infert, Qui recipit iuſtũ, inquiens, in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. Et nõnunquã virtutibus eorũ inſerũtur, quibus accedũt participes, tã propter efficaciã precũ, quàm propter imitationẽ morũ. Qualiter Alexander in amicitiã & ſocietatẽ incitatus eſt Ionathæ, dicens. Nũquid inueniem⁹ aliquẽ virum talẽ, & faciemus eũ amicũ, & ſociũ noſtrũ? 1. Macha. 10. vbi in expoſitiõe lib.
8 2. ca. 15. RABA. Quòd † reges Syrię atq; Ægypti cõtendẽtes de regno, auxiliũ & amicitiam Ionathę ſinguli expetebãt, nõ aliud ſignare arbitror, niſi q̃ carnales quiq;, ſuperbi, auari, atq; voluptuoſi, licet inter ſe ſemper diſſentiant, & iura pacis nequaquã firmiter ſeruare poſsint, nõnunquã tamẽ videntes vnanimitatẽ & cõcordiã ſanctæ eccleſiæ, ipſi deferũt honorẽ: qa donũ, quod ſe habere non conſpiciũt, in habẽte venerãtur. Nõnulli per hoc eius quęrũt opitulationẽ, eiuſq; optant habere amicitiã, vt inde opportunis ſolatiis adiuti, per imitationem virtutũ & ipſi meliorentur. Hæc ille. AVTH. Quàm efficax medicina corruptis participationẽ ſocietatis habere cũ bonis: ideo monentur intus à ſpiritu eos vocãte, carnales & diuites ad concordiã & fraternitatem eccleſiæ feſtinare, eiuſq; cõcorporari precibus, & ſolatiis inſeri, vt eorũ ſolatiis ſpiritualibus adiuuẽtur, & virtutũ exẽplis, meliores reddãtur. Non enim otioſe, nec ſuperuacaneè dixit Pſalmiſta Cũ ſancto ſanctus eris, & cũ innocẽte innocẽs eris. Vnde & Saul inter prophetas receptus ꝓphetauit ſtatim vt ipſi. Sed quid efficit hoc inquã vltra generalẽ cõmunionẽ fideliũ, multũ ex gratia peculiari, vt ſuprà retulit Auguſtin⁹. Vnde quidã dicũtur orationis Chriſtianę participes extra cõmunionẽ ſanctorũ, velut dominus Ieſus pro ſuis crucifixorib⁹ interceſsit, & credebant multi ſacerdotum, & ꝓticipabant. Et Stephanus pro ſe lapidantibus orauit, & profuit ſancto Paulo. Et apoſtoli pro regibus & perſecutoribus intercedere docuerunt, & iis, qui in ſublimitate ſunt poſiti. Quidam verò participare dicuntur, qui intra communionem eccleſiæ ſunt participatione ſacramentorum: ſed non intra illam, de qua facit ſymbolũ cõmunionẽ ſanctorũ, vt ſunt hęretici, & ſchiſmatici. Alij itẽ ꝓticipãt, q̃ intra illã ſunt ꝓ pacẽ & ſocietatẽ eccleſię. Et hi primò ꝓticipãt,

vt con

Digitized by Google

vt conuiuæ domeſtici in vna menſa meritorũ, cæteri priores, vt inuitati conuiuio. Vnde de hac communione duplici lib. 7. de vnico baptiſmo cõtra Donatiſtas. AVGVSTINVS. Communionem, credo, eam dicit, quæ pertinet ad columbæ ſocietatem: nam in participatione ſacramentorum proculdubio cõmunicabant eis ſcilicet hæreticis. Sequitur. Certè enim non cõmunicet hæreticus, niſi eccleſiaſtico baptiſmo baptizatus. Hæc ille. AVTH.

9 Hic † igitur eſt primus gradus communionis ſymbolicæ: cùm fidelis in eadem euãgelij, & ſacramentorum eccleſiæ, & ſociali pace eccleſiæ fœderatur. Quibus ita repertis participia meritorũ & ſuffragiorũ cõmunicantur, vt fratribus peculiaribus & collegis. Nõ enim poſſunt eſſe fratres, qui nõ vnum Chriſtum prius patrem, & vnã matrẽ haberent eccleſiã. Hac ipſa forma ſeruata, beatus Paulus ad Philippen. ſuffragia ſua cõmiſit. Ego, inquit, audiẽs fidẽ veſtrã q̃ eſt in domino Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriã veſtri faciens in orationibus meis. Supponit primò eos in fide, & pace eccleſiæ, & tũc orationum ſuarũ participiũ ſuperaddit in generali cõmunione fideliũ: eos prius fratres habebat per prædicationẽ euangelij, modo peculiari forma eos aggregat intra participiũ orationũ, & gratiarũ diumitùs actionẽ. Et hoc ab antiquo peruenit ad eccleſiã. Nam & in libro primo Machabæorũ legitur, Ionatham amicitias & ſocietatẽ renouaſſe cũ Romanis: nõ autẽ fratres eos dixiſſe, aut contuliſſe ſuffragia, q̃ tamen Spartiatis effecerat. Duodecimo enim ca. legitur. Ionathas Sũmus ſacerdos, & ſeniores gẽtis, & ſacerdotes, & reliquus populus Iudæorũ Spartiatis fratribus ſalutẽ. Iam pridem miſſæ erãt epiſtolæ ad Oniã primũ ſacerdotẽ à Dario, qui regnabat apud nos, quoniã eſtis fratres noſtri. Sequitur. Nos cũ nullo horũ indigeremus, habẽtes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatẽ, & amicitiã, ne fortè alieni efficiamur à vobis. Multa enim tẽpora tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos, & ſubdunt ſancta ſuffragia. Nos ergo in omni tempore ſine intermiſsione in diebus ſolẽnibus, & cæteris, quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis, quæ offerimus, & obſecrationibus, ſicut fas eſt, & decet meminiſſe fratrum. Et infrà. Mandauimus itaq; eis, vt veniant etiam ad vos, & ſalutent vos, & vobis reddant epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ. Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc. Hæc ibi. AVTHOR. Ecce quia fratres eos habebant genere, addiderunt eis fraternitatem in ſancta prece, & ſacrificio, & omni memoria oblationis & obſecrationis fraternæ.

10 Videtis † ergo quoniam non ſunt nouæ tales fraternitatum literæ ſigillatæ. Et ſequitur epiſtola reſponſalis. Onias Ionathæ ſacerdoti magno ſalutem. Inuẽtum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Iudæis quoniam ſunt fratres, & quia ſunt de genere Abraham. Et nunc ex quo cognouimus, benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra. Sed & nos reſcripſimus vobis. Pecora noſtra, & poſſeſsiones noſtræ, veſtræ ſunt, & veſtræ, noſtræ. Mandauimus itaq; hæc nũtiari vobis. Et libro. 2. expoſitionis ſuæ in hũc librum. RABANVS. Ioſephus huius loci mẽtionem faciens, non videtur tantummodo cognationem Spartiatarum cum Iudæis, verùm etiam aliquam ſocietatẽ velle exprimere, qui taliter Lacedæmoniorum epiſtolam ſcriptam refert. Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Legentes ſcripturam antiquam, inuenimus ex vno genere Iudæos, & Lacedęmonios extitiſſe, & familiaritatem cum Abraham ſocialiter habuiſſe. Iuſtum eſt ergo, vt fratres exiſtatis, & tranſmittere ad nos, & petere quæ vobis neceſſaria iudicatis. Eacimus verò & nos idem, & noſtra propria ſimul & veſtra reputamus communia. Portitor literarum Dunotilis epiſtolas vobis defert quadrangulo ſcriptas, ſignaculum habentes aquilam draconem vnguibus portantem. Hæc ille. AVTHOR. In vnum connectamus dicta iſta è ſcripturis, & ſenſum ſancti ſpiritus põderantes, habebimus non inutiles eſſe has literas ſuffragia mutua ꝓmittentes, vbi cùm fratres eſſent mutui generis ex Abraham longè diſtantes, vt ſe propinquos facerent, hi pro eis oblationes, & preces, & ſacrificia legalia, hi econtrario carnales ſua pecora, & poſſeſsiones, & prædia communiter offerebant. Quid aliud rogo, quàm vt ait Apoſtolus, ſi ſpiritualiũ eorum participes facti ſunt, debent & hi in carnalibus miniſtrare eis? Placuit enim, & debitores ſunt eorum. Et quid circa hanc rem dixit ſcriptura? Benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra. Hoc agunt prælati eccleſiarum, & clauſtrorum in literis, quas Witcleff in calumniam ducit: hoc egerunt ſancti iſti, quos ſcriptura commemorat, addentes ſignaculum aquilæ draconem portantis in vnguibus: & ſub hoc ſignaculo iuſtum arbitrabantur petere ab eis, quæ neceſſaria iudicabant, addentes, vt fratres exiſtatis. Et hoc ipſum fraternitatis charitatem nominabat Apoſtolus ad Hebræ. 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hoſpitalitatem no-

lite obliuiſci. Et primæ ad Theſſal. 4. De charitate autem fraternitatis non neceſſe habui vobis ſcribere, etenim facitis illud in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. Et Petrus Apoſtolus in canonica ſua ſecũda. In pietate fraternitatis amorem, in fraternitatis amore charitatem. Etenim beatus Gregorius exiſtimat has eſſe pennas alterius ad alterum ſub firmamento directas, quas Ezechiel commemorat. Vnde libro primo ſuper Ezechi. homilia. 7. GREGO
11 RIVS. Tunc † pennæ virtutum ſub firmamento rectæ ſunt, quando bonum, quod alter habet, hoc alteri impendit, vt qui terrenam ſubſtantiam accepit, indigentis proximi inopiã ſubleuet: qui doctrinæ gratia plenus eſt, ignorantis proximi tenebras verbo ſuæ prædicationis illuſtret: qui temporali poteſtate ſubnixus eſt, oppreſſos à violentis releuet. Sequitur. Qui à terrenis actibus liber ſoli Deo vacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret. Fit autem ſæpe, vt qui terrena ſubſtantia nimis occupatur, orationi non quantum debet, inuigilet. Et fit plærunque, vt is, qui ad exorandum dominum cunctis mundi oneribus exutus vacat, ſuſtentationem viuendi nõ habeat. Sed dum diues porrigit alimentum, atque veſtimentum pauperi, & dum pauper orationem ſuam animæ diuitis impendit, pennæ animalium rectæ alterius ad alterum tenduntur. Nam dum ille mihi verbum prædicationis exhibet, & lumẽ veritatis ex corde meo ignorãtiæ tenebras expellit: dum ego illi quia fortè à mundi huius potente opprimuntur, ſolatium meæ defenſionis impertior, atque hũc de violẽtis manibus euello, viciſsim nobis pẽnas noſtras tendimus, & nos affectu & opere caria ex bono, quod accepimus, tãgimus. Vnde bene primus paſtor admonet dicens. Omniũ aũt finis appropinquabit. Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia aũt, mutuã in vobiſmetipſis charitatẽ habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiã, in alterutrum adminiſtrantes. Quod ergo apud Ezechielem penna, hoc apud Petrum Apoſtolum accepta gratia dicitur. Et quod ille ait rectæ pennæ alterius ad alterũ, hoc eccleſiæ paſtor dixit, vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. Pennæ enim noſtræ rectæ iam non ſunt, ſi ad vtilitatem noſtram ſolummodo reflectũtur: ſed tũc rectæ fiunt, cùm in vtilitatem proximi dirigimus quod habemus.

Hæc ille.

¶ Quòd ſanctos pauperes debent fideles præcipuè carnalium ſuorum habere participes.

CAP. CI.

SVMMA.

1 *Pauperum duo genera, ſcilicet pauperum ſanctorũ, & uulgarium egenorum.*
2 *Pauperes ſancti, & religioſi præ cæteris nutriẽdi.*
3 *Paulus pro quibus pauperibus poſtulare non erubuerit.*
4 *Witcleff, quàm impiè dixit contra Deum, iure euangelij paſcendos eſſe pauperes publicos, ſanctis dimiſſis.*
5 *Dandum quòd ſit omnibus ſine morum diſcuſſione, non tamen ob malas artes.*
6 *Argenti modij pauperibus miſſi.*
7 *Chriſtiani, quòd omnibus pauperibus ſint debitores, maximè uerò ſanctis.*

CONtra prædictas ſcripturas addit Witcleff loqui verba prophana cap. 31. quarti trialogi homines, quibus fratres concedunt talia, multipliciter demerentur. Primò, quia ſunt in fide inſtabiles, dimittentes fidem catholicam propter mendacia friuola horum fratrũ. Secundò, quia tales cæcati, nutriũt fratres Antichriſti diſcipulos, & dimittũt pauperes infirmos, cæcos, claudos, & debiles, quibus de iure euangelij debẽt dare. Hæc ille. AVTHOR. Nihil ex his probat, quaſi tantũ dixiſſe ſufficiat, Teſtem Chriſtum inuoco, qui pro nobis pauper factus eſt, cũ eſſet diues, quòd nihil in pauperum publicorum detrimentum, nihil in eorum præiudicium operari propono. Sed quia iſte ſcripturas inuocat cõtra pauperes ſanctos Chriſti, præponẽs eis illos coactos inopes, & pauperes publicos, quantum ſufficit ad repellẽdum iniuriã, veritatem merã de ſcripturis eliciam, Chriſto iudici commẽdando reſiduum.

1 Duo † igitur genera pauperũ iam dixi, pauperũ. ſ. ſanctorũ, q ſic vocãtur in ſcripturis: & vulgariũ egnorum. Primi paupertatẽ ſubierunt pro Chriſto, ſecũdi in Chriſto. Primos (audeo dicere) cum omni ſollicitudine curabant apoſtoli in ſcripturis ſuis, vt ſuprà addidi lib. 4. mittentes eiſdem de communi cõſilio Paulum & Barna-

Pauperum duo genera.

Barnabam,dantes eis dextras tantùm, vt pauperum memores eſſent.Dextras tãtùm,prout diſputat Hieronymus viriliter contra Vigilãtium,qui inuenit hanc hæreſim, quam modo fouet Witcleff: hoſq; ſanctos pauperes ſemper appellarunt,cuius rei rationem aperit,exponendo hunc textum apoſtoli ſecundæ Corinth.9.Diſperſit dedit pauperibus. AMBROSIVS. Per exemplum,inquit, ad curam pauperum,vt in omni opere bono abundent. Si enim huius, qui pauperibus largitur, iuſtitia manet in ſeculum ſeculi, quantò magis eius, qui miniſtrat ſanctis? Pauperes enim poſſunt dici,qui publicè egeni ſunt.Sancti enim diſcernuntur ab his,quia hi ſerui ſunt Dei, inſiſtentes orationibus,& ieiuniis, puram vitam agentes,ſicut & Anna prophetiſſa, quæ non diſcedebat de templo,ieiuniis & orationibus ſeruiens die ac nocte:omnem curam huius mundi poſtponens. Miſericordia hæc iuſtitia appellata eſt, quia ſciẽs qui largitur omnia Deũ cõmuniter omnibus dare, quia ſol eius omnibus oritur,& pluit omnibus, & terram omnibus dedit:idcirco diuidit cum his, qui copiam terræ non habent,ne beneficiis Dei videantur priuati.Hæc ille. AVTHOR. Accipe fundamentum diſtinguendi pauperes per ſcripturã, hos quidem ſanctos pauperes appellantem,& peculiariter Dei ſeruos,quia Deo ſeruiunt die ac nocte inſtar Annæ, ieiuniis & orationibus inſtantes,mundi curis poſtpoſitis,quibus miſereri,iuſtitiam quandam appellat: & hos præferendo cæteris pauperibus publicis arguit à maiori:quòd ſi huius,qui pauperibus largitur, iuſtitia manet inęternum, quantò magis eius,

2 qui miniſtrat ſanctis?Falſe † ergo increpat eos
ereſã r relipræcæ nutriẽ Witcleff contra ſanctas ſcripturas dimittere fidem catholicam,qui prius, aut potius nutriũt fratres,quàm pauperes,cæcos,claudos, & debiles: quoniam ſi hoc ſit contra ius euangelij: ergo apoſtoli, ergo Paulus in euangelico iure deliquit, qui ſanctos pauperes cæteris in eleemoſynis gentium omnimodè prætulerunt, dicendo, Tantùm vt pauperum memores eſſemus. lib.2.ſuper Eſaiam,textu. Vos depaſti eſtis vineam meam: rapina pauperum in domo veſtra. HIERO. Pauperem vel ſimpliciter accipe,q indiget eleemoſyna, vel certè pauperem ſpiritu:de quo ſcriptum eſt: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ. Et Paulus apoſtolus. Tantùm vt pauperũ memores eſſemus.Hæc ille.AVTHOR. Ergo nõ multi vulgi pauperes includuntur in hac regula,cùm tãtùm hos includat,qui pauperes ſunt electione vel ſpiritu,de quibus ſcriptura pſalmiſtę pręcipuè cecinit beatum eſſe,qui ſuper pauperẽ talem intelligit.Et Paulus hos ſolos amplectitur dicens,tantùm vt pauperũ memores eſſemus. Hi quidẽ,& diſcipuli apoſtolorũ Pauli,& ipſi? Pauli erant, qui cùm eſſent ignobiles, & inopes, quia tamen pro Chriſto cuncta tulerunt,non erubuit Paulus eorum in prædicando commemorare pauperiem, & poſtulare iuuamen. Prout Homilia .3. de laude Pauli.

3 CHRYSOSTO.Neque † verò hoc ſolùm admiratione dignum, quòd tantã potẽtiam talis obtinuit, ſed quoniã diſcipulorũ quoq; illius plurimi pauperes imperiti, ac totius erant erũditionis extranei,in fame, & egeſtate viuẽtes, ignobiles, & de ignobilibus procreati, quod certè ipſe etiam prædicauit, nec erubuit eorũ commemorare pauperiem,imò neceſſaria quidẽ victui poſtulare:proficiſcar, inquit,in Hieruſalẽ miniſtrare ſanctis.Et vt rurſus ſecũdùm vnã ſabbati vnuſquiſq; veſtrũ reponat quod ei bene placuerit,vt nõ cùm venero tũc collectæ fiant. Hæc ille. AVTHOR. Vides φ pro his poſtulare Paulus non erubuit,cauſam bonam ſe putãs habere taliũ virorum, & ſanctorũ inopiam. Horũ tutor proprius voluit Paulus eſſe,& ſimiliter diuites alios ſecũdùm Deũ iuſsit eſſe tutores,dicens. Qui ſubminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit,& augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.ſecundæ. Corinth.9. Vbi in expoſitione AMBRO. Hæc eſt iuſtitia, vt quia Deus dat,retribuat ex eo homo ei,cui deeſt. Hos enim vult miniſtros eſſe ipſorum, qui potiora eligentes,copias prẹſentis temporis ſpernunt,totos ſe Dei rebus obligantes. Vnicuiq; enim ſecundùm bonam voluntatẽ Deus præſtat auxiliũ.Sancti enim quia nihil volunt poſſidere,niſi victum habere,& veſtitum,hos,qui habere volũt,tutores illorum Deus eſſe diſpoſuit:vt qui bene& ſimpliciter eis miniſtrauerit amplificetur Dei nutu,vt habeat vnde ſemper poſsit largiri,& ad præſens locupletatus,& in

4 futurum. Hæc ille. AVTHOR.Iam † poteſt videre Witcleff,quàm impiè dixit contra Deũ iure euangelij paſcendos eſſe pauperes publicos,ſanctis dimiſsis. Ambroſius totum hìc agit pro releuandis ſanctis pauperibus, dicens volũtatẽ Dei eſſe, vt horũ diuites ſint tutores. Quorũ putas?Nõ ſimpliciter pauperum dicit, ſed qui copias præſentes ſpernũt,totos ſe Dei rebus obligantes: qui nihil volunt hìc poſsidere præter victum,& veſtitum. Horum pauperũ eos,qui hęc habere volũt, tutores Deus eſſe diſpoſuit.Nõ ergo prædatores,aut dimiſſores. Cur autẽ horum præcipuè prima quæſtione

ad Edibiam HIERO. Rationē aſsignat euangelij iubētis hos facere amicos de māmona iniquitatis, vt nos recipiāt in ęterna tabernacula. Et ad Iulianū in epiſtola conſolatoria de amiſſis pignoribus HIERO. Difficulter intrant diuites in regnū cælorū, quod expeditos, & alarum leuitate ſubnixos habitatores deſiderat. Vade, inquit, & vēde, non partē ſubſtātiæ, ſed vniuerſa quæ poſsides, & da, nō amicis, nō cōſanguineis, nō propinquis, nō vxori, nō liberis: plus aliquid addā, nihil tibi ob metum inopię reſeruaueris: ne cū Anania dāneris, & Sapphira: ſed da cūcta pauperibus, & fac tibi amicos de mammona iniquitatis, qui te recipiant in æterna tabernacula, vt me ſequaris vt dominum. Hæc ille. AVTH. Hoc ponderat ſemper Hieronymus in proceſſu verborū huius euangelij, vt amicos ſibi faciat quis de mammona iniquitatis, qui eum recipiant in æterna tabernacula. Ipſi inter omnes ſunt ſancti pauperes, qui cuncta reliquerunt, donātes pro Chriſto, vt ipſe iuſsit: aut deſerentes ea pauperibus, vt Chriſtum ſequerētur ex tēpore. Hi quoque in amicos cōciliādi ſunt, nō tātùm quia ſic Chriſto per ſequelā proximi ſunt, ſed etiā quia cū Chriſto iudices diuitū ſunt futuri: hoc promittente eis Chriſto, qui nō poteſt fallere de promiſsis. Vos, qui reliquiſtis omnia, in regeneratione cū ſederit filius hominis in maieſtate, ſedebitis & vos ſuper ſedes. 12. iudicātes. 12. tribus Iſraël. Hi ergo præ aliis amici facti diuitibus de māmona iniquitatis, nō tantùm precibus in hac vita, ſed & in iudicio futuro in æterna tabernacula introducere poſsūt beneficos ſuos, data eis à Chriſto iudiciaria poteſtate. Vnde ſuper primū verſum pſal. 40. Beatus, qui intelligit ſuper egenū, & pauperē. CASSIO. Legitur, inquit, omni petenti te, tribue. ſcriptū eſt enim. Deſudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum cui des: ſed ſi omnes iuſtos quęrimus, imperatam cōſtringimus largitatē, verùm hæc cauſa in ſola pia voluntate cōſiſtit: quia nō eſt noſtrū prius mores diſcutere & ſic indigentiæ ſubuenire. Sufficit nobis, vt nos dare aliquid malis artibus neſciamus. Nec opiniones hominū captando, eleemoſynā largiamur, ſed operemur ſolo affectu ſubueniēdi & qd nos præcepit diuinitùs intuēdi. Qui ſic dederit, & ſi iuſtis nō det, iuſtè tamē omnibus erogauit. Sed maior opera dāda eſt: vt ſanctis viris in aliqua indigētia ſubuenire debeamus propter Chriſtū dominū, qui de pauperibus ſuis in iudicio proprio dicturus eſt, Qui fecit vni ex minimis iſtis, mihi fecit. Quid enim dici poteſt ſublimius, qdve glorioſius, quando aut ipſi prætermiſsi in ignē dirigēt, aut remuneratī nos ad dexterā collocabūt? Sed aduerte quod dixit, intelligit: vt etiā nō petētibus talibus offeratur: nā qui petēti tribuit, bonū op⁹ efficit, qui verò tacentē intelligit, beatitudinē ſine aliqua dubitatiōe cōquirit. Hęc ille. AVTHOR. Tria diuerſa diſpoſuit nobis Chriſtus in hac ſerie ſancti patris ſtudioſē pēſanda. Primò, q vltimò iā ſonuit eleemoſynarios diuites tāta cura debere intelligere neceſsitates ſanctorū pauperū, vt eis etiā nō petētibus tribuāt, & pueniāt indigētes. Nā nō indiget inquis. Qualiter tibi conſtat? Securiùs, & ſanctiùs nondū egēti ſubuenies, quàm egere expectatiōe tua cōpelles. Paulus abūdauit acceptis: gaudebat tamē Philippēſes ſibi cōmunicare, & miſſa recepit. Gauiſus ſum in domino, inquit, vehementer, quoniā tandē aliquando refloruiſtis pro me ſentire: nō quaſi ꝓpter penuriā dico. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens. Et ſequitur. Habeo autē omnia, & abūdo. Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis in odorem ſuauitatis hoſtiā acceptā, Deo placētem. Philip. 4. Vbi in expoſitione REMIG. Repletus ſum, inqt, ſub omni abūdātia acceptis ab Epaphrodito, ſubaudi muneribus, q̄ ſubaudi munera miſiſtis. Miſerāt illi Philippēſes aut aurū, aut argentū, & veſtimenta per Epaphroditū: in quibus ipſe multùm congratulatus eſt. Apud Deum odor ſuauitatis eſt intentio bona, & voluntas promptiſsima offerentis. De qua legimus in Geneſi, quia odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. Hæc ille. AVTHOR.

5 Item † inter ſuperiora verba Caſsiodori notabatur ſine diſcuſsione iuſti vel iniuſti dādum pauperibus vniuerſis, hæc inquit cauſa in ſola pia voluntate conſiſtit, nec eſt noſtrum prius mores diſcutere, ſed ſufficit nobis, vt nos dare aliquid malis artibus neſciamus: hoc contra impiam Witcleff ſæuitiam, iubentis, & exhortantis inquirere de egeno, ne fortè quis foueat Chriſti aduerſariū contra Chriſtum. Sed contra hanc hypocriſim Phariſæorū ait Chriſtus in euangelio: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Vbi libro. 4. ſuper Lucam capit. 3. BEDA. Si ipſe bonum bona intentione patraueris, non habens in conſcientia tua aliquam partem tenebroſæ cogitationis: etiam ſi contigerit aliquē proximorum tua bona actione noceri, verbi gratia, aut de pecunia, quam à te indigēs & petēs acceperat, facere vel pati aliquid mali, aut de verbo exhortationis, quo errantem corrigere volebas, fortè pernicioſius errare: tu tamē ꝓ tuo ſimplici & lucido corde, & hīc, & in futuro

Dandum manibus ſine morū diſcuſſione, ita tamē ob mala artis.

Digitized by Google

turo lucis gratia donaberis. Hæc contra hypocriſim phariſæorum ſubdolè ſigna quęrentiũ. Hæc ille. AVTHOR. Quid ergo turbat Witcleff lucidas conſcientias hominum? bona intentio pauperi dantiũ forſan malo reuerа quęratur, & amicus pauperũ nuſquàm erat. Nec quod hic dixit de pauperibus cæcis & claudis pro ipſis fouendis, dixit de vulgo: ſed magis ad ſubſtrahendum eis pauperibus ſanctis, qui degunt in clauſtro. Qualiter Iudas occaſionẽ ſumpſit quaſi ex parte pauperum loquendi contra Chriſtum: potuit, inquiens, venundari multo, & dari pauperibus. Sed alius euangeliſta hoc (inquit) ait, nõ quia de pauperibus pertinebat ad eum, ſed fur erat. Aliter rogo cur diceret aliis in locis quòd Chriſtus & ſui apoſtoli non ſic corporales eleemoſynas ſed ſpirituales faciliùs miniſtrarunt? de officio paſtorali capite. 10. Et iterum nec Chriſtus in perſona propria, nec ſuos apoſtolos voluit fieri talium diſtributores. libro de diabolo in fine. AVTH. Qualiter ergo conſtituit Chriſtus Iudam diſpenſatorem loculorum non eſt ignotum euãgelium. Et Chriſtus tantam curam habuit egẽtium populorum: quibus ducentorum denariorum panes non ſufficerent, vt vnuſquiſq; modicum acciperet: diceret tamen Philippo, vnde ememus panes vt manducent hi? Et ſeptem diaconos quis inſtituit miniſtrare menſis? nunquid apoſtoli Chriſti, ante quos ipſi apoſtoli exercebant officium, dicentes: non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis? Et penè in omnibus epiſtolis ſuis Paulus mentionem facit benefacere ſanctis pauperibus in Hieruſalem. Qualiter ait ad Romanos. 15. Nunc proficiſcar in Hieruſalẽ ſanctis miniſtrare. Vbi in expoſitione REMIGIVS. Sanctos appellat illos, qui pro Chriſti amore omnia ſua reliquerant, aut vendiderãt, & pretium illorum ad pedes apoſtolorum poſuerunt. Vel illos, qui deprædati fuerant à Iudæis non credentibus: quos laudat in epiſtola ad Hebræos, inquiens. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. De iſtis etiã dixit Eſaias. Et qui receſſit à malo eorum prędæ patuit. Iſti omnes, qui omnia reliquerant, vel qui expoliati fuerant, qui ſcientiam prædicandi non habebant, vt ad prædicandas gentes poſſent ire, erant in Hieruſalem vacãtes iugiter orationibus, ac ieiuniis. Quibus apoſtoli de ſingulis prouinciis, & locis, in quibus prædicabant quicquid pecuniarum, argenti, auri, frumenti, vel veſtimentorũ accipiebãt, eis mittere ſatagebant: maximè tamen Paulus, qui
2 pluribus gentibus prædicabat. Vnde † dicũt doctores, ꝙ aliquãdo amplius quàm tres, aut quiq; modios argẽti eis mittebat. Probauerũt enim Macedonia & Achaia, id eſt, ſanctum & bonum viſum eſt illis collationem aliquam facere munerum in pauperes ſanctos, qui ſunt in Hieruſalem. Hæc ille. AVTHOR. Videant omnes homines ſi Chriſtus & apoſtoli nolebãt eſſe talium corporalium diſtributores, puta auri, & argenti, veſtium, ciborum & huiuſmodi corporalium. Vſquequo hic homo contra planas ſcripturas frontem opponet cornutam? Ita vt trium aut quinque modiorum argenti diſtributio nulla putetur. Condoleo mẽ
7 daciis eius tam numero copioſis. Se † ergo omnibus pauperibus debitores eſſe nouerint Chriſtiani. Nullum egenum excipio, nec dico dimittendum ſanctum, vt vulgari detur, quod cõtra euangelicam rationem eſt. Nec dico dãdum ſanctis, cæteris dimiſſis, quod impiũ eſt, ſed omnibus dandum cenſeo, maximè verò ſanctis, qui more iſtorum ſanctorum Hieruſalem omnia vendiderunt, aut penitus reliquerunt, vacantes iugiter orationibus, & ieiuniis, qui & beneficos ſuos cenſoria quadam poteſtate, prout tertiò iã ſuprà dixit Caſsiodorus, in æterna tabernacula poſſunt inducere: & de quibus omnem ſollicitudinem fecerunt apoſtoli, & quibus prouidere non deſinit ipſe Chriſtus. Vnde ſuper pſal. capit. 3. tractatu. 3. verſu, producens fœnum iumentis AMBRO. Nemo dicat, nobis præceptum à Chriſto eſt, vt ſeruo Dei detur, mendico non detur. Abſit prorſus. Impius iſta loquitur, da illi, ſed multò magis illi. Ille enim petit, & in voce petentis agnoſcis cui des. Ille autem quantò minus petit, tantò magis vigilandum tibi vt tu pręoccupes petiturum, aut fortè modò nõ petiturum, & aliquãdo damnaturum. Itaque curioſi eſtote ad iſta fratres mei, & inuenietis multorum Dei ſeruorum indigentiam, tantùm vt velitis. Et bene poſt. Cùm ergo ſanctum quiſque ſuſcipit, non ſuſcepto, ſed ſuſceptori præſtatur. Nunquid in illa fame non paſcebatur Elias? Nonne coruus afferebat carnem & panem ſeruo Dei ſeruiente creatura? Miſſus eſt tamẽ paſcendus ad viduam, non vt militi, ſed vt prouinciali aliquid præſtaretur. Hæc ille. AVTH. Quid amplius contra Witcleff dici poſſet prę ferentem pauperes cæcos, inopes, publicos, ſeruis Chriſti ſanctis pauperibus, allegãdo primis victum iure euangelij, quod nos concedimus, dummodo primos præferat iſtis ſecundis, dicentibus ſanctis omnibus: da illi, ſed multò magis illi. Et illum præoccupes petiturum, aut fortè modò non petiturum: & aliquando

Argenti ma dij pauperi bus mißi.

Digitized by Google

damnaturum. Nam vt tuam opem in eius ſuſtentatiõe prouideas pluſquã ſuam, dominus ipſe Eliam ſeruum ſuum ſine omni homine pauit in coruo: vt autem benefaciendi occaſionẽ ſumeret, demum pauit ex fœmina. Et putas Eliam iſtum publicum fuiſſe mendicum? Semper ergo in diuina lege pauperes ſancti & religioſi viri in eleemoſynis percipiendis cæteris prælati ſunt. Quod item Chriſtus exercuit, & fecerunt apoſtoli, primò omnium de perfectis in omni ſua diſtributione curantes. Vnde libro de catechizandis rudibus ante finem AVGV. Itaque iam veteris hominis terrena deſideria mortificãtes, & ſpiritualis vitæ nouitate flagrantes, ſicut præceperat dñs in euangelio: vendebant omnia, quæ habebant, & pretia rerum ſuarum ante pedes Apoſtolorum ponebãt: vt ipſi diſtribuerẽt vnicuiq; ſicut opus erat: viuenteſque in Chriſtiana dilectione concorditer, non dicebant aliquid ſuum, ſed erant illis omnia communia: & anima vna, & cor vnum in Deum. Et infrà. De Paulo loquens. Eccleſias autem conſtituens per omnes gentes, qua euangelium ſeminabat, impenſè præcipiebat: vt quoniam ipſi ex idolorum cultu venientes ad vnum Deum colendum, adhuc rudes non poterant facilè rebus ſuis venditis & diſtributis Deo ſeruire, oblationes facerent in pauperes ſanctorum, qui erant in eccleſiis Iudeæ, quæ Chriſto crediderãt. Ita illos tanquàm milites, iſtos autem tanquàm ſtipendiarios prouinciales apoſtolica doctrina conſtituit, inſerens eis Chriſtum velut lapidem angularem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quòd rudes iſtos de gentibus conſtituit apoſtolica doctrina in primæuis eccleſiis oblationes facere in pauperes ſanctorũ per eccleſias Iudeæ, qui iam rebus ſuis renunti auerant, vt ſecundùm verbum Chriſti forent perfecti: quibus tunc diſtributionem ipſi fecerunt apoſtoli, ipſi poſtulauerunt, ipſi pertulerunt, ipſi quoque manibus diſtribuerunt oblata: quam curam peculiariter in religioſos viros ſucceſſoribus ſuis poſtmodum commiſerunt epiſcõpis, prout ca. 2. VRBAN. Papa. Ipſæ vero res indictione ſingularum parochiarum, epiſcoporũ, qui locum tenẽt apoſtolorum, erãt & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Ex quibus epiſcopi & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitã degere volentibus miniſtrare cuncta neceſſaria debẽt, prout meliùs potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur.

¶ Quòd fide ſunt certi de ſuo participio cum ſanctis, qui communicãt cum eis in carnalibus.

CAP. CII.

SVMMA.

1 *Fides quòd non ſit opinatio, ſed res certa.*
2 *Deſperandum de nullo dum uiuit.*
3 *Præſciti quòd poſſint emendari, & ſalui fieri.*
4 *Peccatum ad mortem irremiſſibile. Et quando tale dicatur ſecundùm Auguſtinum.*
5 *Chriſtus quomodo orauit pro non euenturis, quæ tamen euenire poterant.*
6 *Orandum quòd ſit ſine hæſitatione.*
7 *Fraternæ orationes, quòd expiationem obtineant ſcelerum, & impetrent charitatem.*
8 *Emendationis uirorum carnalium probatio.*
9 *Paulus purus homo, quomodo ſecurauit fideles ſocios factos, & participes meritorum apoſtolicorum, cõtra Witcleff.*

HVius autem commercij certitudo aliqua eſt, aut nulla. Sed non videtur piè, aut catholicè poſſe dici quòd nulla: quia tam certificè dixit apoſtolus: ſi ſpiritualium eorũ facti ſunt participes, & in carnalibus debẽt eis miniſtrare. Sed de participio ſpiritualium quis efficit eos certos? ſic arguit Witcleff. 4. trialogi capi. 30. De bono promiſſo ementes non habent certitudinem. Cùm fratres ex parte ſui habent certitudinem de bono ſperato: videtur quòd ſeminant deceptionem friuolam vtrobique: acſi venderent catum in ſacco. Et iſte item catus ſic venditur in ſermone. 42. tertiæ partis. Et hæc ratio currit vbique in libello de oratione cap. 3. Nemo (inquit) mercaretur cum alio emẽdo aliquid, niſi de commercio ſit ſecurus. & in ſpeculo militantis eccleſiæ capite. 24. & 1 centies alibi. AVTHOR. Propter † hanc certitudinem fidei chriſtianæ tollendam æſtimationem, aut reputationem aliquam incertam, ipſe ſolet exponere, vt ſicut fidem, ita ſpem Chriſtianorũ tollat è mundo, vt nihil nobis certũ remaneat, nihil fixũ. Hoc & Petr⁹ Abellardus conabatur cõtra apoſtolos, prout in libello contra eum ad papã Innocentiũ ait BERNAR. Deniq; in primo theologiæ, aut potiùs ſtultilogiæ ſuæ circa finem definit æſtimationem, quaſi cuiq; in ea ſentire, & loqui li-

Fides nõ eſt opinatio, ſed res certa.

ceat

ceat, quæ libeat, aut pendeant ſub incerto in vagis & varijs opinionibus noſtræ fidei ſacramenta: & non magis certa veritate ſubſiſtant. Nonne ſi fluctuat fides, inanis eſt & ſpes noſtra? Stulti ergo martyres noſtri ſuſtinẽtes tot acerba propter incerta: nec dubitantes ſub dubio remunerationis præmio durum per exitum, diuturnum inire exilium. Sed abſit, vt putemus in fide, vel ſpe noſtra aliquid (vt is putat) dubia æſtimatione pendulum, & non magis quod in ea eſt, certa ac ſolida veritate ſubnixum, oraculis, ac miraculis diuinis perſuaſum, ſtabilitum, & conſecratum partu virginis, ſanguine Redemptoris, gloria reſurgentis. Teſtimonia iſta facta ſunt nimis credibilia, ſi quo minus, ipſe poſtremò ſpiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus. Quomodo ergo audet quis dicere exiſtimationem, niſi qui ſpiritum iſtum nondum accepit: qui euangelium, aut ignorat, aut fabulam putat? Scio cui credidi, & certus ſum (clamat Apoſtolus) & tu mihi ſubſibilas, fides eſt exiſtimatio, tu mihi ambiguum garris, quo nihil eſt certius. Hæc ille. AVTHOR. Sed nunquid eſt fides, inquit Witcleff, quòd petitiones veſtræ ſic innoteſcunt apud Deum? Nihil mihi cum malè, aut iniuſtè orantibus, cùm de fide agitur, omnia cum charitate facimus, quæ omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Econtrariò ſuperſtitio, vel hæreſis ponit ſecũdùm Prophetam, bonum malum, & malum bonum, dulce quoq; amarum, & amarum dulce: tenebras lucem, & lucẽ tenebras. Vis audire, quid non fides ſola, ſed ipſa veritas ait? Quicquid orantes creditis, petite, quia accipietis, & fiet vobis. Et ſub hac ſpe iuſsit, Petite, & accipietis, Pulſate, & aperietur vobis. Sub hac item ſpe, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Abſit, vt in hac fide, vel ſpe noſtra aliquid (vt Witcleff putat) dubia æſtimatione ſit pendulum: nihil plus Chriſtus iubet, quàm vt credamus in eum. Inde Auguſtinus in fide ſolebat orare Deum, libro Confeſsionum ſuarum, Da quod iubes, & iube quod vis. Quod verbum eius Pelagius indignè tulit, vt ipſe ſcribit libro de bono perſeuerantiæ, verſus finem AVGVSTINVS. In eis certè dixi domino noſtro, da quod iubes, & iube quod vis, quæ verba mea Pelagius Romæ, cùm à quodam fratre, & coẽpiſcopo meo fuiſſent eo præſente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotiùs penè cum eo, qui ea commemorauerat, litigauit. Quid verò primitùs, & maximè Deus iubet, niſi vt credamus in eum? Et hoc ergo, ſi ipſe dat, bene dictum eſt, da quod iubes. Hæc ille. AVTHOR. Hęc ergo certitudo viri fidelis, vt credat à Deo accipere, & maximè quod ſibi placet, iubere. Hoc primitùs, hoc maximè iubet Deus, vt credamus in eum, nec tantùm iam, ſed vt fundamentum certitudinis in orando quęramus: veteris legis adeamus fidem. Si item carnales illos de oratione pro eis facta dominus miſit in hac perplexitate Witcleuiſtica ſuæ propitiationis incertos Leuitici quarto ſcribitur, Si omnis turba Iſraël ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini eſt, & poſteà intellexerit peccatum ſuum, offeret vitulum pro peccato, &c. Rogante pro eis ſacerdote, propitius erit dominus. Itẽ ſi peccauerit Princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & poſteà intellexerit peccatum ſuũ, offeret hoſtiam Domino hircum de capris, &c. Rogabitque pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Item ſi peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, offeret capram immaculatam, &c. Rogabitque pro eo, & pro peccato illius, & dimittetur ei. Ita anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vel malè quid fecerit, vel bene, & idipſum iuramento, & ſermone firmauerit, oblitaque poſteà intellexerit ſuum delictum, aget pœnitentiam pro peccato, vt offerat agnum de gregibus, ſiue capram, orabitque pro eo ſacerdos, & pro peccato eius. Item ſi anima præuaricans cæremonias per errorem in his, quæ Domino ſunt ſanctificata, peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem, &c. ponet ſuprà, tradens ſacerdoti, qui rogabit pro ea, offerens arietem, & dimittentur hæc omnia ex delictis per obliuionem, vel ignorantiam, vel errorem. Sequitur. De delictis ex contemptu. Anima, quæ peccauerit, & contempto domino, negauerit depoſitum proximo ſuo, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, &c. pro peccato ſuo offeret arietem immaculatum, & dabit eum ſacerdoti, qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro ſingulis, quæ faciendo peccauit. In his omnibus nihil ſupponit dominus ſuæ miſerationis incertum. Intelligat peccator delictum, & offerat ſacerdoti, & ſtatim promittit effectum. Rogabit, inquit, pro eo, & ſtatim dimittetur ei. Si Witcleff maiorem ſecuritatem exigat de bono ſperato, quàm illam fidẽ à Dei ore promiſſam, ſeipſum infidelem cõuincit. Ergo cùm fides omnẽ offerentẽ ſacerdoti,

Digitized by Google

& pro quo ſacerdos orat, certificet de dimiſsio ne delicti, & propitiatione Dei, quomodo eſt Witcleff auſus contra legem Dei populū ad incredulitatem protrahere, iniectis conditionibus præſcientiæ, vel indignitate offerentis, vel orantis? Aut ipſe extollit ſe ſupra Deum, & legem eius volens videri in lege condenda peritior, aut cautior in explenda, aut neceſsitate fidei deuictus concedet, quòd meritis, & de uotorum orationibus oratorum Deus certos efficit ſuos participes de bono ſperato, & indulto delicto: ſic enim admonet plebem beatus præſul Auguſtinus orare pro quodam ſub diacono iam ab hæreticis reuerſo: addens de nullo deſperandum eſſe, dum viuit, ſupra Pſal. 2 36. AVGVSTIN. Neq; † enim deſperare debemus fratres de alijs, qui forte legerint veritatem, non executi fuerint neceſsitatem. Vſqueadeò enim de cæteris deſperandum non eſt, vt nec de iſto deſperemus quandiu viuit. *Deſperandum de nullo, dū uiuit.* De nullo enim viuente deſperandum eſt. Hoc ergo fratres ex occaſione hac ſcire debuit charitas veſtra, ne forte quis vobis dicat, nam ſubdiaconus eorum, qui cùm ei nulla quæſtio ibi commoueretur, elegit catholicam pacem, & vnitatem, & illis dimiſsis, venit. Reuerſus ſicut eligens, quod bonum eſt, non ſicut repudiatus à malis. Sic acceptus eſt, vt de eius conuerſione gaudeamus, & eum veſtris orationibus commendemus. Potens eſt dominus, qui illum faciat etiam atque etiam meliorem. Cæterùm de nullo pronūtiandum eſt in aliqua parte, ſiue in bona, ſiue in mala. Quandiu enim hîc viuitur, craſtinus dies ignoratur. Hæc ille. AVTHOR. Hæc doctrina eccleſiaſtica eſt: hæc ſpem roborat Chriſtianam, ne vnquā de aliquo deſperemus, dum viuit. Quid ergo docet nos Witcleff trepidare de quolibet alio ſi ſit præſcitus, vel diabolus, & de orationibus, & vita eius facit omnino incertos, imò incertum quemlibet de ſeipſo, quia nec eſt de ſe certior, quòd non ſit præſcitus, quàm de proximo? Ideò doctrina apoſtoli eſt, ſic de proximo ſicut de ſeipſo confidere ſemper viciniora ſaluti. Ad Hebræos. 6. Confidimus autem dilectiſsimi de vobis meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur. Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quā oſtendiſtis in nomine eius, quia miniſtraſtis ſanctis. Ecce qualem certitudinem facit iſtis apoſtolus de bono ſperato propter hoc, quòd miniſtrabant ſanctis. Non voluit enim imporerare eis cū iniquo Witcleff, quòd emiſſent catum in ſacco, ſed non eſt iniuſtus Deus, inquit, vt obliuiſcatur operis veſtri, quia miniſtraſtis ſanctis. Nec tamen certificauit eos, q̄ nullus eorum, quos dixit ſanctos, erat præſcitus, aut aliquem item illorum: ſed confidere tā tùm ſe meliora, & viciniora ſaluti eorum, quia ſcilicet de nullo eenſuit deſperandum, dum viueret: de nullo pronuntiare aliud volebat, niſi quòd poſſet bonus eſſe, ſi vellet. Item inter Philippenſes tales erant ſimiles Witcleuiſtis, improperantes hominibus de ſpe futuræ ſalutis. Vnde apoſtolus ait, Nihil ſecundùm irritationem, nec inanem gloriam. Ad Philippenſes. 2. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Sine dubio erant inter eos diſſentiētes, & inquieti, & qui inani gloriæ ſtuderent, & vincere volentes cum atrocitate animi: vbi præmium nō eſt, ſed parit lites, & rumpit charitatem. Quę enim poteſt eſſe plebs, in qua aurea vaſa, & argentea tātùm ſint, nō & lignea, & fictilia? Sed poſſunt exercitio boni immutata, fieri aurea, & argentea, quia non naturæ vitium eſt, ſed voluntatis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiat Witcleff, qui tam atrociter ingerit religioſis ſuſpicionē, 3 quòd ſint præſciti. Scio † non eſſe talem religioſorum plebem, vt omnia ſint inter eos vaſa aurea, vel argentea, ſed hoc ſcio, quòd ipſa inter eos, quantumcunq; vaſa lignea, vel fictilia, & ſi perpetuis ignibus iam præſcita, poſſunt tamen gratia, & libero ſuo arbitrio in aurea cō mutari: quia non naturæ illorum vitium eſt, vnde ſunt lignea, & vrantur, ſed propriæ volūtatis dicit Ambroſius. Propter hoc idem enim peccatum præſcientiæ, pro quo nullus oraret, Auguſtinus ſeipſum in retractatione libri primi de ſermone domini in monte, correxit, q̄ dixit illius peccatum eſſe ad mortem, qui contra gratiam, qua reconciliatus eſt Deo, fraternitatem oppugnat. Addendum fuit, inquit, ſi tam ſcelerata mente vitam finiret. libro primo 4 retracta. cap. 18. AVGVSTIN. Alio † loco peccatum fratris ad mortē, de quo dicit Ioannes apoſtolus: non pro illo dico, vt roget quis: ita definiui, vt dicerem peccatū fratris ad mortem, puto eſſe, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti quiſq; oppugnat fraternitatem, & aduerſus ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur: quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi, ſed tamen addendum fuit, ſi in hac tam ſcelerata mētis peruerſitate finierit hanc vitam, quoniam de quā tūcunq; peſsimo in hac vita conſtituto nō eſt vtiq; deſperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non deſperatur. Hæc ille. AVTHOR. Vbi eſt ille ergo in hac vita tam perditus, cui fratres orationes non promittant, ne fortè

Præſcitus ſum ego dari, & ui fieri.

Peccatū ad mortem.

Digitized by Google

fortè ſit præſcitus? Pone mihi præſcitum, ſed tamen viuentem, non deſpero: ideò nec imprudenter oro. Chriſtus † pro pœnitentibus orauit. Nunquid pro ſaluandis tantùm? Aut non ne etiam pro his, qui ſaluādi de futuro certi nō fuerunt ſaluari, tamen præſtante Chriſto potuerant? Sicut in horto pro calice, qui amouẽdus nunquam erat, ſed quia poterat auferri, nō imprudenter orauit. Abiecta ergo illa hæretica neceſsitate futurorũ, quæ inter fideles præmium nullum habet, ſed parit lites, & rumpit charitatem fraternam: cōfidamus in precibus ſanctorum, iuxtà præmiſſam legem, ſcientes, ꝙ tunc miſerebitur noſtri Deus. Et placabitur dominꝰ in generationibus noſtris, quādo propter iuſtitiam, & interceſsionem ſanctorũ, quā nobis patronam quærimus, nobis propitiatur Deus. Nullus tam perfidus eſt Iudæus, qui iſta putet incerta: imò lex facit de his ſecurum. Et Chriſtus iubens cum bona fide orare, & petere, & quicquid credimus, fiet nobis. Et Iacobus † omnino prohibet hęſitare, cùm petimus: qa talis ſimilis eſt fluctui: nec exiſtimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid à domino, inquit. Et triſtatur aliquis veſtrũ, oret, inquit, æquo animo, & pſallat. Infirmatur aliquis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, & omni dubio remoto, oratio ſaluabit infirmum, & alleuiabit eũ dominus. Nihil amplius ſuaſit Chriſtus, quàm vt per orationes fideles, ſperarent homines certũ à Deo remedium, & Witcleff, quos poterit, allicit ad incertũ. Felix vir Chryſoſtomus omnem certitudinem poſuit de felicibus eius euentibus in propitiatione diuina per interceſsiones fidelium, ſermone habito, qñ de Aſia regreſſus eſt, verſus finem. CHRYSOSTOMVS. Propter hoc gaudeo, & exulto, & orationes veſtras exigo, cum quibus ad Aſiam perrexi, cum quibus reuerſus ſum, cum quibus pelagus transfretaui, & adiutus orationibus veſtris feliciter nauigaui. Nec enim in nauim citra vos ingreſſus ſum: nec exiui citra vos, aut in eccleſia eram ſine vobis: ſed auulſus quidem eram corpore, connexus autem charitate. Intrabam eccleſiam, aſtabam altari, orationes offerebam, & dicebam, Domine conſerua eccleſiam, quam mihi tradidiſti. Ego quidẽ corpore abſens ſum, ſed tua miſericordia præſens eſt. Ipſe dominus vos conſeruauit, & ipſe me reduxit. Et in infirmitate poſitus, orationũ veſtrarum ſenſi auxilium, quod mihi quotidie in ſuffragium poſtulo. Hæc ille. AVTHOR. Hunc patrem ſanctum, & antiquum in forma fidei eccleſiæ tutiùs eſt audire, quàm Witcleff. Ipſe certificè dixit, quòd orationes eorum exigat, cum quibus in Aſiam ingreſſus eſt, & reuerſus eſt, & eorum adiutus orationibus felicíter nauigauit: & ipſe in infirmitate poſitus, orationum eorum ſenſit auxilium, quas ſibi in quotidianum ſuffragium poſtulat: hæc ſunt ῥῆba certifica, & hominis bonæ fidei. O quàm lōgè à fide Witcleff eſt fides huius Chryſoſtomi. Confide fili, inquit Chriſtus, remittuntur tibi peccata tua. Noli, inquit, Witcleff confidere, quia dicere publicè, quòd tu dimittis peccatum, in Deum eſt aperta blaſphemia, niſi dixerit tibi Deus, quòd ſic facit, & præcipiat tibi publicare voluntatem Dei, quòd ipſe Deus dimiſerit hoc peccatum. Hæc ille in expoſitione vulgari euangelij tertiæ hebdomadæ Quadrageſimæ feriæ tertiæ. AVTHOR. Ergo blaſphemauit Paulus, quando ait Corinthijs, Si quid cui donaſtis, & ego, in perſona Chriſti, eo ꝙ non expoſuit in publico hoc Deum ſibi dixiſſe, ſed nec requiſiuit ab eis, ſi Deus hoc eis præcepit facere, & voluntatem ſuam in huiuſmodi publicare, quòd ipſe ſic donauerit. Et ergo blaſphemauit Auguſtinus, quando pro quodam Mathematico iuſsit plebem orare, dicens pro certo oratione tali peccatum eius eſſe delendum. Nec expoſuit in publico hoc Deum dixiſſe, aut ſibi iuſsiſſe. Super Pſalm. 61. in fine. AVGVST. Ante Paſcha cœpit petere de eccleſia Chriſti medicinā, ſed quia talis ars, in qua exercitatus erat, quæ ſuſpecta erat de mendacio, atq; fallacia, dilatus eſt, ne tentaretur, & aliquando tamen admiſſus eſt, ne periculoſiùs tentaretur. Orate pro illo Chriſtum. Prorſus hodiernam precem pro illo fundite domino Deo noſtro. Scimus enim, & certi ſumus, quòd oratio veſtra delet omnes impietates eius. Hæc ille. AVTHOR. Quantus ergo blaſphemus Witcleff, qui dicit publicam blaſphemiam, quòd tu dicas publicè dimittere te peccatum in Deum, Auguſtinus audacter dicit orationem eorum delere omnem impietatē huius Mathematici. Et cur tam ſurdus eſt nunc Witcleff, vt auertat auulſus ſuam aurem, ne audiat Chriſtum publicè dicentem ad magiſtros eccleſiæ, Quoruncunque remiſeritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt? Ecce, dicunt, nos remittimus tibi hæc peccata. Quid ſequitur? Iuxta verbum Chriſti. Remiſſa ſunt. In quo ergo blaſphemant, quòd ſic dicunt, & ſic efficiunt? Non corrumpas priuilegium Principis, non peruertas. Non ait, quodcunque dimittitur, à Deo remittitur, ſed quodcunque vos remiſeritis. Nec ait, Quodcunque dixerit vobis Deus, quòd dimiſerit, & præceperit vobis publicare,

5 Chriſtus orauit ꝓ nō uenturis, uel tamen uenire potuerant.

6 Grandũ ſtabeſitatio.

Digitized by Google

blicare,hoc dicite. Hoc ipſum igitur fundaſſet Witcleff in euangelio Chriſti, aut apoſtolorũ geſtis, vel ſcriptis, quod totiens nudis verbis aſſerit,& mentitur in Chriſtum:vnde deſtruat fructum paſsionis Chriſti in ipſius fidelibus, & pulcherrimum ſacramentum. Mentitur ergo, quòd dicit ſolum Deum peccata dimittere,ſi à dimiſsione extrudat ſic hominem: quia ad homines dicit Chriſtus,Quorũcunq; remiſeritis vos peccata,remittuntur eis. Mentitur, quando dicit oportere Deum priùs remittere, ſicut probatum eſt ſuprà lib.5. in ſacramento pœnitentiæ, eo quòd Chriſtus præpoſuit remiſsionem humanam, promittens ſecuturam eſſe cæleſtem,tanquam maiorem,minorẽ primam confirmantem. Quæcunq;,inquiens,remiſeritis peccata,remittentur eis:vbi niſi,vt alibi ait,Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cælis.Sed pro peccato ſoluendo, quod fit in Deum,hoc exigendum ſcribũt patres, vt inſtantiùs precum fraternarum impetretur à Deo remiſsio, pòſt ſoluatur ab homine.Quam qui ſoluit, promiſit in cælis,non cõceſsit ſine ſatisfactione Deo condigna ſoluendum.Ideò fortè,ne minus ſatisfecerit Deo,qui noſtris oculis ſatisfeciſſe ſperatur,forti inſtantia à ſanctis fratribus orandus eſt Deus pro effectu fraternæ ſalutis. Et hæc eſt ratio quare nunquid ſine prece ſacerdos peccatorem abſoluit in foro item priuato. Nec ſine fratrum precibus in foro publico, prout lib.3.contra Creſconium cap.22. dicit AVGVST. Baptiſmum à peruerſis datum habere inconcuſſam ſui roboris firmitatem, & eis poſſe quidem in eſſe:ſed niſi correctis non poſſe prodeſſe. Correctis autem, & fraternis orationibus expiatis per charitatem operientem multitudinem peccatorum.Hæc ille.AVTHOR.Fraternis ergo orationibus talès expiandos docet, vt acci-
7 piant charitatẽ. Fraternæ † ergo orationes expiationem obtinent ſcelerum:& fraternæ orationes impetrãt charitatem:ſed antequàm expiantur ſcelera, & obtineat charitatem,expiandus eſt indignus Dei beneficio. Poſſunt ergo indignis participium ſui ſuffragij fratres ad remiſsionem conſequendam concedere, quod Witcleff regulariter abnegat. Sed hoc ſperant à Deo credẽtes exigunt ſinguli Chriſtiani:pro ſe donatum lachrymis matris ſuæ in libro confeſsionum, & iterũ aſſumit libro de bono perſeuerantiæ,poſt medium.AVGVS. Et in eiſdẽ etiam libris.Quod de mea conuerſione narraui,Deo me conuertente ad eandem fidem,quã miſerrima,& furioſiſsima loquacitate vaſtabã, non me ita narratum eſſe meminiſtis, vt oſtenderem me fidelibus,& quotidianis matris meę lachrymis,ne perirem, fuiſſe conceſsum. Vbi vtiq; prædicãt non ſolùm auerſas à recta fide, ſed aduerſus etiam rectæ fidei ad Deum ad eũ ſua gratia conuertere hominum voluntates. Hæc ille. AVTHOR. Quàm infideliter ergo dicit in libello ſuo de oratione Witcleff,quòd nemo confideret in orationibus alienis, ſed in vita propria ſtetiſſet. An non plus in prece materna, quãdo publicè confitetur, & pluries cùm iam furioſa loquacitate fidem Chriſti vaſtaret quotidianis matris ſuæ lachrymis, ne periret ſeſe fuiſſe conceſsum? Aut ſi beatus Paulus magis confidebat in vita propria, quàm in orationibus alienis,quando ait,ſecundę ad Corinth.1. vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in domino,qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos,in quem ſperamus,adiuuantibus & vobis in orationibus pro nobis: vt ex multarum perſonis facierum eius, quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Breuiter negata omni confidentia in vita, vel perſona propria in Deo ſpem ponit, & per orationes in adiutorio alieno fratrem no.Et ad Coloſſen.4. Orationi inſtate,vigilantes in ea in gratiarum actione,orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum Chriſti myſterium: vt manifeſtem illud ita vt oportet me loqui.Hoc euidens eſt, Paulum plus in oratione fraterna confidere pro fructu prædicationis futuræ, q̃ in vita ſua, arte, vel facundia. Sed quomodo dat hoc hæreſibus viantibus occaſionem publicè delinquendi,ſi quis crederet propter modicam pecuniam datam fratribus abſolui ſimpliciter de toto crimine, quod cõmiſit, inquit, Witcleff.4.Trialogi, cap.3.AVTHOR. Quis frater hoc tibi promiſit? ſcio promiſiſſe dominum, quòd eleemoſyna extinguit peccatum, ſed de oratione non eſt pertinens, quod dixi-
8 ſti.Attamen † ſicut apoſtolo viſum erat emendatos eſſe Corinthios,quia prompti erant miniſtrare ſanctis: ita de pœnitentia donantium religioſis poſſet homo confidere,& ſic habere Deum propitium,dicente Apoſtolo,ſecundæ ad Corinth.8. Sicut in omnibus abundatis fide,& ſermone, & ſcientia, & omni ſollicitudine,inſuper & charitate veſtra in nos, vt in hac gratia abundetis. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Exhortatur illos, vt glorietur de eis apud cæteras eccleſias. Hæc eſt enim probatio emendationis eorum, ſi ſint prompti ad miniſterium ſanctorum.Hæc ille. AVTH.Ecce probatio eſt emendationis virorum carnalium,ſi ſint parati miniſtrare ſanctis. Ex his facilè eſt

cilè eſt reſpondere prioribus, ſi velit mihi Witcleff ſatisfare de ſecuritate Pauli, qualiter poterat Paulus certificare credentes, vel ſeipſum de emendatione ſua, vel de adiutorio ſuo ſperato per preces fidelium. Et qualiter ipſe emit, aut alios emere facit catum in ſacco, cap. 3. de oratione. Nemo mercaretur cum alio emendo ali quid, niſi de commercio ſit ſecurus. Cùm ergo nullus talis fictus orator ſecurare poteſt alium, quòd propter ſuam orationem Deus vitam alterius acceptabit, non det alijs pretium commercij, antequàm de illo, quod emitur, ſit ſecurus. Hæc ille. AVTHOR. Pulchrè diſpoſitum argumentum: de quo nec poteſt reddere rationem politicã, neq; fidem, inanis gloria de vico eſt. Nam ꝙ mũdani mercatores cũ alijs mercantur, necdum de cõmercio ſunt ſecuri. Nonne penè omnes, & quaſi ad fati aleã ſub ventis, & vndis, aut rerum euentibus cuncta proponunt ad detrimẽtum vel lucrum? At quid moramur, in his, qui cuncta penè perdiderint? Petrum adeamus, & apoſtolos, quæſituri ab eis, quid lucri fecerint, cùm cuncta donarint pro Chriſto. Nonne longo pòſt ſequente tempore interrogabant à Chriſto, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Matthæ. 19. De præterito dicunt Matthæus, Marcus, & Lucas, Nos reliquimus omnia, & iam ſerò repetunt, quid ergo erit nobis? Ecce quales mercatores mi Witcleff, non extremi, ſed primi inter apoſtolos, Petrus & ſocij. Hi mercabantur cum Chriſto, nec de commercio ſunt ſecuri, dicẽtes diu pòſt, Quid ergo erit nobis? Reſpondit autem eis bonus mercator Chriſtus, Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Ecce, pone Petrum ſic mercantem de commercio non ſecurum, tamen quia fidus eſt, cum quo agit, non eſt de ſimplicitate ſua defraudatus à pretio. Omnis, inquit, qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Sed nec in hac promiſsione Chriſtus Iudam accepit, quanuis inter relinquentes erat tunc præſcitus. Quia dicit Witcleff, ſi ſit præſcitus, cui meritum tuum communicas, Iudas talis erit, cui communicauit & Chriſtus, ſi ſe præparaſſet & Iudas. Non eſt nobis datum ſcire in talibus ſpiritualibus commutandis, qui priores participabunt his meritis. Ideò in hunc locum, textu Matthæi, Erunt nouiſsimi primi &c. RABANVS. Multos tales intra eccleſiam cernimus, ſed eos nec imitari, nec deſperare debemus. Quid enim ſit hodie, aſpicimus, ſed quid cras futurum ſit, vnuſquiſque neſcimus. Plerunque & quid poſt nos venerit, per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix eum cras ſequemur, quem nos hodie præire videbamur. Certè cùm Stephanus pro fide moreretur, Saulus lapidantium veſtimenta ſeruabat omnium: ergo manibus ipſe lapidauit, qui ad lapidandum omnes exercitos reddidit, & tamen eundem ipſum in ſancta eccleſia laudibus anteceſsit, quẽ & perſequendo martyrem fecit. Hæc ille. AVTHOR. Pro omnibus igitur Stephanus orationem fecit, nec omnibus ſatisfecit, & Paulo ſuffecit: & Chriſtus omnes apoſtolos certos reddidit de mercede: nec tamen Iudæ profecit, vt ſic ſecurare poſſemus omnes homines de ſpe, quam in Chriſto habemus item orando prodeſſe, qui ſic obſunt, quòd prodeſſe nõ poſſumus, verùm tamen fides apoſtoli tutos nos efficit in promittendo, & eos, quos habemus precum noſtrarum participes in mercando ſpiritualiter commutando pro carnalibus ſuis æterna, dum dicit in eodem caſu Hebræis fidelibus, Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionũ: & in altero quidẽ opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculũ facti, in altero autẽ ſocij taliter cõuerſantium effecti: nã & vinctis compaſsi eſtis, & rapinã bonorũ cum gaudio ſuſcepiſtis. Hebr. 10. Vbi apoſtolus Paulus certificauit ſocios meritorũ effectos eos, quibus cõpatiebantur in vinculis alimoniã tribuẽtes. Socij, inquit, taliter cõuerſantium effecti, ſubdens cauſam, nã & vinctis cõpaſsi eſtis. Vnde & in expoſitione huius loci REMIGI. Iudæi credentes quidã expoliati ſunt à non credentibus, quidã verò non. Illi verò, qui nõ fuerãt expoliati, ſubminiſtrabant alijs de facultatibus ſuis, quapropter cũ agnouiſſent infideles, multa mala intulerunt vtriſq;. Sequitur. Ex parte altera opprobrijs, id eſt, contumelijs, & irriſionibus, ſeu tribulationibus ſpectaculum facti eſtis: hoc eſt, publicè, & in conſpectu multorum irriſi. Ex parte autem altera effecti eſtis ſocij in paſsione taliter conuerſantium, apoſtolorum videlicet, & eorũ, qui ſunt expoliati proprijs facultatibus, & verberibus afflicti, atq; in carcerem retruſi. Duobus modis oſtendit eis bene laboraſſe, ſcilicet, vel quia publicè contumelijs, & tribulationibus ſunt diuerſis afflicti, quod genus humanũ grauiùs fert in cõſpectu plurimorũ aliquid inhoneſtum, aut verbis, aut factis pati. Seu etiã, quia poſitis in carceribus compatiebantur, victumque, & veſtimentum, prout poterant, ſubminiſtrabant: vnde facti

erant

erant eorum ſocij. Quoniam mercedem,& retributionem,quam percipiet prædicator veritatis pro Chriſti nomine poſitus in carcere,aliiſq; tormentis afflictus, eãdem recepturus eſt ille,qui ſubſidium præbet, ne deficiat in tribulationibus, ſicut ipſa veritas promittit,dicens: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Hæc ille. AVTHOR. His dicat Witcleff, qui ſine vlla ſcriptura, facta phantaſtica ratione ſua,arguit ſolum Deum facturũ participes meritorum:ideò hoc purus homo ſecurare non poteſt. Paulus
9 †ecce purus homo ſecurauit fideles ſocios factos & participes meritorum apoſtolicorum omnes illos, qui compatientes eis victum, aut veſtimentum, prout poterant, miniſtrabant, dicente Remigio,Facti erant eorum ſocij: quoniam mercedem,& retributionem, quam percipiet prędicator poſitus in carcere,& alijs tormentis afflictus, eandem recepturus eſt is, qui illi præſtet ſubſidium:hoc eſt dicere,ſocius factus eſt prędicationis,incarcerationis,afflictionis illorum,tam quo ad mercedem,quàm quo ad retributionem,id eſt,meritum,& pręmium. In quo igitur recedit religioſus à Paulo,ſi item ſocium dicat prædicationis, incarcerationis,afflictionis, ſuæ vigiliæ, ieiunij,ſtudij,qui benefaciendo ſibi compatitur, meritis hic, & præmijs in futurum? Tales ecce ſocios meritorum ſuorum fecerunt apoſtoli, & ea ratione tales faciunt modò fratres,& clerici collegiati in cathedratis eccleſijs.

¶ Ad obiectum Witcleff, quòd religioſi deberẽt inſtare pro participio ſuffragiorum à populo,ſicut laici inſtant apud eos pro ſuffragiorum eorum participio.

CAPVT. CIII.

SVMMA.

1 *Orandum q; ſit mutuò.*
2 *Caput, q; maiorem gratiã refundat, contra Witcleff.*
3 *Orationis beneficium, q; ſit à ſanctis uiris maximè appetendum.*
4 *Oratorum q; non ſit eadem paritas, oſtenditur.*
5 *Macedones, & Achaici, quot modis erant debitores ſanctorum, de quibus Paulus ad Rom. 15.*
6 *Religioſorum eſſe prædicare, demonſtratur.*

MVtuas tamen preces nimirum fidelium Chriſtiana ſemper fides cõmendat,quid ergo vult, quòd contra religioſos paupe res,ſeptimo loco arguit Witcleff ſæpe prædicto capit. 30. quarti Trialogi.Cùm lex euangelica Matthæ. 7.doceat, q; quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, facere debetis & illis: videtur, quòd ſuppoſita iuſtitia acquiſitionis iſtarum literarum de fratribus, fratres etiam debent acquirere literas de ſimplicibus extra hos ordines, cũ probabiliter ex ſuppoſitione debent ſuppone re, quòd tales literæ plùs eis valerent,quàm laicis literæ de fratribus impetratæ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quali non haberent fratres in ſummis votis fidelium plebium precibus commendari. Aut ipſe prædicatores quoſlibet non audierit vnquam à populis, quibus prædicant,orationes exigere. Ego enim quondam iunior ſolitus eram audire deuotos preſbyteros ſingulis dominicis ad orandum pro monachis, & fratribus, cæteriſq; religioſis eccleſiæ zelo concitare fideles,quam regulam eccleſiæ patres à primæuis temporibus traxerũt indubiè, ipſo apoſtolo ſic iubente Epheſinis Chriſtianis,per omnem orationem,& precem orantes in omni tempore,& in ſpiritu,& in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis,& pro me:vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium euangelij,pro quo legatione fungor in catena,vt in ipſo audeam, pro vt me loqui oportet.ad Epheſi.7. Vbi in expo
1 ſitione AMBROSIVS. Si † rectè conuerſamur, Spiritus ſanct⁹ manet in nobis, & quod poſtulamus, poſſumus impetrare: hoc eſt ergo in ſpiritu ſemper orare munda conſcientia, & fide integra precem ad Deum dirigere. In carne enim orat, qui polluta mente precatur, iterum peccaturus,nõ de euentu,aut ſurreptione, ſed de propoſito. Sed poteſt non peccari ad mortem, ſi perſeueranter oretur, vt animus ſedula mente intẽtus ſit ſemper in Dei legem, ea meditans die,noctuq;,quæ amat Deus. Tũc & pro ſanctis pñt orare. Non eſt em̃ indignũ, vt pro ſe inuicem ſollicita ſint membra:nec temerarium poterit videri,ſi pro magiſtro diſcipuli idonei interpellent, adiuuantes eum, vt poſtpoſitis impedimentis, libertate vtatur ad prædicandum, ſicut traditum eſt ab authore. Hæc ille. AVTH. Hæc pietas Chriſtiana ſemper fuit,hæc humilitas,orationes mutuas petere, & ſoluere, & orare pro inuicem, vt ſaluentur. Non eſt indignum, inquit Ambroſius, vt

Oratio mutua.

pro ſe

Digitized by Google

pro ſe inuicem ſollicita ſint membra: ſed nec temerarium videri poterit, ſi pro magiſtro diſcipuli idonei interpellent. Sed inſtat hoſtis pietas pro literis acquirendis de populo, nec aduertit conſenſum corporis conſummari per ſententiam capitis. Vnde de Iſaac Eccleſiaſticus ait, quòd benedictionem omnium gentiũ dedit illi, & teſtamẽtum ſuum confirmauit ſuper caput Iacob. Huius ergo ſanctæ participationis vnguentum neceſſe eſt à capite in barbam deſcendere, & deinceps in oram veſtimẽti eius. Caput plebis ſub Chriſto, eſt Epiſcop⁹.

2 Non † ergo quælibet membra, ſed caput gra-
ut maio gratiã indit. tiam vberem effundit. Et quidem inter ipſos ſanctos gratia huiuſmodi cõmunicationis deriuatur à capite. Nec enim communicatæ preces, ſicut nec fœdera pacis per ſalutationes, & oſcula, ſtabilem authoritatem habent, niſi ſub literis prælatorum, aut principum inſtrumentis: & ſic Iudæi pacti ſunt Romanis ſocietatem in tabulis æreis per Iudam: & Alexandro per Ionatham principes ſuæ gentis: primo Macha bęorum. 8. & 10. Eccleſia verò Romana publicam ſalutationem miſit, Petri literis requiſitis: & eccleſiæ Epheſinæ Corinthiorum eccleſijs per literas epiſcopi ſui Pauli. Cùm autem Paulus preces populorum poſtularet in literis, nõ tamen ab eis literas poſtulauit. Et ita quanquã hanc gratiam inter plebes religioſi quamplurimi petunt, & obtinent, non tamen eis ad tantum derogare poteſt humilitas, vt ordo ſubuertatur apoſtoli, qui ſpiritualibus ſpiritualia comparat, carnalibus autẽ lac potum ſignat, non eſcam ſolidam, primæ Corinthiorum. 2. Si ergo ſpiritualia ſunt preces, & interceſsiones, & oblationes pro peccatis, quanuis multi ſint ſpirituales in populis, ſpiritualibus tamen viris in clero comparandi non ſunt, nec ſic omni populo. Et inde apoſtolus Iacobus cùm dixiſſet, Orate pro inuicem, vt ſaluemini: ſubiunxit, quod eſt prȩcipuum, Multùm enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Et adducit Eliam orantem pro pluuia. Aut fac Deum iniuſtè ſtatuere, quòd omnes de populo hoſtias & oblationes facerent ſacerdoti, vt ipſe oret Deũ pro eis. Nec ſic inſtituit ſacerdotem offerre quibuſcunq; de populo, vt ipſi econtrariò pro ſacerdote orarent, cùm tamen multi ex eis erant ſacerdote meritis altiores: ſed ipſum ſanctorũ officium, & ſitus diſtantes docent fideles, apud ſanctos, plebeis præcipuum locum eſſe orandi pro eis. ſic libro de templo Salomonis, cap. 10. BEDA. Accedebat vulgus vſque ad atrium ſacerdotum, & hoſtias ſuas ab hoc vſq; ad ianuam proferebat, ſuſceptas à ſacerdote, atq; in altari oblatas oculis proſequebatur, ipſum etiam templum cùm aperiebatur, intuitũ ſuum à longè dirigebat: nec tamen atrium ſacerdotum intrandi facultatem habebat, verùm de inferioribus clamabat ad dominum. Et infrà. Afferunt & ſuas hoſtias ad atrium ſacerdotum offerendas domino per illos, dum bona, quæ præualent operantes maiorum, ac doctiorum, & firmantur exhortatione, & interceſsione cõmendantur. Offerunt etiam hoſtias ſuas ſacerdotibus per eos domino commẽdandas, cùm ſanctis quibuſq; egentibus neceſſaria mũdi huius, quibus ipſi abundant, ſummæ mercedis intuitu retribuunt, domino admonente, ac dicente, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Et quicunq;, inquit, potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, &c. ac ſic vtrorunq; hoſtias vnus idemq; ignis in altari Dei abſumit, cùm dominus eleemoſynas diuitum, quibus miniſtrauerunt ſanctis, vnà cum magnis eorundem ſanctorũ virtutibus ſuo intuitu, ac retributione dignos

3 iudicat. Hæc ille. AVTHOR. Hæc † diuina le- *Orationis beneficium.*
gis ſententia manifeſtat præcipuum orationis beneficium à ſanctis viris maximè appetendum, & ſub allegoria veteris templi ordinem docet orantiũ in locis ſuis, vt quãuis plebs pro ſanctis, & ſancti pro plebibus exorarent: vbi tamen grandis adeſt neceſsitas, plebes orationis ſolennis locum non adeunt, nec appropinquant atrio ſacerdotum, ſed de inferioribus locis clamant ad dominum. Et item munera offerunt ſanctis viris meriti loco, & profeſsione maioribus, quorum firmentur hortatibus, & interceſsionibus commendentur: facientes ſibi amicos de mammona iniquitatis hos, qui eos in æterna tabernacula poſsint recipere ſacerdotes, & ſanctos. Inde communis eccleſiæ vox eſt ad Deum, Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum, offeram tibi boues cum hircis. Super quod in Pſalmo 65. AVGVSTINVS. Arietes duces eccleſiæ totum corpus eccleſiæ loquitur: hoc eſt, quod offert Deo incenſum, quid eſt oratio, cum arietibus? Maximè enim arietes orãt pro gregibus. Sequitur. Quid illi, qui fortè conſcij ſunt aliquorum peccatorum, qui fortè in ipſo itinere lapſi per pœnitentiam, ſanantur? Nunquid ipſi remanebunt, & ad holocauſtum non pertinebunt? Ne ipſi timeant, addidit, & hircos: holocauſta medullata offeram tibi, cũ incenſo & arietibus, offeram tibi boues cum hircis: adiunctione ipſa ſaluantur hirci, per ſe non poſſunt, adiuncti bobus accipiuntur.

Fecerunt

Fecerunt ſibi amicos de mammona iniquitatis, vt ipſi recipiant eos in æterna tabernacula. Ergo iſti hirci non erunt à ſiniſtris, quia fecerũt ſibi amicos de mammona iniquitatis. Qui autem hœdi, ad ſiniſtram? Quibus dicetur, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Qui peccata ſua eleemoſyna non redemerunt. Hæc ille. AVTHOR. Hoc autem dicit Witcleff, arguens in. 4. Trialogi ca. 30. doctrinam ſacram de fratrum ſuffragijs occaſionem dare viantibus publicè delinquendi. Quis, inquit, timeret opera voluptuoſa, vel lucratiua facere, ſi poſt modùm crederet propter modicam pecuniã datam fratribus, abſolui ſimpliciter de toto crimine, quod commiſit? Hæc Witcleff. AVTH. Non ſic, ſed qualiter Auguſtinus iam dixit, Hirci, id eſt, peccatores, non erunt à ſiniſtris, ſi fecerint ſibi amicos de mammona iniquitatis. Ipſi autem erunt à ſiniſtris, quibus dicitur, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Ratio, quia per ſe ſaluari non poſſunt. Adiuncti bobus, & arietibus, id eſt, perfectis viris, & ſuis ducibus, per orationis eorum incenſum ſaluari poſſunt. Qualiter ergo alios introducent, qui nec poſſunt introducere ſemetipſos, ſed aliorum ad hoc opus exquirunt, quærit Hieronymus. Non† igitur eſt hic paritas oratorum, ſed 4
ſpiritualium virorum, qui cunctam ſollicitudinem mundi depoſuerunt pro Chriſto, cũ ſanctis Hieruſalem eſt orare pro plebibus, & eorũ ſtudijs, & prædicationibus confortare, & eo ipſo alios, quibus hæc agunt, in temporali ſubuẽtione debitores efficiunt, ſecundùm illud apoſtoli ad Roma. 15. Probauerunt Macedonia, & Achaia cõllationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalem. Debitores enim ſunt eorum, quoniam ſi ſpiritualium eorum participes factæ ſunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Romanos ſcire vult, quòd huiuſmodi operibus ſtudendũ eſt. Qui enim per miſericordiam viuunt, & iuſtificati ſunt apud Deum, pios ſe debent exhibere fratribus: debitores enim ſunt &c. vt ſicut in ſpiritalibus participes eorum facti ſunt, ita bene & hi communicent corporalibus neceſsitatibus illorum, vt gaudentes ex Iudæis credentes collaudent prouidentiam in ſalute ipſorũ, per miniſterium eorum. Hi enim totos ſe diuinis tradentes obſequijs, nihil mundanum curãtes, exemplum bonæ conuerſationis præbeãt credentibus. Hæc ille. AVTHOR. Cur nõ interrogat Witcleff Apoſtolũ, & ſanctos Hieruſalẽ, quod iam interrogauit à fratribus, quare ſcilicet nõ inſtabant eſſe participes orationum fidelium Romanorum: ſicut dicebant eos in ſcriptis literis confirmabant ſuarum orationum Romanos eſſe participes? Sed apoſtolus in carnalibus ſuis Romanos fideles ſanctis iſtis pauperibus debitores aſcripſit. Aut nunquid inter fideles iſtos aliquos æquè ſanctos poterãt credere? Forſan poterant, ſed iſti totos ſe diuinis tradebant obſequijs, nihil mundanum curantes, dicit Ambroſi⁹. Ideò ſine ſollicitudine ſunt mundi, vt domini poſsint eſſe ſolliciti, quomodo placeãt domino: quomodo autem poſſent talium ſcilicet orationum, vigiliarum, prædicationum, & rerum ſpiritualium literas coniugati concedere, qui cum vxoribus ſunt, & cum viris vxores, ſolliciti, quę ſunt huius mũdi, quomodo placeant ſuis coniugibus. Nec habent poteſtatem ſui corporis fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacent orationi, & iterũ reuertãtur in idipſum, ne tentet eos Satanas: Ego neſcio, nec ſciuit apoſtolus hoc, primæ Corinth. 7. Ideò conſtituit eos debitores, non ſpiritualium, qui minus habent, vnde vices rependant, ſed carnalium ſuorum, quibus abundant eis, quorum ſpiritualium participes facti ſunt. Vt item in expoſitione prædicti textus ad Romanos. REMIGIVS. Macedo- 5
nia,† & Achaia, quæ & Achæa vocatur, à qua, & populi eius Achæi dicũtur, prouinciæ ſunt nobiliſsimæ Græcorum ſibi adiacentes, quas apoſtolus eccleſijs repleuit. Placuit enim eis, & debitores ſunt eorum. Quid acceperant Macedones, & Achaici, vel Achæi à ſanctis, qui erãt in Hieruſalem, vt eorum debitores eſſent? Tribus modis erant debitores eorum. Vel quia in fide proceſſerant, à quorum fide, & apoſtolis prædicatoribus erudiebantur. Vel quia ipſorũ exemplo, & doctrina proficiebant. Vel etiam, quia vnius fidei erant, & vnum Deum patrem habẽtes, fratres erant in fide. Omnes em̃ Chriſtiani, q̃ fratres ſunt in fide, debitores ſibi ſunt, vt alteri alterius onera portent. Poteſt & quarto modo intelligi in hoc eos exiſtere debitores eorum, quia illi die ac nocte pro ſalute iſtorum orationibus inſiſtebant, vt fides Chriſti in eis roboraretur. Quoniam ſi eorũ ſpiritaliũ bonorum participes facti ſunt gẽtiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis, iiſdem modis erant participes eorum quibus & debitores. Et eſt ſenſus. Iam quia in ſpiritalibus illi præſtant iſtis ſupplementum, & quod in ſe non habent, habent in illis: iuſtum eſt, vt temporalibus beneficijs eis ſubueniãt. Hæc ille. AVTHOR.
6 Ecce† primi religioſi in eccleſia habebant præ- Religioſi
dicatores, quos deſtinarent ad populos, cõtra rũ eſſent
eos, qui dicunt religioſos non debere prædica- dicare.
re, à quo

re,à quorum,inquit, Apoſtolis,& prædicatoribus erudiebantur. Et habet hoc idem Hieronymus. Cur itẽ Apoſtolus facit iſtos Achaios debitores ſanctorum Hieroſolymitanorũ in ſuis temporalibus,& nõ ſpiritualibus, cauſam aſsignat Remigius, quia non talia ſpiritualia in ſe habebant. Quod, inquit, in ſe non habẽt, habent in illis ſcilicet ſanctis: ſanctã puto prædicationem: exempla ſanctę vitæ,& doctrinę, & ſanctas preces pro eorum fide, die ac nocte: talia ſpiritualia bona ad æquiualentiã non poterant ſanctis communicare Achaici: ideò debebant in his, quibus ſuperabũdabant ſanctis ſcilicet in carnalibus miniſtrare. Non ergo rependerent ſanctis vices, niſi quod ſancti min⁹ haberent, ipſi ſupplerẽt. Nõ aũt hoc facerẽt, ni ſi ſpiritualibus ſanctorũ, quibus effluẽtiùs abũdabant, adderent Achaici parua ſua tẽporalia.

¶ Quòd fructuoſiùs, & efficaciùs exaudiuntur viri officio, & perfectione ſublimes in eccleſia, quàm etiam valde iuſti viuentes in ſeculo, & ideò in arduis ſunt potiùs expetendi.

CAP. CIIII.

SVMMA.

1 *Culpa quò maior, q, eò maiora ſint quærenda ſuffragia, contra Witcleff.*
2 *Orare in arduis qui idonei.*
3 *Deo quantò plùs cupimus adhærere, q, tantò plùs famulos eius, qui ipſi ardentiùs obſequuntur, interpellare debemus.*
4 *Famuli Dei, q, ſint adeundi, & interpellandi à ſpõſa Chriſti populo Chriſtiano, contra Witteleff.*
5 *Witcleff, qui dicit fideles homines non poſſe alios facere participes meritorum ſuorũ, retunditur.*
6 *Charitas fraternitatis, q, unionem ſingulorũ in meritis faciat, oſtenditur.*
7 *Petiliani hæretici diabolica ſuperbia. Et quid de eo dicat Auguſtinus.*

AT ſi liceat, audeam comparare precantes precãtibus: & dicere, ꝙ ſi clemẽs dominus exaudit fructuoſẽ orantẽ de plebe, multò tamen fructuoſiùs, maximè, vbi eſt offenſa grauis in parte, exaudit oratorem deuotum ex ſanctis. Et notetur pro hac re, quod ait ſcriptura. Si peccauerit homo ad hominem, orabunt pro eo dominum, ſi autem peccauerit homo in Deum, quis orabit pro eo? Et aſſumit eam libro. 1. de pœnitentia AMBROSIVS. Quid dam ſcrupuli adfert iſta quæſtio. Non enim ſcriptum eſt: nullus orabit pro eo, ſed quis orabit pro eo? hoc eſt, quis ille ſit, qui in tali cauſa orare poſsit, quæritur, non excluditur. Deniq; habes Pſalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Non enim nullus, ſed probatus habitabit. Nec hoc dicit, ꝙ nemo requieſcat electus. Et vt ſcias hoc verum eſſe, non multò pòſt in Pſalm. 23. ait. Quis aſcendet in montẽ domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Id eſt, non quicunq; de vulgo, nec plebeiæ vilitatis aliquis, ſed vitæ egregiæ, ſingulariſq; meriti. Et infrà. Similiter igitur accipiendũ. Quis orabit pro eo? hoc eſt, ſingularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Deũ. Quò
1 † maior culpa, eò maiora ſunt quærenda ſuffragia. Non enim quicunq; ex vulgo pro Iudæorum populo, ſed Moyſes rogauit: quoniã vituli caput, fidei immemores adorauerunt. Nunquid errauit Moyſes, qui rogauit, & meruit, & impetrauit? Quid autem talis electus non impetraret, quando ſe obiecit pro populo, dicens, Et ſi nunc dimittis peccatum, dimitte, ſin autem, dele me de libro vitæ. Vides, ꝙ non tanq̃ delicioſus interceſſor, & faſtidij plenus ſibi conſulat, ne offenſionem contrahat. Sequitur. Meritò ergo ſcriptum eſt, Quis orabit pro eo? hoc eſt, talis, qualis Moyſes, qui ſe offerat pro peccãtibus: talis, qualis Hieremias, cui prophetæ cùm eſſet dictũ à domino Deo noſtro, Noli orare pro populo hoc, tamen orauit, & veniam meruit. Deniq; interceſsione prophetica, & obſecratione tanti vatis inflexus Dominus dicit ad Hieruſalem, quoniam ea quoq; pœnitentiam pro delictis egerat, dicens, Domine omnipotens Deus Iſraël, anima in anguſtijs, & ſpiritus anxi⁹ clamat ad te, Audi domine, & miſerere. Et iubet luctus veſtimẽta deponi, & abijci gemitus pœnitẽtiæ. Sequitur. Tales ergo deprecatores in delictis maximis ſunt requirendi: nam ſi quicunque ex populo orent, non exaudiuntur. Hæc ille. AVTHOR. Cùm ex hac ſcripturæ ſententia deriuauit Ambroſius tantam diſtantiam precum populi, & ſanctorum, vt in rebus tam arduis omnino tam inefficax ad impetrandum ſit ſupplicatio popularis, & requirantur alicuius ſingularis vitæ potiora ſuffragia, quomodo valere poteſt intricans conuerſio Witcleff, ꝙ ſi ſancti viri concedant eis ſua ſuffragia, æquè

Digitized by Google

debent à plebeis ſua repetere, & eos reputare meritis meliores. Nolo laudibus efferre modernos, ſed ſanctorum patrum qualitas, & modus agendi reſpondeat. Moyſes, vt hic dicit Ambroſius, orauit pro populo. Cur ipſe non repetijt ſuffragia publica populi: multos ex eis reputans meliores? Hieremias item orauit pro populo, vbi requiſiuit ipſe plebeia ſuffragia? Non dico non potuiſſe hoc facere, ſed non ad æquiualentiam reſpondiſſe. Idcirco in comparatione maioris de minori tacetur. Sicut Daniel orauit pro populo: non ita legitur ſollicitaſſe populum orare pro ſe. Et Samuel dicit, Congregate vniuerſum Iſraël in Maſphath, vt orent pro vobis ad dominum. primo Regum. 7. At illi non iterum preces ſuas obtulerunt Prophetæ, ſed hoc dixerunt, Ne ceſſes pro nobis clamare ad dominum Deum noſtrum, vt ſaluet nos
2 de manu Philiſtinorum. In † maioribus ergo cauſis orent, non quilibet homines: ſed qui cum oratione ieiunant, Chriſto iubente: & qui omnimodè continent, vt orationi vacent, Apoſtolo ſic dicente. Et qui delicijs abſtinent, & relictis ſeculi rebus, pauperes Chriſti fiunt. Breuiter non adhibeat ſibi quilibet de populo peccatorem: ſed qui poſsit orare pro eo hominem meriti amplioris. Vnde ſubiũgit prædicto loco AMBROSIVS. Nec illa quæſtio quicquam poterit adferre
1. Ioan. 5. ponderis, quam ſumitis de epiſtola Ioannis dicentis, Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit illi vitam Deus, qui non peccat ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non de illo dico, vt oret. Non enim ad Moyſen, & Hieremiam loquebatur, ſed ad populum, qui ſuorum peccatorum, alium deprecatorem deberet adhibere. Cui ſatis eſt, ſi pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorem veniam iuſtorum orationibus reſeruandam putet. Hæc ille. AVTHOR. Populus ecce non ſufficit per ſe, vel ſui ſimilem miſericordiam impetrare diuinam, ſed grauiorum veniam, iuſtorum orationibus reſeruatam eſſe putabit. Qualiter ergo poteſt orantibus illis vices orando rependere? Moyſi dico, & Hieremiæ
3 religioni, & clero? Ratio enim dictat, vt † quantò plùs Deo cupimus adhærere, tantò plùs famulos eius, qui ipſi ardentiùs obſequũtur, interpellare debemus: nec putare conſequens eſſe, ſi filiam regis orem, iterum expectare, vt ipſa me roget. Filiæ enim Hieruſalem adiurandæ ſunt, vt ait exponens illud in Canticis, Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi

Orare in ar duis idonei.

inueneritis dilectum meum, annũtiate ei, quia amore langueo. libro. 3. ſuper Cantica BEDA. Nos quippe ſumus ſponſa hæc, & amica eiuſdem dilecti & domini noſtri, inquantùm ei adhærentes, vnus cum eo ſpiritus efficimur. Et cùm æternorum deſiderijs accenſi, atque ad eius, quem nondum videmus, condi toris noſtri faciem ſuſpirantes, venimus ad famulos illius, quos angelicam in terris agere vitam credimus, eoſque ſubnixè petimus, vt tẽpore ſuæ deuotæ orationis nos quoque domino commendent, ac pro nobis interueniant, vt eius videre vultum mereamur. Hoc eſt profectò, quod agimus, adiuramus filias Hieruſalem, vt amoris noſtri magnitudinẽ ad Deũ referant, & pro eius videnda gloria, nobis æquè vt ſibi ſupernum poſcant auxilium. Hæc
4 ille. AVTHOR. Non † poteſt ergo Witcleff fugere iſtud Bedæ, quoniam Dei famuli adeundi ſunt, & interpellandi à ſponſa Chriſti populo Chriſtiano, vt inter deuotas preces ſe item cum ipſis ſponſo commendent, & fiat argumentum euangelicum ibi aſſumptũ, vbi viri portantes paralyticum in lecto, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum ante Ieſum. Quis ſenſatus diceret, eos viros debuiſſe iterum procurare paralyticum ſibi baiulum, qui eos poneret de ſuperiore tecto in medio ante Ieſum? Viri iſti, ſunt oratores eximij alicuius ſpiritualiter ægri. Vnde libro. 5. ſuper Lucam, cap. 2. AMBROSIVS. Primum omnium, quod antè diximus, vnuſquiſq; æger, petendæ precatores ſalutis debet adhibere, per quos noſtræ vitæ compago reſoluta, actuumque noſtrorum clauda veſtigia verbi cæleſtis remedio reformẽtur. Sequitur. Quorum fidem, inquit, vt vidit. Magnus dominus, qui ob aliorum merita ignoſcit alijs, & dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud dominum ſeruus & interueniẽdi meritum, & ius habeat impetrandi? Diſce, qui iudicas, ignoſcere: diſce qui æger es, impetrare: ſi grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe eccleſiam, quæ pro te precetur: cuius cõtemplatione quod tibi dominus negare poſſet, ignoſcit. Et quãuis hiſtoriæ fidem nõ debeamus omittere, & verè paralytici corpus iſtius credamus eſſe ſanatum: cognoſcetñ interioris hominis ſanitatẽ, cui peccata donantur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo viri paralytici portitores beneficij adepti medij fuêre patroni ſalutis corporis, & interioris in mente: primæ per corporalem ſummiſsionẽ de tecto: ſecundæ per deuotam oblationem,

& inter

Digitized by Google

& interceſsionem fidelem in medio, quorum fidem, inquit, vt vidit. Quod notans Ambroſius, Magnus dominus, inquit, qui ob aliorum merita ignoſcit alijs: & dum alios probat, alijs
5 relaxat errata. Igitur† hac authoritate retundi tur Witcleff, cùm dicit, fideles homines nõ poſ ſe alios facere participes meritorum ſuorum. Nonne hi viri geſtando, aſcendendo, meritoriè offerendo, credendo coram Chriſto fecerunt hominem ægrum ſuorum meritorũ participem, intantùm, vt non illius fidem, ſed baiulorum conſpiciens Chriſtus, ſanitatem duplicem ipſi dederit? Et ideò ex fide cõcludit Ambroſius, q̃ ob aliorum merita ignoſcit alijs: & alios probans, aliorum laxat errata. Hæc eſt ergo ſanctorum cõmunio, qua meritis ſuis Chriſtiani viciſsim communicant, & ſingulorum virtutibus participant ſecundùm meritũ, quas non habent ſecundùm eſſentiam. Et apoſtolus ſic orationis ſuæ meritum impertiebatur Epheſijs, benedicens eos à Deo omni benedictione ſpirituali. Ad Ephe. 1. Quod quomodo poſſet, reſpondet in expoſitione REMIGIVS. Quæſtio oritur, quare dixerit in omni benedictione ſpirituali, cùm nullus hominum poſſet habere in præſenti ſeculo omnes benedictiones, id eſt, omnes virtutes, ſiue omnia dona Spiritus ſancti? Quæ quæſtio tripliciter ſoluitur. Quod vnuſquiſq; in ſemetipſo non habet, in generalitate habet. Charitate fraternitatis hoc facien-
te. Verbi gratia: quia vnus habet charitatẽ, alius manſuetudinem, alius abſtinentiam, alius ſapientiam. Hæc ille. AVTHOR. Et ideò Auguſtinus iam ſuprà dixit. Dilige in iſto abſti-
6 nentiam, & tua eſt. Hanc† facit charitas fraternitatis vnionem ſingulorum in meritis, ſicut & paralyticus partem ſuam accepit de fide geſtantium, & omnes iam fideles geſtantur corã Chriſto in fide precantium. Diſce, inquit, Ambroſius, tales tibi adhibere precantes. Et cùm ſuperbus Witcleff, peccator homo eſt, inquit, ſicut & ego, imò dixit Ambroſius, Cur apud te homo collega non valeat, cùm apud dominum ſeruus ægri baiulus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Chriſtus nõ repulit interceſſorem ſeruũ, cur tu repellis collegam & parem? Quòd ſi collegam ſpernis, ſaltem adhibe meliorem, ne nullum accerſias. Paralyticus ſanus eſt meritis fortiorũ: ſeruus Centurionis ad vitam redijt, intuitu fidei domini ſui, cui nullam parem inuênit in Iſraël. Si parua ſint propria merita, maiorum & perfectorum interceſsiones acquire. Vnde libro. 2. ſuper Lucam, cap. 13. BEDA. Probatur fides domini, & ſerui ſanitas roboratur. Poſſunt ergo domini famulis ſuffragari, non ſolùm fidei merito, ſed etiam ſtudio diſciplinæ. Et infrà. Myſticè, vt dixi, Centurio, cuius fides Iſraëli præfertur, electos ex gentibus oſtendit, qui quaſi centenario milite ſtipati, virtutum ſpiritualium perfectione ſublimes, nilq̃ue à domino terrenum, ſed ſola æternæ ſalutis gaudia ſibi ſuiſq; requirunt. Numerus enim centenarius, qui de læua transfertur in dexteram, in cæleſtis vitæ ſignificatione poni conſueuit: vnde eſt, quòd arca Noë centum annis fabricabatur. Sequitur. Talis ergo meriti viri pro his neceſſe eſt domino ſupplicent, qui adhuc ſpiritu ſeruitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ad ſuperiora prouectis, perfecta dilectio foras mittat timorem. Hæc ille. AVTHOR. Domini ergo meritum famulo ſuffragatur, & eius intuitu profectione ſublimes inuitari debent ad precẽ. Inter hęc tamen vtrum Witcleff requiſiuit preces populi pro ſe fieri, ſcire deſidero. Nondum enim in omnibus ſcriptis eius, vel eum aſsiduè Deum orantem inuenio. Aſsiduè dico, quia ſemel vix eum comperi oraſſe, & tunc in malo proximi, & in alio contra votum proprium, li bello ſuo de præuaricatione mandatorum. ca. 6. Voluit, inquit, Auguſtinus relinquere Hipponenſibus bona ſua contra legem domini occupata, & viuere de bonis donatis titulo eleemoſynæ, vt debent eſſe oblationes, & decimæ, ſicut vixerunt clerici tam noui, quàm veteris teſtamenti. Et oro Deum meum, ac ſanctos in triumphante eccleſia, vt ſic fiat. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce deprehendi hîc eum oraſſe Deum, & ſanctos: neſcio quid ipſi venit in mẽtem, quòd non in cauſa propria ſanctos petere potuit, aut quemlibet viatorem oraſſe pro ſe. Et cùm tot literas, & paginas miſit in plebes, ip ſe nec vnam oratiunculam reperietur exegiſſe de plebe: qualiter apoſtolus fecit in epiſtola ad Romanos. Sollicitudinem, inquiens, impertiamini in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa. Non†
7 impono ipſi quicquam, ſed Petilianus hæreticus videbatur ſibiipſi tam ſanctus eſſe ſacerdos, vt orationem plebis pro ſe non neceſſariam iudicaret, aſſumens ſibi illud ſcripturæ, Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos: ſi ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Et reſpondet libro. 2. contra eundem Petilianum, reſponſione. 106. AVGVSTINVS. O ſcelus, ô monſtrum! quia enim te ſacerdotem aſſeris, quid aliud per hoc propheticum teſtimoniũ, niſi te omnino ſine peccato eſſe dixiſti? Nam ſi habes peccatum, quis pro te orabit ſecundũ intellectum tuum? Ita etiam vos miſeris plebi-

Digitized by Google

bus venditatis, commemorantes ex Prophe-
ta, Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacer-
dos: ſi autem ſacerdos peccauerit, quis orabit
pro eo? vt vos ſine peccato eſſe credant, & pec
cata ſua veſtris orationibus purgãda committant. Magni homines vos, excelſi, cæleſtes: dũ
nec iam homines, ſed angeli: qui pro plebibus
oratis, & pro vobis plebes orare nõ vultis. Tu
iuſtior Paulo, tu perfectior tanto Apoſtolo:
quia eorum, quos docebat, ſe orationibus com
mendabat. Orationi, inquit, inſtate, vigilantes
in illa in gratiarũ actione, ſimul & orantes pro
nobis, vt Deus nobis aperiat oſtium verbi. Sequitur. Ecce oratur pro Apoſtolo, quod fieri
non vis pro Epiſcopo. Videſne quanta ſit iſta
diabolica ſuperbia? Hæc ille. AVTHOR. Si ta
lem iam non hominem reputauit ſe Witcleff,
ſed angelicum ſacerdotem, vt orationem po-
puli pro ſe nollet: ô ſeclus, ô monſtrum, ô dia
bolica innata ſuperbia! ſi talis non fuerit, tũc
rectiùs tendam ipſi, quàm tetendit in fratres
propriam quæſtionem. Cur nuſquam petit,
aut ſe commendat precibus aliorum? ſancti
nunquam poterat memorari, arcta ſibi fuit cu
ſtodia ſenſus, & ſine ſpe reſolutionis memoria
gelidata.

De orationibus generalibus, & ſpecialibus, earumq; comparatione.

Titul. XI.

¶ Quòd oratio ſpecialis amplius prodeſt ei, pro quo oratur, quàm oratio generalis, cæteris paribus.

CAPVT. CV.

SVMMA.

1 *Oratio ſpecialis, q; plùs proſit ei, pro quo fit, quàm oratio generalis, cæteris paribus, multis exẽplis palàm fit.*
2 *Fructuoſi ſancti dictum circa orationem, quam quis petebat à ſe fieri pro eo.*
3 *Polycarpus martyr, quomodo tẽdens ad martyriũ, in oratione ſua de ſingulis memoriam fecerit.*
4 *Saluator q; ſpecialiter orauerit pro Petro, & poſteà etiam pro Apoſtolis.*
5 *Mundus multiplex.*
6 *Orationis ſpecialis præeminentia utilitatis ſuper generalem.*
7 *Præſulibus quæ deceant.*
8 *Orationis efficacia, & effectus.*

DE comparatione orationis generalis ad ſpecialẽ, definit mater eccleſia, cuius definitioni gaudẽter Witcleff repugnat, eo ſe ſciolum putans, ſi tã valide authoritati poſsit obiectare, quod neſcit. Eſt enim cõcluſio eius inter damnatas. 19. Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per prælatos, vel religioſos, nõ plùs proſunt eidẽ, quàm generales, cæteris paribus. Cõtra cuius damnationẽ factã ſub Guilelmo Cantuarienſi in Cõcilio, quod ipſe terremotus appellat, fruſtrà conatur in tertia parte ſermonum. 48. per ratiunculas ſine ſenſu, & abſq; omni authoritate eccleſiæ. Pro parte aũt eccleſiæ, quẽ non ſtatim certificat dogma Pauli apoſtoli ſic inſtituentis Timotheũ epiſcopũ prima epiſtola. ca. 2. Obſecro primò omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominib⁹, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt cõſtituti, vt quietã, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate? In hoc mandato Apoſtoli vide primò, q; generaliter orare inſtituit, dicens, pro omnibus hominibus. Superaddit autem ſpecialem precem applicatã eiſdem, dicens, pro regibus: & item generali ſpecialẽ pro his, qui in ſublimitate conſtituti ſunt. Ad quid hæc, ſi non ampliùs proſunt illis ſpeciales ſequẽtes, quàm quæ præceſſerãt generales? Vnde in ſuo Enchiridio, ca. 61. ſcribit AVGV. Præceperat em̃ Apoſtolus, vt oraretur pro omnibus, & ſpecialiter addiderat pro regibus, & ijs, qui in ſublimitate cõſtituti ſunt, qui putari poterãt faſtu, & per ſuperbiam ſeculare fidei Chriſtianæ humilitatẽ abhorrere: proinde dixit, Hoc em̃ bonũ eſt coram Saluatore noſtro Deo, id eſt, vt etiã pro talibus oretur. Hæc ille.

1 AVTH. Expreſsè videtur dicere Auguſtin⁹, q; primæ orationi pro omnibus hominibus, addidit Apoſtolus ſpecialem pro regibus, & perſonis ſublimibus: vnde patet eum ſecundã orationem addidiſſe priori tanquam meliorẽ, & eis, quibus preces ſuas impẽderet plùs vtilẽ. Sed arguit Witcleff, q; ſpiritus ſe conformans volũtati diuinæ plùs amat cõmunia, & pro peculiaribus ſibi incognitis, niſi fortè conditionaliter nunq; orat: ſic aũt ſæpe fit in oratorib⁹, q; orãt pro oppoſitis, qđ oportet omnino eſſe diſſonũ volũtati diuinę. Hęc Witcleff. AVTH.

Hæc ma

Hæc maior argutia inter ratiunculas Witcleff, contra orationes ſpeciales, quò tendet, quando ſpiritus Deo conformis, ſeu Deus ſpiritus non poteſt amare, vel benefacere rei communi, niſi priùs benefaciat ſingulari? ideò vt fieret homo, in cõmuni factus eſt primus homo ſingularis: vt ablueretur natura hominis ab originali delicto, priùs ſine delicto naſcitur Chriſtus homo. Ita ſunt partes in corpore Chriſti, quarum alleuiatio per preces ſpeciales redundat in bonum totius, ſed priùs applicantur parti in eo, ꝙ recreatio in ſpecie fit integra refectio ſui totius. Ideò ſpiritus eccleſiæ primitiuæ conformans ſe voluntati diuinæ, pro particulari ſancto Petro applicatione precis ad ſuam perſonam, Deum orauit, dicente textu, Oratio autem fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia ad Deum pro eo. Cur non orabat tunc pro toto mũdo ſine applicatione precis ad Petrum? ſed orabat pro eo, inquit. Et Paulus applicat precẽ populi ad ſpecialem interuẽtum pro eius prępoſitis. Mementote, inquiens, præpoſitorũ veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbũ Dei: quorum intuentes exitum cõuerſationis, imitamini fidem. Et adhuc hãc præſentiam ſpecialem magis ſpecificãs, applicat eam ſibi ſtatim pòſt. Orate pro nobis bene volẽtes conuerſari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celeriùs reſtituar vobis. Ad Hebræos vltimo. Hic ecce apoſtolus ſpecialem requirit precem, tam ſecundùm perſonam, quàm ſecundùm cauſam pro nobis ſcilicet, vt celeriùs reſtituar vobis. Conſimiliter etiam hortatur Theſſalonicenſes in prima epiſtola, vt abundantiorem habeant charitatem erga eos præ cæteris Chriſtianis, qui præſunt eis in domino. Et in ſecunda epiſtola hoc ſpecialiter vendicat ſibi cum ſpecialibus cauſis adiectis: De cætero, inquiẽs, Fratres orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos, vt liberemur ab importunis, & malis hominibus. 2. ad Theſſaloniceenſes. 3. Æquè autem alijs applicat ſpecialiter preces ſuas, putà Epheſijs. Ego, inquiens, audiens fidem veſtram, quę eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem, quæ eſt in omnes ſanctos, non ceſſo, gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens ſemper in omnibus orationibus meis, vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius. Epheſi. 1. Non dixit memoriam generalem pro omnibus faciens, ſed ſpecialem pro vobis. Et nonne in eadem interceſsit adhuc ſpecialiùs pro ſeipſo? Vnde ſuper eiuſdem textus expoſitione REMIGIVS. Non ceſſo, gratias agens, ſubaudi Deo, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, ſubaudi, primùm pro me, deinde pro vobis. Hæc ille. AVTHOR. Specialiùs ergo orauit dominum pro ſeipſo, & priùs, quàm pro Epheſijs. Specialiùs item pro eis, quàm pro cunctis fidelibus, pro cauſis ſpecificatis ibidem, & ad ſpeciales effectus. Et ab apoſtolis traxerunt fideles primitiui orare ſpecialiter pro commodis, illis ſpecialiter preces applicando: prout antiquus in ſuo Apologetico, cap. 30. TERTVLLIANVS. Precãtes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum. Quæcunq; hominis, & Cæſaris vota ſunt, hæc ab alio orare nõ poſſum, quàm à quo me ſcio conſecuturum. Quoniam & ipſe eſt, qui ſolus præſtat, & ego ſaluti tuæ impetrare debeo famulus eius, qui eum ſolus obſeruo. Hæc ille. AVTHOR. Niſi ſic plùs prodeſſe videretur in ſpeciali orare, non ſic ſcripſiſſet Chriſtianos oraſſe pro regibus: & quanuis oratione vterentur communi, ipſa tamen per applicationem ad hoc, vel illud fit neceſſariò ſingularis: ſicut cõmunis terra fit per appropriationem alteri ſpecialis. Vbi autem cauſæ ſpeciales ad ſpecialitatem non vrgent, ſufficit orare communiter. Quod induſtriæ relinquitur diſpenſatoris prudentis, qualiter de ſancto Fructuoſo recitat in natali eius ſermone. 33. tertiæ
2 partis AVGVSTIN. Cùm † ei diceret quidã & peteret, vt eum in mente haberet, & oraret pro illo, reſpondit, Me orare neceſſe eſt pro eccleſia catholica ab Oriente vſq; ad Occidentẽ diffuſa. Quis enim oret pro ſingulis? ſed neminem ſingulorum præterit, qui orat pro vniuerſis. Ab eo nullum membrum prætermittitur, cuius oratio pro toto corpore funditur. Quid ergo vobis videtur admonuiſſe iſtum Chriſti beatum Confeſſorem, à quo rogabatur, vt oret pro eo? Quid putas? ſine dubio intelligitis commemoramini & à vobis. Rogabat ille, vt oraret pro illo, & ego, inquit, oro pro eccleſia catholica ab Oriente ad Occidentem diffuſa. Tu ſi vis, vt pro te orem, noli recedere ab illa, pro qua oro. Hæc ille. AVTHOR. Hoc forſan dixit, quia vidit eum facilem ad recedendũ ab ea, aut ad alios excludendum ab hac prece, gaudens ſingulariter accipi ſecundùm Donatiſtarum ſtultitiam. Et quidam imprudẽtes hodie volunt ſic eſſe in precantum memoria ſingulares, vt excludant alios vniuerſos. Talibus bene dicitur, ſi vis vt pro te orem, noli à fideliũ omnium ſocietate recedere. Ego pro eccleſia oro, nõ ita tamen, vt pro nullo in ſpeciali: alio-

Digitized by Google

quin ineptè rogasset Paulus Colossenses, dicens, Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarũ actione, orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquẽdum. Et in fine. Memores estote vinculorum meorum. Stultèq; orasset beatus latro Christum, Memento mei domine, cùm veneris in regnũ tuum. Hoc dixit Christo, quod ille alius Fructuoso. Nec similiter respondebatur vtriq;. Habe me in mente, & ora, inquit: pro me inquit is, Memento mei dixit alter. Quid ait Fructuosus? Pro ecclesia oro, non oro pro singulis. Quid ait Christus? Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Specialem orationem fudit vterq;. Prior ad communem precem remittitur. Secundò specialitas postulata conceditur. Dico tibi, & eris mecum. Non ergo specialis suffragio derogat Fructuosus. Absit, ne Chri
3 sto deroget, & Paulo, & ecclesiæ vniuersæ. Et† Polycarpus martyr antiquus, & ab ipsis apostolis Smyrnensium episcopus ordinatus, tendens ad martyrium, in oratione sua de singulis quos in notitia habere potuit, memoriam fecerat specialem: vt testatur epistola eiusdẽ Smyrnensis ecclesiæ ad ecclesias Ponti, quam recitat ecclesiastica historia, lib. 4. cap. 14. EVSEBIVS. Orabat totus Dei gratia repletus, vt admirarentur omnes, qui aderant, & ipsi, qui ad comprehendendum eum venerant, pœniterent, q̃ tam honestum virum, ac Deo dignum, & ipsa ætate venerabilem rapere iuberẽtur ad pœnam. Sequitur. Posteà verò finiuit orationem, memoriam faciens omnium quoscunq; nosse potuit maiorum minorumq;, nobilium & ignobilium, & totius ecclesiæ, quæ per orbem terræ est. Hæc ille. AVTHOR. Ergo de singulis memorari placuit melius Polycarpo, maiorum & minorũ, nobilium & ignobiliũ, & tandem pro ecclesia catholica in memoria generali. A Christo enim Iesu ipse hoc didicit, qui specialem precem fecit primò pro Petro, dicens, Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Lucæ. 23. Vbi in libro. 6. cõmentarij. cap. 5. BEDA. Cùm pro Petro rogans Saluator, non vt tentetur, sed vt non deficiat fides eius, obsecrat: hoc est, vt post lapsum negationis ad statum pristinum pœnitendo resurgat: insinuat vtile sanctis esse tentationum flammis examinari. Sequitur. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Sicut ipse tuam, inquit, fidem, ne Satana tentante deficiat, orando protexi: ita & tu infirmiores quosq; fratres exemplo tuæ pœnitentiæ, ne de venia fortè desperent, erigere, & confortare memento.
4 Hæc ille. AVTHOR. Ergo † orauit Saluator specialem orationem specialiter applicatã Petro, & in speciali causa, ne deficiat fides illius post lapsum. In ea quoque hora sic paulò pòst orauit Christus specialiter pro apostolis, qui tunc secũ erãt, dicens, Ego pro eis rogo, nõ pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Sequitur. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Ioannis 17. Et tertiò demum addidit orare pro toto mundo fidelium, dicens, Non pro his rogo tantùm, sed pro his, qui crediturí sunt per verbum eorum in me. Sequitur. Vt mundus credat, quia tu me misisti. Super cuius primam partem dixit in expositione Ioannis, sermone centesimonono AVGVSTINVS. Illa oratione pro omnibus, quos redemit, siue tunc in carne viuentes, siue posteà futuros redemptor noster orauit, cùm rogans pro Apostolis, qui tunc cum illo erant, adiunxit etiam illos, qui per eorum verbum in eum fuerant crediturí. Hæc ille. AVTHOR. Tunc ergo orauit pro Apostolis, qui cum eo erant, & demum huic orationi speciali adiunxit generalem precem pro omnibus crediturís in mundo. Ibi sermone sequente AVGVSTINVS. Non pro his tantùm rogo, sed & pro eis, qui crediturí sunt per eorum verbũ in me, cõtinuò subiungens,
5 vt omnes vnum sint. Isti† autem omnes quid est, nisi mũdus, nõ hostilis vtiq;, sed fidelis. Nã ecce, qui dixerat, nõ pro mũdo rogo, pro mũdo rogat, vt credat, quoniam est mundus, de quo dictum est, Ne cum hoc damnemur: pro isto mũdo non rogat, neq; enim qui sit prædestinatus ignorat: & est mundus, de quo scriptũ est, Non venit filius hominis in mundũ, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vñ & Apostolus, Deus erat in Christum mundum reconcilians sibi: pro isto mundo rogat dicens, vt mundus credat, quia tu me misisti. Hæc ille. AVTH. A principio ergo precis suæ orauit Christus pro Petro vicario suo in ecclesia, cui adiũxit specialem orationem pro Petro, & apostolis: & tertiò fecit orationẽ simpliciter generalem pro mundo plebis fidelis. Prima oratio fuit simpliciter specialis pro persona & causa: secunda generalis quodãmodo, & pluribus specialis: & tertia cunctis fidelibus generalis. Quem modum non omnino omittit ecclesia orans in capite canonis missæ pro Papa loco Petri, addens item antistitem loco Apostolorũ, & demũ pro omnibus orthodoxis, & Apostolicæ fidei cultoribus, id est, per eorũ verbum Christo tradentibus. Et mulier illa magnę fidei mulier Chananæa orationẽ specialem fecit dicens, Miserere mei dñe, filia mea male à dæmonio

Multiplex mundus.

Digitized by Google

malè à domino vexatur. Et quid ait Chriſtus? Specialiter orantiſpeciale rependit ſubſidium, magna eſt enim fides tua, fiat tibi ſicut tu vis. In ſermone de eadem CHRYSOSTO. O mulier, grandis eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, voluntas tua curet eam. Chananæa voluntate curauit, & filius Dei, ſicut dicunt hæretici, hæc à ſemetipſo non curat. Fiat tibi ſicut tu vis, neq; iuſsit mulieri, neq; imperauit, ſed ſola mulieris voluntas curauit filiam, dæmonemq; fugauit. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo ſpecialis oratio contemptibilis eſt, quæ talia promeretur. Et præeminẽtia vtilitatis eius ſuper generalem patet ex hoc, ꝙ omnis oratio ſpecialis ritè facta, continet generalem, ſicut ſingulare totum genus: ideò particeps factus omniũ orationum eccleſiæ, eſt etiam ſocius factus orationum generalium in eadem: non ſic econtrariò. Modò ergo fructuoſius eſt ſuffragium ſpeciale, quo habito, generale item addetur: quod eſt apud eccleſiam regulare. Non autem orationem ſpecialem applicare ſingulis, pro quibus in generali precamur. Sic rex Dauid eximius orationem ſuam ſpecialem ſubdit ad dominũ pro ſeipſo, dicens, Miſerere mei Deus &c. & ſpeciali modo illud, quod tunc moleſtabatur delictum, confeſſus, Delictum, inquiens, meum contra me eſt ſemper: illius ſpecialis de licti remiſsionem ſpecialem accepit, & virtute eius omnium criminum remiſsionem generalem: prout notatur in Apologia eius, & hoc loco ſcribit AMBROSIVS. Si dixit pronuntiabo, & veniam meruit antequàm pronũtiaret, quanto magis vbi de ſe pronuntiauit, dicens, Iniquitatem meam ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. remiſſum eſt ei omne peccatum, licèt ſpecialiter de hoc & Nathan propheta reſponderit ei: dominus traduxit peccatum tuum, ergo & remiſsionẽ meruit iniquitatis, & texit charitate, atq; operuit peccata ſua. Hæc ille. AVTHOR. Ecce remiſſum eſt ei generaliter omne peccatum. Cũ ſpecialiter propter hoc peccatum, de quo Nathan certificauit eum, in ſpe ſpecialiter pœnitens exorauit. Reſpice ſcripturas ſacras, & penè vbique ſpeciales ſunt orationes, quæ factæ probantur à ſanctis, & fructuoſæ exaudiebantur à domino. Nam author legis Chriſtus, quãdo ſecundùm diſpenſationẽ carnis orauit, ſpecialem precem fecit. Et beatus Stephanus, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ, quia neſciũt, quid faciunt, pro lapidatoribus ſuis ſpecialiter orando, quemadmodum Chriſtus pro crucifixoribus ſuis, ſpecialiter interceſsit, dicens, Pater igitur ignoſce illis, dum paſsionem generaliter ſuam extendit ad omnes. Hæc deberent eſſe praxis certior ad imitandum, quàm cæcæ ratiunculæ ſine ſenſu. Obijcis autem dedignãter in ſermone prædicto, ꝙ prælati locorum, aut monaſteriorum patres, applicarent ſua & ſubiectorum ſuorum ſuffragia ad orandum ſpecialiter pro his, aut illis. Non licet, inquiens, vt Begardi faciunt, ſecundùm ſuum iudicium euagari, vel ſua ſuffragia ſecundùm intentiones, quantuncunq; irregulares deſiderant limitare. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ex odio dicis, irregulares, ſed fideliter dic, regulares, & tunc nõ ne licet eis ſua ſuffragia ſecundùm intentiones huiuſmodi preſidentibus limitare? Dicis vbiq; penè, ꝙ non, quia ſoli Deo competit arbitriũ meritorum: veni priùs mecum ad Chriſtũ, qui applicare docuit, & præcepit ſuffragia ſubiectorum ad cauſas ſpeciales, & per ſpeciales preces. Orate, ne intretis in tentationem. Orate, ne fuga veſtra fiat ſabbato, vel hyeme. Et ſic orabitis, Pater noſter, qui es in cælis: vbi generalis oratio in ſeptem ſpeciales diuiditur. Quotiens te remiſi ad facta Pauli, qui tot locis apoſtolica ſuffragia ſubiectorum ad intentionem ſuam ſpecialem planè mõſtrat, rem licitam, & imitandam à nobis. Præterea quæ ſuperiùs dixit ad Romanos fideles, ait. Obſecro vos fratres per dominum Ieſum Chriſtum, & per charitatem Spiritusſancti, vt ſollicitudinem impertiamini in orationibus ad Deum pro me, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio fiat in Hieroſolyma ſanctis. ad Roma. 15. Hic videre potes ſanctum Paulum applicare preces populi ſecundùm ſuum iudicium, & intentionem propriã ad orandum ſpecialiter propter duo, vt liberetur ab infidelibus in Iudæa, & dignè ſuſcipiatur à ſanctis religioſis in Hieruſalem, & inter orationes eorum, quas generaliter faciebant, deſiderauit partem ſpecialem fieri pro ſe ipſo: ſollicitudinem, inquit, impertiamini pro me in orationibus veſtris. Quis dicet imprudens ſanctum Paulum poſt orationem fructuoſiorem, quæ fiebat generaliter pro ſe, & alijs, præparaſſe ſibi precem inualidiorem per applicationẽ ſpecialem, tam quo ad perſonam, dicendo, pro me: quàm quo ad negotium, addendo, vt liberer ab infidelibus? &c. Cùm meliùs dixiſſet, ſecundùm Witcleff, vt omnes omnia faciamus ſecundùm Dei placitum. Ad Epheſios quoq; idem apoſtolus preces applicat ſpeciales, dicens, Per omnem orationem, & obſecrationẽ orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis, & pro me: vt detur mihi ſermo in

mo in apertione oris mei. Sequitur. Ita vt in ipſo audeam prout oportet me loqui. Ephe. 6. Ecce preces flagitat ſpeciales, pro omnibus ſanctis, inquiens, & ſeorſum pro me. Super quē locū in cōmentario, tomo. 3. HIERO. Apoſtoli humilitas admirāda petentis Epheſios, vt pro ſe obſecrationes faciant: ait quippe, in omni inſtantia, &, pro omnibus ſanctis inquiēs, & pro me, vt ſeorſum ſui facerent mentionem. Hæc ille. AVTHOR. Seorſum, id eſt, peculiariter in generalitate ſanctorum pro ſe. Hoc præſulem decuit, hoc patrem fidelium populorum. Poſt
7 †quem item eius exemplo cæteris, qui tuitionem ſpiritualem acceperint animarum, incumbit & ipſis tanquam patribus applicare ſuffragia, & ſecundùm incūbentes perſonas & cauſas preces ſpecificare ſubiectis: quia ſecundùm CHRYSOSTOMVM Homilia. 30. imperfecti. Ipſi gerunt vicē ſtomachi in corpore Chriſti myſtico: cuius eſt membris ſingulis cōgrua alimenta diuidere, & diſtribuendo ſingulis ſpecialia ſua, toti corpori generaliter ꝓcurare. Et ipſe item in expoſitione primæ ad Timotheū Homil. 6. CHRYSOSTO. Velut communis quidam pater orbis terrarū vniuerſi eſt ſacerdos. Omnium igitur dignum eſt procurationem habere eum, ſicut & Deus habet, à quo conſecratur: propterea ait, Deprecor igitur omniū primùm facere interceſsiones, & orationes. Hæc ille. AVTHOR. Illud apoſtoli commemorat vnde incepim⁹, vbi apoſtolus iubet per Timotheum obſecrationes fieri ſpeciales pro regibus, & his, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, dicens, ꝙ horum procuratio decet ſacerdotē maximè, qui eſt pater orbis, ſicut & Deo maximè competit, qui conſecrauit eum, & cuius eſt ipſe vicarius. Quòd arguunt quidam de lumine inducto in domum, quo cōſolati ſunt alij æquè vt ille, cuius ratione ſpeciali infertur, longè diſtat hoc exēplum luminis ab officio ſpecialis precis. Oratio em̄ efficax viuit de ſpiritu hominis, participatione fidei, & affectus eius, & limitatur ab illo: lux, vel illuminatio, eſt actus extrinſecus inductus, nec ex ſe limitatus ad effectū eius pluſquàm ad lapidem. Vnde frequenter non illuc pergit, quò intendit. Oratio efficax illuc ſemper tendit, & agit modo primi agentis ſecundùm effectum eius, ſecundùm fidem eius, dicente Chriſto. Quicquid orātes petitis, credite, & fiet vobis. Et Iacobus. Oratio fidei ſaluabit infirmum. Inde eſt, ꝙ oratio ſolùm proficit ſecundùm fidem, & affectū agentis, & eſt actus liberi arbitrij, & variatur, & actuatur ab effectu orantis: prout in ſermone Quando regreſſus eſt de Aſia CHRYSOST. Iſte meus

Argumētū friuolum.

theſaurus: hæ ſunt diuitiæ meæ: & ideò veſtras orationes requiro: orationes veſtræ mihi murus, & munimen mihi ſunt. Noli dicere, ego languidus ſum, quomodo potero pro ſacerdote
8 orare? Audi ſcripturam dicentem, Oratio† cōtinua, & eccleſiaſtica oratio ſoluit vincula Petri: & Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit: oratio concluſit ora Leonum, oratio ſeditionem compeſcuit, oratio paradiſum aperuit, oratio cæli cardines reſerauit, oratio ſterilem fœcundauit, oratio Cornelij cælos penetrauit, oratio Publicanum iuſtificauit. Tale à vobis munimen exquiro: talem gratiam poſtulo, & Deus gloriæ ſuſcipiens orationes veſtras det mihi in apertionem oris mei ſermonē, quo poſsim creditum populū inſtruere ad ſalutem. Hæc ille.

Orationis efficacia, & effectus.

¶ Monet, vt oretur ſpecialiter pro defuncto patrono, quanuis orans ignoret ſtatum, & meritū eius: & vt amici eius inſtent apud ſanctos orare pro eo.

CAPVT. CVI.

SVMMA.

1 *Ignorantia docta.*
2 *Orandum quòd ſit pro patronis in ſpe fideliter, & amanter, etiam ſi neſciamus ſi ſint in cælo, an in purgatorio, contra Witcleff.*
3 *Cura ꝙ ſit exhibēda ſpecialiter defunctis ſine acceptione boni uel mali.*
4 *Exequiæ defunctorum, ꝙ antiqua conſuetudine eccleſiæ ſint ab Apoſtolis acceptæ.*



Eficiente, vel magis, repugnante ſibi fide catholica, tā ex authoritate ſcripturæ, q̄ traditione eccleſiæ currit Witcleff ad Logicam, ſicut deficiente diuino oraculo cucurrit Saul conſulere Phitoniſſam, arguens prędicto ſermone. 48. Patet, inquiēs, quàm prolixi ſunt mūdi oratores, qui dimiſsis orationibus generalibus, obligant ſe gratis ad orandum ſpecialiter, atq; ſimpliciter pro patronis, de quibus trepidant, ſi nunc ſint in cælo, an in purgatorio, vel inferno: ſi enim decedebant in mortali, vel hæreſi, tunc ſunt diaboli condemnati. Iſta conſequentia, eſt cognita illis eſſe bona, & an

tece-

Digitized by Google

tecedens, nec eſt illis cognitum eſſe verum, nec illis cognitum eſſe falſum: ergo nec conſequens ſubducta obligatione alia ab aliis ſimpliciter eſt negandum. Hęc Witcleff. AVTH. Hoc inſultat iſte fidelibus, quòd concedunt orare pro patronis, & cęteris amicis ſuis in ſpecie, quorū ſtatum in via alia ab eis ſimpliciter & abſolutè ad grauandum cauſam oratorum proponit. Sic enim abſolutè oraturos ſe faciūt qualiter oratiōis inſtitutor informauit oratiōnis modum, cū diceret: Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra: & qualiter ipſe idē ait: Quicquid orantes petitis, credite: quia accipietis, & fiet vobis. Quid abſolutius dici poteſt, quid ſimplicius? Sed quid promittūt ſe orare, inqt, quod non cognoſcunt? Hoc orantibus Deum in hac vita commune eſt, nec tamen ab oratione ceſſandum: quia Chriſtus ipſe ait: Oportet orare ſemper, & non deficere: & tamen per Apoſtolum ſuū ait: quid oremus vt oportet, ne
1 ſcimus. Ideo epiſtola ad Probā de orādo Deū
tntia AVGV. Eſt † in nobis (vt ita dicam) quædam docta ignorātia, ſed docta ſpiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem noſtram. Nam cùm dixiſſet Apoſtolus: ſi autem quod nō videmus ſperamus, per patientiam expectamus. ibi ſubiecit. Similiter & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Quid enim oremus ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid ſpiritus ſapiat, quia ſecundùm Deum interpellat pro ſanctis. Sequitur. Interpellare vtique ſanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inſpirans enim deſiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narretur quando deſideratur quod ignoratur? nam vtique ſi omnino ignoraretur, non deſideraretur: & rurſus ſi videretur, non ignorare tur, nec gemitibus quæreretur. Hæc omnia conſiderans, & ſi quid aliud de hac re tibi dominus inſinuauerit, quod vel mihi non occurrit, vel dici à me longum fuit: concerta in oratione vincere hoc ſeculum: ora in ſpe, ora fideliter & amanter, ora perſeueranter & inſtāter. Hæc ille. AVTHOR. Attendat iam Witcleff cum calumniatrice ſua conſequentia doctam ignorātiam oratorum, & in ſpiritu Dei, qui facit interpellare ſanctos ſuos, & orare quod neſciunt, inſpirans eis rei deſiderium, quam ignorant, non omnino, quia ſi omnino ignoraretur, non deſideraretur: & iterum
2 ſi videretur, non gemitibus quæreretur, & precibus. Sed † iterum finale conſilium eſt Auguſtini, quòd hæc omnia conſiderantes, oremus in ſpe fideliter & amanter pro his patronis, quos neſcimus ſi ſint in cælo, an in purgatorio: qui enim mihi præcepit orare, non obligauit orare id ſolùm, quod noſcerem. Non enim dixit, quodcunque petitis vobis cognitum, ſed ſimpliciter ait ſimplicitate ſaltem Euāgelij: Quicquid orantes petitis, credite, & fiet vobis. Non ait, cognoſcite, nec tamen de patronis illis, vt tu arguis, trepidamus, ſed bene de eis ſperamus, & credimus, quod item fideliter ignoramus. Sic enim Iacobus ait: poſtulet in fide, nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris. Magis ergo qui trepidat, qui hæſitat cum tremore. Vnde ad ſoluendum totam tuam argutiam, Auguſtinianā audi ſententiam libro de cura pro mortuis agenda ad finem. AVGVSTINVS. Non exiſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi quod pro eis, ſiue altaris, ſiue orationis, ſiue eleemoſynarum ſacrificio ſolemniter ſupplicamus; quanuis non pro quibus fiunt, omnibus proſint: ſed iis tantùm, quibus dum viuūt, operātur vt proſint. Sed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc debeant beneficia, & poſſint peruenire. Meliùs ſupererunt iſta ſuffragia eis, quibus nec obſunt, nec proſunt, q̄ eis deerunt, quibus proſunt: diligentiùs tamen facit hoc quiſque pro neceſſariis ſuis, quo pro illo fiant ſimiliter à ſuis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ſemper Auguſtinus reſpondere ſolet, cōtra quod Witcleff ſemper ſolet obiicere de abſolutionibus ſacerdotum, quos ſolet Witcleff arguere, quòd abſoluunt quos neſciunt: ideò contra iudices, contra ſuffragia concedentes, contra electiones canonicas, contra eleemoſynas erogantes, contra religionem intrantes, vnam hanc laicam garrit argutiam: quia neſciunt. Iam Auguſtinus in hoc caſu reſpondet dicens ipſi, quanuis pro quibus fiant orationes altaris, vel ſolēnes eleemoſynæ non omnibus proſint, oportet tamē ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus prętermittatur, ad quos tā magna beneficia poterūt peruenire, vel debeant. Sic dixit ſuperius, q̄ dubitare poſſimus, ne prætermittatur qui verè iā pœnitet. Ne prætermittatur fidelis, interdum baptizamus & fictū: ne prætermittatur iuſtus, iniuſto benefacimus. Hæc regula eſt Chriſti patris noſtri, qui ſciēter facit Solē ſuū oriri ſuper bonos & malos: & multò magis non excludamus, quem eſſe indignū ſimpliciter ignoramus. Sic itē tertia parte ſermone. 29. de cathedra ſancti Petri. AVGVSTINVS. Quia in-

Digitized by Google

creduli homines videntur ad ſuperſtitionem hãc ſpecie eſſe pietatis attracti, oſtẽdã eis, qua ratione animas defunctorũ, ſuorũ iuuare poſſint vtiliùs. Orent quotidie pro charis ſuis, interpellent dominum vocè flebili, precentur eis veniam, eorum ſcilicet errorum, & lapſuũ remiſsionem, paſcant eſurientes, veſtiant nudos, vt ſi quid defunctorum negligentia minus factum eſt, fide viuentium impleatur, adhibeat vnuſquiſque charis ſuis ſanctorum preces, ſuffragia, ſacrificia offerat, & ſacerdotali eos profeſsione domino commendet. Sequitur. Hæc ſunt, quæ charos veſtros iuuare poſſunt, hęc ſunt refrigeria quieſcentium, hęc remedia defunctorum. Hæc ille. AVTHOR.

3 Curam † ecce communẽ ſine acceptione boni vel mali defunctis ſpecialem exhibendam. Sic enim ſpecialiter docet nos eleemoſynis & precibus iuuare charos noſtros, & profeſsione ſacerdotum eos domino commendare, & orare dicendo. Exaudi me pro charis meis domine. et ſi quid ignoretur ſtatus eorũ. Sic cura nobis eſt de mortuo patrono orare fidenter vt quieſcat in pace, quanuis quid agat in alia vita neſciamus: ſicut diues damnatus in culpabiliter curauit de viuis, quanuis quid agerent omnino ipſe neſciret. Sicut prædicto libro de cura mortuorum agenda AVGV. Itaq; illi fuit cura de viuis, quanuis quid agerent, omnino neſciret, quemadmodum nobis eſt de mortuis cura, quanuis quid agerent, omnino vtique neſciamus. Nam ſi nihil de mortuis curaremus, non vtique pro illis Deo ſupplicaremus. Hæc ille. AVTHOR. Ipſa (vt videtur) eſt naturalis affectio, vt pro eis ſimus magis ſolliciti, quorum valitudines ignoramus. Hæc auibus & feris beſtiis communis, vt eo diligẽtiùs pullos nutriant, aut alimẽta quærant, quo magis quid eis euenerit, neſciunt. Idcirco poterat eſſe in diuite ſollicitudo curę pro fratribus eo maior, quo magis neſciret quid agerent. Et ſic nobis quoque eſt cura de mortuis, quanuis quid egerint, ignoramus: aliter non pro illis Deo ſupplicaremus, inquit Auguſtinus: & certificè dixit ſe oſtendere qualiter animas defunctorum ſuorum fideles iuuare poſſent vtiliùs: & ſubdit preces, eleemoſynas, & ſacerdotales commendationes ad Deum. Hæc ſunt, inquit, quæ charos noſtros iuuare poſſunt, hæc refrigeria quieſcentium, hæc remedia defunctorũ. Cur non poteſt orator eccleſiæ ad hoc ſe obligare gratis ad ſic orandum ſpecialiter, & ſimpliciter: ſicut ſimpliciter hæc fore remedia defunctorum charorũ promiſerit Auguſtinus? Et qualiter Witcleff iam orat pro omnibus in generali, iam vellem agnoſcere. Nunquid ipſe eſt ita ignarus de omnibus, qualiter agant vel in gaudio, vel in pœnis, & multò incertior de liberatiõe omnium per preces ſuas generales, quàm nos, qui intercedimus pro quibuſdam? Dicit ſed de omnibus quoſdam liberari ſperamus. Verè & eo certiùs orares pro quibuſdã, quàm pro omnibus liberandis, magiſque valeret oratio ſpecialis, q̃ certificè expedit, quàm oratio generalis, quam non cognoſcis in forma generali, qua petitur valituram pro ſingu-

4 lis. Sed † redeamus ad orationem ſpecialẽ pro tali patrono, ſi non ſit Deo conformis, de cęte ro qualiter potuit eſſe Deo placita in principio migrationis ſuæ de ſeculo, quando ſacerdos erat in locatione, & in funere, & pro anima huius defuncti vel defunctæ: quæ item antiqua conſuetudo eccleſiæ ab apoſtolis dereliꝯta? Nec aliter, vt puto, libro de eccleſiaſtica hierarchia tam ſignanter dixiſſet DIONYSIVS. Accedens diuinus hierarcha, oſculatur dormientem, & poſt illum præſentes omnes. Vbi in theoria. Accedens diuinus hierarcha, orationem ſacram dormienti facit, & poſt orationem, ipſe etiam hierarcha, eum oſculatur, & præſentes omnes. Oratio quidẽ à thearchica benignitate deprecatur omnia dimitti, quæ per humanam infirmitatem peccata ſunt dormienti: Conſtitui autem illum in regione viuentium in ſinibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quo aufugit dolor, & triſtitia, atq; ſuſpirium. Iſta ergo, vt puto, manifeſta ſunt ſanctiſsimorũ præmia. Quid ergo fit? oĩs intriſtitiæ & lucidalis immortalitatis ę quali genere. Sequitur. Verum etiam ſermonem arbitror, quia oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit, &c. Hæc ille. AVTHOR. Ecce mi Witcleff qualiter Dionyſius antiqu⁹ pater exponit obſequia circa infunerationem defuncti iuxta regulas ab apoſtolis tunc acceptas. Epiſcopus orationem facit ſuper eum, & oſculatur, nec orat tantùm oratione in generali: ſed quem in ſpecie oſculatur, pro eo ſpeciali ter deprecatur. Et recitat per partes penè totã orationem, quam vniuerſa in hoc officio frequentat eccleſia. Deprecatur, inquit, omnia dimitti, quæ per humanam infirmitatem peccata ſunt dormienti. & Eccleſia. Deus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriẽdo corpora noſtra, ſed mutantur in melius, te ſupplices deprecamur, vt quicquid anima famuli tui vitiorum, tuæ q̃ voluntati contrarium, fallẽte diabolo, & propria iniquitate, atq; fragilitate cõtraxit, tu pius & miſericors abluas indulgendo. Sic ait Dionyſius, quòd precatur ea dimitti, quæ

Exequiæ funeralis

Digitized by Google

ti, quæ per humanam infirmitatē peccata sunt dormienti. & sequitur. Constitui autem illum in regione viuētium in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, loco, quo aufugit dolor, & tristitia, atque suspirium, Et in oratione ecclesiæ. Eamq; suscipi iubeas per manus sanctorum angelorum tuorum deducēdam in sinum patriarcharū tuorum Abrahæ scilicet amici tui, & Isaac electi tui, atque Iacob dilecti tui, quo aufugit dolor, & tristitia, atque suspirium. Et Dionysius. Ista sunt sanctorum beatissimorum præmia, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Oratio ecclesiæ. Inter sanctos & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quam oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparasti Deus diligētibus te. Per Christum dominum nostrum. Hanc orationem habet ecclesia super funerandum specialiter flagitādam, quæ, vt liquet, eadem est, quam ecclesia vt tunc orauit, habens eam sibi traditam, vt postea scribit Dionysius à diuinis ducibus, suis scilicet apostolis, & magistris ecclesiæ. Has ergo orationes sollicitè procurarent decedentibus amicis suis specialiter fieri, & hoc diligenter secundùm hanc formam primitiuæ apostolorum ecclesiæ, qui amicos suos diligunt, & desiderant bene esse. Velut docet tertia parte sermonum sermone. 146. AVGVSTI. Illa, quæ adiuuant spiritus defunctorum, orationes, oblationes, erogationes, multò pro eis obseruantiùs, instantiùs, abundantiùs impendant, qui suos carne, nō spiritu mortuos, non solùm carnaliter, sed etiam spiritualiter amant. Hæc ille.

¶ Quòd apud Deum & sanctos satisfaciāt amici defuncti vt oretur pro eo, & specialiter adiuuetur.

CAP. CVII.

SVMMA.

1 *Aëriani hæretici.*
2 *Orationes pro defunctis, q̄ authoritate Christi fiāt.*
3 *Mortuis quomodo prosint viuorum suffragia.*
4 *Suffragia deuotorum, quòd prosint patronis defunctis iam damnatis ad damnationē mitiorem.*
5 *Orationis dominicæ forma, & tenor.*
6 *Witcleff obiectio contra specialem orationem, & ad eam responsio.*

IImeo, ne Witcleff errauerit in hac re profundiùs, quàm putamus. Scribit enim in libello de oratione ca. 3. Cùm nullus fictus orator securare potest aliquem, quòd propter orationem suam Deus vitam alterius acceptabit, non abundet aliquis tanta desidia, vt det pretium commercij antequàm de illo, quod emitur, sit securus. Sicut enim quilibet habet proprietates aliquas personales, quę ex natura rei vel vitæ hominis consequuntur: sic est de præmiis meritorū. Vnde Apoca. 14. dixit & propheta. Opera eorū sequuntur illos. Sicut enim vmbra sequitur in vespera ad currentē hominē versus solē: sic præmiorū dignitas infallibiliter & propriè cōsequetur hominē apud solē iustitię, pmerentē. Sicut enim nō prodest emere à proximo statū suum, vt magisteriū suū, decus, vel honorē, sic non prodest ab ipso emere meritū, vel peccatū. Hęc Witcleff. AVTH. Suspectā rē habeo, q̄ spreuit orationes quaslibet pro viuis & defunctis fiēdas specialiter hac ratiōe iā facta: q̄ vnusquisq; recipiet secundū merita propria. Quid ergo proderūt ipsi oratiōes, quid eleemosynæ speciales? & erunt omnibus hominib⁹ tales, q̄ per amicos, vel oratores fiūt inutiles preces, inutiles sepulturę. Hāc hęresim Aërius docuit prout libro hæresum ca. 53. ex
1 primit. AVG. Aëriani† ab Aërio quodā sunt, *Aëriani.*
qui cū esset presbyter, doluisse fertur, q̄ episcopus non potuit ordinari: & in Arianorū hæresim lapsus, propria quoq; dogmata addidisse nōnulla, dicens offerri pro dormiētibus nō oportere. AVTH. Non offerri putes eleemosynas, preces, vel hostias. Quod item à Witcleuistis cùm obseruatur, quęri solet, vbi in nouo testamento fiunt orationes pro mortuis. Iaxandis scilicet à pœna, quam tolerāt, & culpæ rea
2 tu? dicitur, q̄ † vbi oratum est pro suscitatione *Orationes pro defunctis authoritate Christi fiunt.*
Lazari, pro viuificanda item puella in domo, hoc medio, quòd non Christus curauit quenquàm exterius, quem item nō intus seruasset. Quòd nisi orationibus piorum fidelium mortuorum debita soluerentur: cur de quibusdam reis in spiritum sanctum dixit Christus eorum blasphemiam irremissibilem in hoc seculo & in futuro? Vnde in expositione illius Machabæorum. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. lib. 3. capi. 22. RABANVS. Quòd verò post exitum vitæ præsentis, pro fideliū peccatis exorandum sit, & eleemosynarū opus agēdum, quaten⁹ ij, pro quorū remedio res agitur, à peccatis soluātur, & præsens locus ostendit, & in

euange-

euãgelio dominusvbi de peccato blaſphemię in ſpiritum ſanctum diſputauit, irremiſsibile peccatum iſtud eſſe oſtendẽs, ait: qui dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Cùm enim dixit vnum illud irremiſsibile eſſe peccatum: oſtendit, alia tam in præſenti, quàm in futuro poſſe remitti. Qualiter autem pro defunctorum ſalute agendum ſit, oſtendunt ſancti patres in ſcripturis ſuis. Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc igitur euangelico illo cum frequenti vſu eccleſiæ contra hanc hæreſim ſemper orabatur pro mortuis. Nõ inquiũt ſolui poteſt poſt mortem: quia vnuſquiſque iudicium ſuum portabit prout vitam geſsit, vt Witcleff iam arguit. Huic autem hęreſi diu ante Aërium vel Witcleff obiecit ſe iam in dicto 3 loco poſt ſanctus pater DIONY. Quæri† poteſt, quare epiſcopus rogat dimitti peccata defuncto, & donari ei beatam ſanctorum cõmunionẽ. Cùm enim diuina iuſtitia retribuit in futuro bona, & mala, quæ geſsit in hac vita: & defunctus iam cuncta opera ſua finaliter cõpleuit: quomodo per orationem epiſcopi aliã retributionẽ obtinebit quàm ipſe meruit per opera quæ fecit in hac vita? Ego autem ſacram ſcripturam ſequens, noui, quòd vnuſquiſque habebit retributionem in futuro, quã hic promeruit. Et infrà. Dico autem ſecũdum ſcripturas, quòd ſanctorum orationes vtiles ſunt in hoc ſeculo, hoc modo. Si quis dona Dei deſiderans, & affectum ſanctum habens, ad ipſorum participationem tanquàm propriam cognoſcens paruitatem, rogat aliquem virum iuſtum fieri ſui ſuſceptorem, & cooperatorem, iſte conſequetur ex his maximam vtilitatem, & diuina dona percipiet, Deo ipſum exaudiẽte mediantibus ſuiipſius religioſa cognitione, reuerenda in viris iuſtis laudabili deſiderio petituris, orationum conueniente & Dei formali habitu proprio. Sequitur. Si quis ergo prædictũ modũ obtinẽdi diuina bona re,pbet, falſa opinione arbitrans ſe ſibi ſufficere ad orandum Deum, & ſanctos contemnat: aut & ſi petitiones dignas Deo, & iuſtas poſtulet, & te pidè diuina dona deſideret, & quod ſibi non congruit, per propriam culpam priuabitur cõſecutione petitionis imperitæ. Hæc ille. AVTHOR. Hunc textũ aſſumpſi de ſancto Thoma, qui in nullo verbo ab aliis variat, & eſt ad intelligendum expreſsior. In quo ſatis videri poteſt, qualiter contra mercatorem diaboli Witcleff fideles incitat ad orandum ſanctos, & iuſtos, tã pro ſeipſis, quàm pro charis ſuis,

Mortuis quomodo p ſint uiuorũ ſuffragia.

& quàm dulci diligentia docet modum, ſcilicet, vt aliquis affectum ſanctum habẽs cupiẽs dona Dei, propriam recognoſcens paruitatẽ, orat iuſtum aliquem orare pro ſe: ex hoc facit conſequenter maximum commodum, Deo ipſum audiente, tam propter laudabile ſuum deſiderium de ſanctorum ſuffragiis, quàm propter ſuę paruitatis religioſam notitiam: qui autem ſpernit iudicans ſe ſibi ſufficere ad orandum Deum, & ſanctos cõtemnat, propria culpa ſua optato priuabitur. Quid dicere vult iã Witcleff ad ſanctum Dionyſium, cùm prudẽti ſua mercatione, dicens in hoc caſu oratorem non poſſe ſecurare aliquem, quòd propter orationẽ alterius Deus acceptabit, & inde conſulit, ne quis det pretium, donec de empto ſit ſecurus? Incredule, & miſer homo, quis doctus in fide hanc ſecuritatem poſtulabit à ſancto? Sanctus Dionyſius nil aliud dixit, niſi quòd recogitans propriam paruitatem, roget quis virum iuſtum fieri ſuſceptorem ſui coram Deo: quam aliam ſecuritatem facit illi ſanctus, niſi forſan dixerit, propitiꝰ ſit tibi Deus? Dicis, ſed qualiter iudicabit eum Deus ſecundùm opera ſua, ſi ſanctorũ prece iuuabitur? Quia & hoc meruit dum viueret ſanctorum precibus ſcilicet adiuuari: quod mereri non poſſet ex propriis. Sic enim ait ſanctus Dionyſius. Ego, inquit, ſacram ſcripturam ſequens, noui, quòd vnuſquiſque habebit retributionem in futuro quam hic promeruit. Quòd autem orationes ſanctorum proſint, ſiue in hoc ſeculo, ſiue in futuro poſt mortem, qui eiſdem orationibus ſe indignos exhibuerunt, ſacræ ſcripturæ non docent. Et ſubdit huius primam dignitatem, ſi humiliter ſubdiderit ſe precibus ſanctorum, credens ſe poſſe iuuari ex eis: qui autem preces talium repulerit, ipſe nunquàm inueniet eas ſibi vtiles poſt mortem: ſicut nec hæretici obdurati. Sic enim cenſetur eis indignus, ſicut Chriſtus docebat indignum, qui repulit verbum Dei, ſecundùm illud Apoſtoli: quia iudicaſtis vos indignos vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. Hæc eſt enim prima indignitas, repellere ſcilicet orãtis beneficium, vel docentis. Qui autem hoc admiſerit, ſentiet commodum cuiuſcunque ſit ſortis. Vnde Enchiridij cap. 64. AVGVSTINVS. Nõ igitur iſta, quę pro defunctis commendandis frequentat eccleſia, illi apoſtolico ſunt aduerſa, de quo dictum eſt. Omnes autem aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque ſecundùm ea, quæ per corpus geſsit, ſiue bonum, ſiue malum: quia & iam hoc meritum quiſque cùm in corpore viueret, comparauit, vt ei poſsint iſta

pro-

Digitized by Google

prodeſſe. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ecce vetus argumentum à dicto apoſtoli fecerunt hæretici ab apoſtolorum tempore, & ſancti Dionyſij, cõtra eccleſiaſticas orationes pro defunctis: & dum ſemper eodem modo reſpõdetur, catholicè ſemper ab hæreticis renouatur. Dicimus, cui proſunt ſuffragia pro defuncto, ipſe hoc meruit bona fide in precibus ſupplicantũ, quanuis nõ omnino de bona vita: quia de quanto bene vixerunt, preces non mouerunt: ſed quod peccatis non meruerũt, ſanctorũ ſuffragiis reparatur. Vnde ſermone. 46. tertiæ partis de celebritate defunctorũ AVGV. Orationibus verò ſanctæ eccleſiæ, & ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum mortuos adiuuari, vt cũ eis miſericordiùs agatur à domino, quàm eorũ peccata meruerũt. Hoc enim à patribus traditum vniuerſa obſeruat eccleſia, vt pro eis, qui in corporis, & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, ad ipſum ſacrificiũ cõmemorentur, oreturq; pro illis, ac id offerri cõmemoretur. Cũ verò cõmendãdorum cauſa opera miſericordiæ celebrantur, quis eis dubitat ſuffragari, pro quibus orationes Deo non inaniter allegantur? Hęc ille. AVTHOR. Quàm palã dixit Auguſtinus non eſſe dubitãdũ mortuos adiuuari, vt miſericordiùs cũ eis agatur à domino, quàm eorũ peccata meruerũt? Et iterũ. quis dubitet eis ſuffragari, pro quibus orationes Deo nõ inaniter allegantur? Si nulli debet eſſe dubiũ, qd ſecuritatẽ petit mercator incredulus? At dicat mihi quam cautiodẽ ſecuritatis accepit Iudas Machabæus, cùm tot drachmas argẽti. 12. ſcilicet millia miſit Hieroſolymã, offerens ea ibi, vt orarent ſpecialiter pro peccatis mortuorũ, eorũ, qui de denariis idolorum habebant. A quibus lex prohibet. 2. Machabæorum. 12. Quibus tamen ſine vlla ſecuritate præter hoc, quòd fuerant circunciſi, ſacrificia profuerunt: ſicut habet lib. de animę natura ad reatum AVGVSTINVS. Nõ eſt, vt dicatur eas, quas baptiſmus nõ abluit, ſacrificia pro eis crebra mundabunt. Et infrà. Quæ quidem ſi adhiberi poſſent, procul dubio non baptizatis prodeſſe non poſſent. Sicut nec illa, quæ de libro Machabæorum commemorauit ſacrificia facta pro peccatoribus mortuis eis aliquid profuiſſent. Hæc ille. AVTHOR. Pleni ſunt libri ſacri, & quãtò priores in eccleſia, tantò pleniores de hac orationum fide à ſanctis faciendarum in ſpeciali pro viuis & mortuis. Pro quibus impetrandis apud ſanctos qui negligit, aut contemnit, arbitrans ſe ſibi, & amicis ſuis ſufficere ad orãdum Deũ, vicinior hic Deo ſibi videtur Iuda Machabęo, qui ſacerdotes templi rogabãt pro mortuis ſuis Deum habere propitium. Procul dubio dixit ſanctus Dionyſius ſuprà, per propriam culpam priuabitur conſequutione petitionis imperitę, & ſtultę. Sed garrit adhuc quarto trialogi capitu. 38. Nunquid (inquiens) applicatio facta per Chriſtum ſit melior, quàm blaſphema applicatio, quam fratres fingunt ſe illis perſonis, qui volunt ſibi dare pecuniam, applicare? Hæc Witcleff. AVTHOR. Imò melior, ſi non ſit eadem, ſecundùm quòd Chriſtus ipſe dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Quotiens ergo fidelis orator applicat debitè precem ſuam ad aliquod ſpeciale, Chriſtus caput hoc facit in membro: & Chriſto blaſphemauit, qui applicationem iſtam fecit in membro. Sed ſi Chriſtus applicat generalitatem noſtram ad ſpeciale, nonne melior eſt eius applicatio ſpecialis, quàm noſtra interceſsio generalis? & quare ergo non nos debemus precem noſtram conformare preci, & applicationi Chriſti, qui ſemper interpellat pro nobis applicatione ſpeciali: qui & ipſe docuit nos orare, Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra? & proſequitur. Cùm beati inſtar Chriſti plùs ament populum, quàm perſonam priuatam, ſatis apparet mihi, quòd generalis oratio plùs proſit eccleſiæ militanti, quàm fratrum oratio ſpecialis. Hæc Witcleff. AVTH. Is eſt debitus amor communitatem præferre perſonæ: ſed vnde ſuccurritur communitati, niſi beneficio perſonali? Deus hũc modum cõdendo naturam hominis reddidit meliorem, & nunquid homo communis in comparatione creati entis eſt entitas ſpecialis? & item non intuliſſet hominem communẽ mundo, niſi cõdendo hunc hominem. Priùs ergo beneficiũ creationis contulit vni, vt eſſet hominum multitudo creata, & Deus pater plùs dilexit eccleſiã, quàm propriũ filium, cui non pepercit, ſed p nobis omnibus tradidit illũ: ſed priùs illum glorificauit, vt in illo aperto cælo glorificaret eccleſiã, ideò ſublimat bonos reges in populis, bonos paſtores in plebibus, dãs eis copias gratiarũ præ pticipibus ſuis, vt bene ſit cõmunitati plebis, quã diligit. Et ideò priùs ipſis rectoribus benefacit: ita priùs ſubuenit Chriſtus, ſubueniũt & ſancti eius viro vni defuncto in ſpeciali, vt eius beneficium redundet paulatim in plures. Sicut priùs ſanault infirmum vnum, q̃ omnes: vnũ cæcũ, quàm hominẽ oẽm: ita quoq; preces, pvnoquoq; reddi debẽt in ſpecie tã Chriſto, q̃ eius ſanctis, vt in eius ſolutione de pœnis, gloria ſanctorũ in cælis, numerus interceſſorum

ceſſorum creſcat in terris. Sed quid ſi ſit beatus, inquit, pro quo te obligas ad orādum: aut quanto magis ſi damnatus? In fide illa tunc oro, quæ dixit, quòd oratio non reuertetur ad me vacua, ſicut nec imber deſcendens ſuper optimā terram. Vnde tertia parte ſermonum ſermone. 39. de cathedra ſancti Petri AVGV. Illud vnuſquiſq; veſtrum agat, quod ſuperiùs diximus, vt per oratiões, per eleemoſynas, per ſacrificia, per oblationes & defunctis ſuis proſit, & ipſi ſibi, vt ſi peccator eſt pro quo hoc agit, alleuientur peccata eius, ſi autem ſanctus eſt pro quo ſacrificium Deo offert, in æternū cum ſanctis mereatur. Hæc ille. AVTHOR. Sic ergo reſponſum ſit demum ad illud Witcleff, ſi talis patronus ſit in cęlo, vel in inferno: quia ſi iam ſit in cælo, adhuc non malè oratur, vt ſaltem accidētaliter magis mereatur eſſe cū ſanctis. Si malis vel temporibus pœnis traditus, vel æternis, valebit vt alleuientur peccata eius ad gradum, quem præuidit Deus. De quo Enchiridij capite. 63. AVGVSTI. Cùm ſacrificia, ſiue altaris, ſiue quaruncunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro nō valde malis, propitiationes ſunt: pro valde malis & ſi iam nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcúnque viuorum conſolationes ſunt: quibus autē proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſsio, aut certè vt tolerabilior fiat ipſi damnatio. Hæc ille. AVTH.

4 Sic † ergo proſunt ſuffragia deuotorum patronis defunctis, ſiue iam dānatis, vt tu truculenter ſupponis, ad damnationem mitiorem, ſiue beatis ad gratiarum actionem Deo & cōgratulationem cum aliis ſanctis, & non minus ſunt iſtæ conſolationes viuorum. Tum, quia ſibi merentur ex his impendiis charitatis. Tum, quia ſpe gaudent, vt proſint amicis. Et in hac ſpe, & affectu ſancto proſunt amicis, tā apud Deum, quàm apud ſanctos. Ideo & orationis locū habet quæ ſpecialiter pro charis noſtris fienda requiritur: libro de cura pro mortuis agenda poſt principium AVGVSTINVS. Profectò prouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam ſanctorum locus bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: quoniā ſi nōnulla religio eſt, vt ſepeliātur, nō pōt nulla eſſe, qñ vbi ſepeliātur, attēditur. Sed cum talia viuorū ſolatia requirunt, quib⁹ eorū pius in ſuos animus appareat, nō video q̄ ſunt adiumēta mortuorū, niſi ad hoc, vt dū recolūt vbi ſunt poſita eorum quos diligunt corpora, eiſdem ſanctis illos tanquàm patronis ſuſceptos apud dominum adiuuando, & adorando commendent. Et infrà. Cùm itaq; recolit animus, vbi ſepultum ſit chariſsimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidē martyri animam dilectam commendat recordantis, & precantis affectus. Qui cùm defunctis à fidelibus chariſsimis exhibetur, eum prodeſſe non dubium eſt iis, qui cùm in corpore viuerent, talia ſibi poſt hāc vitam prodeſſe meruerunt. Verùm & ſi aliqua neceſsitas, vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorū, quas faciendas pro omnibus in Chriſtiana & catholica defunctis ſocietate etiā tacitis nominibus eorum ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia, vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati, aut amici, ab vna eis perhibeantur pia matre cōmuni: ſi autem deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiūt certa fide, ac pietate pro mortuis, puto quòd nihil prodeſſet ſpiritibus eorum quālibet in locis ſanctis exanima corpora ponerētur. Hęc ille. AVTHOR. Totus hic locus ait defuncto, quid ipſi prodeſſet pluſquā vbilibet apud eccleſiam martyrum ſepeliri, & dixit Auguſtinus, vt propenſiori affectu commendetur ſepultus ille martyribus: quæ item commendatio, & iugis oratio pro tali ſpiritu ſic defuncti prætermittenda non eſt, quæ ſolet pro omnibus exerceri in catholicæ religionis ſocietate defunctis, & ſi apud martyres ſepulti nō ſunt, intātum, vt ſi amici eorum, vel cognati defuerint, adhuc tacitis eorum nominibus, generali commemoratione eos commendat communis mater eccleſia. Hic ergó videtis ſpecialibus amicis defunctis memoriam requiſitā: & hanc eſſe optimam, quādo ſolùm ob defectum eius ad generalem recurritur. Sic arguit Auguſtinus pro tali defuncto non eſſe prætermittendam pro eo recordationem, & commendationem tali ſancto, vel Deo: quia & vbi amici defuerint, orat generaliter pro eo mater eccleſia. Nō enim poteſt in ſpeciali & nominatim orare pro ſingulis. Et inde patet neceſsitas ſpecialis precis, & dignitas, quæ ſemper præeligitur in omni oratione eccleſiæ: & poſt ſpecialem memoriam labitur in generalem, ne omni prece fraudentur, quanuis non fruantur tam bona, qui ſpecialis precis nec portiõe gaudebāt. Et ſubiicit plenam definitionem de precibus AVGV. Cum ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus deſiderauit in baſilica matris poni: ſi quidem credidit eius animā meritis martyrum adiuuari, hoc, quòd ita credidit, ſupplicatio quædam fuit, & hoc profuit, ſi quid profuit.

Digitized by Google

fuit. Et quòd ad idem ſepulchrum recurrit animo, & quòd filium precibus magis magiſque commendat, adiuuat defuncti ſpiritum: non corporis mortui locus, ſed ex loci memoria vnius martyris affectus. Simul enim & quis, & cui commendatus ſit, non vtique infructuoſè religioſam mentem precantis attingit. Hæc ille. AVTHOR. Iam ſingulariter loquitur, quòd in prece mentem precantis ſimul attingit quis commendetur, vt filius, & cui ſcilicet ſancto: quia quòd credidit eius animam meritis martyris adiuuari, ſupplicatio quędam fuit & hoc profuit, ſi quid profuit: & quòd filium ſuum ſanctis precibus magis, ac magis commendauit currens ad ſepulchrum. Totum hoc à generali recedit: & repetit ſpeciale, quòd pro iſto filio hūc ſanctum exorat, quòd ad hoc ſepulchrum currit, quòd meritis huius ſancti animā filij credidit adiuuari: & hoc, inquit, profuit, ſi quid profuit: quia non infructuoſe religioſam mentem precantis attingit ſimul quis, & cui commendatus ſit. Et iterum obiicit ibi

ctio. WITCLEFF. In iſta ergo infidelitate videtur mihi, quòd fratres damnarunt (quātum in eis eſt) Chriſtū, & omnes ciues cæleſtes, & per conſequens totam militantem eccleſiam: quæ plus appretiatur orationem dominicā, quàm iſtas ſpeciales orationes, & friuolas à fratribus

5 adinuentas. Hæc ille. AVTHOR. Hæc† for

onſio. ma orationis dominicæ eſt pro parte catholi-

ionis ca, & in pluribus ſpecialis contra tuam hære-

ucæ ſim de prece generali: quia ipſa tota diſponi-

& te tur per ſeptem petitiones tā ſpeciales, vt quælibet rem ſuam diſtinctè includat à re & ratione propinqua alterius, velut Auguſtinus, & Cyprianus, & ſinguli patres eam exponentes affirmant. Aliud enim diſtinctè petit orans ſanctificari nomen domini. Aliud poſtulans panem ſuum quotidianum hodie ſibi dari. Aliud petens ſibi dimitti debita ſua, ſicut & ipſe dimittit debitoribus ſuis. Aliud cùm petit voluntatem Dei fieri in terra vt in cælo. Aliud deprecans ſe non in tentationem induci, ſed liberari à malo. Alioquin ſi nō valerent præcipuæ hæ ſpeciales interceſsiones, & petitiones in oratione dominica, meliùs oraremus dimiſsis illis ſpecialibus, dicendo: pater omnium benefac omnibus. Simul & in ipſa oratione videri poteſt qualiter ad ſpecialia tendit quātum potuit, & oratio tam generalis in omnibus rebus & precatoribus vniuerſis applicat ſpecialem precem trahendo à generalitate loci: dicens, Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra: non dixit, ſicut in cælo & vbique. Item ad tempus, vt panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Non dixit, quotidie. Et quod dixit, ne nos inducas &c. ſed libera nos à malo, ſpecialiùs orat pro Chriſtianis, quàm pro perfidis: ſpecialiùs item pro parentibus, & amicis, & vicinis, quàm pro vniuerſis: ſicut latitudo ipſa poſtulat charitatis. Quis ergo ſano cerebro non tales ſpeciales, generalibus anteferret? Cùm in omni neceſsitate ſpeciali teneamur ex fide hāc orationem generalem ſpecialiter applicare: ſicut Chriſtus fecit in ſuſcitatione Lazari, in paſſione ſua, & alibi. Et in ipſa item prece dominica tres petitiones exponuntur eſſe generales pro hoc ſeculo, & futuro: quatuor autem reliquæ valent ſpecialiter pro hac vita. Vnde ſermone ſecūdo ſecundæ partis AVGVSTIN. Tres petitiones iſtæ ſunt propter vitam æternam: ſemper enim ſanctificatum in nobis debet eſſe nomen Dei: ſemper regnū eius eſſe debemus: ſemper voluntatem eius facere debemus. Iam ab hoc articulo, quæ oramus, ad præſentis vitæ pertinent neceſsitatem. Panis quotidianus non niſi in hac vita eſt neceſſarius: debita noſtra nobis in hac vita dimitti neceſſariū eſt: nam cùm ad illam venerimus, debita finierimus, In hac terra tentatio eſt, In hac periculosè nauigatur. Sequitur. Cùm autem facti fuerimus æquales angelis Dei, abſit vt dicamus, abſit vt rogemus Deum, vt dimittat debita noſtra, quæ nulla erunt. Hæc ille. AVTH. His ergo huius terræ ſpecialibus precibus orationis dominicæ nulla generalitas deroget, ſed nec ſpecialiſsimæ eius applicationi, cùm ſpeciales caſus occurrant, cùm ideo omni die ſpecialem precem & applicationem Chriſtus edocuit dicens. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. i. in hoc die. Item arguunt Witcleuiſtæ per viā charitatis in libello porrecto ad parlamētum regis Ricardi ſecundi, cōcluſiōe. 7. Spe

6 ciales† orationes pro animabus mortuorū fa *Obiectio ad* ctæ in eccleſia noſtra præferentes vnū per no *tera.* men pluſquā aliū eſt falſum fundamentū eleemoſynę, ſuper quod omnes domus eleemoſynarū Angliæ nequiter ſunt fundatę. Iſta cōcluſio probatur per hoc, q̄ oratio meritoria & alicuiusvaloris eſt, & deberet eſſe opus procedēs ab alta charitate: & perfecta charitas excipit nullam perſonam: quia per eam diligis proximum tuum, ſicut teipſum, quapropter apparet nobis, q̄ donum boni temporalis collatū ſacerdotibus, & eleemoſynarum domibus, & ſpeciale conſilium ſpecialis orationis, non eſt lōgè à ſimonia. Hęc Witcleuiſtæ. AVT. Induā tur confuſione, ſecundū pſalmiſtā, pro tā mali *Reſponſio.* gna cōcluſione, nō tā contra nos modernos, quàm cōtra Dei sāctos ſophiſticè practizata.

Eliam

Digitized by Google

Eliam nũquid tangit, quia ſpecialem orationem fecit pro filio mulieris hoſpitæ, præferẽs eum per nomen pluſquàm alium aliquem tũc temporis, inquiẽs. Domine Deus meus, etiam ne viduam, apud quam vtcunque ſuſtentor, afilixiſti, vt interficeres filium eius? Et tũc ſub iũxit. Reuertatur oro anima pueri. 3. Regum. 17. Ecce ſi hoc factum ſancti viri ſapuit ſimoniam. Sicut eſt dictum ſancti Pauli debet in ſpe qui arat arare: & qui triturat in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt ſi carnalia veſtra metamus? primæ Corinth. 9. An peccauit Paulus faciens contra charitatem, quæ nullum excipit, cùm re, & nomine primò intrauit ad patrẽ Publij febribus & dyſenteria tunc vexatum: & cùm oraſſet, ſpecialiter impoſuit ei manus, & ſanauit eum? Ac demum omnes, qui in inſula infirmitates habebãt, generali cura ſanauit. Act. 28. Subiecitque. Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus impoſuerunt quæ neceſſaria erant. Nunquid hoc factũ Pauli ſic orantis in ſpeciali priuſquàm in generali, & recipientis ſubſidium corporeum poſt hãc precem, & curam, ſapuit ſimoniam? & an ſit etiam contra ordinem charitatis, qui ita ad viuos, & ad mortuos eſt ſeruandus? Docuit Apoſtolus Timotheum primò omnium facere obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, ex nomine pro regibus, & iis, qui in ſublimitate conſtituti ſunt. Nouerint igitur pij chriſtiani ipſam charitatem eſſe ordinatam, ita vt cùm nullum excludat, aliquem alicui præponit. Ex ipſa nãque charitate, qua teneor diligere generaliter quoſque propter Deum, teneor diligere Deũ pluſquàm omnes. Ex hominibus, plùs meipſum. De proximis, plùs parentes, poſt parentes, plùs domeſticos. Inimicos quoque diligam, plùs tamen amicos. Vnde ad illud. ordinate in me charitatem: de verbis domini ſermone. 12. AVGVSTINVS. Quid eſt ordinate in me charitatẽ? Facite gradus, & quod cuique debetur, reſtituite. Nolite anteriora poſterioribus ſubdere. Amate parentes, ſed præponite Deum parentibus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce in ipſa charitate eſt ordo: & faciẽdi ſunt gradus, ita vt plùs, & affectuoſiùs hunc amẽ, quàm illum: ſpecialiter & ex nomine Deum præferendo parentibus, etiam illis ſpecialem charitatem impendẽdo, quia eſt ſpeciale charitatis præceptum, Honora parentes. Ergo ſi iuxta charitatem honorabo ſpeciali honore parentes: cur nõ ſpeciali oratione honorabo parentes, ſiue mortuos, ſiue viuos? omnibus ergo ſuis paſtor prouidere tenebitur, ſed ſpecialiter, ex nomine primò domeſticis: Si quis ſuorum, inquit Apoſtolus, domeſticorum curam nõ habet, fidem negat, & eſt infideli deterior, primæ Timoth. v. Et iterum. Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Ad Galath. 6. Et ille idem ait. omnia veſtra in charitate fiant. Sicut ergo ex charitate operamur bonum ad omnes, ita ex charitate debem⁹ in ſingulari præferre domeſticos: magis ergo, ac magis domeſticos. Vbi in expoſitiõe epiſtolæ ad Galat. AMBROSIVS. Tempus enim idcirco conceditur vitę, vt iam iuſtè verſemur, exemplum dantes gentibus, maximè autem ad domeſticos fidei: verum eſt, quia faciliores & propenſiores in bono circa fratres eſſe debemus. Hæc ille. AVTHOR. Hæc eſt lex charitatis obſeruata ſemper eccleſiæ, nullum excludere, ſed quenquam præferre: quam præferentiam qui dimittit, audeo dicere, charitatẽ ipſam amiſit: quia charitas ſi eſt, ordinata eſt, & habet priùs & poſteriùs, maius & minus: quo cõtra quàm planè dicunt Witcleuiſtæ erronei in præfato libello corollarium. Oratio procedens ex charitate perfecta, amplexaretur in generali omnes illos, quos Deus vult habere ſaluatos, & dimitteret vſitatam mercandiſam pro ſpecialibus orationibus factam. Hæc Witcleuiſtæ. AVTHOR. Hæc in terminis ſuæ primæ intentionis eſt planè hæretica tam pro Chriſto, qui propter orationem generalem, quam fecit moriendo pro ſingulis in genere, ſpecialẽ orationem pro crucifixoribus non dimiſit. Et Paulus orationem generalem pro omnibus hominibus fieri iuſsit, ſed ſubmiſit ſtatim orationem ſpecialem pro regibus: ita eccleſiæ forma iubet in hunc vſque diem ſpecialem orationem præponi, & tandem ſubſequi generalem. Planiùs ergo contra ſcripturas nunquàm amplexantes omnes occurſarunt hæretici. Audeo dicere, qui non ſpecialiùs, & magis orat pro parentibus, quàm amplexans in generali cunctos ſaluandos, ipſe maledictionem ſpecialem incurrit, quia ſpecialiter dicitur, Maledictus qui non honorat patrẽ ſuum, & matrem ſuam: & dicet omnis populus, Amẽ. Deutero. 27.

¶ De

De sanctis orãdis. Titu. XII.

¶ Quòd apud Deum, & sanctos satisfaciãt amici defuncti, orãdo pro eo, vt specialiter adiuuetur. Et q̃ sancti sint orandi.

CAP. CVIII.

SVMMA.

1 *Cathari hæretici, antiqui, & quomodo ab his rapuit Witcleff, quòd sancti non sint orandi.*
2 *Vigilantius hæreticus de semine conuenarum natus. Et unde Conuenæ dicti.*
3 *Valdenses hæretici.*
4 *Errantes quòd quærunt sibi socios, quos regnantes refugunt.*
5 *Guillelmi Sartoris propositiones hæreticæ circa orationem, & earum confutatio.*
6 *Chrysostomus quomodo humili prece rogauit non sanctum uirum, sed peccatorem notorium pœnitere de lapsu.*

QVid canitur dulciùs, q̃ q̃ pro ora Christi fideliũ in vniuerso orbe tympanizat mater ecclesia, dicẽs: Laudate dominum in sanctis eius? quo contra hostis omnium sanctorũ Witcleff suffragia viuorum despiciẽs ausu, nimio debacchatur in sanctos, eos orare prohibens, festiuitates eorũ & honores quoslibet interdicens ter damnati trialogi cap. 30. Multis videtur, quòd quando singulariter oratio directa fuit ad illam personam mediam pro adiutorio spiritali, tũc plùs profuit, & creuit ecclesia, quàm fecit modò multis intercessoribus adiuuentis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Primo loco interrogandus esset, cur igitur ipse orat sanctos, vt suprà cap. proximo demonstraui, nisi vt magister non solùm erroris vnius, sed gemini, & sibi contrarius appareret: non talis, qui, vt dixit, facta sunt: sed de ijs planè, qui dicunt, & non faciunt. Quid mirum de eo, qui tot contradicẽtium errores amplectitur? Prę-
1 ter enim Eliphaz in libro Iob figurantem hę-
reticum, qui orationem faciendam ibi sanctis deridet, sicut dicetur infrà, ab antiquis Catharis rapit hanc hæresim, velut libro hæresum scribit GVIDO CARMELITA. Malè acquisita non restituunt, nec implorant auxiliũ beatæ virginis, sanctorũ, aut angelorum. Hæc *Cathari.*
2 ille. AVTHOR. Et Gallias Vigilantius hac ipsa hæresi maculauit, velut in epistola ad Riparium, & Desideriũ contra blasphemias eius ait HIERONYMVS. Dicis in libello tuo, q̃ dum viuimus, mutuò pro nobis orare possumus: Postquàm autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio, præsertim cùm martyres vltionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare nequiuerint. Hæc ille. AVTHOR. Describit autem patriam, ex qua ortum habebat iste Vigilantius, dicens eum natum de semine Conuenarum sub Pyreneis iugis, vbi superius HIERONYMVS. Nimirũ respondit generi suo, vt qui de latronum, & conuenarũ natus est semine: quos consul Põpeius, edomita Hispania, & ad triumphum redire festinans, de Pyreneis iugis deposuit, & in vnum congregauit. Vnde & Conuenarum vrbs nomen accepit: hucúsq; latrocinetur cõtra ecclesiam Dei, & de Vectonibus, Aruatis, Celtiberisq; descendens, incurset Galliarũ ecclesias, portetq; nequaquam vexillum crucis, sed insigne diaboli. Fecit hoc idem Pompeius etiam in orientis partibus, vt Cilicibus, & Isauris Piratis, latronibusq;, & superatis sui nominis inter Ciliciam & Isauriam conderet ciuitatem. Hæc ille. AVTHOR. Et infrà censet ipsum errorem suum ab antiquo hæretico traxisse Basilide. HIERONYMVS. Quid necesse est enim in manus sumere, quod ecclesia non recipit? Nisi fortè balsamum mihi, & Barbelum, & thesaurum Manichæi, & ridiculum nomen Leusiboræ proferas. Et quia ad radices Pyrenei habitas, vicinusque es Hiberiæ Basilidis antiquissimi hæretici, & imperitæ scientiæ, incredibilia portenta prosequeris, & proponis, quod totius orbis authoritate damnatur. Hęc ille. AVTHOR. Adhuc hæretici quidam tẽpore sancti Bernardi hanc impiam herbam rigare curabant, vt arida facerent apud mundum nostrum suffragia beatorum. Vnde in expositione sua super cantica Homil. 66. BERNARDVS. Irrident nos, q̃ baptizamus infantes, quòd sanctorum suffragia postulamus, in omni genere hominum, atq; in vtroq; sexu festinant proscribere Christũ in adultis, in paruulis, in viuis, & mortuis. Hinc quidem infantes ex impossibilitate naturæ, inde verò adultos ex difficultate conti-

Nota in Lutherum.

Conuenæ.

Impressum est de Teutonibus aruis legam aruerius.

Digitized by Google

nentię. Porrò mortuos viuentium fraudantes auxilijs, viuentes nihilominus ſanctorum, qui deceſſerunt, ſuffragijs ſpoliãtes. Hæc ille. AVTHOR. Putaſſem autem ſi non dixiſſet ibi Bernardus eorum principem innominatum,
3 ipſos eſſe Valdenſes † qui item precibus ſanctorum ſeipſos negando fecerunt indignos, prout ſcribit de eis libro primo ſui quatripartiti ALANVS. Dicunt hęretici orationes ſanctorum non prodeſſe viuis. Imò probare contendunt, quòd ſancti non orant pro viuis &c.
Valdenſes. Hæc ille. AVTHOR. Et in libro hæreſum de Valdenſium hæreſi. 16. GVIDO CARMELITA. Dicunt, quòd ſancti in cælo non audiunt orationes noſtras, nec pro nobis orant, nec ipſi ſunt implorãdi. Hęc ille. AVTHOR. Sed, quantum opinor, iſti ſunt publici illi hæretici, qui de prouincijs Galliæ tempore regis Henrici, qui eos candente claue ſignauit, ſerpebant in Angliam, quia, vt Henricus Huntingdoñ. Chronicarius refert, vt Bernardus iam dixit, aſſerebant paruulos non baptizãdos, donec ad intelligibilem peruenirent ætatem, nõ orandum pro mortuis, nec ſanctorum ſuffragia expetenda, nuptias damnant, purgatoriũ non credunt, necdum aruit hedera, quæ lumẽ cæli Chriſtianis inuidit: eoúſque, vt per quendam, cui ſe opponit in quadam epiſtola venerabilis Hildebertus Cenomaneñ. quæ incipit, In regno quidem nullus, excidendam palmitem mittas ad Witcleff. HILDEBERTVS.
4 In † regno quidem nullus, in errore autem o-
Errãtes nõ regnãtes ſocium petũt. mnis homo ſibi conſortem quærit. Quod vtique ideo fit, quia cuilibet inuentioni hominũ conſenſu multitudinis authoritas accedit. In ortu ſuo Ariana ſuffocaretur impietas, niſi tutores, qui natam educarent, inueniret. Donati ſchiſma perpetuò premeretur ſilentio, ſi perſonam infeciſſet, non turbam. Tu quoq; tanquam doleas ablatione ſuppreſſam Vigilantij peruerſitatem ſuſcitare eam perhiberis, & tibi ſocios adhibere, quorum cultu plantatio, quam non plantauit pater cæleſtis, ſicca dudum reuireſcat. Ais enim (vt aiunt) quid in iſta geratur vita ſanctorum animas ignorare, atq; otioſas ideo eſſe litanias, quibus oramus, vt pro nobis orent ſancti, quia nec audiunt nos, nec norunt, quid agatur apud nos. Hæc ille. AVTHOR. Ibi tangit Witcleuiſtas noſtros ad regulam eorum loquendi, cùm dicit: Quibus oramus, vt pro nobis orent ſancti: quia cõcedunt interdum orandam eſſe litaniã, & ſanctos oraturos pro nobis, non tamen orandos eſſe ſanctos orare pro nobis: ita vt aliud ſit dicere, Sancta Maria ora pro nobis: & Sancta Maria oro te ora pro nobis. Non autem oramus, quia hoc eſſet committere idololatriam.
5 Vnde † Guilhelmi cognomento Sartoris damnati Londini Anno Domini Milleſimo. CCCC. XXII. Prima concluſio erat iſta: Omnis oratio, quæ eſt petitio alicuius doni ſupernaturalis, vel gratuiti, ſoli Deo eſt dirigenda. Secunda: Oratio ſoli Deo dirigẽda eſt. Tertia, Orare aliquam creaturam, eſt committere idololatriam. Quarta, Fideles nunquam dirigerent orationes ſuas ad Deum ſub ratione humanitatis, ſed ſolùm ſub ratione deitatis. Hæc Guilhelmus Witcleuiſta. AVTHOR. Ergo Paulus apoſtolus erat idololatra, qui ait ad Roma. 15. Obſecro vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & charitatem ſpiritus ſancti, vt ſollicitudinem impertiamini in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa. Ecce non ſolùm inſtat, vt orent pro ſe, ſed orationi adiurationem accumulat, conteſtans eos per dominum Ieſum Chriſtum, & per ſpiritus ſancti charitatem, obſecrans eos impertiri ſibi ſollicitudinem in orationibus pro ſe Deo. Quid eſt ergo obſecrare eos, aut quid minus, quàm eos orare pro ſe? Hic reſpondet ſophiſma facturus cum apoſtolo, quòd orare non dixit, ſed obſecrare: quod poteſt æqualis aut ſocius ad comparem ſuum dicere modo hortantis, aut ad orandũ excitantis, vel monentis. Quaſi omnis orans, & ſolus inferiorem ſe redderet exorando, non autem rogans, obſecrans, aut ſupplicans. Quo contra de Chriſto loquens libro collationis cum Ariano, Paſcentio, corã Laurentio iudice verſus finem AVGVSTINVS. Si æqualitas non eſt, non auderet inferior dicere ſuperiori: Omnia mea, tua ſunt, & tua omnia, mea. nec auderet dicere, volo & vbi ego ſum, ſint & iſti mecum. Nõ, inquam, diceret volo, ſed diceret ſupplico, id eſt, rogo. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ergo ſi diceret ſupplicans rogo inferiorem Deo Chriſtum argueret: qualiter ergo non obſecro, precor, vel ſupplico? Et de eodem Chriſto dixit Apoſtolus, quòd in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui ſaluum illum poſſet à morte facere, cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Ad Hebræ. 5. Hic preces & ſupplicationes Deo facit Chriſtus, & iſtæ erãt orationes. Vnde vt omnis in hac parte verbi difficultas abeſſet, Ambroſius hanc obſecrationem Apoſtoli orationem exponit, ſuper eum locum in expoſitiõe ad Romanos. AMBROSIVS. De hinc orat, vt adiuuetur in orationibus,

Guilhelm Sartoris poſitiones hæretica.

vt

Digitized by Google

vt euaderet manus Iudæorum infidelium,nõ quia ipſe minus mereatur,ſed ordinem ſequitur:vt ab eccleſia fiat oratio pro rectore ſuo. Multi enim in vnum dum cõgregantur vnanimes fiunt magni, & multorum preces impoſsibile eſt vt non impetrent. Hæc ille. AVTHOR. Ergo Apoſtolus Paulus orat eccleſiam Romanorum pro ſe orare: ordinem ſequens antiquum, vt eccleſia pro rectore ſuo peroret. Hi creaturæ erant, nec omnes ſancti, & iuſti, vt humanitas Chriſti, aut vt beati in patria,ſed peccatores longè infra merita ſancti Pauli: ſicut dixit Ambroſius. Non quia ip ſe minus mereatur: ſed quia multorum preces impoſsibile eſt vt non impetrent:ideo orat eos vt orent pro rectore. Et in annotationum libro ſuper eundem locum. HIERONYMVS. Rogat vt pro ſe inſtanter oret eccleſia, quia nouit multùm valere preces in cõmune multorum:Iacobo enim occiſo,Petrus fratrum precibus de carcere liberatur,quia nõ tam ſibi,quàm illi præſtiterunt beneficiũ. Scilicet vt per eius poſſent doctrinam firmari. Hæc ille. AVTHOR. Et iſte ſanctus pater obſecrationem Pauli in rogationem commutat, ne tu iuſsionem,aut imperium exponeres poteſtatis. Qualiter idem Apoſtolus alibi obſecrat eoſdem Romanos, dicens: Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem. Vbi in expoſitione REMIGIVS. Ac ſi diceret, non per potentiam magiſterialem vobis impero, qua ſum veſter magiſter, & Apoſtolus, ſed deprecor,ac obſecro, quaſi ſocius: quapropter & fratres eos appellat,non carne, ſed fide. Hæc ille. AVTHOR. Humiliter igitur fideles orat Apoſtolus quando eos obſecrat. Sicut item fecit prima Timot. 2. Obſecro primò omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus,& pro regibus, & pro omnibus,qui in ſublimitate conſtituti ſunt. Et ad Hebr. vltimo. Orate pro nobis. Confidimus enim, quia bonam conſcientiam habemus in omnibus, bene volentes conuerſari. Ampliùs autem deprecor vos, quo celeriùs reſtituar vobis. Non ſuffecit ei dicere, Orate pro nobis,niſi precem adderet ſuper precem, inquiens. Ampliùs autem deprecor vos hoc facere. Orat ergo,vt orent, non monens ſimpliciter,nec inſtans per imperium. Vbi in expoſitione HAYMO. Voluntatis quidem meæ eſt venire: ideoq; attentè deprecor vos pro me orare, vt citò deſiderium meum impleatur veniendi ad vos. Et notandum quia primò poſtulat ab eis orationis ſuffragium, ac deinde non ſimpliciter, ſed tota intentione,ac omni prorſus ſtudio piam orationem pro eis ad dominum fundit,inquiẽs, Deus autem pacis. Hæc ille. AVTHOR. Et hunc morem Apoſtoli conſecuti patres eccleſiæ confratres ſecum in præſenti carne viuentes orãt humiliter vt pro ſe orent,vt in præfatione ſecunda HIERONYMVS. Tunc te deprecor Deſideri mi chariſsime, vt qui tantum opus me ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere,orationibus iuues, quo poſsim eodem ſpiritu,quo ſcripti ſunt libri, in latinum eos trãſferre ſermonem. Hæc ille. AVTHOR. Planè non tantùm excitat, ſed precatur orationibus eius in tranſlatione iuuari. Et in lib. 1. regiſtri epiſtola ad Ioannem Conſtantinopolitanum, Eulogium Alexandrinum, Gregorium Antiochenum, Ioannem Hieroſolymitanum,& Anaſtaſium GREGORIVS. Frater ſanctiſsime, per venturum iudicem rogo, per multorum millium angelorum frequentiam,per eccleſiam primitiuorum, qui ſcripti ſunt in cælis, ſub hoc paſtoralis curæ onere laſſeſcentem orationis tuæ interceſsione me adiuua, ne ſuſcepta me pondera vltra vires pmant. Memor verò, quòd ſcriptum eſt, orate pro inuicem,vt ſaluemini:etiam impendo qđ peto,ſed recipiam quod impendo:dum enim nos vobis per orationes opem coniungimus, quaſi ambulantes per lubricum viciſsim vobis manum tenemus. Fitq; ex magna prouiſione charitatis, vt eo ſingulorum robuſtiùs charitas perfigatur, quo firmiùs alter in altero innititur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quia dixit Guillelmus orare actum eſſe latriæ:ideo ſoli Deo à fidelibus dirigendum, hic venturũ iudicem commemorat, & per eum hominem purum rogat orationis ſuę ſe interceſsione iuuare:& ipſe item vices reddens, impendit eis quod petit,ſcilicet,orationem ſuam, vt quod impendit recipiat. Et iterum eodem libro primo, epiſtola quarta ad Ioannem Conſtantinopolitanum GREGORIVS. Quia vetuſtã nauem, vehementerq; confractam indignus ego infirmusq; ſuſcepi:vndique enim fluctus intrãt,& quotidiana ac valida tempeſtate caſſatæ,putridæ naufragium tabulæ ſonant, per omnipotentem dominum rogo, vt in hoc mihi periculo orationis tuæ manum porrigas, quia & tantò enixiùs poteſtis exorare, quantò & à confuſione tribulationum, quas in hac terra patimur, longiùs ſtatis. Hæc ille. AVTHOR. Et in fine librorum paſtoraliũ GREGORIVS. In huius quæſo vitæ nau-

Digitized by Google

fragio,orationis tuę me tabula ſuſtine,vt quia pondus proprium deprimit,tui meriti manus leuet.Hæc ille.AVTHOR.Mirum ergo,quo modo poſſet venire in mentē hominis Chriſtiani,quòd orare creaturam, quantacunque polleat ſanctitate,ſit idololatria,cùm ab initio populi Dei ſancti viri orabant conciues ſuos attendere legi Dei,orabant eos piè facere,orabant benefacere: quid impedit ne orent eos pro ſe orare?Nūquid malè fecit ſanctus pater Chryſoſtomus, quando tam humili prece rogauit,non iam ſanctum virum, ſed peccatorē notorium pœnitere de lapſu? libro quem ad eum edidit de reparatione lapſi verſus finem.

6 CHRYSOSTOMVS.Curre†itaq; quęſo te & obſecro chariſsime, & per iſta te merita, quæ prius quęſieras,exoro,ac per illam libertatem, quam prius regibus obteſtor, vt ſic te iterum in illum cernam virtutum verticē conſcendentem,& in iſto rurſus pœnitentię labore & robore ſolidatum.Parce mihi amanti te. Parce omnibus,qui pro te ſcandalizantur,& pro tuo lapſu labuntur.Parce cūctis, qui pro tua deſperatione deſperant, nec putant ſe via virtutum incedere,ſi te ad eam rediſſe non videant. Reſpice quæſo & quantus nunc mœror omnium ſanctorum fratrum habeat corda:& quanta lætitia,atque exultatio incredulis fiat: quanta deſidioſis adoleſcentibus de te decantetur fabula: quantaq; eis ad præcipitia luxuriæ de te creſcat authoritas. Quòd ſi redeas denuò ad illam priorem virtutum viam, omnia hæc vertentur in contrarium.Hęc ille. AVTHOR.Pius iſte pater quanto affectu p̄catur?orat,obſecrat peccatorem,vt reuertatur ad veniam:nec orat tantùm,ſed,vt ſuprà fecit Gregorius,obteſtatur per antiqua merita,& vt reuertatur adiurat.Oratio verò iſta nō pro re leui proceſsit & cōmodo ſeculari, ſed erat petitio(vt tu diffinis) alicuius doni ſupernaturalis,vel gratuiti: nullū enim eſſet magis cuiquam donum gratuitum,quàm via virtutum rurſus incedere, & in contrarium vertere oēs occaſiones malorum.Et in exordio libri dixit iſte ſanctus precari velle ad eundem effectum omnes ſanctos, & amicos eius vnà ſecum lugere,& orare,dicens CHRYSOSTOMVS. Et quidem mulier illa, quæ in euāgelio drachmam,quam perdiderat, inuenit: conuocauit vicinas,& amicas,vt congratulentur ſibi.Ego autē conuocabo omnes amicos meos,tuosq;, ac vicinos noſtros, & deprecabor eos venire, non vt gaudeant,ſed vt lugeāt mecum, & ingentem planctum,ſublatis in cælum vnà mecum vocibus,reddant. Dicam ad eoſdē, Vlulate mecum ô amici, & plangite: profundite mecum fontes fletuum,& producite fontes lachrymarum: non quia auri pondus immenſum,nec argenti talēta innumera amiſi de manibus meis:non quia gemmarum fila pretioſa perdiderim: ſed quia horum omnium carior & omni auro,omniq; gēma pretioſior amicus noſter,qui vnà nobiſcum vitę huius pelagus,& mare hoc magnum & ſpatioſum nauigabat,neſcio quomodo lapſus,vſque in ipſum fertur perditionis profundum. Hæc ille. AVTHOR. Qui peccatorem orauit pro ſuo remedio pœnitere, iā omnes amicos ſanctos, & vicinos ſuos vocat ad lugendum ſecum, & orare communiter pro cōuerſione eiuſdem. Videant omnes gentes, ſi creaturæ non ſunt orandæ pro ſpiritualibus bonis à Deo quidē vltimatē petendis,ſed ſanctorum interceſsionibus medijs impetrandis. Sapiens etiam ſcripturarum AVGVSTINVS ſanctum Paulinum duxit affectuosè orādum epiſtola ad eū inter epiſtolas. 16.dicens: Tu autem legis mi ſancte Pauline,non te ita rapiant,quæ per noſtram infirmitatē veritas loquitur, vt ea, quæ ipſe loquor,minus diligenter aduertas,ne dū auidius hauris bona recta,quæ data miniſtro, non ores pro peccatis, & erratibus, quæ ipſe committo.Et infrà. Hæc vt ex animo ſemper confitear,meumq; cor à lingua non diſſonet, ora pro me frater,ora obſecro, vt nō laudari volens,ſed laudans inuocem dominum,& ab inimicis meis ſaluus ero.Hæc ille.

¶Quòd Chriſtus ſecundùm q̄ homo, eſt vt refugium noſtrū orādus à ſingulis:ſine quo nulla venit ſalus à Deo.

CAP. CIX.

SVMMA.

1 *Chriſtus quòd ſit aduocatus hominum & mediator.*
2 *Chriſti ante aduētum,quomodo eramus intra Dei præſentiam per naturam,ſed extra præſentiam eius quo ad gratiam.*
3 *Chriſtus,quòd ſit orandus humanitùs,& interpellandus,contra Witcleff,& Guillelmū ſartorē.*
4 *Columbæ,quare ſuper aquas reſideant.*
5 *Eccleſia docetur per pulchram allegoriam directē contra latrantes hæreticos,dicentes non eſſe orādam Chriſti humanitatem,neq; ſanctos.*

Deus

6 *Deus uerbum, quomodo per humanitatem ſuam homines rogat homo factus, & per apoſtolos & ſanctos.*

PRætenditur occaſio dehonorationis Chriſti, ſi ſancti eius orẽtur in terris prędicto cap. 33. Mouet, inquit, quòd mens viatorum ex multitudine beatorum, quos orat, diſpergitur: & affectio à Chriſto laxatur, eo quòd tantùm eſt finita, & per conſequens remittitur cùm ſic in plurimos ſit diſperſa. Hæc Witcleff. AVTHOR. Timet ecce creatæ affectionis remiſsionem à Chriſto, ſi viator aliũ ab eo orauerit. Sic proterui Iudæi remiſsionẽ diuini honoris timendam finxerunt, ſi Chriſtus ſicut Deus peccata dimitteret: quis, inquiũt, eſt hic, qui loquitur blaſphemias? quis poteſt peccata dimittere niſi ſolus Deus? Lucæ. 5. Iniuſtè timent, & ſub hoc fuco diuinum miraculum euacuare conantur, & tractare calumnias. Vnde libro. 5. ſuper Lucam. cap. 2: AMBROSIVS. Spectant ſurgentem increduli, mirantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere, quàm credere. Nã ſi credidiſſent, non timuiſſent vtique, ſed dilexiſſent: perfecta enim dilectio timorem excludit foras. Et ideo iſti quia non diligebant, calumniabantur. Calumniantibus autem dixit: quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Hæc ille. AVTHOR. Noli timere mi Witcleff, ſed crede, quia enim non credis, times, & in Chriſti ſanctos ſtruis calumnias, vocans eos riuos turbidos, ſiue ſcurras: ſed & timeo, quòd ſic timens non diligis, quia perfecta dilectio foras mittit timorẽ. Imò dices, diligo, ſed ſub Chriſto. Qualiter ſub Chriſto ſanctos diligis, niſi ex multitudine tanta ſanctorum tua diſpergatur affectio, & à Chriſto laxetur, eo quòd eſt tantùm finita, & per conſequens remittitur, cùm ſit in plurimos ſic diſperſa? Si valeat ratiuncula de affectione orandi, plùs valeret de dilectione, quę eſt affectio pro ſe primò. Et tunc contra ſe dedit Deus præceptum de dilectione proximi: & amplius cõtra ſe, & proximum de dilectione inimici: quia ex tanta multitudine dilectorum diſpergetur affectio viatoris, & remittetur à Chriſto. Qualiter etiã non remittitur affectio erga honorem Dei, ſi item iubear honorare parentes, & tamen eſt præceptum. Et honorabo reges & presbyteros: iuxta Apoſtolum. Nunquid ex tãta multitudine honoratorum remittetur affectio honoris Dei cùm ſit finita? Et honor intrinſecus priùs eſt affectio, quàm oratio in natura, quæ tantùm deforis dicitur eſſe talis. Nec audis Chriſtum magnum metaphyſicũ dicere, Pharisæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis, & paropſidis, vt fiat & id, quod deforis eſt, mundum. Quod nunc attinet, dilige ſanctos, & orabis: mundes affectionem à deteſtatione ſanctorum, & oratio erit munda. Reuera ratio iſta faceret, nec Chriſtum dominum noſtrum fore orandum quantũ Chriſtus eſt, quia Chriſtus item cum Deo homo eſt, quomodo ergo non remittetur affectio à Deo ad hominem ſic diſperſa? Omnes eius argutiæ factæ contra ſanctos ne orentur, pari virtute militant contra Chriſtum, ne ipſe oretur ſecundùm hominem: ſed ſolus Deus eſt paratiſsimus ad omnes ſecundùm eſſentiam, præſentiam, & potentiam, & quia nec Chriſtus homo iuuat aliquem, niſi priùs imperaretur à Deo, & quia in comparatiõe Dei qui eſt fons, Chriſtus homo eſt turbidus riuus, & ſcabellũ pedum eius, & quia Deus miſericordiæ infinitæ, ideo ſtultus, qui alium quæreret mediatorem: Et ſic fides mediatoris Dei & hominum niſi citra Deum mediatio valeat, ſtatim vacat periculis. Nam quod eſt aliud officium aduocati, quàm corã iudice perorare pro miſeris? *Aduocatus.* Quod aliud mediatoris officium, quàm foris extrà dominium interuenire pro reis? Sic Chriſtus eſt aduocatus hominum, & taliter mediator. Vnde ſuper hunc textum Hebr. 1. Et cùm iterum introduxit primogenitum in orbem terræ. In expoſitiõe AMBROSIVS. Foris eramus à Deo, vt ſicut qui ſunt extra regales aulas in vinculis colligati, & qui habent apud regem pro culpis offenſam, huiuſmodi quippe regali aula foris excluſi ſunt. Qui voluerit enim iſtis veniam impetrare, nõ primũ iſtos in aulam regis introducit, ſed ipſe foras egreditur. Ibiq; in eis miſcet ſermocinandi negotium, vſque dum eos correctos reddat, & dignos efficiat, qui regis vultui repreſentari mereantur. Sic ergo Chriſtus effecit. Egreſſus quippe ad nos, hoc eſt, carnem ſumens, & colloquutus nobiſcum, præcepta nobis intonuit, & ſic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalem, velut aduocatus optim⁹, introduxit. Hæc ille. AVTHOR. Et habet Chryſoſtomus. 3. Hebr. idem ad verba. Ecce quantumcunque clames de aſsiſtentia Dei, & de præſentia eius paratiſsima creaturis, tamen ante aduentum Chriſti nos foris ſtetimus, extra Dei præſentiam, extra regis aulam, quouſque aduenies Chriſtus, factus aduocatus

uocatus noſter,& mediator per carnē, intro-
2 duxit nos. Eramus† quidem intra eius prę ſen
tiam per naturam, cui nihil abſens: ſed extra
præſentiam eius quo ad gratiam. Et quid oras
Deum quando oras, propter naturam quam
habes præſentem, an propter gratiam quam
non habes? Si propter naturam Dei, vel eſſen
tiam: fruſtra tunc orares, quæ non contingit
abeſſe: ſi propter gratiam: illa ergo deeſt, & in
ter te & Deum pluſquàm inter te & aliquam
creaturam adeſt diſtantia. Peccata veſtra (in-
quit propheta) diuiſerunt inter Deum, & vos:
& tantò longiùs, quantò omnis creatura pro
pinqua Deo per gratiam magis aptabitur me
3 diatricem. Qua† enim ratione quenquam ab
hac meditatione præcludis quanuis minorē,
Chriſtum excludes prę cunctis optimum ad-
uocatum. Quod puto ego noſtrum Witcleff
ex eius argutijs intellexiſſe ſęquaces. Sicut e-
tiam diſcipulus eius Guillelmus cognomen-
to Sartor ſcripſit, & tradidit, Chriſtum, ſcili-
cet, orandum non humanitùs, nec interpellā-
dum à quoquam. Ideo etiam addidit eccleſia-
ſticas orationes, vel in collectis, vel in litaniis
ad Deum dirigi ſub ratione deitatis, nunquā
ſub rariōe humanitatis: homo ſui immemor:
quòd eccleſia in litaniis oret: Fili redemptor
mundi Deus miſerere nobis: cùm ſub ratione
deitatis ſine omni ratione humanitatis nun-
quam fuit filius Dei redemptor mūdi: ſed nec
ſine homine illo præſtari nobis poteſt ſalus,
de qua dixit Apoſtolus, quòd vult omnes ho
mines ſaluos fieri. & idcirco vnus (inquit A-
poſtolus) Deus, & vnus mediator Dei & ho-
minum, homo Chriſtus Ieſus. Quocirca epi-
ſtola ad Paulinum inter epiſtolas. 42. AVGV
STINVS. Ne quiſquam diceret poſſe eſſe ſa
lutis viā in bona conuerſatione, & vnius Dei
omnipotentis cultu ſine participatione cor-
poris & ſanguinis Chriſti: vnus, inquit Apo-
ſtolus, Deus: & vnus mediator Dei & homi-
num, homo Chriſtus Ieſus. Vt illud, quod di-
xerat, omnes homines vult ſaluos fieri, nullo
alio modo intelligatur præſtari, niſi per me-
diatorem non Deum, quod ſemper verbum
erat, ſed hominem Chriſtum dominum: cùm
verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis.
Hęc ille. AVTHOR. Perpēde quid dicat Au
guſtinus in prædictis verbis ſenſiſſe Apoſto-
lum de mediatore, nō ſolùm ſub ratione dei-
tatis ſuæ concepto, quia ſemper erat verbum,
ſed quòd per eum omnis noſtra ſalus præſta-
tur. Quid & ipſe cōpræſtat, quòd verbū caro
factum eſt, & habitauit in nobis, hominem Ie
ſum, & Chriſtum Ieſum ſecundùm hominē.

Addit rationem quare, ne. ſ. ſine participatio-
ne corporis & ſanguinis Chriſti ſolo Deo ve-
nerato ſaluus eſſe quis poſſet. Qualiter iſta co
hæreant, niſi humanitatis noſtræ ſubſtantiā
in perſona Dei orare, & venerari ſaluatorem
poſſemus, quam in corpore & ſanguine redē
ptoris communem habemus? Sicut & libro
de corpore & ſanguine domini cap. 46. pul-
chrè dixit RABANVS. Carne quidem caro
ſpiritualiter conuiſcerata transformatur, vt &
Chriſti ſubſtantia in noſtra carne inueniatur,
ſicut & ipſum noſtram in ſuā conſtat aſſum-
pſiſſe deitatem. Vnde orantes ad Deum cum
Propheta diximus: Memorare quæ mea ſub-
ſtantia. Nunquid enim vanè conſtituiſti oēs
filios hominum? Quæ igitur maior ſecuritas
hominis, quàm ad ſuam ſubſtantiam orare, &
in ea Deum venerari, atque per vnitatem per-
ſonæ fidenter dicere, O Deus mea ſubſtantia,
qui me conſtituiſti, nunquid vanè me creaſti?
Hæc ille. AVTHOR. Omnia planè dixit, q̄
non ſit maior ſecuritas, quàm propriam ora-
re ſubſtantiam in Chriſto, quod participatio
nem accepit Auguſtinus corporis & ſanguī-
nis Saluatoris, & quòd illam orare Chriſtum
Deum, & dicere Chriſto ſecundùm illam, ô
Deus mea ſubſtantia, non ſecundùm hoc lo-
quor, quòd ſemper erat verbum, ſed ſecundū
q̄ verbum caro factum eſt, & habitauit in no
bis. Hoc mihi in Deo ſolum refugium, & niſi
in illo nullum à Deo refugium. Nec imperito
rum ſolùm eſt hoc orare, ſed maximè prępo
ſitorum eccleſiæ, qui non ignorant quomo-
do debeant proferre ſermonem, prout lib. 3.
ſuper Cantica textu, Oculi eius ſicut colum-
4 bæ ſuper riuos aquarum. BEDA. Columbæ† *Columbæ quare ſuper aquas reſpiciant.*
ſuper riuos aquarum: non ſolùm propter po-
tum, vel lauacrum, vel loci amœnitatem, ac
munditiam reſidere ſolent, ſed ea non minus
intentione, vt venientis vmbram accipitris in
aquarum perſpicuitate pręuidere, ac ſic immi
nens ab hoſte periculum euadere poſſint. Cu
ius figura naturæ in propatulo eſt, quia vide-
licet iugi diuinorum eloquiorum meditatio-
ne opus habemus, vt vel ſanctorum facta, vel
dicta legentes, quo nos genere apertæ impu-
gnationis antiquus hoſtis, quibuſue fraudum
machinis debellare, ac ſupplantare conetur,
ſollicita mēte perſcrutemur: moxq̄; vbi futu-
ras eius inſidias perſpeximus, vnicum nobis
refugium foramina petræ noſtræ, id eſt, do-
minicæ fidei præſidia intremus, ac ſigno nos
paſſionis illius defendere ſtudeamus, ſed & ca
uernam maceriæ cito volatu petamus, id eſt,
ſanctorum angelorum, & hominum crebras

pro

Digitized by Google

pro nobis interceſsiones apud miſericordiã pij cõditoris quæramus. Quod cum vniuerſis fidelibus conueniat, illis maximè probatur eſſe neceſſarium, quibus non ſui ſolummodo cura, ſed & aliorum gubernandorum, atque erudiendorum eſt onus impoſitum. Hęc ſunt etenim firmiſsima ac tutiſsima ſanctæ eccleſiæ præſidia, propter quæ ſuperius à domino audiuit, Surge amica mea, ſpõſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauer
5 na maceriæ. Hęc ille. AVTHOR. Perſ pulchram allegoriam docetur hîc eccleſia directè contra iam latrantes hæreticos, vbi maligni ſpiritus à procul timetur incurſus, ad illã petrã currere, de cuius latere mortui, ſanguis effluxit, & aqua, & ſigno dominicæ paſsionis defendere, & in cauernis maceriæ ſanctorum angelorum & hominum pro nobis interceſsiones apud miſericordiam pij conditoris acquirere. Iam ergo puto accipitrem eſſe, qui p pullos perditionis ſuæ nos ab his cauernis, & ſanctorum precibus cupit abigere, dicens: Nolite volare illuc, non orabitis ſanctos, imò nec refugium à petra humanitatis Chriſti paſsi quæretis. Solam miſericordiam conditoris aſpicite, & ab illa interceſſorem aliũ nolite repetere: vt ego propter contemptum Chriſti, & ſanctorũ eius priusq; in Deum purũ volare poteritis, vorare vos poſsim. Sicut ſine Chriſto ſanctos patres oẽs abſorbui. Nolum⁹ hoc fratres, nolum⁹. Accipitris ſine dubio eſt hoc conſilium. Nam Beda pater dixit orationes Chriſti hominis & ſanctorum firmiſsima eſſe ac tutiſsima eccleſiæ ſanctæ præſidia. Ah quanta ſuperbia, eum orare refugere cũ domino Saluatore, quando idem dominus me ipſum orare non diſtulit peccatorem. Non contra ſcripturarum conſilia hæc ſancti patres dixerunt. Secundus nempe liber Eſdræ, ſi quid in authoritate penes vos habeat, hic inquam dixit Dominus omnipotens. Nonne ego vos rogaui vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos, vt eſſetis mihi in populum, & ego vobis in Deum? Quæ vtiq; ſententia calumniam non eſt ſumptura de libro, cũ eadem penè verba ex perſona Dei filij habeãtur Iob. 19. Orabam filios vteri mei, ſtulti quoque deſpiciebant me. Vnde. 14. Moraliũ, cap. 19. GREGORIVS. Deus, qui manet ante ſecula, vteri ſui filios orauit, quia quos per diuinitatem condidit, incarnatus veniens humili-
6 ter rogauit. Hæc ille. AVTHOR. Rogant ſ ec ce Deus verbum per humanitatem ſuam homines homo factus humiliter. Ipſe quoq; per Apoſtolos & ſanctos iam pater exiſtens ſecũdùm conditionem & fidem rogauit eoſdem. Vnde epiſtola ad Damaſum papam de filio prodigo HIERONYMVS. Egreſſus pater illius cœpit rogare illum. Quàm benignus & clemens pater rogat filium, vt lætitiæ domus particeps fiat. Rogat autem per Apoſtolos, & euangelij prędicatores. De quibus ait Paulus. Precamur pro Chriſto reconciliamini Deo. Hæc ille. AVTHOR. Orat ergo pater: orat & rogat Deus verbum creaturas, quas condidit: orat miſeros, quos redemit: orat per aſſumptum hominem qualiter non eſt Deus: orat per apoſtolos, per euãgeliſtas, & ſingulos ſanctos. Quid impedit ſcirem ne per Apoſtolos Deum oremus, & ipſos apoſtolos, & aſſumptum hominem citra Deum: cum ipſe nos orauit à Deo remotiſsimos, & infrà ſanctorum illorum merita lõgè defoſſos? Poſt Deum patrem & filium angeli homines rogant. Venia mus tandem ad homines, angelos forſitã, ſed terreſtres, qui & ipſi orare populos ſuos ſupplicibus ſuis gaudebant. Inſignis ille martyr & p̃ſul in libro ſuo de lapſu CYPRIANVS. Quæſo vos fratres acquieſcite ſalubribus remediis, conſilijs obedite melioribus, cum lachrymis noſtris veſtras lachrymas iungite, cũ noſtro gemitu veſtros gemitus copulate. Rogamus vos, vt pro nobis Deum rogare poſsitis. Preces ipſas ad vos priùs vertimus, quibus Deum pro vobis, vt miſereatur, oramus. Hæc ille. AVTHOR. Vides ne qualiter ſacer paſtor oues ſuas orat, vt pro eis orare poſsit: & prius in ipſos vertit precem, quã poſt conuertere pro eis diſpoſuit in Deũ? Et libro ſuo de vinea Nabuthe verſus finẽ. AMBROSIVS. Oro vos orate, & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius offertis munera. Gratias agite pauperes, quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Hæc ille. AVTHOR. Neſcio quis tumor iſtorum cor hominum apprehendit, qui verentur facere preces ſanctis, an humiliari pudet, an beneficium dedignantur, an ſine ipſis reputant ſe Deo propinquos? ſed quantumcunque exiſtiment ſe Deo propinquos, Deus non ſunt, nec vt Paulus, qui ſubſidium petijt. Nec ſunt omnis vt Cyprianus epiſcopus, qui pecoris ſui p̃cibus ſuas preces ſubiecit humiliter. Putas ne lapſi illi epiſcopum rogarent ſine peccato, quos ipſe Deus rogauit, aut Paulus angelum, vel ſuperbus homo dominum ſuum Deum?

¶ Quòd cæteri ſancti ſunt orandi, quanuis Chriſtus ſit potiſsimus, ac paratiſsimus mediator, & optimus.

CAP. CX.

SVMMA:

1 *Witcleuiſtarum ſchiſma tripertitum de orando Chriſtum.*
2 *Witcleff, qui dicit, quòd ſtultum foret alium interceſſorẽ præter Chriſtũ inquirere, cõfutatur.*
3 *Chriſtus homo quomodo mediat inter Deũ, et nos.*
4 *Chriſti humanitas, nubes. Et omnes angeli & ſancti dicuntur etiam nubes.*
5 *Deus igni cõparatur. Et quando Deus dicatur eſſe præſens, & quando abſens. Et in quibus dicatur inhabitare, & in quibus non.*
6 *Chriſtiani duplex gradus prouectus. Primus, pœnitere delictorum. Secundus, ſanctos obſecrare ſuppliciter.*
7 *Ioãnes euangeliſta ab apoſtolis eorum interceſſor inſtitutus.*

HÆc tamen hæreſis non vno modo tenetur à Witcleff, & eius complicibus. Ipſe quidẽ auſus eſt primò ipſam efferre poſt longi temporis ſepulturã. Sed de adoratione Chriſti, & aliorum ſanctorum ſcribendo vacillat, in quo & alij Lollardi eius eum trãſcendunt, & vincunt in errore magiſtrum. Ab ipſo igitur erroris fonte latiſsimos fluuios obſtructuri ſumamus exordium. Arguit enim cap. 3. libri tertij trialogi. Multi probabiliter æſtimãt, ꝙ foret expediens Chriſtum ſingulariter inter homines adorare, quia ipſe eſt mediator, & interceſſor optimus paratiſsimus quo ad vtrũq; extremum, & benigniſsimus ratione charitatis, & miſericordiæ infinitæ. Stultus ergo foret, qui alium interceſſorem inquireret. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ex hac concluſione, ꝙ † ſtultus foret, qui alium interceſſorem 1
inquireret, quidam Witcleuiſtæ Chriſtum ſolum ſecundum hominem orandum intelligunt: quidam nec Chriſtum hominem, ſed Deum ſolum, qui eſt eo paratior: quidã Chriſtũ ſolum orãdum de his, qui iam perfecerint curſum viæ, propter hoc, & Paulus orat fideles orare pro ſe: ſed rationes Witcleff probãt primum fruſtum placuiſſe ſibi ſchiſmatis tripertiti. Stultus, inquit, foret, qui alium præter Chriſtum, ſiue viantẽ, ſiue incolam interceſſorem inquireret. Sic arguit Eliphaz Temanites deriſoriè iubens ſanctum Iob orare aliquem de ſanctis: in hoc ſtultificans virum ſanctum, & dicens. Voca, ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere. Virũ ſtultum interficit iracundia. Iob. 5. Vbi lib. 5. Moralium GREGORIVS. Deridendo ſubiungit, ad aliquem ſanctorum conuertere. Ac ſi deſpiciens dicat, Sanctos inuenire in afflictione adiutores non vales hos, quos habere ſocios in hilaritate noluiſti, qui poſt irriſionem protinus ſubdit, dicens: Virum ſtultum interficit iracundia. Hęc ille. AVTHOR. Qui † tamen Eliphaz non ſic delirauit, vt Witcleff, de 2
ridens eum, ſi ad ſanctos adiutores ſe conuerteret, ſed hoc addito, quòd eos antè in hilaritate ſocios non haberet, tunc putauit rem eſſe ridendam, ꝙ eorum afflictus auxiliũ poſtularet. Quod vt ſanctus Iob quàm non eſſet rectum oſtenderet, poſtmodum eoſdem ſanctos inuocans, ait, Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Iob. 19. vbi in annotationum libro ſuper Iob AVGVSTINVS. Angelos videtur poſtulare, vt pro eo deprecentur, aut certè ſanctos, vt pro pœnitente orent. Hæc ille. AVTHOR. Nunquid putas ſanctus vir Chriſtum in ſpiritu prophetico interceſſorẽ futurum & Deum æternum non nouerat, de quo ipſe cecinit, Scio ꝙ redemptor meus viuit? Stultus ergo fuit, ꝙ angelos, & ſanctos alios interceſſores inquireret, aut valde ſtultus Witcléff, qui contra authoritatem eccleſiæ tã robuſtam in patribus ſcripturæ ſanctæ ſic arguit. Et nota, ꝙ non dixit, qui interceſſorem alium oraret, vt alij de ſecta eius ſtringunt ſermonem, ſed largo vtens verbo, qui alium interceſſorem inquireret, ſtultum vocat. Et ſtultè tunc inquiſiuit ſancta Heſter interceſsiões omnium Iudæorum, dicens: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Suſis repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillulis meis ſimiliter ieiunabo. Heſter. 4. Stultus item populus vniuerſus Iſraël, quia requiſiuit ſanctum Samuelem intercedere dominum pro peccato ſuo dicens: Ora pro ſeruis tuis ad dominum Deum tuum, vt nõ moriamur. Et ſtultus ipſe Samuel, qui hanc petitionem plebis admiſit, dicens: Abſit à me hoc peccatum in domino, vt ceſſem orare pro vobis. Et docebo vos viam rectam, & bonã. Primi Reg. 12. Vnde homilia. 15. ſuper Ezechielem. GREGORIVS. Iam mentis inimicitias poſtpo

poſtponere cupimus, in benignitate animū dilatare. Samuel in cognitionem deducatur, qui de principatu deiectus à populo, cū idem populus peteret, vt pro eo preces effunderet, Reſpōdit dicēs, Abſit à me hoc peccatū in dominо, vt ceſsē orare pro vobis. Culpā quippe vir ſanctus perpetrare ſe credidit, ſi eis, quos aduerſarios pertulerat vſq; ad deiectionē, benignitatē gratiæ nō reddidiſſet in p̄ce. Hæc ille. AVTHOR. Nō ergo culpādus erat populus, quia Samuelē interceſſorē appetijt, ſed magis inde peccaſſet, ſi nō petijſſet, faciēs interceſſorē ad Deū quem læſit: quia & culpā ſanctus vir perpetrare ſe credit, ſi benignitatē gratiæ non reddidiſſet in prece. Sed forſan dicet, hæc eo tēpore legis aptè erāt agēda: aduenientē aūt redēptore in carnē, ſola eſſet eius mediatio poſtulāda: quia ipſe, inquit, eſt mediator, & interceſſor optimus. & ſequit infrà p̄dicto capitulo, Chriſtus eſt ſemp viuēs apud patrē ad interpellandū pro nobis, & paratiſsimus illabi in mentē cuiuſlibet viatoris, q ipſum dilexerit: vñ nō oportet ad captandū eius colloquiū ſanctos alios mediare, cùm ſit benignior, & pronior ad iuuādum, q̄ aliquis eorū. hæc Witcleff. AVTHOR. Et intellectiua humana eſt paratiſsima ad oſtiū omnis ſenſus, quid ergo oportet item mediare ad deferendū ipſi verbū pluſq̄ naſum, cū ita p̄ſens ſit in naſo, & in pede, ſicut eſt in aure? Si dicas aurē eſſe mediū cōpetens ad p̄ſentandū ipſi verbū. Iā arguo, nō oportere aliquē ſenſum mediū eſſe ad captādū colloquiū eius, cū ſit paratiſsima ſecūdū ſuā eſſentiā tota in toto, & in omni parte tota. Aut dicat Witcleff, qua frōte auſus eſt p̄dicatores medios prouidere, q̄bus plebes occurrāt ad hauriendum (vt fingit) aquas verbi Dei: cū fons vitæ ſit paratior ſuis fidelibus, q̄ turbidi riui tales? Quòd ſi doctores medios colligat, cur nō oratores medios colligemus? Sed ſi nō oportet mediare ſanctos inter Deū, & populū, quare ait Moyſes ad populū: Ego ſequeſter, & medius fui inter Deū & vos in tēpore illo, vt annūtiarē vobis verba ei⁹? Deut. 5 Aut in omni illo populo nō fuit aliquis, quē Deus diligeret, cui poſſet eſſe paratiſsimus ad illapſum, ita vt nō oporteret mediare Moyſen ad captandū eius colloquiū: cū tamē diceret, vt annūtiarē vobis verba eius, ego medius fui. Sed ideo intelligere debuiſſe, quod inter Dei ſubſtantiā, & nos, nō mediat interceſſor, ſed vt efficiat Deus aliquid quod diſponit: ſicut multæ reperiūtur cauſæ mediæ inter cauſam primā, & eius effectū remotum. Vñ libro quæſtionū Deut. quæſt. 10. AVGVS. Quid eſt quod ait: ego ſtabā inter Deū & vos in illo tēpore annuntiare vobis verba dñi? Tanquam in loco eſſet dominus, hoc eſt in mōte, vñ illi voces audiebāt, qđ accipiendū eſt, vt non ex hoc ſuſpicemur Dei ſubſtantiā in illo, aut aliquo eſſe corporali loco, q̄ eſt vbiq; totus, nec per locorū interualla ꝓpinquat, aut recedit, ſed demōſtratiōes eius in ea creatura, quæ nō eſt quod ipſe nō aliter exhibent. Sequit. Mediū ergo ſe dicit Moyſes, nō inter Dei ſubſtantiā, & populū interuallo aliquo loci, ſed quia per eum populus audire potuit cætera verba Dei, poſteaquā exterritus eſt, audita de medio ignis voce Dei dicentis decalogum legis. Hęc ille. AVTHOR. Cū ergo dicis illapſum, diuinā notas ſubſtantiā, per quā cūctis æquè
3 creaturis illabitur. Nec † ſic mediat Chriſtus homo inter Deū & nos, vt inter Deū & nos ſit medius interceſſor, ſed vt accipiamus per eū medias influentias gratiæ ſpiritalis, & cui Deus, vt capiti, prius influit vitam, & ſenſum membris. Et hoc genere mediandi ſancti alij intercedunt, demonſtrationes varias Dei populis exhibendo ſecundùm ipſorum genera varia meritorū. vnde Eccleſi. 35. Qui adorat Deum, in oblectatione ſuſcipietur, & deprecatio illius vſq; ad nubes propinquabit. Nubes, id eſt, ſancti, vt & nubes pluant iuſtū, hoc eſt, ſanctorum preces germinent nobis Chriſtum. vnde ſuper illud Marci, Percutiā paſtorē. HIERONYMVS. Precibus ſanctorum filius à patre mittitur, & percutitur, id eſt, incarnatur, & patitur. Hæc ille. AVTHOR. Et in illo, venientem cū nubibus. Ibidē HIERONYMVS. In nube aſcendit, cū nube veniet, id eſt, in corpore ſuo ſolo, qđ ſumpſit à virgine aſcēdit, & cū multiformi eccleſia, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius, ad iudiciū
4 vēturus eſt. Hæc ille. AVTHOR. Nubes † ergo Chriſti humanitas eſt: nubes angeli, & oēs ſancti. Qui ergo adorat Deū, p̄catio illius propinquabit ad nubes: quia q̄uis tepidus ſit orator, ſanctorum tamen ſuffragio preces eius in eum, quem intendit orare, peruenient. Vnde ibidem ſubditur. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet, non conſolabitur, id eſt, conſolationem de ſua prece nō ſentiet. Nec eius tamen humilitas contemnetur. Ob quam cauſam Saluator ait in euangelio, Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius. &c. Super quem locum libro. 7. expoſitionis ſuæ cap. nono. AMBROSIVS. Docet infirmos non eſſe tentandos, ne in nos eorum delicta vertātur.

quorum preces ad dominum: & ſi ipſi virtutum meritis infirmi ſint, angelorum tamē patrociniis euehuntur. Nemo ergo irrideat pauperem, quia exacerbat illū, qui fecit eum. Ne tentet inualidum, ne angelos lædat. Nemo p̄cipitet infirmum, vt ſoluat beneficium redēptoris. Hæc ille. AVTHOR. Hanc repulſam iā dignè ſuſtinet argutia Witcleff, vt ſciamus angelos, & homines ſanctos & medios, & ſequeſtros inter Deum & nos propter imbecillitatem noſtri affectus: quorū patrociniis noſtræ preces euehantur in Deū. Ipſe tamen per illapſum Emmanuel p̄ſentiæ immediator nobis eſt omnibus: nec minus tamen oportet ad captādum eius colloquium alios ſanctos mediare: colloquium, inquit, per præſentiam gratiæ, qua priuatur, longè factus à Deo per reatū nequitiæ. Secundū illud verbū pſalmiſtæ: à lege autē tua lōgè facti ſunt. Et ſequitur Prope es tu domine. Ipſi † ergo lōge à Deo, Deus eis prope: ipſi abſentes Deo per culpā: Deus præſens per potentiam: ideo cōparatur igni cap. 15. cæleſtis Hierarchiæ DIONYSIVS. Ignis operatiuus potens omnibus præſens inuiſibiliter neglectus non eſſe viſus. Hæc ille. AVTHOR. Vbi in expoſitione HVGO. Ignis in omnibus, & per omnia clarè venit, & tamen remouetur ab omnibus: prope eſt per p̄ſentiam, longè eſt per excellentiam. Sequitur. hoc eſt quod ſequitur. Et lucidus ſimul eſt, & quaſi occultus. Lucidus enim eſt, quia in ſubiecta materia percipitur: occultus, quia in ſua eſſentia corporaliter non videtur. Incognitus quippe eſt ipſe per ipſum non accūbente materia, quia ſine ſubiecta materia percipi nō poteſt. Hæc ille. AVTHOR. Quaſi concluderet ita Deus præſens, ſed niſi in ſubiecta materia. Vnde in expoſitione. LINCO. Quomodo non præſens eſt illi, in quo eſt? Sed ſciendum, q̄ alterum eſt eſſe in aliquo, & alterum eſt eſſe præſens illi. Solis enim radius eſt in oculo cæci, ſed non eſt præſens illi, quia non eū ſentit, nec iuuatur ab ipſo in actione videndi. In oculo autem videntis & eſt lumen, & eſt præſens ei. Hæc ille. AVTHOR. Hoc modo libro de cognitione veræ vitæ, de p̄ſentia Dei loquitur AVGVS. Quanuis Deus in omnibus creaturis eſſentialiter manere credatur, tamen propriè in cælis, vel in iuſtis habitare prædicatur, quia ipſi inhabitationem eius fruēdo ſentiūt. Sequitur. Sicut enim videns & cæcus in ſole ſtantes, videns claritate ſolis videndo fruitur, cæcus lumine eius priuatur. Quanuis em̄ ſolis præſentia vtriq; æquè aſsit, tamē eius p̄ſentiā non vterq; æqualiter ſentit. Sic Deus tantùm hos inhabitare dicitur, qui etiam eius præſentia, aut facie ad faciē videndo, vt angeli, aut per contemplationē, vt iuſti in hac vita fruuntur. In his non eſſe dicitur, qui eius viſione priuātur. Hæc ille. AVTHOR. Attendat Witcleff. In his non eſſe dicit, qui eius viſione priuantur: in his tamen eſt per eſſentiam, ſed ſanctorum mediatione requiritur præſens eſſe per gratiam. Sic Eliſeus affuit Syris percuſsis cæcitate, quos duxit in Samariam, ſed p̄ſens eis non erat, quibus ipſi præſentes nō erant per iudicium ſenſus. Et Deus præſens Adæ erat per eſſentiam, ſed abſens per gratiā, quando ait, Adam vbi es? & ille ait, abſcondi me. Non fuit materia ſubiecta, ideò nec ad eius oculos diuina præſentia. A quo tempore, & deinceps tam longè factus eſt Deus ab homine. Secundùm illud pſal. longè à peccatoribus ſalus. vt ſine mediatione ſanctorū nunquam poſſet homo Deum habere p̄ſentem ſibi per gratiam. A tempore gratiæ Chriſtum hominem poſtula, in tempore legis prophetas interroga. Tunc em̄ primò dictus eſt Emmanuel, quando venit Deus in carnē, vt eſſet nobiſcum pluſquàm erat per gratiā. Sicut Homilia. 2. impfecti. ſuper illud Matthæi. Emmanuel, quod eſt nobiſcū Deus, CHRYSOST. Quanuis enim ſupergubernando nobis p̄ſens ſit, tamen eſſentialiter ex vnitate perſonę præſentior factus eſt. Vnde verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Hæc ille. AVTHOR. Nobiſcum ergo Deus à principio: nobiſcum plùs in aſſumpto homine, & ſic: inter Deum & nos medius, vel mediator factus, ſecūdùm Moyſen, qui item dicit ſe ſequeſtrū, & medium inter Deum, & populū. At ſi Witcleff reputauit ſe tā propinquum, vt non poſſet Raphaēlem medium habere, velut habebat ſanctus Tobias ad offerendū Deo lachrymas ſuas, & preces, & officia ſepulturæ. Cùm ergo nihil afferat pro ſe niſi hanc rationē ruralem, quæ ſic aduerſatur ſcripturis diuinis, & eccleſiæ filiis, ita vt in primo ſanctæ vitæ aggreſſu preces ſanctorum ſuſcipiant, normam antiquam fideles procurent, pro præactis flagitijs pœnitentia iam ſuſcepta. Qui adhuc hoc negligit, ſancto Pſalmiſta ſit peritior ſibi viſus, aut ſanctior: de quo in expoſitione. Pſalm. centeſimi & vigeſimi in titulo ſcribit. CASSIODORVS. Primò in tribulatione poſitus propheta ad exemplum publicani illius, qui tunſo pectore oculos leuare non audebat ad cælum, liberari ſic petit ſe à labiis iniquis, & à lingua doloſa: nūc autē reſpirans, ad ſecundū gradū prouectus, oculos leuauit

ad

ad mõtes, ad interceſſores vtiq; ſanctos, quorũ ſuffragijs munera ſuperna mereretur. Hoc enim ex perſona ſua loquitur propheta, qui tamen & ipſe mons erat, & patriarcha mirabilis. Hæc ille. AVTHOR. Notum eſt prophetas hunc morem ſeruare ſcribendo, vt quædam pro ſe loquantur, & quædam, imò multa pro cæteris. Ne igitur ſub hoc ambiguo de eo ſolueretur authoritas, ingenio ſancto diſtinxit doctor, quòd hunc modum patriarcha cũ eſſet ipſe ſanctus, inſtituebat pro ſe. Vnde in diuiſione eiuſdem pſal. CASSIODO. Propheta (ſicut diximus) ad cæleſtem Hieruſalẽ diuina largitate conſcendẽs, primo membro ad ſanctorum merita eleuaſſe ſe oculos dicit ſuos, vt eorum precibus auxilia poſtulata mereretur, ne mens ipſius hoſtili impugnatione
6 ſuccumberet. Hæc ille. AVTHOR. Primus† ergo gradus prouectus Chriſtiani eſt pœnitere delictorum. Secundus eſt, ſanctos obſecrare ſuppliciter, vt eorum ſuffragijs tendere valeamus, quò ex nobiſipſis nõ poſſumus: qualiter fide dignus Centurio ad Chriſtum dum per ſe venire reputauit indignum, acceſsit mediis ſenioribus Iudæorum, prout notat libro ſecundo ſuper Lucam. cap. 14. BEDA. Quicunque paſsiones noſtræ ſeruitutis agnouimus, ad reſidentem in dextera patris iam per fidem accedere debemus. Iam ſeniores Iudęorum mittere, hoc eſt, ſummos eccleſiæ viros, qui nos ad dominum præceſſerunt, humiliter obſecrando patronos acquirere, qui nobis teſtimonium reddentes, quòd diligamus eccleſiam, & quantum in nobis eſt ædificare curemus, pro noſtris apud Deum noſtrorumque peccatis intercedant. Hæc ille. AVTHOR. Vbique ſanctæ patres eccleſiæ ſcribunt, docent, conſulunt fideles petere diuinam maieſtatem orando, ſed interceſſoribus mediis: & hanc eſſe dicunt fidei portionem, vt per ſeniores eccleſiæ, qui nos præceſſerunt, ad dominũ ſuppliciter deprecando patronos quęramus: & qui nobis teſtimonium reddant, quòd diligamus eccleſiam. Ergo ſancti obſecrãdi ſunt, & ipſi mediãt inter Deum & nos, teſtimoniũ de nobis reddendo, & pro nobis orando. Vnde. 3. parte ſermonum ſermone. 136. AVGVSTINVS. Ab illo martyres acceperunt, quia pro illo acceperunt. Paterfamilias dedit illis vnde illum paſcerent: ipſum habemus, ab ipſo petamus: & ſi accipere per nos indigni ſumus, per amicos ipſius, qui eum de ipſius bono pauerunt, petamus. Orent ipſi, vt donent pro nobis, & pro vobis. Hęc ille. AVTHOR. Medios interceſſores hîc Auguſtinus obſeruat ſanctos, id eſt, martyres amicos Dei, per quos poſſumus à Deo petita noſtra accipere, cùm per noſipſos ad hoc ſumus indigni. Sollicitè enim interrogant Witcleuiſtæ probationem huius in fide euangelij, quibus ſatisfa
7 cientes, ſanctum Ioannem† euangeliſtam ducemus in medium: quem ſancti omnes apoſtoli medium ordinarunt patronum, vt eius interuentu ad magiſtrum Chriſtum de traditore ſuo noſcendo venirent, dicente ſe in euã gelio, ꝙ innuit ei Simõ Petrus, vt diceret, quis eſt de quo dicit. Quem locum pulchrè tangẽs quarta parte ſermonum ſermone. 5. de ſancto Ioanne. AVGVSTINVS. Tãta magiſtri prę ſidentis videbatur authoritas, vt ſub diſtricta compeſceret diſcipulorum cõſcia diſciplina, hæſitant, ambigunt, atq; inter ſe inuicem ocu lorum nutibus quodammodo interrogantes aſpiciunt, veruntamen lingua proferre quod geſtiunt, vel dominum conſulentes inquirere non præſumunt. Tacet Petrus. Tacet clauicularius cæli. Tacet deniq; lingua, quæ clauis facta cælorum, cælum & terram ligat, & ſoluit. Sequitur. Silet Andreas, qui ipſi fratri ad fontem vitæ præuius fuit. Nõ loquitur Thomas, qui viam ſe neſcire profeſſus, eũdem eſſe viã, veritatem, & vitam, ipſo referente, cognouit. Non præſumit os aperire Philippus, qui dum patrem ſibi popoſcit oſtendi, profundũ myſterium indiuiduæ diuinitatis audiuit. Et in frà. Sed cùm res diu ſub hac ambiguitate penderet, vt nodum quiſpiam dubietatis abſolueret, tandem Ioannis patrocinium quęritur: & ſic ad rei dubiæ notitiam peruenitur. Hæc ille. AVTHOR. Stultè, inquit Witcleff, quia cũ Chriſtꝰ, fons ſapiẽtiæ fuit eis paratiſsimus, & benigniſsimus ratione charitatis, & miſericordiæ infinitæ, ſtultus foret, qui alium interceſſorem inquireret. Auguſtino autẽ viſa eſt ſapientia, vt magis amatum Chriſto præmitterent. Addit enim AVGVS. Ille nimirum diſcipulorum in ſe perſona ſuſcepta conſultor accedit, qui de amplioris familiaritatis, & dilectionis prærogatiua confidit. Vnde conſiderandum eſt fratres mei quantę deuotionis inſtantia beati Ioannis flagitare debeamus auxilium, quem ſibimetipſi interuentorem ipſi apoſtoli petierunt. Quantum apud iuſtũ iudicem pro peccatoribus poterit, qui pro ipſis cæleſtis curiæ ſenatoribus interceſſor factus interuenit? Qui aduocatus eſt ſummis, q̃ humiliter implorandus eſt à minimis. Hæc ille. AVTHOR. Ita ne videtis qualiter adhortatur fideles ſancti Ioannis auxiliũ flagitare cũ magnæ deuotionis inſtantia, quia & ipſum interuen-

Ioãnẽ euangeliſtã conſtituerunt apoſtoli interceſſorẽ.

teruentorem ipſi apoſtoli fecerunt, quanquã fons vitæ erat eis paratus paratior indubiè, q̃ fit nobis. Videtis ergo quàm deridenda ſit omni humili Chriſtiano hæc popularis argutia Witcleff, quam calcauerunt apoſtoli, & calcare, ac deſpuere monẽtur humiles omnes filij Ieſu Chriſti.

¶Quòd ſancti Angeli, & beati ſunt precibus aduocãdi ad auxilium hominum, ſicut in litanijs ſolet eccleſia.

CAP. CXI.

SVMMA.

1 *Fideles quomodo ſanctorum patrum & ſcripturarum traditione commoti, per Litanias ſacras ſanctos exorant. Et unde dicantur Litaniæ. Et in quo diſtet Litania ab Exomologeſi.*

2 *Orandi quòd ſint martyres, patriarchæ, prophetæ, angeli, Maria, ſanctiq; omnes, contra Witcleff.*

3 *Sanctos interpellandi quanta ratio.*

COntra quæ aliud fortius (vt putant æmuli) argumentum adducitur ab illo. 30. cap. prędicto Witcleff. Adorato Chriſto, & placato, ad eius imperium beati cæteri iuuant de ſuffragio ſpiritali, & quomodocunque ipſi colantur, ſingulariter non iuuant aliquẽ, niſi de quanto ab ipſo domino imperantur. Stultitia quidem videtur fontem omnino paratiorem relinquere, & ad riuum turbidum & remotum accedere. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce rationem aliam popularem. Quæ ſcriptura ſacra atteſtatur ei? Vnicuique viro fideliter exercitato ſcripturis ratio iſta concluderet oppoſitum, ſcilicet, quòd eò magis orandꝰ eſt ſanctus, quantò magis adiuturus eſt hominem, qualiter mandatum habet à domino. Patriarcha noſter Elias accepit verbum à Domino, quòd iam præcepiſſet mulieri viduæ paſcere eum in tempore famis in Sarepta Sydoniæ, ad quã veniens, nõ iam dominum, ſed mulierem ipſam obſecrat, dicẽs: Da mihi paululum aquæ vt bibam. Et iterum: affer & buccellam panis. Ecce viduam pauperculam obſecrat, cui dominus ante præceperat: & cùm propheta eſſet, fonti ſaturitatis exiſtens propinquior, riuum turbidum orauit annonam. Cui. ſ. ipſe potuit poſt modum impetrare Hydriam farinæ, quæ non deficeret, & lecythum olei non minuendum de cætero. Ecce ſigno ſenſibilis incrementi mõſtratur propheta potior eſſe, quàm vidua: ſed quia in manu eius poſuit Deus præſens eius auxilium, non contempſit eam orare, cui dominus iuuare prophetam voluit imperare. Elias ipſe tempore ſiccitatis orans in vertice mõtis Carmeli impetrauit à domino pluuiam, adiuuans homines, vt ei intus fuit imperatum à domino. Quẽ ſi Achab, aut alius oraſſet hoc facere iuuaſſet cor eius accẽdens ad precem, nec Deo ſubtraxiſſet honorẽ, prout declarat lib. 5. ſuper cantica, textu, caput tuum vt Carmelus BEDA. Narrat ſcriptura, q̃ Elias in monte Carmelo flexis genibus orauerit, & poſt longam ſiccitatem à domino pluuias impetrauerit. Vnde, caput ſponſæ vt Carmelus eſt: qui corda electorum, quæ ſublimia ſunt per conuerſationẽ, quòd à domino, & ſe in aſcenſum præbẽt per quotidianos virtutũ profectus. Elias nãq; dominus Deus dicitur, qui in his orat patrẽ, velut arentibus aruis pluuias de cælo euocat: quia hæc ad orandum Deum inuiſibiliter accendit, & per eorum preces ac merita ſæpius mundo periclitanti ſua dona largitur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qui ad corda electorum, quæ domino in ſe aſcẽſum præbent, patrem orat, pluuias vocat de cælo: quia hæc eorum corda ad orandum Deum inuiſibiliter accendit, per quorum preces ac merita Deus periclitanti mundo ſua dona largitur. Accẽdimus ergo corda ſanctorum orãtium, cùm ſanctos oramus, & quaſi per quoſdam gradus eos orãtes, per eorum corda in Deum aſcendimus, & qualiter niſi ſanctos ipſos oremus? Eliſeus alter patriarcha obſeſſus in Dothain orauit dominum, & miſit ipſi in auxilium dominus grandem exercitum angelorum, ita vt diceret, plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis, nec ipſi forſitan adueniſſent, niſi per eum aduocati orando fuiſſent. Qualiter in epiſtola contra Auxentium de tradenda baſilica dicit AMBROSIVS. Eliſeus querebatur à rege Syriæ, miſſus erat exercitus, qui eum caperet, & circũuallatus erat vndiq;. Cœpit timere eius ſeruulus, quia ſeruulus erat, hoc eſt, nõ erat liberæ mentis, & liberæ poteſtatis, petiuit aperiri eius oculos ſanctus propheta, & ait, Reſpice, & vide quantò plures ſunt pro nobis, q̃ contra nos, & reſpexit, & vidit angelorum millia. Aduertiſtis ergo, q̃ famulos Chriſti hi magis cuſto-

Digitized by Google

cuſtodiant qui non videntur, quàm qui videntur. Sed & illi ſi cuſtodiunt, noſtris cuſtodiunt orationibus aduocati. Legiſtis nempe eos ipſos, qui Eliſeum quærebant, ingreſſos eſſe Samariam per eum ipſum, quem capere geſtiebant, cui non ſolùm non potuerunt nocere, ſed ipſius, aduerſus quem venerant, interceſsione ſeruati ſunt. Hæc ille. AVTHOR. Iã de ſcripturarum fonte venit, quòd dicit Ambroſius, ſeruos Chriſti magis cuſtodiunt qui non videntur, quàm qui videntur, ſed & illi ſi cuſtodiunt, noſtris cuſtodiunt orationibus aduocati. Et tamen angelos cuſtodes habemus imperatos à domino, qui tamen orandi ſunt à nobis vt nos conſeruent, vel à nobiſipſis cùm orare nouerimus, vel à parentibus, & amicis, aut alijs eccleſiæ fidelibus, vt tuitionis officium non remittant. Quid iam valet contra tantam ſcripturarum authoritatem, & ſanctorum patrum argutia Witcleff, quòd ideo orandi non ſunt à nobis, quia tantùm præciſè iuuabant, quantum imperantur à domino. Sed tamen ſi hoc faciant, non vult dominus vt nobis ingratis famulentur inuiti. Igitur vt noſtris faciant orationibus aduocati. Et in huius ſignum, Petrus fuit ad ſuſcitandum Thabitam præparatus à domino, ſed non minùs, vt hoc faceret, orandus à diſcipulis, ne pigritaretur venire. Actuum. 9. Quantumcunque enim ſancti ſunt homines, hoc exemplo moueri poſſunt ſanctorũ inuocare auxilia, cùm neceſsitatis occaſione premuntur. Sic habet in expoſitione eiuſdem loci ſuper actus BEDA. Sancti inquiẽs cùm per fragilitatem naturæ mortalis aliqua quaſi delinquunt, quaſi in diebus operum bonorum caſu ſubitæ infirmitatis occumbunt. Sed cùm lachrymis inſiſtunt, & ſpem recuperandæ virtutis aſcendunt, ſanctorum auxilia inuocant quæ intermiſerant, bona acta bona recogitant. Hæc ille. AVTHOR. Si ſanctorum virorum eſt ſanctorum auxilia inuocare quando caſu ſubitæ infirmitatis occumbunt, occaſio arguendi datur fidelibus, quòd quibus imperatur à domino auxiliari nobis, talibus etiam orationum ſuffragia deferimus. Sed dicit Witcleff, ſtultitia eſt fontem paratiorem relinquere, & ad riuum turbidum & remotum accedere. Duo dicit. Primum ſuum eſt, & hæreticis proprium, de quibus in ſenſu patrũ dicit propheta: Me dereliquerunt fontem aquę viuæ, vt foderent ſibi ciſternas diſſipatas. Hieremiæ. 2. Secundum nõ eſt ſanctorum, ſed magis illud, quod ait Eſaias. 33. Locus fluuiorum riui altiſsimi, & patentes, non tranſibit per eum nauis remigum, id eſt, erraticorum ſpirituum. Erratit igitur ipſe in vtroque, quia neque ſancti iam beati in illa ſeptemplici claritate turbidi dici poſſunt, nec ſi eos petunt Chriſtiani, idcirco fontem Chriſtum relinquunt: alioquin fons ipſe doceret ſic homines, qui & ipſe ad hos riuos iuſsit accedere. Vnde Iob. 42. cap. dicit dominus ad Eliphaz Themanitem, Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non eſtis locuti coram me rectum ſicut ſeruus meus Iob. Sumite vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis. Faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia. Ecce dominus Deus iuſsit hos tres reos diuinæ iuſtitiæ petere ſeruum Iob cum muneribus, & hoſtijs: non quidem vt fontem ipſum relinquerent, & illi holocauſtum offerrent, ſed vt per ipſum, quem interceſſorem orarent, Deum placarent. Ad quid enim ad eum redirent cum holocauſti munere, niſi vt oratori ſuo proſtrati, ipſum precibus flecterent, cuius precibus ſalui eſſent? Alioquin ſufficiſſet dicere, Iob orabit pro vobis: nunc autem à Deo additur, ite ad ſeruum meum Iob offerre holocauſtum. Ipſe orabit pro vobis, & faciem eius ſuſcipiam. Et dominus nonne erat fons paratior eis, quàm turbidus riuus Iob? Fuit, ſed ipſi remotiores à fonte. Ideo de meritis ſuis longè facti, per riuum neceſſe eſt fontem attingant. peccata enim eorum diuiſerunt inter Deum & ipſos. Et libro vltimo moral. in hoc loco habet GREGORIVS. Sacrificia veſtra non accipio, verba petitionũ veſtrarum non audio niſi per interceſsionem illius, cuius profeſsionis verba veraciter recognoſco. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ergo more ſanctorum patrum & ſcripturarum traditione commoti fideles per litanias ſacras ſanctos exorãt: vt ſi quidem per ſeipſos indigni ſunt, per amicos Dei ad eius clementiam & propitiationem perueniant, orantes primò Deum, cuius ſunt ſancti, & cuius ſolo intuitu dicitur litania: ſicut libro de inſtitutis clericorum ca. 47. RABANVS. Litaniæ autem græco nomine appellantur, quæ dicuntur rogationes. Litaniæ uerò dicuntur propter Deum rogandum, & impetrandum aliquam eius miſericordiam. Inter litanias & exomologeſim hoc diſtat, q̃ exomologeſis ex ſola confeſsione peccatorũ agitur, litaniæ verò indicuntur ad Deũ pro pluribus neceſsitatibus ſupplicãdũ. Hæc ille. AVTHOR. In Deũ ergo omnis turba ſanctorũ concitatur ad orandũ: omnes inter-

Litaniæ.

Exomologeſis.

interceſſores vocamus primò, ſcilicet, ipſum per noſipſos orantes, & demum per matrem eius, & angelos, & ſeriatim per apoſtolos & martyres, confeſſores, & virgines Deum ſimulq; & ipſos, ne ipſi nobis offenſi, Deū nobis non placent, ſed exaſperent: qui quanuis proni ſint, tamen oratione noſtra communicare deſiderant. Sicut Chriſtus dominus noſter ad ſocrum Simonis ſanandam ſponte deſcendit, ſed ne non rogatus ſanaret, rogauerunt eum pro ea non pauci, ſed plures apoſtoli. Quem locum tangēs libro primo de viduis AMBROSIVS. Cùm ſocrus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus, & Andreas rogauerunt pro ea: & ſtans ſupra eam, imperauit febri, & dimiſit illam. Magnis, inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro illa: & tu habes proximos, qui pro te ſupplicēt, habes apoſtolos proximos, habes martyres proximos, ſi in ipſa martyribus deuotiōis ſocietate miſericordię quoq; muneribus appropinques. Proximus eſt enim, qui miſericordiam facit, fac & tu miſericordiam, & eris Petro proxima: non ſanguinis neceſsitudo, ſed virtutis cognatio proximos facit: Quia nō in carne ambulamus, ſed in ſpiritu. Ama quoq; propinquitatem Petri, affinitatem Andreæ, & pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ. Et infrà. Ergo rogauerunt pro vidua, vtinam exiſtat aliquis tam citò, qui poſsit orare pro nobis, vel certè iſti, qui pro ſocru rogant Petrus & Andreas frater eius: tunc enim pro affinis poterant, nunc iam poſſunt pro nobis, & pro omnibus impetrare. Videtis enim, ꝙ magno peccato obnoxia, minus idonea ſit, quæ pro ſe precetur, quę pro ſe impetret. Adhibeat ergo ad medicum alios precatores. Ægri enim niſi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare non poſſunt: infirma eſt caro, mens ægra eſt, peccatorum vinculis impedita, ad medici illius ſedem debile non poteſt explicari veſtigium. Obſecrandi ſunt angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt: martyres obſecrandi ſunt, quorum videmur nobis quodam corporis pignore patrocinium vendicare. Poſſunt pro peccatis orare noſtris, qui proprio ſanguine, ſi qua habuerunt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei martyres noſtri præſules, ſpeculatores vitæ, actuumq; noſtrorum. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, quia ipſi infirmitatem cordis, etiam cùm vincerent, cogno
2 uerunt. Hæc ille. AVTHOR. Eleganter † hor
Orādi ſunt tatur nos pater ſanctus orare ſanctos, vt ipſi pro nobis orent: orare apoſtolos, & dicere, oro te ſancte Apoſtole Petre ora pro me. Et oro te ſancte Paule ora pro me, ſancte Ioannes, ſancte Iacobe: & apoſtoli omnes. Obſecrandi ſunt apoſtoli, inquit. Item martyres *Martyr.* obſecrandi ſunt, vt dicamus: Sancte Stephane ora pro nobis, ſancte Clemens ora pro nobis: omnes ſancti martyres. Patriarchæ ſancti ob- *Patriarch.* ſecrandi ſunt, quemadmodum dominus ad Abimelech ait Gene. 20. Redde vxorem viro *Prophet.* ſuo, quia propheta eſt, & orabit pro te, & viues. At ille tollens oues, & boues, ſeruos, & ancillas dedit Abrahæ, muneribus obſecrans, vt fieret affinis prophetę: ſicut iam dicit Ambroſius. Sic angelis occurrendum eſt, quos obſe- *Angeli.* cremus, orare: obſecrandi ſunt angeli, inquit. & ſubdit cauſam, quia ægri ſumus, & ad medici ſedem per nos nō valemus accedere. Adhibendi ſunt ergo precatores, inquit. Nō erubeſcamus cum Witcleuiſtis ſuperbis interceſſores innixos ſcalæ eius Geneſis. 28. Adhibeamus obſecrantes Hieremiam, & Oniam, qui pro ciuitate orent eccleſiæ. Machabæorum vltimo. Oret pro nobis beata Dei geni- *Maria.* trix virgo & mater ſancta, omnes ſancti ſan- *Sanctiq; omnes.* ctæq;, quos noui commēdat authoritas teſtamenti: quia vt ad Witcleff compēdio dicam: fons gratiæ nobis præſto eſt, nec ideo abeſt, quia per gratiæ interceſſores adeſt. Sed nec putet Deum otioſè creaſſe ſanctos, quos gratiarum procuratores, vel tutores ſine omni dubitatione creauit. Qualiter docet libro de vera & falſa pœnitentia cap. 19. AVGVSTINVS. Præſto ſemper eſt gratia, quæ nunquā deficit, niſi prius expulſa: continuò & neceſſariò quod ſuū eſt inſpirat, ſi eſt qui recipiat. Et expulſa reuertitur per pœnitentiam, & vt non peccet creatura, quam pietate creauit liberam, & ex libertate dicatam in auxilium retinendæ gratiæ, quæ ſemper præcedit omnē creaturam, fecit vt liberè ſeruiret. Ad hanc ꝓtegendam, ad hanc non expellendam addidit angelos, & omnes ſpiritus beatos. Addidit quoq; omnes in æterna vita collocatos. Addidit & in carne viuos, & totam ſanctam eccleſiam omnibus in ſuo bono ſuccurrentem. Et, quod maximum eſt, filium ſuum miſit in auxilium, quem tanta pro nobis pati decreuit, & interpellatorē conſtituit continuū: quē dilexit, vt inſpirationē ſuæ pietatis, præter q̄ nihil creauit, non expellamus, non fugiamus, non faſtidiamus, ſed omnibus adiuuantibus firmiter & cum gratiarum actione teneamus.
3 Hæc ille. AVTHOR. Videtis † quāta ſit ratio
interpellādi ſanctos, vt ipſi nobis conſeruent
gratiam

gratiam, quæ nunquam nobis deeſt, niſi expulſa per nos. Ad hanc protegendam, ad hãc non expellendam addidit Deus creare angelos, omnesq; ſpiritus beatos, omnes in ęterna vita collocatos, & in carne viuos, & totam ſanctam eccleſiam. Vnde libr. 6. ſuper Lucã. cap. 22. AMBROSIVS. Roget pro te eccleſia, illachrymet populus, nec vereare ne non impetres. Aduocatus ſpondet veniã, patronus promittit gratiam, recõciliationẽ tibi paterna pol licetur pietas. Aſſertori crede, quia veritas eſt, acquieſce, quia virtus eſt: habet cauſam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus ſit. Hæc ille.

¶ Quòd ſancti iam beati ſunt orandi, non obſtãte reſponſione duplici hæreticorum, quòd ſcilicet iam obierunt, & quòd continuè intercedunt.

CAP. CXII.

SVMMA.

1 *Vigilantius, & eius ſequaces, qui dicebant ſanctos poſt obitum non poſſe orare pro uiuis, confutantur.*

2 *Sancti qualiter aliqua ratiõe poſſint orari ut orẽt, quanuis ab orãdo non ceſſent, contra Guillelmũ album hæreticum.*

ET hoc ipſum ab aduerſarijs orthodoxi ſemper interrogant: cũ homines imbecilles, & miſeri poſſint orari, quid obſtat ne ſanctos iam beatos exorare poſſimus? Ad hoc multi illorum, multa reſpondent, & præ multitudine ſenſuum diſperſorum non eſt conueniens illorum teſtimoniũ. Vigilantius, & eius ſequaces dicebant ſanctos, cùm hìc viuũt, orare poſſe pro viuis, non autem cùm mortui fuerint. Sed conuincit hanc dictionem libro, quẽ edidit cõtra eum tertio HIERONYMVS.

1 Si ſ inquit, apoſtoli, & martyres adhuc in corpore cõſtituti, poſſunt orare pro cæteris, quãdo adhuc debent de ſe eſſe ſolliciti, quãtò magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnus homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat veniã à Deo: Stephanus imitator domini ſui, & primus martyr in Chriſto perſecutoribus veniam deprecatur: & poſtq̃ cum Chriſto eſſe cœperint minus valebunt? Paulus apoſtolus ducentas. 81. ſibi dicit in naui animas condonatas, & poſtquàm reſolutus cœperit eſſe cum Chriſto, tunc ora clauſurus eſt, & pro his, qui in toto orbe ad ſuum euangelium crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis viuens, quàm ille leo mortuus? Rectè hoc de eccleſiaſtico proponeres, ſi Paulum in ſpiritu mortuum conſiterer. Denique ſancti non appellantur mortui, ſed dormientes. Vnde & Lazarus, qui reſurrecturus erat, dormiſſe perhibetur. Et Apoſtolus vetat Theſſalonicenſes de dormientibus contriſtari. Tu vigilans dormis, & dormiens ſcribis, & proponis mihi librum apocriphum, qui ſub nomine Eſdrę, à te, & tui ſimilibus legitur. Vbi ſcriptum eſt, quòd poſt mortem nullus audeat pro alijs deprecari: quẽ ego librum nunquam legi. AVTHOR. Ad hoc argumentum ſancti patris iam plus mille annis validum hæretici ſequentes vel ſemel vice magiſtri ſui aliquatenus reſpõderẽt. Quid proderit tam ridiculum ſectari principium, quòd à vinculis publicæ redargutionis nunquam ſciunt exiſtere? Si ſeruus inutilis domino ſuo poteſt impetrare conſeruo: multò amplius qui iam intrauit gaudium domini ſui, & ſupra multa conſtitutus, efficaciùs impetrabit, quis dubitet? Heſter potuit rogare regem immitem, cùm ſtaret ante illum, & longè potentiùs quando ſimul cum eo in ſolio collocata, cuncta pro voto compoſuit: & domina orbis, regina cæli, modicum vinũ æternis noſtris nuptijs cum filio ſuo clementiſſimo ſolio reſidens comparare non poteſt, vnde totius gentis ſuæ reſtinguat ęſtum generalis incendij? Reſilit ab argumento hæreticus imperitus, & vires malignandi ſumit ab Eccleſiaſte, dicente, quòd melior ſit canis viuens leone mortuo. Sed negat pater Hieronymus, Petrum, aut Paulum ſicut & Chriſtum hominem mortuum. Arguit item de apocriphis Eſdræ, quòd poſt mortem nullus audeat precari pro alio. Et in ſecundo eorundem volumine non aduertit dictum, Reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen meum in illis. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos, Eſaiam, & Hieremiam, ad quorũ conſiliũ ſanctificaui, & paraui tibi arbores. 12. grauatas varijs fructibus, ſecũdo Eſdrę verſus finẽ. Non perpendit pater Hieronymus ſe illum

lũ librum legiſſe,quem profert hæreticus, ſed nouit apocriphum.In hoc libro dicit dominꝰ ſe mortuos ſuſcitare per loca, & miſſurũ illis adiutorium pueros ſuos,Eſaiam,& Hieremiã, qui iam longè antè ſunt corpore mortui,q̃uis ſpe reſurrectionis ſpiritu dormientes. Poterant ergo hi ſancti adiuuare ſuperſtites, quos Deus adiutores prouidit,& quorum conſilio arbores.12.fructibus grauidas pręparauit.Sicut Onias,& Hieremias poſt hanc vitam oraſſe dicti ſunt pro populo:ſic Noẽ,Iob, & Daniel oratores plebis poſt hanc vitam conſtituuntur à domino.Quis vel modicum ſciolus ſcripturarum his perpenſis neget ſanctos,qui iam dormierunt in domino, poſſe ſuis precibus ſuffragari viuẽtibus? B. AMBROSIVS confidenter ſcribit Theodoſium imperatorem fuiſſe iam poſt hanc vitam præſulem, & tutorem penes Chriſtum Archadio,& Honorio ſuis liberis, & imperio potitis poſt patrẽ. Qualiter poterãt Abias & Amos tenellis ſuæ ſucceſsionis hæredibus Ioſiæ & Aſaph precatores fuiſſe valentes:tantum intererat, q̃ fideles non erant. Vnde lib. de obitu Theodoſij AMBROSIVS.Quis ergo dubitauit filijs eiꝰ apud dominum præſidium fore. Domino fauente Archadius imperator iam validus inuẽtus eſt.Honorius continuò pulſat adoleſcentiæ fores,prouectior ætate, quàm Ioſias. Ille enim deſtitutus patre, orſus imperium vſque ad trigeſimumprimum annum regni ſui perduxit ætatem,& placuit domino,quoniã præ cæteris regibus Iſraẽl domini paſcha celebrauit,& cęremoniarum aboleuit errores.Aſaph quoque adhuc inualidus corporis robore,cũ regnandi periculo recepiſſet.40.annis regnauit in Hieruſalem.Et infrà.Sed illorum patres Abias,& Amos ambo infideles: Theodoſius vt plenus timoris Dei, plenus miſericordiæ, ſperamus, & liberis ſuis apud Chriſtum præſul exiſtat,ſi dominus propitius ſit rebus humanis. Bonus eſt miſericors homo, qui dum alijs ſubuenit,ſibi conſulit, & in alieno remedio vulnera ſua curat. Hæc ille. AVTHOR. Iſte ſanctus non dubitat dicere, q̃ pater principibus filijs penes Deum præſul exiſteret,& præſidium foret,mortuus in Chriſto viuentibus filijs,iã exul mũdo proli ſuperſtiti.Qualiter hoc?qa vir miſericordiæ plenus erat Theodoſius,& timoris Dei.Cæteros reges impubes patribus aſſerit deſtitutos,quibus ſubuenire non poterãt,infidelitate cauſante,quia nec viui poſſent infidelitate manente. Cõtra illos faciunt iſti,qui ſanctorum preces,qui iã obierunt in Chriſto,negant prodeſſe, viuentibus.

Reſpondit Guillelmus cognomento albus: ideo nõ ſunt orandi ſancti, quia ſemper orãt. Ad quid enim oportet eum inſtigare,qui ſemper inſtat operi?Homines, qui ab orando tepeſcunt,neceſſe eſt interdum monere vt orẽt. Ita vt non aliter velit intelligi ſanctos orãdos, niſi monendo,vel pulſando, non ſuppliciter flagitando. Sed huic breuiter dictum eſt,q̃ † angeli,& cæleſtes ſpiritus Deo ſemper prẽſentes,inceſſanter benedicũt Deum: & tamẽ nec malè,nec ſuperfluè ſcripſitPropheta domini, quod tota inter orãdum quotidie reſumit eccleſia:Benedicite angeli domini domino, benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum domino, benedicite ſancti & humiles corde domino, benedicite cæli domino, benedicite oẽs virtutes domini domino. Et creatũræ illæ, quæ in naturali tantùm cultu ſine ſenſu Deum perenniter benedicunt,velut ſol, ſtellæ, luna, aquæ ſuper cælos,frigus,æſtas,nix & glacies, montes & colles omnes iubentur benedicereDeũ. Et item Pſal.Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius.Et conſonãter Apoca.19.auditur vox magna quaſi tubarum multarum in cælo dicentium, Halleluia: Laus,& gloria, & virtus Deo noſtro. Et item non dixerunt halleluia. Et ceciderunt.24.ſeniores, & quatuor animalia adorantes ſedentem in throno,dicentes Amen,halleluia?Et tamen dum hæc aguntur, exit vox de throno dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius.Et iterum. Vox tubæ ſicut aquarum multarum dicentium:Gaudeamus omnes, & exultemus,& demus gloriam ei.Ecce dicebãt, laudabant, honorabant, & tamen de throno, & de tuba,& de tonitruo laudare, & exultare iubentur.Et cur non eos orare precabimur iã orantes? Non maximè propter illos excitandos à ſomno hæc dicimus, ſed magis propter nos ad illorum conformitatem ſpiritualiter eleuandos,vt nos indeſinenter Deum cum illis benedicere valeamus:& efficientur tũc benedicentes,& laudantes in nobis,quemadmodum in ſeipſis. Qualiter item in oratione dominica ſanctificari Deum oramus in nobis, qui in ſe omni ſanctificatione redundat, dicẽtes,Sanctificetur nomen tuum. Et lib.8.de fide ad Gratianum AMBROSIVS. De filio Apoſtolus dixit, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo,& iuſtitia,& ſanctificatio,& redemptio. Vides quòd factus eſt ſanctificatio, ſed factus eſt nobis:nõ vt ille mutaret,quod erat, ſed vt nos ſanctificaret in carne.Hæc ille.AVTHOR.Vides igitur qualiter ſancti aliqua ratione poſſunt orari vt orent,quãuis ab orãdo

Reſponſio ſecunda.

Reſtitutio

non

Digitized by Google

non cessent: aliter incongruè vnam ipsam dictasset sententiam Paulus, dicens: Consolamini inuicem, & ædificate alterutrum sicut facitis. 1. Thessaloni. 5. Quod item nō renuit facere apud Corinthios, quanuis ex abundanti hoc agat pro ministerio in sanctos. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, inquit, ex abundanti mihi est scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrū. 2. Corinthio. 9. Vbi in expositione AMBROSIVS: Superfluum dixit scribere de ministerio, quod fit in sanctos, vt de his bene sentire videatur. Superfluum est enim, si commoneas quem scias facturum, sed vt diligentiam suam ostendat, necessarium est vt scribat, vt & hos promptiores faciat, & quid de eis, cæteris prædicet, manifestet. Nam superflua solent maiorem parare sollicitudinem. Nam & dominus non dubitans de amore erga se Petri Apostoli, dixit ei ter: Simon Ioannis amas me? quæ trina repetitio quasi superflua videtur: sed prodest ad perfectionem monitionis, vt sciat magna secum diligentia debere curare quod frequenter mandat. Hæc ille. AVTHOR. Hic docet Ambrosius factum superfluum, quod alia litera Pauli modestè dixit abundans, ex causis duabus esse faciendum, scilicet, vt præceptor diligentiam suam ostendat in reiteratione iussionis, & vt hoc prosit ad perfectionem monitionis, quam eò diligentiùs debet curare, cui mandatur, quanto mandatum est frequentius. Ita dicimus nō esse illicitum orare beatos, tam vt videant diligentiam nostram in orando (qualiter Christus voluit diligentiam Chananææ) quàm vt nosipsos frequens oratio faciat diligentes: nō illos moneat tanquàm torpidos, quos oramus. Deniq; nunquàm orandus est credis spiritus sanctus, de quo dixit Apostolus, quòd ipse postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ita scilicet, vt oratores nos faciat. Aut ipse Christus secundùm hominem non est orandus, de quo idem ait, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Roma. 8. Ecce isti semper postulant: assiduè interpellant.

¶ Ad obiectum hæreticorū nouellorum ne orētur sancti: quia in Apocalypsi Ioannis omnis oratio, & adoratio fiebat sedenti in throno, & nō aliis sanctis: nō etiam homini Iesu Christo.

CAP. CXIII.

SVMMA.

1 *Christus homo quòd adoretur etiam in membris suis mysticis, ostenditur contra hæreticos.*
2 *Christus quòd sit mediator noster inter Deum, & hominem, & sic adeundus, & orandus.*
3 *Petrus & Paulus quomodo prædicauerint Christum uirum, de Deo nihil exprimentes, & quare.*

ADhuc acredine quadam temperato responso cœpit dicere idem Guillelmus. Sed in primitiuis ecclesiæ, velut in actibus Apostolorum, vbi vnquàm interfectis, aut abeuntibus sanctis dictum est: Sancte Stephane ora pro nobis, aut sancte Iacobe ora pro nobis, aut expressè pro nobis oratio aliqua sanctis directa? Sed velut in Apocalypsi Ioannis, omnis oratio. 24. seniorum & quatuor animaliū intenta est sedenti in throno. AVTHOR. Astutè dicit sedēti in throno, vt in verbo ambiguo sepem auribus poneret, & in persona Christi secundùm hominem dum ipse intenderet filium Deum, tantùm recordās illius sui magistri prædicto capitul. 33. trialogi WITCLEFF. Multis videtur quando singulariter oratio directa fuit ad illam mediam personam pro adiutorio speciali, tunc plùs profuit, & creuit ecclesia, quàm facit modò multis intercessoribus adinuētis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Frequenter cùm nominasset Christum, personam appellat, ne Christum secundùm hominem adorādum dicat, vel orandum: & iste ad sedentem recurrit in throno. Sed nos ad eundem locum eamus scripturæ, vt Christū Deū, & item eundem secundùm hominem adorandum probemus: non sedentem in throno, sed in conspectu throni agnum in medio seniorum: quanquam non idem videntur iam nobis apponere quando adorandum dicunt, & aliàs tamen adorandum: sed quia verba se infe runt secundùm eos sequamur paulatim. Apoca. 4. Lectio refert, quòd cum darent quatuor

Digitized by Google

animalia gloriam,& honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſecula ſeculorum, procidebant.24.ſeniores ante ſedentem in throno,& adorabant ſimiliter mittentes coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es domine Deus noſter accipere gloriam,& honorem, & virtutem, qui creaſti omnia.Lege conſequenter,& de agno audies,q̃ cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia & 24.ſeniores ceciderunt cum agno,cantantes, & dicentes:Dignus es domine accipere librũ, & aperire ſignacula eius,quoniam occiſus es, & redemiſti nos domine in ſanguine tuo.Et ſequitur. Et audiui vocem angelorum multorũ in circuitu throni, & animaliũ, &.24.ſenioru, & erat numerus millia millium dicentium: Dignus eſt agnus,qui occiſus eſt,accipere virtutẽ & diuinitatem,& ſapientiã.Obſcurus eſſet hic locus intellectui, niſi ſedens ſuper thronum Deus ſecũdùm ſuam diuinitatem eſſet Agnus Chriſtus,qui itẽ de dextera ſedẽtis ſuper thronum,librum accepit,& inde diuinitatem accipere dignus fuit, quod Deus ipſe non potuit. Vnde in expoſitiõe Apoc.ſermõe.4.AVGV. Sedentem in throno,& patrem accipimus, & filium,& ſpiritum ſanctũ.Accepit ergo agnus de dextera Dei.i.à filio accepit opus libri perficiendum,ipſo dicente: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos.Hæc ille.AVTH.Sic intelligas igitur alium ſedentem eſſe in throno, aliũ agnum,& diſtinctos benedictionum eorum titulos,ſed adorationes conſimiles. Sedenti in throno nõ datur benedictio niſi gloriæ,& honoris tanquàm viuenti in ſecula ſeculorum. Agnus benedicitur,quia occiſus eſt,& accepit virtutem,& diuinitatem, quod ſolus Chriſtus potuit ſecundùm hominem.Ideo ibidem verſus finẽ AVGVSTINVS.Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt,accipere &c.non de Deo dixit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ vt ipſe accipiat,ſed de homine aſſumpto, & eius corpore,quod eſt eccleſia,vel de martyribus eius, qui pro nomine eius occiſi ſunt:quia in capite ſuo totum accepit eccleſia.Sicut ſcriptum eſt: Et cum illo omnia nobis donauit. Ipſe enim agnus accipit,qui in euangelio dixit: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cælo & in terra. Secundũ humanitatem enim,non ſecundùm diuinitatẽ accepit.Hæc ille.AVTH.Ergo † nõ ſola Chriſti diuinitas,ſed & aſſumptus ille homo adoratur in agno,Chriſtus dico ſecundùm humanitatẽ aſſumptam:imò quod plus eſt in corpore ſuo myſtico, in eccleſia ſua, in martyribus ſuis:in quibus ſapientiam, & diuinitatem accepit. Sola diuinitas adoratur primò ſedens in throno:agnus poſtea,Chriſti.ſ.humanitas, & martyres corporis eius mẽbra,& demũ vna adoratiõe in throno & agnus. Vnde ſubdit ibi textus.Omnes audiui dicẽtes ſedẽti in throno & agno,benedictio,honor, & gloria in ſecula ſeculorũ.Et quatuor animalia dicebãt,Amen. Et.24.ſeniores ceciderunt in facies ſuas,& adorauerunt.Apoca.5.Quem putat Guillelmus adorauerunt,nonne quem benedixerunt?Non ſolùm ergo Deum ſedentem,ſed agnũ Chriſti humanitatem & martyres adorabãt:quod vti q; ſignificãs ex litera textus palã dixit in prologo galeato beatus HIERO. Hos libros in ſuo putant numero ſupputandos, ac per hoc priſcæ legis eſſe libros.24.quos ſub numero. 24.ſeniorum Apocal.Ioannes adducit adorãtes agnum,& coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis retro & ante.i.in præteritum & futurum reſpicientibus indefeſſa voce clamantes:Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus Deus omnipotens,qui erat,& qui eſt,& qui venturus eſt.Hæc ille.AVT.Ecce quàm planè.24.ſeniores adorabant agnum.i.humanitatẽ in Chriſto & ſanctos eius.Et coronas,inquit,proſtratis vultibus offerẽtes, nõ tãtùm ſedẽti in throno, ſed ante thronũ ipſi agno:prout in explanatione Apocalyp.ad Anatholiũ idem ſcribit HIERO. Denique cùm venerit,qui mortem diſiungeret,& coronam immortalitatis ſolus dignus ſumeret,omnes,qui habebant pro gloria aliqua actus ſui optimi coronas, proiecerunt eas ſub pedibus eius,id eſt, propter eminentẽ victoriã Chriſti omnes victorias ſubiecerunt pedibus eius.Hoc & in euangelio ſuppleuit ſpiritus ſanctus oſtendẽdo. Cùm enim paſſurus nouiſsimè veniret Hieroſolymis dominus noſter, & exiſſet illi populus obuiam, alij præſciſsis ramis viam ſternebant,alij tunicas ſuas ſubiiciebant:duos ſcilicet oſtendentes populos,vnum patrum, & alium prophetarũ magnorum virorum,qui quaſcũque habebãt palmas victoriarum ſuarum contra peccatũ, victori omniũ Chriſto ſub pedibus iactabant. Palma autem,& corona idem ſignificant,quoniã non dantur niſi victori. Hæc ille. AVTH. Taliter adorantes agnum,victoriarũ ſuarũ coronas & palmas proiecerunt: dicit ſub Chriſti pedibus, ergo eas Chriſto homini obtulerunt,ſicut & Chriſto Deo.Et,inquit,qui coronã immortalitatis ſolus dignus aſſumeret.Valde ergo incautè miſit Guillelmus nos ad hunc locum ſcripturæ,vt probaret ſolum Deũ adorandum,& orandum:quia ſedentem in throno.24.adorabãt. Nec videre potuit ſtatim ſequi

1 *Chriſtus homo adoratur, etiam in membris ſuis myſticis.*

Digitized by Google

qui agnum ibi adoratum eadem adoratione ſe cundū humanitatem,& per ſanctos ſuos, qua Deus. Procidebāt in facies ſuas corā Deo: mittebant coronas ſuas coram Deo, benedicebāt, glorificabant,& hæc eadem coram agno, corā Chriſto homine, ſecūdū hominem dico, & coram ſanctis: ita vt palam vincatur Chriſtū hominem ex hac ſcriptura, quam protulit, adorā dum,& orandum eſſe:& ſanctos eius ſimiliter adorandos,& orandos vt membra. Nam pro orationibus ſignanter in eodem loco notatur noſtris Chriſto homini offerendis cùm dicitur: Cùm aperuiſſet agnus librum, quatuor animalia &. 24. ſeniores ceciderunt corā agno habentes ſinguli citharas,& phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Qui ergo adorabant agnum Chriſtū ſecūdùm hominem aſſumptum, proiicientes ſub pedibus eius coronas, iam videntur adorare eundem, offerendo ipſi phialas orationibus ſanctorum refertas. Phialæ vaſa dicebantur in cenſi. Vnde in eundem locum ſermone. 4. ſuper Apoc. AVGV. Habentes ſinguli citharas. i. corda laudum,& phialas aureas. Hęc ſunt vaſa in domo domini, in quibus thimiama offerri conſueuerat, ideo orationes ſanctorum bene intelliguntur. Hæc ille. AVTH. Orationes ergo ſanctorum in iſtorum cordibus recondi tæ vlterius per eorum miniſterium ſunt Chriſto hoimni præſentatæ. Vnde in ſequēti. 8. ca. Data ſunt angelo incenſa multa vt adoleret ea ad altare aureum, quod eſt humanitas ſaluatoris, vt ita perueniant ante oculos conditoris.

2 Ergo † velit Witcleff, aut nolit, Chriſtus noſter mediator eſt inter Deum & homines, vt per ipſum veniamus ad Deum fontē viuū. Et vnde mediator niſi vnde homo? Inde agn⁹ ociſus: inde aduocatus. Ideo inquit Apoſtolus, noui teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem præuaricationum eorum qui erant ſub priori teſtamēto, repromiſſionem accipiāt, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Heb. 9. Vnde li. 10. de ciuitate Dei ca. 6. AVGVSTI. Profectò efficitur, vt tota ipſa redempta ciuitas, hoc eſt, cōgregatio, ſocietaſq; ſanctorum vniuerſale ſacrificiū offeratur Deo per ſacerdotem magnū, qui etiā ſeipſum obtulit in paſſione pro nobis, vt tāti capitis corpus eſſemus ſecundū formam ſerui. Hāc enim obtulit: in hac oblatus eſt, quia ſecundū hanc mediator eſt: in hac ſacerdos,& ſacrificiū eſt. Hæc ille. AVTH. Ergo ſi mediator, adeundus eſt,& orandus ſecundū Witcleff, tunc ſecundū formam ſerui eſt orandus, ſecundū quam mediator tantùm eſt,& ſacrificium,& ſacerdos. Igitur vt intercedat per mortem, ideo mediator eſt, non vt iudicet. Per ipſum ergo neceſſe eſt aſcendamus per mortem teſtatoris, per ſanguinem redemptoris, ſine quo caſſæ ſunt preces, quæ appetunt fontem domini. Vnde bene orationes ſanctorum prius diriguntur ad hunc hominem, vt odore bono currant in Deum. Prius itē ad ſanctos, qui ſunt de corpore agni membra. Quod autem dixit Guillelmus non expreſſum in actibus, aut euāgelicis literis vbi oraretur ad ſanctum. Quid ſi dicā recēter tūc emigrātes non ſtatim exorandos pro ſanctis: quam formam ab eis hactenus obſeruat eccleſia, vt bene expectato tempore, Dei placitum homines in ſanctis eius agnoſcant. Sed reuera cuncta gerebant Apoſtoli ad clarificandum Chriſtum hominem, ne obſcuraret eū crucis deſpectio. Vnde per omnes actus ipſi baptizabant in nomine Ieſu, cùm ipſe ſuprà mādaret baptizare omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: tunc etiam orabant in Ieſu filio hominis. Vnde Stephanus vidit Ieſum ſtantem à dextris Dei. Vnde enim à dextris Dei Deus ſtare non dicitur, nō forma Dei, ſed hominis videbatur. Vnde ait. Ecce video cælos apertos,& filiū hominis ſtantem à dextris virtutis Dei. Cui orans ait: Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Et † prædicaturus Chriſtū 3 Petrus: Ieſum, inquit, Nazarenū virum approbatū à Deo. Et Paulus inſuper apud Athenienſes prędicat Chriſtū virum, de Deo non exprimit. Quod notans in expoſitione ſuper Ioannem Hom. 3. CHRYSO. Quid mirum, inquit, ſi hoc Petrus ait: Athenienſibus enim loquens Paulus, virum eum vocat ſolùm, ita dicens. In viro quid determinauit, fidem retribuēs omnibus, ſuſcitans eum à mortuis,& nihil de ea, q̄ Dei eſt, dixit forma, neq; quin par ei, neque q̄ ſplendor gloriæ eius decenter. Notandū enim tempus horum verborū erat, ſed amabile erat eos ſuſcipere interim quòd homo eſt,& quòd ſurrexit: ita & ipſe fēcit Chriſtus, à quo Chriſto & Paulus diſcens ſic res diſpenſabat. Non enim confeſtim nobis ſuiipſius deitatem reuelauit, ſed primùm quidem exiſtimabatur propheta eſſe,& ſimpliciter homo, poſtea verò apparuit per verba & opera quid erat. Petrus ,p pterea ad Iudæos cōmunicatus eſt, & in principio hoc modo prima hac communicatione: & quia nihil de diuinitate eius interim indicere manifeſtum volebant, propterea his, qui de diſpenſatione, immoratur ſermonibus, vt his auditus exercitatus, reliquæ faciat viam doctrinæ. Hæc ille. AVTHOR. Itaque orationes in Deum dirigere conſuetum erat ſemper Iu-

Digitized by Google

dæis,& multis gentibus proximum erat exorabilem facere Christū hominem, vt hoc exercitato auditu,ad reliquos sanctos orandos ordinatè venirent. Nullus tamen calumnietur hęreticus me Christum diuidere, sed formæ seruui, quod suum proprium est,assignare:in qua forma ex oratum dico,sicut in hominis forma prædicatus est à Paulo,diuinitate, sapientia datus,& à.24.senioribus adoratus in agno. Sic enim adorantes in benedicendo nouerūt, qđ Christo Deo non poterant. Et in hac forma à Deo abstracta dixit Apostolus ad Philippenses,quòd Deus donauit illi nomē,quod est super omne nomen.& lib. contra Maximinum post altercationem ca.5.AVGVSTIN. Propter quod Deus exaltauit illum,& dedit ei nomen,quod est super omne nomen. Homini enim donauit,non Deo. Neque enim cùm in forma Dei esset non excelsus erat, aut non ei genua flectebant cælestia,terrena, & inferna: sed cùm dicitur propter quod & eum exaltauit,satis apparet, propter quid exaltauerit.i. propter obedientiam vsque ad mortem crucis.In qua ergo forma crucifixus est,ipsa exaltata est:ipsi donatum est nomen,quod est super omne nomen,vt cum ipsa forma serui nominetur filius vnigenitus Dei. Hæc ille.AVTHOR. Sic in qua visus est à Stephano,& lapidantibus prędicatus secundùm ipsam est oratus,& cum ipsa forma serui præcipuè filius Dei viui.Nec enim orādus non est Deus,quia Stephanus & primitiui fideles orabant filium hominis Iesum,sicut nec dimittendus est baptismus in nomine trinitatis,quia ipsi baptizabant in nomine Iesu. Nec prædicatio deitatis Christi,quia ipsi humanitatem eius prædicabant.Ita econtrariò nec dimittemus orare sanctos,quanuis ipsi non leguntur orasse,sed magis eos orabimus,quia sanctum sanctorum orabāt,à quo peruenerūt in sanctos: qa sic martyres licet interim ignorare, vt Deus colatur. Contra clericum autem Dei valuisset hoc argumentum Iudæis post circuncisionem acceptam:quia toto illo tempore post benedictionem filiorū nō legitur quisquā coluisse Deū, prout lib.16.de ciuitate Dei,ca.2.colligit AVGV.Benedictis igitur duobus filiis Noë,atque vno in medio eorū maledicto,deinceps vsque ad Abraham de iustorum aliquorum, qui piè Deum colerent, commemoratione silentium est per annos amplius quàm mille.Nec eos defuisse credendum est,sed si omnes commemorarentur,nimis longum fieret,& esset hæc historica prouidentia.Hæc ille.AVTHOR. Nōne his Iudæis, qui vitulum conflatilem adorabant,valuisset hęc authoritas?quid coleremus Deum in visu,quem Abraham,Isaac,& Iacob celebrant errore seducti: ante quos nullus tot annis post Noë legitur coluisse, sed q̄ non legitur,tamen defuisse non creditur,inquit August.nec certè de orantibus sanctos defunctos post eorum coronas hoc creditur, sed lōgum esset facere.Et qui diligenter orasse Petrum leguntur pro mortua,plus iam cælis beatus credi potest orasse eos pro tota ecclesia.

¶ Quòd sancti orationibus inuocati sunt magni amici Dei, domestici,& intercessores,& ad impetrandum potentes.

CAP. CXIIII.

SVMMA.

1 *Honorandi quòd sint sancti ut amici Christi,& filij, & hæredes Dei.*
2 *Sancti uiri,quòd possint suis precibus Deo resistere, & quòd Deus possit ab hoc,quod statuit, sanctorū precibus retineri,contra Witcleff.*
3 *Sanctorum oratio quàm efficax, quàmq; potens sit coram Deo.*
4 *Orationibus sanctorum miracula facta recensentur.*
5 *Mastezelis,atq; Theodosij uictoria seruorū Dei orationibus sine bello adepta,narratur.*
6 *Acholij uictoria,eius oratione,& deuotione impetrata,monstratur.*
7 *Orationes pauperum, quomodo ambiebat Ambrosius,& quare.*
8 *Sanctorum preces quantum possint apud Deum.*



Actenus contra Witcleuistas nouissimos ista descripsi, qui negāt adorari aliquas creaturas,etiā nec humanitatē Christi, vel quoslibet sanctos: & ideo nec orādos,cū tamē magister eorū Witcleff humanitati Christi sacræ pepercit,& reliquiis,& cruci,& itē imagini,primo de sermōe domini in mōte.c.29.In id modo redeam⁹,quo cōmuniter errāt de orādo,vel adorādo sanctos magister cū discipulis. Quis rogo,inquit,faceret scurrā mediatorē suum,vt regis paratioris,& clementioris colloquio potiretur? Sancti igitur in cælo licet nō sint scurræ,sed incorporati Christo per gratiam saluatoris:tamen minus se habent in comparatione ad illum,quàm scurra ad regem terrenum. Hæc Witcleff. capitulo.30.tertij trialogi.

AVTHOR. Si hæc argutia valeat contra sanctos ne orentur aliqui citra Christum, cur

cur item contra Christũ nõ valet, inquantum mediator est Dei & hominum, & interpellat pro nobis vt homo? Sic enim homo est Deum exorans. Quod dico scurra, aut seruus, imò cõ paratus Deo, terra est, & scabellum pedum eius, vt iam suprà audisti. Iam procedat argutia, quis faceret hunc scurram mediatorem suũ & æterni regis paratioris & clementioris colloquia potiretur? Huic rationi miserrimæ inni tentes seducti eius discipuli, contra intentionẽ Apostoli à ratione orandi Christum hominẽ excluserunt cum aliis, quia tantùm contra eũ visa est, sicut contra quoslibet militare. Quià verò dixit non consulendum scurram: quid di cet si quis amicum regis consuleret, imò filios aut hæredes regis, imo parentes, putasne stultè factum? Teste enim euangelio beata virgo ma ter regis est, Ioannes baptista amicus sponsi, Apostoli item amici & vicarij magni regis. De mum de omnibus sanctis ipse rex ait: Quicun que fecerit hæc, mihi frater, & soror, & mater est. Idcirco quarto lib. sententiarum capitu. 7.

1 DAMASCENVS. Honorandum † sanctos vt amicos Christi, & filios, & hęredes Dei vt ait theologus Euangelista Ioannes: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: quare non adhuc serui, sed filij. Si autem filij, & hæredes, hæredes autem Dei, cohæredes autem Christi. Sed dominus in sacris euangelicis ait. Vos amici mei estis, non adhuc voco vos seruos. Seruus autem nõ nouit quid faciat dominus eius. Si autẽ & rex regnantium, & dominus dominantiũ, & Deus deorum conditor est, & dominus omnium dicitur: ergo omnes sunt dij, domini, & reges. Horum enim Deus, & dominus, & rex est, & dicitur. Sequitur. Deos autem dico, & reges, & dominos non natura, sed sicut passionum dominantes, & de his regnantes, & diuinæ imaginis similitudinem, secundùm quam & facti sunt, intransmutatam custodientes (Rex enim dicitur, & regis imago) & vnitos Deo secundùm electionem, & hunc suscipientes inhabitatorẽ, huius partitione effectos gratia, quod ipse est & natura. Qualiter igitur non honorãdi sunt, qui ministri, & amici, & filij Dei existunt? Hęc ille. AVTHOR. Iste sanctus doctor non tam viles existimat sanctos Dei, sicut Witcleff, scurris eos adæquans, sed hoc cogitat in eis, quod eos Dei gratia iam efficit, qualescunque fuerint ex natura iam amici Dei sunt, filij Dei sunt, reges regum sunt, domini dominantium, conuiuæ magni sponsi, commensales agni, filij Dei, & membra, & in ipsum ex gratia trãsmutati. Si tales, & tantos cogitaueris, nonne tibi honorabiles, & exorabiles esse possint? Audi quid de cognitione veræ vitæ versus finem libri consulit AVGVSTINVS. Cùm sanctos, inquit, in oratione vocatis, sic oportet de eis cogitare constitutis: æternæ charitatis scilicet splẽdidissima lumina longè præ Sõlis fulgore lucentia, qui omnia bona pleniter in visione Dei habeant, & cunctis se inuocantibus potẽter subueniãt. Hęc ille. AVTHOR. Hæc est syncerior norma fidelium, hæc sanctior, & solatio spirituali plenior disciplina. Hæc sanctos inuocare docet, & qualiter cogitationes nostras de eis formare debemus, instruit. Sic, inquit, oportet eos cogitare, nõ quasi viles scurras, sed quasi splẽdidissima lumina: non quasi Dei secretorum ignaros, & qui nihil nos plus vili mancipio iuuare possint, sed quasi qui omnia pleniter in visione Dei habeant, & cunctis se inuocantibus potenter subueniant. Ecce cunctis se inuocantibus, & non segniter, sed potenter subueniant. Affirmat hoc verbum super psal. Beati immaculati, versiculo, Clamaui in toto corde meo, pater HILARIVS. Non humilis sanctorum querela est, nec depressa oratio fidelium est. Altum ergo est quod postulant, & excelsum est quod expectant: clamore personum est quod precãtur. Hęc ille. AVTHOR. Sed modificat ista dicta sanctorum in prædicto famoso cap, Witcleff. Adorato Christo, & placato, ad eius imperium beati cæteri viuant de suffragio spiritali, & quomodocũque ipsi colantur singulariter, non iuuant aliquem, nisi de quãto ab ipso domino imperantur. Hæc Witcleff. AVTH. Quid ex isto sequitur, nisi quòd vanum sit sanctorum orare suffragia citra Christum. Maximè si Christus sit nobis offensus, quia sine eius mandato nullus sanctus iuuat. Certum est autem, quòd Deus docet & sanctos suos, & nos, suggerẽs nobis omnia quæcũque dixerit nobis. Voluntas eius à Saluatore incitatur, vt petat, & accipiat quod petierit. Quòd si ideo orare sanctos est inutile quia non nisi ad eius imperium omnia faciunt: ergo & nosipsos eum rogare est superfluum: quia nec quicquàm valemus eum orare, quod ipse non imperet. Sed quomodo ergo orantes Deo possunt occurre re, imò, vt cum scripturis dispensatiuè loquamur, ipsi resistere? Nunquid ipse hoc nobis nõ imperet? Hieremias dixit. Si prophetæ sunt, & est verbum domini in eis, occurrant domino exercituum. Hieremie. 27. In quem locum

2 lib. 5. commentarij HIERO. Quod † ait, occurrãt domino exercituum, ostendit verum Prophetam posse domino precibus resistere,

ſecundū quòd & Moyſes ſtetit in perſecutiõe contra dominū, vt auerteret irā furoris eius. Samuel idem quoque fecit: & dominus ad Moyſem: Dimitte me, ait, percutere populum iſtū. Quando autē ait, dimitte me, oſtendit ſe precibus ſanctorū poſſe retineri. Occurrunt, inquit prophetæ, & quæcūq; prædicūt, opere cōpleta demonſtrāt, & tūc veritate vatiniciū cōprobatur. Hęc ille. AVTHOR. Quid ad hāc Dei ſcripturam dicere poteſt Witcleff cū ſuis argutiis? quid ad expoſitorem eius Hieronymum, qui totiens infert hoc Deus non poteſt, illud abſolutè non poteſt iſtum præſcitum abſolvere, aut quod iam ſtatuit hominum precibus revocare? Ecce de ſcripturæ ſenſu probat Hieronymus ſanctos viros ſuis precibus poſſe Deo reſiſtere, & Deum poſſe ab hoc, quod ſtatuit, ſanctorū precibus retineri. Probat in Moyſe, cui ait dominus, dimitte me. Nec hæc eſt impotentia Dei, ſed benevolentię eius eſt indicium, & quātæ fiduciæ apud eum ſint ſancti. Vnde in lib. Numerorum Hom. 8. ORIGENES. Fit hæc tanta comminatio à domino, non vt paſsibilis, & iracundiæ vitio ſubiacens oſtendatur diuina natura, ſed vt per hoc & Moyſi charitas, quam erga populum habebat, & Dei bonitas, quæ ſuper omnem malū agētem eſt, innoteſceret. Scribitur enim iraſci Deus, & cōminari interitum populo, quo doceatur homo tantum ipſi eſſe apud dominū loci, tantūq; fiduciæ, vt etiā ſi ſit in Deo aliqua indignatio, obſecrationibus mitigetur humanis, tantūq; de eo impetrare poſſe hominē, vt & propria ſtatuta conuertat. Hæc ille. AVTHOR. Hic planè fatetur Origenes quod dixi, tātū eſſe apud Deum loci ſanctis eius: tantūq; impetrare poſſe, vt obſecrationibus mitigetur humanis, & propria ſtatuta conuertat. Audi ꝙ hoc idem de ſcripturis ſanctis lib. de quæſtionibus veteris & noui teſtamenti ca. 115. probat AVGV. Dixit, inquit, Ioānes apoſtolus, maior eſt qui in nobis eſt, quàm qui in hoc mūdo. Rogatus enim Deus, etiam quæ ſtatuit, amouet. Nam vtique ſtatuit in peccatores vindicandum, & tamen deprecantibus ignoſcit: quia ipſi Soli ſtatio conceſſa non ſit, ſub Ieſu naue iuſſus eſt ſtare, & obediuit eius imperio, contra id quod ſibi licet ligare, & ſoluere. Vnde tamen ſoli illi ſtatio conceſſa in ratione mundi fuerat præceptum. Hæc ille. AVTHOR. Monſtrat † ex 3 ſcripturis ſanctis quàm efficax, quamque potens ſit coram Deo ſanctorum oratio. Ad tantum enim valet, vt penes ſingulas res, & item vniuerſæ regimen creaturæ ea, quæ Deus ſtatuit, poteſt conuertere. Dat autem rationem huius ad inhabitantem Deum tali oranti Moral. 29. ſuper epiſtolam ad Hebræos CHRYSOSTO. Videamus quanta valet virtus ſanctorum ſi hoc operantur, ſi hîc talia faciat angelus: quid ergo illic quantam habent claritatem, fortaſsis, inquit, & noſtrum vnuſquiſq; talis eſſe vt poſsit iniungere Soli & Lunæ. Et infrà. Sed his adipiſcemur ſi voluerimus: qualia enim enuntiauit nobis Chriſtus, non Solis ſtationem, neque Lunę, neque repedationem Solis, ſed quid? Veniemus ad eū ego & pater, ait, & manſionem apud eum faciemus. Quid mihi igitur opus eſt Sole, & Luna, & miraculis his ipſis dominatore omnium apud me degente, & inſidente? non opus eſt mihi aliquo horum, ipſe mihi erit in Solem, & Lunam. Hæcille. AVTHOR. Hoc intendit Chryſoſto, quòd orante ſancto viro, venit ad eum manſurus cum eo pater & filius. Facilè ergo ſtatutas res alias poſſet mutare potentia tāti hoſpitis, qui ipſum dominum ex oratione deuota poteſt acquirere. Sic interuentu matris ſuæ miraculum vnum compleuit, quod antea differre diſpoſuit: quia eius hora nondum venerat. Vnde ſuper hunc verſum: Beati immaculati &c. Tempus faciendi domine, AMBROSIVS. Fortaſſe vult à nobis admoneri, vult rogari, imò ſi rogatus fuerit, etiam ante tempus venit. Nam ante tempus venit ad ficulneam, & ante tempus venit vt dixit ad matrem. Illa rogabat pro nobis, illa feſtinabat dicens: Vinum non habent fili. Reſpondit Ieſus. Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Et mater, quæ ſciebat eius affectum, dixit miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Ieſus quoque, qui horam ſuam veniſſe negauerat, fecit quod ante differebat. 4 Hęc ille. AVTHOR. Si † autem ad ſanctorum orationes quis oculos dirigat, quid inter nos faciant iam recenter eorum vires bene amplexas poterit experiri. Libro nanq; 7. de ormeſta mundi refert OROSIVS. Quòd † 5 Maſtezel quidam à Theodoſio ſciens quantum in rebus deſperatiſsimis oratio hominis per fidem Chriſti à clementia Dei impetraret, Caprariam inſulam adiit: vnde ſecum ſanctos ſeruos Dei aliquot permotos precibus ſuis ſumpſit. Cum his orationibus, ieiuniis, pſalmis, dies noctęſque continuans, ſine bello victoriam meruit, ac ſine cæde vindictam. Et infrà. Inſiſtente nocte beatum Ambroſium epiſcopum Mediolan. paulò ante defunctum per ſomnium ſibi videre viſus eſt, ſignātem manu, & impacto ad humum ter baculo dicentem: hi hîc hîc, quod ille prudenti

Oratione ſanctorum mira culaſacta.

con-

Digitized by Google

coniectura intellexit merito annuntiantis fidem victoriæ verbo, locum numero dierum significari: substitit, ac tertio demũ die post noctem orationibus hymnisque peruigilem, ab ipsis cęlestium sacramẽtorum mysterijs in hostem circũfusum procedit. Et cùm ad eos, qui primùm occurrerunt, pia pacis verba iactaret, signiferum quendam insolenter obsistentem, & iamq; pugnam excitantem, gladio percussit in brachio. Eumq; manu debilem ipso vulnere coẽgit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes deditionem iam fieri
Mastezelis victoria. præmiorum existimãtes, certatim sese ad Mastezelem signis adiêre conuersis. Hæc ille. AVTHOR. Theodosius, à quo suscepit iste per o
Theodosij victoria. rationes seruorum Dei tanti ausus exemplum sola oratione ad Christum antè scribitur triũphasse. Modò Christus inuocatus ab istis, & sub Christo (si fas est dicere) sanctus Ambrosius saltem eius iussũ interfuit, cuius meritis dixit Orosius signum accepit temporis & loci futuræ victoriæ, & consequentem sine cæde triumphum: quantum putas profuit tam vigil sanctorum oratio, quæ meruit à Deo tantum nuntium, & tam insperatum tantæ felicitatis euentum? sed hoc multorum preces fortè me-
6 ruerunt. Videamus† quantum vnius sancti Acholij pro omni patria Barbaricos impetus potuit impetrare deuotio. De qua re lib. 5. epistolarũ clero & populo Thessalonicẽ. AMBRO.
Acholij victoria. Dũ merita viri considero, & quasi discedentẽ spiritu sequor, & sanctorũ chorus deducẽtibus intermisceor, nõ merito vllo, sed affectu penè sum oblitus mei. Ita ne ergõ raptus est nobis murus fidei, gratię, & sanctitatis: quem totiens ingruentibus Gothorum cateruis nequaquã potuerunt Barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris populatores locis, illic pacem rogabãt: mirantibusq; quid sibi sine milite vllo obsisteret, à prudẽtioribus intimabatur Elisæi intus imitatorẽ degere supparem, non imparem spiritu, cauerent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoq; cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa dona Christi sunt. Elisæus quidem in Samariam captiuas acies induxit Syrorum: sanctus autẽ Acholius precibus suis fecit, vt de partibus Macedoniæ victores fugaret. Nonne & hoc intelligimus superioris virtutis fuisse, vt vbi nullus miles aderat, illic pelleretur sine milite? Sed vrgebat, & præliabatur Acholius, nõ gladiis, sed orationibus, non telis, sed meritis. An incognitum nobis est dimicare sanctos etiam cùm ferientur? Nonne otiosus erat Elisæus scilicet corpore? sed vibrabat spiritu, & oratiõibus præliabatur, quãdo in castris Syrię, vel equitum, & vox virtutis magnæ audiebatur, adeò, vt putarent Syri aliorum regum aduersum se aduenire exercitus, qui populo Israël adiumento forẽt. Vnde percussi, magno fugerunt pauore, ita, vt leprosi quatuor, qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostium deprecarentur. Nonne in Macedonia similia dominus per orationes sancti Acholij fecit mira, aut prope maiora? Non enim inani metu animi, nec superflua suspicione, sed sæuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gothi, ac perterriti sunt. Deniq; tunc fugerunt, vt euaderẽt: regressi posteà pacem rogarunt, vt viuerent. Hæc ille. AVTH. Ob hoc solùm hæc vniuersa sanctus pater curauit inscribere, vt vnius sancti viri quantum contra tot armatos posset interceßio, literis monstraretur: & aptè eum comparat Elisæo: vt vtriusque virtus sit euidens, illius in Syros, huius in Gothos. Ille inani metu veniẽtis exercitus, hic verò peste currente cunctos hostes sola prece fugere cogebat: tam potentes sunt sancti orare pro vita. Sic sancti dimicant, ait, etiam cũ feriantur: quia & otiosus erat Elisæus corpore, quando dirißima precum tela vsque ad internicię vibrabat in Syros. Quàm potens ergo magne Deus, quàm efficax est omnipotens manus tua cùm percutit, quando tuo munere tam terribilis est in hostes, tam vtilis ad prostratos sanctorum lingua dum orat! Quid arguit ergo Witcleff, quod quasi sint scurræ apud summum Deum minus impetrare valentes, cùm tot, & tanta apud Deum possint, qua si eorum non tantùm annuat precibus, sed & obediat voluntati? Ab armario scripturarum sanctarum hoc verbum accipimus, quia non fuit post & antè tam longa dies obediente domino voci hominis Iosue. 10. Et ad sanctas fœminas Paulam & Eustochium in sermone de assumptione beatę virginis versus finem HIERONYMVS. Malui accipere ruborem pudoris, quàm non exequi iussionem vestram, quarum precibus nonnunquàm Deus noster
7 obedire videtur. Hæc ille. AVTHOR. Et† ob hoc ambit Ambrosius orationes pauperum, dicẽs eos robustis bellatoribus fortiores, quia obligant ipsum Deum, libro contra Auxentium de tradenda basilica. AMBROSIVS. Vtinam hoc mihi crimen semper ascribant, quòd aurum pauperibus erogatur: quòd si obiiciunt quia defensionem ab his requiram, non nego, sed etiam ambio. Habeo defensionem, sed in orationibus pauperum. Cæci illi, & claudi, debiles, & senes, robustis bellatori

Digitized by Google

bus fortiores ſunt. Deniq; munera pauperũ, Deũ obligãt, quia eſt ſcriptũ: Qui largitur pauperi, Deo fœnerat. Hæc ille. AVTH. Cõgregemus † in vnũ hæc omnia, & videbimus quantum poſſunt apud Deũ ſanctũ preces ſanctorũ: quomodoq; verũ ſit, quod dixit Auguſtinus iã ſuprà, eos cogitandos tã potentes apud Deũ in gloria, vt ſuccurrere nobis poſsint cũ inuocãtur, etiã in rebus impoſsibilibus nobis viſis, tantùm ſi ita mereamur apud eos, vt ipſi nos diligãt. Quod amplius ꝓbat de dicto domini ad Moyſen. Permitte me vt iraſcar in populum. Exo. 32. Vnde quæſtionũ libro ſuper Exo. quęſt. 132. AVGV. Huius tam fideliſsimi famuli apud Deũ tãtum erat meritũ per illius gratiã, vt ei diceret Deus, Sine me, & iratus cõteram eos: quod vtrũ iubẽtis ſit cũ ait, Sine me an quaſi petentis, vtrũq; videtur abſurdũ. Nã & ſi iubebat Deus, inobedire famulus non debebat, & Deum hoc à ſeruo velut à benefico petere non decebat. Cũ præſertim poſſet eos, etiã illo nolente, cõuertere. Ille itaq; ſenſus in prõptu eſt, quo his Deus verbis ſignificat plurimũ apud ſe prodeſſe illi populo, quia ſic ab illo viro diligebantur, quẽ ſic dominus diligebat: vt eo modo ammoneremur, cũ merita noſtra nos grauant, ne diligamur à Deo, releuari apud eum eorũ meritis poſſe quos diligit. Nã ab omnipotente dicitur homini: Sine me, & conteram eos, niſi diligerentur abs te. Ita ergo dictũ eſt, Sine me, ac ſi diceret: Noli eos diligere, & cõteram eos, quia ne id faciã, dilectio tua in illos intercedit mihi. AVTHOR. Quàm larga gratia Saluatoris, vt iniuſti, & peccatores offenſo domino locum poſsint obtinere cum amicis eius, per quos reconciliationis gratiam mereantur, de qua re ſermo ſubſequitur.

¶ Ad dictum Witcleff hæreticũ, quòd non valet oratio alicuius ſancti, niſi is, pro quo orat, ſit tũc iuſtus per obſeruantiam mandatorum: & quòd tũc valebit, ipſo ſancto nolente.

CAP. CXV.

SVMMA.

1 *Oratio alicuius ſancti quòd ualeat, etiam ſi is, pro quo orat, nõ ſit iuſtus, multis authoritatibus probatur, contra Witcleff.*

2 *Stephani oratio, quòd fuerit à Deo exaudita pro Saulo.*

3 *Deus etiam, quòd peccatores, & pro peccatoribus audiat.*

4 *Oratio ſanctorum, quòd proſit his, quorum uita eſt inualida ad uitam capiendam æternam.*

DEnique contra omnium orationes ſanctorum ſcilicet tam beatorũ in patria, quàm peregrinantium in hac vita, vnũ commune præpararur obſtaculum, de iuſtitia vitæ in orationis hora & merito ſic orantis, propter quã iuſtitiam attendendam infert Witcleff in hoc. 30. cap. tertij trialogi, Vitam ſancti, quem orat quantum ſcilicet imitatus erat ipſe Chriſtum in moribus: & tamẽ ſtatim poſt dixit cõtra ſeipſum poſtponẽdas tales vitas, & ad ſolã vitã Chriſti attendendũ. Quid vult putas finaliter, niſi oraturum inducere, vt talẽ ſanctum exorare non curet, quia velit, nolit, cũ iuſtæ vitæ fuerit, pro ſe talis ſanctus orabit? dixit enim ca. 3. de oratione. Dicunt quidam presbyteri dominis, qui rogãt orationũ ſuarum ſuffragia, ꝙ viuant iuſtè, ſeruando Dei mandata: & erũt orationũ ſuarum & meriti eccleſiæ totius participes, velint, nolint: & quãtũcunq; clamauerint, ſine tali iuſtitia ſecularis domini, priuata oratio nihil valet. Hæc Witcleff. AVTH. Quid cõficit hoc, niſi quòd nullus poſsit ab aliquo orare pro ſe? quia quantuncunq; clamauerit ſanctus in cęlo, aut viator in terris pro quocũque non proficit oranti eum, niſi viuat iuſtè iuſtitia mandatorũ, ꝙ ſi iuſtè vixerit, proficiẽt ipſi preces tales, velit, nolit. Conclude. Quid ergo
1 proderit mihi eos ſic orare, quòd orent? Sed † ab hac dictione cerebroſa, ſcripturarũ pelagus adeamus. Chriſtus pro crucifixoribus exorauit ſacerdotibus & dominus de militia ſeculari. Aut erant omnes tunc iuſti obſeruantia mãdatorum, & tunc eius oratio debuit eis prodeſſe vellet nollet: aut nõ erant ſic iuſti, & oratio Chriſti nihil eis profuit, & mentitur ſcriptura, dicens: quòd appoſiti ſunt in illa die, & baptizati circiter tria millia. De quibus antè dixit, quòd per manus iniquorum affligentes Ieſum Nazarenum interemiſtis. Actuum.
2 2. Et † oratio Stephani fuit à Deo exaudita pro Saulo, quãdo adhuc contra eccleſiam Dei, & obſeruantiam mãdatorum eius graſſabatur in Stephanum. Vnde ſermone de ſancto Stephano AVGVSTINVS. Saulus inter illos cũ lapidaretur Stephanus agnus, adhuc ipſe erat lupus. Adhuc ſanguinem ſitiebat. Adhuc manus ſuas quibus lapidaret parum putabat, lapidantium veſtimenta ſeruabat. Ergo reco

Digitized by Google

go recolẽs quid per edictum ſit, ſi & ipſe inter illos erat, de quibus dixit qñ ait, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Imitans ergo dominum ſuum in hoc, vt eius amicus eſſet, dixit & ipſe, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Putas iſta verba audiuit Saulus, audiuit, & irriſit, & tamen ad orationẽ pertinebat Stephani, adhuc graſſabatur, & iam pro illo Stephanus audiebatur. Hæc ille. AVTHOR. Audiat Witcleff, & Collollardi presbyteri, quorũ ipſe confirmans perfidiam, ait, ꝙ quantũcunq; orantes clamauerint ſine iuſta obſeruantia mandatorum talis domini ſecularis, eorũ priuata oratio nihil valet. Ad orationem Stephani pertinebat Sauli priuata perſona, quando audiuit, & irriſit, quando Saulus graſſabatur, & Stephanus pro eo exaudiebatur. Sic enim Auguſtinus dixit, Iam pro illo Stephanus exaudiebatur, & ſuperiùs dixit, quòd fortè inter crucifixores Chriſti fuit Saulus. Et ſi fuit inter illos, pro ipſo valuit hæc oratio, Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Pro illo ergo Stephani, pro illo iam reo valet oratio Chriſti ad ſalutem. Et quantum graſſabatur etiam in oratorem ſuum Stephanum tunc Paulus, ipſo loco, ſermone. 37. exprimit AVGVSTINVS. Quando lapidatus eſt Stephanus primus martyr pro nomine Chriſti, euidentiùs aderat & Saulus, & ſic aderat lapidantibus, vt non ſufficeret eis, ſi tantùm ſuis manibus lapſi darent. Vt enim eſſet in omnium lapidantiũ manibus, ipſe omnium veſtimenta ſeruabat, magis ſæuiens, omnes adiuuando, quàm ſuis manibus lapidando. Hæc ille. AVTHOR.

3 Iam† reſpice, quis erat, aut qualis, pro quo ipſe orauit ſanctus Stephanus. Quid iſtud? Oratio ergo Stephani priuata, & perſonalis pro Saulo, exaudiebatur pro Saulo, quando Saulus graſſabatur cõtra iuſtitiam mandatorũ. Quod autem oratio Stephani generalis generaliter audiebatur æqua forma pro omnibus, vnde probes, non habes. Hæc probata pars hæreſis Donatiſtarum eſt, quòd ſine tali iuſtitia ſecularis domini, talis oratio nihil valet: hæc erat, quam inſertam libro ſuo de ordine pœnituit AVGVST. Nec illud mihi placet, quòd cùm dixiſſem, ſumma opera danda eſt optimis moribus, mox addidi, Deus enim noſter aliter nos exaudire non poterit: bene autem viuẽtes facilè exaudiret. Sic enim dictũ eſt tanq̃ Deus nõ exaudiret peccatores, quod quidem dixit in euangelio: ſed ille, qui nondũ cognouerat Chriſtũ, à quo iam fuerat illuminat⁹ in corpore. Hæc ille. AVTH. Bene librat terminos Auguſtinus, vt vtrũq; retractãdum

etiam tores, o pec ib⁹ au

videatur, ſiue dicatur dominum exaudire nos non poſſe, cùm pro nobis oramus, vel cùm oramus pro alijs, niſi ſimus optimis moribus prædíti, Deus non exaudit peccatores. Dixit cæcus ille de Chriſto, quaſi pro ſua illuminatione Deum patrem oraſſet: ſed hoc dixit, inquit AVGVSTIN. qui nondum agnouerat fidem Chriſti. Bene viuentes Deus facillimè exaudiret, quaſi propter bonam vitam audiẽdus eſſet quis, non ſecũdùm Dei gratiam, nec vult recordari, ꝙ dum filius prodigus adhuc longè eſſet, occurrit ei pater, & miſericordia motus eſt. Sic dixit AMBROSIVS libro de Ioſeph, cap. 3. ꝙ fratres Ioſeph à longè erant, qui erant in Dothaim, id eſt, in defectione: & ideò ſæuiebãt, quia his nõ appropiaſſet Chriſtus. Nã ſi appropiaſſet hic typus Chriſti fratrem vtiq; dilexiſſent. Fuit item longè à patre filius diſsipator, longè per meritum, lõgè per peccatum, & ſine omni ſuorum iuſtitia meritorum valebat apud patrem tantùm, ꝙ redijt, ꝙ orare voluit, quòd diſpoſuit ſe dicturũ: Pater, non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis. Nondum orauit, & occurrit ei pater. Putas ne repudiaret orantem? Vnde in epiſtola ad Damaſum de eo dixit HIERONYMVS. Cùmq; adhuc longè eſſet, vidit eum pater eius, & miſericordia motus eſt. Antequàm dignis operibus, & vera pœnitentia ad patrem rediret antiquum, Deus, apud quem cũcta futura facta ſunt iam, & qui omnium eſt præſcius futurorũ, ad eiuſdem præſentiam Dei præcurrit aduentum, & per verbum ſuum, quod carnem ſumpſit ex virgine, reditum filij innioris anticipat. Et præcurrens, incubuit ſuper collum illius. Antè venit ad terras, quàm ille domum confeſsionis intraret. Hæc ille. AVTHOR. Ecce antequàm dignis operibus rediret ad patrẽ, aut item vera pœnitentia (quod plus eſt) pater ei adfuit. Ergo ſine iuſtitia mandatorum, quæ eſt prima dignitas operum, & ſine vera pœnitentia, futuro tamen pœnitenti, & confeſſuro reatum, pater accurrit, & adit adhuc indignũ. Antequàm (inquit) ille domum confeſsionis intraret. Malè ergo reſpondebant ſacerdotes Witcleff, ſi iuxta magiſtrum ſuum intellexerunt, quòd niſi domini ſeculares iuſtè vixerint, non poſſent orationum ſuarum, aut eccleſiæ totius eſſe participes, quia nec pro peccatoribus hæreticis, aut paganis oraret vnquam eccleſia. Nũ quã itẽ homo peccator oraret pro ſe, dicendo, Dimitte nobis debita noſtra, cùm tñ expers quiſq̃ peccati illud orare non poſſet. Sequitur tñ ex hoc dicto, quia quantulũcunq; eſſet eius

peccatum,de quanto obliquaret à iuſtitia mã datorum,de tanto orationis propriæ, aut meriti eccleſiæ particeps eſſe non poſſet. Et ſic propitiaretur Deus homini ſecundùm iuſtitiæ meritum,non ſecundùm gratiam, dicente Apoſtolo. Ei,qui operatur,merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum.Roma.4. Et nonne dominus ſecularis erat Pharao, cui dicenti ad Moyſen,& Aaron, Orate dominũ, vt auferat ranas à me, & à populo meo: non reſponderunt ei ſicut ſacerdotes Witcleff, Viue iuſtè, ſeruando mandata Dei, & eris orationum noſtrarum particeps, velimus,nolimus? Sed ait Moyſes, Conſtitue mihi quando deprecer pro te. Qui reſpondit, Cras. At ille ait, Iuxta verbũ tuum faciam.Et ſequitur.Et exclamauit Moyſes ad dominum pro ſponſione ranarum, quã condixerat Pharaoni. Fecitq; Deus iuxta verbum Moyſi,& mortuæ ſunt ranę.Exod.8.Ecce mendaces homines Witcleff cũ ſuis Lollardis. Pharao iam particeps factus eſt orationis ſancti Moyſi, etiam Deo concedente,qui prę ſcius erat obdurationis eius,& bene conſcius,quòd non iuſtè viueret iuſtitia mandatorum. Ne autem latebram quæreres in oratione priuata, non ſoli Moyſi dixit, Orate, ſed ſolus oraſſe deſcribitur,pro ſola rana tollenda à ſola plebe aduerſa.Orauit poſteà ceſſare muſcas, & ceſſabant: Orauit ceſſare tonitrua, & grandines, dicens, Noui aũt,quòd & tu,& ſerui necdum dominũ timeatis.Orauit autem,& ceſſarunt,nec ſtillauit vltrà pluuias ſuper terram.Plana ecce ſcriptura conuincit hoc eſſe mendacium, quòd quantũcunq; clamauerint oratores ſine ſubiecta iuſtitia, nihil valeat eis. Ecce clamauit Moyſes, & valuit eius oratio. Valuit, inquit, eis,quibus dixit,Noui,quòd tu,& ſerui necdũ dominum Deum timeatis. Fugiet Witcleuiſta,ſcio,fugiet à facie ſcripturarum, dicens forte, Sed hæc oratio proficit tantùm iſti vitæ:
4 Probemus igitur,quòd † ſanctorũ oratio proſit his, quorum vita eſt inualida ad vitam capiendam æternam. Veniamus ad euãgelium, vbi Chriſtus exemplo villici iniquitatis,ait filijs ſeculi huius prudentioribus filijs lucis, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,vt & ipſi vos recipiant in ęterna tabernacula.Luc̨.16.Interrogarem,quibus Chriſtus dat hoc conſilium.Iuſtis, an adhuc iniuſtis ſeruãtibus Dei mandata, & habentibus per hoc propria merita, vnde ſint amicorum illorum participes,ita vt eos recipiant in æterna tabernacula velint, nolint: an adhuc peccata ſua habentibus,vt non ex ſua vita, & iuſtitia mandatorũ, ſed ſolis interceſsionibus amicorum ſanctorum in ipſa tabernacula recipiantur æterna? Primum de neceſsitate dixit Witcleff,q̃ incõſultè dixit eis Chriſtus, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ſed dixiſſet de propria iuſta vita. Secundum verò placet ſenſui Chriſti euangelico, prout planè literam eius exponit.21.de ciuitate Dei. cap.vltimo AVGVSTINVS. Venire debet in mentem ſeruus ille, cui debitori dominus eius relaxauit decem millia talentorum,quæ poſteà iuſsit vt redderet, quia ipſe non miſertus eſt conſerui ſui,qui ei debebat centum denarios. In his ergo, qui filij ſunt promiſsionis, & vaſa miſericordiæ, valet quod ait idem Apoſtolus conſequenter adiungens, Superexaltat autem miſericordia iudicium,quoniam & illi iuſti,qui tãta ſanctitate vixerunt, vt alij, quos recipiant in æterna tabernacula,à quib⁹ amici facti ſunt de mammona iniquitatis,vbi tales eſſent,miſericordia liberati ſunt ab eo, qui iuſtificat impium,imputans mercedem ſecundùm gratiã, non ſecũdùm debitum.In eorum quippe numero eſt Apoſtolus,qui dixit,Miſericordiam conſecutus ſum,vt fidelis eſſem.Illi autem,qui recipiuntur à talibus in æterna tabernacula,ſatendum eſt,quòd non ſint his moribus prædi ti,vt eis liberãdis ſine ſuffragio ſanctorum ſua poſsit vita ſufficere. Ac per hoc ampliùs miſericordia in eis ſuperexaltat iudicium. Sequitur.Eſt itaq; quidam vitæ modus,nec tam malæ,vt his, qui ea viuunt, nihil proſit ad capeſſenda regna cælorum, largitas eleemoſynarũ, quibus etiam iuſtorum ſuſtentatur inopia, & fiunt amici, qui in tabernacula æterna ſuſcipiant. Nec tam bonæ,vt ad tantam beatitudinem adipiſcendam, eis ipſa ſufficiat, niſi eorũ meritis,quos amicos fecerunt, miſericordiam conſequantur. Mirari autem ſoleo apud Virgilium reperiri iſtam ſententiam domini, vbi dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,vt recipiant vos in tabernacula æterna.Cui eſt & illa ſimillima:qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Nam & cùm Elyſios campos Poëta deſcriberet, vbi putauit animas beatorum habitare, non ſolùm poſuit eos, qui proprijs meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt,ſed adiecit,atq; ait, Quiq; ſui memores alios fecêre merendo. id eſt, Qui promeruerunt alios, eoſq; memores promerendo fecerũt prorſus, tanquam eos diceret, quod frequentatur de ore Chriſtiano,cùm ſe cuiq; ſanctorum humilis quiſq; cõmendat,& dicit,Memor mei eſto, atque id, vt eſſe poſsit, promerendo efficit.

Hæc ille.

Digitized by Google

Hæc ille. AVTH. Audiatur ꝓceſſus pij patris: hîc expreſſè ſupponit Auguſtinus proceſſum euangelij contra Witcleff, ꝙ ſcilicet ſine ſufficienti iuſtitia ſuæ vitæ poteſt dominus ſecularis per interceſsiones ſanctorum, quos fecit ſibi amicos de mammona iniquitatis, recipi in æterna tabernacula. Et in huiuſmodi ſuperexaltat miſericordia iudicium. Fatendum eſt, inquit, ꝙ non ſint his moribus prædíti, vt eis liberandis ſine ſuffragijs ſanctorum, ſua poſsit vita ſufficere, & ſubdit talis vitæ modum, quæ nec tam mala eſt, vt nihil profit ad capiẽdum regnum, nec tam bona, vt per ſe ſufficiat ſine ipſorum meritis, quos de largitate eleemoſynarum ſibi fecerunt amicos ingredi illud regnum: hoc ex proceſſu illo euangelico, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, Auguſtinus probat expreſſè, ſequentemq; ſenſum euangelij miratur, paganũ Virgilium in cãpis ſuis Elyſijs ſecutũ, quẽ tam apertè deſpexit ſolo ſenſu Collollardorũ ſuorũ imperitorum noſter Witcleff Chriſtianus, hæreticus.

¶ Quòd diligenter oremus ſanctos, quia ſine eorum interceſſione ſaluari non poſſumus: & quòd ſolus orat fruſtrà, qui mereri contemnit.

CAP. CXVI.

SVMMA.

1 *Orandi ꝙ ſint ſancti diligenter, & quare. Et an orans poſsit pro oratione aliquid recipere.*
2 *Scientia bonæ fidei.*
3 *Chriſtiani ꝙ nec præſumendo de meritis, ſanctorũ contemnere debeant ſuffragia, nec tanti faciant eorum preces, ut merita ſua negligant.*
4 *Quomodo fruſtrà roges pro indigno.*
5 *Orare quomodo debeat ſanctus omni conſilio pro uiro peccatore, ut uoluntate bona conuertatur in Deum.*

REſpuantur igitur, & exufflentur, quæ ex iſta ſequũtur verbales eius blaſphemiæ, ſicut ca. 3. de oratione, ꝙ nemo debet orationem ſuam vendere pro poſſeſsionibus, vel prædijs, aut bono aliquo temporali, & per conſequens nullus ſecularis debet cum presbytero, vel alio taliter commorari. Et in Dialogo ſui mẽdacij, ca. 22. Clauſtralis vẽdens ſimoniacè orationum ſuarum ſuffragia propter lata præ dia, haberet conſcientiã ſuper iſto, quia neutra pars ſcit, ſi ſua ſuffragia valeãt aliqd. Hæc Witcleff. AVTHOR. Breuiter reſpõdet ſibi Chriſtus, Mẽtiris, Ego veritas prima ſemel dixi carnalibus ſeruis meis, Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt ipſi vos recipiant in æternã tabernacula, quò venturi nõ eſtis per vitæ veſtræ iuſtitiam. Ego ſpiritualẽ hanc mercationem edocui: nec volui dicere hanc venditionẽ ſimoniacã, vt tu falſa lingua deprauas: ſed hoc dixi facere, illud recipere. Per apoſtolum autẽ Paulũ rationem dati, & accepti per cõmunicationẽ in ſanctos. Hoc ſemper factitauit apud ſanctos viros à tempore euangelij pietas Chriſtiana. Quod itẽ euangeliũ Spirituſancto inſtigante per ſeruũ Maronem laudabat Romana peritia, tanq̃ diceret, inquit Auguſtinus, quod frequentatur ore Chriſtiano, cùm ſe viro ſancto quiſq; cõmendat memor mei eſto, atq; vt memor eſſe poſsit promerẽdo efficit, eleemoſynã largiter conferẽdo. Nunquid priuatã precem iam rogat iſte ſanctus, memor mei eſto? ergo intendit priuatã precem orãtis alicui valiturã ad introitum regni, cui nõ ſufficit iuſtitia proprij meriti. Et ampliùs declarat Auguſtin⁹ ſollicitus ſcire, quis ille modus vitæ ſit, aut quę ſint illa peccata, quę nõ niſi per interceſsiones ſanctorum poſſunt obtinere remediũ, conſequenter ſubinferens AVGVST. Sed quis iſte ſit modus, & quæ ſint iſta peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tã ſanctorum amicorum meritis impetrẽt indulgentiam, difficillimum eſt inuenire. Ego certè vſq; ad hoc tempus, cùm inde ſatagerẽ ad eorum indaginem peruenire nõ potui. Sed fortaſsis propterea latent, ne ſtudium proficiſcẽdi ad omnia cauenda peccata putreſcat, qm̃ ſi ſcirẽtur, quę vel qualia ſint delicta, pro quibus etiam permanẽtibus, nec prouectu melioris vitæ abſumptis interceſsio ſit inquirenda, & ſperanda iuſtorũ, eis ſecura ſe obuolueret humana ſegnities: nec euolui talibus implicamentis vllius virtutis expeditione curaret, ſed tm̃odò quereret aliorũ meritis liberari, quos amicos ſibi de mãmona iniquitatis, eleemoſynarũ largitate feciſſet. Nũc verò, dũ venialis iniquitatis, etiã ſi perſeueret, ignoratur modus, profectò & ſtudiũ in meliora proficiſcẽdi, & orando, & inſtãdo vigilãtiùs adhibetur, & faciendi de mãmona iniquitatis ſanctos & amicos, nõ ſpernitur cura. Hæc ille. AVTHOR. Vigilat ſemper huius ſancti patris euãgelica ſententia contra Witcleff, ꝙ aliquis modus vitæ ſit, & quædã delicta, quæ ad ſuam purgationẽ vltra oĩa merita ſic viuentis requirunt auxilium ab

Æneid. 6. Quiq; ſui memores.

interceſ

interceſsione ſanctorum. Hos dico fratres illos, quos iuxta Chriſti conſilium ipſe tibi fecerit amicos de mammona iniquitatis: vel per pias oblationes ad eorum memorias, ſi ſint iã in cælo beati: vel per eleemoſynarum largitates apud ſanctos iã expectantes in carne. Neutra pars ſcit, inquit Witcleff, an ſua ſuffragia valeant aliquid, imò vtraque pars ſcit ſcientia ſancti Pauli. Confidens, ait, ſcio quoniam per manebo omnibus vobis ad prouectũ veſtrũ.

2 Philip. 1. Hæc† eſt ſcientia bonæ fidei, quam idem Apoſtolus innuit, dicens, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Hæc ſcientia piſcatorũ, vt ait Ambroſius, ſtultam fecit ſciẽtiam philoſophorũ. Sed ergo, inquit, ſuperfluò merebitur aliquis per iuſtitiam vitæ, ſi ſic ſaluari poterit ſine meritis, ſanctorum prece. Nec ſic, ſed inter mediũ montium pertrãſibunt aquæ: ideò, inquit Auguſtinus, ignotus eſt nobis ille vitæ modus, & illa ignota peccata, quæ non ſine ſanctorum prece iuuantur, vt vtrunq; curemus, & neutrũ contemnamus. Nunc, inquit, dum venialis iniquitatis ignoratur modus, ſtudium meritorũ orando, & inſtando vigilantiùs adhibetur, & faciendi ſanctos amicos cura non ſpernitur. O quàm periculoſum ergo eſt conſilium Lollardorum ſic inniti proprijs meritis, vt nullam curam faciant pro orandis ſanctis: ſine quibus omnes illi damnantur gehennæ, quibus non datur ſufficere merituni iuſtitiæ ſuæ. Sancta fides eccleſiæ vtrunq; facit, vtriq; iugiter inſtat: ſanctos amicos facere, & merita cumulare, ſed magis non preſumendo de meritis, ſed ſanctorum orationibus confidendo. Vnde in expoſitione ſuper Cantica, Homil. 68. BERNARDVS. Sufficit ad meritum, ſcire, q̃ non ſufficiant merita. Sed vt ad meritum ſatis eſt non præſumere de meritis: ſic carere meritis ſatis ad iudicium eſt. Porrò infantium renatorum dicimus neminem carere meritis, ſed Chriſti habere merita: quibus tamen ſe indignos reddunt, ſi ſua iungere non nequiuerint, ſed neglexerint: quod quidem periculum iam adultæ ætatis eſt. Merita proinde habere cures: habita, data noueris, fructum ſperaueris, Dei miſericordiam, & omne periculum euaſiſti paupertatis, ingratitudinis, præſumptionis. Paupertas pernicioſa penuria meritorũ, Præſumptio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ: & ideò diuitias, & paupertates ne dederis mihi, ait Sapiens, Prouerb. 30. Felix eccleſia, cui nec merita ſine præſumptione, nec præſumptio abſq; meritis deeſt. Habet vnde præſumat, ſed non habet merita. Habet merita ad præſumẽdum, ipſum non præſumere, nonne promereri eſt?

Scientia bonæ fidei.

3 Hæc ille. AVTHOR. Vtrunq;† igitur neceſſarium Chriſtianis, nec præſumendo de meritis ſanctorum contemnere ſuffragia: nec tanti pendere preces ſanctorũ, vt merita ſua quis negligat, aut (quod peius eſt) deſperet de meritis. Hæc enim ipſa ſuffocat exorantem. Idcirco lib. 2. contra Academicos, in principio AVGVSTINVS. Si modò dignus ſim, qui impetrem, quotidianis votis auras tibi proſperas orare non ceſſo. Oro autem ipſam Dei virtutẽ, atq; ſapientiam. Quid eſt enim aliud, quẽ myſteria nobis tradunt Dei filium? Multùm me adiuuabit pro te deprecantem, ſi non nos poſſe exaudiri deſperes. Hæc ille. AVTHOR. Sana conditio, ſi non nos poſſe exaudiri deſperes, hoc ſolùm efflagitat, ne precem ſuam ad Deum pro eo deſperatione retardet. In extremo damnabiliori leuiorem comparatiuè inſinuans, præſumptionis ſcilicet, vel deſperationis de miſericordia conditoris. Vtroq; modo enim, vel præſumptione, vel deſperatione euacuet ſibi iuſtæ vitæ meritum. Hoc autem ſolũ, vt ait Bernardus, ſatis ipſi eſt ad iudicium. Hęc ſola facit, vt quicqnid ſanctus ad Deum clamauerit, ſuo ſupplici nihil valeat. Vnde Sapiens, Qui declinat aurem ſuam, ne audiat legem, oratio eius execrabilis, Prouerbio. 28. & ſuper hoc dixit dominus Hieremię. Tu ergo noli orare pro populo hoc. Vbi libro commentarij HIERONYMVS. Præcipitur Hieremiæ, ne velit pro eis dominum deprecari, in quibus iam eſt cõſummata ſententia, ne videatur oratio eius infirma, & proprijs ſceleribus non exaudiri. Noli, inquit, orare pro eis, nec laudem aſſumas in replicando veteris hiſtoriæ clemẽtiam, qua ei ſemper miſertus ſum, & laudando meam nitaris mutare ſententiam. Etſi em̃ hoc feceris, non exaudiam eos, qui me neceſsitatis tempore rogare coguntur. Ex† quibus diximus fruſtrà aliquem rogare pro aliquo, cùm ille non mereatur accipere, quod pro quo oratur. Hæc ille. AVTHOR. Intellige diſtinctè, & diſcretè, quale hoc meritum, de quo dixit, fruſtrà rogari pro aliquo, cùm ille non mereatur accipere illud, pro quo Deus rogatur. Non meretur, id eſt, non mereri proponit, ſed magis demereri continuè, aliàs inepte rogaſſet Moyſes pro Pharaone iam ſuprà: rogauit autem ſupputans eum poſſe conuerti: ſed ſicut ait Sapiens ſuprà, Qui declinat aurem ſuã, ne audiat legem: non dixit, Qui iam peccator eſt à lege, aut protinus nõ meretur, ſed qui declinat à lege, ne audiat eam. Et Ioannes in Canonica hoc exponit peccatum vſq; in finem,

4 *Quomodo fruſtrà rogetur pro aliquo.*

dicens,

Digitized by Google

dicens, Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. De quo item hanc dictam sentẽtiam suam in simili verbo Hieremiæ. 24. posteriori libro. 3. exponit HIERONYMVS. Stultum est orare pro eo, qui peccauerit ad mortem, dicente Ioanne. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis, omnis iniquitas peccatum est, & est ad mortem peccatum. Ieiunia, & preces, & victimæ, & holocausta, tunc proficiunt, cùm recedimus à vitijs, & flemus antiqua peccata, si autẽ in sceleribus permanentes putauerimus votis atq; sacrificijs redimere nos aures Dei, vehementer erramus, iniquum arbitrantes Deum. Qui em̃ semel gladio, & peste, & fame fuerit consumi prædestinatus, nullis precibus erui potest, vnde & prophetæ dicitur, ne frustrà roget, quod impetrare non possit. Hæc ille. AVTHOR. Qui semel fuerit gladio, aut fame, aut peste cõsumptus, & ad internicionem spiritus indissolubili malo cõstrictus, nullis precibus erui poterit, sicut Iudas. Omni igitur consilio debet pro viro peccatore sanctus orare, vt voluntate bona conuertatur in Deum. Ipseq; conatu, quo potest, gemitibus constringat animum, & sanctorum pedibus prouolutus, imploret auxilium. Vnde in epistola ad corruptorem virginis. AMBROSIVS. Do consilium, petas vltrò terrorem pœnitentiæ, obstringas catenis viscera: animam tuam gemitibus, ieunijsq; crucifigas, sanctorum petas auxilium, iaceas sub pedibus electorũ, vt non tibi cor impœnitens thesaurizet iram in die iusti iudicij Dei, qui reddet singulis secundùm opera sua. Hæc ille. AVTHOR. Terrori ecce pœnitẽtiæ in qua perquiritur iustitia mandatorum, non sine necessitate coniunxit auxilium impetrare sanctorũ, & iacere suppliciter sub pedibus electorum, sine quibus supponere debet humiliter pœnitens non sibi sufficere pœnitentiam ad remissionem sceleris, nec vitæ suæ modum ad iter salutis. De quo iam docuit Augustinus.

Qualiter adorentur sancti, & eorum reliquiæ.

Titul. XIII.

¶ Contra libellũ Guillelmi Sartoris Witcleuistæ, in quo scripsit quòd solus Deus secundùm deitatem est orandus, quia solus est fideliter adorandus.

CAPVT. CXVII.

SVMMA.

1 *Christus quomodo sit adorandus.*
2 *Orare, & Adorare quomodo differant.*
3 *Latria quid sit. Et quomodo tantùm Deo debeatur.*
4 *Latriæ species describuntur.*
5 *Eucharistia est Teleta summa.*
6 *Hymnus, q̃ specialiter Deo dicatur.*
7 *Adoratio propriè dicta.*
8 *Adoratio priscorum.*

MOVET contra prædicta Guillelmus cognomẽto Sartor, in libello, quẽ edidit de orandis sanctis, q̃ omnis oratio, put nũc loquimur, est cult⁹ latrię, soli Deo debit⁹, nullo modo ad creaturam à fidelibus transferendus, dicente dño in euangelio, Dominũ Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Vñ Augustinus habet in Enchiridio, & frequenter alibi, q̃ solus Deus est orãdus. Et infrà. Christus sic docuit orare discipulos, Pater nr̃, vbi docetur, cur fideles debent orationes suas dirigere, hoc est Deo sub ratione, qua Deus est, & dñs, & non sub ratione humanitatis, vel alicuius creatæ naturæ: quã formã, vt patet in Euangelio, Christus cõmuniter in orationibus suis obseruauit. Si em̃ Christus taliter docuisset suos discipulos exorare, Ieſu noster, Christe noster, Messia noster, vel Saluator noster, qui es in cælis, &c. tũc forte haberetur euidentia, q̃ oratio foret creaturę etiã meritoriè dirigẽda, eo q̃ termini prænotati vtrãq; Christi naturã significãt, quod nõ facit iste terminus Pater nr̃. Hæc ille. AVTH. Quasi pater esset exorandus in hac prece, non Christus: & apostolus sollicitus est, vt gẽtes in Christũ credãt, & tũc inuocẽt, Quõ, inquit, inuocabũt, in quẽ nõ crediderũt? Vbi super epistolã ad Rom. li. 9. ORIGENES. Christo Iudæi nõ crediderũt: & ideò nec inuocant eũ, sed & in principio epistolæ, quã ad Corinth. scribit, vbi dixit, cũ omnibus, qui inuocant nomẽ dñi nostri Ieſu Christi. In omni loco ipsorũ & nostro, cùm cuius nomen inuocatur, dñm Ieſum Christum esse pronũtiat. Si ergo Enoch, Moyses, & Samuel inuocabant dominum Deum nostrũ, & ipse audiebat eos, sine dubio Christum

Digitized by Google

Chriſtum dominum noſtrum inuocabant,& ſi inuocare dominũ, ac orare dominum Deũ vnum atq; idem eſt ſicut inuocatur pater, ita inuocandus eſt Chriſtus. Et ſicut oratur pater, ita orandus eſt Chriſtus: & ſic offeremus Deo patri primò omnium,ita & domino Ieſu Chriſto. Et ſicut offerimus poſtulationes patri,ita & offerimus filio poſtulationes,& ſicut offerimus gratiarum actiones Deo,ita gratias referimus Saluatori. Vnum nanq; honorem vtriq; deferendum,id eſt,patri,& filio diuinus edocet ſermo, cùm dixit, vt omnes honorificent filium,ſicut honorificant patrem. Hæc il

1 le. AVTHOR. Antiqua ergo fides erat tempore Origenis, quod cùm dicimus Pater noſter, oramus etiam cũ patre Ieſum Chriſtum, ſicut & patrem. Si enim timeas ibi orari Ieſum Chriſtum, ne fortè oretur ſecundùm vtranq; naturam,& ſic orare poterimus creaturam. Ergo ne cum prece dominica tollenda eſt eccleſiaſtica illa oratio celebriter vſitata græcè,& latinè per orbem,Chriſte eleiſon: Chriſte audi nos, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. Hi enim termini vtranq; Chriſti naturam ſignificant. Vnde habetur euidentia, vt affirmas, quòd oratio foret creaturæ ſimul vt creatori meritoriè dirigenda: ſi diceretur,Ieſu noſter,Chriſte noſter. Hanc tamen euidentiam fecit fidelibus ſanctus Stephanus orans, & dicens, Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritũ meum, &, Ne ſtatuas illis hoc peccatũ, Ieſum orans,de quo antè dixit: Ecce video cælos apertos,& filiũ hominis ſtantem à dextris Dei. Ieſum ergo,quem filium hominis & prædicat & videt,ipſum orat. Et Apocalyp. vltimo. Ego Ieſus miſi angelũ meum teſtificari vobis hæc in eccleſijs, & ſponſus & ſponſa dicant, veni. Sequitur. Veni domine Ieſu. Et in Pſalmo. 94. de trãſlatione Hebraica: Venite laudemus dominũ, iubilemus Deo Ieſu Chriſto. Lucæ quoq;. 17. A ſpiritu Chriſti docti decem leproſi, Ieſu præceptor miſerere noſtri. Vbi lib. 5. ca. 6. in expoſitione BEDA. Bene, vt ſaluentur, Ieſum præceptorẽ nominant: quia enim in eius verbis ſe oraſſe ſignificant, hunc ſaluandi humiliter præceptorem vocãt. Cùmq; ad cognitionem præceptoris redeunt, mox ad formã Saluatoris recurrunt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce iſti laudantur, & ſalutem obtinent, quia Ieſum præceptorem inuocant,& per tuam expoſitionem ſecundùm vtranq; naturam diuinam & humanam exorãt. Quid ergo tam abſolutè ſubſcribis ibidem nõ te miminiſſe quẽquam ſanctorum in nouo teſtamento, vel le-

Chriſtꝰ quo modo ſit adorandus.

ge veteri approbatum alicui creaturæ ſuas orationes dirigere, ſanctus iſte leproſus ab ore Chriſti probatus eſt,& Ioannes in Apocalyp. Et ſponſus & ſponſa orantes, Veni domine Ieſu: & ſanctus Stephanus exorans ait, Domine Ieſu. Vtranq; ergo naturã creatricem,& creatam orabant, quia vtranq; tales termini deſignabant. Aſcendamus ad radicem hæreticæ dictionis. Oratio, inquit, eſt cultus latriæ ſoli Deo debitus. Vnde Chriſtus, Dominum Deũ tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. De orãdo eſt ſermo,& in adorandi verbum conuertit, quaſi ſpiritus inferni ſemper orarent Chriſtũ, quia adorare dicuntur genu flectentes in nomine

2 Ieſu. Longè ergo orare ab adorare conſtat diuerſum. Vnde reſponſione. 9. Ad Maximianum. cap. vtrum adoret patrem Spiritusſanctus. AVGVST. Aliud, inquit, eſt interpellare, vel orare, aliud adorare. Omnis, qui rogat, orat, non omnis, qui rogat, adorat. Recole cõſuetudinem regum, qui plerunq; adorantur, & non rogantur. Aliquando rogantur, & nõ orãtur, ac per hoc à Sanctoſpiritu adorari patrem nullo modo demonſtrare potuiſti. AVTHOR. Recolat lector, rogo, hoc me dixiſſe ſæpe ſuperiùs contra vtrunq; Guillelmum, probantem ſolum orandum, quia ſolum ſimpliciter adorandum: hoc, quod iam ait Auguſtinꝰ, aliud ſcilicet orare, & aliud adorare: quia reges, inquit, pluries adorantur, quando non orantur. Veruntamen bene probat nullã creaturam adorandam, vt ſic perueniat ad nullam creaturam orandam. Eſt, inquit, cultus latriæ ſoli Deo debitus, ideò nulli creaturæ, nec humanitati Chriſti donandus. Ergo docuit idolo latriam Spiritusſanctus per os Dauid, dicens, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt: humanitatem Chriſti deſignans. Sed ad hoc poſtmodùm. Sed cur Abrahã Patriarcha cultum ſoli Deo debitũ Etheis exhibuit? Gene. 24. vbi ſcriptum eſt, Adorabat dominũ Abraham coram populo terræ. alia litera habet, Adorauit plebem Iudæorum filiorũ Eth. Quem locum aſſumit lib. 2. poſt collationem contra Maximianum, poſt principium AVGVST. Quales homines, quàm religioſæ humilitatis, qui Spiritumſanctum adorare non vultis, cùm legatis: Litera occîdit, ſpiritus aũt viuificat. Non vultis ergo adorare, quem viuificare animas negatis, cùm pater Abrahã homines adorauerit, quia conceſſerunt ei monumẽta, vbi poneret mortuæ corpus vxoris. Sic enim ſcriptum eſt, Venit autem Abrahã plangere Saram,& lugere,& ſurrexit Abraham de ſupra mortuum eius,& dixit filijs Eth, Peregri-

Orare, & Adorare.

nus &

Digitized by Google

nus & aduena ego sum vobiscum, date ergo mihi possessionem monumenti, vbi sepeliam mortuum meum. Responderunt autem filij di centes, Absit hoc domine, audi nunc & nos: Rex à Deo tu es in nobis. Inclytis monumen tis nostris sepeli mortuum tuum. Nemo enim nostrum prohibet te monumento nostro, vt sepelias ibi mortuum. Surgens autem Abraham adorauit plebem filiorũ Eth. Et vos Spiritumsanctum non permittitis adorari, vt ipsi Dei gratiæ remaneatis ingrati. Hæc ille. AVTHOR. Iuxta hanc historiam, qua adorauit Abraham populum gentilem, probat Augustinus Spiritumsanctum amplius adorãdum, quem ipsi Ariani, quia creaturam aiebant, adorandum negabant: sed homines gentiles adorauit Abraham, qui erant sine scrupulo creaturæ: quare nõ Spiritussanctus adoratur, qui potest creaturas etiam mortuas viuificare? Vnde patet Witcleuistas impiè agere contra Christum hominem, qui secũdum creatum esse adorandum eum improbant, vel orãdum: cùm Abraham vir iustus adorauit Etheos. Sed dixit librarius Lollardorum Purney, Abraham adorauit eos, id est, salutauit, inquit, nõ aduertens, quòd Iacob vir iustus adorauit pronus in terram septies Esau. Geñ. 33. Et ancillæ, & filij eius incuruati sunt, & vxores cum liberis similiter adorabant, non simpliciter salutabant. Et nunquid ideo adorandus est Spiritussanctus, quia Abraham salutauit Etheos? quæ rogo deductio, aut causa calumniæ Arianis, qui nollent Spiritum sanctum adorare, cùm Abraham Etheos voluerit salutare? quando Augustinus deduxit à maiori, si Abraham adorauit Etheos, magis adorandus est Spiritussanctus. Nunquid salutandus tantùm, sicut Ethei? Et in adoratione ipsa sunt gradus, ita vt non omnis adoratio sit diuina, & summa. Velut libro quæstionum super Geñ. quæst. 59. de præfata adoratione Abrahæ AVGVSTINVS. Exurgẽs, inquit, Abrahã adorauit populum terræ. Quæritur, quomodo scriptum sit, Dominum Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies, cùm Abrahã sic honorauerit quendam populum gentium, vt etiam adoraret. Sed etiam animaduertendũ est in eodem præcepto non dictum, Dominũ Deum solùm adorabis, sicut dictum est, Et illi soli seruies, quod est græcè *Latreueis*: talis enim seruitus non debetur nisi Deo, vnde damnantur idololatræ, id est, eiusmodi seruitutem exhibentes idolis, quæ debentur Deo. Hæc ille. AVTHOR. Sed redarguitur Guillelmus arguens ex præcepto omnem adorantem creaturam esse idololatram, quia scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, sed non scriptũ est, Dominum Deum solũ adorabis, sicut scriptum est, Et illi soli seruies, quod intelligitur seruire latria debita soli Deo, qualis seruitus est sacrificium, aut vota, prout ipse dicit, lib. 10. de

3 ciuitate Dei, cap. 1. AVGVSTINVS. Latria† græcè nuncupatur, & latinè interpretatur seruitus, sed ea, qua colimus Deum: vel quam illi, id est, Græci *Theobian*, nos verò nõ vno verbo exprimere, sed Dei cultũ possumus appellare. Hanc enim tãtùm Deo deberi dicimus, qui verus est Deus, facitq; suos cultores Deos. Hæc ille. AVTHOR. Hæc est adoratio creaturę negata, quæ est seruitus latrię, & expletur in multis, soli Deo, prout assumit eodem libro. cap. 8. AVGVST. Hinc nos seruitutẽ, quæ latria græcè dicitur, siue in quibuscunq; sacramẽtis, siue in nobisinetipsis debemus. Huius enim tẽplum simul omnes, & singuli templa sumus. Sequitur. Cùm ad illum sursum est altare cor nostrum, eius vnigenito sacerdote eum placamus, & cruentas velut victimas bestias cædimus, quando vsq; ad sanguinem pro eius veritate certamus: tum suauissimo adolemus incẽso, cùm in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus, & dona eius in nobis, nosque ipsos vouemus, & reddimus. Et beneficiorum eius solennitatibus, festis, & statutis diebus dicamus, sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subreperet obliuio. Et sacrificamus hostiam humilitatis, & laudis in ara cordis. Ad hunc videndum, sicut videri poterit, eique cohærendum ab omni cupiditatum malarum, & peccatorum labe mũdamur, & eius nomini consecramur. Hæc il-

4 le. AVTHOR. Mẽbratim† docet Augustinus genera seruitutum, quas soli Deo tanquã speciem latriæ deferre licebit. Primum est, cum offerimus sacrificium altaris, quando eius vnigenito sacerdote eum placamus, inquit: non dixit, quando figuramus corpus filij eius pistorio pane nostro. Secundò, quando sacrificamus ipsi carnem, & animam nostram in martyrio. Tertiò, quando flagrantis amoris alto incendio dona nostra, vel nosipsos ipsi vouemus, & reddimus. Quartò, quando solennitates eius, & dies festos, ne memoriam beneficiorum eius ingrata tollat obliuio, statuto temporum volumine celebramus. Quintò, cùm offerimus ei sacrificium spiritus humiliati: excellentiùs autem cæteris in sacramẽto pœnitentiæ. Sextò, quando eum videndũ, & cum eo manẽdum summo rapimur fruitionis amore. His seruitutum modulis solũ Deũ possumus adorare, & illi soli seruire. Si qui alij mo-

Latria.

Latriæ speciem.

alij modi ſunt, vel ad hos pertinent, vel ad hos reduci, vel ex ſimilibus animaduerti valebunt. Nulli enim per fruitionem adhęrere debemus niſi Deo. A nullo vllam indulgentiam veniā-q; petere peccatorum, niſi à Deo. Nulli ſolennitates ieiuniorum, aut dies feſtos dedicare, niſi Deo. Quia quando ſanctis in talibus obſequimur, non eis, ſed Deo, cuius ſunt beneficia, ꝓteſtamur. Nulli vota facimus, aut reddimus, vel rerum noſtrarum, vt prædiorum, aut etiā filiorum, ſicut Anna vouit puerum Samuelē, aut cùm vouemus noſipſos ad religionis actū, vel ad habitum per religionis ingreſſum, niſi ſoli Deo. Pro nullius iure tuendo, debemus vitas noſtras mādare ſupplicijs, niſi diuino. Nulli ſacrificare licet electum illud ſacrificium, niſi Deo, non angelis, non ſancto quantūcunq; excellenti, etiam nec aſſumpto ad Dei hypoſtaſim homini, prout in eodem lib. 10. de ciuitate Dei. cap. 20. AVGVST. Verus ille mediator, inquantùm formā ſerui accipiens, mediator effectus eſt Dei, & hominum, Deus & homo Chriſtus Ieſus, cùm in forma Dei ſacrificium cum patre ſumat, cū quo & vnus Deus eſt, tamē in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe, quàm ſumere: ne vel hac occaſione quiſquā exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe creaturæ. Per hoc & ſacerdos eſt: offerens ipſe & oblatio: cuius rei ſacramentum quotidianum eſſe voluit eccleſiæ ſacrificium: qui cùm ipſius corporis caput ſit, ſeipſum per ipſum dixit offerre. Hæc ille. AVTHOR. Ideò † teleta teletarum dicitur à Dionyſio, quia quanuis alia quædam ſacramenta, ſicut baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ, vel ordinis poterant in primitiua eccleſia ad Chriſtum referri, quia baptizabantur, & pœnitebant in nomine Ieſu: nunquam tamen ſacrificabatur nomini Ieſu, ſed ſimpliciter ſoli Deo. Attamen nunquam eſt ſacramentorum ſeruitus relaxata in aliquē vt dominum, niſi ſolum Deum, ideò dixit Ambroſius totam Trinitatem tunc ſignatam in nomine Ieſu. Vnde libro de Trinitate, & Spiritu ſancto grandæuus pater ATHANASIVS. Scriptum eſt enim in Actibus apoſtolorum de his, qui in Samaria crediderunt, & baptizati ſunt à Philippo. Tantùm baptizati erant in nomine domini Ieſu Chriſti. Petrus autem Iudæos alloquens, pœnitētiam, inquit, agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti. Et infrà. Non enim ſcriptū eſt, quòd baptizauerunt in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Sed nunquid ſunt præuaricati? Abſit. Nam licèt filij nomen tantummodò dicatur, habet tamen & patrem, & Spiritum ſanctum ſecum pronuntiatum. Hęc ille. AVTHOR. Ergo re ipſa in nomine Trinitatis baptizarunt. Sicut Auguſtinus iam dixit, ꝓ in quibuſcunq; ſacramentis latriam exhibemus, & tunc cum alijs prędictis erit ſpecies ſeptima. Octaua verò, quam addit, ſiue in nobis, qui omnes, & ſinguli ſumus templum eius, id eſt, quandocunq; per ſanctitatem vitæ, vel orationem facimus domino manſionem. Templum enim nulli facere poſſumus citra Deum etiam nec fabricæ materialis, vt habetur infrà. Ideò dixit Auguſtinus hoc eſſe latriam. Sic etiam in cantibus ille, qui in culmine humani voti eſt latriæ ſeruitus, in ſolennitatibus computatur quarta ſpecie latrię, qualis eſt hymnꝰ. Vnde libro. 1. de officijs, cap. 25. AMBROSIVS. Te decet hymnus Deus in Sion: hoc eſt, honeſtum eſt, vt te timeamus, te diligamꝰ, te rogemus, te honorificemus. Scriptum eſt enim. Omnia noſtra honeſta fiant: ſed poſſumus & hominem diligere, timere, rogare, & honorare. Hymnus † ſpecialiter Deo dicitur: hoc tanquam excellentius, cæteriſq; decorū. Hæc ille. AVTHOR. Hoc forſan ſpecialiter & excellenti modo omnes illi, qui ſanctis applicantur in officio quouis eccleſiæ, hymni non ſunt, quanuis abuſiuè dicuntur: cùm ſic hymnus eſt laus Dei excellens cum cantico. & hymni multi ſunt, qui non dicuntur. Reſtat item † exterior cultus quidem in ordinatione membrorum corporis in adorando Deum, in adoratione diuina, ſicut eſt, pronum facere caput, & altiores partes ad terram, quod fit ſimpliciter procidendo, vel genu flectendo depreſsè, ſicut Heſter. 3. Flectebant genu, & adorabant Aman, & ſolus Mardochæus non flectebat genu, nec adorabat Aman, quia in hoc ſigno geſtus corporei fatemur humilitatem omnimodam in cōparatione excellentiæ potioris, ſecundùm quartam adorandi ſpeciem. Cuius genus & ortum docere videtur, vt habet Thomas ſuper illud Lucæ. 22. Poſitis autē genibus orabat, &c. GREGORIVS. Humanus quidem vſus eſt pronos terræ ſupplicare maioribus, facto oſtendentes fortiores eſſe, qui rogantur. Palàm autem humanam naturam eſt nihil habere Deo condignū, & ideò honorifica ſigna, quæ inuicem exhibemus, fatentes nos humiliores eſſe reſpectu excellentiæ proximi, tranſumpſimus ad obſequia incōparabilis naturæ Dei. Vñ ille, qui noſtros portauit languores, ac pro nobis interceſsit per hominem, quem aſſumpſit, genu flexit orando, ſanciens non eſſe ſuperbiendum orationis tempore: ſed per omnia humiliatis conformādum, quia

5 *Euchariſtia eſt teleta ſū ma.*

6 Hymnus.

7 Adorā proprie ta.

dum, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hæc ille. AVTHOR. Bene docet nos pater Gregorius, q̃ pronos nos facere supplicãtes humanus vsus est, & talia honorifica signa, quæ inuicẽ exhibemus, ad obsequia incomparabilis naturæ transumimus. Signa, inquã, quibus excellentissimos adoramus. Sunt & alia signa leuiora congrua salutãdis, velut ipsa verba salutationis, & pacis, aut oscula, vel amplexus: prout apostolus Paulus, Salutate vos inuicem in osculo sancto. Aut si multùm additur, cùm quis submisso capite salutetur. Vñ in epistola ad Proculianum AVGVST. Non de auro, non de fundis, nõ de pecoribus, pro quibus rebus quotidie submisso capite salutamur, vt dissensiones hominũ terminemus, sed de ipso capite nostro tã turpis inter nos & pernicioſa dissensio est. Quantũlibet capita submittãt, qui nos salutant, vt eos concordes in terra faciamus, de cælo vsq; ad crucem submissum est caput nostrum, in quo concordes non sumus. Hæc ille. AVTHOR. Modicùm ergo aduertebat scripturas, qui adorationẽ, salutationem exposuit, quas ex ipsis extrinsecis valde potuit scire esse distinctas, quantùm scilicet submittens paulùm caput, ab eo distat, qui pronus procidens adora

8 uit. Sic † enim antiquorum more adorauit Da
Adoratio uid Ionathan, cadẽs pronus in terram. primi
sœcorum. Regũ. 20. Sic Abigail procidit in faciem suam coram Dauid, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius. 1. Regum. 25. Sic Booz audita gratia Ruth, cadens in faciem suam, adorauit super terram. Ruth. 2. Hunc item adorationis modulum, tanquam quo non habuerimus potiorem, mente tñ vltra omnem hunc modũ humillima referimus nos ad Deum. Qualiter computato cultu mentis creaturã adorare nõ licet. Et hoc de nõ adõrandis angelis sancti patres scribunt. vt lib. de vera religione, versus finem AVGVSTINVS. Honoramus eos, inquit, charitate, nõ seruitute: nec eis templa cõstituimus. Nolunt enim sic se honorari à nobis: quia nosipsos cùm boni sumus, templum summi Dei esse nouerũt. Rectè itaq; scribitur, hominem ab angelo prohibitum, ne se adoraret, sed vnũ Deum, sub quo ei esset & ille conseruus. Qui autem nos inuitant, vt sibi seruiamus, & tanquã Deos colamus, similes sunt superbis hominibus, qui, si liceat, similiter coli velint. Sed istos perpeti minùs, illos verò colere, magis periculosum est. Hæc ille. AVTH. Manifestat Augustinus, quam vetuit fieri creaturæ speciem adorandi, dicens, Et tanq̃ Deos colamus, qualiter homo ille voluit angelum adorare, quia videbatur ipsi, quasi poterat Deus esse, ꝓput dicit Augustinus in quæstionib. super Genẽ. & assumit li. 3. super ca. 23. Genẽ. RABANVS. Nec moueat, q̃ alio loco in quadã scriptura ꝓhibet angelus, vt pro Deo posset adorari, & ideò fuerat corrigendus adorator. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo prohibitum esset etiam in nouo testamento angelos adorare, si tñ cultus moderamen haberet, qualis sine prę iudicio creatoris posset incũbere creaturæ, ꝓput sanctus Iosue certus iam factus de illo, quẽ putabat hominem euaginatum tenentem gladium, q̃ esset angelus princeps exercitus dñi, cecidit pronus in terrã, & adorãs ait, Quid dñs meus loquitur ad seruum suum? Iosue. 5. Adorauit, non quem vidit virũ, sed quem angelum intellexit: etiã nõ angelũ simplicẽ, sed exercitus domini principem secundùm seipsum: nõ figuraliter solùm Deum. *Apocal. 9.*

¶Quòd angeli, & sancti beati, & etiam nondum beati possunt in se licitè adorari, sed cultu duliæ citra Deum.

CAP. CXVIII.

SVMMA.

1 *Angelos quomodo colebant fideles populi Dei more priores Christiani deuoti.*
2 *Sancti, q̃ non sint qualitercunq; salutãdi, sed honorandi, & magnificè uenerandi, imò congruẽtiùs adorandi.*
3 *Adorare sanctos, quanuis hominum meritis, & humilitati ascribatur, qũo discretè tñ agendũ sit.*
4 *Reuereri, Honorare, Laudare, Glorificare, Adorare, quomodo differant.*
5 *Gloria, Glorificare, quid.*
6 *Honoranda q̃ non sint omnia à Deo facta, Deus tamen in omnibus honorandus.*
7 *Sanctorum honorandorum ordo describitur.*

1 SEcundùm † hũc morem fidelis populi Dei priores Christiani deuoti colebant angelos, eis frequentiùs occurrentes: ideò tantò mendaciùs decolorauit eos hostis Christi Porphyrius in sua Ectheſi sub nomine dæmo- *Porphyri.*
niũ, quo nõ contra cõsiliũ Hebrẽorũ, sed iuxta talẽ cultũ angelis exhibebãt, prout scribit lib. 19. de ciuitate Dei. ca. 24. AVGVS. Quis huic dixit, vel inspirauit, nisi diabolicus spiritus tã vanũ apertumq́; mẽdaciũ, q̃ dæmones ab Hebræis coli ꝓhibitos reuereantur potiùs, quàm

Digitized by Google

oderint Chriſtiani? Sed Deus ille, quem colue rũt ſapientes Hebræorũ, etiam cæleſtibus ſan ctis angelis, & virtutib⁹ Dei, quos beatiſsimos tanq̃ ciues in hac noſtra peregrinatione mortali veneramur, & amamus, ſacrificari vetat in tonãs in lege ſua, quam dedit populo, & valde minaciter dicẽs, Sacrificans Dijs, eradicabitur. Hæc ille. AVTHOR. Quid aliud, quid diuerſum ab ipſo Porphyrio mẽtiuntur noſtri Wit cleuiſtę, exprobrãdo fidelibus, ꝙ cõtra legem Dei veterẽ, adorẽt angelos, lege dicẽte, Dominũ Deũ tuũ adorabis, &c? Quib⁹ vtriſq; reſpõdet Auguſtinus, ꝙ angelos tanq̃ beatiſsimos cæli ciues, nos in hac peregrinatione veneramur, & amamus, fatetur, nec Dei lex hoc ꝓhibet, ſed magis laudat. Quod aũt lex vetat, eſt, ne ad tm̃ adorantes venerationis debitũ excedamus, vt cultũ ſoli Deo congruũ, extẽdamus in angelos, putà, ꝙ quis eis ſacrificet ſicut dijs. Hoc em̃ Deus ꝓhibet Hebræis, dicẽs, Sacrificans dijs, eradicabitur. Ex qua tñ calumniatrice ſcriptura Porphyrij ſciri poteſt, ꝙ fuerit frequẽs illo tẽpore mos Chriſtianis, attollendo cultu angelos venerari: nec tñ eis ſolùm, ſed & cultoribus legis antiquæ hoc licitũ videbatur, & iuſtũ. Ideò Rabbi Moyſes dixit facta duo Cherubim in ſanctuario ad deſtruendã idololatriã: quia credulitas angelorũ, inquit, eſt ſecũda poſt credulitatẽ creatoris. De præceptis decimæ partis, libro ducis dubiorũ. Et approbat Auguſtin⁹, rationẽ aſsignãs, quia cæleſtes ſancti ſunt, & virtutes Dei, ciues itẽ beatiſsimi. Et hæc ratio tãgeret omnes ſanctos. Quã itẽ ſcripturis cõfirmãs euãgelicis. 3. ſententiarũ. ca. 7. proſequitur DAMASCENVS. Honorandũ ſanctos, vt amicos Chriſti, & hæredes, & filios Dei, vt ait Theologus Ioannes Euangeliſta. Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c. Quare nõ adhuc ſerui, ſed filij, ſi autem filij, & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes aũt Chriſti. Et infrà. Qualiter ergo nõ honorãdi ſunt, qui amici, & miniſtri filij Dei exiſtũt? Honor enim, qui ad deuotos conſeruos refertur, demonſtrationẽ habet bonæ voluntatis, quæ eſt ad cõmunem dominatorẽ. Hi enim promptuarij Dei pura cœnacula facta ſunt. Inhabitabo em̃ in eis, ait Deus, & inambulabo, & illorum Deus ero. AVTH. Honorandos ecce ſanctos Dei probat tanquã Dei filios, cæli ciues, & promptuarij eius pura cœnacula. Non† igitur qualitercunq; ſalutandi, vt Witcleuiſtæ volunt, ſed honorãdi, & magnificè venerandi. Imò congruentiùs, adorandi: quia honor, ait Damaſcenus, qui ad deuotos ſeruos refertur, demonſtrationem facit bonæ voluntatis in dominum. Et dominus in Euangelio. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Qui recipit amicum Dei vt amicum, filium Dei vt filium, conſiliarium eius, non ſimpliciter vt aliquem, ſed vt conſiliarium Dei, hic à Deo peculiarem mercedẽ accipiet. Qualiter ſine ſpecie præſumendi ſanctus Patriarcha noſter Eliſeus iam recenter accepto ſpiritu Eliæ, filios prophetarum occurrentes ei ad aquas Iordanis ſe adorare permiſit, pronos in terrã. 4. Regum. 2. Hoc, more religioſorum filiorum patribus facientes, non leui quodam honore vtẽtes, ſalutando, ſed egregiè venerando. Qualiter notanter dixit ſuperiùs Auguſtinus, Abrahã ſic honorauit populũ Etheorum, vt etiam adoraret. Et Cornelius Centurio obuiam veniens ſancto Petro, & procidens ad pedes ei⁹, adorauit eum. Actuum. 10. Qui quanuis exceſsit in adorationis ſigno, non tamen pœnaliter deliquit in facto. Vnde non dixit ei Petrus, quod in Apocalyp. ait angelus: Vide ne feceris, ſed animo compeſcens, Surge, inquit, & ego ipſe homo ſum. Vbi in expoſitione Actuum BEDA. Geſtu corporis præmonſtrat Cornelius, quid intus in corde deuotionis habuerit. Obuiam enim ſuo authori venit auditor, qui mundo pectore, & intenta ſedulus aure, atq; inhianti deſiderio verbum Dei ſuſcipit. Nam qui tardè ad credendum pertrahitur, quaſi à Doctore iacens erigitur, ſed qui de ſuæ vitæ maculis erubeſcens, procidendo in faciem, humilitatis pariter, & pudoris indicia præfert, iure à ſuo præceptore meretur erigi. Hæc ille. AVTHOR. Nihil ergo inordinatè Cornelius mente peccauit, ſed quod intus cordis deuotione habuerit, exteriori ſigno humilitatis oſtẽdit. Quę humilitas in corde recta, ſed in exterioti ſigno à circunſtantibus potuit nimia iudicari, & Dei forſan adorationi vicina. Sic iudicat ipſe ſanctus pater GREGORIVS. 21. Moralium. Aduerſatus ei, quia procidit ad pedes Petri, quod ſoli Deo, non homini facere licuiſſet, ſed ſuſpectam mentem (vt puto) habebat viri Romani, qui ſic ſolebat leuiter coram illis idolis immolare. Nam & coram excellentis gratiæ viris humilitatis cauſa, quoſq̃ procidere, non erat olim extraneum Chriſtianis. Hoc enim in laudem ſanctæ Paulæ eximiam in Epitaphio eius ſcribit ſanctus pater HIERONY. Poſt Maleas, & Cæraunia, ſparſaſq̃ per æquora Cycladas, & crebris freta conſita terris, poſt Rhodon, & Lyciam tandem vidit Cyprum, vbi ſancti Epiphanij pedibus prouoluta,

luta, decem ab eo diebus retenta eſt, non in refectionē, vt ille arbitrabatur, ſed in opus Dei, quod rebus probatum eſt. AVTHOR. Et bene infrà, verſus medium libri, vbi eam veniſſe in Nitriam dixit HIERO. Occurrēte ſibi ſancto, & venerabili Iſidoro Epiſcopo, & Confeſſore, & turbis innumerabilibus monachorū, è quibus multos ſacerdotalis & leuiticus ſublimabat gradus, lætabatur quidem ad gloriam Chriſti, ſed ſe indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macharios, Arſenios, Serapionas, & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorū nō pedibus aduoluta eſt? Per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videre credebat, & quicquid in illos contulerat, contuliſſe ſe in Deum lætabatur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce quàm leuiter ſanctorum epiſcoporum, & monachorū beata fœmina legitur pedibus prouoluta: quid aliud, quàm viros eminentes adorans? Chriſtū ſe putans videre per ſingulos, & ſic cuiq; honorem proprium donans humanū, vt nulli ſupra modū dederit quid diuinum. Beatus autē pater Chryſoſtomus hortatur deuotū quenq; fidelem hac humilitate proſterni coram ſanctis, Mor. 14. ſuper epiſtolam. 1. ad Timotheū CHRYSOSTO. Vade, inquit, ad eos exteros, ſuſcipe, accede, tange pedes ſanctorū: multò enim honorabilius eſt illorum tangere pedes, quàm aliorum caput. Sequitur. A pedib⁹ enim ſanctorum magna valuerunt, quia & puniunt, cùm puluerem pedū excuſſerint. Hæc
3 ille. AVTHOR. Hoc† ad cautelam licet inter cætera dicere, q̄is ſanctos adorare, hominū meritis, & humilitati aſcribitur, diſcretè tamen agendū eſt, ne per humilitatem nimiam, aut aliud ſubrepens vitium, diuinus honor homini deferatur. Attēdendumq́; velim, quod libro. 10. de ciuitate Dei, cap. 4. ait AVGVST. Multa quippe de cultu diuino vſurpata ſunt, quæ hominibus deferuntur, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: ita tamē, vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & venerādi. Si aūt multùm eis additur, & adorandi. Quis verò ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quem Deum aut ſciuit, aut putauit, aut finxit? Hæc ille. AVTHOR. Quòd aliqua de diuinis honoribus vſurpata deferātur hominibus, impiū iudicat, q̄is non niſi vt homines haberentur, hoc fiat. Quòd autem propter excellentias bonorum Dei, dicantur quidam colendi, aut venerādi, aut vbi multùm additur, adorandi, quis abnegat? Nam Dauid inclinauit pronus in terrā, & adorauit Saul. primi Reg. 24. Nec hoc feciſſe credēdus eſt vir iuſtus, aut humilitate nimia, aut adulatione peſtifera ei, qui omni perſecutionis rabie animā ſuam quæſiuit: ſed Dei donum eximiæ vnctionis in eo perpendit: ideò quanuis ſpretum à Deo, durante tamen munere regio, adorauit. Nabal verò ſalutauit, vt inter adorationem, & ſalutationem aliquid intereſſet. Et valde notādus eſt ordo ſpecierum humani huius honoris, & demum q̄ pro ſummo honore, ſi multū additur, inquit, adorandi, præſupponens colere, & venerari pro minoribus. Et ex hoc colorem habere videtur dictum Walſingham, & Henrici: q̄ iſta quinq;, reuereri, honorare, laudare, glorificare, adorare, ſe habent per ordinē, & poſterius ſemper addit aliquid ſuper prius.
4 Reuereri,† eſt aia reputare magna bona, quæ quis videt, aut exiſtimat eſſe in alio, paruipendendo in eorum comparatione boña, quæ cōſiderat in ſeipſo. Honorare, eſt reuerētiam exiſtentem intus in anima, opere exteriùs indicare. Hinc eſt, q̄ honor dicitur eſſe exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis eius, quē reueretur. Laudare, eſt honoratū pro bonis, quæ
5 in ipſo ſunt, alijs cōmendare. Glorificare† autem, eſt laudes honorati largè latèq́; præconizare, propter quod dicitur eſſe Gloria, frequēs fama cum laude. Adorare autē eſt in id, quod eſt reuerendum, laudandum, honorandū, glorificandū, propter eminētiam eius ſanctitatis, ac virtutis totam ſpem, ac fiduciam ſubijciendo, ſe illi proijcere. Propter quod Adoratio dicitur cultus ſcilicet propter diligentem intentionem erga id, quod adoratur. Illud enim ſoli dicitur, cui quis ſtudioſè intendit operam ſuā illi exhibēdo. Sic gradatim creſcit affectio cultus de reuerentia, quam Auguſtinus ab honore exorditur vſq; ad culmen adorationis: ita vt minorem cultum extendat affectus mētis, reuerendo, quàm honorando: minorem item honorificando, quàm glorificando, ſicut minor eſt reuerentiæ cultus, quàm honoris, aut gloriæ. Sicut Auguſtinus ait ſuperiùs, q̄ Abraham ſic honorauit Etheos, vt etiam adoraret. Multò magis eſt adorare, quàm honorare: ſed ideò creuit honor. Vnde libro contra ſermonem Arianorum AVGVSTINVS. Filius, inquiunt, honorat, & adorat patrem: Spiritusſanctus honorat, & adorat filium. Propter formā ſerui dicuntur iſta de filio. Quod enim ſubijciunt, vnde hoc probare conantur, quia videlicet ſcriptum eſt, Pater ego te honorificaui ſuper terrā: & de Spiritu, Ille me honorificabit, quia de meo accipiet, & annūtiabit vobis: ad rem, de qua agitur, nō pertinet. Honorat em̄, qui adorat, non autem adorat omnis, qui ho-

Reuereri. *Honorare.* *Laudare.* *Glorificare* *Gloria.* *Adorare.*

Digitized by Google

norat: nam & fratres, ſecundùm Apoſtolum, inuicem ſe honore præueniunt, nec tamen inuicem adorant. Alioquin, ſi honorificare, hoc eſt, adorare, dicant, ſi placet, quòd filium adorat & pater, & hoc iubēte filio, qui ei dixit, honorifica me. Hæc ille. AVTHOR. Deceptos videmus hæreticos in ambiguitate adorationis, & honorationis, & quia nihil plùs putabant adorare, quàm honorare: ſed bene probat Auguſtinus plùs eſſe: quia omnis adorans honorat, non econtrariò: quia honorem neceſſe eſt creſcere, vt aliquis adoretur. Inde pr⁹ ait, q̄ quidam homines dicuntur colendi, & tunc reuerendi, & ſi iuſtum eſt, additur adorādi. Intēditur gradatim, & creſcit affectus, ſicut etiam creſcit ratio honorabilis in re culta. Sed hoc in colendo hominem, non autem Deum: vbi quicquid debitè fit, ex tota ſimpliciter fit mente colentis: quia reuerendo Deo nihil accreſcat honoris: alioquin fuit olim ſub nō gradu honorabilis. Prout ſubtiliter deducit cōtra Potentinum Arianum, lib. 5. de Trinitate, reſponſione. 3. grandæuus præſul ATHANASIVS. Adhuc adiecit iniquitas eorum, dicendo, antequàm generaret, nō erat pater, ſed erat omnipotens Deus. Proh nefas, hæc vos tam temerè de Deo ſentire! Ergo ſine dubio (vt dicis) ſi omnipotenti Deo de recenti honor patris acceſsit, priùs imperfect⁹ fuiſſe detegitur. Et ſi omnipotēti Deo tanq̄ homini egenti per ordinem dignitas creuit, priùs iam omnipotens nō fuiſſe cognoſcitur, quia cui honor accedit, dum vſq; ad ſummum gradum peruenerit, melior incipit eſſe in nouiſsimo, quàm fuit in principio: dum de humilitate vſq; ad ſummum faſtigij culmen aſcendit. Hæc ille. AVTHOR. Honorem obiectiuè rationem dixit honorandi: quæ cui accedit vſq; ad ſummum vt melior ita fiat in fine, vilem &, inhonoratū fuiſſe probat in principio. Igitur quantūcunq; ſpecies honorandi Deum ſint definitione diuerſæ, omnium tamen cultus bene par eſt. Ex tota mente laudatur, ſicut ex toto animo adoratur. Nec minus eſt honorat⁹, quàm adoratus, quia vtriuſq; cultus ratio eſt immenſa. Omnino autem alicui eſt in creatura. Hîc autem ad punctum interrogat Witcleuiſta, quæ poterit eſſe ratio adorandi creaturam? Non enim propter ſe creaturam, quia tunc omnis creatura eſſet adorabilis: ſi propter creatorē, quia in ea gratia & magnificentia conditoris relucet, adhuc nodulus ſtraminis eſſet colendus latria, quia in eo relucet eximiè gratia, & omnipotentia conditoris. Interrogo ego rurſus, Quid quæris ordinem huius facti, vbi tota ratio faciendi eſt voluntas facientis? Nunquid (ait Apoſtolus ad Romanos) poteſtatē habet figulus ex eadem maſſa luti aliud quidem vas in honorem facere, aliud verò vas in contumeliam? Non ergo omne vas honorandum eſt, vbi quædā fiunt in contumeliam placito conditoris. Et ſubdit ibi, q̄ volens Deus oſtendere iram, ſuſtinuit vaſa iræ apta ad interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericor
6 diæ. Non ergo omnia ergo à Deo facta ſunt honoranda, quanuis Deus honorādus in omnibus. Sed ſunt ſicut vaſa iræ, & vaſa miſericordiæ, hæc in contumeliam, hæc in honorem. Item quædam ad maiorem honorem, quædam ad maximum, ſecundùm quòd oſtendit Deus diuitias gloriæ ſuæ plùs & minùs in vaſa miſericordiæ. Non ſecundùm cōmunes merces ſuæ potentiæ, quæ curſim reperiuntur in ſingulis, ſed ſecundùm diuitias gloriæ eius, quas peculiariter largitur ſuis præcipuis, hunc aſſumens in hanc gloriam ſuā, illum in hanc, vt in Mardochæum dictū eſt. Sic honorabitur, quomodo rex vult honorare, acceptis inſignijs regij honoris, priùs equo de cella regia, diademate ſuper caput, & principe præcedente prēcone. In quamlibet ergo creaturam Deus has diuitias gloriæ elargitur, ipſa præcipuo cultu inter omnes homines neceſſariò veneratur. Vñ lib. 3. ſententiarum, ca. 7. DAMASCENVS. Vita enim Deus eſt, & lux, & qui in manu Dei ſunt, in vita, & luce ſunt. Quoniam aūt per intellectū, & corporibus corū inhabitauit De⁹, ait Apoſtolus, Neſcitis quoniā corpora veſtra tēplū inhabitātis in vobis Spiritus ſancti ſunt? Dominus aūt ſpirit⁹ eſt, & ſi quis templū Dei corrūpit, corrūpet hunc Deus. Qualiter igitur non ſunt honoranda animata templa Dei, & animata Dei tabernacula? Iſti viuentes in veritate cum multa pœnitentia Deo aſsiſtunt, fontes nobis ſalutares. Hæc ille. AVTH. Argumēto iſto vtitur, quia Deus honorat ſanctos, faciēdo eos tēpla ſibi præcipua, & ſuę habitationis tabernacula animata: & fontes nobis ſalutares aſsiſtentes, ſemper Deo præſentes, quis audet eos nō honorādos dicere? Et infrà. Subdit eos
7 nominatim DAMASCENVS. Dei genitricem, vt verè & principaliter Dei matrē honoremus, Prophetā Ioannem, vt prēcurſorem, & Baptiſtam, & apoſtolū, & martyrē: quo neq; in natis mulierum maior eſt erectus, vt dominus dicit: & regis prim⁹ præco factus eſt. Apoſtolos, vt fratres domini, & inſpectores, & miniſtros paſsionum, quos præcudens prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui Deus & pater. Primū apoſtolos. Secundò prophetas. Tertiò pa-

Honor... non ſu... mnia à... facta, ... tamen ... mnibus ... norand...

Sanctorum honorabilitas ... Mariæ, ... nes hæc ... Apoſtoli.

Digitized by Google

ir tyres. tiò paſtores, & doctores, & martyres domini ex omni ordine electos, ſicut milites Chriſti, & qui eundem biberũt calicem: & viuificè huius mortis baptizati baptiſmate: ſicut commilitones paſsionũ eius, & gloriæ. Quorũ agminis princeps eſt protodiaconus Chriſti, & apoſtolus, & protomartyr Stephanus. Et ſanctos patres noſtros deiferos confeſſores, qui prolixiùs & laborioſiùs martyrum conſcientiæ, vt Athletæ certauerunt, & circuierũt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, deficientes, tribulati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in mõtibus, in ſpeluncis, & in cauernis terræ: quibus dignus non erat mundus. Prophetas, qui ante gratiam, Patriarchas iuſtos, qui prænuntiauerunt Dei præſentiam. Horum omnium reſpicientes conuerſationem, zelemur ſpem, fidẽ, & charitatem: zelemur vitam, patientiam, paſſionum conſtantiam vſq; ad ſanguinẽ, vt eiuſdem gloriæ cũ ipſis participes efficiamur. Hęc ille. AVTHOR. Hac igitur ratione multiplici ſunt ſancti à viatoribus honorãdi, quia ſcilicet Deus per gratiam ſuam eos ſibi cum honore in facultatem alicuius ſui operis excellentis elegit. Idcirco ſunt ab hominibus honorandi, ſicut beatam virginem elegit in matrem, Ioannem in Baptiſtã, apoſtolos in amicos, Stephanum & martyres omnes in milites, Religioſos confeſſores in conuerſationis ſuæ teſtes, & comites. Omnes quidem opus Dei fecerunt, & in eius opus electum aſſumpti ſunt, & dixit ſapiens, ꝙ omne opus electum iuſtificabitur, & qui operabitur illud, honorabitur in illo. Eccleſiaſtici. 15. Et dominus in euãgelio. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. Omnes ergo hi operarij honorandi, & parcè, volente domino, ꝙ qui ſuper pauca fuerit fidelis, ſuper multa conſtituatur: & de amicis Dei prędictis canit Pſal. Mihi autẽm nimis honorificati ſunt amici tui Deus, id eſt, excellenter valde. Vnde & imagines eorum adorãdas probat in ſubſequenti cap. Damaſcenus. Quantùm magis honore, tantò digni ſunt ſancti per ſe, ſi imagines, & reliquię ſanctorum ſic honorantur in ſuis principijs.

phanus.

¶ Quòd creaturæ in Deo adorãtur cultu diuino, ſicut humanitas Chriſti, imago eius, crux, & reliquiæ.

CAP. CXIX.

SVMMA.

1 *Adorandi duplex ratio.*
2 *Ioſeph ſomnia, quomodo in Chriſto conſummata.*
3 *Eſau quomodo adoratus à Iacob.*
4 *Chriſti humanitas adoranda.*

1 VNde † de cętero totus iſte ſenſus adorãdi creaturas, ad hęc duo colligitur: quia vel ſeparatim venerantur per ſe, vel in ſuo prototypo exemplari. Creaturæ per ſe nunquã coluntur honore diuino: quæ autem pertinent creatori, indiſtinctè à cultoribꝰ intellecto cultu Dei proprio venerantur. Velut ſancta Chriſti humanitas, crux, ſanguis, & reliquię, imò & figuræ deitatis aut humanitatis eius occultę: ſicut tres angelos Abraham in conualle Mambre, & duos Loth in Sodomis, in figura ſummæ Trinitatis, adorauerunt. Vnde lib. 2. contra Maximinum poſt collationem, verſus finem diſputat AVGVST. Venerunt duo angeli ad veſperam in Sodomam, quid ſi in illis duobus angelis vnus dominus inuenitur, qui ſecundùm verbum ſuum in ipſis angelis deſcẽdit in Sodomam? Nonne manifeſtum erat in tribus vnum dominum viſum fuiſſe, quid aliud quàm ipſa Trinitas figurata eſt? Sed videamus, vtrum nobis ſancta ſcriptura demonſtret etiam in illis angelis duobus, vt dixi, vnũ dominum inuentũ, ne fortè hoc ex corde noſtro affirmaſſe videamur. Venerunt in Sodomam duo angeli ad veſperam. Loth verò ſedebat, vt ſcriptum eſt, iuxta portam Sodomorũ: videns verò Loth, ſurrexit obuiam illis, & adorauit in faciem ſuper terram. Vides hîc nempe à iuſto viro angelos adoratos, & tamen nõ vis adorari Spiritum ſanctum, quem vos quoq; omnibus angelis ſine ambiguitate præponitis: ſed dicturus es, homines eſſe credebat. Nam & in hoſpitium tanquã homines inuitauit. Hoc magis eſt contra te, qui dicis, non adorari Spiritum ſanctum omnibus angelis præferendum, cùm videas & homines inferiores angelis à iuſtis hominibus adorari. Sed adhuc dicturus es, dominum adorauit. Etiam quippe in duobus illis, quos putabat eſſe homines, tanq; in prophetis eſſe cognouit. Iam ergo probatum eſt, quòd me per ſcripturam ſanctam demonſtraturum eſſe promiſeram, eundem dominum, qui dictus fuerat abiiſſe, vt ceſſauit loqui ad Abraham, in illis duobus angelis deſcẽdiſſe in Sodomã, ſicut dixerat, & in eis ab homine iuſto cognitum fuiſſe. Hæc ille. AVTH.

Adorãdi duplex ratio.

Digitized by Google

Planiſsimè vincuntur his verbis negãtes creaturas adorari aliqualiter, cùm angelos, ſcriptura teſte, Loth adorauit in faciem ſuã ſuper terram: dicẽte autem aduerſario Maximino, vel aliquo Witcleuiſta, quòd homines eſſe putabat, non hoc corrigit Auguſtinus, ſed magis obſeruat: ergo mente homines adorabat, addens eum virum iuſtum, quantò magis cõtra te eſt, inquit, qui Spiritumſanctum dicis non adorandum, cùm homines inferiores angelis à iuſtis hominibus Abraham & Loth videas adorari? Si angelos dixit adoraſſe, ſimiliter Spiritumſanctũ arguit adorandum, qui ſecundùm vtroſque angelis omnibus præeminet. Nuſquam corrigit dicentem angelos adorari, vel homines, nec adorationis depauperat formam, vt ſalutatio parua putetur, ſed adoratio nis ſenſum verum in ſuo analogo retinens, ad Spiritumſanctũ refert, ſi angelos, & homines iuſti homines adorarent. Addunt item dominum in angelis, vel hominibus figuraliter adoratum. Et approbat Auguſtinus, concludens probatum eſſe, quod promiſit, dominũ Deum adorãdum, quem in eis eſſe cognouit.

2 Sic † Ioſeph ſomnium verum erat, quòd fratrũ manipuli adorauerunt ſuum, & ſol & luna cũ ſtellis vndecim adorauerunt ſeipſum: quia tũc figuraliter adorabant in humanitate ſua, quã de Iacob aſſumpſit, & Ioſeph figurauit Chriſtum Ieſum. Vnde libro de Ioſeph patriarcha AMBROSIVS. Deniq; in puero adhuc refulſit diuina gratia, ſiquidẽ ſomniauit, quòd cùm alligaſſet (vt ipſi videbatur per viſum) manipulos cum fratribus ſuis, ſurrexit manipul⁹ ſuus, & ſtetit erectus: conuerſi autem fratrum manipuli, adorauerunt manipulum ſuum. In quo vtiq; domini Ieſu futura reſurrectio reuelata eſt: quem in Hieroſolymis cùm vidiſſent vndecim adorantes diſcipuli, & omnes ſancti cùm ſurrexerint, adorabunt, fructus bonorũ operum præferentes, ſicut ſcriptum eſt, Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Sequitur. Vidit autem aliud ſomnium, & narrauit illud patri ſuo, & fratribus ſuis, eo, quòd ſol, & luna, & vndecim ſtellæ adorarent eum. Vnde obiurgauit eũ pater ſuus, dicẽs, Quid ergo hoc viſum erit, quod ſomniaſti? Nunquid venientes ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Quis eſt ille, quem parentes, & fratres adorauerunt ſuper terram, niſi Chriſtus, quando cũ Ioſeph, & Maria cum diſcipulis adorabant Deum verum in illo corpore confitentes? De quo ſolo dictum eſt, Laudate eum ſol & luna, laudate eum ſtellæ, & lumen. Hæc ille. AVTHOR. Huc accedat noſter Witcleuiſta Guilielmus, qui dicit ideò non adorandum Chriſtum ſecundùm ſuam humanitatem, quia nec orandum, vt ex hoc intelligat, non ſolùm humanitatem noſtri Saluatoris non adorandam in ſe propter diuinitatis cõſortium, ſed nec in figura. Contra quẽ ſunt, quæ iam adduximus. Figuram Trinitatis geſſerunt angeli, & ideò ſine culpa Abraham, & Loth diuina eos adoratione colebant. Figuram Chriſti incarnati geſſit Ioſeph, ideò adorauerunt eum ſicut Chriſtum pater ſuus, & mater ſua, & fratres vndecim. Sic ait Ambroſius, Quis eſt ille, quem parentes, & fratres adorauerunt ſuper terram, niſi Chriſtus, quando Ioſeph, & Maria cum diſcipulis adorabãt Deum verum in illo corpore confitentes tanquam Deum? Igitur adorabant, & adoratione diuina: nec hoc illi fecerũt tanquam homini, quanuis, ſicut ſuprà dictum eſt, homo, qui ſanctus eſt, poterit adorari, ſed tanquam figura Dei: qualiter etiam homo ma-

3 lus adorari debet, & valet, vt † Iacob adorauit Eſau ſuper terram. Vnde in epiſtola ad Vercellenſes, verſus finem AMBROSIVS. Quoniam ob pietatem, non propter improbitatem exulabat à parẽtibus, loquebatur cũ Deo, augebatur cenſu, liberis, gratia. Neque iſtis elatus, cùm fratri occurreret, ſed humiliatus adorauit: non vtiq; illum immitem, illum furibundum, illum degenerem: ſed eum, quem in fratre conſiderabat. Ideoq; adorauit ſepties, numero ſcilicet remiſsionis, quia non hominem adorabat, ſed eum, quem in carnem hominis eſſe venturum præuidebat ſpiritu, vt tolleret peccata mundi. Hæc ille. AVTHOR. Sic Ioſue virum euaginatũ tenẽtem gladium in Chriſti adorauit figura hominem, & non hominem, ſed pluſquàm hominem. Hominẽ propter Manichæũ, pluſquàm hominẽ, quia Deum propter Deũ: vt dixit AVGVST. lib. contra quinq; hęreſes. Et item angeli adoraueruũt non ſolùm Deũ, ſed humanitatis myſteria ꝓpter Deũ. lib. 8. de fide AMBRO. Adoraue runt angeli, de quibus ſcriptũ eſt. Et adoraueruũt eum omnes angeli eius. Adorãt † aũt non ſolùm diuinitatẽ eius, ſed etiã ſcabellũ pedum eius. Sicut ſcriptũ eſt. Et adorate ſcabellum pedũ eius, quoniã ſanctus eſt. Aut ſi negãt, quia in Chriſto etiã incarnationis adorãda myſteria ſint, in quib⁹ velut veſtigia quædã diuinitatis expreſſa ſunt, & vias quaſdã verbi cæleſtis aduertimus: legãt, ꝙ apoſtoli adorabãt eum in carnis gloria reſurgentẽ. Hęc ille. AVTHOR. Hoc eſt, quod iam ante dixit, ꝙ vndecim fratres Ioſeph adorabant manipulum eius erectum,

Ioſeph ſomnia ĩ Chriſto conſummata.

Eſau quo modo adoratus à Iacob

Chriſtus non adorãdus

ctum,quia vndecim apoſtoli Chriſtum adora bant in carnis gloria reſurgentem.Non igitur ſolam diuinitatem Chriſti,ſed & ſcabellum pe dum eius,incarnationis ſcilicet, & humanatio nis Chriſti adoranda myſteria, quibus diuinitatis eius ſunt expreſſa veſtigia.Sic item expo nit eundem verſiculum Pſalmi beatus Auguſtinus:prout lib. 1.deſcripſimus : & proſequitur eum ſuper eundem verſum in expoſitione libri Pſalm. CASSIODORVS. Quoniã beatus Auguſtinus diligẽtiſsimus exquiſitor, corpus Domini, quod de Maria virgine ſumpſit, ſcabellum diuinitatis eius aſſeruit debere ſentiri propter naturam humanitatis, quã eſt dignatus aſſumere. Illi enim virtuti eſſe ſubiectum atq; vnitum, omnibus creaturis conſtat eſſe excellentius : ſicut dicit apoſtolus. Quod infirmum eſt Dei,fortius eſt hominibus.Et alibi de eodem mediatore Dei & hominum homine Chriſto Ieſu , apoſtolus dixit. Propter quod Deus exaltauit illum,& dedit ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen,vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cæleſtium, terreſtriũ, & infernorum.Nunc dicẽdum nobis eſt,quid in iſto ſcilicet verſu pedes eius ſignare videantur, & ſtabilitatem diuinitatis, quæ ſemper in naturæ ſuæ omnipotenti gloria tantùm pedũ indefecta ſtabilitate perſeuerat. Huiꝰ ergo verbi aſſumptũ corpus,quanuis glorioſum,quanuis magnum,quanuis ſit adorabile,tamen propter humilitatem humanitatis ſcabellum pedum competenter accepimus. Nam cùm ipſe dicat,Cælum mihi ſedes, terra autem ſcabellũ pedum meorũ : corpus terrenũ,quod de Maria virgine ſumpſit, bene(vt opinor)eadem ſimilitudine ſcabellum pedũ eius probatur intelligi. Et nota,q̃ nõ dicit,qm̃ ſanctum eſt,ſed qm̃ ſanctus eſt,ſcilicet vt corpus à deitate mẽtis contemplatione diſcerneres,ſed ad vnã perſonam referres,ſcilicet humanitatẽ Chriſti,dicẽs, q̃ verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Hæc ille. AVTHOR. Sequitur in hoc dicto ſententiam Auguſtini de aſſumpto corpore,vel homine,id eſt,humanitate Chriſti,dicens illud magnũ,glorioſum,& adorabile, ſed tamen deitati cõparatum,ſcabellum eſſe pedũ eius.Sic ait Auguſt.Chriſtum quæro,& inuenio, quomodo ſine impietate adoretur terra. Ne diceret Witcleuiſta Deum adorari in Chriſto terra facto.Caſsiodorus dicit ideò non dici ſanctum eſt,ſed ſanctus eſt,vt corpus à deitate mentis contẽplatione diſcerneres. Chriſtus ergo non ſolùm vt ſanctus eſt, & vt corpus ſecundùm deitatem,ſed ſecundùm ſuam humanitatem à deitate diſcretam, eſt à terrigenis adorandus. Qua adoratione inquies ? Reſpondetur,quòd adoratione verbi,quæ eſt latria : quia tunc ad ipſam perſonam referes : quia verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Et Auguſtinus ait. Ad terram quamlibet, cùm te inclinas,atq; proſternis,non quaſi terram intuearis, ſed illum ſanctũ, cuius ſcabellũ pedum eius ſanctum eſt,quod adoras. Nõ credes iſtis forſan, niſi videris in ſcripturis. Ecce Ioannes in Apocalypſi de agno ſemper diſcrete loquens,& diſcretè de Deo, Deo,inquiens, & agno,& ſedenti ſuper thronũ,& agno.Deũ autem ſedentem intelligens ſeorſum,& agnũ, aſſumptam humanitatem ſeorſum:ſecundùm illud Caſsiodori iam ſuprà,vt à deitate corpus mentis contemplatione diſcerneres:Dignꝰ eſt agnus,inquit,qui occiſus eſt,accipere virtutẽ, & deitatem,& ſapientiam,& honorem,& fortitudinem.Et interroganti Witcleuiſtæ,quem honorem? ſtatim ſubdit,Omnes audiui dicentes ſedenti in throno,& agno : Benedictio,& honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.Et quatuor animalia dicebant,Amen. Et 24.Seniores ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt.Apoca.5.Iam quære cui benedictionem dicunt,cui gloriam,cui honorem. Reſpõdebit textus, q̃ ſedenti ſuper thronũ, & agno indiuiſis ſede, & per hoc indiſtinctis honore. Vnde nõ dictum eſt benedictiones,gloriæ,& honores,maior ſedẽti,minor agno, ſed vna benedictio,vnus honor,vna gloria ſedenti Deo, ſedenti & agno. Nam.22.ſequenti cap.oſtendens vtriuſq; ſedem indiſtinctã. Oſtendit mihi,inquit, fluuium aquæ viuæ ſplendidũ tanq̃ cryſtallum,procedentem à ſede Dei,& agni. Vnde libro de Trinitate & fide catholica.cap. de vno Deo AVGVSTINVS. De ſede, inquit,agni,& Dei vna ſedes,nõ duæ. Vbi ſuprà. Sedes Dei, & agni in illa erunt, & ſeruient ei. Hæc ille. AVTHOR. Seruient ei,non eis, quia propter vnam ſedem vna ſeruitute,vnius Dei cultu honorari debentur. Quod & facto exequentes, vigintiquatuor ceciderunt in facies ſuas,& adorauerunt indiſtinctè (vt loquitur)Deum,& agnum. Vnde lib.9.de fide Trinitatis ad Gratianum,verſus finem AMBROSIVS.Nunquid cùm diuinitatem Chriſti adoramus,eam & Chriſti carnem diuidimus?Nũquid cùm in eo imaginem Dei crucemq; veneramur,diuidimus eum? Apoſtolus certè,quid de eo dicit?Quoniam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate, viuit tamen ex virtute Dei. Ipſe dixit,quia nõ diuiſus eſt Chriſtus.Hæc ille.AVTHOR.Hîc ſignat pater Ambroſius formam catholicè adorandi carnem Chriſti humanitatem,ac

tem, ac ſanctas reliquias, adoratione .ſ. indiuiſa verbi Dei: quia cùm carnem Chriſti, & crucē, eius imaginē adoramus, Chriſtū nō diuidimus. Hoc eſt, quod Auguſtinus de verbis dñi, ſermone. 59. ſicut li. 1. ſcriptū eſt, ait, Purpurā regis iacentem quis adoret? ſi verò rex eam induerit, periculum mortis incurrit, qui eam cū rege non adorat. Itaq; in Chriſto humanitatē ſolam non adoro, inquit, ſed deitati vnitam, ſi quis adorare contempſerit, æternę mortis pœnam incurrit.

¶ Qualiter ſanctæ reliquiæ pro ſeipſis venerandæ non ſunt, ſed ſanctitate contracta, & tunc per ſe, vel in ſuis principijs contemplatæ.

CAP. CXX.

SVMMA.

1 *Reliquiarum, aut rerum ſanctarum triplici conſideratione diſtinctio.*
2 *Hieronymus quomodo adorauerit præſepe, & incunabula Saluatoris. Et quid de beata Paula dicat.*
3 *Chriſti humanitas q. non tantùm adoranda eſt, ſed & præſepe, & lignum crucis, & cunctæ memoriæ Saluatoris.*
4 *Tactus nudus q. non faciat rem adorabilem.*
5 *Reliquiæ cur honorandæ.*

1 EX † his ergo ſanctas res, aut reliquias triplici cōſideratione diſtinguo, vel vt res ſunt in ſeipſis ſimpliciter ferrum, lignum, caro, vel veſtis, cum cæteris naturæ ſuæ paribus. Aut res tales fiunt gratiæ, aut ſanctitatis alicuius diuinæ participes: per ſe tamen concepte, nec adhuc in conſideratione ad illud factum principale relatæ. Vel iam tertiò, atq; cū illo principali ſancto indiſtinctè proſpectæ. Hoc tertio modo ipſa veneratione rem colimus, qua eius principē veneramur. Proba per contrarium. Percutiens telo chlamydem regis, ſuper carnem eius non tetigit, nunquid dicetur mortis vulnus regi paraſſe, non veſti? aut ſi illam reſcindas, regis cēſetur iniuria? Cur igitur à contrario, ſi chlamydem leues, aut complices reuerenter, aut oſculo foueas, non dicitur regis honor in ſua veſte penſari? Audacter dico, q. in nullo minorem, quàm honorem regium exhibuiſti chlamydi. Quare aliter percuſsit cor Dauid, q. præſcidiſſet oram chlamydis, qua Saul tunc erat indutus, dicens, Propitius ſit mihi Deus, ne faciam hanc rem domino meo Chriſto domini: cùm regem non tetigiſſet, ſed chlamydem? Et inter duriſsimas cōtumelias Chriſtus propheticè computauit, q. crucifixores eius diuiſerūt ſibi veſtimēta ſua, & in veſtem ſuam miſerunt ſortem. Nimirum quem Ioannes in Apocalypſi adorabilem exiſtimans, habuiſſe dicit in femore eius ſcriptū, Rex regum, & Dominus dominantium. Quare in libro. 3. contra Rufinum pater ait HIERONYMVS. Conſcendi, inquit, Ægyptū, luſtraui monaſteria Vitriæ, & inter ſanctorū choros aſpides latere conſpexi: protinus concito gradu, Bethleem meā conuerſus ſum, vbi
2 † adoraui præſepe, & incunabula Saluatoris. Hæc ille. AVTHOR. Quàm confidenter fidē ſuam exprimit ſanctus pater. Adoraui, inquit. præſepe, & ſancta incunabula Saluatoris, quaſi iam vagiētem in illo dominum meminiſſet: velut ipſe de ſancta Paula loquens in eius Epitaphio HIERONYMVS. Perrexit, inquit, Bethleem, & in dextra parte itineris ſtetit ad ſepulchrum Rachel. Sequitur. Atq; inde ſpecum Saluatoris ingreſſa, poſtquàm vidit ſacrum virginis diuerſorium, & ſtabulū, in quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, vt impleretur, quod in eodem propheta ſcriptum eſt, Beatus, qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos, & aſinus calcant. Me audiente, iurabat ſe cernere fidei oculis infantem pannis inuolutum, vagientem in præſepe dominum, Magos adorantes dominum, ſtellam fulgentem deſuper matrem virginem, nutritium ſedulum, paſtores nocte venientes, vt viderent verbum, quod factum erat, & tunc Euangeliſtæ Ioannis principium didicerat. In principio erat verbum. Et verbum caro factū eſt. Paruulos interfectos, & Herodem ſæuientem, Ioſeph, & Mariam fugientes in Ægyptū, miſtis cum gaudio lachrymis loquebatur, Salue Bethleem domus panis, in qua natus eſt panis, qui de cælo deſcendit. Salue Effrata carpophora, regio vberrima, cuius fertilitas Deus eſt. De te quondam Michæas vaticinatus eſt. Et tu Bethleem domus Effrata nō minima es in millibus Iuda. Et bñ infrà. Et ſtatim quid de ſideraret, expoſuit, atq; oculis prophetalibus ſuis, quē nos veniſſe iā credimus, illa venturū eſſe cernebat. Ecce audiuimus eū in Effrata: inueni-

Digitized by Google

uenim⁹ eũ in cãpis ſyluæ. Zoth quippe ſermo Hebraicus, vt te docente didici, non Mariã matrem domini, hoc eſt *autim*, id eſt, ipſam, ſed *auton*. i. ipſum ſignat. Vnde loquitur confidenter. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Et ego miſera, atque peccatrix indigna ſum deoſculari præſepe, in quo paruulus dominus vagiit: orare in ſpelunca, in qua virgo puerpera dominum fudit infantẽ. Hæc requies mea, quia domini mei patria eſt: hîc habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Hæc ille. AVTHOR. Sicut adipe, & pinguedine iocundæ ſanctitatis charitatiſque ignitæ replenda eſt anima, vt cõfidenter dicam cuiuslibet electi, fidelis in Chriſto, audientis ſub calamo tanti ſcribæ: qualiter deuotiſsima mulier adorare nouit etiam latria ſacras reliquias ſaluatoris. Huc accedite duricordes hęretici, alieni à fide, & ideo ab hac multis millibus paſſuum remotiſsimi pietate, diſcite ſi vultis ſi non vultis, quòd ſpecum ſaluatoris ingreſſa, videre ſe ſacrum virginis diuerſorium, ſtabulum, & præſepe iurauit, audiente Hieronymo, ipſam fidei oculis infantem cernere pannis inuolutum, vagientem in præſepe dominum, Magos adorantes, ſtellam fulgentem, matrem virginem, nutritium ſedulum, paſtores nocte venientes, & paruulos interfectos in Bethleem, in Effrata, vt dicit Hieronymus. Quid ridentes arguitis nos adorare mutas petras, & ligna obeſa vermiculis? Nolite tam cæcos putare eos, qui intra has res, & vltra tam perſpicacibus oculis fidei dominum contemplantur. Quid vos lippi expectatis in ſtercore, nec auditis Auguſtinum monentẽ adoraturam terram? Ad terrena quælibet cùm te inclinas, atque proſternis, non quaſi terram intuearis, ſed illum ſanctum, cuius ſcabellum pedum eius terra eſt. Hanc cùm adoras, inquit, cogitatione, non maneas in carne, ſicut Thomas Apoſtolus iuſſu ipſius domini vulnerum locum & carnem tetigit, & dominum protinus adorauit: Deus meus, inquit, & dominus meus. Deus propter ſe, dominus quia homo Deus: & ſic tu adorans, creaturam ſimul cum diuinitate adoras: atque eius non minus diuinitati deſeruis, alioquin crucifixores Chriſti non eſſent rei mortis Dei & hominis: nec adorantes eum flexis genibus blaſphemię rei eſſent, quæ eſt crimen tantùm in Deum. Si autem crimen illatum carni redundat in Deum, cur nõ honor à contrario ſi vniti ſunt? Vnde vt contumeliis, ita & honore ſeparari
3 non poſſunt. Non † humanitas autem Chriſti tantùm adoranda eſt, ſed & præſepe, & lignum crucis, & cunctæ memoriæ ſaluatoris. Vnde libro quarto, capitulo tertio DAMASCENVS. Adorandum ſignum Chriſti. Vbi vtique fuerit ſignum, illic & ipſe erit. Sequitur. Omnia ergo, quæ Deo adiacent, adoramus, ipſi reuerentiam afferentes. Hæc ille. AVTHOR. Bene dixit. Chriſtum illic eſſe, vbi ſignum eius eſt: quia ſi corpore non vnitur ligno crucis, aut præſepi, vel clauis, vt olim, tamen per virtutem inſigniſsimam, quã impreſsit eis, plùs quàm rebus aliis iiſdem præſens eſt, ideo hæc vnitio, vel relatio in affectu colentis eſt rebus multùm diſtãtibus: ideò poſt tot centenos annos à Saluatoris infantia beata Paula ſolùm fidei oculis cernebat in diuerſorio virginis infantem pannis inuolutum, & vagientem dominum in præſepe, & paulò ante in eodem epithaphio HIERONYMVS. Cùmque proconſul Paleſtinæ, qui familiam eius optimè nouerat, præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet apparari prętorium elegit humilem cellulam, & cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circuiuit, vt niſi ad reliqua feſtinaret, à primis non poſſet abduci: proſtrataque ante crucem, quaſi pendentem dominum cerneret, adorabat. Ingreſſa ſepulchrum, reſurrectionis oſculabatur lapidem, quam ab oſtio ſepulchri amouerat angelus: & ipſum locum corporis, in quo dominus iacuerat, quaſi ſitiens, deſideratas aquas fidei ore lambebat. Quid ibi lachrymarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, teſtis eſt cuncta Hieroſolyma, teſtis & ipſe dominus, quem rogabat. Hæc ille. AVTHOR. Semper oculis fidei in reliquiis Chriſtum aſpexit: & quæ locis illis ſacris fecit, Chriſto impendit: ideò ante crucem proſtrata, tanquàm pendentem cerneret, adorauit: ideo locum ſacri corporis fidei ore lambebat. Sic licet adorare res diuinas cultu diuino, ſi tanta fides fuerit adorantis, vt quaſi Deum proſpiciat rei ſacræ foribus aſsiſtentem. Non dico, vt putet lignum illud, præſepe illud, vel clauum illum eſſe Deum: quia propter hoc dixit Caſſiodorus ſuprà: corpus à deitate mentis contemplatione diſcerneres, ſed ad vnam perſonam referres. Sic crucem adorauit Paula, non crucem Deum exiſtimans, ſed tanquàm dominum in ea cerneret, adorauit. ¶ Secundò adorari poteſt res ſacra per ſeipſam concepta: per ſe dico tertio modo, vt alteri non adhæreret, propter gratiam tamen, vel virtutem ſacram, aut familiarem contactum, vel tractatum honoris, quem à Deo promeruit. Ita quaſi res ipſa virtutem ſacram, aut familiarem, vel gra-

Digitized by Google

tiam à Deo exeuntem acciperet, non coëxiſteret à Deo. Qualiter Hæmorrhoiſſa creditur adoraſſe fimbriam Saluatoris: dicẽte poſtmodum Saluatore: Quis me tetigit? Senſi virtutẽ exiſſe à me. Fide tetigit, ſed à lõgè tangens, virtutem exeuntem meruit, non vindictam. Vnde lib. de Iſaac & anima AMBRO. Delectauit Ieſum & illa mulier, quæ tetigit eum, & curata eſt à ſanguinis fluxu. De qua dixit: Tetigit me aliquis, nam ſentio de me virtutem exiſſe. Tange ergo, & fide tene, & conſtringe fideliter pedes eius, vt virtus de eo exeat, & ſanet animam tuam, tametſi dicat, Noli me tangere. Hæc ille. AVTH. Sic, & ſi inferior ſis, vt Chriſtum non videas fidei oculis, ſaltẽ pedes, id eſt, inferiora eius fide tene, crucem eius adora, tene Chriſtũ in lancea, in clauis, in imagine: Chriſtum tene, & ſenties exire ab eo virtutem animæ ſanatiuam. Vnde libro. 4. ca. 3. DAMASCENVS. Igitur ipſum pretioſum lignum quidem vt vere venerabile, in quo ſeipſum pro nobis in hoſtiam Chriſtus attulit, vt ſanctificatum tactu corporis ſui & ſanguinis decenter adorandũ, clauos, lanceam, indumenta, quia ſacra eius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, Golgotha: ſalutare & viuificatum eius ſepulchrũ, Siõ eccleſiarum acropolis, id eſt, arx, & quæ ſunt ſimilia, vt ait Theopator, id eſt, diuus pater Dauid. Ingrediemur tabernacula eius, adorabim⁹ in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Quòd autem crucem dixit, manifeſtat quod ſequitur. Exurge domine in requiẽ tuam. Sequitur enim crucem reſurrectio. AVTHOR. Quàm altum ſancti patris ingenium, quo probat lignum ſanctæ crucis adorandum, quia tactu corporis & ſanguinis conſecratum. Et hac item ratione ſepulchrum, præſepe, claui, lãcea, veſtes, Siõ, Golgotha, loca ſunt adoranda. Iuxta illud: adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Ne peruertat ſenſum textus hæreticus non hæc ideo adoranda, ſed Deus in his rebus, aut locis. Ipſe enim dixit ex hoc lignum &c. adorãda. Quòd vt videatur Prophetam de adoratione ſanctæ crucis ibi intendere, ſtatim ab adoratione aſſurgere iubet in requiem. Reſurrectionem autem Chriſti quid præceſſit niſi crux, & ſepulchrum, & cætera, quæ cõmemorat tactu ſacri corporis dedicata? Quod ſi dignetur quis irriſiones, blaſphemias, vel ab obliquo proſpicere Witcleuiſtarum dicentium in contemptum

4 huius fidei chriſtianę labia Iudæ Scarioth ado
Tactus nudus non facit rem adorabilem. randa: quia ipſe tangebat oſculo labia Saluatoris: reſpondeat his blaſphemiis, nec † nudum tactum argumentum ſufficiens huius cultus, nec ſanctificationis diuinæ: ſed ſi res innoxia amanter tractetur à ſancto, & per excellentem gratiam aſſumentis talem ab ipſo & diligentibus eum mereatur honorem: prout ſubdit ibi DAMASC. Si enim amatorum diligibilis domus, & lectulus, & hortus, quanto magis quæ Dei & ſaluatoris, per q̃ & ſaluati ſumus? Hæc ille. AVTHOR. Diligibilis ergo crux, quã dominus dignabatur eligere, diligibilis Chriſti veſtis inconſutilis, diligibilis quoque lancea, diligibiles item claui, & diligibiles ſpinæ, dilecta flagella, & dilecta columna, coli merentur à fidelibus amatoribus Ieſu Chriſti. Deteſtanda autem Chriſto labia traditoris in eius proditionem aperta: ſicut & manus impiæ clauos figentium, & iniqui digiti ſpinas capiti ſacro imprimentium, ab iniquo ſpiritu animante eos fœdati malitia & perſecutorum perſonis continui dilectoribus Ieſu Chriſti tantum ſunt deteſtabiles, quantum Chriſto erant odibiles, & aduerſi. Honorabiles autem, & adorabiles ex ſancti Chriſti contactu fuiſſent, ſi honorificè tetigiſſent, ſi virtuoſè, & ſi ſuo ipſorũ officio nobis Chriſtum amandum oſtenderent. Propter† tria hæc conſpecta in ſanctis re 5 liquiis, eas honorificat in ſermone quartæ partis ſermonum de pluribus martyribus, qui incipit. Quotienſcunque fratres chariſſimi, AVGVSTINVS. Honoro cicatrices pro Chriſti nomine ſuſceptas. Honoro viuentes in memoria perẽnitatis virtutes. Honoro corpus, quod mihi oſtendit Deum meum diligere. Cur ergo non adorarent corpus illud omnes fideles, qđ verentur etiam dæmones? Quod aliquando affixerunt in ſupplicio, ſed modò glorificant in ſepulchro? Honoremus itaque fratres ſanctos martyres, vt eorum participes fieri mereamur in cælis. Hęc ille. AVTHOR. Ergo nos honorare deberemus labiorum oſcula ad labia Saluatoris, ſi pro Chriſti nomine, non Phariſæorum, & principum nomine ea tetigiſſent. Palmas cædentium honorarem, ſi ſuæ virtutis mihi memoriam reliquiſſent: & adorarem vtroſque, ſi dilectionis, & non iniuriæ Dei mei inſignia demonſtraſſent. Modò autem in contrarium res verſa eſt: quia labia Iudæ prophana ad Chriſti dedecus ſacris ſe labiis temerè ingeſſerunt, ſeditioſæ manus apprehendentiũ memoria tyrannorum perennitẽr viuunt, & blaſphemorum digiti nobis oſtendunt, quantis dominum noſtrum conuiciis deſpexerũt. Vnde tanta Chriſti vicinitate fruebatur latro blaſphemus, quanta beatus: ſed quia dum iſte nobis oſtendit amãdum, & honorandum verbis aſtruxit, idcirco ſua propinquitate eum Chriſtus ſanctificauit ad gloriam: alterũ ipſa

Reliquiæ cur honorande.

eadem

Digitized by Google

eadem corporis propinquitate damnificauit ad pœnam: sic sanctificauit protoplastum infirmum, sanctificauit alloquium Christi cæcũ natum, non sanctificauit Pharisæum cæcum fi dei aduersum.

¶ Quòd adoratio, aut honor excellens defertur sanctæ rei, non propter qualemcunq; modum diuinę pręscientię in illa, sed propter effectum aliquem gratię singularis.

CAP. CXXI.

SVMMA.

1 *Adorandæ, uel colendæ quæ creaturæ.*
2 *Imagines uenerandæ cum suis prototypis.*
3 *Crux Christi, quomodo sit apparitura in nubibus. Et de illius adoratione.*
4 *Scarabei more quomodo clamauit Christus.*
5 *Helena, inuenta cruce, quid adorauerit. Et quid de illa dicat Ambrosius, & alij.*
6 *Naturæ rerum quòd non propter seipsas, sed pro diuinis gratijs sunt colendæ.*
7 *Dominus Christus est, & Deus. Et de eius adoratione.*

1 NEc † omnis tactus saluatoris, benedictio, vel præsentia cultum istum singularem rebus tactis requirit fieri velut benedictis: ne sic cogamur adorare, vel colere singulas creaturas, quas in exordio seculi benedixit: sed in quibus exhibet signa, vel fauores gratiæ singularis. Sic venerandum est lignum aridum sanctæ crucis, non lignum maledictum arescentis ficus. Sic Iordanis alueus coli meretur, quem tactus sancti corporis sanctũ effecit. Sic lacus Tyberiadis, quem sua, & Apostolo rũ frequenti nauigatione dedicauit. Vnde in epitaphio sanctæ Paulæ HIERO. Cito itinere præcurrit Nazareth nutriculam domini Cautiam & Capharnaum signorum eius familiares, Lacũ Tyberiadis nauigante domino sanctificatum, & solitudinẽ, in qua multa populorum millia paucis saturata sunt panibus. Hæc ille. AVT. Lacũ vides domini nauigatiõe sanctificatum. Hoc modo singula coli debent, quibus singulari beneuolentia tanquàm rebus sanctitatis suæ capacibus de se innoxiis vtebatur Christus, tanquàm donorum suorum excellentiũ salutaribus instrumentis, siue sint eius reliquię sine sensu, vt crux, & claui: siue cũ sensu, vt caro, & membra, vel eius humanitas benedicta: postquàm eius sancti omnes, & eorũ reliquiæ sunt suis gradibus adorandæ: quia vasa erant in honorem eminentem electa ad dispensandum singulariter gratiam saluatoris. Cum reliquiis item Christi sunt earum signa colenda,
2 & eius imago, & † sanctorum imagines cum suis prototypis, vt statim dicetur infrà. Hę autem omnes in seipsis conceptæ, & secundũ id tantùm quod habẽt ex se, nec venerãdę sunt, nec vllatenus cum honore colendæ. Vnde in prædicto iã loco DAMASC. Adoram⁹ & typum pretioſę crucis, & si ex alia materia facta est, non materiam honorantes, absit, sed typũ vt Christi symbolũ. i. notam: dicit enim signũ
3 suis discipulis, tũc † apparebit signum filij hominis in cælis: ideoque mulieribus dixit in resurrectione angelus. Iesum, quem quæritis, Nazarenum, crucifixum. Et Apostolus. Nos autem prędicamus Christum crucifixum. Multi quidem Christi & Iesus, sed vnus qui crucifixus. Non dixit lanceatum, sed crucifixũ. Hæc ille. AVTHOR. Hoc vult, ꝙ crux Christi omnem Christi passionem signat, lanceatio solam partẽ: ideo crux perfectum signũ est crucifixi Christi, ratione cuius signaturæ est adoranda à fidelibus, & signum huius signi: neutrius verò materia, vel natura. Et hoc est, quod in libro de obitu Theodosij dicit AMBRO. Habeat Helena quod legat, vnde crucem domini recognoscat. Inuenit ergo titulum: regẽ adorauit, non lignum vtique: quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum, sed adorauit il-
4 lum, qui pependit in ligno: illũ, qui † sicut Scarabeus clamauit, vt persecutoribus suis peccata donaret. Hæc ille. AVTHOR. Regẽ adorauit, ecce non lignum. Verum est, non ipsam ligni naturam, sicut Damascenus ait, sed lignũ tamen per virtutem, & speciẽ crucifixi. Sic verbum item temperat sermone. 72. tertiæ partis sermonum de natali beati Laurentij, qui incipit. Beati martyris: AVGVSTINVS. Christianus es, in frõte portas crucem Christi. Character tuus docet quid profitearis, quando ille in cruce pendebat, quando crucem portas in fronte, non signum ligni te delectat, sed signum pendentis. Hæc ille. AVTHOR. Non lignum propter se, sicut ait Ambrosius, multò amplius nec signum ligni propter lignum, sicut dicit Augustinus, est adorabile Christianis,

Imagines uenerandæ.

Crux Christi apparitura in nubibus.

Scarabei more clamauit Christus.

Digitized by Google

ſtianis,ſed ideò lignum & ſignum ligni, quia ſignum eſt in ligno pendentis:ſed nec ipſa pẽ dens humanitas eſt adorabilis propter rẽ aut naturam ſuam,nec breuiter natura aliqua citra Deum. Ideò dicit Auguſtinus ſuper Pſal. Si dimiſſa eſſet,nec adoraret eam, nec ei ſeruiret ſcilicet nec ſeruitute diuina,ſi in re & mente referente colentis eius amitteret vnionem: nec ſeruitute altæ duliæ,ſi cepto chriſmate priuaretur .nihil eſt enim adorabile propter ſeipſum:qa res eſt,niſi Deus,qui ſumma res eſt.
5 Ideò bene dixit Ambroſius,quòd † Helena regem adorauit,non lignum: attamen lignum adorauit propter regem:ſicut nec clam adorauit naturam,ſed etiam gratiam adorauit. Vnde eodem lib.de obitu Theodoſij AMBROSIVS.Helena,vt imperatores redimerentur, miſit filio ſuo Conſtantino diadema gemmis inſignitum,quas pretioſiore ferro innexas crucis redemptionis diuinæ gemma connectant. Miſit & frænum:vtroque vſus eſt Conſtantinus,& fidem trāſmiſit ad poſteros reges.Principium itaque credentium imperatorum ſanctum eſt quod ſuper frænum. Ex illo fides, vt perſecutio ceſſaret,deuotio ſuccederet.Sapiẽter egit Helena, quæ crucem in capite regum leuauit,& locauit, vt Chriſti crux in regibus adoretur.Nõ inſolentia iſta,ſed pietas eſt, cùm defertur ſacræ redemptioni. Bonus itaque clauus Romani Imperatoris, qui totum redegit orbem, ac neſcit principum frontem vt ſint prędicatores,q perſecutores eſſe conſueuerāt. Rectè in capite clauus,vt vbi ſenſus eſt,ibi prę ſidiũ.In vertice corona,in manibus fides. Habent coronam de cruce,vt fides luceat,habent quoque frænum de cruce,vt poteſtas regat:ſit que iuſta moderatio,non iniuſta precatio. Habebant hoc etiam principes Chriſti ſibi libera litate conceſſum,vt ad imitationem domini dicatur de Imperatore Romano: Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Ex illo gratulatur eccleſia,erubeſcit Iudęus.Sequitur. Nos crucifiximus,quem reges adorant, quem non adoramus,ipſi adorant. Ecce & clauus in honore eſt,& quem ad mortem impreſsimus, remedium ſalutis eſt,atque inuiſibili quadam poteſtate dæmones torquet.Et infrà.Ferro pedum eius reges inclinantur,reges adorant,& Fortiniani dignitatem eius negant. Clauum crucis eius in diademate ſuo præferunt Imperatores,& Ariani poteſtatem eius imminuũt. Hæc ille.AVTHOR. Quantum gaudium putas Witcleuiſtarum erat audientium prius dici Helenam adoraſſe non lignum, ſed regem. Non clauum,ſed clauo transfixum. Crudelis, & perfida gẽs tantoperè deteſtans audire crucem honorari,vel clauum,quantò Iudæus,qui crucifixit Chriſtum. Iam igitur audiat iſtud, qui dicit non adoraturum lignum, ſed regem ab Helena:dicere item Helenam ſapienter egiſſe,quæ crucẽ in capite locauit, vt Chriſti crux in regibus adoretur.Crux,inquam,quæ in regum capite ponebatur, crucis lignum ſicut & clauꝰ,de quo ait:Ferro pedum eius reges inclinantur,reges adorant. Quid amplius dici potuit contra Witcleuiſtas ſuperbos, qui cum impiisIudęis crucis reliquias vilipendũt,quas prædicandi reges adorant ?Et addit clauum in honore eſſe,quem Iudæi impreſſerunt ad mortem,& eſſe ſalutis remedium Chriſtianis,& in uiſibili poteſtate dæmonibus ad torturam,& ipſis regibus corona de cruce,vt poteſtas regat.Ex iſto,inquit Ambroſius, gratulatur eccleſia, erubeſcit Iudæus:adde, & triſtatur noſter Witcleuiſta hæreticus. Sequitur.In hoc ipſe beatus pater fidem eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quæ qualiter res facta ſit,aperit libro. 10.capi. 8.EVSEBIVS.Sic euidẽti indicio regina,voti compos effecta, templum mirificum in eo loco,in quo crucem repererat, regia ambitione conſtruxit.Clauos quoque,quibus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium, quibus ille frænos cõpoſuit, quibus vteretur ad bellum,& ex aliis galeam nihilominus belli vſibus aptã fertur armaſſe. Ligni verò poſt ipſius ſalutaris partem detulit filio, partem vero thecis argẽteis deditam dereliquit in loco, quæ etiam nunc in memoriam ſollicita veneratione ſeruatur.Hæc ille.AVTHOR. Ecce ligni ſancti pars ibi ad memoriam ſollicita veneratione ſeruatur.Ex reſiduo autem verborum Ambroſij ducit huius rei cauſam ad Romanos vltimo capitu.ſuper Zachariam,textu, In die erit quod ſuper frænum eſt ſanctum domino. LONGAVILLACLARAVALLEN.Frę nos,inquit,compoſuit,vel potiùs ornauit,quibus vteretur ad bellum. Myſticè per frænum ſermo Dei accipitur,qui equos,& mulos laſciuientes,id eſt,carnales, & ſuperbos homines inſaniẽtes libidine,refrænat,& coërcet à vitiis, & non ſinit exire per præceps. Tale reuera ſanctum eſt:Nolite ſanctũ dare canibus. Hæc ille. AVTHOR. Sic ex beato Ambroſio nõ ſermoni domini tantùm,ſed ipſis Chriſti reliquiis Deus hãc videtur influxiſſe virtutem in eodem loco conſequenter de obitu Theodoſij AMBROSIVS. Quæro inquit, quare ſanctum ſuper frænum, niſi vt imperatorum inſolentiam refrænaret, comprimeret tyrannorum,qui quaſi equi in libidines adhinnirẽt,

quòd

Digitized by Google

quòd liceret eisadulteria impunè committere: quę Neronũ, quæ Caligularũ, cæteroruṁq; ꝓbra cõperimus, quib⁹ nõ fuit sanctũ super frę-nũ? Quid ergo aliud egit Helenæ operatio, vt fręna dirigeret, nisi vt omnib⁹ imperatoribus sancto dicere spiritu videretur, Nolite fieri sicut equus, & mulus, sed in chamo, & fręno maxillas eorũ cõstringe, qui se non agnoscerẽt reges vt regerẽt sibi subditos? Prona enim potestas in vitium ferebatur, & more pecudũ vaga sese libidine polluebat. Ignorabant Deũ: restrixit eos crux domini, & reuocauit à lapsu impietatis: leuauit oculos eorum, vt Christum in cælo quærerent. Exuerunt se chamo perfidię, susceperũt fręna fidei & deuotionis. Inde reliqui principes Christi, ꝓter vnum Iulianũ, qui salutis suę reliquit authorẽ, dũ philosophiæ se dedidit errori: inde Gratianus, & Theodosius. Nõ ergo mentita est ꝓphetia dicẽs: Ambulabũt reges in lumine tuo, planè ac maxime Gratian⁹ & Theodosius præ cæteris principes. Hæc ille. AVTHOR. Ex istis facilè potest videri, quid ecclesiæ patres volunt, quãdo Deũ solũ adorandum dicũt, & angelos, aut homines, reliquias Christi, aut sanctorũ imagines à Christianorũ adoratione verbo repellũt. Nõ dico
6 sensu, & verbo. Naturas ꝑenim istas intelligunt nõ colendas, vt fecerũt idololatrę, & dicetur in frà, sed pro diuinis gratiis sunt colendę. Sic suprà lignũ & clauus adorãda non erant, & post modũ adoranda, sic ꝑsepe & loca sancta: sic dicit Augustinus angelos à iustis hominibus adoratos suprà, quos dixit nullatenus adorandos de religione vera. Sic itẽ dixit solũ Deum adorandum in cælis, & tamen regem adorandum in terris. lib. de quęstionibus noui & veteris testamenti ca. 91. AVGVSTI. Deus nihil stultum decreuit, maximè cùm non liceat nisi Deum adorari, quãtò magis, in cælis Rex adoratur, in terris quasi vicarius Dei: nã post hanc vicariã impletã dispensationẽ adoratur in cælis. Hæc ille. AVTH. Ecce solũ Deũ adorandũ dicit, & tamẽ regẽ hominẽ terrenũ adorandũ affirmat. Qualiter ergo solũ Deũ? intãtũ hoc asserit, vt hominẽ in Christo citra Deũ adorãdũ prohibeat AVGV. Aut si Deus potẽtias illas cælestes, & sanctos angelos, vt hominẽ adorẽt, decreuit, sed absit. Hæc ille. AVTH. Absit igitur, vt homo assumptus adoretur, sed nõ absit vt homo rex terrestris adoretur. Respõdebat ad hoc superius: absit vt adoretur seruitute diuina, siue rex, vel itẽ homo assumptus per se conceptus. Adoretur aũt seruitute debita creatæ gratiæ excellenti. Ipsi ergo debetur honor per excellẽtiã seruitutũ, sed dominatio ni humanæ congruæ seruitutis. Vnde libro cõtra Maximum post collationem. AVGVS- *Dominus*
7 TIN. Expone ꝑ nobis Iesus Christus quomodo sit dominus, qui nõ trinitatis, sed solius patris asseris esse vocẽ. Ego sum dominus, & nõ alius præter me. Sequitur. Non enim agitur de domino, quales sunt homines domini hominum suorum, quos apostolus secundùm carnẽ dominos esse dicit: sed de domino agitur, cui seruitus illa debetur, que græcè Latria dicitur, secundùm quam dictum est, Dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Qui dominus Deus si non trinitas, sed solus est pater, prohibemur vtique domino Deo nostro tali seruire in eo quòd audiuimus, illi soli seruies. Sic itaque dictum est, ac si diceretur, Deo patri soli seruies, qui profectò si solus, & non ipsa trinitas dicit, Ego sum dominus, & nõ est alius præter me: negauit filium esse dominum talem, quali seruitus illa debetur, qua non nisi Deo cum vera religione seruitur. Non enim dicit, Ego sum dominus maior, aut melior: & non est tantus, ac talis præter me, sed volens soli sibi ea, quæ domino Deo debetur, seruitute seruiri. Ego sum, inquit, dominus, & non est alius preter me. Porrò si vox ista, sicut fides catholica dicit, vnius Dei est, quæ est ipsa Trinitas, sine vlla dubitatione huic soli seruiendum est seruitute, quæ non nisi domino Deo debetur, quia ipse domin⁹, & nõ præter ipsum. Hæc ille. AVTHOR. Hæc audiat Witcleuista Guillelmus, & sciat responsum esse frequenti solutione ad hanc argutiam suam: ne adorentur creaturæ: quia dominũ Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Iungit simul dominum, & propriam seruitutem, quia ad mensuram seruitus domino correspondet: Deus autem solus dominus est plenus, sine diminutione, vel attributione ad alium, sic est pater, sic magister. Sic ergo solus dominus, sicut solus pater, solus magister, vt canit euangelium: & in. 2. libro supra definitum est, vbi agitur de magistris. Sunt tamen alii in perfectione magistri, & alii patres, ita ergo alii domini, & aliæ seruitutes. Sed solus Deus est adorandus, inquit, secundùm Augustinum in Enchiridio: imo solus Deus est colendus, vt ibi dicit, & tamen homo colendus, & terra colẽda. 10. de ciuitate. Soli Deo honor, & gloria: nosti quis dicit. Et iterum dictum nosti gloria, honor, pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, & Græco. Et iterũ, Honora patrem tuũ, & matrem tuam. Sed honor iste cõgruus creaturę: honor ille solã condecẽs deitatẽ. Breuiter dico: dominatio, adoratio, magisteriũ, paterni

Christus est & Deus.

tas

tas,cultus,honor,gloria,laus,ſeruitus,ſicut entitas & bonitas,ſanctitas & magnitudo,& quot quot talia dicãtur de Deo,idẽ nomẽ habẽt,ſed vt Dei ſunt,longè ſunt alterius,& omnino diſparis ratiõis:velut calor ignis & ſi infinitè creſcat,non poteſt calorem infinitũ attingere.Ita nec adoratio hominis in adorationẽ parilẽ creſcere deitatis:quia & ſi erret adorans,adoratio falſa nullius eſt generis,dicẽte Apoſtolo: Idolũ nihil eſt .Hoc ergo debuit iſte Witcleuiſta præſcire: quia ſolus iuxta ſcripturæ ſenſum & modũ loquendi eccleſiæ excludit quãdoq; rẽ alterius generis, nõ ſemper omnem rem aliã: vt ſolus Deus adoretur, ita vt nil aliud per ſe ſicut Deus illo genere adorandi: ſicut de Ieſu Chriſto canitur in hymno angelorum: tu ſolus ſanctus, tu ſolus dominus, tu ſolus altiſſimus, Ieſu Chriſte: ſed incluſo tamen patre & ſpiritu ſancto illo colendi genere adorãdo. Itẽ ſicut peritus logicus AVGV. eſt auſus ſcribere in epiſtola ad Martianũ in ordine epiſtolarũ.92.Omnino nõ eſt cui alteri præter dominũ Chriſtũ dicat genus humanum, Te duce ſi qua manẽt ſceleris veſtigia noſtri, Irrita perpetua ſoluẽt formidine terras. Quod ex Sibyllino carmine ſe falſus eſt tranſtuliſſe Virgilius: quoniam fortaſsis etiã illa vates aliquid de vnico ſaluatore in ſpiritu audierat,qđ neceſſe habuit cõfiteri.Hęc ille.AVTHOR. Dicit nõ eſſe,cui alter præter Chriſtũ dicat hos verſus genus humanum:non putes excluſiſſe eum patrem & ſpiritum ſanctũ,quibus eſt cum Chriſto vnus ſimplex honor, & vnus ducatus hominum ad ſuperna.Niſi quia dicit ſceleris veſtigia noſtri, reſpexerit ad opus redẽptionis ſoli filio debitum.

De canonizandis id eſt,catalogo aſcribendis ſanctis.

Titul. XIIII.

¶ De canonizatione rectè fiẽda per teſtes,per iudicem competẽtem,& per miracula.

CAP. CXXII.

SVMMA.

1 *Sanctorum primus, & præcipuus honor quis ſit.*
2 *Witcleff,qui negat rectè canonizationem fiendã per teſtes,per iudicem competentem,& per miracula,confutatur.*
3 *Chriſti canonizatio per Petrum.*

1 PRIMVS † & præcipuus honor ſanctorum,eſt ſanctos velle cognoſcere, & canonicè cognitos, fidelium populis prædicare colendos: quod ne fiat, obuiat Satan in Witcleff, obſtruens omnes vias, per quas in hac vita de venerandis ſanctis poſſet haberi notitia. Primum contra iudicem cognitorem: deinde cõtra deponentes teſtes de vita:& item de miraculis ca.illo.30.trialogi. Videtur multis,quòd curia iſta ſic canonizans ſanctos, blaſphemiæ præſumit crimen: cũ ſubducta reuelatione tã planè ignorat,vt Ioannes presbyter, vel ſoldanus:& certum eſt,quòd teſtium depoſitio quãtum ad propoſitum nihil probat cum ſuppoſita veritatis notitia canonizandi, ac detecta papæ fideliter ſine mendacio, quod raro, vel nunquàm euenit. Adhuc de epiſcopo quantũ ad propoſitum nihil probat cum ſuppoſita veritate:quia ſententia alterius iudicis ſententiãtis ſecũdùm allegata & probata,qui iudex foret mundo magis authenticus, tantum probaret,ſicut Papæ ſententia in hac parte: tamen etiam quia horum deponentium teſtimoniũ probat ad maximum,quòd dati ſancti cõuerſatio fuit talis:& cum hoc ſtat, quòd vſque ad mortem fuit hypocrita,& præſcitus. Quæ ergo præſumptio ſuperallegata, & probata,cõfirmare,& canonizare poteſt, quod talis in patria ſit beatus?Hæc Witcleff.AVTHOR. Vi-
2 dete † per proceſſum, quàm dignè euangelicus doctor iſte dicatur,vbi ſunt verba eius euãgelica?vbi ſcripturæ apoſtolicæ?Iſtę ne ſint ſtipulæ eius authenticæ quibus obediat omnis mundus?De iſto dicit ſapiens.Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſsimo corde ſociata. Prouer. 26.Sordida iſta ſententia ſua in verbis vanis, & tortis, & ſibiipſi repugnantibus vas fictile ornat ſuis ſophiſtis,quæ circunſpectis viris cũ totum ſe probaſſe putauerit,nihil probat. Videte ſtultitiam primò, quòd ſupponit reuelationem in proceſſu ſubductam,vbi totius proceſſus ſollicitudo eſt, vt reuelatio habeatur tã diuinitùs per iuges preces,& ieiunia,quàm itẽ humanitùs per teſtes.Et teſtium inquit depoſitio ad propoſitũ nihil ꝓbat. Quomodo hoc? Quia ſentẽtia alterius iudicis tantum probat, quantum Papæ. dicetur quòd ratio eius nihil proficit,quia euidentia alterius arguentis tantum proficit,quantum ipſius. Quis tales non ridet argutias in re tanti ponderis, & tam robuſtæ authoritatis in Chriſti eccleſia?Et iterũ.

Tale

Digitized by Google

Tale teſtimonium deponentium probat ad maximum, quòd dati ſancti conuerſatio fuit talis. Et cum hoc ſtat, quòd vſq; ad mortē fuit hypocrita, & præſcitus. Falleris Witcleff contra ſuppoſitum proprium de notitia veritatis canonizandi detecta Papæ fideliter ſine mendacio. repugnat nanq;, quòd conuerſatio ſancti fuit facta detectaq; vſq; ad notitiam veritatis fideliter, & ſine mendacio papæ: & quòd ille datus vſq; ad mortem fuit hypocrita & præſcitus. Hæc tamen ſic ſimul catenaſti per copulas, dominus noſter teſtimonium ethnicorum efficax eſſe decreuit ad probandum virū gentilem dignum apoſtolis ſuis, & tu probatiſſimorum fidelium teſtimoniū dicis nihil probare pro inferioribꝰ ſanctis ſuis. Chriſtus ipſe dicit Matth. 10. In quamcūque ciuitatem, aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete. Vbi in commentario HIERO. Super ordinatione epiſcopi, & diaconi Paulus loquitur: oportet autē & teſtimonium eos habere bonum ab his, qui foris ſunt. Ipſi verò introëuntes vrbem ſcire non poterant quis qualis eſſet: ergo fama hoſpes eligendus eſt populi, & iudicio vicinorū, ne prædicatoris dignitas ſuſcipiētis infamia deturpetur. Hæc ille. AVTHOR. Et qualiter eligēdus eſt hoſpes apoſtolorum fama populi, & iudicio vicinorum infideliū paganorū, ſi in propoſito nihil probet his maximè, qui introëuntes ciuitatem ſcire non poterāt quis qualis eſſet pluſquā presbyter Ioānes, vel ſoldanus? Sed in hoc ipſo noueris Chriſtum approbaſſe legē illam veterē naturæ, ꝙ in ore duorū vel trium ſtabit omne verbū, hoc apud omnes homines iuſſu Chriſti probat epiſcopos, & Leuitas, hoc probat hoſpites apoſtolorum, hoc ciues ſanctorum, & domeſticos Dei: etiam dico quanuis pagani deponant bona fide penes iudicem eccleſiaſticum: quod omnino requirebatur in ordinandis miniſtris, & hoſpitibus eligendis, Chriſto dicente apoſtolis. Interrogate vos quis in ea dignus ſit. Hæc quāuis nō ſit ſcientia analectica, aut demonſtratiua, ſufficiēs tamen eſt ad fideliter ſanctum celebrandum. Vnde & libro de fide reſurrectionis verſus medium, AMBRO. Morte martyrū religio defenſa, cumulata fides, eccleſia roborata eſt: vicerūt mortui, victi perſecutores ſunt. Itaque quorū vitā neſcimus, horū mortem celebramus. Vnde & Dauid propheticè gloriatur in ſuæ mentis exceſſu: pretioſa, inquit, in cōſpectu domini mors ſanctorū eius. Mortē mauult præferre, quàm vitam. Hęc ille. AVTHOR. Ecce qui tot ponere paratus es ſcrupuloſas ambages in canonizatione martyris, vt nūquā ſciat iudex definire de ſancto, Ambroſius tibi liberè dicit, quorū vitā neſcimus, horū mortē celebramus. Neſcimus, cū Witcleff, quāuis fide ſcimꝰ. Hoc eſt ſcire fideliū, qualiter apoſtolus bona fide dicit ſe ſcire, ꝙ gaudium ſuū de annuntiatione Chriſti per occaſionē, vel perveritatē proueniret ſibi in ſalutē per orationē populi Philippē ſis, habēs ſpē, ꝙ nō confunderetur in vllo. Philip. 1. Hęc nō eſt ſciētia à principiis poſteriorū potiſsimè demōſtrata, ſed eſt de qua dicit apoſtolus, Nō me iudicaui aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtū Ieſum. & iterū. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sapientiā nō huius ſeculi, neque principū huius ſeculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapiētiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quā nemo principum huius ſeculi cognouit. 1. Corinth. 2. Secundū hāc ſciētiam, & ſapientiam fidei iudicat papa iudicio Dei, quis eſt ſanctus. Accuſatores audiūtur, ſi ſint defenſores locum habent. Teſtes non niſi digniſsimi fide ſub diligenti examinatione limatas & bene purgatas veritates exponunt. Quid vis amplius, vt ſciat iudex in diſſerendo iudiciū? Iudiciū Dei eſſe pronūtiat Origenes, quod hoc ritu procedit, expoſitione epiſtolæ ad Romanos lib. 2. ORIGENES. Rectū iudicium eſſe Dei quis dubitet, vbi accuſatores, & defenſores adhibentur, & teſtes? Et quidem de hoc iuſto Dei iudicio nos homines capiamus exēplum, nec putemus vnquàm ſine accuſante, & defendente, & teſtibus iuſtum haberi iudicium. Hæc ille. AVTHOR. Si tale ſit iudicium Dei: non niſi ex parte perditorū eſt, qui huic diffidit. Qualiter iudicauit Arianos hæreticos purgando iudicium ſuum de transferendo ſanctos Geruaſium & Prothaſium per veridicos teſtes, & miracula patula, tractatu. 3. de eiſdem. AMBRO. Quid aliud hoc biduo, niſi verbū Dei intimo eructaſtis affectu, & ſcientiam nos habere fidei probauiſtis? Cui tamen celebritati noſtræ qui ſolent, inuident, & quia celebritatem noſtram inuidis animis referre non poſſunt, tantum celebritates oderunt, atque intantū amentiæ prodeunt, vt negēt martyrū merita, quorum opera etiā dæmones cōfitētur. Siquidē tāta eſt incredulorū perfidia, vt tolerabilior ſit diaboli plærunque confeſsio. Dicebat enim diabolus: Ieſu fili Dei viui quid veniſti ante tempus torquere nos? Et cùm hæc audirent Iudæi, ipſi tamē Dei filium detegabant. Et nunc audiſtis clamantes dæmones, & confitentes martyribus, quòd pœnas ferre nō poſsint, dicētes, Quid veniſtis, vt nos tam grauiter deleatis? Et Ariani dicunt. Non iſti mar-

martyres:nec diabolum torquere poſſunt,nec aliquem liberare, cùm tormenta dæmonum, ipſorum voce probentur,& beneficia martyrum remediis ſanctorum & abſolutorum iudiciis declarentur.Negant cæcum illuminatum, ſed ille ſanatum ſe non negat.Ideo dicit,video qui non videbam.Ille dicit, cæcus eſſe deſij, & probat facto.Iſti beneficium negant,qui factū negare nō poſſunt.Notus homo eſt publicus, cùm valeret mācipatus obſequiis. Seuerus nomine lanius miniſterio, depoſuerat officium poſtquàm inciderat impedimentum. Vocat ad teſtimonium homines,quorum ante ſuſtētabatur obſequiis.Eos iudices ſuæ viſionis accerſit,quos habebat teſtes, & arbitros cæcitatis.Clamat, quòd vt contigit fimbriam de veſte martyrum, qua ſacræ reliquiæ veſtiuntur, redditum ſibi lumen ſit. Nōne ſimul illud eſt, quod in euangelio legimus? Vnius enim potē tiam laudamus authoris,nec intereſt vtrum opus ſit,an munus:cùm & muneretur in opere, & in munere. Quod enim aliis faciendum donauerit, in hoc aliorum opere nomen eius operatur. Legimus ergo in euangelio Iudæos cùm viderent in illo loco ſanitatis remedium requiſiſſe parentum teſtimonium, & interrogant,quomodo videt filius veſter?cùm ille diceret,cęcus cùm eſſem,modò video.Interroga te alios,ſi mihi non creditis.Interrogate extra neos,ne obſtipulari mihi parentes putetis.De teſtabilior eſt iſtorum,quàm Iudæorum pertinacia.Illi cùm dubitarent vel parentes interrogabant:iſti occultè interrogant,palàm negant iam non operibus increduli,ſed authori. Hæc ille. AVTHOR. Quid aliud damnat Ambroſius in toto proceſſu,niſi Arianorum perfidiā, & in omni verbo ipſam eandem Witcleuiſtarum duritiam? Vident miracula, teſtes audiūt, geſta conſiderant: & adhuc inuidia crepitans cor eorū magis elegit Dei opera tribuere Beelzebub,quàm conuenire cū ſanctis. Pater Ambroſius accerſiuit iudicio ſuo videnté de cæco, & adhuc ſuper illo arbitros cæcitatis,ſed Ariani,& Witcleuiſtæ,obſiſtunt increduli,dicētes, nec papam habere ſciētiam de ſancto,nec ſanctum Ambroſiū, quia nullus Witcleuiſta falſus teſtis accedit.Ambroſio autem credant fideles populos ſciuiſſe confirmat. Scientiam, inquit, vos habere probauiſtis fidei, quia piè credebant in teſtes fideles, non tam operum, quàm ſanctę vitæ,& poſt teſtes in iudicē.Hoc eſt enim quod dicit pſal. Teſtimonium Iſraēl ad confitendum nomini tuo. In quē locum CASSIODORVS. Teſtimonium Iſraēl,id eſt, qui teſtimonium præbeant ſanctitati, & ſunt probatio eorum,qui Deum vident. Teſtimonium enim confirmationem præſtat ignorantibus, vt credant eſſe reuera Dei famulos, qui viderint beatos viros actuū probitate conſpicuos.Nam vt hoc nō haberes ambiguum, ſubiecit,ad confitendum nomini tuo. Ad confitendum enim dicit ad laudandum, quia cum angelis omnes ſancti laudes domini deuotiſsimè celebrabant. Hæc ille.AVTHOR. Teſtimonium ecce præbere ſanctitati aliquorum, eſt probatio eorū, qui ſcilicet ſancti ſunt, & iā preſenter vidēt Deū.Quomodo ergo inſenſatus iſte dixit,quòd teſtes nihil probant?Et ſubdit,quòd hoc teſtimonium præſtat confirmationem ignorantibus. Putà iudicibus,vt credāt,reuera eſſe Dei famulos,quos in verbis teſtium vident beatos viros eſſe actuum probitate conſpicuos. Qualiter hoc ſi nihil probēt? probant ergo ita vt iudices ſciant,qui prius neſcij fuerant:ſed cum hoc ſtat, inquit, quòd ſit hypocrita,& præſcitus. Latior difficultas ex his verbis ſe offert de illis,qui inter ſanctos memoriam habent in eccleſiis, & tamen de quibuſdam eorum improbis actibus, & etiam inhoneſta morte hiſtoriæ eorum non tacent.Sicut de ſuperbia Buccij, & aliis.Sed huic ſatisfacit ambiguo primo de ciuitate Dei ca.26. AVGVSTINVS.Sed quædā inquiunt ſanctę fœminæ tempore perſecutionis vt inſectatores ſuæ pudicitiæ deuitarent, in rapturum, atque necaturum ſe fluuium proiecerunt,eoque modo defunctæ ſunt,earumque martyria in eccleſia catholica,veneratione celeberrima frequētantur. De his nihil temerè audeo iudicare. Vtrum enim eccleſiæ aliquibus fide dignis teſtificationibus,vt earum memoriam ſic honorēt,diuina perſuaſerit authoritas,neſcio,& fieri poteſt vt ita ſit. Quid ſi enim hoc fecerūt nō humanitùs deceptæ,ſed diuinitùs iuſſæ: nō errantes, ſed obedientes, ſicut de Samſon aliud nobis fas nō eſt credere.Cùm autem Deus iubet,ſeque iubere ſine vllis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequium pietatis accuſet?Hæc ille.AVTH.Non paruam authoritatem reputat Auguſtinus fide dignorum teſtium, qui poterūt diuina quadā authoritate perſuadere eccleſiæ, quòd hæc ipſa,quæ putamus abſurda,iuſſerit Deus ſanctis ſuis.Vnde eo magis ſunt eorum memorię recolendæ celebriter,quo obedientiam pietatis nulli ſit licitum vt accuſet. Si eſſet catholicus Witcleff,ſi filius pacis eccleſiæ,non ſupponeret præſcitos eſſe,quos canonizat eccleſia. Sed magis inſipidum,& maleficiatum cerebrū ſuum cum Auguſtino ſubmitteret: de his inquiente:

Digitized by Google

quiēte:nihil audeo temerè iudicare, ſed in partem bonam retorquere parabolam.Et tūc cōcludit.Quæ ergo præſumptio, ſuper allegata, & probata,& confirmata canonizare,quod talis in patria ſit beatus?Reſpondeo, quòd præſumptio bonæ fidei, ſi cætera ſint allegata, & probata:quia mendoſa allegari non poſſunt, etiā quanuis homini ſeducto probata credantur,ſi ſint,ſed ergoveritas doceatur hoc:primò quòd cōtra iudicem tentat,quia ſententia, inquit,alterius iudicis,qui mūdo eſſet magis authenticus,tantum probaret, quantum ſententia Papę in hac parte.Quanuis iudex iſte ſit,ſi ue angelus,ſiue Chriſtus non hic definit. Sed fortè ſupponit,ac ſupputat vnum cum magiſtro ſuo Guillelmo,dicēte, quòd canonizatio ſanctorum,ſeu veneratio pertinere debet concilio generali Chriſti fidelium tantū, quia ſic, inquit,Gregorius quartus ex aſſenſu Lodirici imperatoris,& omnium ſanctorum epiſcoporum inſtituit,vt feſtum omniū ſanctorum celebraretur. Et quærī poſſet à Guillelmo,vtrū ſemper à primitiuis ſuis hoc obſeruauit eccleſia.Et iterum,ſi rex cum epiſcopis faciat plenarium generale cōcilium.Tertiò quęrit, an hoc ſit canonizare ſanctum, quod eſt ſtatuere diē eſſe ſolennem.Quartò item,ſi definire de meritis variis mortuorum pertineat ſoli concilio generali: quo contra dicit libro de eccleſiaſtica Hierarchia cap.7.DIONY.De dicta oratione, quam Hierarcha orat dormienti nobis, ad ueniente nobis de diuinorum præceptorum traditione dicere neceſſarium reor.litera Thomę intelligibilius habet.Quòd autem de dicta oratione epiſcopi ſuper defunctum nobis tradiderunt,dicere debemus.Epiſcopus ſecūdùm ſcripturam manifeſtatiuus eſt diuinorum iudiciorū.Iuxta illud, Angelus domini exercituū eſt. Didicit ergo epiſcopus ex ſacra ſcriptura ex his, qui ſanctè vixerunt clariſsima & diuina vita dignè à regibus iuſtiſsimis retribuitur diuina clemētia ſupportante maculas per humanam infirmitatem contractas, quia nullus (vt dicit ſcriptura)mundus eſt à macula. Hæc igitur nouit epiſcopus in ſcripturis promiſſa, & poſtulat eadem fieri & dari his,qui ſanctè vixerunt ſanctus retributiones in hoc à Deo cōfortatus benignitate, quòd aliorū dona ſicut proprias gratias petit.Et in eo quòd ipſe ſciēs has promiſsiones futuras,præſentibus manifeſtat, ꝙ ea, quæ ipſe petit,ſecundùm atteſtationes ſcripturarū omnino fiēt his, qui in ſancta conuerſatione decedunt.Epiſcopus autē recitator eſt diuinæ iuſtitiæ, nec poſtularet, niſi Deo placita & Deo promiſſa: propter quod & his,qui in mundo moriuntur,nō iſta poſtulat:non quia ſolùm id faciendo diuinæ recitationis ordinē peruerteret,& opus aliquod Hierarchicum ſine diuino inſtinctu præſumptuoſe exerceret: ſed quia iniuſtæ orationis effectū non conſequeretur audiens ſacram ſcripturam:petitis,& non accipitis, eo quòd malè petatis. Epiſcopus autem, qui petit à Deo quæ Deus promiſit & diligit & omnino donabit ꝓprium bonum affectū oſtēdens Deo bonorum authori,& his,qui ibi præſentes ſunt,manifeſtans retributiones,quæ fiunt ſanctis. Hęc ille. AVTH.Hæc eſt traditio apoſtolorū: hæc ante argutias Witcleff &Guillelmi norma fuit eccleſiæ.Quod apoſtoli,inquit,nobis tradiderūt,dicemus,primò quòd authoritate ſcripturæ ſacræ epiſcopus eſt manifeſtator diuini iudicij,qui ex eiſdem ſcripturis accipit quam retributionem Deus eſt facturus ſanctè viuentibus,&qualiter ſupportabit infirmitates humanas,quia nullus eſt mundus à ſorde. Pro eis ergo poſtulabit bona fide, ſciens promiſsiones Dei non poſſe deficere his,qui in ſancta conuerſatione decedunt. Pro execratis autem nō deprecabitur,& pro his,qui turpivita decedūt non ſolùm ne diuinum peruertere conetur iudicium, ſed & quia iniuſtæ orationis non conſequetur effectum.Ideo ſine trepidatione confidit eccleſia,quòd epiſcopus petit, & iudicat circa mortuos,quæ ſola Deo ſunt placita,oſtēdens hominum zelum Deo authori bonorū, & toti populo ibi præſenti retributiones diuinas,quæ fiunt ſanctis,ſi iuxta ſcripturas ſacras & fidem eccleſiæ hoc donetur epiſcopo ad tātum iudicare de mortuis,vt poſsit ex his, quæ ſibi conſtant,certificare præſentes de retributione diuina fiēda ſanctis in gloria pro ſancta conuerſatione ſua:quid impediet epiſcopum, ne canonicè inquirat de vita diutina talis ſancti,vt pleniorem trahat notitiam: & ſi eam inuenerit,ſanctorum cultu dignam, authoritatē epiſcopali cōfidenter exprimere ſanctum Dei plebibus venerandum? Et ſi omnis epiſcopus hoc habet iuris,qd maximè facere poterit epiſcoporum epiſcopus?Mortua Thabita,quis à poſtolorum quæritur,niſi Petrus à Ioppe, nō ad ſuſcitandum dormientem ſanctam, ſed ad cognoſcendum de vita & cōuerſatione defunctæ,qualiter eleemoſynis & bonis operib⁹ plena,merita eſſet,vt bene digna haberetur in eccleſia ſanctorum conſortio? Act.9. Et hoc ad teſtimonium fidelium fecerat ſanctus Petrus. Vnde ſuper Ioannem mora.85. CHRYSO. Si enim memoria mirabilium virorum defunctorum proficit viuentibus,Expio,ait,ciuitatē

hanc propter me, & propter Dauid puerum Mencij: multò magis eleemoſyna hoc operabitur, hæc enim & mortuos ſuſcitauit, quum circunſtabant viduę, oſtendentes quid fecit cum eis exiſtens Dorcas. Hæc ille. AVTHOR. Et

3 † poſt reſurrectionem Chriſti ſanctus Petrus primò omnium teſtificationes apoſtolorum ſuper vita & conuerſatione Chriſti, & demum reſurrectione eius à mortuis promulgauit in plebibus, definiens eum ſanctum domini, & omni inſtantia colendum, & hominibus ſingulis adorādum. Viri, inquit, Iſraelitæ, audite verba hæc, Ieſum Nazarenum virum approbatū à Deo in nobis virtutibus, prodigiis, & ſignis, quæ fecit Deus in medio veſtri, ſicut vos ſcitis. Et infrà. Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus, dextera igitur Dei exaltatus &c. Actuum. 2. Quid erat hoc minus quàm canonizatio Chriſti Ieſu. i. ſanctificatio conuerſationis & operum Chriſti, iuxta regulas canonicæ ſcripturæ, ad prouocandum populum incultum eius? Et capi. 3. idem Petrus: Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis. Sequitur. Quem Deus ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus, & in fide nominis eius hūc, quem vos videtis, & noſtis, cōfirmauit nomen eius, & fides, quę per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum. Actuum. 3. Et in hoc item Petrus ſententiam dedit ſanctificationis nomi nis Chriſti tam per teſtes operum eius, quàm item per miraculū. Cuius ſanctificationis Chriſti ipſos eoſdem fideles, vt Chriſtum ſanctum colant, & prædicent, ammonet poſtea, dicens. Dominum autem Chriſtū ſanctificate in cordibus veſtris. prima Petri tertio. Et hos item teſtes producit Paulus in ſua pronuntiatione, Chriſtū dñm ſanctificando in Antiochia: De⁹, inquiēs, ſuſcitauit eū à mortuis tertia die, qui viſus eſt dies multos his, qui ſimul aſcendērūt cū eo de Galilæa in Hieruſalē, qui vſq; nūc ſunt teſtes eius ad plebē. Act. 13. Sic ab initio Deus ipſe voluit per maiores plebis, & maximè ſacerdotes effici ſanctus. i. taliter nuntiari, & ſic ſanctificari coram plebe. Num. 20. Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, nō introducetis populos hos. Sic itaq; pater ſanctificauit filium ſuum Chriſtum, quem pater ſanctificauit, inquit, & miſit in mundum, vos dicitis quia blaſphemat. Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Ioannis decimo.

Chriſtū canonizat Petrus.

¶ Quòd in forma Chriſti canonizantur ſancti eius, per teſtes vitæ.

CAP. CXXIII.

SVMMA.

1 *Stephani Canonizatio.*
2 *Cornelij Papæ, & martyris uirtus deſcribitur.*
3 *Theodoſius princeps auguſtæ memoriæ ab Ambroſio ſanctus enuntiatur.*



Oc eodē modo ſanctificatur Deus in ſanctis ſuis, quo ſanctificatur in ſe per teſtes vitæ, & operum, & ſignorū, pronūtiatione tñ apoſtolica. Vnde dñs per os prophetæ. Sanctificabor in eis coram gentibus, & habitabūt in

Stephani canonizatio.

1 terra ſua. Ezechie. 28. Audite † qualiter ſanctificatus eſt Stephanus, & canonizatus in ſcripturis. Primò teſtificatio fit de ſanctimonia vitæ eius, vbi elegerunt Stephanū plenū fide & ſpiritu ſancto, demum quomodo operatus eſt ſigna publica, dicēdo, q̄ Stephanus plenus gratia, & fortitudine, faciebat ſigna, & prodigia magna in populo. Cuius facies in concilio viſa eſt tanquā angeli: & quomodo ſub cōfeſſione nominis Chriſti, videns ad dexterā patris, cuius imitator factus eſt, pro perſecutoribus orans, migrauit ad Chriſtum. Act. 6. & 7. Atten de teſtimonium, & nōne totum ad hoc pergit, quòd ex ſynceritate vitæ, & claritate ſignorū credi debet eſſe cum Chriſto? & in hac ſumma tota inquiſitio eccleſiæ quieſcit: quā plenè colligit in ſermone de eodem, parte tertia ſermonum, ſermone. 21. AVGV Audiuimus, & audiuiſtis, nō ſunt verba multa neceſſaria, quia audiſtis: hoc tantùm exhortandam video charitatem veſtram, & ædificādam, vt ſciatis ſanctū Stephanum honorem Chriſti quæſiſſe, vt ſciatis ſanctum martyrem Chriſti teſtem fuiſſe, vt eum ſciatis tanta nunc miracula in nomine Chriſti feciſſe. Sequitur. Videte cui animam ſuam commendauerit. Ecce, inquit, video cælos apertos, & filium hominis ſtantem ad dexterā Dei. Vidit Chriſtū, confitēs Chriſtū, moriturus q̄ Chriſto, perrectur⁹ ad Chriſtū. Dominus q̄ inimicis ſuis in cruce pendens ait: Pater ignoſce illis hoc peccatū, quia neſciūt quid faciūt. Stephanus ſub lapidibus genu flexo ait: Domine, ne ſtatuas illic hoc peccatū. Secutus

eſt

Digitized by Google

est vestigia pastoris ouis. Bonus agnus secutus est agnum, cuius sanguis tulit mundi peccatū. Et infrà. Quomodo non posit iste ibi esse, vbi erat quem imitatus est? triumphauit, coronatus est. Hæc ille. AVTHOR. Vide quid fidenter concludit, quidve definit episcopus. Triūphauit, coronatus est. Vnde hoc? Quomodo, ait, posit ibi non esse, vbi erat quem imitatus est? Sed restat docere qualiter imitat⁹ est Christū, vt sic credere possimus eū esse cū Christo. Imitatus est vita, inquit, quærens in omnibus honorem Christi, plenus fide & spiritu sancto, plenus gratia & fortitudine: quod probant testes, & examinata miracula. Morte tenus imitatus est Christum: cuius item testes sunt viri illi timorati, qui curauerunt Stephanum humandum. i. funus eius fecerunt, planctum magnum facientes super eū. Actu. 8. Testes probi sunt, quia timorati. Hoc totū facio diligentiùs, vt sciat Wit. quantū ecclesia nostra conuenit cum scripturis, dum conatur canonizare sanctos maiores, eisdem. s. vtens mediis, & eadem inquisitione in forma, eo ꝙ ipse dicit in sæpe dicto. 30. trialogi. 3. si ad acuendum deuotionē vestram beatos aliquos adoremus, videtur ꝙ derelinquēdo ambiguū illos adorare debem⁹, quos fides scripturæ & sic domin⁹ canonizat. Hæc Witcleff. AVTHOR. Concedit ergo canonizationem sanctorū in scripturis in facto dominico. Reuera nullum sanctum in specie canonizat scriptura de nouo, nisi Deum sanctum, & Christum sanctum, quia nullum definit hominem per se colendum. Cuius ratio est sicut dicit August. vt in toto testamento veteri coleretur Deus, ad quod vix trahere poterāt populum vt reuocaretur ab idolis. In nouo testamēto tota sollicitudo est, vt colatur Christus. Interim ergo dimittātur martyres, inquit, vt colatur Deus, quia in breui venerabitur corpus capite coronato. Ibi omnis difficultas, ibi omnis contentio, vt infrà dicetur. Scripturis ergo sanctis vtriusq; paginæ de sanctis Dei testimonium redditur, quod est ad eorum sanctificationē in terra præambulū. Testimoniū, inquit, vitæ, & signorū. Quod si plenè consequatur ecclesia, qualiter errat in iudicio? Aut vis vt modo non liceat, quē tūc licebat, fideles, putà Christi de sanctis ipsa scriptura iubente. Congregate illi sanctos eius in moribus, congregate de signis: quia quāuis martyres Christi sint, sunt inquirendi de vita, & fide, ne propter improbitatē morum occultè fatiscant in pœnis. Qualiter li. 4. Ecclesiasticæ historiæ cap. 14. de quodam Phryge dicit Eusebius. Cū ad exclamationē grauis perturbatio fieret, Corinthiū quendā nationē Phrygem nuper de suis regionibus aduentare accidit, qui primò quidē bestias, cæteraq; tormenta sponte lacessisse dicitur: deinde fractis animis cedere, adultimū, etiā segnitia fidem perdere. Quę res eum ad martyriū procacia potiùs, & temeritate, quàm deuotione prosiluisse declarat. Ipse nāq; se iudiciis ingesserat. Virtus itaq; exemplū cuidēs omnibus dedit cautiùs in rebus talibus & circunspectiùs agendum, quia non temeritas, sed fides, & modestia coronantur. Hæc ille. AVTHOR. Deuotio igitur vitæ, & morum antecedēs tormenta quærēda est in martyre, quāuis paritas sit in causa certandi, ne morū fœditas, Dei causam obūbret in affectibus honestorū. Hāc igitur sanctæ cōuersationis notam cōformiter ad scripturas interserit actis suis circa solēnitatē sanctorū martyrum Geruasij & Prothasij tractatu. 2. Beatus AMBROSIVS. Aspicite ad dexteram meam, aspicite ad sinistrā reliquias sacrosanctas. Videtis cælestis conuersationis, videtis viros spectātes animi sublimis trophęa. Isti sunt cæli, qui enarrāt gloriam Dei, hæc opera manuū eius, quæ annūtiat firmamentū. Non enim eos secularis illecebra, sed diuini operis gloria ad firmamentum sacratissimæ passiōis euexit. Multoq; antè morū virtutūq; documētis annūtiauit in his martyriū, ꝙ aduersus lubricū seculi hui⁹ stabiles permāserūt. Cælum erat Paulus, qui ait, Nostra autem cōuersatio est in cælis. Cæli erant Iacobus & Ioannes, *Philipp. 2.* deniq; filij tonitrui nuntiabantur, & ideo quasi cælum Ioannes, quia verbū apud Deū vidit. Ipse dominus Iesus perpetui luminis erat cælū, cū enarraret Dei gloriam, sed eā, quā nemo ante aspexerat: & ideo dicit Ioā. 1. Deū nemo vidit vnquā, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Hæc ille. AVTHOR. Ab hac paginam suā inchoat sanctus pater sanctos martyres dedicaturus in terris. A vita, à moribus, à sancta conuersatiōe, quos futuros Christi certatores diceret, & deuoti populi defensores. Nō, inquit, eos secularis illecebra, sed diuini operis gloria ad firmamētū sacratissimæ passionis euexit. Sic canonizari cœpit Stephanus in scripturis, ꝙ plenum eum asserunt spiritu sancto, & gratia domini, antequā de passione tractetur. Et hîc Ambrosius: Multò, inquit, antè morū virtutūq; documentis annūtiauit in his martyrū, ꝙ aduersus lubricum huius seculi stabiles permanserunt. Quo dicto ad eorū certandi modum accedit subinferens AMBROSI. Dies diei eructat verbum. Ecce verè dies, quos nulla caligo noctis interpolat. Ecce verè dies pleni luminis, & fulgoris æterni, qui non per-

functorio ſermone verbũ Dei,ſed intimo cor de eructarunt,in cõfeſsione cõſtantes,in martyrio perſeuerantes.Hæc ille.AVTHOR.Imitatur planè formam ſcripturæ,quæ ſic itẽ ſubinfert de Stephano,quòd omnes de ſynagoga diſputabant cum Stephano,nec poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui loquebatur in eo,& inter lapidantium ictus:Domine,inquit, Ieſu accipe ſpiritu meũ: & obdormiuit in domino. Vbi ergo forma ſcripturæ ſeruatur,& ordo,cur non eundem ſperemus euẽtum? An non ſi modò iuſtè viuat,homo eandem veniã habebit,quam ſcripturæ loquuntur de ſuis? Cur igitur non eandem gloriam in cælis,& eãdem manifeſtationem in terris:vbi idẽtitas eſt proceſſus & ordinis? Sanctus pater Ioannes Chryſoſtomus audebat hoc modo ſanctos ꝓbare,libro de reparatione lapſi poſt principiũ CHRYSOSTOMVS. Scio enim plures, & noſtris temporibus,& à maiorum memoria lapſos ab itinere recto,& præcipitatos ab ingreſſu viæ anguſtæ,& ita reparatos rurſus eſſe, vt poſterioribus priora tranſierint,atque ad palmam peruenerint,& coronam,numeroq; rurſus & choro inſcripti credantur eſſe ſanctorũ. Hæc ille. AVTHOR. Reſponſum eſt Witcleff,ſuſpicanti de tali ſancto, qui fuerit vſque ad mortẽ hypocrita,& præſcitus. Chryſoſtomus dicit ſe ſcire plures experiẽtia ſui temporis, & teſtimonio ſanctorum poſt lapſum ita reparatos,vt numero,& choro ſanctorum credantur adſcripti.Hæc eſt teſtificatio bonæ fidei,hæc depoſitio orthodoxa pro ſancto. Sic eõtra detractores ſanctum Cornelium, ſanctũ Dei martyrem in epiſtola ad Antonianum ꝓ
2 bat CYPRIA. Factus † eſt Cornelius epiſco
Cornelij Papæ & martyris uirtus pus de Chriſti & Dei eius iudicio,de clericorũ penè omnium teſtimonio,de plebis, quæ tũc affuit,ſuffragio, de ſacerdotum antiquorũ, & bonorum virorum collegio, cùm nemo ante eum factus eſſet:cùm Fabiani locus eſſet,cũ locus Petri,& locus cathedræ vacaret.Quo occupato,& de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſione firmato,quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit,foris fiat neceſſe eſt, nec habeat eccleſiaſticam ordinationem,qui eccleſiæ non tenet veritatem.Sequitur.Tunc deinde poſt epiſcopatum non ex ambitu, nec extortu,ſed de Dei,qui ſacerdotes facit,voluntate ſic ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto epiſcopatu ſuo virtus,quantum robur animi,qualis firmitas fidei? Quod nos ſimplici corde,& perſpicere,& laudare debemus ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore,quo tyrannus infeſtus Dei ſacerdotibus fanda, atque infanda comminaretur: cùm multò patientius, & tolerantius audire leuari aduerſum ſe æmulum principem, quàm conſtitui Romæ Dei ſacerdotem. Nonne is frater ſummæ virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt?Nonne inter glorioſos confeſſores,& martyres deputandus eſt,qui tantum temporis ſedit expectans corporis ſui carnifices & tyranni ferociẽtis vltores: qui Cornelium aduerſus edicta feralia reſiſtẽtem,& minas,& cruciatus, & tormenta, fidei vigore,calcantem, vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel torrerent igni,vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera eius, & membra lacerarent? Etiam ſi maieſtas domini protegentis, & bonitas ſacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius quantum ad eius deuotionem pertineret & timorẽ,paſſus eſt quicquid pati potuit, & tyrannum armis & bello poſtmodum victum prius ſuo ſacerdotio vicit.AVTHOR.Quàm ſano,quàm inexpugnabili proceſſu,prouectum,& conſtãtiam deſcribit papæ Cornelij,quibus eum probat inter confeſſores Dei, & glorioſos martyres collocandum,& ſemper viciſſe dicit tyrannum priùs ſacerdotio,quem poſt vicit martyrio. Ettamen tales(quales nunc ſunt Witcleuiſtæ) detractores vitæ ſuæ morumque item morte tolerata ſuſtinuit. Ideo ſubiungit CYPRIANVS. Quòd autem quædam de illo inhoneſta & maligna iactantur,nolo mireris,cũ ſcias ſemper hoc eſſe opus diaboli, vt ſeruos Dei mẽdacio laceret,vt opinionibus falſis glorioſum nomen infamet,vt qui cõſcientiæ ſuæ clareſcunt,alienis rumoribus ſordidẽtur. Hæc ille.AVTHOR. Suſpicentur igitur hæretici contra ſanctos, dicant clam eſſe hypocritas, proceſſus ambulat ſano pede definitione patrũ, poſtquàm inquiſitio recta ſanctos reddiderit.Nec timent ſanctos aſſerere, poſtquã ſanctos inuenerint, ſed palàm enuntiant. Sicut †
3 item conſtat de principe Theodoſio in lib.de eius obitu, Dicente AMBRO. Conuertere anima mea in requiem tuam:in quam feſtinauit intrare Theodoſius, atque ingredi ciuitatẽ Hieruſalem,de qua dictum eſt. Et reges terræ ferent gloriam tuã in illã.Sequitur.Abſolutus igitur dubio certamine,fruitur nunc auguſtæ memoriæ Theodoſius,luce perpetua,trãquilli tate diuturna,& pro iis,q̃ in hoc geſsit corpore,muneratiõis diuinę fructib⁹ gratulatur. Ergo qa dilexit auguſtæ memorię Theodoſi⁹ dominũ ſuũ,meruit ſanctorũ cõſortia:& ego, vt qdẽ ſermonẽ meũ ꝓ orationẽ concludã,dilexi virũ miſericordẽ,humilẽ in impio,corde puro

&

Digitized by Google

& pectore mansueto præditum, qualem dominus amare consueuit, dicens. Super quem requiescam nisi super humilem, & mãsuetum? Hæc ille.

¶ Quòd item canonizantur sancti, probatis miraculis, quæ vltra modum displicent Witcleuistis: sicut olim Saracenis, Arianis, & Paganis.

CAP. CXXIIII.

SVMMA.

1 *Miraculorum detestatores qui.*
2 *Miraculis ad fidem astruendam opus est.*
3 *Miracula quomodo torqueant, & crucient hæreticos, & perfidos.*
4 *Miracula priscorum sanctorum narrantur.*
5 *Miraculorum effectus.*

DE miraculis item testes nihil probare confirmat ibi subiungens. Nec dubium, quin miracula magis possint illudere, cũ diabolus transfigurans se in personam defuncti, vel in angelum lucis maiora miracula damnati possit ostendere. AVTHOR. Nulli † sit dubiũ, Witcleff, & sectatores detestantur miracula supra modum, vt magis suam ostendant originem: sic Machomẽtus in alchorano, quia miracula non potuit facere, deprauauit: & omnis deinceps Agarenorũ secta: sic item Pagani omnes facilè sine miraculis se idolis mãcipabant. Scripturæ sacræ testantur, quòd Achaz refutauit miraculũ, quòd obtulit dominus. Causam referunt patres, ne sic idolis cogeretur abscedere. Reuera impium dogma, quod fabricat sibi Witcleff in corde, hoc est idolum eius in mente. Vnde lib. 4. commẽtarij in Hieremiam textu. Ædificauerunt excelsa Baalim HIERO. Omnis hæreticus derelinquit Deum, & alienum locum facit habitationis Dei, quem sua fraude polluit, & libat diis alienis, quos nec ipse nouerat, nec patres eius, apostoli videlicet, & apostolici viri. Hæc ille. AVTHOR. Eadem ergo causa detrahũt hæretici diuinis miraculis, quibus & Achaz, ne idola errorum suorum desererant sub illo fuco. Non tẽtabo dominum. Probatio eius est, quia vbi fauet eis aliqua ex parte quod contingit diuinitùs, non abiiciunt, sed vsurpãt, iactãtes eã ad gloriã suæ partis, velut ipse Witcleff de terræmotu garrit in. 4. trialogi cap. 36. Multi fideles piè putant, quòd sicut in alia damnatiõe Christi per sacerdotes legis veteris, quę fuit reproba, sic in ista damnatiõe, ad ostendendum defectum attestatiõis humanæ fuit insolitè terræmotus. Quando enim mẽbra Christi deficiunt, ad reclamandum contra tales hęreticos, terra clamat. Hæc Witcleff. AVTH. Ecce q̃ pro se putat illo die contigisse terræmotum, & non vult esse illusionem diaboli, nec vult esse quid inefficax ad probandũ: imò dicit, quando membra Christi deficiunt, terra clamat. Sed pro hęresi sua: pro corpore sancto cælum & terræ mutescunt. Videant omnes gẽtes, q̃d iste agit de miraculis. Religio enim pura Dei nunquàm sine magnis miraculis cultores obtinuit, nec obtinere debuit secundũ patres, ne sic paganizaremus de facili. Vnde lib. de quæstionib⁹ ve. & no. test. ca. 114. AVGV.

2 Quo † pudore fidem nostram reprehendendam aut ridendam putant, quorum legem virtutum testimoniis fultam, necnõ ipsius domini, ac Dei nostri relegunt vocem, dicẽtes. Ego sum Deus, & non est alius præter me. Ergo si nudis verbis diceret, non erat ei credẽdum, ne similes Paganis haberemur, qui nulla deorum suorũ signa maiestatis videntes, colere eos cœperunt, & (quod peius est) inhonesta. Turpia enim agũtur illic, quæ pudoris est reuelare, & prodentes se appellant. Porrò autem Deus noster teste virtute cæli se mandauit, & vt nihil suspicionis relinqueret, legem ipsam honestam, & sanctam; & vt Deo dignũ est, tradidit. Nos verò, qui stulti à Paganis dicimur, Deo nostro non credidissemus, nisi nobis satisfecisset testimoniis virtutũ, nec legem eius suscepissemus, si non illam puram, & ipsa professione condignam cognouissemus. Hæc ille. AVTH. Duo ergo in Paganis annexa, lex turpis, & carens signis, vincunt professores insanos. Duo in fidelibus, maiestas alta signorum, & honesta regula præceptorum prudẽtes eos, & cautos. Qualiter ergo illudunt, aut decipiunt diuina miracula Christianos sanctos, quæ ipsos prudentes

3 fecerunt, & cautos? Attendant † orthodoxi rẽ ab exordio: nihil ita torquet perfidos, aut cogit in furiam, sicut miraculorum potestas, & diuinarum virtutũ victrix. Frequentia hæc Pharaonem durissimè cruciabant, & tandem quousque mergeretur ad persequendũ Dei populum incendebant. Hæc Phariszis, & Scribis stimulos dabant inuidiæ, vt eo maiori studio deprauarent Christum Iesum, quo videbant eũ curare cæcum natum, rectificare claudum, & Lazarũ suscitare defunctum, quẽ atrocissimo odio conabantur occidere, quia maiestati miraculi

Miraculis ad fidem astruendum opus est.

raculi nō poterant reſpōdere. Et nunquid gē-
tiles perſequentes ſanctos dicebant miracula
Dei dæmoniorum eſſe magica arte præſtigia?
Cōſimiliter arguūt hæretici cōtra catholicos,
ꝙ miracula, quę fecit Deus contra ipſos pro fi
de, ſunt illuſiones diabolicæ. Nam & hoc Aria
ni dicebant contra ſanctos Geruaſium & Pro
thaſium, negantes in cæco raparato, & expul-
ſo dæmonio diuinum miraculū: de quo refert
tractatu tertio de eiſdem AMBROSIVS. Ce
dit diabolus plagis, & adhuc cedere neſciunt
Ariani. Quāta perpeſſi ſunt, & quēmadmodū
Pharao malis ſuis indurantur! Dicebat diabo-
lus, vt ſcriptum legimus: ſcio te qui ſis: tu es fi-
lius dei viui. Dicebant Iudęi: neſcimus quis ſit.
Dicebant hodie, & ſuperiore die vel nocte dæ
mones: ſcimus quia martyres eſtis. Et Ariani
dicūt: neſcimus, nolumus intelligere, nolumus
credere: dicunt martyribus dæmones, veniſtis
perdere nos: Ariani dicunt, non ſunt dęmonū
vera tormenta, ſed ficta, & compoſita ludibria.
Audiui multa componi, hoc nemo vnquā fin
* Dęmo- gere potuit, vt * dæmonium eſſe ſe ſimularet.
niacum. Quid illud, ꝙ ita agitari eos videmus, quibus
manus imponitur? Vbi locus fraudi eſt, vbi ſuſ-
ſpicio ſimulandi? Sed non ego ad ſuffragium
martyrum vſurpo vocem dæmoniorum: be-
neficiis ſuis ſacra paſsio comprobetur. Habet
iudices, ſed purgatos: habet teſtes, ſed abſolu-
tos. Melior vox eſt, quam ſanitas loquitur eo-
rum, qui debiles aduenerunt. Melior vox eſt,
quam ſanguis emittit. Habet enim ſanguis vo
cem canoram, quæ de terris ad cælū peruenit.
Hæc ille. AVTHOR. Audiſtis de duritia hæ-
reticorum, qualiter duriores diabolis negant
Dei miracula, quæ dæmones cōfitentur. Aria
na vox incredula, quam iam increpauit Am-
broſius, ipſa eſt vox Witcleff, & ſectatorū eius,
quòd non ſunt vera tormēta dęmonum apud
martyres, nec ſunt vera miracula, ſed ficta, &
compoſita ludibria. Et WITCLEFF. Talia
miracula ſunt illuſiua, quia diabolus in perſo-
na defuncti poteſt facere his maiora. Sed ergo
probentur ait Ambroſius. Dæmonum nemo
fingit, agitantur ægroti, non eſt locus fraudi:
ſed dicunt Ariani, nolumus intelligere, nolu-
mus credere. Sed dicit Witcleff, quòd hæc o-
mnia ſint citra fidem, & videtur, quòd per te-
ſtes, iudices, & patrias procurantes particula-
res, eccleſia ſępius ſit ſeducta. Hoc autem foret
facile, & diabolus non dormit. Hæc Witcleff
vbi prius. AVTHOR. Igitur prophetico ſpi-
ritu, priuſquàm Witcleff loqueretur, omnes
hos nodos Ambroſius abſoluebat, beneficiis
ſuis, inquiens, ſacra paſsio comprobatur. Ha-
bet iudices, ſed purgatos, habet teſtes, ſed abſo
lutos. Ipſa enim miraculorū beneficia purgāt
iudices procurantes, & teſtes abſoluunt. Vbi
enim ſunt beneficia vera, teſtes nō producūt,
& iudices non probant, niſi vera miracula: &
hęc ipſa miracula quàm officioſa ſunt, qa Deo
teſtantur, ſanctorum virtutes loquūtur, & mi-
ſeris ſuffragantur. Prout Homil. 15. ſuper Eze *Miracu*
4 chielem habet GREGORIVS. Quid † inter *priſcorū*
ꝓpugnacula, & clypeos diſtat, niſi ꝙ in ſacro *ſanctorū*
eloquio patrum prędecedentium & miracula le-
gimus, & virtutes bonorum operum audiui-
mus? Ibi nāq; cognoſcimus, ꝙ alius potuit ma
re diuidere, alius ſolem figere, alius mortuum
ſuſcitare, alius paralyticum erigere verbo, vm-
bra ægrotos curare, ali⁹ per ſua ſemicinctia in-
firmantiū febribus obuiare: qui tamen omnes
patientiæ longanimitate mites, & zelo rectitu
dinis feruentes, fuerunt verbi prædicatione di
uites ſimul & miſericordię largitate. Hi itaque
quàm vera de Deo dixerint, teſtantur miracu
la, quia talia per illum non facerent, niſi vera
de illo narrarent. Et quàm pij, quàm humiles,
quàm benigni extiterint, eorum teſtātur ope-
rationes. Si igitur de fide tentamur, quam ex il
lorum prædicatione concepimus, loquētium
miracula cōſpicimus, & in fide, quā ab eis acce
pimus, confirmamur: quid ergo illorū miracu
la, niſi ipſa ſunt noſtra ꝓpugnacula? Hæc ille.
5 AVTH. Primū † officiū miraculi deſignat Gre
gorius, ꝙ quàm vera de deo dixerint ſancti, mi *Miracu*
racula ꝓteſtantur, quia talia per illū non face- *rū eſſe*
rēt, niſi de illo vera narrarent. Nō igit̄ eſt otio-
ſum opus miraculi, quod verba priora corro-
borat: & ſiue martyr confeſſus fuerit, ſiue ſpō-
tè obierit, fidē Dei in ſua aſſertione cōfirmat.
Vnde epiſtola ad Victorianum AVGV. Ne
aliquis exiſtimet illos Dei ſeruos, quos dicis à
barbaris interfectos, ſic illam mortem euadere
debuiſſe, quomodo illi tres viri ab ignibus, &
Daniel à leonibus libertatus eſt, ſciat illa pro-
pterea facta miracula, vt eos verum Deum co
lere crederent reges, à quibus in illa ſupplicia
trahebantur: hoc tamen erat in occulto iudi-
cio, & miſericordia Dei, vt illis regibus eo mo
do cōſuleret ad ſalutē. Antiocho autē regi, qui
Machabæos pœnis crudelibus interemit, no-
luit ita conſulere, ſed eorum glorioſiſsimis paſ
ſionibus cor duri regis acriori ſeueritate puni
uit. Hęc ille. AVTHOR. Hoc, quod dicit
Gregorius, Auguſtinus affirmat, illa miracula
trium virorum ideo facta, vt eos verum Deū
colere crederent reges. In robur ergo fidei
noſtræ, quam de ſanctis audiuimus, eorum mi
racula videamus. Sic enim quandoque fiunt,

vt non

Digitized by Google

vt non tantùm fidelium virtus robur accipiat, sed etiam infidelium noua fides accrescat. & propter hoc lapides Onychinos ad ornandũ Ephod, ac rationale, libro primo de tabernaculo capit. 7. coniungere docet BEDA. Lapides Onychinos, & gemmas ad ornãdum Ephod, ac rationale connectimus, cùm miracula sanctorum, quibus cogitationes Deo deuotas, & opera virtutum ornare digna laude prædicamus; atq; hæc in adiutorium nostræ fidei, vbi opus fuerit, assumimus. Sequitur. Lapidésque onychini, ac gemmæ ornant Ephod, & rationale, cùm eximiis sanctorum patrum actibus, & cogitatibus etiam miraculorum insignia iũguntur. Hæc ille. AVTHOR. Et quàm pij, insuper quàm humiles, quàm benigni sancti tales extiterint, eorum testantur operationes. Ait supra Gregorius. Imò & quanto in honore propter has virtutes apud dominum habeãtur, miracula ipsa probant. Prout scribit. 3. parte sermonum sermone. 36. qui est de sancto Vincentio AVGVSTINVS. Quid, inquit, agit Deus mira opera faciendo circa sanctorũ corpora defunctorum, nisi testimonium perhibet sibi non perire, quod moritur, & vt hinc intelligatur, in quali honore secum habeat animas occisorum, quando caro exanimis tanto affectu diuinitatis ornatur? Sicut enim de mẽbris ecclesiæ loquens apostolus similitudinẽ adhibuit de membris corporis nostri: quoniã quæ inhonesta sunt nostra, his abundantiorẽ honorem circunspeximus, ita prouidẽtia creatoris cadaueribus martyrum tam præclara miraculorum testimonia præstando abundãtiorem honorem exãguibus hominum reliquiis circunponit, & quam vita emigrante tanquã deforme iam remanet, ibi euidentiùs præsens vitæ dator apparet. Hæc ille. AVTHOR. O sancti patris à spiritu sancto impregnata sententia, quæ sanctorum titulos inæstimabiliter auget: piorum deuotionem in sanctos accendit, & impudicos Witcleuistas confundit. Dicat modò si nihil probẽt testes sanctorum miracula ꝓducẽtes. AVG. Fidelis iudex ecclesiæ dixit eos probare quãto honore tales sãcti fuerint apud Deum, quorum inanimata cadauera tanto miraculorum honore curantur, & ꝙ eo euidentiùs vitæ dator ibi præsens apparet, quanto magis deforme corpusculum inter tãta miracula remanet. Hęc ipsa miracula fidem eius probant, & tu dicis, quòd nihil probãt. O quàm facilè fuisset isti corrũpere custodes dominici sepulchri pro principib⁹ sacerdotũ, & cum pecunia quantũlibet copiosa tollere, vel suspectum facere Christi resurrectiõis miraculum, tot qui illusionum fucis omnium miraculorum splendores obumbrat, quæ ab illa resurrectione capiũt fructum suum. Obstinatis Iudæis iste videtur obstinatior: de quibus tamen psal. querulus ait in gemitu. Patres nõ intellexerunt in Ægypto mirabilia tua. In quẽ versum HIERO. Viderunt, & nõ viderũt. Viderunt carnalibus oculis, & spiritalibus oculis non viderunt: non dixit: Non viderunt, sed nõ intellexerunt. Non enim ea spiritali contẽplabãtur intuitu. Hæc ille. AVTHOR. Ita & Witcleff, & cæteri patres hæreticorũ de Ægypto non intellexerunt miracula etiam quæ viderunt. Viderunt dicam, sed non viderunt: quia dissoluti Witcleuistæ nõ ea spiritali, sed superbo contemplantur intuitu.

¶ Qualiter miracula apud sanctorum memorias probant, & iudicãt eos sanctos, & Dei amicos.

CAP. CXXV.
SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit omnia miracula esse illusiones diaboli, confutatur.*
2 *Iosephossa, quomodo post mortem prophetauerunt, ad probandum eum sanctum Dei.*
3 *Miracula in Christi morte.*
4 *Deus quomodo egit miracula in præsentia corporis diui Vincentij, ad iudicandum eum sanctum.*
5 *Miracula sanctorum, ad quid ualuerunt.*
6 *Petrus quomodo probauerit potestatem simul miraculi primus post Christum, in Simone mago, ad laudem euangelij.*
7 *Prophetare, uirtutes facere, & dæmonia eijcere quomodo possint etiam mali.*
8 *Witcleff quare tam inimicatur sanctorum miraculis, ostenditur.*



Vltis scire? ipsum interrogate: dixit enim in dialogo sui maioris mendacij ca. 16. Quãtũ ad orationes, & miracula patet, ꝙ sunt illusiones diaboli somniatę, cũ publicatur hodie, ꝙ quilibet sacerdos cõsecrãdo eucharistiã facit infinita miracula, & tãta, & quãta fecit dominus Iesus Christus, & secũdùm apostolum primæ Corint. 13. Si viator habuerit omnẽ fidem, ita vt mõtes transferat, charitatẽ autẽ nõ habuerit, nihil est. Multò ergo magis signa ostensa, siue à Deo, siue à diabolo in præsentia corporis mortui nõ indicat, ꝙ sit sanctũ: ideo

vna de præcipuis cautelis diaboli, per quam se duxit viantes, est deceptio in his signis. Credamus igitur viris operibus cõformib⁹ legi Dei, & dimittamus hæc signa fœnola. AVTHOR.

1 Stupeo† ad hæc verba, ita vt pœnam contineã, dubitans vtrũ vir iste fuerit Christianus, an de Christiano factus apostata. Retractemus hæc dicta, & diligentius attendamus. Quantum ad orationes, inquit, & miracula patet, q̃ sunt illusiones diaboli. Indefinitè loquitur hæc verba: ideò vniuersaliter sumi possunt, logica propria eius docet: quia hõ ex corpore est & anima rationali, ideo quilibet hõ est rationalis: sic hæc miracula sunt illusiones diaboli, ita omnia. Cõfirmat sensum istum, q̃ statim infert ab apostolo. Multò ergo magis signa ostẽsa, siue à domino, siue à diabolo in p̃sentia corporis mortui non indicant, q̃ sit sanctum. Omnia signa iam comprehendit, siue à Deo, dicẽs, siue à diabolo facta in p̃sentia corporis mortui nõ in-

2 dicant, quòd sit sanctum. Quid† ergo ad canonizandum sanctũ Ioseph & sanctum Dei probandum, recitat sapiens hæc miracula, dicens, Ioseph, qui factus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentũ populi, & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt? Ecclesiastici 49. Prophetam ostenderunt, vt exponunt patres. Ecce miraculum ad probandum sanctum Dei, quia ossa eius prophetauerunt. Proiecerunt item quidam hominem mortuum in sepulchrum Eliſei, qui tetigit ossa Eliſei, reuixitque homo ille, & stetit super pedes suos. 4. Regum. 13. In canonizationem Eliſei, & ad probãdum eum sanctum hoc adducit scriptura miraculum, & dicit, quòd mortuũ prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. Ecclesiastici. 48. Si hæc miracula quanuis à Deo fa-

Miracula in Christi morte. cta in præsentia corporis mortui nihil probant, sed sunt illusiones diaboli somniatæ, vt quid sanctus sanctorum, vt probaret se san-

3 ctum, ea requisiuit in morte? Clamans† & volens, emisit spiritum, velum templi scissum est, terra mota est, petræ scissæ sunt, sol obscuratus est, monumenta aperta sunt: vt quid hæc omnia fecit Deus pater in præsentia corporis mortui filij sui, si non indicant eum sanctum? Hoc in commentario Matthæi dixit HIERONYMVS. Nulli dubium est, quid significet iuxta literam magnitudo signorum: vt crucifixum dominum suum, cælum, & terra, & omnia demonstrarent. Hæc ille. AVTHOR. Et amplius infrà super hunc textum. Ecce terræmotus factus est magnus. Idem HIERONYMVS. Dominus noster vnus atque idem Dei filius, & filius hominis iuxta vtrumque naturam diuinitatis & carnis, nunc magnitudinis suæ, nunc humilitatis signa demonstrat. Vnde & præsenti loco quãquam homo sit, qui crucifixus est, qui sepultus, qui clausus tumulo, quem lapis oppositus cohibet, tamen quę foris aguntur, ostendunt filium Dei: sol fugiens, tenebræ ingruentes, terra commota, velum scissum, saxa diruptæ, mortui suscitati, angelorum ministeria, quæ & ab initio natiuitatis eius probabant. Hęc ille. AVTHOR. Ecce perfide, ecce perdite Witcleff his obloquaris, si potes, & audès, vt nedum homines, sed hæc omnia, quæ Dei filium in eius morte probabant circa corpus mortuum te confundant. Gentilis ille Centurio veniens tecũ ad iudicium te conuincet: qui cùm Christus animam suam poneret, dicere nouit: Vere filius Dei erat iste. Et tu dicis, hæc eum non indicare esse sanctum. Et beatus Petrus beatum illum esse probauit, de quo prophetauit Dauid, quia caro eius non vidit corruptionem. Actuum. 2. Et beatus Paulus in sermõe ad populum Antiochiæ Persidæ hoc ipsum probauit Actuum. 13. Cur non sequatur ecclesia patres suos, & scripturas, & ipsum scripturarum authorem in sic scrutando miracula, & indicãdo de mortuis? quis detrahet, nisi perfidus, & qui diuinis scripturis non credit, & per hoc

4 nec Deo credit? Scio† quòd per hanc authoritatis peritiam indicauit Vincentium sanctum dum viueret, quia in præsentia corporis eius mortui Deus egit miracula. in sermone de ipso secũdo sermone, qui incipit: In passione, AVG. Quòdverò tãta cura seruauit dñs martyris corp⁹, qd aliud demonstrauit, nisi se gubernasse viuentẽ, quẽ nõ reliquit exanimẽ? Vicit ergo Datianũm viuens Vincentius, vicit & mortuus, viuens tormenta calcauit, mortuus maria transnatauit. Sed ipse inter vndas gubernauit cadauer extinctum, qui inter vngulas animum donauit inuictum. Nec flexit flãma tortoris corpus eius, sed in his, & huiusmodi omnibus nihil est aliud nisi pretiosa semper in conspectu domini mors sanctorũ eius. Hæc ille. AVTHOR. Attende quid dicat, q̃ tanta cura seruauit dominus martyris corpus, & mõstrauit se gubernasse viuẽtẽ, quẽ nõ reliq̃t exanimẽ. Inter vndas gubernauit cadauer extinctum, qui inter vngulas animum donauit inuictum. Ergo indicat esse sanctũ. Item nõ flexit tortoris flãma cor eius, nec mersit aqua maris corpus eius. Quõ dicis, credimus

viuis

viuis operibus relictis his signis? sunt ne hæc opera Dei mortua, quia dicis, Signa ostensa siue à Deo, siue à diabolo in præsentia corporis mortui, non indicant eum sanctum? & subinfertur. Credamus viuis operibus, dimittentes hæc friuola. Cum Magi Pharaonis post Moysen fecerant signa magna, vt patet Exod. 7. & 8. Et secundum veritatem euangelij, præsciti dicent, Domine nõne in nomine tuo prophetauimus, & demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Matth. 7. & Christus asserit Matthæi. 24. quòd pseudo Christi, & pseudoprophetæ dabunt signa magna, & prodigia. Erubescere ergo de cætero esse de generatione adultera, nisi docere sciueris, quòd hæc signa mortua fiunt ab homine, quem asseris esse sanctũ. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iam expresè dixit signa mortua, quæ doceri exigit scita esse fieri ab homine, quẽ asserit esse sanctum, quasi tunc non erubesceret cultor, sed si Deus ea fecerit in præsentia talis sancti, erubescere debet, & si dimittenda sunt hæc signa tanquam mortua, quia in præsentia mortui facta, & credenda viua opera, quia à viuentibus facta, falsum cecinit Augustinus de Psal. quòd pretiosa sit in conspectu domini mors sanctorum eius: sed sola vita pretiosa in cõspectu domini, & viuentium opera. Attamen quid te iuuat, q Magi fecerunt signa post Moysen, vt suadeas miracula sanctorum dimittenda tanquam friuola? Numquid Moyses, & Aaron ideò dimiserant sua signa? Scriptura ibi consequenter dixit, quòd deuorauit virga Aaron virgas Magorum, & post sanguinis signũ in paludibus, & post signum ranarũ addiderunt sancti Cynifes per Ægyptum, quod quia Magi nõ po-
5 terant, digitus Dei est hic, inquiunt. Ad hæc† ergo sanctorum miracula valuerunt, vt magicis prævalerent, & ad Dei fidem hostes compellerent. Sic item qualiter primus dux, & sacerdos, miraculi diuini potestatem probauit
6 in Magis ad legis ingressum. Itẽ† primus post Christum potestatem simul miraculi probauit in Simone Mago ad laudem euangelij Petrus sacerdos, put antiquus pater, & scriptus semper vicinus apostolis, lib. 3. de laudibus Iudæorum EGESIPPVS. Quanuis in alijs terrarum partibus Petri esset expertus potentiã scilicet Simon Magus, tamen præueniens Romam, ausus est iactare, q mortuos resuscitaret. Defunctus erat id temporis Romæ adolescẽs nobilis propinquus Cæsaris. Cum vniuersorum dolore admonuêre plæriq; ad experiendum, vtrũ posit resuscitari. Celeberrimus in his operibus Petrus habebatur, sed apud gentiles nulla facti huiusmodi deferebatur fides. Dolor exegit inquirit remedium: perrectũ est ad Petrum: fuêre qui etiam Simonẽ accersendum putarunt, vtriq; adfuerunt. Ait Petrus Simoni, qui de sua iactaret potentia, priores sese partes dare, vt si posset, mortuum resuscitaret: si ille non resuscitasset, se non defuturum, vt Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud vrbem gentilium plurimum suas valituras artes, cõditionem proposuit, vt si ipse resuscitasset mortuũ, Petrus occideretur, qui magnæ potentiæ (sic enim appellabatur) lacessendo iniurias pari genere irrogauisset, sin verò inualuisset, Petrus in Simonem vindicaretur. Acquieuit Petrus, adorsus est Simon, accesit ad lectulum defuncti incantare, atq; murmurare dira carmina, vt cœpit, visus est agitare caput, qui mortuus erat. Clamor fit ingens gentilium, quòd iam viueret, quòd iam loqueretur cum Simone. Ira & indignatio in Petrum, quòd se ausus esset conferre tantæ potestati. Tunc sanctus apostolus poposcit silentium, & ait, Si viuit defunctus, loquatur, si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur, phantasma illud esse, non veritatem, quòd videatur caput mouisse. Denique separetur, inquit, à lectulo Simon, & tunc ne quidem id ostentui futurum. Abducitur Simon à lectulo, manet sine specie motus alicuius, qui mortuus erat. Adstitit Petrus longiùs, & intra se paulisper orationi intẽtus, cum magna voce ait. Adolescens surge, sanet te dominus Iesus. Et statim surrexit adolescens, & locutus est, & ambulauit, & cibum sumpsit, & dedit eum Petrus matri suæ. Hæc ille. AVTHOR. Hic non abstinuit Petrus à faciendo miraculum, quia Magus fecerat illusiuum, sed magis prosequitur: sicut Moyses, vt fictitiam veritas superaret. Quòd item damnandi dicẽt, In nomine tuo virtutes multas fecimus, & dæmonia eiecimus, non ideò probas dimittenda miracula tanquam friuola: aliàs culpandus Christus, qui continuè post aduẽtum tot fulsit miraculis. Stultus esset Petrus, qui curauit claudum in porta ænea in Lydda, Thabitã in Ioppe, ægros innumeros per plateas vmbra sua. Paulus quoque miraculo conuertit Paulum Sergium, & curauit Eutychum iuuenem. Per manus quoq; apostolorum fiebant prodigia, & signa magna in populo. Magnificabat eos populus tanquam sanctos, Deo agente. Et quis inuidet istis signis, nisi hi increduli de hæresi Sadducæa. Aut nunquid ideò dimittendæ sunt Christi prædicationes, & lectiones prophetarum tanquam friuolæ? Ipsi,

Digitized by Google

qui dicebant, virtutes multas fecimus, ipſi præ miſerũt, in nomine tuo prophetauimus. Nec item illuſiones erant iſtę virtutes, quas fecerũt illi mali, quia dæmonia eieciſſe fatentur, & fe ciſſe virtutes, ſed in his miracula domini ſunt laudanda pro magnis, quia ad honorem Dei ſunt: & fiunt ad laudem meriti eorum, ſi boni ſint, per quos fiunt, vel ad eorum condemnationem, ſi improbi: aut certè ad eorum commodum, apud quos fiunt. Vnde in eũdem locum Matth. 1. libro commentarij HIERO.
7 Prophetare, † & virtutes facere, & dæmonia eijcere interdum non eius eſt meriti, qui operatur, ſed vel inuocatio nominis Chriſti hoc agit, vel ad cõdemnationem eorum, qui inuocant, vel ad vtilitatem eorum, qui vident, & audiunt, conceditur: vt licèt homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Nam & Saul, & Balaam, & Caiphas prophetauerũt, neſcientes quid dicerent. Et Pharao, & Nabuchodonoſor ſomnijs futura cognoſcunt, & in
Act. 19. Actibus apoſtolorum filij Sceuæ videbãtur eijcere dęmonia, & Iudas apoſtolus animo proditoris multa ſigna inter cæteros apoſtolus fe ciſſe narratur. Hæc ille. AVTHOR. Sed propter hoc non habes in ſcripturis, q̃ homines declinare tenentur à miraculis domini: ſicut nec à prædicationibus legis Chriſti propter pſeudo prædicantes: quia plures conuerterũt ad fidem Chriſti ſigna, quàm verba, & cos, qui non poterant ſuaderi verbis, miraculis vincebant: ſicut tot millia per Petrum in rectificatione claudi. Adſunt tamen Witcleuiſtæ, ſuſtentantes magiſtrum ex hoc, q̃ dixit Auguſtinus de vera religione, q̃ miracula primæ eccleſiæ in noſtra tempora duratura non eſſent, ne anima ſemper viſibilia quæreret, & eorum conſuetudine frigeſceret genus humanũ, quorum nouitate flagrauit. Ex quo inferunt, poſt illa miracula, cætera non ſunt diuina miracula, ſed machinamẽta diabolica. Bñdictus ergo Deus, qui in cor miſit ſacri antiſtitis ſeipſum exponere, quod voluit in prædictis: libro em̃ primo retractationum ca. 12. in eundem librũ ait AVGVSTINVS. Quod dixi, nec illa miracula in noſtra tp̃a durare permiſſa ſunt, ne ſemper anima viſibilia quæreret &c. verũ eſt quidem. Non enim nunc vſq;, cùm manus imponitur baptizatis, ſic accipiunt Spiritum ſanctum, vt loquantur linguis omnium gentium, aut nunc vſq; per vmbram tranſeuntium prædicatorum Chriſti ſanantur infirmi: & ſi qua talia tunc facta ſunt, quæ poſteà ceſſaſſe manifeſtum eſt, ſed non accipiendum eſt, q̃ dixi, vt nunc in Chriſti nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipſe, quando iſtum ſcripſi librum ad Mediolanenſium corpora martyrum in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuiſſe iam noueram, & alia nonnulla, qualia tã multa etiam iſtis temporibus fiunt, vt nec omnia cognoſcere, nec ea, quę cognoſcimus, enumerare poſsimus. Hæc ille. AVTHOR. Doceat vos Auguſtinus increduli Witcleuiſtæ, & ab ipſo audite, non hoc ſapuiſſe, quod vos: q̃ deinceps poſt apoſtolos nulla fiant in nomine Chriſti miracula, & omnia illuſiua eſſe diabolo, cùm ipſe cęcum viſum recepiſſe cognouit ad corpora martyrum. Quod item retulit libro de ciuitate Dei, vt habebitur infrà, & de eodem facto martyrum diſputans tractatu 3. de ſanctis Geruaſio, & Prothaſio AMBROSIVS. Quæro quid non credant? vtrum à martyribus poſsint aliqui viſitari, hoc eſt Chriſto nõ credere. Ipſe enim dixit, Et maiora his facietis. An ab iſtis martyribus, quorũ merita iam dudum vigent, corpora dudum reperta ſunt? Quæro hic, vtrum mihi, an ſanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquæ virtutes fiunt? nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident, quod meum non eſt? Si martyribus (reſtant enim vt ſi mihi non inuident, martyribus inuidere videantur) oſtendunt alterius fidei fuiſſe martyres, quàm ipſi credunt. Nõ enim aliter eorum operibus inuiderent, niſi fidem in ijs fuiſſe eã, quam nõ habent, iudicarent. Fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt, ſed Ariani negant.
8 Hæc ille. AVTHOR. Iam † noui, quare Witcleff tam inimicatur ſanctorũ miraculis, quia certè alterius fidei eſt, vel extraneitate perfidiæ à fide ſanctorum. Sic hoſtis fidei Chriſti eſt, & ſanctorum ſuorum in viuis, & mortuis. Scit enim perfidiam ſuam ſtatim vincendam, cùm venitur ad miracula, ſicut ſęua gentilitas, & cæcus iudaiſmus, & miracula, quibus inſtaurauit Chriſtus ſuos apoſtolos, dicens, Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollent. Ideò primus eis obloquitur, quibus orbis victoria celebratur, vt ſaltem ſi non poterunt vincere, non vincantur, ſed more Philoſophorum luctentur cum fidelibus, ſicut ca. 114. de quæſtionibus noui, & veteris teſtamenti AVGVST. Omnes Philoſophi, & ſectarum inuẽtores, diuerſis diſputationibus inuicem ſe confuderunt. Nullus ad alterum tranſiens, quia vnuſquiſq;, in quo imbutus fuerat, permanebat. Per id enim, q̃ verba con-

Digitized by Google

ba contradictionis obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Sequitur. Hinc factum est, vt Dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest, prædicationi suę virtutem adiungeret, vt veritas prædicationis virtutis testimonio probaretur: vt qui verbis contradicerent, virtutibus non auderent. Quæ enim maior poterit esse testificatio veritatis, quàm est operatio virtutis? Si quis autem opera virtutum deneget, accusans scripturas, quomodo poterit stultam fidem nostrā dicere denegans scripturas? Vbi enim scriptū est de Christo, quòd filius Dei credendus est, eodem loco virtus testis inuenitur. Hæc ille. AVTHOR. Nulla ecce maior est testificatio veritatis, quàm est operatio virtutis. Igitur si Witcleff in scripturis fidem suam inueniat, probet illam, quia noua est, certis miraculis: aut nostris non inuideat, miracula pulchra pro antiqua fide pandentibus. Fidem illam dixit Ambrosius maiorum traditione firmatam, quam dæmones coacti non negant: Ariani negant, & cum Arianis improbi denegant Witcleuistæ. Semper enim cum vetustis hæreticis conserit manus contra Christum, & cum toruis gentilibus. Nam comparando miracula sanctorum incantationibus Magorum, quid aliud fecit, quàm vesanus Porphyrius contra signa fidelium fecit, & Philosophi Romanorum? Vnde libro. 21. de ciuitate Dei, cap. 8. vbi dicto de miraculosa statione solis per Iosue, & Ezechiam infert AVGVSTINVS. Sed ista quoq; miracula, quæ meritis sunt cōcessa sanctorum, quando credunt ista facta, magicis artibus tribuunt. Vnde est & illud Virgilij. Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retrò. Nam & fluuium stetisse superiùs inferiusque fluxisse, cùm populus Dei ductore Iesu Naue viam carperet, & Elia propheta transeunte, ac posteà discipulo eius Eliseo id esse factum in sacris literis legimus: & retrouersum fuisse maximum sydus regnante Ezechia modò commemorauimus. Hæc ille. AVTHOR. Vera nonne erant ista miracula à vero Deo meritis sanctorum facta? & tamen si dicant facta esse magicis, disputant, sed vnde, non est quod probent. Sic sufficit coruo Witcleff sanctorum deprauare miracula, comparando illa Magorū signis: sed vltra contumelioſum verbum non habet vel verbum.

¶Qualiter vera probantur Dei miracula, si cultum Dei commendent: & quòd quādo meritis bonę vitę succedunt, tunc probant eos sanctos, per quos fiunt.

CAP. CXXVI.

SVMMA.

1 *Miracula, quæ uera dicantur, & credantur esse facta, ipso Deo in illis operante.*
2 *Miraculum an sit uerum, uel fictum, quomodo deprehendatur.*
3 *Vacua opera, quæ dicantur.*
4 *Miraculorum scrutatores, quid habeant aspicere.*
5 *Gregorius prædicatores sanctos appellat.*
6 *Witcleff, q. mentiatur contra Deum, & sanctos, quum dixit, q. miracula nihil probant.*

INtererit autem nostra pro fide catholica differētias ponere inter illusiones Magorum, deorum, aut dęmonum, & verè sanctorum, & diuina miracula: quas semper ad oculos habent sancti patres, cùm de miraculis illis loquuntur. Maximè autem, cùm de sanctorum miraculis rogati, vel requisiti, definire coguntur. Hinc scribit lib. 10. de ciuitate Dei, ca. 12: AVGVST. Quia tanta, & talia gerūtur his artibus, vt vniuersum modum facultates excedant, quid restat, nisi vt ea, quæ mirificè tanquam diuinitùs prædici, vel fieri videntur, nec tamen ad vnius Dei cultum referuntur, cui simpliciter inhærere fatentibus quoq; Platonicis, & permulta testantibus, solùm beneficium bonum est, malignorum dæmonum ludibria, & seductoria impedimenta, quæ vera pietate cauenda sunt, prudenter intelligantur. Porrò autem quæcunque miracula, siue per angelos, siue quocunq; modo ita diuinitùs fiunt, vt Dei vnius, in quo solo beata vita est, cultum, religionemque commendent, ea verè ab eis, vel per eos, qui nos secundùm veritatem, pietatemque diligunt, fieri ipso Deo in illis operāte, credendum est. Neq; enim audiendi sunt, qui Deum inuisibilem visibilia miracula operari negant, cùm ipse etiam secundùm eos fecerit mundum, quem certè visibilem negare non possunt. Quicquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profectò minus est, quàm totus hic mūdus, id est, cælū, & terra, & omnia

Digitized by Google

omnia, quæ in eis ſunt: quæ certè fecit Deus. Sicut autem ipſe, qui fecit, ita modus, quo fecit, occultus eſt, & incomprehenſibilis homini. Hæc ille. AVTHOR. Hic diſcant Witcleuiſtæ diſtinctiùs loqui de miraculis, nec indefinitè cuncta damnare, illuſiones eſſe dicentes: ſic enim loqui damnantes audiuimus: non autem audiuimus alicubi laudantes miracula. Et ex hoc de illis eſſe videntur, quos hîc tetigit Auguſtinus, dicens, Neq; audiendi ſunt, qui Deum inuiſibilem viſibilia miracula operari negant. Facit enim miracula etiam coram cadaueribus mortuis ad confirmationem illius fidei, quã ſanctus ille defendit, aut docuit, vel propter homines inſtruendos, quàm diligenter Deus honoret ſanctum illum ſecũ in gloria, cuius corpus exanime ſic honorat in terra. Sicut expoſuit Auguſtinus iam ſuprà. Ve-
2 runtamen † quia multæ ſunt illuſiones malignorum ſpirituum, multæ ſunt fictiones cupidorum fidelium: idcirco ſancti patres ſibi reſeruare cœperunt examen, ne ſub ſpecie veri ſimilis, & non veri, plebs fidelis per incuriam poſſet illudi. Sic dixit Auguſtinus, modò, ℣ vera pietate cauenda ſunt, & intelligenda prudenter. Hoc ideò in vnoquoque miraculo eis oblato, patres, vt prudenter intelligant, primò diſcutiunt, ſi vnius Dei, in quo ſola vita beata eſt, cultum, & religionem commendet expreſſè. Et ibi attendunt fines hiſtoriæ, & plauſus, quò tendunt fidelium auditorum, & circunſtantias rerum geſtarum cum omni qualitate negotij, quod potiùs cogitari, aut fieri poterit, quàm doceri. Quòd ſi notanter in aliquo videantur excedere à cultu Dei, ſtatim deprehẽditur, aut fictio eſſe, aut ſeductorum illuſio. Si autem deuotionẽ ſynceriter accendat in Chriſtum, & fidem Chriſti commendet, & augeat, ſine nouitatis, ſine ſingularitatis ſcrupulo, tũc verè ſiue per angelos fiat, ſiue per homines, per eos, qui nos piè diligunt, diuinitùs fieri credendum eſt. Et hoc eſt in diſcuſsione miraculi primum indicium: ſi autem propter opacitatem relationis, vel rei, quid horũ agatur, quia adhuc eſt ambiguum, curritur ad antiquitatis exemplũ, & illud magis petendum eſt, in quo conuenit cum antiquis. Vnde lib. 22. de ciuitate Dei, ca. 9. AVGVSTINVS. Si enim miracula ſanitatum (vt alia taceam) ea tantummodò velim ſcribere, quæ per hunc martyrem, id eſt, per glorioſiſsimum Stephanum facta ſunt in Colonia Calamẽſi, & in noſtra, plurimi cõficiendi ſint libri. Nec tamẽ omnia colligi poterunt. Sunt tamen de quibus libelli dati ſunt, qui recitarentur in populis. Id nanq; fieri nolumus, cùm videremus antiquis ſimilia diuinarum ſigna virtutum, & noſtris temporibus frequentari, & ea non debere multorum notitiæ deperire. Hæc ille. AVTHOR. Valde noto, ℣ Auguſtinus inter omnia, & tot miracula, quot contigerant tunc apud memorias ſancti Stephani, quanuis Chriſti martyris indubitati, & in canone teſtamenti noui probati, ea diſcretè elegit, quæ vidit antiquis diuinis ſignis virtutum ſimilia eſſe oblata ſibi libellis, vt ad Dei laudem, & augmentum cultus fidei pro multorum notitijs probarentur: nam vbi de lignorum faſce fit caſtrum, aut de ſtipulis ſurgunt armati, & huiuſmodi, quę mirum quoddam oculis ingerũt, ſed nec fidei proſunt, nec deuotioni fidelium viuorum, potiùs adiudicãda ſunt ludicris, aut præſtigijs illuſorum, nec tã inutilia, q̃ vana, & inde vetita, quia vana. Lege eñ veteri inſpici prohibentur: ſed qũo, inquis, diſcerni pñt ſigna iſta portẽtoſa à veris? Reſpõdet quæſtione. 29. lib. 4. ſuper Deutero. AVGVSTINVS. Quoniam portentorum inſpectores prohibet eſſe in populo Dei, quærendum eſt, quomodo iſta portenta, quæ inſpici prohibentur, diſcernantur ab eis, quæ documentis ita dantur, vt quid ſignificent, dici debent, ſicut omnia miracula, quæ in ſcripturis reperiuntur, ſignificantia quod pertineat ad ſanam regulam, ſicut dicimus quid ſignificauerit vellus in area compluta ſiccum, vel in ſicca area complutum: aut virga Aaron, quæ floruit, & nuces attulit, aut cætera huiuſmodi. Sicut autem diſcernuntur diuinationes, quas conſequenter prohibet à prædictionibus, vel annuntiationibus prophetarum: ſic illæ inſpectiones prodigiorum à ſignationibus diuinorum miraculorum diſcernendę ſunt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſicut diſcernuntur diuinationes à prædictionibus propheticis, ſic miracula à prodigijs diſcernuntur. Sic item diſcernit miracula Homilia. 19. ſuper Matth. operis imperfecti. CHRYSOST. Adhuc conſidera: virtutes, quas facit, vtiles ſunt, aut inutiles. Vtiles ſunt, quæ mirabiliter fiunt, & ad ſalutẽ proficiunt: vtputà, infirmos ſanare, & alia huiuſmodi, quæ fecit Chriſtus. Vacua † autẽ ſunt, 3 Vacua ℣ 74.
quæ admirationem quidem videntibus, vtilitatem nullam adferunt, vtputà volare per aërem, ſicut diabolus hortabatur Chriſtum, ſtatuas facere ambulare, aut cõmiſceri flammæ, & non comburi, qualia fecit Simon: nam plena opera ex Deo ſunt, quia & ipſe plenus eſt. Vacua autem opera ex diabolo, ſicut & ipſe vacuus eſt, & vanus. Nam quòd quædam mirabilia ſunt ex Deo: quædam ex diabolo, demonſtrat

monſtrat Nicodemus. Non enim dixit, nemo facit ſigna, niſi ſit Deus: ſed, Nemo facit hæc ſi gna, quæ facis, niſi ſit Deus cum illo. AVTH. 4 Ita ergo ad hæc habent ſcrutatores miraculo rum aſpicere, ſi ſint vtilia, & conformata prio ribus. Antiqua enim Dei miracula vltra mirũ, quod operantur exteriùs, ſemper habent Dei laudem, & fidei validos ſtimulos, compungẽtes ſpectatorum mẽtes interiùs, & ea ſunt Dei miracula, qualibus antiquitùs glorioſi facti ſunt patres. Quæ q̃uis noua tunc erant, quõdam tamen facta collecta ſunt in multis libellis, vt eſſent formæ ſequentibus, ſicut in catalogo ſanctorum veterum patent. Eccleſiaſtici. 44. vbi de laude Enoch dixit, quòd placuit Deo. Hæc laus virtuoſæ vitæ eius, & tandem ſubdit diuinum miraculum, quòd tranſlatus eſt in paradiſum, & adiungit effectum miraculi, vt det gentibus ſapientiam. Hîc ex omni parte ſolida virtus reſplendet, vnde concluderet fidelis, prudenſq;, quòd ſanctus Dei eſt. Sic de Noë primò docet, quòd inuentus eſt perfectus, & iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Subdit miraculum de eo, ſeruata in diluuio omnis caro, ſcilicet ſeruitura Deo pòſt. Et de Abraham, ꝙ non erat ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi: & tunc ſubdit miraculum incrementi ſeminis inſtar ſtellarum cæli: de quo nimirum proceſſurus erat omnibus ſtellis maior ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. De Iſaac quoq; dixit ſimiliter. Propter Abraham patrem ſuum, & ita de Iacob. Hac forma canonica reddet patres eſſe ſanctos, Moyſen, Aaron, Phinees, Ioſue, Samuelem, Nathan, Dauid, Salomonem, Eliam, Eliſeum, Ezechiam, Ioſiam, Hieremiam, Ezechielem, Zorobabel, Neemiam, Simonem, & Oniam, hoc enim loco viros ſanctos iſtos Dei ſapiens canonizat, præbens formam canonicam: primùm à fide, & operibus, & demum à miraculis Deo dignis ſanctos Dei ſequentes in ſeculis pariformiter approbare. Inquiſitores ergo mirabilium horum ſpectent, & vitas, & miracula, & tunc de Dei ſanctis, ſi ſuæ functioni incumbat, audacter diiudicent, retinentes ſemper pro themate, quod ſanctis his ſapiens præaſſumpſit, Laudemus viros glorioſos. Multam gloriam fecit dominus magnificentia ſua à ſeculo. Corpora eorum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum viuẽt in generationes. Ita in gloria Dei cũcta inchoẽnt, & cũcta cõcludãt. Nec putẽt quis iſtos ſolos canonizatos eſſe pro ſanctis, quos hoc capitulũ cõprehendit expreſsè: ſed hac forma ſacri canonis omnes, quos ex ſimilibus ſcriptura cõmẽdat, aut forſan & multi alij, ſicut ꝓphetæ, qui nec ſpecialiter innoteſcunt. Velut Homil. 3. ſuper Matth. in opere imperfecto CHRYSOSTO. Per omnes prophetas Nazarenus vocatur Chriſtus, ꝙ ſanctus eſt, aut fortè & aliquos prophetas iſta dicentes, qui non ſunt nobis canonizati. Aliquanti enim prophetauerunt, & nõ ſcripſerunt, ſicut Nathan, & Eſdras. Hæc ille. AVTHOR. Hoc tamen nõ ſeruat, qui ſanctos taliter canonizat, ꝙ licèt hoc modo prædicto vera miracula, & à Deo facta poſsint à non factis, & non veris diſcernere, tamen & ſi vera ſint, nõ ſtatim ſanctum per ſe probãt, penes quem fiunt, ſed ſi iuxta formã eccleſiaſticam veræ fidei formatæ charitate iunganꝫ vera miracula: quia & apud hęreticos quãdoq; fiunt, cauſis Deo notis, & ipſi habẽt dicere, quod Witcleff orthodoxis obiecit: Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecim⁹? ſed ſicut eleemoſyna cum bona vita, arguit vi rum pium: & ſub laudibus hominum non efficit faciẽti veniam peccatorũ, ſic miracula diuina cum fide recta, arguunt canonicè eũ ſanctum, quæ idem ſanctis ſuis Deus addit, vt non tam eorum ſanctitas, quàm fidei ſuæ veritas hominibus elucẽſcat, ſicut. 26. lib. Moraliũ ſuper hunc textũ, Si voluerit extẽdere nubes, quaſi tentoriũ ſuum, ſcribit GREGORIVS. Rectè nũc nubes iſtæ eius tentoriũ dicuntur, quia ad nos Deus per gratiã veniens, intra prę dicatorũ ſuorum mentes operitur. An Paulus eius tentorium nõ erat, cum ab Hieruſalẽ per ſcripturã, vſq; ad Illiricum in corda mortaliũ veniens, in eius mente dominus quieſcebat? Nubes quippe erãt hominibus, tentoriũ Deo. Sequitur. Nubes eius Moyſes extitit, cũ priuſquàm plebi Iſraëliticæ ducatũ præberet quadraginta annis in deſerto permanens, & ſublimia appetens, à cõuerſatione populi ſegregatus vixit. Et infrà. Sed ijſdẽ ſanctis prædicatoribus nequaq̃ ad perſuadendũ verba ſufficiũt, niſi cùm miracula adduntur. Vñ cùm dictum ſit, Si voluerit extẽdere nubes, quaſi tentoriũ ſuũ, rectè ſubiungitur, & fulgurare lumen ſuũ deſuper. Quid eſt ſentire fulgura, niſi miracula debemus, de quibus per Pſalmiſtã dicitur, Fulgura multiplicabis, & cõturbabis eos? Per has ergo nubes lumine ſuo deſuper fulgurat, quia per prædicatores ſanctos, inſenſibilitatis noſtræ tenebras etiam miraculis illuſtrat. Hęc 5 ille. AVTHOR. Ecce pater ſanctus Gregori⁹ prædicatores ſanctos appellat, quorum ſanctitas per prędicationes pollet in verbis, & apud populos tota tonat miraculis: & ſignanter dixit contra Witcleff, ꝙ eiſdẽ ſanctis nequaq̃ ad perſua-

perſuadendum verba ſufficiũt, niſi cùm miracula adduntur, dum ſcilicet noua, & inaudita, rudi populo prædicaret, quales ſanctos aſſum pſit Moyſen, & Paulum. Quod mirum, cùm lex ſua, & virtus ſua erat, quã illi populis ſuadebant. Quæ ergo optimo, & potiſsimo modo prædicanda erat hominibus: qualiter nulla hæreſis, aut callida gentilitas poſſet oſtendi. ſicut cap. 120. de quæſtionibus veteris & noui teſtamenti, circa medium AVGVST. Vt ad fidem Dei accederemus vnius, & filium incarnatum, & crucifixum crederemus, non verbis ſuaſum eſt nobis, ſed rebus. Vidimus enim mortuos excitatos, leproſos mundatos, cęcos natos, oculos reſtitutos, dæmonia iecta, & ſimul omnes infirmitates curatas: nunc quando ſtulti fuiſſe iudicemur, cùm nudis verbis credidimus, aut cùm rebus: ſine dubio enim res ante verba ſunt: quippe cùm ad res ſignificandas inuenta ſint. Si ergo traditioni humanæ, nulla ſuadente virtute, quæ ad illudendas hominum mentes inuẽta eſt, fidem dedimus: quantò magis huic, quam diuina, & deifica omnium ſigna, quæ Deum inuocant, conteſtãtur? Nonne ſtulti digni diiudicaremur, ſi virtutibus non crederemus, in ſermonibus credere mus? Hæc ille. AVTHOR. Stultus eſſet ecce probatus eſt Witcleff, non poteſt negare, declinare non poterit: quia virtutibus non credit, nec patitur eſſe credendum, qui ſolis verbis ſuis, & deliris argutijs, quas extra ſacras ſcripturas diuinas ſola traditione format humana, pugnat, inſtat, certat eſſe credendum. Mentitur igitur & contra Deũ, mẽtitur & ſanctos, 6 quum dixit, quòd miracula nihil probãt. Maximè verò, quia miracula Domini ad gloriam ſuam in claris baſilicis, & tumulis martyrum adderet dicere illuſiones dæmonum, nec vllis prodeſſe, niſi incredulis. O nunquid ſenſit eũ Hieronymus, ſicut ſenſerit eadem illuſione Vigilantium, quòd ſpiritus immundus coget eũ hæc dicere, qui à martyribus tortum ſe ſenſit epiſtola contra eum ſecunda. HIERONYMVS. Argumentatur contra ſigna, atque virtutes, quæ in baſilicis martyrum fiunt, & dicit incredulis eius prodeſſe, non credentibus, quaſi nec hoc quæratur, quibus fiant, & non qua virtute fiant. Eſto ergo ſigna inter fideliũ, quoniam ſermone & doctrina credere noluerunt, ſignis adducantur ad fidem, & dominus incredulis ſigna faciebat, & tamen domini nõ idcirco ſuggillanda ſunt ſigna, quia illi infideles erant, ſed maiori admirationi erũt, quia tãtæ fuerunt potentiæ, vt etiam mentes diuerſiſsimas edomarẽt, & ad fidem cogerent. Itaq; nolo mihi dicas, ſigna infidelium ſunt, ſed reſponde, quomodo in viliſsimo puluere, & fauilla, neſcio quæ tãta ſit ſignorum virtutumque preſentia. Sentio, ſentio infeliciſsime mortalium, quid doleas, quid timeas: ſpiritus iſte immũdus, qui te cogit hæc ſcribere, ſæpe hæc viliſsimo tortus eſt puluere, imò hodieq; torquetur, & qui vitæ plagas diſsimulat, in cæteris confitetur, niſi forte in morem gentilium, impiorumque Porphyrij, & Eunonij has præſtigias dæmonum eſſe confinges, & non verè clamare dæmones, ſed ſua ſimulare tormenta. Do conſilium, ingredere baſilicas martyrum, & aliquando purgaberis: inuenies ibi multos ſocios, & nequaquam cereis martyrum, quia tibi diſplicẽt, ſed flammis inuiſibilibus combureris, & tunc fateberis, quòd nunc negas & tuum nomen, qui in Vigilantio loqueris, liberè proclamabis te eſſe aut Mercurium, propter nummorum cupiditatem, aut nocturnum Iouem, iuxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente, in Alcumenæ adulterio duas noctes Iuppiter copulauit, vt magnę fortitudinis Hercules naſceretur, aut certe Liberum patrem pro ebrietate, & cantharo ex humeris dependente, & ſemper rubente facie, & ſpumantibus labijs, effrænatiſque conuitijs. Hæc ille. AVTHOR. Ita videre vellem Witcleuiſtas ad ſanctorum aduentare baſilicas, & experiri ſemel eos purgari à dæmone, quem ſemper in ore ſuo reuoluunt, & cui penè cuncta deſignant fidelium pro Chriſto & in Chriſto obſequia deuotorum.

¶Qualiter neceſſe eſt ſanctos canonizari nobis adhuc continuè per eccleſiam, etiam de his, qui canonizantur à ſcripturis, & à Deo.

CAP. CXXVII.

SVMMA.

1 *Chriſtus quomodo ſe, & Apoſtolos apud patrem canonizauerit, & quare.*
2 *Cayni qui, & unde dicti.*
3 *Canonizati per Paulum, recenſentur.*
4 *Fides uera, quæ dicatur.*
5 *Hæreticorum miracula pro nihilo habenda.*
6 *Canonizationes ſanctorum, quomodo eſt neceſſarium ut continentius celebrentur.*
7 *Finis omnium, quòd pendeat de ſtatu, & conſummatione eccleſiæ.*

Probant

Digitized by Google

PRobant miracula maximè, ſed cùm ſunt ipſa probata. Nobis enim tunc probant. Sicut iam ſuprà ait Chryſoſtomus notanter aliquos prophetas non eſſe canonizatos nobis, quia nobis adhuc per verba fidei, & per miracula non innoteſcunt. Hac† de cauſa Chriſtus
1 ſe, & apoſtolos apud patrem canonizauit, & ſanctificauit in terris, dicens, Pro eis, quos dediſti mihi, ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate: & ſubdit. Et ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnũ ſicut & nos vnum ſumus: & vt cognoſcat mũdus, quia tu me miſiſti, & vt videant claritatẽ meam, quam dediſti mihi. Et pater iuſte mundus non te cognouit, ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt, quia tu me miſiſti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. Ioan. 17. Ecce quanta fecit Chriſtus, vt ipſe, & ſancti eius noti fiant nobis, & canonizẽtur & patri. Et itẽ Petrus poſt Spiritusſancti miſsionem canonizauit populis Chriſtũ Ieſum verbis, & ſignis. In nomine Ieſu, inquit, Chriſti Nazareni ſurge, & ambula, &c. Actuum. 3. Et ſubdit, Viri Iſraëlitæ, quid miramini in hoc, aut vos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate hunc fecerimus ambulare? Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum. Et infrà. Et in fide nominis eius hũc, quẽ videtis, & noſtis, confirmauit nomen eius, & fides, quæ per eum eſt, dedit ei integram ſanitatem in conſpectu omnium veſtrum. Et iterum idem Petrus orans, Da ſeruis tuis, inquit, cum omni fiducia loqui verbum tuum in eo, ꝙ manum tuam extendas, ſanitatem, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti filij tui Ieſu. Et cùm oraſſet, motus eſt locꝰ, in quo erãt: & repleti ſunt omnes Spirituſancto. Actuum 4. In quem locum retractationum ſuper Actꝰ Beda. In græco habetur, Per nomen pueri tui Ieſu. Quod magis apoſtolorum votis cõgruere videtur, qui per omnia ſatagebãt, vt homo, quem crucifixerunt Iudæi, clareſcentibus per nomen eius miraculorum ſignis, in cælum aſſumptus, & Dei filiꝰ eſſe innoteſceret. Hęc ille. AVTHOR. Deo patri ſatis hoc innotuit, & angelis eius, quibus paſsio, reſurrectio, aſcenſio, & omnia geſta Chriſti erant canonizata certiſsimè: ſed hoc ipſum volebant innoteſcere, & canonizari hominibus. Hæc igitur valde noto, ne pro nullo ducatur, ꝙ ſancti canonizentur modò per patres eccleſiæ, ſed omnino ſtetur ſanctificationi Dei, & canonizationi illorũ, quos ſcripturæ ſpecificãt. Sicut videtur Witcleff intẽdere ca. dicto. 30. Si ad acuẽdum deuotionem noſtrã beatos aliquos adoramus, videtur, quòd relinquẽdo ambiguum, illos adorare debemus, quos fides ſcripturæ, & ſic dominus canonizat. Hæc ille. AVTH. Qui ſint illi, vt noueris eos ſanctos, niſi quos tibi dixerit mater eccleſia? Ecce ipſos libros ſcripturæ, qui tibi iſtos dicerent canonizatos ex fide, quis canonicos inſtituit eſſe præter eccleſiam? In fide autẽ ſcripturæ, vbi habes Petrum, habes Simonẽ Magum. Vbi habes Paulum, habes fornicantem Corinthium: potuit pœnitere Simõ, ſicut pœnitebat Corinthius. Ex ſcripturis nihil ampliùs habes. Cur ergo non adoras ſic Simonem Magum, ſicut Petrum? ſic Corinthium peccatorem, vt Paulũ? At ne putares inutile argumentum, ex ipſis ſcripturis inſpectis perpendebant aliqui Cain primum fratricidam adorandum pro ſancto, Iudam item proditorem, & traditorem, Chore item, Dathan, & Abiron, & omnem illam ſchiſmaticam clientelam, quam terra patens abſorbuit, & Sodomitas igni ſubuerſos, & ſulphure. Vnde libro hæreſum. 18. AVGVSTI
2 NVS. Caini† ſic appellati ſunt, quoniam Cain *Caini.* adorant, dicentes eum fortiſsimæ virtutis. Simul & Iudam traditorem diuinum aliqui putant, & ſcelus eius beneficium deputant, aſſerentes eum præſciſſe, quantum generi humano Chriſti paſsio profutura eſſet, & occidendum Iudæis propterea tradidiſſe. Illos etiam, qui & ſchiſma facientes, in primo populo Dei terra dehiſcente perierunt, & Sodomitas colere perhibentur: blaſphemant legem, & Deũ legis authorem, carniſque reſurrectionem negant. Hæc ille. AVTHOR. Quis iſtos damnauit, & decreuit hęreticos: quia pro ſanctis adorabant ſacrilegos, niſi patres eccleſiæ? Ipſi ſcripturas videbant, & in ſcripturis canonizatos ſuo iudicio reputabant. Quis conuinceret ergo contra ſcripturas non ſanctos pro ſanctis coluiſſe, niſi mater eccleſia? Aut quis tibi videbitur canonizatus ex hac fide, ſi non poſt hanc fidem canonizet eum eccleſia? Quis canonizet libros ſcripturæ? Quis dies feſtos Chriſti, & matris eius? Quis Apoſtolorum, & dies, & nomina canonizat præter eccleſiam? & hoc vobis inquio. Nunquid putas fruſtrà, cùm ſic canonizati ſcripturis, cononizentur
3 & nobis? Alioquin† fruſtrà canonizauit bea- *Canonizati per Paulũ.* tus Paulus patres veteris teſtamenti, quos priùs canonizauit ſcripturæ fides in eccleſiaſtico, & locis alijs ſic ſolemni ſtylo rem proſequutus, & ordinem. Fide plurimam hoſtiam Abel

Abel,quàm Cain obtulit Deo, per quam teſti monium cõſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimoniũ perhibente munere eius Deo:& per illam defunctus adhuc loquitur.Fide Enoch trãſlatus eſt,ne videret mortem, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum Deus. Ante tranſlationẽ enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo.Fide Noë reſponſo accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur,metuẽs aptauit arcam. Sequitur, & iuſtitiæ,quæ per fidem eſt,hęres inſtitutus. Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locũ exire.Fide morat⁹ eſt in terra repromiſsionis. Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in cõceptione ſeminis accepit.Fide Iacob moriens ſingulos filiorũ Ioſeph benedixit.Fide Ioſeph moriens de profectione filiorum Iſraël memoratus eſt,& de oſsibus ſuis mandauit. Fide Moyſes natus, occultatus eſt. Fide Raab meretrix non perijt cũ incredulis.Et tunc finaliter,Deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Samſon, Iepte,Dauid, & Samuel,& alijs prophetis,qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſsiones. Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis,effugarunt aciem gladij &c. vſq; illuc,& hi omnes teſtimonio fidei probati, nõ acceperunt repromiſsionem Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.Ad Hebræ.11. Vbi canonizat ſanctos iſtos in fide Chriſti pro nobis, vt fide ampliùs roboremur tales patres habentes exemplo. Fidem, intellige charitatem formatam,prout eo loco in expoſitione REMIGIVS. Fides† ita eſt accipienda,vt credatur in corde,confiteatur ore, exornetur operibus.Ille enim verè credit, qui exercet operando,quod credit. Quo contra de his,qui fidem nomine tenus retinent,Paulus dixit,Confitẽtur ſe noſſe Deum,factis autem negant. Hæc ille.AVTHOR.Et poſteà exponens illud Apoſtoli, Et hi omnes teſtimonio fidei probati ſunt,idem REMIGIVS.Qui omnes teſtimonio fidei probati ſunt,niſi ſuperiùs oẽs memorati,quorum tam clara, & tam laudabilis fides commemorata eſt,ſtellæ videlicet firmamenti,terreni & homines, & cæleſtes angeli, viui lapides,& ſplendidæ margaritæ:quorum opera,quæ egerũt,fidem eorũ confirmant? Sequitur. Teſtimonio itaq; fidei probati inuẽti fuerant,hoc eſt, operatione facta, quæ per fidem operabatur,laude digni inuẽti ſunt.Fides illorum eñ operibus mundis declarabatur. Hæc ille.AVTH.In vtroq; canonizationis catalogo tam veteris legis apud Eccleſiaſticũ, q̃ nouæ legis apud Paulũ probatur fides ſanctorũ

4 *Fides uera.*

cum operibus bonæ vitæ, & tandẽ miracula declarata probãtur, qualibus Deo cõmendati putãtur:& in hoc pl⁹ eſt catalogo,quia & meritis, & miraculis recitati patres definitè probantur.Probant ergo miracula ſanctũ virum, ſed vbi fides,quæ per dilectionẽ operatur,eſſe probatur.Ideóq; †inquiſitores ſancti ad vtrũq; conſpiciunt,ne nobis interdum canonizẽt hæreticos: de quibus & ſi quandoq; miracula faciant,eccleſiaChriſti dixit,Quorũ virtus manuum erat mihi pro nihilo.Iob.30. Vbi libro 20.Moral.ca.7. GREGORIVS. Nonnunq̃ ſigna hæretici quoq;, & mirabilia faciunt, ſed vt hic præmia afflictionis ſuę abſtinentiæq; recipiant, videlicet laudes, quas quærunt, vñ & in redemptoris voce, Domine,dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus,& dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus?Et tunc cõfitebor illis,q̃ nunq̃ noui vos. Qua nimirũ ſententia, quid datur intelligi,niſi q̃ in hominib⁹ charitas,& humilitas debeãt, non autẽ ſigna virtutũ venerari? Hæc ille.AVTHOR. Iam patet,q̃ illud euangelij, quod attulit Witcleff contra ſanctorũ miracula, non de ipſis, ſed de hæreticorum ſignis, quæ fecerint, eo q̃ fide ſancta priuentur, debent intelligi, quæ Gregorius non miracula dignatus eſt dicere,ſed ſigna vt miracula, quæ nunquã ſanctos probant,quia nunquã fideles, ſed omnia 6 in igne probationis clareſcunt eccleſiæ.Ideò† valde neceſſarium eſt canonizationes ſanctorum continentiùs celebrari, tam vt ficti arguãtur,q̃ vt manifeſtentur iuſti,vt fides cõſolationem accipiat, & laudetur Deus in ſanctis ſuis, guſtu quodam præambulo: ſed nõ ſic,vt in futurum perfecto. Fiat tamẽ voluntas Dei in nobis ſic in terra,ſicut in cælo. Vnde virtutes cælorum ſibi applaudant, & ſine quo ſcilicet noſtro comitatu nec ſancti conſummabuntur in cælo,dicente iam ſuprà Apoſtolo,q̃ ſancti illi priores nondũ repromiſsionem accipiunt, Deo nobis meliùs prouidente, ne ſine nobis cõſummarẽtur,id eſt,quouſq; ſanctos noſtros conſummatè perceperint ad videndũ in boni tate electorũ ſuorũ, ad lætandum in lætitia gẽtis tuę,vt laudetur Deus cũ hæreditate ſua.Vñ Homil.68.ſuper Cãtic.BERNARDVS.Nec parum hoc opus exiſtens,nullum dico tibi remanebit opus perfectũ,ſi hoc mutaret. Nonne† de ſtatu, & conſummatione eccleſiæ,finis 7 omnium pendet? Tolle hãc,& fruſtrà inferior iſta creatura reuelationem filiorum Dei expectat.Tolle hanc,& neq; patriarchæ,neq; prophetæ aliqui conſummabuntur : cùm Paulus aſſerat Deum ita prouidiſſe pro nobis,ne ſine nobis

5 *Hæreticorum miracula nihilo habenda.*

Digitized by Google

nobis cōſummarentur. Tolle hanc, & ipſa ſanctorum angelorum pro imperfectione ſui numeri gloria claudicabit, nec Dei ciuitas de ſui integritate gaudebit. Sequitur. Tu putas dominum Deum noſtrum habiturum ſuæ gloriæ laudem, donec veniant, qui in conſpectu angelorum pſallant illi? Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis, quibus vidimus mala. Hoc genus lætitiæ cæli neſcierunt, niſi per eccleſiæ filios. Hoc nemo vnquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportunè poſt triſtitiam gaudium ſubit, poſt laborem quies, poſt naufragium portus. Et infrà. Pars mea hæc in cæleſti conuiuio, & ſeorſum ab ipſis beatis ſpiritibus. Audeo dicere expertē meæ beatitudinis ipſam beatā vitā, niſi qui dignetur fateri, ꝙ per charitatē ea in me fruitur, & per me aliquid ſuæ ꝓfectioni illi videtur acceſsiſſe ex me: neq; parum hoc: deniq; gaudent angeli ad pœnitentiam peccatoris: ꝙ ſi deliciæ angelorum lachrymæ: quid deliciæ? Omne opus ipſorum, laudare Deum, ſed deeſt laudi, ſi deſint, qui dicant, Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriū. Hæc ille. AVTHOR. O quàm remota ſunt ab his occultis Dei Witcleuiſtarum ingenia. Neq; enim vel peritiores illorum ſagacius diſputarēt, quod caput aſini, quàm qualiter ſancti cæleſtes vltimum ſanctum noſtrū de terris canonizandum expectent, nec ante eum conſummabuntur, dixit Paulus. Vbi iā beati ſunt in gaudio paradiſi: ſi enim hoc ſcirent iſti terrigenæ, & filij hominum, neceſſarium ſcirent, & ſuperneceſſarium patres huius militantis eccleſiæ, cæleſti ciuitati in celebrādo ſanctos aggregatione illius ſacri collegij continuè ſubuenire, ſine quorum cumulo accedente, continuè angelorum gloria claudicat, apoſtolorū, prophetarum, & martyrum chori vix mediis laudibus iubilant, imò & Deus noſter, dixit Bernardus, non habet ex creaturis gloriæ ſuæ laudem, donec in conſpectu angelorum veniant, qui pſallant illi: lętati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti. Audeo ergo dicere, ꝙ patres noſtri tantùm tenentur in noſtris canonizationibus aggregare ſanctos ſanctis, cō formando ſe triumphanti choro ſanctorum in gloria, quantùm deuotus aliquis Chriſtianus tenetur deſideranter orare patrem in cælis, vt eius voluntas fiat ſicut in cælo, & in terra. Sic enim cæleſtis Hieruſalem ædificatur à nobis, vt ciuitas, ſecundùm prophetiam Pſalmiſtæ. Vbi CASSIODORVS. Dixit em̄ primùm, Hieruſalē, quæ ędificatur vt ciuitas. Ædificatur planè, quæ quotidie vſq; ad cōſummationem mundi viuis lapidibus, ſpirituali operatione conſtruitur, id eſt, confeſſoribus, martyribus, & qui domino ſyncera mente deuoti ſunt. Hęc ille. AVTHOR. Præ alijs iam dictis, quia hæc eſt debita veneratio ſanctis, taxata eis à Deo, vt memoria laudis eorum relinquatur hominibus. Iacobi. 5. Exēplū accipite fratres exitus mali, & lōganimitatis, laboris, & patientiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem domini vidiſtis, quia miſericors eſt dominus, & miſerator. Attendamus, quid Apoſtolus dicat, propter pœnalem exitum ſuum, longanimitatē, laborem, patiētiam, prophetas beatificamus. Quid beatificamus? id eſt, beatos eos facimus coram hominibus, & reddimus eos ſanctos in terra, qui Deo ſancti ſunt in cælis: teſte ſcriptura, quia & hoc eis dominus vult vice cuiuſdā beatitudinis portionis concedere, qui miſerator, & miſericors. Vbi in expoſitione huius canonicæ BEDA. Miſericors eſt Deus, vel miſerator, vt & in præſenti ſuos à tentationibus liberet, & pro conſtantia fidei etiam corā hominibus viuentes glorificet, vel poſt mortem occultè coronet, & nec ſic quidem ab hominibus memoriam, quam meruêre, laudis auferat. Hæc ille.

¶De exhumatione, & ſolenni tranſlatione ſanctorum, & eorū oſsium ad loca ſolennia.

CAP. CXXVIII.

SVMMA.

1 *Iacob patriarchæ translatio ab Ægypto.*
2 *Corpora defunctorum, maximè iuſtorum, atq; fidelium, ꝙ non ſine contemnenda, nec abijcienda.*
3 *Michææ, & Habacuc translatio.*
4 *Stephanus primus martyrum poſt Chriſtum, quo modo tardè canonizatus eccleſiæ.*
5 *Geruaſij, & Prothaſij translatio. Et quomodo cæcus tunc fuerit illuminatus.*
6 *Dionyſij confeſſoris reliquiæ Mediolani translatæ.*



ORdo deinceps exigit in honorando Deum in ſanctis eius, vt eorum notitiam in eccleſia exhumatio, & in locū venerabilē tranſlatio ſubſequatur: ſuper hoc nauſeat omnis cognatio Lollardorū. Citra annū Guillelmus cognomento Albus, iudicialiter cōfeſſus eſt, ꝙ

Digitized by Google

reliquiæ ſanctorum,id eſt carnes,& oſſa homi
num mortuorum,non debent à populo vene
rari,nec de monumẽto fœtido extrahi, nec in
capſa aurea,vel argẽtea reponi, quia homines
ſic faciẽtes,non honorãt Deũ, & ſanctos eius,
ſed cõmittunt idololatriã.Eſt inter concluſio-
nes eius.22.Audiuit aũt Witcleff dicere dicto
ca.30.tertij Trialogi, ꝙ multi patriæ, ex ſedu-
ctione diaboli plùs colũt vocatum ſanctũ no-
uũ huiuſmodi,& ſpecialiter aſsiſtẽte ſumptuo
ſo ſigno ſenſibili, quàm colũt dominũ Ieſum
Chriſtũ.Hæc Witcleff.AVTHOR.Iſti multa
inculcãt,ſed nos tractemus per ſeriẽ de exhu-
matione ſancti corporis, & tranſlatione ad lo
1 cũ celebrem, primò dicentes, Scimus † quidẽ
ex ſcripturis,Iacob patriarchã cum magna ve
neratione filiorũ ſuorũ, & ſeniorum Ægypti
tranſlatũ ab Ægypto, & ſepultũ in ſepulchro
duplici contra faciẽ Mambre. Geñ.50.Et Io-
ſeph mãdante, oſſa eius dudũ ſepulta in Ægy
pto,exhumãtur,& cũ magna veneratione tot
annis tranſlata, tandẽ ſepeliuntur in Sichem.
Geñ.& Ioſue,caplis vltimis.Cæteri autem fra
tres eius,ſecundùm Ioſephũ,quiſque in obitu
ſuo deferebatur,& ſepeliebatur in Ebron,&
poſteà tranſlati ſunt in Sichem. In hoc puta-
bant ſe veneratiõnẽ magnam præſtare defun
cto,nullus dubitat: nec vſquequaq; cõmittere
idololatriam populũ illum Dei electum : quẽ
inter idola Ægypti Deus ſibiipſi ſeruauit im-
munem, & ſanctos, maximè Patriarchas, qui
iuſſerunt hæc fieri.Dicet Witcleuiſta, ſed iſta
non fecerunt eis tanquam ſanctis, ſed curam
exhibẽtes tanquam hominibus mortuis. Re-
uera ſi non in hoc peccauerunt, venerando ſe
pulturas pretioſas, & tranſlationes ſolẽnes,&
loculos, vel capſas pretioſas, præſtando reis,
multò magis non peccarent hæc ipſa cum ve
neratione ſolenni,præſtando ſanctis Dei ami
cis,& ciuibus verè beatis,Deo fruentibus ſine
fine. Vñ lib.1.de ciuitate Dei,ca.13.AVGV-
2 STINVS.Non † contẽnenda, nec abijcienda
ſunt corpora defunctorũ, maximèq; iuſtorũ,
atq; fidelium,quibus tanq̃ organis,& vaſis ad
omnia opera bona ſanctus vſus eſt Spiritus.
Si enim paterna veſtis,annulus, ac ſi quid hu-
iuſmodi tantò carius eſt poſteris,quantò erga
parentes maior affectus:nullo modo ipſa ſper
nenda ſunt corpora:quæ vtiq; multò familia-
riùs, atq; coniunctiùs, quàm quælibet indu-
menta geſtamus.Hæc enim non ad ornamen
tum,vel adiutorium, quod exhibetur extrin-
ſecus,ſed ad ipſam naturã hominis pertinent.
Vnde & antiquorũ iuſtorum funera, officio-
ſa pietate ſunt curata, & exequiæ celebratæ,
& ſepultura prouiſa. Ipſi quoq;,dum viuerẽt,
de ſepeliendis,vel etiam transferendis ſuis cor
poribus,filijs mandauerunt:& Tobias ſepeliẽ
do mortuos,Deum promeruiſſe,teſte angelo,
commendatur.Ipſe quoq; dominus tertia die
reſurrecturus,religioſæ mulieris bonum opus
prædicat prædicandum,commendatq;, quòd
vnguentum pretioſum ſuper membra ſua ef-
fuderit : atq; hæc ad ſepeliendum ſe fecerit.Et
laudabiliter commemorãtur in Euãgelio, qui
corpus eius de cruce acceptum diligenter,ho-
norificè tegendum, ſepeliendumq; curarunt.
Verùm iſtę authoritates non hoc admonent,
ꝙ inſit vllis cadaueribus ſenſus,ſed ad Dei pro
uidentiam, cui placent etiam talia pietatis of-
ficia;corpora quoq; mortuorum pertinere ſi-
gnificant,propter fidem reſurrectionis aſtruẽ
dam. Sequitur. Sunt quidem & alia,quæ ſan-
cti Patriarchæ de corporibus ſuis vel conden
dis, vel transferendis prophetico ſpiritu intel
ligi dicta voluerunt. Hæc ille.AVTHOR.
Hic tradit Auguſtinus triplex officium curæ,
tribus mortuis exhibendum. Docet curam
corporis humani in genere, ſcilicet omnium
corporum fidelium,atq; iuſtorum,quibus tã-
quã organis, & vaſis ad omnia opera vſus eſt
Spiritus ſanctus.Et de corporibus ſubdit anti-
quorum iuſtorum,de quibus ſepeliendis, vel
etiam transferendis,filijs mandauerunt. Ter-
tiò item de his, qui corpus domini Saluatoris
honorificè depoſuerunt, texerunt, & ſepelie-
runt honorificè, quali laude commemoran-
tur in Euangelio. Primis inerit pietas: ſecun-
dis pietas cum reuerentia debita iuſtis: tertijs
item honor euangelicæ laudis in opus diui-
num. Quæ tamen omnes ſatis admonent, nõ
ineſſe ſenſum illis corporibus, quibus agunt
officium, ſed quia ad reſurrectionis fidem a-
ſtruendam pertinere videntur. Et de corpo-
ribus quidem Patriarcharum condendis, vel
transferendis,alia ſunt, quæ ſpiritu prophetico volebant intelligi,putà,quia in illa terra,ad
quam transferebantur, reſurrectura corpora
ſanctorum erant cum Chriſto. Aut quia ibi
recondi volebant, vbi à Chriſti futuris cultoribus tranſlationis ſuæ præſtolarentur hono-
rem,non aliter, quàm exemplo, & authorita-
te ſcripturæ, quæ talem admiſit ſanctis eius:
quorum tamen ſpiritus ad expectandum Sal-
uatoris aduẽtum mittebantur ad inferos.Cur
non magis illorum corpora,quorum ſpiritus
iam per angelorum manus ſecurè transferun
3 tur ad cælos ? velut † ſanctorum corpora Mi- Mich
chææ, & Habacuc de vico Seila tranſlata ferũ & Hab.
tur circa tpa Epiphanij Cypriorum Epiſcopi. tranſl.

Vnde

Vnde libro. 9. hiſtoriæ tripartitæ ca. 49. CASSIODORVS. Non ſolùm hæc religionē tūc volitabāt, ſed etiam Habacuc & Michæę prophetarum corpora, ſicut audiui, hoc tempore ſunt oſtenſa reuelatione diuina, dum Zebennius tunc Elencherapolitanam gubernaret ecclesiam in vico, qui priùs vocabatur Coyla, in Berathaſia prædio, quòd diſtabat ab vrbe quaſi ſtadia decem. Circa hunc locum ſepultura Michææ fuit, quam neſcientes quid dicerent prouinciales, O fidelem memoriam vocitabant. Hæc ille. AVTHOR. Inſufficienti igitur definitione vſus eſt Witcleff, dum diceret, Si beatos aliquos adorare debemus, illos adoremus, inquit, relinquendo ambiguum, quos ſcriptura, & dominus canonizat. Ecce hos canonizauit ſcriptura, non tamen eos reuelandos dominus duxit, vt canonizentur à nobis, vſq; poſt tot annos, tunc inuenta ſunt eorum corpora, tunc honorantur tranſlata, ad quid? niſi vt nouo honore colerentur ſancti Dei in antiquis carnis ſuæ officinis in Chriſti eccle-
4 ſia? Sanctus † item Stephanus Protomartyr poſt Chriſtum primum martyrum, quem ſcripturæ canonizant, ſic diſponēte Chriſto, qui tanto tempore latēre eum mundo volebat, lōgè poſt multos martyres reuelatus eſt, & ideò tardè canonizatus eccleſiæ: ſicut in ſermone 70. de inuentione eius recolit AVGVST. Expectat ſanctitas veſtra ſcire, quid hodie in iſto loco poſitum ſit. Reliquiæ ſunt primi, & beatiſsimi martyris Stephani. Audiſtis cùm paſſionis eius lectio legeretur de libro canonico Actuum apoſtolorum, quemadmodum lapidatus ſit à Iudæis. Sequitur. Huius corpus ex illo vſq; ad iſta latuit, nuper autem apparuit, ſicut ſolent apparere ſanctorum martyrū corpora reuelatione Dei, quando placuerit creatori. Sic ante aliquot annos nobis iuuenibus apud Mediolanum conſtitutis, apparuerunt corpora ſanctorū martyrum Geruaſij, & Prothaſij. Scitis, quòd Geruaſius, & Prothaſius lōgè pòſt paſsi ſunt, quàm Stephanus beatiſsimus: quare illorum priùs, & huius poſteà, nemo diſputet. Voluntas Dei fidem quærit, nō quæſtionem: verùm autem reuelatum fuit ei, qui res ipſas inuentas monſtrauit: præcedentibus enim ſignis, locus demōſtratus eſt. Et quo modo fuit reuelatum, ſic eſt inuentum. Multi inde reliquias acceperunt, quia Deus voluit, & huc venerunt. Hæc ille. AVTHOR. Hîc agnoſcant Witcleuiſtæ, ſe quæſtionem friuolam quæſiſſe, cur non eſſent ſancti occumbentes ſtatim poſt Chriſtum canonizati tunc eccleſiæ, & à fidelibus obſecrati, imò pòſt iā diu; poſt ſanctos tardiores tardiùs honorati. Noli per hos eccleſiæ factis derogare: ſed arrogantem quæſtionem diuinæ voluntati ſubmitte, quia quare illorum priùs, & huius prioris poſteà, nemo diſputet, inquit Auguſtinus. Volūtas Dei fidem quærit, non quæſtionem. Si verò res ipſa quæſtione melior fieret, quærerem ergo, Cur tu iſta quæris, quæ citra Chriſti aſcēſionem de cultibus mortuorum, & veneratione ſanctorum in omni antiqua eccleſia hactenus dubitata non ſunt. Dei voluntas fuit, vt nunc primò venirēt in lucem: quod ſigna præcedentia, & diuina reuelatio patefacit. Accedit ergo cæleſtis monitio per ſigna, & viſa, qd tunc reſtat, niſi vt iubenti Deo ſeruiat creatura? Ordinem exhumādi, & hos martyres trāſferendi narrat ille, qui fecit: teſte iam Auguſtino. Idem dicit tractatu primo de eiſdem ſanctis AMBROSIVS. Quid multa? dominus gratiam dedit formidantibus etiam clericis. Iuſsi eruderari terram eò loci, qui eſt ante cancellos ſanctorum Felicis, atq; Naboris. Inueni ſigna cōuenientia, adhibitis etiam, quibus per nos manus imponenda foret. Sic ſancti martyres eminêre cœperunt, vt adhuc nobis ſilentibus arriperetur vrna, & ſterneretur pna ad locum ſepulchri. Inuenimus miræ magnitudinis viros duos, vt priſca ætas ferebat, oſſa oīa integra, ſanguinis plurimum, ingens concurſus populi per totū illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra, ad ordinem tranſtulimus, veſpere iam incumbente, ad baſilicam Fauſtæ: ibi vigiliæ tota nocte, manus impoſitio: ſequenti die tranſtulimus ea in baſilicam, quam appellant Ambroſianam: dum transferimus, cæcus ſanatus eſt. Hęc ille. AVTHOR. Ecce Witcleuiſta Guillelmus, quid dicet Ambroſio? Non vult ſanctorum corpora à populo veneranter de monumento extrahi, & in pretioſa capſa tranſlata reponi. Ambroſius ſecutus authoritatem ſcripturæ, iuſsit foſſorijs, & ſarculis eruderari ſepulchrū, inuentum theſaurum ſanctorū cadauerum transferri præcepit, comitatur & dominus transferentes, & in ſignū beneplaciti ſui cæcū curauit in via. Cui nomē fuiſſe Seuerū dicit, lanium officio, dū id proſequitur in ſequēti tractatu. 3. cui item miraculo, lib. 22. de ciuitate Dei. ca. 9. tanq̄ vero Dei miraculo, & eius ſanctos probante, is, qui tūc adfuit iuuenis, vt iā aſſeruit, atteſtatur AVGVST. Miraculū, quod Mediolani factū eſt, cùm illic eſſemus, quando illuminatus eſt cæcus, ad multorū notitiam potuit peruenire, qa eſt ciuitas grandis, & ibi erat Imperator, & imēſo populo teſte, res geſta eſt, cōcurrente ad

Geruaſij, & Prothaſij tranſlatio.

Cæcus illuminatus.

corpora martyrum Geruaſij,& Prothaſij:quę cũ laterẽt,& penitùs neſcirẽtur,epiſcopo Ambroſio per ſomniũ reuelata, reperta ſunt, vbi cæc⁹ ille,depulſis veteribus tenebris, diẽ vidit. Hæc ille. AVTHOR. Hic dicit,quod ſuprà tacebat Ambroſius,reuelata ſcilicet ſibi per ſomniũ eſſe ſancta corpora, quæ priùs cunctis erant ignota:& de cæco antiquo teſtatur, quẽ dixit Ambroſius reſtitutũ, dum cõperti martyres transferrentur. Ipſe idem AMBRO. In eam ciuitatem tranſlatas illuc reliquias ſancti Dionyſij digno condebant honore: prout in martyrologio ſub.8.Calẽd.Iunij teſtatur BE-
6 DA. Mediolani,† inquit, ſancti epiſcopi,& confeſſoris, qui apud Cappadociam pro fide catholica dãnatus exilio ibi quieuit: poſteà reliquias corporis eius per ſanctũ Baſiliũ præfatæ vrbis epiſcopũ receptas,beatus Ambroſius cum digno honore cõdidit.Hæc ibi. AVTH. Multum honorẽ credidit ſanctus pater ſe præſtare Deo, cùm tã erat ſollicitus effodere corpora ſanctorũ eius de vili gleba:& cũ omni veneratione fideliũ ea ampliùs venerãda in loca ſancta,& alta Chriſto propinqua transferre.

Sancti Dionyſij confeſſoris reliquiæ.

¶De ſolenni dedicatione corporum ſanctorum,& oſsium, & repoſitione eorum in capſis, ædiculis, aut ſcrinijs pretioſis.

CAP. CXXIX.

SVMMA.

1 *Ambroſius,quomodo ſacris reliquijs de monumento translatis ſacras ædes conceſſerit, apoſtolorũ more,atq; conſtitutione.*
2 *Apophoreta triumphalia.*
3 *Agricolæ,& Vitalis translatio,& dedicatio.*
4 *Petri, & Pauli corporum leuatio, contra inſanos, qui negant Romæ fuiſſe Petrum,aut præſedisſe.*
5 *Conſtantinus imperator, quæ corpora ſanctorum leuauerit.*



Quantos plauſus, quantum gaudium putas ipſi Ambroſio fuiſſe,ꝙ ſibi cõceſſum eſt, & ſuo tempore iſta præſtare martyribus? Vñ tractatu.2. de eiſdem AMBRO. Eruun
1 tur † nobiles reliquiæ de ſepulchro ignobili: oſtenduntur cælo trophęa:ſanguine tumulus madet,apparent cruoris triumphalis notæ, in violatæ reliquiæ, loco ſuo, & ordine repertæ. Auulſum humeris caput.Nunc ſenes repetũt, audiſſe ſe aliquando horum martyrum nomina,titulumq́ue legiſſe. Perdiderat ciuitas ſuos martyres,quę rapuit alienos.Et ſi hoc Dei munus eſt,tamen gratiam, quam tẽporibus ſacerdotij mei dñs Ieſus tribuit,negare nõ poſſum: quia ipſe martyr eſſe non mereor, hos vobis martyres acquiſiui. Succedant victimæ triumphales in locũ vbi Chriſtus eſt hoſtia: ſed ille ſuper altare pro omnibus paſſus eſt:iſti ſub altari,qui illius redempti ſunt paſsione. Hũc ergo locum prædeſtinaueram mihi(dignum eſt enim,vt ibi requieſcat ſacerdos, vbi offerre cõſueuit) ſed cedo ſacris victimis dexteram portionem,locus iſte martyribus debebatur.Condamus ergo reliquias ſacroſanctas,& dignis ædibus inuehamus: totumq́; diem fida deuotione celebremus.Hæc ille. AVTHOR. Conceſsit ergo ſacris reliquijs de monumẽtis tranſlatis ſacras ædes:ſic ab antiquę legis patribus deinceps cõceſſerunt apoſtoli corporibus maximè iuſtorũ,vbi etiam perſecutio permiſit dignas pretio ſepulturas:prout ordinauit eccleſiaſticum officium ab apoſtolis ſibi traditum, ca.7.eccleſiaſticæ hierarchiæ DIONYSIVS. Hæc perficiens Hierarcha, reponit in domo pretioſa corpus cũ alijs coadunatis ſacris corporibus.Si enim in anima, & corpore Deo amicam vitã,qui dormiuit, viuebat, pretioſum erit cum anima ſancta,& quod cõcertauit ipſi corpus,ſecundùm ſacros ſudores. Vnde diuina iuſtitia cum ſuo corpore ipſi donat retributiuas quietes,vt coëunt, & comparticipi diuina,vel contraria vita.Hæc ille. AVTHOR. Ecce, ꝙ inſtitutione apoſtolica Epiſcopus reponit corpus iam defuncti in pretioſa domo, & limitat cum alijs coordinatis, ſecundùm Vercellenſem cum alijs eiuſdem ordinis, putà ſimilis meriti. Et aſsignat rationem, quia ſi ſanctam vitã duxit anima cum illo corpore, diuina iuſtitia vult retribuere corpori honorẽ etiam ſepulturæ: ſicut animæ retribuit inter ſanctos ſuæ præſentię,vt totum hominem ſanctificet,qui totus promeruit.Secundùm hunc ordinem tranſtulit ſanctorum corpora Vitalis, & Agricolæ Bononienſis præſul, quorum feſtiuitati adfuit inuitatus, ,put ipſe refert primò martyrum nomina, & triumphos, li.2. de viduis in principio AMBROSIVS. Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta deferre ſecum conſueuerunt. Ego ad Bononienſe inuitatus conuiuium, vbi ſancti martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis, & gratiæ reſeruaui.

Apopho-

Digitized by Google

2 Apophoreta† autem solēt habere triumphos principum. Et hæc apophoreta triumphalia sunt. Christi enim principis nostri triumphi, sunt martyrum palmæ. Sequitur. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit antè, nunc cōsors & collega martyrij. Præcessit seruus, vt prouideret locum, secutus est dominus securus, q̄ fide seruuli iam inueniret paratum. Non aliena laudamus. Pasio enim serui, domini disciplina est. AVTHOR. Prosequitur exhinc posteà ordinem pasionis AMBRO.

Apophoreta.

3 Sanctus† Agricola mitior habebatur moribꝰ, vt ab ipsis etiam inimicis diligeretur, ideóque differebant eius pasionem. Sed hæc persecutorum honorificentia omni erat immanitate acerbior, quæ inuidebat martyrio. Deniq; vbi non acquieuit sanctus Agricola, crucifixus est, vt aduertamus illas blāditias illorū non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio serui dominū terrere voluerunt, vertit hoc Christus in gratiam, vt martyrium serui dominus imitaretur. AVTHOR. Sequitur de sepultura AMBRO. Sepulti aūt erant Agricola, & Vitalis in Iudeorū solo inter ipsorū sepulchra. Iudei ambierunt cum seruulis sepulturę habere consortium, quorū dominū negauerunt. Sic & aliqñ Balaam dixit, Moriatur anima mea in animis iustorum: & tñ non cōmunicauit eorū operibus, dū viueret, quorū in animis cupiebat mori. Et isti, quos viuētes persecuti sunt, mortuos honorabant. Et mox de translatione. Illic ergo martyrū exuuias requirebamus, tanq̄ inter spinas rosam legētes. Circunfundebamur à Iudæis, cùm sacræ reliquiæ eueherentur. Aderat populus ecclesiæ cum plausu & lætitia. Dicebant Iudæi: flores visi sunt in terra, cùm videbant martyres. Dicebāt Christiani, Tēpus incisionis adest. Iam qui metit, mercedē accipit. Alij seminauerunt, & nos metimus martyrū fructus. Iterum audientes Iudæi voces plaudētis ecclesiæ, dicebant inter se. Vox turturis audita est in terra nostra. Vnde benefactum est, Dies diei eructat verbū: & nox nocti indicat sciētiam. Dies diei, id est Christianus Christiano: nox nocti, id est, Iudæus Iudæo. Indicabāt ergo Iudæi, q̄ habebant scientiā martyrū, sed non scientiam verbi, id est, non secundùm illā solius boni, & solius veri scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & volentes se iustificare, iustitiam Dei nō receperunt. AVTHOR. Huius martyris reliquias sic translatas dedicabant, quasdā tamen secum delatas condidit, & dedicauit, vt subdit AMBROSIVS. Collegimus sanguinem triumphalē, & crucis lignū. Hæc sanctæ viduæ negare non potuimus postulāti. Munera itaq; salutis accipite, quæ nūc sub sacris altaribus reconduntur. Ea igitur vidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum paranit, atq; obtulit, quod hodie dedicamus digna tali oblatione, quę in sobole sua tē pla iam domino pudicitiæ, atq; integritatis sacrauit. Hæc ille. AVTHOR. Totum penè ordinē facti recitauit ex integro, testatur de passione, & de genere mortis, & fidei constantia, de sepultura, de effosione, & collectione reliquiarum præsentibus ibi episcopis, de translatione, & euectione solenni cum populo ad altiorem locum, de dedicationeq̄; eorum solenni. Quam item dedicationem ossium sancti alterius martyris, tangit epistola ad Iulianū consolatoria super pignoribus suis HIERONY. Laudent te ergo alij, tuasq̄; contra diabolum victorias panegyricis prosequātur, q̄ læto vultu mortes tuleris filiarum, q̄ in quadragesimo die dormitionis earum lugubrem vestem mutaueris: & dedicatio ossium martyris candida tibi indumenta reddiderit, vt non sentires dolorem orbitatis tuæ, quā ciuitas vniuersa sentiret: sed ad triumphū martyris exultares. Hæc ille. AVTH. Hæc antiquorū sanctorū formata deuotio succesionem pietatis suæ, iam mille annis dereliquit ecclesiæ, & ipsi à suis patribus eius regulam susceperunt, velut diu ante istos officio solenni transtulit Petri, & Pauli Cornelius Papa vndecimꝰ ex decreto eius inter decreta Pontificum, ca. vnico CORNELIVS. Charissimis, atq; dilectissimis sanctæ Dei ecclesiæ filijs, & omnibus domino, recta fide famulantibus, Cornelius episcopus. Et in frà, Rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cuiusdam deuotæ fœminæ, atq; nobilissimæ matronæ Lucinæ leuata sunt corpora beatorū Apostolorum Petri† & Pauli de Catacumbis. Et primò quidē beati Pauli corpus leuatū silentio, ac positū est in prædio prædictæ matronę, via Hostiēsi, ad latus, vbi decollatus est: posteà verò beati Petri Apostolorū principis accepimus corpus, & condecenter posuimus illud iuxta locum, vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporū, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatij Neroniani, tertio Calend. Iuliarum die. Hæc ille. AVTHOR. Fecit iste sanctus Papa, quod tunc potuit, sæuiente adhuc rabie tyrannorū, sub quibus & ipse martyr occubuit. Nec habet in eo locum dos ecclesiæ, qui tot episcopis dotem præcesit: nec illa inordinata cupiditas matronā inflauit Lucinā petentem hanc translationem fieri à sancto Papa, qualiter imponit Witcleff ecclesijs petentibus citò Ro-

4 *Petri, & Pauli corporum leuatio contrà insanos, qui negant Romæ fuisse Petrū aut præsidisse.*

manam curiam pro ſuis fratribus transferendis: ſed imponat, ſi audeat, Conſtantino Auguſto hanc cupidinem, & Witcleff, & Guillelmº item ſatrapa magnus Witcleff idololatriam, qꝫ ipſe corpus ſancti Petri priùs tranſlatum æde, vel loculo pretioſo recondidit: prout habet libro de Romanis pōtificibus ex Damaſo HIERO. Auguſtus Cōſtantinus ex rogatu Sylueſtri epiſcopi beato Petro apoſtolo baſilicam fecit, cuius loculum ita condidit cum corpore ſancti Petri, ipſumq; loculum vndiq; ære concluſit ad caput pedes quinq;, ad latus pedes quinq;, ſubtus pedes quinq;: & ſic incluſit corpus beati Petri apoſtoli, & recondidit, & ornauit ſuperius ex columnis vitreis, quas de Græcia perduxit. Hæc ille. AVTH. Ad hunc ſanctum Conſtantinum Auguſtū blaſphemam linguam torqueat, ſi audeat Witcleff propter ſignum ſumptuoſum ſenſibilis loculi, quo dignè corpus recondidit ſancti Petri. Et Guillelmus vaſſallus eius doleat capſa pretioſa reponi. Eodem enim dęmone agitante ſunt iſti ſanctis infeſti, quo & Vigilantius eorum doctor, & ante eum Eunomius. Vigilantius nanq; dedignanter ait, Neſcio quod in modico vaſculo transferendo colis. At cōtra eum libro contra Vigilantiū ad Ripariū HIERONY. Quid eſt illud, neſcio qd, ſcire deſidero: expone manifeſtius, vt tota libertate blaſphemes. Puluiſculum, inquit, in modico vaſculo pretioſo linteamine circundato, dolet martyrū reliquias pretioſo operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio collocari, vel proijci in ſterquiliniū, vt ſolus Vigilantius ebrius, & dormiens adoraretur. Ergo ſacrilegi ſumus, quando apoſtolorū baſilicas ingredimur. Sacrilegus fuit Cōſtantinº † Imperator, qui ſanctas reliquias Andreę, Lucę, & Timothei trāſtulit Cōſtātinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & habitatores Vigilantij illorum ſe ſentire præſentiā cōfitētur. Sacrilegus nunc dicendus eſt Auguſtº Archadius, qui oſſa beati Samuelis lōgo pòſt tēpore de Iudæa tranſtulit in Thraciam. Oēs epiſcopi non ſolùm ſacrilegi, & fatui iudicandi, qui rem viliſsimam, & cineres diſſolutos in ſerico, & vaſe aureo portauerūt. Stulti omniū eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquijs, & tanta lætitia, quaſi præſentē, viuētēq; cernerent, ſuſceperunt, vt de Paleſtina vſq; Chalcedonem iūgerentur populorum examina, & in Chriſti laudes vna voce reſonarēt. Videlicet adorabant Samuelem, & non Chriſtū, cuius Samuel, & Leuites, & propheta fuit. Hęc ille. AVTHOR. Hoc ſeculum inſpicit iā Guillelmus ibi argumenta ſua inter antiquas blaſphemias vidit Vigilantij idololatras dicens fideles, qui venerantur ſanctos defunctos in loculis, aut capſis aureis, vel argēteis ædibus. Reſponde mihi Guillelme, reſponde Hieronymo, ne Vigilantius magiſter tuus in diſputatione ſuccumbat. Ergo, inquit, Conſtantinus ſacrilegus, imò dic & idololatra, ergo & Archadius idololatra, ergo omnes epiſcopi ſancti à ſancto Petro hucuſq; ſunt idololatræ: omnes populi concurrentes ſunt idololatræ. Concedo, dicas, & ſolus ſanctus Vigilantius, ſanctus Eunomius, qui has reliquias calcauerūt vt puluerum contemptores. Adhuc dicas altiùs, ergo ſanctus Ioſeph fuit idololatra, qui tam numeroſa plebe vtriuſq; gentis concurrente tanto terræ tractu, cum grandi veneratione oſſa patris ſui recondenda tranſtulerat. Et ipſe itē, qui oſſa ſua ſic cum veneratione per fratrem ſuum transferenda mandauit. Omnes ſancti ſunt idololatræ, & ſolus fœtidus Witcleff, & Eunomianus ab origine cū ſua hæretica clientela eſt cultor Chriſti catholicus.

Conſtantinus, quę corpora ſancto rū leuauit.

¶ Quòd hos honores exhibentes ſanctis, non colimus eos vt deos, ſed vt Dei amicos, & noſtros apud Deum patronos.

CAP. CXXX.

SVMMA.

1 *Adorandi ſanctos mos antiquiſsimus.*
2 *Deus ſolus cultu latriæ colitur.*
3 *Sanctos quomodo nō colimus ut deos, neq; pro dijs eos habemus, ſed ut Dei amicos.*
4 *Sancti defuncti qꝫ ſint honorandi, non adorandi.*
5 *Serapis Ægyptiorum Deus, qui priùs & Apis appellatus.*
6 *Gentilium error circa mortuorū hominum cultū.*



Entilium eſſet hęc impoſitio, non hæreticorum fidelium. Aut ergo putat Witcleff nos paganizare, colendo ſanctos, qui tot habebat deos reſponſales, quot honores. Aut neceſſe eſt ſe confiteri Paganum, qui calumnias Paganorum nobis imponit. Quid aiunt gentiles? qꝫ colimus plures deos. Quid Witcleff in Dialogo ſui mendacij, ca. 16. Erubeſce eſſe de generatione adultera, niſi docere ſciueris, qꝫ hæc ſigna mortua miraculoſe fiūt ab homine, quem aſſeris eſſe ſanctum. Sequitur. Idem eſt legem

Digitized by Google

legem Chriſti poſtponere, & iſta apocripha chronicorum anteferre, & antiquum dierũ relinquere, & deos recentes infideliter acceptare. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce deos recẽtes acceptamus, ſi præter legẽ Chriſti, chronicorũ libris de miraculis ſanctorum credamus, & in ca. 30. tertij Trialogi dicit, fideles plùs colere nouum ſanctum, quàm dominum Ieſum, & propter iſta appellat cultores ſanctorũ Guillelmus idololatras. Attamen ſine conſilio, & aſſenſu gentilium Witcleff iſta nõ ſcripſit. Puto enim eum conſilium inijſſe ſecretè cũ quodam Niceta: de quo refert lib. 4. eccleſiaſticæ hyſtoriæ, ca. 16. EVSEBIVS. Æmulus totius boni, & aduerſarius omnium iuſtorũ, & poſtq; vidit, q; martyrum gloria, & pro vitæ egregiæ virtutibus coronatus eſt ſanctus ſcilicet Polycarpus, & per mortem præmia immortalitatis adeptus, ſatis agere cœpit, vt reliquias eius ad ſepulturam noſtris deſiderantibus nemo concederet. Inſtigabatur ergo Niceta Herodis pater, frater autem Dalce adire iudicem, & petere ab eo, ne humãdum concederet corpus, ne fortè, inquit, relinquẽtes eum, qui crucifixus eſt, Chriſtiani hunc colere incipiant: Iudæis maximè iſta machinãtibus, qui & noſtros intentis oculis obſeruauerant, ne eum flammis adhuc ardentibus raperent: ignorantes miſeri, quia neq; Chriſtũ aliquãdo poſsimus derelinquere, qui mortem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit: neq; alium quenquã colere, quàm verum Deum, & qui ſolus colendus ſit, nouerimus. Martyres verò tanquam diſcipulos domini diligamus, & veneremur, quaſi integrè fidem magiſtro ſeruantes, & domino, quorum in fide, & perſeuerãtia charitatis optamus eſſe participes. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ingeniũ viri gentilis, quod illi immiſit ſpiritus hoſtis ſanctorum, non humandum ſancti corpus, ne ita incipiant colere Chriſtiani, vt Chriſtum relinquant. Vnde & ingenium Witcleff, niſi ab eodem principe omnis mali, quãdo dicit Chriſtianos plùs colere talem ſanctũ, quàm dominum Ieſum. Vnde niſi ab eodem, quod ſuprà dixit, q; mens viatoris ex multitudine beatorum, quos orat, diſpergitur, & affectio à Chriſto laxatur. Ignorãtes omnes vos miſeri à diabolo inſpirati pagani Witcleuiſtę, & Iudæi, q; neq; Chriſtũ aliquando poſſumus derelinquere, neq; alium quenquam colere tanquã Deũ. Martyres verò tanquã diſcipulos domini diligamus, & veneremur, in hoc ſeruantes fidem integrã magiſtro noſtro, qui de eis dixit, Qui vos recipit, me recipit. Gentiles ſunt, aut Iudæi, qui hæc imputãt fidelibus. Et tamen modus iſte orandi ſanctos, quàm ſit antiquus, videtis: calumniam, quam Chriſtianis adijciunt, videtis item antiquam. Hanc gaudenter accepit Witcleff, dicens nos acceptare deos recentes. Et ſermone item. 34. tertiæ partis reſpondet iterum AVGVSTINVS. Nos, martyres noſtros pro dijs non habemus, non tãquã deos colimus, non eis templa, non eis altaria, non ſacrificia exhibemus, non eis ſacerdotes offerunt. Abſit, Deo† iſta præſtantur, imò Deo iſta offerũtur, à quo nobis cuncta præſtantur, etiã apud memorias ſanctorũ martyrũ. Sequitur. Quando audiſtis dici apud memoriam alicuius ſancti, Offero tibi Petre, aut, Offero tibi Paule? Nunquid audiſtis? nõ fit? non licet. Et ſi dicatur tibi, nũquid tu Petrum colis? Reſponde, quod de Fructuoſo reſpondit Eulogius, Ego non colo Petrum, ſed eum colo, quem colit & Petrus: tunc te amat. Nam ſi volueris pro Deo habere Petrum, offendis Petrum, & vide ne pedem frangas, offendendo in petram. Vt noueritis verum eſſe, quod dico, audite, admoneo vos, in Actibus apoſtolorum, cùm magnum miraculum feciſſet apoſtolus in Lycaonia: ciues eiuſdem ciuitatis ſuę prouinciæ prędicauerunt deos deſcendiſſe ad homines, & crediderunt Barnabam eſſe Iouẽ, Paulum eſſe Mercurium, quia ipſe erat in ſermone promptiſsimus. Hoc credentes, attulerunt hoſtias, & victimas, & voluerunt offerre illis. Illi continuò non irriſerunt, ſed expauerunt, veſtimenta ſua conſciderunt, & dixerũt eis, Fratres, quid facitis? & nos ſicut vos homines ſumus, homines paſsibiles: ſed annuntiamus vobis verum Deum. Conuertimini ab his vanis. Videtis quomodo ſancti horruerũt coli ſe pro dijs? Item beatus Ioannes Euangeliſta, qui ſcripſit Apocalyſim, inter illa mira, quæ ſibi oſtendebantur, ſtupet, expaueſcens quodam loco cecidit ad pedes angeli, à quo ſibi hæc omnia demonſtrabantur. Et illi ait angelus, cui nullus homo eſt comparãdus: quid facis? Deum adora. Nam ego conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Sequitur in fine. Ideò chariſsimi reuereamini martyres, laudate, amate, prædicate, honorate, Deum martyrum colite. Hæc ille. AVTHOR. Hæc† eſt apoſtolica regula: hæc fidelium diſciplina, quãuis martyres veneremur, honoremus, amemus: non tamen eos habemus pro dijs, neq; colimus ſcilicet ſicut deos. Hoc intelligunt ſancti de cultu, quòd non coluntur pro dijs, ſed pro Dei amicis, quia etiam res alias à Deo colimus, vt terram ipſam colimus, vt ſuprà docuit Auguſtinus, vbi de cultu ſanctorum tractauimus.

1 2 3

Digitized by Google

Sed non colimus eos pro dijs, vt Romani ſolebant, & Lycaonienſes iſti volebant: quorum item ruditate Witcleuiſtæ noſtri cæcantur. Hanc diſtinctionem colendi planè ſcribit lib. 20. contra Fauſtum, calumniæ eius ſatisfaciēs, q̄ catholici memorias martyrum honorantes cōuertunt ſe ad idola. AVGVSTINVS. Colimus, inquit, eo cultu dilectionis, & ſocietatis, quo in hac vita coluntur ſancti homines Dei, quorum cor ad talem pro euangelica veritate paſsionem paratum eſſe ſentimus. Sed illos tā tò deuotiùs, quantò ſecuriùs poſt incerta omnia ſuperata, quantò fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quàm in iſta adhucvſq; pugnantes. At illo cultu, qui in græco Latria dicitur, latinè vno verbo dici nō poteſt, cùm ſit quædam propria diuinitati debita ſeruitus: nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum Deum. Cùm autē ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificij, vnde idololatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiq̄ martyri, vel cuiq̄ ſanctæ animæ, vel cuiq̄ angelo. Et quiſq̄s in hūc errorē dilabitur, corripitur per ſanā doctrinā, ſiue vt corrigat̄, ſiue vt caueat̄. Ipſi em̄ ſancti, vel homines, vel angeli, exhiberi ſibi nolunt, quod vni Deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo, & in Barnaba, cùm commoniti miraculis, quæ per eos facta ſunt, Lycaonij, tā quam dijs immolare voluerunt. Conſciſsis em̄ veſtimentis ſuis, confitentes, & perſuadentes ſe deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt: apparuit & in angelis, ſicut in apocalypſi legimus, angelum ſe adorari prohibētem, ac dicentem adoratori ſuo, Cōſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Hęc ille. AVTHOR. Ecce ſancti martyres colendi, & angeli colendi, ſed non cultu diuino: hoc tantùm interrerat, quod & ſuprà dixi, ne Petrus ſe pateretur à Cornelio adorari, ſicut nec angelus à Ioanne, vel à Lycaonienſi paganitate Apoſtoli. Quid clamant hæretici? ſemper eis reſponſum eſt, Cultu ſanctorū ſanctos colimus, non vt deos: hoc Porphyrio, hoc Fauſto, hoc Witcleff continuè reſpondemus, hoc Vigilantio dicimus: & continuè repetunt, cuius ſolutionem ſurdi non audiunt: nempe Vigilantio contra blaſphemiā iſtam eius conſimili verbo Auguſtini reſpondit HIERONYMVS. Galliæ vernaculum hoſtem ſuſtinent, & hominem moti capitis, & Harpocratis vinculis alligandum cernunt, ſedentem in eccleſia, & inter cætera verba blaſphemiæ iſta quoque dicentem: Quid neceſſe eſt tanto honore, non ſolùm honorare, ſed etiam adorare illud, neſcio quid, quod in modico vaſculo transferendo colis? Et rurſum in eodem loco, Qui puluerem linteamine circundato, adorando oſcularis. Et in conſequentibus prope ritum gentilium videmus ſub prætextu religionis introductum in eccleſijs, ſole adhuc fulgente, moles cereorum accendi. Vbicunque puluiſculum, neſcio quem in modico vaſculo, pretioſo linteamine circundato, oſculantes adorant. Magnum honorem præbent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant de viliſsimis cereolis illuſtrandos, quos agnus, qui in medio throni eſt, cum omni fulgore ſuæ maieſtatis illuſtrat. Quis enim ô inſanum caput aliquando martyres adorauit? Quis hominem putauit Deum? Nonne Paulus, & Barnabas, cùm à Lycaonibus Iuppiter, & Mercurius putarentur, & eis vellent hoſtias immolare, ſciderunt veſtimenta ſua, & ſe homines dixerunt eſſe? Non quòd meliores non eſſent, olim mortuis hominibus Ioue, & Mercurio, ſed ne ſub gentilitatis errore eis honor Deo debitus deferretur. Quod & de Petro legimus, qui Cornelium adorare cupientem, manu ſubleuauit, & dixit, Surge, nam & ego homo ſum. Hæc ille. AVTHOR. Sic reſpondet Hieronymus argumento veſtro communi, cum magiſtro veſtro Vigilantio improperante fidelibus pia oſcula, & honores ad corpora, & reliquias martyrum. Non adorant, inquit. Et ſubdit exemplum, quòd non adorant cultu diuino, qualiter Lycaones volebant Apoſtolos adoraſſe, & Cornelius ſanctum Petrum. Et cauſam dicit planè, ne ſub gentilitatis errore, honor Deo debitus, eis deferretur. Non tamen ſuſtulit eis omnem honorem, quia tulit diuinum, alioquin non eſſent honorandi parentes, nec qui bene præſunt, duplici honore digni eſſent, ſecundùm Apoſtolum. Honorandi ergò ſunt, ſed honore congruente ſanctis hominibus, non Deo, ſicut ſuprà dictum
4 eſt. Et† dicit honorandos ſanctos defunctos, non adorandos, libro de vera religione, in fine AVGVSTINVS. Non ſit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia ſi piè vixerunt, non ſic habentur, vt tales quærant honores, ſed illum à nobis coli volunt, quo illuminante, lætantur meriti ſui nos eſſe conſortes. Honorandi ergo ſunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Hæc ille. AVTHOR. Modificat ecce, qualiter adorandi ſunt. Non ſunt adorandi, inquit, propter religionem, quia ipſorum nō eſt religio, ſed Dei ſolius, ſicut nec vota, nec ſacrificium, nec ſa-

Digitized by Google

nec ſacerdotes. Gentiles autem hæc omnia hominibus ſuis mortuis ſicut diis præſtabant: ideò ſecernit eos in iſtis à fidelibus libr. 22. de ciuitate Dei capi. 10. AVGVSTINVS. Hi dicent ſe habere deos ex omnibus mortuis, ſicut Herculem, ſicut Romulum, ſicut alios multos, quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non ſunt dij, quia vnũ eundemque Deum ſcimus noſtrum, & martyrum. Et infrà. Denique illi talibus diis ſuis, & templa ædificauerunt, & ſtatuerunt aras, & ſacerdotes inſtituerunt, & ſacrificia fecerũt. Nos autem martyribus noſtris non tẽpla, ſicut diis, ſed memoriam ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus. Hæc ille. AVTHOR. Intantum autem in iſta ſtultius tumeſcebãt idololatræ, vt de multis illorum illicitum eſſet & mortale crimẽ eos homines appellare. Sicut de Serapide, & Iſide, & de Api apud Ægyptios lib. 28. de ciuitate ca. 5 5. docet AVGVSTI. Factus eſt, inquit, Serapis † omnium maximus Deus Ægyptiorum: nominis autem huius cur non Apis poſt mortem, ſed Serapis appelletur, facillimam rationem Varro reddit, quia enim arca, in qua mortuus ponitur, quam omnes iam ſarcophagam vocant, Saron dicitur græcè, & ibi eum venerari ſepultum cœperant, priuſquam templum ei eſſet extructum, velut Saron & Apis Serapis primò: deinde vna litera, vt fieri aſſolet, cõmutata, Serapis dictus eſt: & conſtitutum eſt de illo, vt quiſquis hominem eum fuiſſe dixiſſet, capitalem pœnam penderet. Hæc ille. AV- 6 THOR. Hic † error erat gentilium ad tãtum colere mortuos homines, vt deos exiſtimari permitterent, qui erant ab origine mortales. Hæc autem omnia inter ſacrilega damnat ſacra fides. Sed non ideò denegat eis omnia, quę conceſsit gentilitas, veneratione putà fideliũ, ædes pulchras, ſcrinia, capſas aut fabricas pretioſas: ſed nec negabimus ſepulturam, quia ſepelierunt ſuos idololatræ, ſed iſta nõ faciemus tam pretioſa eis vt diis, ſed vt hominibus facie mus: & pretioſas eis fabricas ſtatuemus, vt ſanctis hominibus. Hæc enim voluntas Dei in ſeruos ſuos, & amicos, quam item reuelare dignat eſt, & aperire miraculis. Sicut de ſancto Vincentio in ſermone. 36. tertiæ partis de eodem ſcribit AVGV. Magnum autem teſtimonium perhibet dominus teſtibus ſuis, cũ ille, qui erexit cornua certantium, nec corpora deſerit defunctorum. Velut de huius ipſius beati Vincẽtij corpore præclariſsimum miraculum exhibuit: vt quod inimicus non apparere, cupierat fecerunt tamen, vt præſenti nutu proderetur, & religioſius humandum venerandumque demonſtraretur: vt victricis pietatis, & deuictæ impietatis in eo memoria perduraret. Verè pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorũ eius quando nec terra carnis vita deſerente contẽnitur, & inuiſibili anima de domo viſibili deſcendente habitaculum ſeruitura domini cuſtoditur, & in gloria à ſeruis fidelibus honoratur. Hæc ille. AVTHOR. Tãgit Auguſtinus hiſtoriam de paſsione Vincẽtij, vbi Datianus iuſsit corpus exanime ad molam ingentem ligari, & in mare demergi. Quod cùm feciſſent nautæ, ſuperfuit ſtatim aquis ſacrum corpus, & citiùs eis cumvelo & remis corpus cum mola remigauit ad litus. Quod ſtatim matrona quædam deuota complexa palmis, cum omni gaudio venerabili tradidit ſepulturę. Sic igitur ait Auguſti. quòd in beati Vincentij corpore præclariſsimum miraculum Deus exhibuit, vt quod inimicus non apparere cupiebat, fecit Deus ne celaretur, & ampliùs proderetur, & religioſius humandum, venerandumque demonſtraretur. Eſt igitur Dei voluntas, vt ſit venerabilis ſepultura ſanctorum, quam ipſe miraculis promouet, cui item inuident Witcleui ſtæ cũ impio Datiano, & cæteris hoſtibus ſanctorum honori infeſtis. Non autem hoc ſatisfecit latratibus Witcleff inſanientis, quòd ſanctorum hiſtorias fideles legunt in codicibus, quos ipſe clamat apocriphos, & à probabilitate alienos, multa falſa inſerta eis, & hoc eſſe dicit legem Chriſti poſtponere, & iſta apocripha anteferre. Saltem venerabilis Auguſtinus non dedignabatur hiſtoricum librum Vincentij, nec propter eum poſtponit legem Chriſti. Et quare Witcleff ipſe conſulit ſectatores tantũ ad vniuerſalia & prędicamenta Ariſtotelis nõ fidelis, ſed pagani? nũquid hoc eſt magis poſtponere legem Chriſti, quàm cernere hiſtorias ſeruorum Chriſti? Et ſuper omnia quando doctus eſt homines non legant ſuas ſchedas, & codices, quibus non tantùm præter fidem, ſed contra fidem, nec à probabili, ſed probato, nec tantùm multa, ſed millia ſunt eis inſerta falſa, hæretica, & blaſphema? Et ideò idem & omnino non aliud eſt legem Chriſti poſtponere, & hæc mendoſa, & turpia hæretica ante ferre.

¶ Quòd ornare, vel condere ſepulchra pretioſa ſãctis Dei mortuis, eſt à lege Dei pietas approbata, ſed ſemper impiis, & hæreticis deteſtata.

CAP. XXXI.

SVMMA.

1 *Conſtantini impietas circa ſanctorum miraculis coruſcantium reliquias.*

2 *Sancti quòd vbiq; ſint honorandi, & quomodo ſecũdùm ueritatem non poſſint deeſſe ſepulchro, contra Witcleff.*

3 *Aedificare ſepulchra pretioſa, quòd non ſit peccatum. Et quos ornantes monumenta, & ſepulchra edificantes redarguat Chriſtus.*

EVndamẽta ſua exponant iſti cõtemptores ſepulchrorũ pro ſanctis. Fundamenta item ſua ornatores eorum, vt quietari poſsit ibi vera pietas deuotorum. Re enim vera, quòd iſti garruli ponunt, ſanctus Ioãnes exponit Apoca. 11. fundans eorum inſaniam in beſtiã, quæ aſcendit de abyſſo, faciens bellum aduerſus duos teſtes Chriſti, duas oliuas, & duo candelabra, quos vincet, & occidet, & corpora eorũ relinquet in plateis ciuitatis Sodomæ ſpiritualis. Ita vt videant tribus, & linguæ, & gẽtes corpora eorum, nec ſinant ea poni in monumentis. Iſta beſtia eſt Antichriſtus. Et huius beſtiæ membra quis dubitet tyrannos eſſe, perſequutores ſanctorum, qui martyrum corpora incẽderunt igni, aut ſubmerſerunt aquis, ne eos vt Chriſti ſanctos in terris colerẽt Chriſtiani? de quibus erant & hæreſiarchæ, & hæreſum defenſores, veluti circa annum domini. 766. Cõſtantinus Cæſar, de quo SIGISBERTVS.

1 Conſtantinus † inſuper ægrè ferens gloriam ſanctorum miraculis coruſcantium, etiam lipſana eorum vbique iubet effodi, & iactari in profundum. Hæc ille. AVTHOR. Horum etiam erat Iulianus magnus apoſtata: de quo li. 6. hiſtoriæ tripertitæ cap. 31. CASSIODORVS. Cùm Iulianus apud Pythium Daphneum peteret reſponſa de Parthici belli victoria, & ille in ciuitate corpus Babylæ martyris accuſaſſet, iuſsit corpus auferri. Ob quam rem cùm Chriſtiani feſtiuitatem deducto pſallentes agerẽt, & ob indignationem principis quidam Theodorus iuueniculus multa paſsionũ tormenta pertuliſſet, hoc geſto fallax dæmon martyris quidem gloriam auxit, ſuũ verò mẽdacium clariùs enudauit. Fulmen nanque cælitùs miſſum, omne templum accendit, ipſum que Pythij Apollinis ſimulacrum redegit in puluerem. Hæc ille. AVTHOR. Ecce hi ſunt, apud quos putent ſanctorum cadauera, ideo nec monumentis recondunt, nec recondita tolerant ad ornatum. Iungatur patribus ſuis Witcleff, dicens libro. 2. de ſermone domini in mõte, capit. 17. Quid rogo valet ornare ſepulchra hominum mortuorum: & in iſta hypocriſi laborare? Nam nec animę, nec corpora ſunt nũc in iſtis ſepulchris, quæ incolũt, collocata, & tamen ex fide patet, quòd Chriſtus eſt eſſentialiter in qualibet creatura, & virtualiter ſecundùm humanitatem per omnem partem eccleſiæ militãtis: quare ergo nõ honoramus iſtud caput eccleſiæ, & hypocriſim ſepulchrorũ dimittimus? Hæc Witcleff. AVTHOR. Cõmunis eſt hæc argutia Witcleff idem ſemper canentis cum cuculo: ſed ſcripturarum fundamenta expectaui, quotiens dixi tam cæcum eſſe iſtum, vt nõ permittat iuxta legem Dei quẽ quam honorare parentes, ne dicatur ei, Chriſtus eſt eſſentialiter in qualibet creatura, quare ergo non honoras illud caput eccleſiæ, dimiſſa hypocriſi honorandi parẽtes? Dicet. Sed honor eſt & laus Chriſti in honore parentis: verum dicis. Et ipſa veritas ait. Laudate dominum in ſanctis eius: puerorum iſtæ ſunt nugę, ſed rationem primam attende, nec animæ, nec corpora ſunt nunc iſtis ſepulchris, quæ incolunt, collata. Quid putas iſtum mouet, quòd fides quotidie nobis canit: Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, & viuent nomina eorum in æternum? Vt ſi nomina viuant, colantur ſaltem ſanctorum memoriæ. Aut ſi ſanctorum cineribus nihil credat, quid dicet, vbi Deus ſanctorum corpora iam mille annorum curſibus incorrupta ſeruauit? Hoc certè Deo agẽte fit, vt mendax obiectum Witcleff cõfuſione grãui dignam pateretur inſtantiam. Sed hoc erat argumentum Fauſti Manichæi lib. 20. contra Fauſtum concludentis ideo vmbras circa tumulos volitare, quod gẽtium dicit ſtultitia. Et Lucanus ait, vmbraque erraret Craſſus inulta; Superat autẽ in hac calumnia ſuum magiſtrũ Vigilantium, qui hoc tantum arguebat de ſepultorum ſpiritibus. Reſpõdet tamen ei libro contra Vigilantium. HIERO. Mortuum ſuſpicabaris, & ideo blaſphemas. Lege euange-

Conſtantinus impius.

lium,

lium Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Si ergo viuunt, honeſto iuxta te carcere non clauduntur. Vis enim nihil in ſinu Abrahæ, vel in loco refrigerij, vel ſubter arā Dei animas apoſtolorum & martyrum conſediſſe. Nec poſſe ſuis tumulis, aut vbi voluerint, adeſſe præſentes. Senatoriæ videlicet dignitatis ſunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in libera, honeſtaque cuſtodia, in fortunatorum inſulis, & in campis Eliſæis recludantur. Tu ergo Deo leges pones, tu apoſtolis vincula iniicies, vt vſque ad diem iudicij teneantur cuſtodia, nec ſint cum domino ſuo: de quibus ſcriptum eſt. Sequuntur agnum quocunque ierit. Si agnus vbique eſt, ergo & ij, qui cum agno ſunt, vbique ſunt credendi. Et cum diabolus, & dæmones toto vagentur orbe, & celebritate nimia vbique præſentes ſint martyres, poſt effuſionem ſanguinis ſui ara operiūtur, incluſi, & inde exire nō poterunt. Hæc ille. AVTHOR. Vbi ab ore magiſtri tui argutiā rapuiſti: quare non timuiſti reſponſa Hieronymi? qua lege à memoria ſua ſanctum excludis? qua fronte ſecurare non potes, quòd animæ ſanctorum in ſuis ſepulchris, quibus coluntur, præſentes ſint? Hoc aſſeris firmiter, quod probare nō potes: quia nec illò excludis diabolum, dicens miracula ibi facta illuſiones eius eſſe: tātam libertatem illi donas vt noceat, quantum ſanctis auferas, vt proſint fidelibus. Sed Hieronymus dicit, quòd ſi agnus vbique eſt, tam ſecūdùm deitatem eſſentialiter, quàm ſecundùm humanitatem virtualiter, vt tu pridem aſſumpſeras, dire ctè tibi cōcluditur, quòd hi, qui cū agno ſunt, vbique credendi ſunt. Ergo † & vbique honorandi, ita ſaltem, vt ſecundùm veritatem non poſſint deeſſe ſepulchro. Et pone ita eſſe: angeli deſcenderunt ad ſepulchrum domini viſitādum, poſtquàm Chriſtus ſurrexiſſet, & ibi corpus, & animam aſſumpſiſſet. Illuc gratulanter accurrunt, feſtiuis ſtolis ad ſuas accedunt cuſtodias, ſacras veſtes cum omni veneratione reuoluunt: ſi fideles peregrinos inſtruunt conſolantes, hoſtes terrent, lapidem deponūt ad ingreſſum ſanctorum. Cur igitur & ſi ſancti corpus vacet, id eſt, loco ſepulturæ, non adorent, & ſupplicent dominum peccatores, tā vbi feſtiuè ſpiritus obſequuntur angelici? Cur ibi dedignaris humiliter poſcere gratiam, vbi angeli deuotum famulatum impendunt? Hæ ſunt à ſcripturis rationes acceptæ, non vt argutiæ Witcleff puteis hæreticorum exhauſtę. Sed addit his WITCLEFF. capitu. 16. ſecūdi libri de ſermone domini in monte. Non ſine cauſa noluit Chriſtus ſeipſum, matrem ſuā, baptiſtam, & cæteros charos apoſtolos in ſepulchris talibus adorari, non dubium affectus viantium in talibus adorationibus ſunt ſubuerſi. Hæc Witcleff. AVTHOR. Nullum mi ſi captiuum hæreticum poteſt neceſsitare hęc ratio. Scio quòd non ſine cauſa noluit Chriſtus ſeipſum, matrem ſuam, baptiſtā, adde itē alium Ioannem euangeliſtam in ſepulchris talibus incinerari. Quid ergo, nunquid ideo affectus viantium ad omnes incineratos ſunt ſubuerſi? Sed tentas eccleſiaſticos, vt talium ſepulchrorum viris ſanctis fundamenta probemus. Miror cur ſic mentiris planè, & nullo ruborē ſuffunderis. Nunquid inuitè Chriſtus ponitur in ſepulchro? Aut item mater eius, & baptiſta ſepulti non ſunt? Quòd ſi dicas, nunquid Chriſtus pretioſa prophetarum ſepulchra diebus ſuis facta cognouit, & factores eorum nō propter factam fabricam, ſed propter neglectam vitam redarguit? Væh vobis ſcribæ, & Phariſæi, inquiens, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, nō eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. Matthæi. 23. Legas expoſitionem patrum, & vbi videris aliquem ſentire, quòd Chriſtus redarguit ſanctorum affectus, quia ſic ornabant monumēta iuſtorum, ſemel enarra. Sed quia ſectabantur vitam perſecutorum, & operabantur ſepulchra iuſtorum, ideo increpat, & pro diuaricatione affectus ab opere appellat hypocritas. Vnde ſuper eundem locum Lucæ ſexto. capitulo ſeptimo. AMBROSIVS. Et enim propheticorum ædificatione tumulorum ſceleris eos, qui occiderant, arguebant, & ſimilium æmulatione factorum ſe eſſe quoque declarabant paternæ iniquitatis hæredes. Non igitur ædificatio, ſed æmulatio loco criminis æſtimatur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo ædificare illa ſepulchra pretioſa non erat peccatum, non inquit ædificatio, ſed æmulatio loco criminis æſtimatur. Item quarto capitul. libri quarti ſuper Lucam BEDA. Non monumenta prophetarum ornare, ſed interfectores prophetarū imitari ſceleris eſt. Hæc ille. AVTHOR. Sunt ergo inter fidelium præcipuos computandi, qui ſanctorum tumulos fabricant, ſaltem ſi ſic fabricant, quòd item eos ſanctos imitētur, ſicut perfecti. Igitur ex hoc loco ſcripturæ fundata ſunt pretioſa ſepulchra ſanctorum, etiam ſumptuoſe facta. Nam & HIERONYMVS, quem tu legeras, dicit ea ſic facta in. 4. libro commentarij ſuper Matth. Ambitioſè,

bitiosè,& magnificè ædificant memorias occiſorum, quos à patribus ſuis ingulatos eſſe non negant. Hæc ille. AVTHOR. Et ſuper ipſum locum Matth. RABANVS. Simulabant quidem ſe ob fauorem vulgi captandum patrum ſuorum horrere perfidiam, memorias prophetarum,qui ab eis occiſi ſunt,magnificè ornando:ſed in ipſo opere teſtificantur, quantum paternæ nequitiæ conſentiãt, dominum, qui ab eiſdem prophetis eſt prænuntiatus,iniuriis agendo.Hæc ille. AVTHOR.Ecce† ſe-
3 pulchra illa,quæ iſti ædificauerant,iuſtis & ꝓphetis ſumptuoſa erant,& ornata,nec propter ea redarguit Chriſtus, quòd facta fuerant per eos,qui imitabãtur factores eorum.Multo ergo maiori ratiõe neceſsitatus eſſes ex fide iſta laudare, quàm ſupra fidem,& vltra Chriſtum iſta contemnere,

¶ Quòd Chriſtus voluit ſemetipſum, & beatiſsimam matrem ſuam, & ſanct. Ioann. baptiſtam in ſepulchris cõgruis poni, & in eis à deuotis populis venerabiliter adorari.

CAP. CXXXII.

SVMMA.

1 *Sepulchri dominici ornatus deſcribitur. Et quomodo illuc multi fideles deuoti ad adorãdum cõ fluebant.*

2 *Sepulchrum Mariæ in medio uallis Ioſaphat.*

3 *Sepulchrum Iohannis baptiſtæ, & quomodo oſſa eius fuerunt cremata. Et de crebro illuc fidelium concurſu.*

QVod autem addis, Chriſtum non in ſepulchro huiuſmodi adorari, ſicut nec matrẽ eius, vel baptiſtã. Ambiguum eſt, vtrum noluerit ſepulchrum adorari,an in ſepulchro adoratione ſui fieri: ſed ſufficit nobis, quòd vtrobique mentiris. Sepulchrũ eius ſumptuoſum erat,& amplum, quantum tunc temporis pretium exigebat pro viro diuite,& nobili,qui ad miniſtratione erat decurio,fabricatũ,hoc euã-
1 gelium ipſum teſtatur. Ornatum† autem eius libro vltimo ſuper Marc. exponit BEDA. De monumento domini ferunt,qui in noſtra æta te de Hieroſolymis venêre in Britanniam, ꝙ domus fuerit rotunda,de ſubiacente rupe exciſa,tantæ altitudinis,vt intra cõſiſtens homo vix manu extẽta culmen poſſet attingere: & finaliter. Color autem eiuſdem monumenti ac loculi rubicundo, & albo dicitur eſſe permixtus. Hæc ille. AVTHOR. Ampla ecce domus domini fuerat pro ſepulchro res grãdis & ſplẽdidi apparatus. Quas autem mulieres ſanctas, quos itẽ apoſtolos illuc peregrè venire in cultum ſuum paratos,euangeliſtæ non tacent. Quot verò ſancti illuc adhuc inter frementes gentes ad eum adorandum accedant, quis ex omnibus terrarum finibus poteſt populos numerare? Sanctus Ambroſius Helenam reginã. Sanctus Hieronymus ſanctam Paulam. Cæteriq́ue ſancti ſanctos & ſanctas illuc Deo vocãte ad eum in loco crucis & ſepulchro adorandum iuiſſe mirantur,& ſcribunt. Quid igitur dicit iſte,Chriſtus noluit ſeipſum in ſepulchro adorari,nec matrem ſuam? Et in ſermone de aſſumptione eius ad Paulam, & Euſtochium
2 dicit HIERO. Monſtratur † ſepulchrũ eius, cernentibus nobis, & vſque ad præſens in vallis Ioſaphat medio, quæ vallis eſt inter montem Sion,& montẽ Oliueti,quam & tu ô Paula oculis aſpexiſti:vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia muro lapideo tabulata: in qua ſepulta fuiſſe,vt ſcire potes, ab omnibus ibidem prædicatur. Sed nunc vacuum eſſe cernẽtibus oſtenditur. Hæc ille. AVTHOR. Ergo in fide maiorum, & eorum maximè,qui iſta potuerũt videre,& ſenſibus experiri,beatiſsimæ matri ſuę voluit Chriſtus pręparare ſepulchrum, & ſupra ſepulchrum venerandi tantam operis fabricam tam pretioſam. Sed dum hæreticus, qui ad eius venerationem ratione traheretur, non credit hiſtoriis, cæteri tamen Chriſtiani fide & ſanctorum ratione perrexerunt:quibus prædicto ſermone citò poſt, deuotas literas effundit. HIERONYMVS. Legimus ſæpe ad funera,& ad ſepulturas quorumlibet ſanctorum angelos aduenisſe, & ad exequias eorum obſequia præſtitiſſe: necnon & animas electorum vſque ad cælos cum hymnis & laudibus detuliſſe. Vbi & vtriuſque ſexus chori commemorantur frequenter auditi, & laudes ceciniſſe interea: & quod perſpicacius eſt multò,non abiiſſe,antequam lumine eoſdẽ reſplẽduiſſe, inſuper & adhuc in carne viuentes ibidem miri odoris fragrantiam diutiùs perſenſiſſe viderent. Quòd ſi ad recreãdam ſpem,& corroborandam fidem interdum aſtantium Sal-

Sepulchri dominici ornatus.

Sepulchrum Mariæ.

uator

uator noſter Chriſt⁹ ob merita ſuorū ampli⁹ cōprobāda talia ac tāta dignat⁹ eſt exhibere ꝑ ſuos cæli miniſtros circa defunctos, quātò magis credēdū eſt hodierna die militiā cęlorū cū ſuis agminibus feſtiuè obuiā aduenisſe genitrici Dei: eāq; ingēti lumine circūfulſiſſe, & vſq; ad thronū olim ſibi ante mūdi cōſtitutionē paratū, cū laudibus & cāticis ſpiritualib⁹ ꝓduxiſſe? Hęc ille. AVT. Quis ergo demēs illuc gratia venerādi Dei matrē nō ꝓperaret, quò tot cæli ciues iuſſu Chriſti cōcurrūt, ad tot & tā magnifica obſeqa cū celebri deuotiōe cōplēda? Et baptiſtā, inqt, Chriſtus noluit in ſepulchro huiuſmodi adorari. De baptiſta refert euangeliſta Marcus, q̄ diſcipuli ei⁹ venerūt, & tulerūt corpus eius. Marc. 6. Vnde in expoſitiōe hui⁹ loci ꝓſeqtur BEDA. Ioſeph⁹ narrat, vinctū Ioānē in caſtellū Macherūta adductū: ibiq; trūcatū. Narrat eccłiaſtica hiſtoria eū ſepultū in Sebaſte vrbe Paleſtinę, q̄ quondā Samaria dicta eſt, ac tp̄e Iuliani pricipis inuidētes Chriſtianis, q̄ ſepulchrū ei⁹ pia ſollicitudine frequētabāt, paganos inuaſiſſe monumētū, diſpſiſſe oſſa ꝑ cāpos, & rursū collecta igne cremaſſe, ac denuò diſperſiſſe ꝑ agros, ac fuiſſe tūc tpis ibidem de Hieroſolymis monachos, q̄ miſti paganis oſſa legētib⁹ maximā eorū partē cōgregauerūt, & ad patrē. i. abbatē ſuū Philippū Hieroſoly. de tulerūt. &c Hęc ille. AVT. Hic habes ſepulchrū ſāncti Ioānis Baptiſtę in Sebaſte, vbi à ſāctis populis fuit ipſe pia ſollicitudine frequētat⁹. De hac ſepultura Ioānis prima, & veneratiōe fideliū, & miraculorū crebro cōcurſu in epitaphio ſanctæ Paulæ qualiter illuc pegrè venit docet HIERO. Inde, inqt, diuertēs vidit. 12. patriarcharū ſepulturas, & Sebaſtē. i. Samariā, quæ in honorē Auguſti ab Herode greco ſermōe Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſę⁹, & Abdias ꝓpheta, & quo maior inter natos mulierū nō fuit Ioānes baptiſta: vbi multis increbuerūt mirabilibus. &c. Hæc ille. AVT. Iā audiāt Witcleuiſtæ, vt euidēter ſciāt magiſtrū ſuū de capite proprio cōtra miracula ſanctorū larga feciſſe mēdacia: quādo ca. 6. ad argumēta Stroodæ dicit, Chriſtus noluit corpus ſuū iacēs in ſepulchro corpus ſui martyris: corpus Ioānis baptiſtę, & corpora cęterorū ſanctorū, quos fides eccleſię dictat in beatitudine triūphare, talib⁹ miraculis ſenſibilibus coruſcare. Hæc ille. AVT. Mētiris, inqt Hiero. quia in Sebaſte, vbi ſepult⁹ eſt ſanctus Ioānes, ſepulchrū eius inter cætera multis increbuit mirabilibus. Et inter tot ſanitatū gratias, quot iā audiſti morbos de diabolicis illuſionibus in cōſpectu ſanctorū corporū nullā mentionē fecit Hiero. Sed hæreticus es, & tali ſpiritu obſeſſus: de quo frequenter loqueris. Idcirco fidem minuere ſtudes, quam, vt Hieron. ſuprà dixit, Chriſtus ſatagit roborare frequentando miracula circa defunctos.

lchrū Bapti⁹ eius rema-

De peregrinatione ad ſanctos, aut ſancta loca.

Titulus. XV.

¶ De deuota peregrinatione fideliū ad templū domini olim probata: ſicut modò ad loca ſacra natiuitatis, & crucis, & incunabula ſaluatoris. CAP. CXXXIII.

SVMMA.

1 *Peregrinari quid ſit.*
2 *Ieſus quomodo fuerit peregrinus.*
3 *Eunuchus Candacis reginæ Aethiopum quomodo uenerit peregrè adorare in Ieruſalem.*
4 *Paſtores, & Magi quòd peregrè primi uenerint adorare ſaluatorem.*
5 *Chriſtus quòd à fœminis in ſepulchro ſæpe fuerit peregrè uiſitatus, contra Witcleff.*
6 *Chriſtus quòd uoluerit in ſepulchro adorari, contra Witcleff oſtenditur.*
7 *Maria ſepulchrū domini, & cætera loca ſancta uiſitauit, Et Aſcenſionis ueſtigia.*
8 *Helenæ præpropera uiſitatio loci ſalutaris laudatur.*
9 *Veſtigia pedum Chriſti quō ab apoſtolis adorata. Et quid de eis dicat Sulpitius.*

OLux quanta venit in mūdum, & dilexerunt homines Witcleuiſtæ magis tenebras quàm lucem: qa nec coruſca loca ſancta paſsionis, crucis, ſepulturæ, prædicationis, conuerſationiſque eius à pijs fidelibus viſitanda permittunt. Dicūt enim, quòd Chriſtus noluit ſeipſum in ſepulchris talibus adorari. Hoc à magiſtro ſuo ſuſcepto addunt audacter peregrinos noſtros eſſe idololatras infideles: cū tamē
1 peregrinari † in noſtro propoſito nil aliud ſit quàm ire de manſo, ſeu domicilio ſuo quemquam longius, vt acutiori deuotione Deum adoret. Quod quia cōtingit aliquando ex memoria loci, vel ſancti, vel ſigni oſtēſi Dei intus, ideo diuinæ legis eſt inſtinctus. Hoc modo peregrinari Deus inſtituit Iſraëliticam plebem ter in anno ad domū domini in Hieruſalē, dicens: Tribus vicibus per annū apparebit omne

Peregrinari.

Digitized by Google

omne maſculinum tuum in conſpectu domini Dei tui in loco, quem elegerit: in ſolennitate azymorum: & in ſolennitate hebdomadarum: & in ſolennitate tabernaculorum. Deutero. 16. Additur autem & honor tributi debiti ab eis Deo. Non apparebit ante dominum vacuus, ſed offeret vnuſquiſque ſecundùm quod habuerit iuxta benedictionē domini Dei ſui, quam dederit ei. Informantur igitur peregrini limitati ad locum, ad tempus, & fructū oblationis, ſine quo nō eſt propriè peregrinus. Iux
2 ta † hanc regulam legis Dei aſcendit Ieſus cū
Ieſus peregrinus. parentibus ſuis ad diem feſtum paſchæ. Luc. 2. Vbi item in commentario BEDA. Euangeliſta dominum poſt natiuitatem contiuuò cum hoſtia transfert ad templum. Eundem illò ſingulis annis cum parentibus ducit, & duodennem in templo doctorum choris inſerit. Hæc ille. AVTHOR. Hic noto, quòd ſingulis annis peregrinabatur ad templum Ieſus cū ſuis parentibus, & ad diem feſtum ſcenophegiæ item aſcendit. Nec valet dici hoc fuiſſe cæremoniam Iudæorum non profuturum eccleſiæ: cùm magis perfici debuit in eccleſia gentium, quod tunc in populo cœperat Iudæorū, dicēte propheta, Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gētibus, quæ venerunt cōtra Hieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorent regem dominum exercituum, & celebrēt feſtiuitatem tabernaculorum: & erit, qui non aſcenderit de familiis terræ ad Hieruſalem vt adoret dominum regem exercituum, non erit ſuper eos imber. Zachariæ vltimo. Secundùm quam prophetiam Gentiles quidam aſcenderant citò poſt ſuſcitationem Lazari, vt adora-
3 rent in die feſto. Ioann. 12. Et † vir æthiops Eunuchus Candacis reginæ æthiopum venit adorare in Hieruſalem. Act. 8. Iuſtus in hóc facto, & ideo iuſtitiæ præmium ſumens fidem à domino. Vnde in expoſitiōe huius loci Actu. BEDA. Pro virtute, & integritate mentis vir appellatur non immeritò, qui tantum ſtudiū in ſcripturis habebat, vt eas etiam in via legere non ceſſaret, tantumq; amoris in religione gerebat, vt aula regia derelicta, in vltimis mundi partibus veniret ad templum domini: vnde iuſta mercede dum quærit interpretē lectionis, Chriſtum, quem quærebat, inuenit. Pluſq;, vt Hieronymus ait, in deſerto fontem eccleſiæ, quàm in aurato ſynagogæ templo reperit. Hæc ille. AVTHOR. Loco ergo non mutato peregrinatio eſt translata ſacerdotio. Inde omnes familiæ gentium, quas prophetauit Zacharias, vt ſecundùm literam peregrè venirent adorare Chriſtum ad Caluariæ locum, ad ſepulchrum, ad montem aſcenſionis, ad preſepe
4 natiuitatis: quorum † erant primitiæ peregrè venientes paſtores ad ſaluatoris exortum: & tres magi venientes peregrè adorare regem Iudæorum à ſolis exortu: velut docet in ſecūda parte ſermo. ſermo. 31. AVGV. In his terris de longinquo iſti peregrini puerum iſtum nondum verba promentem adorauerūt, vbi ciues illi inuenem miracula facientem crucifixerūt. Iſti in membris paruis dominum agnouerūt, illi in factis magnis, nec tanquàm homini pepercerūt. Et bene poſt. Manifeſtatus eſt enim in ipſis cunabulis infantiæ ſuæ iis, qui propè, & iis, qui longè erant Iudæis in paſtorum propinquitate, Gentibus in Magorum longinquitate. Hæc ille. AVTHOR. Hos euāgelicos peregrinos culpet Witcleff, ſi audeat, quod Herodes impius non audebat: Iſti de longinquo peregrini puerum iſtum adorauerunt, ait Auguſtinus, & iſti de primis. Sed properas audire de vltimis, de his, qui eū in ſepulchro peregrè viſitarunt, quia dixeras iam ſuprà, Chriſtus noluit ſeipſum in ſepulchris talibus adorari. Nō
5 aduertis forſan, quid dicas. Chriſtus † ſemel, & vnico ſepulchro ſepultus, non ampliùs altero ſepelitur, & quotiens à fœminis ibi peregrè viſitatur? Euangeliſta enim dicit, quod veſpere ſabbati, q̄ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrū. Et his angelus ait. Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis. Surrexit, non eſt hic: ecce locus, vbi poſuerunt eum. Ieſum ergo quærebant, quem in ſepulchro totiens viſitabant. Vnde in commentario ſuper illud Matth. 28. HIERO. Quòd diuerſa ſunt tempora iſtarum mulierum in euāgeliis, non mendacij ſignum eſt, vt impij obiiciunt, ſed ſedulæ viſitationis officia, dum crebrò adeunt, & recedunt: & non patiuntur à ſepulchro domini diu abeſſe lōgius. Hæc ille. AVTHOR. Crebrò igitur à mulieribus iſtis domini viſitatur ſepulchrum: crebró que repetitur. Quòd ſi pro adoratione contendas Chriſti in ſuo ſepulchro, vt non litigemus ampliùs, angeli illius, qui cuſtos ſepulchri dominici factus, cuſtodes ad mortem exterruit, tibi ſeruitutē oppono, ſi latriam domino ſuo hoc cuſtodiendo non fecit. Vnde in prædicto loco Matth. citò poſt ſcribit HIERO. In præſenti loco quanquam homo ſit, qui crucifixus eſt, qui ſepultus, qui clauſus tumulo, quem lapis oppoſitus cohibet, tamen quæ foris aguntur, oſtendunt filium Dei. Sol fugiens, tenebrę ingruentes, terra commota, velum ſciſſum, dirupta ſaxa, mortui ſuſcitati, angelorum miniſteria, qui & natiuitatis eius probant inſignia,

Nunc

Digitized by Google

Nunc quoque angelus venit cuſtos ſepulchri dominici,& in veſtitu candido ſignat gloriam triumphantis. Hæc ille. AVTHOR. Ecce angelica ſeruitus ad ſepulchrum fit filio Dei,quę minor eſſe non poteſt, quàm latria. Quomodo ergo non adorat in ſepulchro,cui in ſepulchro ſicut filio Dei & hominis debitum facit obſequium?Nec ipſe ſolus,ſed & qui intus ſedere ſecundùm Ioannem,vnus ad caput,& alter ad pedes. Aut ſi plures ibi viſi fuerint relatu ſanctarum fœminarum,quæ dicunt ſe viſionem angelorum vidiſſe,imo multa millia,quæ viſa non fuerant, ſed circa ſepulchrum, intra ſepulchrum, aut ante ſepulchrum ſepultum adorabant Deum, & omni cultu digniſsimo venerantur & hominem reſurgẽtem:circa cuius ſepulchrum,quanuis vacuum, iuges parãt excubias,& benignè refouent, oſtendẽtes ſanctas reliquias,& læta nuntia referentes,piéque tractantes beneuolos peregrinos,propter hęc enim angelorum ſubmiſſę ſeruitutis obſequia pſalmiſta prædixit, quod habet apoſtolus:Et adorent eum omnes angeli Dei.ſuper quod Hebræ.primo REMIGIVS.Tale eſt,ac ſi diceret,omnes angeli mei,& illius, qa per ipſum facti ſunt.Tunc adoraueruut eum,quando natiuitatem illius annuntiauerunt: & quando illo eſuriente acceſſerunt, & miniſtrauerunt ei. Siue quando ſepulchrum eius cuſtodierunt. Hæc ille. AVTHOR. Ergo conuinceris ô Witcleff, quòd teſte Dauid,& apoſtolo Chri
6 ſtus † in ſepulchro voluit adorari, & ab angelis adorari.Iungamus his Nicodemum, qui venit cum tanta miſtura myrrhæ,& aloës,quaſi librarum centum.Et Ioſeph ab Arimathia prę nobilem, qui tanto cultu ditabant Chriſtum venerabili ſepultura. Non putas ab iſtis voluit Chriſtus in ſepulchro taliter adorari? Nõ, inquis, quia ei non obſequebantur vt Deo, ſed vt homini mortuo. Et tantò hoc fortius eſt pro nobis, qui ipſos hoc opere commendatos ſanctis cultum faciendo iacentibus in ſepulchris laudabiliter imitamur. Sic & in ſermone.22.ſecundæ partis AVGVSTINVS. De Ieſu Nazareno, qui fuit vir propheta magnus. Iam non dominus, ſed propheta,hoc enim eum putabant, cùm mortuus eſſet, adhuc honorabant quaſi prophetam. Nondum agnoſcebant Deum non ſolùm prophetarũ, ſed & angelorum. Hæc ille. AVTHOR. Honorabant, audacter aſſero, tanquàm ſanctum Dei iacentem in ſepulchro, & quem niſi Chriſtũ?Iam ne recolis te olim dixiſſe Chriſtum eſſe trium naturarum, habereque quam libet ſigillatim? Caro ergo Chriſti in ſepulchro erat: Chriſtus in carne ſua in ſepulchro, qui fuit adorandus vbique. Vbi inueniſti tu prohibuiſſe Chriſtum, ne quis eum adoraret in ſepulchro, quando omnes diſcipuli arguuntur hactenus de triduana perfidia, quia eum non Deum & hominem crediderunt, & ideo nec ſicut Deum, ſed prophetam mortuum coluerunt? Tu autem à Deo nolitum prę ſumptuosè vſurpas, quod ipſi ingrati Deo, & increduli omiſerunt. Qui autem ad Chriſtum adorandum venerunt,ſiue tanquàm ſancto,ſiue Deo præbentes obſequium, ſiue diſcipuli, ſiue fœminæ,quia ad deuotionem ſuam acuendam venerunt in Deum, cuius intuitu hoc fecerunt,pij peregrini fuerunt. Hieronymus ſanctus pia ratione confidit matrem domini ſepulchrum filij ſui viſitaſſe frequenter poſt aſcenſionem eius, imò inhabitaſſe morosè,& cætera paſsionis loca, quibus propinquum eſt perambulaſſe quotidie, in ſermone aſſumptionis eiuſdem ad Paulam. HIERO-
7 NYMVS. Chriſtus † in omnibus eſt amandus ex toto corde,& ex tota anima, atque ex tota virtute quærendus: maximè tamen ab ea ardentius,cuius & dominus erat,& filius.Fortaſsis ergo præ nimio amore in loco, quo ſepultus dicitur, interdum habitaſſe eam credimus, quatenus piis paſceretur internus amor obtutibus: ſic nanque locus medius eſt hinc inde cõſtitutus,vt adire poſſet aſcẽſionis eius veſtigia,& locum ſepulturæ,ac reſurrectionis, ſeu omnia,in quibus paſſus eſt,loca inuiſere. Non quo iam viuentem quæreret cũ mortuis, ſedvt ſuis ſolaretur aſpectibus.Hoc quippe habet impatiens amor,vt quę deſiderat,inuenire ſe credat.Ignorat ſiquidẽ iudicium, multotiẽs ratione caret,modum neſcit. Nec aliud cogitare,quàm quod diligit,poteſt.Amor nõ accipit de impoſsibilitate ſolatiũ, neq; ex difficultate remediũ.Quę licet beata virgo quãuis iã in ſpiritu eſſet,tamẽ dum in carne eſſet,carneis mouebatur ſenſibus, & ideò quã ſæpe locorũ recreabatur viſitationib⁹,& quẽ genuerat,mẽtis complectebatur amplexibus. Hæc ille. AVTHOR. Quod dicit dubitantis more, Fortaſſe beata virgo locum inhabitauit, quo ſepultus eſt Chriſtus, argumentum facit fidelibus non hoc eſſe illicitum, nec contra hoc,quod voluit Chriſtus,non,ſcilicet illicitum eſſe eum in talibus viſitari ſepulchris.Nam quis hoc credat de virgine,quòd peccabiliter filium dominum irritaret? Sed & Hieronymus arguere hoc incipit à debito amoris, per quem ex tota anima,& ex tota virtute quærẽdus. Tamen erat ab ea, cuius Dominus erat & filius, quærendus

Maria ſepulchrũ Domini, & cætera loca ſãcta uiſitauit

Aſcenſionis ueſtigia.

rēdus in ſepulchro, quærēdus in oliueto, quærendus in caluario loco. Tandem concludit fr miter, quòd ſæpe locorum iſtorum recreabatur viſitationibus, complectens eum, quem genuit, mentis amplexibus. Et in laude Helenæ matris principis Conſtantini libro de obi-
8 tu Theodoſij AMBRO. Magna † fœmina, q̄ multò amplius inuenit quod imperatori conferret, quàm ab imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani ceſſerat, feſtinauit Hieroſolymam, & ſcrutata eſt locum paſsionis dominicæ. Et infrà. Venit ergo Helena, cœpit reuiſere loca ſancta. Infundit ei ſpiritus, vt lignum crucis requireret: Acceſsit ad golgothā, & ait. Ecce loc⁹ pugnæ, vbi eſt victoria? Hæc ille. AVTHOR. Laudat quā tum ſentio perproperam viſitationem loci ſalutaris in fœmina, & ideo ſtipendium pietatis accepit, viſitationem ſancti ſpiritus, vt quæſitæ crucis inuentrix fieret, quæ & crucifixum reperit, quem quæſiuit. Quid pigritor in paucis ſanctæ terrę peregrinis, cùm dicere poſſem ab omnium regnorum fidelium incolis de cætero poſt aſcenſionem Chriſti illuc per annos & mēſes, per examina populorum fluxiſſe fideles? Vnde libro de obitu ſanctæ Paulæ de ea ait HIERONYMVS. Quam Romæ habitā tem nullus extra Romam nouerat: latentem in Bethleem, & Barbara, & Romana terra miratur: cuius enim gentis homines ad loca ſancta non veniunt? Hæc ille. AVTHOR. Quaſi dicat, rariſsimæ. Vt ad ſatis impleretur prædictum iam Zachariæ præſagiū: Reliqui de vniuerſis gentibus aſcendunt ab anno in annum vt adorent regem, dominum exercituum in Hieruſalē. Exponit cauſam in epiſtola ad Deſiderium presbyterum, quæ incipit: Lectus ſermo HIERO. Hortor, & precor vos per domini charitatem, vt nobis veſtros tribuatis aſpectus, & per occaſionem ſanctorum locorum tanto dicetis munere. Certè ſi conſortia diſpliceuerint, adoraſſe vbi ſteterunt domini pedes, fidei eſt, & quaſi recentia natiuitatis & crucis vidiſſe veſtigia. Hæc ille. AVTHOR. Vbi nūc eſt blaſphemia Witcleff arguētis indoctis, deū vbique eſſe, nec alicui loco ſancto, vel tumulo ſuam potentiam alligaſſe? Iam verum eſt: ſed linguam tuam maledicam vtinam alligaſſet. Niſi enim emineat locus loco per gratiā, cur pars fidei eſt adoraſſe vbi ſteterunt pedes domini, & recentia dominicæ crucis vidiſſe veſti-
9 gia? Hoc † ad literam implebant apoſtoli Chriſto iam aſcendente in cælum, dicente Luca: factum eſt dum benediceret illis, receſsit ab eis, & ferebatur in cęlum: & ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem, & erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Lucæ vltimo. In quem locum BEDA. Aſcendente in cælum domino, diſcipuli adorātes in loco vbi ſteterunt pedes eius, confeſtim Hieroſolymā redeunt: quia ibi promiſſum patris, quod audiuêre per os domini, ſunt expectare præcepti. Hæc ille, AVTHOR. Attēde, quod adorabāt non tantùm in loco vbi ſteterunt pedes eius, ſed vbi nouiſsimè ſteterunt ad aliquam gratię prærogatiuam ex ipſo pedū veſtigio vltimo, quod aſcēdens ibi reliquit, peculiariter prome rendam. Et adorabant habitu corporis compe tenti, capite illuc depreſſo, & toto corpore cōſternato, iugibus putemus oſculis ſacra eos re fouiſſe veſtigia. Iuxta quod ꝓphetauit Eſaias. Locum pedum meorum glorificabo, & veniēt ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum. Eſaiæ. 60. Iam exponit propheta prophetam, ſcilicet quid in mente Dauid conceperit, dicens, intro euntes adorare in locum vbi ſteterunt pedes eius. & Beda, vbi nouiſsimè ſteterunt, hic autē dicit eos adoraturos non Deum tantùm in loco pedum, ſed ipſa planè veſtigia, quibus mar mora locum dabant, & formam, nunquàm æquari poterant reliquo pauimento: nunquàm calcantium damna ſentire: prout ſanctum patrem Sulpitium ſic dicentem recitat in hoc libro expoſitionis Actuum apoſtolorum SVLPITIVS. Illud autem mirum eſt, quòd locus ille, in quo poſtremùm perſtiterunt diuina veſtigia, cùm in cælum dominus nube ſublatus eſt, continuari pauimento cum reliqua ſtratorum parte non potuit. Siquidem quæcunque applicabantur, inſolens humana ſuſcipere terra reſpueret, excuſsis in ora apponētium marmoribus: quoniam & calcati à Deo pulueris adeò perenne documentum eſt, vt veſtigia impreſſa cernantur. Et cùm quotidie confluentium fides ad dominum calcata diripiat, damnū tamen area non ſentit. Et eandem adhuc ſui ſpeciem velut impreſsis ſigna veſtigiis terra cuſtodit. Hactenus Sulpitius. AVTHOR. Huius ſanctæ ergo peregrinationis, & ſanctæ adorationis ad veſtigiorum diuinorū reliqas formam fidelibus primò dabant, quam conſecutæ ſunt ſancta Chriſti puerpera, ſanctæ aliæ fœminæ, & fideles deinceps in tempore ſancti Sulpitij. Et ille. àdeo, inquit, perenne documētum eſt, vt veſtigia impreſſa cernantur. Et cùm quotidie confluentium fides ad dominum calcata diripiat, damnum tamen area non ſentit. Vnde ammonetur Hieronymus hortari, & preçari deuotos ſancta loca crucis & ſepultu-

Digitized by Google

turæ per visitationem appetere, dicente iam illa fide, quam tetigit, Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. in psal. Præteriri item nō debet ad sepulchrū Christi sanctæ peregrinationis exēplū, quod Theodosius imperator mitissimus reliquit fidelibus. De quo lib. 12. historiæ tripertitæ cap. 15. CASSIOD. Theodosius imperator pro beneficijs à Deo sibi collatis gratias referebat pluribus honoribus Christo vota sua compensans: coniugemq; suam Eustochium ad Hierosolymam destinauit. hoc ēm & ipsa votum habuit, si filiam videret nuptā, quæ tam Hierosolymis ecclesias constitutas, quàm per singulas ciuitates positas honorauit, & cùm pergeret, & cùm denuò remearet. Hęc ille. AVTHOR. Dignus à beato Ambrosio inter sanctos computari post obitum, sic compensare decreuit sanctæ coniugis suæ, & peregrinatione, & voto beneficium multiplex à Deo sibi collatum. Quo tempore Arianæ & Eunomianæ fæces de calice, quem sectatoribus reliquerunt, contra peregrinationes ad sancta loca exinanitæ non erant. Ad idem quoque instigat Rusticum pœnitentem, maximè vt satisfaciat voto suo loca sancta visitare cum coniuge, Epistola ad eundē. HIERONYMVS. Narrauit mihi vxor quōdam tua, nunc soror atque conserua, quòd iuxta præceptum apostoli ex cōsensu abstinueritis vos ab opere nuptiarum, vt vacaretis orationi. Et infrà. Cunq; vos rabies barbarorum, & immi nens captiuitas separaret, sub iurifiurandi testificatione pollicitum, vt ad sancta transeuntem loca, vel statim, vel postea sequereris, & seruares animam tuam, quam visus fueras negligentia perdidisse. Redde igitur, quod præsente domino spopondisti. Incerta est vita mortalium, ne antè rapiaris, quàm tu impleas sponsionem. Imitare eam, quā docere debueras. Et sequitur pòst. Tu vagaris in patria, imò nō in patria, quia patriam perdidisti. Ista prote in locis venerabilibus resurrectionis, & crucis, & cunabulorum domini nostri saluatoris; in quibus paruulus vagijt, tui nominis recordatur, teq; ad se orationibus trahit: vt si non tuo merito, saltem huius salueris fide. Hæc ille. AVTHOR. Prouocat ecce visitare peregrè sancta loca. Sed valde noto, quòd eū monet ex voto, ne antè rapiatur, quàm impleat sponsionem. Tale autem votum Witcleff committit dispensationi propriæ eius, qui vouit: Hieronymus autem cauere iubet periculum.

¶ Quòd religiosa sit peregrinatio deuotorum fideliū ad sanctorum tumulos perornatos.

CAP. CXXXIIII.

SVMMA:

1 *Witcleff, qui dicit, sepulchra, & tumulos perornatos, esse tripliciter illusionis obiecta, & sic religiosa peregrinatione nō uisitanda, cōfutatur.*

2 *Sepulchra mortuorum quomodo dicuntur uel memoriæ, uel monumenta, & quare. Et quomodo has sanctorum memorias deprauat Witcleff.*

3 *Paula laudatur à Hieronymo sancto de ipsius peregrinatione assidua ad sanctorum memorias.*

4 *Romanorum fides, quā præcipuè monstrabāt circa uisitationem sepulchrorum martyrum. &c. Laudatur.*

5 *Romam peregrè proficisci, laudat.*

6 *Cassiodorus quomodo ex fide Romanorum, quam prædicauit Paulus, didicit trahere populos ad sanctorum corpora uisitanda.*

7 *Ambrosius quid de se dicat, cùm martyres uisitaret.*

8 *Institutum Grangensis Concilij in fauorem sanctæ peregrinationis ad sanctorum corpora, & reliquias martyrum.*

CErtat Witcleff cōtra sanctos in tumulis. cap. 21. tertii libri de sermone domini. Habent, inquit, isti hypocritæ tria genera rerum, quibus illudunt populo: sicut sepulchra mortuorū sunt tripliciter illusiōis obiecta: lapides enim in forma & figura politi, sunt obiectum primū, aurū & argentū cōmassata super exteriora suprema istorū lapidū sunt secundū: Et lapides pretiosi, ac alia iocalia super superiora illius sepulchri pendentia sunt tertiū illusiuū: vt patet de sepulchris nouiter canonizatorū à Romana ecclesia. Hæc ille. AVTHOR. Cuncta peruertit pessimus iste iudex, pestifer arbiter mentiū deuotarū: honores hominū ad sanctos, illusiones appellat: & honorifica signa astruit illusiua: motus eo spiritu cōtra sanctos, quo Iudęi, & Samaritæ, & retro mouebātur hæretici, prout in cōmentario super Esaiā lib. 18. textu. Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt. HIERONYMVS. Samaritani, Iudæi nobis faciunt, oēsq; hęretici, quales nuper sub magistro cerebroso in Gallia pullularūt, q basilicas martyrū decli-

nantes, nos, qui orationes ex more celebrauimus, quaſi immũdos fugiebant. hoc aũt nõ tã illi, q̃ faciũt in eis habitantes dæmones fortitudinẽ, & flagella ſancti cineris nõ ferẽtes. Quis aũt hæreticorũ nõ requieſcit in memorijs: nõ dormit in ſpecubus magiſtrorum? qualis fuit Marcion, Valẽtinus, & nuper Eunomius mẽtis immunditiã leproſa carne cõteſtãs. Hęc ille. AVTHOR. Tot ſub vno magiſtro diabolo ſcholares inuoluit, cuius inſtinctu Samaritæ, Iudæi, Marcioniſtæ, Valentiniani, Eunomiani, Vigilantiani, & iã poſt eos fœtidi Witcleuiſtę odorem deuotorũ fidelium ferre non poſſunt. Qui cum virtutum odoribus ad Chriſti membrum, vbi in ſepulchro quieſcit, per ſancta deſideria proficiſcuntur. Sanctus pater toto orbe Hieronymus queritur ſeipſum cũ reliquo deuotorum agmine tanquã immundum electum à Vigilantianis dudum hæreticis: & orationes ad baſilicas, & memorias martyrum celebrauit ex more. Ipſe verò planè indicauit non tã à ſeipſis, q̃ à diabolo inhabitante ſic eſſe commotos, qui & ipſe fortitudinẽ, & flagella ſancti cineris dæmon ferre non poteſt. Sic Ariani hæretici, vt prædixi, ſanctorũ æquè memorias condemnabant, ita vt eorum Cæſares Conſtantinus, & æquè Conſtantius cõtra deuotos peregrinos ad memorias martyrum leges ferebant. Vnde ſanctus Hilarius queritur libro edito contra Conſtantiũ Auguſtũ verſus finẽ. HILARIVS. Cæteri quidem mortales ſemper cum viuis bella geſſerunt, dum homini ad hominẽ vltra mortẽ nihil cauſę eſt: tibi verò inimicitiarum nullus eſt finis. Receptos enim iam in ęternam patriam patres noſtros laceſsis, & in decreta eorũ peruerſus irrũpis. Apoſtolus nos communicare ſanctorũ memorijs docuit, tu eas dãnare coegiſti. Eſt ne aliquis hodie aut viuus aut mortuus, cuius tu nõ decreta recideris? Sequitur. Qui nunc ſanctorum memoriæ cõmunicabitur, anathema tibi. Hęc ille. AVTHOR. Magna eſt adhuc, & ſemper fuit ad memorias ſanctorum hæreticorum inuidia, & quòd in ſuis argutijs cauere prætendunt idololatriam: & ideo ſuũ ſeruare honorem, planè cõuincit eos mendacij, quòd hæc in authoribus ſuis defunctis non cauent. Quis hæreticorũ, inquit Hieronymus, non requieſcit in memorijs, nõ dormit in ſpecubus magiſtrorum? Et cũ in ipſis Deum honorem ſuum non ſeruent, nec ſibi cauent, quomodo cauent martyribus memoriæ, ſunt ipſa monumẽta pro titulis mortuorum, aut tranſſumptiuè ab iſtis altaria, baſilicæ, vel picturæ, ad ſanctorũ memorias editæ. Sic Abſalon legitur. 2. Reg. titulũ ſui nominis monumẽtum feciſſe. Vnde libro de cura pro mortuis agenda ante medium. AVGV. Non † ob aliud, vel memoriæ, vel monumenta dicũtur ea, quæ inſignitet fiunt, ſepulchra mortuorum, niſi q̃ eos, qui viuentiũ oculis morte ſubtracti ſunt, ne per obliuionem etiam cordibus ſubſtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari. Nam & memoriæ nomen id aptiſsimè oſtendit & monumentum, eo q̃ moneat mentem, id eſt, ammoneat nuncupatur, propter quod & Græci *mnema* & *mnemeion* vocant, quod nos memoriam: quoniam & lingua eorum memoria ipſa, qua meminimus, *mneme* dicitur. Hęc ille. AVTHOR. Has igitur ſanctorũ memorias deprauat ipſe Witcleff, tripertiens illas in tria illuſionũ obiecta, primò in lapides frigidos, & figura politos. ſecũdò in aurum, & argentum earum. tertiò in iocalia, & lapides pretioſos. Ideo illuſiones obiecta dixit, quia qui populum illas deuotius viſitat, putat illuſum, & ſic Chriſtus dominus procurauit ſibi primum illuſionis obiectum in lapide illo frigido figurato ſepulto, & in domiciliũ edito, vt ſuprà deſcripſimus: ad cuius pia & deuotiſsima oſcula tot ab omni parte trahit populos ſanctorum: de quo prophetauit Eſaias planiſsimè, dicens: Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrũ eius glorioſum. Eſa. 11. Quem locum pertractans ſuper epiſtolã ad Rom. vltimo. REMIGIVS. De ſepulchro eius dixit idem propheta. Erit ſepulchrum eius glorioſum. Sepultus eſt Chriſtus, patefactũ eſt illud myſterium, quod latebat. Hæc ille. AVTHOR. Non ergo vile, ſed publicè glorioſum ſepulchrum ſibi Chriſtus elegit. Sed ad puros homines veniamus: de quibus ſolent dicere Witcleuiſtæ. Et nunquid ipſe & illi homines erant vt nos? De ſepulto ſancto Ioſeph dixit ſcriptura in eccleſiaſtico. Natus eſt homo princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrũ, ſtabilimentũ populi: & oſſa ipſius viſitata ſunt. Eccleſiaſti. 49. Quod ſi quis accipiat more noſtro, q̃ à deuotis populis tam ſuæ gẽtis q̃ poſteris Chriſtianis ſint peregrè viſitata: non exiſtimo ſcripturæ literam detorquere, & ea magis occaſione ipſo patriarcha iubẽte de Ægypto ſunt à fratribus in Sichem tranſlata, quæ eſt Samaritanorum vrbs Neapolis. Sic itẽ cæterorũ oſſa ſanctorũ veteris teſtamẽti ſunt à Chriſti pijs fidelibus laudabiliter in dies viſitata. Laudat † non eſt dubium, deuotã Paulam ſanctus Hieronymus, quãdo in epitaphio eius de ipſi⁹

peregri

peregrinatione aſsidua ad ſanctorum memo rias ita ſcribit HIERONYMVS. Sepulchra, inquit, in monte Ephraim Ieſu filij Naue, & Eleazari filij Aaron ſacerdotis è regione vene rata eſt. Quorũ alter conditus eſt in Canmat ſare à Septentrionali parte montis Gaaz. Al ter in Gaab filij ſui Phinees. Hæc ille. AV THOR. Quid dixit Witcleff, nunquid accuſaturus eſt ibi lapides frigidos, ac politos, aut aliquod reliquorum illuſionis obiectũ, quod ſanctam Paulam illudere potuerit, vt cum tã ta veneratiõe ſanctorum memorias viſitaret? Nouerit illuſor ipſe, q̃ hanc pietatem, & fidẽ bonam nominauit Paulus Apoſtolus, & pro pter hanc commendauit Romanos cum cæ teris, dicens: Fides veſtra annuntiatur in vni uerſo mundo. Vnde in commentario ſuper epiſtolam Pauli ad Galat. libro. 2. in prologo eleganter ſcribit HIERONYMVS. Vultis
4 ‡ ſcire ô Paula & Euſtochium quomodo A poſtolus vnamquanq; prouinciam ſuis pro prietatibus denotarit, & vſque hodie virtutũ veſtigia permaneant, vel errorum? Romanæ plebis laudatur fides, vbi alibi tanto ſtudio & frequentia ad eccleſias, & ad martyrũ ſepul chra concurritur: vbi ſic ad ſimilitudinem cæ leſtis tonitrui Amen reboat, & vacua idolorũ templa quatiuntur: non q̃ aliam habeant Ro mani fidem, niſi hanc, quam omnes Chriſtia ni eccleſiæ: ſed q̃ deuotio in eis maior ſit, & ſimplicitas ad credẽdũ. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiant Witcleuiſtæ, commendatam. ſ. ab Apoſtolo præcipuè fidem Romanorum, quam cùm monſtrent in pluribus, inter alia tamen, quòd tam impenſo ſtudio, & frequen tia ad eccleſias, & ad martyrum ſepulchra vi ſitando concurrunt: & vnde niſi ab Apoſto lorum tempore venit hęc religio Romanorũ, pro qua fidem eorum per vniuerſum mun dum annuntiatam dixit? Quæ etiam ad occu bitus martyrum ante Apoſtolos occiſorum, & loca ſancta tunc ſumpſit initium, quanuis poſtmodum ad certum ordinem certè ſcribi tur redegiſſe eam Gregorius, prout libr. 3. de officijs ſcribit amicus Witcleff WALRAN NVS. Ipſe enim, inq̃t, beatus Gregorius egre gium Romanæ ſedis poſt Petrum Apoſtolũ decus, qui optimè, vt dictum eſt, authoris eius conſcius extitit, hoc ſeſe cum illis officio con ſolatus eſt. Quippe qui in libro vitæ ipſius le gimus ſtationes per baſilicas, vel beatorum martyrum cœmeteria ſecundùm q̃ hactenus plebs Romana quaſi ea viuente certatim di ſcurrit: ſollicit⁹ ordinauit, per quas & ipſe ſol licitus diſcurrẽs, dum adhuc præualuit loqui. 20. homilias euangelij diuerſo tempore decla mauit. Reliquas verò eiuſdẽ numeri dictauit quidẽ, ſed laſſeſcente ſtomacho languore con tinuo, aliis pronũtiandas commiſit. Qui ſicut verè dulciſsimum ſancti ſpiritus organũ quie quid ſcripſit, digito Dei dictante concepit, ſic eaſdem ſtationes non ſine eodem ſpiritu di ſpoſuit: & tam hæc, quàm cætera eius opera, tanquam aurum rutilant in Chriſti eccleſia. Hęc ille. AVTHOR. Quid igitur mirum, ſi ad ſe totius orbis pertrahant peregrinos, vt in il lorum fide, & ſtudio ſolidentur? Magna laus Romæ, quæ ab oré fluxit Apoſtoli, ex qua di dicit omnis terra peregrinari deuotè, & ſan ctorum memorias frequentare. Planum eſt, diſsimulari non poteſt fides veſtra, annuntia tur in vniuerſo mundo, dixit Apoſtolus. Nec fluxit iſta fides Romanorum in orbem ſine principibus, nec tantùm erat plebibus cõſue ta. Quod magnificentiã fidei Chriſtianæ, in epiſtola ad Maudarenſes fratres proſequitur AVGV. Videtis certè ſimulacrorum templa partim ſine reparatione collapſa, partim diru ta, partim clauſa, partim in alios vſus commu tata: ipſaq̃; ſimulacra vel confringi, vel incen di, vel includi, vel deſtrui, atq; ipſas mundi hu ius poteſtates, quæ aliquando pro ſimulacris populum Chriſtianum perſequebãtur, victas & domitas non à repugnantibus, ſed à morié tibus Chriſtianis, & contra eadem ſimulacra, pro quibus Chriſtianos occidebant, impetus ſuos, leges q̃; vertiſſe, & imperii nobiliſsimi e minentiſsimum culmen ad ſepulchrum Petri piſcatoris (ſubmiſſo diademate) ſupplicare. Hæc omnia diuinæ ſcripturæ, quæ in manus omniũ iã venerunt, ante longiſsima tempora futura eſſe teſtatæ ſunt. Hęc ille. AVTHOR. Hoc attendite Witcleuiſtæ, q̃ nobiliſsimi im peratores Romani nõ humano cõſilio, ſed in ſtinctu ſpiritus ſancti, qui longè ante ſua tem pora hæc in ſcripturis ſanctis ſua aſſertione decreuit, ipſi apud ſepulchrum piſcatoris ſub miſſo diademate ſupplicarunt. Ibi enim ſta tio ſolennis eſt peregrinorum ſanctorũ, tanq̃ ad apoſtolorũ principem, & Chriſti ſupremũ in terris vicarium. Eſt demiq; apud ſanctũ Pau lũ coapoſtolũ eius, & laudatorem peregrina tionũ huiuſmodi, dicens eſſe fidẽ, ſicut & bea tus Hieronymus; adoraſſe vbi ſteterũt pedes
5 eius, fidei partem dixit. Nil ‡ mirũ igitur apud alios, quorũ fides eſt integra, ſi magna portio fidei ſit merces peregrinationis Romanæ, ita vt proxima ſit Hieroſolymis, vbi ſteterunt pe des domini. Quæ ſicut olim aſsidua erat ad tẽ pla falſorum deorũ, & ſimulacra per orbem

Romã per egrè pro ficiſci lau dat.

frequentia, ad quæ cõfringenda martyres cer tauerunt, vt nũc dixerat Auguſtinus: ita dein ceps diſcurratur ad martyres, & Chriſti baſili cas, quas martyres laudauerunt. Hanc credo viciſsitudinem commutationis originalẽ fuiſ ſe ſic viſitandi baſilicas, cùm nec eius immemor eſſet perfidus ille Fauſtus, ita improperãdo catholicis, Sacrificia gentium vertiſtis in Agapes, idola in martyres, quos ſimilibus vo tis colitis. Vnde. 20. lib. contra Fauſtum AVGVS. Nec alienum exiſtimare debebat à bona fide factum. Si tamen hoc innuebat Apoſtolus apud Corinthios, De ſpiritualibus aũt nolo vos ignorare fratres, ſcitis quoniã gẽtes cùm eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. primæ Corinth. 12. Vbi REMIGIVS. Sicut cùm gentes eſſetis, dæmonum templa ſine reluctatione, prout ducebamini, frequentabatis: ſic modò dum agamini ſpiritu ſancto, ſecundùm ſanam doctrinam noſtrã ad eccleſiam Dei accedite, & præceptis ſalutiferis cum omni humilitate obtemperare con tẽdite. Et quod dixit, prout ducebamini, oſtẽdit eos tantam veneratione exhibuiſſe ſimulacris, vt eorum cultum nequaquã abhorrerent, à quibuſcunq; hortarentur, monerẽtur, & ducerentur perſonis: ita & conuerſi, diligẽtes Deum, & Paulũ, & coapoſtolos eius, ſpernere non deberent ſuæ ſalutis amatores. Hæc ille. AVTHOR. Nolunt igit hæretici ad ſpernendum Paulum prouocantem peregrinari deuotè cõcitare fideles: quia ſi diligerẽt Deũ, & Paulum, & coapoſtolos eius, duci deberẽt à ſublimibus ad mercedem, qui ſe duci permi ſerunt à quibuſlibet ad contemptum ſanctorum, & pœnam. Hanc fidem ſollicitè curauit in Conſtantinopolitanorum plantare præcordijs, in ſermõe ſuo poſtreditum ab exilio, qui incipit: Quid dicam? CASSIODORVS. Ante hæc quidem eccleſia replebatur, nũc & in plateis eccleſiæ factæ ſunt, & vnanimes, & compunctim pſallentes Dei in nos prouocatis aſpectum, voces veſtræ cæli ſecreta penetrarent, vt omnis ætas veſtras pſalmodias miretur attenta. Curſus equorum hodie & pauci illuc, imò cuncti in eccleſia quaſi torrẽs quidam ac fluuius veſtra facta eſt multitudo. Voces veſtræ eleuantur in cælum: amorem, qui ad patrem eſt, oſtendentes: orationes veſtræ meum coronauerũt caput. Oratio omni monili præclarior viri, aut mulieris. Sequitur. Ideo vos ad Apoſtolos inuitaui, vt ad eos, qui perſecutionem aliquando paſsi fuerant, veniremus, & nos quidem paſsi, illi verò impugnati. Sed inimici illis nihil nocuerunt, quia iſti orbem terrarum lucrati ſunt. Veniamus ad ſancta corpora, quę Chriſti ſtigmata portauerũt: veniamus ad Timotheum nouum Paulum: & Andream alterum Petrum, & credimus nos adiuuari meritis illorũ. Hæc ille. AVTHOR.

6 Ex † fide Romanorum, quã prædicauit Apoſtolus, didicit ſanctus pater trahere populos ad ſanctorũ corpora viſitanda. Credimus (inquit) nos meritis illorum iuuari. Veniamus ad ſanctorũ corpora, quæ Chriſti ſtigmata portauerunt. Ex hac fide viſitandi ſanctos didicit in laudem matris ſuæ lib. 6. Confeſsionum dicere AVGVSTINVS. Quod pro caniſtro pleno terrenis fructibus, plenum purgationibus votis pectus ad memorias martyrum aſſerre didicerat: & vt quid poſſet dare egentibus, & ſi dominici corporis communicatio illic celebraretur, cuius paſsiõe immolati ſunt, & coronati martyres. Hęc ille. AVTHOR. Hac autem fide armatus ſanctus Ambroſius, in eadem ciuitate Mediolani etiam inter medios hoſtes pergens, non viſus, non tentus, martyres viſitauit aſsiduè. Vnde libro contra Auxentium de tradendis baſilicis ipſe AM-

7 BROSIVS. Nonne †, vt de ipſo domino ſumamus exemplum, quando voluit paſſus eſt? & cùm quæreretur inuentus eſt? Quando autem hora non venerat paſsionis, per medium quærentium tranſibat, & videntes eum tenere non poterant. Quo vtiq; euidenter oſtenditur, quòd quando dominus vult, vnuſquiſque inuenitur, & capitur. Quando autem differt, etiam ſi quærentium manibus occurrat, & oculis, non tenetur. Ego ipſe nõ quotidie vel viſitandi gratia prodibam, non pergebam ad martyres? Non regiam palatij prætereã, eundo, atque redeundo? & tamen nemo me tenuit, cũ exturbandi me haberent, vt prodiderunt poſtea, voluntatem, dicentes. Exi de ciuitate, & vade quò vis. Hæc ille. AVTHOR. Interrogatiuè legatur quod dixit, non, id eſt, nonne quotidie viſitabam, vel pergebam ad martyres? Ab hoc loco ſumat Witcleff illuſionis obiectum: illuduntur certè homines, ſed peruersè illudebant eos non lapides frigidi & politi, ſed lapides viui, martyres Ieſu Chriſti, ne Chriſti viderent epiſcopum, ne volentem eos viſitare, quotidianum tangerent peregrinum. Sic euangelio teſte, vidit Herodes, quòd illuſus eſſet à Magis. Peregrinos ſuos deuotos Chriſtus per angelicam viſitationem defendit: & hoſtem peregrinationis ſuæ, qui cũctas parauit inſidias ſeruis ſuis, illudere, & illęſos eum præterire conceſsit, quod & ipſe fecerat, cùm ſeceſsit in Ægyptum: ita dico vobis

Wit-

Digitized by Google

Witcleuiſtę, qui non hoſpites eſtis, ſed hoſtes ſanctorum, & inimici domeſtici Dei, quia cũ Arianis illis, qui inſidiabantur Ambroſio, ſanctorum ſepultorum gloriæ inuidetis: multipliciter à Satana, & angelis eius eſtis illuſi. Draco iſte eſt ſecundũ Pſal. quem formauit Deus ad illudendum ei. Nõ lapis ille frigidus, quẽ tu criminaris illuſiõis obiectũ, ſed ille magis, de quo canebat Deus pater, ne filius ſuus dilectus offenderet ad lapidem pedem ſuum. Obſtinatio mẽtis eſt hic lapis, & contra oẽm poteſtatem fideliũ, frons hęreticorũ ſuperba, & indurata proteruia. Super quem ceciderit iſte lapis, confringetur, ait ſcriptura: ideo huic omnimodè prohibet ſpecialiter in hoc ſanctę peregrinationis articulo ſacra fides. Vñ lib. de definitionibus rectæ fidei. cap. 40. AVGVS. Sanctorũ corpora, & maximè beatorũ martyrũ reliquias, ac ſi Chriſti membra ſyncériſsimè honorando, baſilicas eorum nomine appellatas, velut loca ſancta diuino cultui mancipata, affectu piiſsimo, & deuotione fideliſsima adeũdas credimus. Si quis contra hãc ſententiã venerit, nõ Chriſtianus, ſed Vigilantianus credatur. Hęc ille. AVTHOR. Et in Grãgenſi concilio legitur inſtitutũ GRANGENSE CONCILIVM. Siꝯ quis per ſuperbiã, tanquã ſe perfectum exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas ſanctorum martyrũ fiunt, vel accuſauerit, vel oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriasq; ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Hæc ibi. AVTHOR. Ecce iam plùs mille annis erat hæc ſanctarum peregrinationũ firma, diſcuſſa, fixa fides eccleſiæ poſt tot latratus hæreticos, quot in ſuperioribus numerauimus: & ne deperiret ab orbe noſtro p obliuionem ſanctam perfidia tot blaſphemorum, renouant Witcleuiſtæ incinerata pericula, & ſufflãt in fauillis hęreticis Cerberi focos: vn de ipſi vruntur intus per inuidiam ad ſanctos: ſicut & Satanas princeps eorum, mouẽs bellum perpetuum contra ſanctos, ſecũdùm Ioannis Apocalypſim.

8

¶ Quòd ſanctorũ memoriæ, & cætera loca ſacra ſunt catholicorum peregrinationibus, & rerum oblationibus perſonaliter viſitanda.

CAP. CXXXV.

SVMMA.

1 *Miracula, quibus uiſa ſunt magna.*
2 *Miracula priſca recenſentur.*
3 *Martyrũ memoriæ quare Chriſtiani frequentẽt, quatuor cauſæ ſignificantur.*

NEc nos in conferendo prætereat, quod notanter dixit hoc decretum eccleſiæ: honoranda ſanctorum corpora, & ſtatim adiunxit, & baſilicas eorũ nomine appellatas, velut loca ſancta diuino cultui mancipata, piiſsimo affectu, & deuotione fideliſsima adeundas credimus. In quo paſſu baſilicas ſanctorum adeundas honoribus eorum corporibus exhibẽdis copulauit. Quo contrà quidã ſcribit, tales baſilicas, quanuis præcelſas, velut ipſi dicũt Cantuarienſem in Anglia, non plùs eſſe petendas peregrinationibus, & oblationibus piorum fidelium, q̃ eccleſiã minorem cuiuſcunq; parochiæ, ab authoritate Chriſti. Ioannis. 4. Venit hora, & nunc eſt, quando neque in monte hoc, neq; Hieroſolymis adorabitis patrẽ. Sup poſitoq́ue proceſſu Nicolai concludit, q̃ Dei prouidentia deſtructum eſt templum Anno. 42. poſt aſcenſionem Chriſti, vt vbiq; liceret eccleſias fabricare, & in eis corpus & ſanguinem domini, & alias oblationes offerre tanq̃ in locis Deo acceptis. Item, inquit, ſi Cantuarienſem eccleſiam eligeret Deus tanquã ſibi magis placentem ad peregrinos ſuſcipiẽdos: ſic ſpernerẽtur parochiæ, & oblationibus & decimis priuarentur. Item ſi propter miracula plùs expetenda foret Cantuarien. eccleſia, tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti, cõſeruatio creaturarum ne cadant in nihilũ, excedunt ſuſcitationem mortuorum, quæ fiunt in eccleſijs parochialibus. Propter has, & huiuſmodi rationes alias, teneo, inquit, tanquàm fidem, vel veritatem ipſi propinquam, quòd propter nulla miracula elegit Deus Cantuarienſem eccleſiã vt plùs placentem ſibi, vt ibi à fidelibus veneretur corporalibus peregrinationibus, & alijs, vt pecuniarum oblationibus. Hæc Deneroſe. AVTHOR. His in parte conſentiunt Witcleuiſtæ propter hoc, qđ ait Witcleff in de ſermone domini in monte, ca. 55. videtur fidelibus conſulendum, q̃ non petant Romanam eccleſiam, vel Auinionicã ad plures indulgentias impetrandum: quia, vt dixit Hieronymus, dominus totius mundi non vult in tali breui loco vel angulo coarctari. Sequit. Vnde ſubtilis hæreſis Antichriſti eſt di-

Digitized by Google

cere,q̃ Chriſtus eſt acceptor perſonarum,vel ſituum,quo ad influxum gratię tribuendum. Hæc Witcleff. AVTHOR. Has hominũ iſtorum argutias complico,quia retẽta forma arguendi, non eſſet peregrinandum ad ſanctorum eccleſias,vel ad ſanctos, vbi ſunt eorum memoriæ plùs quàm vbi non ſunt, quia vbique ſunt eccleſię ſatis Deo placidæ,in quibus fiunt maiora miracula:& parochiales eccleſię non ſunt contemnendæ.nec Deus eſt acceptor perſonarum,vel ſituum quo ad influxum gratiæ tribuẽdum.O leuitas hominum.O cerebrum inane:vaga mens nullis coërcita diſciplinis. Ideo ſecundùm Iacobum inconſtans in omnibus vijs ſuis. Anno tali deſtructum eſt templum,inquit,vt vbiq; fabricarentur eccleſiæ:quaſi non ante deſcriptionem iſtam fabricaſſet Petrus eccleſias iſtas primò Antiochiæ,poſtea Romæ.Aut Paulus deſtructionẽ tẽpli expectauit,vt poſtea diceret: præter ea, quæ intrinſecus ſunt, vt ſollicitudo omnium eccleſiarum:aut vt cõſtitueret per ſingulas eccleſias presbyteros, aut vt ignotus eſſet facie eccleſijs Iudeæ?Et Ioannes item vt ſeptem eccleſijs ſuam ſcriberet Apocalypſim? Et Iacobus item vt eccleſiam Hieroſolymitanam in ſuum epiſcopatum acciperet:qui omnes cum Marco,qui Alexandrinam cepit eccleſiam,& alijs ante deſtructionem templi anno tradito obierunt?Et putabimus Paulum omnes eccleſias contempſiſſe, quibus cum Barnaba hæſitatis & relictis aſcendit Hieroſolymam videre Petrum?Nec didici Chriſtum patrem Marthę ſpreuiſſe,quia prælegit partem Mariæ.Optimam partem,inquiens,elegit ſibi Maria: non tu malam,ſed illa meliorem. Sicut nec pius Iacob Liam ſpreuit, quando Rachelem,quãuis ſterilem,prælegit. Nec ideo contemnuntur minores eccleſiæ, quia à peregrinis fidelibus præliguntur eis maiores. Argutiæ iſtæ,fœminarum zelantium ſunt querelæ.Miracula† itẽ magna dicuntur,vel penes id, quod ſunt, vel penes,quòd intuentes mouent. Sicut eis videbatur arduum,qui dixerunt,vidimus mirabilia hodie.Et quando eiecto dęmone loquutus eſt mutus, dicebant turbæ admirantes,Nunquã ſic apparuit in Iſraël.Matth.9.Et† tamen præſente Iſraël ſiccatum eſt mare rubrum,mãna pluit de cælo,Deus deſcendit in Sina, prophetæ mortuos ſuſcitabant, leproſos mundabant. Et tunc item in Iſraël angelus domini deſcendens in piſcinã,ſanauit ægrotos à quacunque detinerentur infirmitate. Ioannis. 5. Sed hoc vnum Chriſti factum plùs egit populum in ſtuporem, & idem viſum eſt maius omnibus.Nunquã,aiunt,ſic apparuit in Iſraël. Hoc modo certè maius erat miraculum panũ pro quinque millibus,quàm ſaturatio quotidiana cũctorum viuentium ex paucis granis. Vt impleatur illud Apoſtoli.quod infirmum eſt Dei,fortius eſt hominibus.primæ Corint. 1.Huic noſtræ infirmitati condeſcendens Saluator ait diſcipulis:maiora horum facietis: & quis illorum de virgine natus eſt vel aliũ naſci fecit?quis item transfiguratus eſt,aut reſurrexit à mortuis,& tamen dixit, maiora horum facietis? quia vnde ſtupeant homines, & acutiori deuotiõe viſis rebus inſolitis,alacres currant ad fidem, inde maiora. Quòd item dixit Witcleff ſubtilem hæreſim Antichriſti,quòd Chriſtus ſit acceptor perſonarum, aut ſituũ, quo ad influxum gratiæ tribuendum.Aliis tacitis, vt rem expediam, poſtulo meum Witcleff, quid innuit Chriſtus dicens Apoſtolis cùm aſcẽderet, Vos autem ſedete in ciuitate, quoaduſq; induamini virtute ex alto.Luc.vltimo.Acceptum ſitum limitauit dicens: Vos autem ſedete in ciuitate, vnde influxum gratiæ diſpenſauit, donec induamini virtute ex alto.Et Lucas in Actibus dicit.Pręcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarẽt promiſsionem patris: hoc ad ratiunculas hominum.Modò(vt ad rem pergamus)quare religioſi fideles memorias martyrum celebrant aut peregrè viſitent, attendendæ ſunt cauſæ, quas item libro vigeſimo cõtra Fauſtum poſt medium ſic colligit AVGVSTI.Populus,inquit, Chriſtianus memorias martyrũ religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandum imitationem, & vt meritis eorum conſocietur,atq; oratiõibus adiuuetur.Et infrà. Quod offertur,domino offertur,qui martyres coronauit. Ex ipſorum locorũ ammonitione maior affectus exurgat ad acuẽdam charitatem, & in illos,quos imitari poſſumus,& in illum, quo adiuuãte poſſum⁹. Hęc ille. AVTHOR. Hic† quatuor cauſæ ſignificantur, quare martyrum memorias chriſtiani frequentant. Primò,ad excitandum deuotionem, quod declarat poſtmodum,vt illos poſsimus imitari,& hoc adiuuante domino martyrum,quo poſsimus.Secundò, vt meritis eorum cõſociemur, quorum memorias viſitamus.Tertiò,vt eorũ orationibus adiuuemur.Quartò, vt ea ipſorũ locorum admonitione maior affectus exurgat ad acuendam charitatem in martyres domini,& in dominum martyrum.Hoc audiãt, qui propter viſitationes locorum, quibus ſanctorum aguntur memoriæ, locorum inuidẽt claritati. Non eſt ſimplex cauſa quare ad hũc locum

1 *Miracula quibus uiſa magna.*

2 *Miracula priſca.*

3

locũ accedatur, sed multiplex. Aut quare sanctorum memorias, & hoc in eorum locis, qui bus aguntur memoriæ, & ipsis item temporibus honoramus. Maior enim ex ipsa visitatione, & loco, & tempore acuitur charitas in Deum, & in sanctis eius, & ex charitate zelus imitationis. Ex hoc autem zelo ipsorum meritis sociamur. Et statim sequitur. Vt eorum orationibus adiuuemur. Et potest esse causa quinta, vt vigilantioris fiamus memoriæ ad orandum Deum in locis, vbi sanctorũ aguntur memoriæ. Vnde secunda parte sermonum, sermone. 32. de sancto Vincentio. AVGVSTINVS. Præstitit, inquit, Deus martyrum corpora sanctorũ ecclesijs suis ad memorias orationis, non ad glorias martyrum. Illi enim habẽt integram gloriam suam apud creatorem suum, nec ipsi corpori aliquid timent, quoniam non est quem timeant. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sanctorũ corpora præstat Deus nobiscum esse præsentia in ecclesijs ad nostram vtilitatem: non ad sanctorum glorias martyrum statuendas, sed ad nostræ orationis memorias excitandas per exempla sanctorum, quos corporaliter visitamus. Valde enim mirũ est, quòd homines ratione vtentes, nec miraculorum maiestate, nec sanctorũ præsentia, aut eminentia loci mouentur, vt sciant ibi aptiùs, quàm in aliis multùm impariibus suscipi peregrinos. Sanctus pater Chrysostomus cõduxit secum Constantinopolita nam plebem ad extra fines ciuitatis pro venerandis sanctis, & ad eorum patrocinia imploranda: nec putauit esse cõtumeliam ciuitatis, nec maioris cathedralis ecclesiæ: quanto magis, nec reputaretur contumelia localis & particularis parochiæ. Vnde in sermone de ascẽsione domini, qui incipit, Quando de cruce CHRYOSTOMVS. Quando de cruce nostra processit oratio, extra ciuitatem, solennitatem celebramus, & nunc quando de crucifixi ascensione præclarum diem, & omni lætitia coruscantem fines ciuitatis egressi, sumima congratulatione celebramus, & hoc non addedecus ciuitatis, sed ad honorem obseruatur sanctorum: ne nos causa dissimulationis accusent, dicẽtes, quòd pro domino sensimus vniuersa tormenta vexantium manibus, nostra vidimus ossa carne nudata, libenti animo pro Christo noster sanguis effusus est, & decisa capita sunt pro eius gloria. Hæc etiã meruimus sustinere, nec mysteriorum arcana in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres ad loca conuenimus beatorum: ad sanctorum habitacula festinamus, vt conuentus noster ipsorum præsentia quoque clarior redderetur: non enim in hoc theatro tantùm martyres præsunt, sed & angelorum præsidentia locus decoratur. nam & angeli præsunt. Et si martyres videre desideras, si angelos cupis inspicere: aperi oculos fidei, & illud tibi theatrũ facilè demonstratur. Nam cùm omni aëre angelorum multitudo versatur: multò magis in ecclesia, multo amplius hodierna die, quando eorum dominus ascendit in cælum. Et infrà. Vides, quòd angeli præsunt, insistunt martyres, & vbiq; nobis præparãtur auxilia. Igitur quid miserius est illis, qui conuentum splendidum derelinquunt? Et quid vobis beatius, qui ad tacitam solennitatem cõcurrere voluistis? Hæc ille. AVTHOR. Ex hoc verbo terreri poterit iste magister, quo Witcleuisticam omnẽ Chrysostomus damnat progeniem. Nihil illis miserius, inquit, qui contemptu sacri loci conuentum splendidum derelinquunt. Magnum quoque piaculum non breuiter redimẽdum his, qui sanctos in suis locis, & memoriis cum magna pietatis veneratione non colunt: sed eis neglectis, etiam populos Christianos alia loca simplicium precum visitare, vel tenere quadam verbi potestate compellunt. Cum his duabus causis ad sanctorũ esset habitãcula properandum eis egressis & omissis ad horam: & quisquis piorum fidelium ex sanctorum præsentia, quibus accurrit, in suis tabernaculis clarior redderetur. Velut Saul ait ad Samuelem, Peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israël, & reuertere mecum vt adorem dominũ Deũ meum. Primi Reg. 15. Tanta est apud Deum in conspectu seniorum ecclesiæ, angelorum, & cælestium beatorum etiam coram Deo sanctorum præsentia, vt etiam intentè precãtes, eisdem honoratos faciant peccatores. Alia quoque causa est, vt sancti habita veneratiõe nostra eis debita, ignauiã nostrã in curia beatorũ accusare nõ habeãt. Ad honorẽ, inquit, obseruat sanctorũ, ne nos causa dissimulatiõis accusent, dicẽtes, q̃ pro dño sensimus vniuersa tormẽta, & in nostris tabernaculis, nec peregrinos aspicimus, nec oblationibus honoramur, nec sacrosancta mysteria celebrantur.

¶Quòd propter nouem causas colenda videantur quædã sancta loca præ aliis, nec hoc ipsis præiudicat.

CAP. CXXXVI.

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Cauſæ quædam, unde ad memorias, & loca ſancto rum currãt religioſi fideles præ parochialibus, & minutis eccleſiis, quibus incumbunt.*

2 *Deus, qui non arctat uirtutem ſuam ad locum, quomodo tamen limitet ad locum, ubi operetur ſic, quòd non alibi operetur.*

3 *Loca tria Iudæis ſancta.*

4 *Excelſa quæ dicantur.*

1 ADdamus† has cauſas quinque prioribus Auguſtini, & habe bimus ſeptem, vnde ad memorias, & loca ſanctorum cur rant religioſi fideles præ paro chialibus, & minutis eccleſiis, quibus incumbunt. Prima, propter excitandam imitationem, Secunda, propter acuendã deuotionem. Tertia, vt ſanctorum meritis ſo cientur. Quarta, vt eorum orationibus adiuuentur. Quinta, vt ſint ad orandum Deũ plùs memores. Sexta, vt ſatisfaciãt honori ſanctorum pro eorum laboribus. Septima, vt ex ſan ctorum præſentia ipſi coram omni eccleſia ru tilemus ſplendidiùs. Nõdum venitur ad opes neceſſarias firmis, & diuina miracula, per quę tanquam præcelſa verba vocat nos Deus ad loca ſancta: & quis vocante Deo prohibet pe regrinum? Vocatur Moyſes ad ardentem rubũ, & diſcalciatus accedit. Et quod dixit Wit eleff virtutem ſuam non vult Deus in tam breui angulo coarctari: aut ꝙ murmurauit iſte contra Cantuarienſem eccleſiam, vel vbi alioquin fiunt miracula: ꝙ ideo ibi fiunt, vt ad parochiales eccleſias ire tollatur libertas: non eſſent dicta ſapientium reputãda, ſed ſunt iur gia querulorum, quę quia nec ideo facit Deus parochiales eccleſias, ne nunquã liberè dimittantur, vel apud ſanctos miracula vt non libe rè viſitentur. Virtutem autem ſuam nunquã arctat ad angulum. Nec ne ibi virtus ſua com pareat, & inde emanet, arctat ab angulo, qui tamen liberè quandoq; facit, vt nec aliunde virtus illa fiat, niſi in angulo, quem elegit. Nã de fimbria veſtimenti eius virtus exiuit, quæ nec in turbis eum comprimentibus aſpirauit, & quis arctabit Deum, ne quod vult faciat, & ibi ſolùm vbi vult? Vnde epiſtola prima ad Hipponeñ. eccleſiam. AVGVSTIN. Vbiq; quidem Deus eſt, & nullo cõtinetur, vel clauditur loco, qui condidit omnia: & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & in veritate oportet adorari, vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet, & coronet. Verũtamẽ ad iſta, quę hominibus nota ſunt, quis poteſt eius cõ ſilium perſcrutari: quare in aliis locis hæc miracula fiant, in alijs non fiãt? Multis enim notiſsima eſt ſanctitas loci, vbi ſancti Felicis Nolenſis corpus conditum eſt, quo Felicis ſepulchrum volui vt pergerent, quia inde nobis faciliùs fideliùsq; ſcribi poteſt, quicquid in eorum aliquo diuinitùs fuerit propalatum. Nã & nos nouimus Mediolani apud memoriam ſanctorum, vbi mirabiliter, & terribiliter dæmones confitentur furem quendam, qui ad hunc locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat reddere. Nunquid non & Aphrica martyrum corporibus plena eſt, & tamen nuſquam ſcimus hic talia fieri. Sicut em̃ quod Apoſtolus dixit: Non omnes ſancti habent dona curationum, nec omnes habent di iudicationem ſpirituum, ita nec in omnibus memoriis ſanctorum iſta voluit fieri ille, qui diuidit propria vnicuiq; prout vult. Hæc ille.

2 AVTHOR. Ecce Deus† qui non arctat virtutem ſuam ad locum, limitat tamen ad locum, vbi operetur ſic, quòd non alibi operetur, ſicut Capharnaum operatus eſt miracula, quæ apud Nazareth non poterat, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Sic in perſonis, quæ diuerſas habent donationes, nulla habet omnes donationes virtutum, nec quæ habet, habet eas in omnibus temporibus item æquè. Nec in omnibus memorijs ſanctorum omnia vult fieri ille, qui diuidit propria vnicuiq; prout vult. Pro hac ergo ſanitate hic viſitandus eſt ſanctus: pro hac plaga curãda alibi ille ſanctus: & iſte ſanctus concedente Deo poteſt p oſſa mortua hæc, quæ potuit in hac vita. Sicut Eliſeus ſuſcitauit mortuum mortuus, ſicut ſuſcitauerat priùs viuus. Et de ſancto Fortunato libro primo dialogi capit. 33. GREGORIVS. Cur multa de eius vita dicamus, cùm nunc vſque ad corpus illius, vt virtutum documenta teneamus, dæmoniacos quòſq; abſoluere, ægros curare quotiens ex fide petitur, vt viuens conſueuerat, hoc indeſinenter facere, & apud mortua oſſa indeſinenter perſeuerat. Hęc ille. AVTHOR. Hoc non omnibus ſanctis apud eorum memorias datur à Deo: ſed cui datur, ſanctum eſt, vt à patientibus Chriſtianis præ aliis corporaliter requiratur: & tamẽ hîc & ibi vnus dominus eſt, qui operatur per ſanctos ſuos vt vult, ſed vni commiſit hæc talenta, alij verò illa. Nec ideo ſpreta eſt hæc eccleſia, quia viſitatur & illa: cũ nec ægrorum illa plebs ſanctum & magnum templum contempſit, quia ad motionem angeli

Digitized by Google

geli adibat ad porticum Salomonis. Sic itē arguit, quòd si Cantuarieñ. ecclesia sit à Deo electa vt & ibi veneraretur cum oblationibus & peregrinationibus populorum plùs cæteris minutis ecclesijs, tunc esset sola Deo accepta, & cæteræ parochiales ecclesiæ, sicut excelsa Iudæorum, tollendæ. Necdum ecclesiarū fundamenta distinguit secūdùm cursum scripturæ. Sed † vt conformitatem veteris sanctitatis
3 inueniamus in nostris, tria fuerunt loca sancta à populis visitata: templum ipsum cultu supremum, à Deo quidem inceptum, & à Deo finaliter prælectum. Vbi sedulò per singulos dies iugis sacrificij locus erat: in cæteris autem ciuitatibus, & oppidis synagogæ erant, vbi omni sabbato conuenerunt ad minorem cultum, & lectionem legis, prout Christus legitur docuisse in synagogis Galilææ. Lucæ. 4. In monte verò Carmelo, & contra fluenta Iordanis ad diuinum cultum trahēdum sita erāt monasteria prophetarum. Templum locum habet in ecclesijs cathedralibus, vbi sunt pontifices cum sacerdotibus, & integro numero, & ordine leuitarum. Synagogis succedunt in nouo testamento locales ecclesiæ per omnes villas, & parochias tot continentes plebes, quot posset vnus sacerdos sufficere, qui illo tē pore princeps fuerat synagogæ. In primitiuis autem ecclesiæ tales per domos magnatum congregabantur ecclesiæ, sicut Apostolus ait. Salutate Priscam & Aquilam &c. & domesticam eorum ecclesiam. Ad Roman. 16. Et salutant vos Prisca & Aquila cum domestica sua ecclesia. primæ Corinth. vltimo. Conuentus autem prophetarum instituit Samuel ad canendum Deo: apud quos etiam præter legem consultum erat, quid vellet Deus, aut nollet. In hunc gregem post primam vnctionem incidit Saul prophetans cum eis. Ex his mittebantur, qui reges arguerent, velut Nathan, & Gad ad Dauid. His succedunt modò religiosorum ecclesiæ, ad quos non propter sacramē ta, sed magis pr[illegible]anctæ vitæ culmine rapiendo, & pro consilijs, & monitis legis Dei & precum instātiis satis religiosè plebium fit accessus. Hoc dico de his in genere suo. Sunt tamē, qui apti cum patribus suis videantur, vt duarum priorum ecclesiarum regulas compleāt, sicut forsan fecerat cuneus Samuelis. Cætera excelsa non habent (quantum opinor) loca nobiscum: nec erant laudata priùs, fortè quia importunitate plebis erant à ritu tracta gentilium. Vnde BEDA. Quod paulò pòst de eo-
4 dem rege dicitur. Excelsa † quoque, quę erant in Hierusalem ad dextram partem montis offensionis, & cætera vsque polluit rex, & contriuit statuas: luce clarius est, quòd excelsa nominare solet scriptura, loca in collibus posita frondentibus: in quibus vel dæmonibus immolabant, vel etiam domino locorum amœnitate allecti, & cōtra interdictum, relicto altari, quod erat in templo, hostias immolabant. Vnde sæpiùs in hoc libro de regibus, qui minus perfectè iusti fuerunt, dicitur: veruntamē excelsa nō abstulit. Hæc Beda libro. 30. quæstionum, quæstione. 29. AVTHOR. Iam vides, quòd non præiudicauerat synagogis, q̄ omnis populus visitaturus templum domini ter ascendit in anno: nec ideo erant synagogę tollendæ: ita nec minutis locorū ecclesijs prę iudicat, nec ideo sunt tollendę, q̄ Cantuarieñ. ecclesia māter ecclesiarum est interdum & ter in anno solenniter visitanda. Nec item, quia memoriæ sanctorum, aut sanctarum monasteria sunt deuotæ peregrinationis & reconciliationis instinctu. s. à sanctis plebibus requirenda: quare nulli fuit præiudicium, q̄ post ascensionem Christi omnes fideles ascenderūt, vbi mansorunt Perus &. 12. Apostoli. Act. 1. Nulli quoque, q̄ Paulus multis institutis ecclesijs, & cunctis postpositis, ascendit videre Petrū, & mansit cum eo diebus. 15. Gal. 1. Nulli itē, quòd omnes natu maiores ecclesiæ ab ecclesiis Ephesi fecit seipsum visitare Mileti. Actuū 20. Et ad Titum episcopum Cretæ relicta ecclesia ad altiorem ecclesiam Pauli peregrinari iussit Nicopolim. Ad Titum. 3. Non modica enim est recreatio mentium deuotarū relicta quandoq; ecclesia domestica alia sancta vel sanctos Dei seruos accessu ipso corporeo & petere, & contemplari ad oculum: velut de eo, qui mortuum suum in loco sancto eligit sepeliri. Vt notat lib. de cura pro mortuis agē da cap. 4. AVGVSTI. Cùm plurimùm interest, vbi ponat corpus mortui sui, qui pro spiritu eius Deo supplicat: quia & præcedens affectus locum eligit sanctum, & illic corpore posito, recordatus locus sanctus eum, qui præcesserat, renouat, & auget affectum. Hæc ille. AVTHOR. Ita cùm pius affectus sancti memoriam, aut monasterium, vel maiorem ecclesiam visitantis locum sanctum eligit visitandum: recordatio posteà loci sancti, quem vidit elegisse, eum ipsum, qui præcesit, iā post modum renouat, & auget affectum, & potest esse causa octaua. Nona pro sanitatū, aut votorum miraculis computata: quare loca sancta sint corporaliter appetenda, & hoc ipsum in augmento piæ deuotionis fideliū est quid magnum.

a tria
eis san-
celsa.

¶Quòd sancti Dei magnum ferunt præsidium ciuitatibus, & territorijs, in quibus habẽt memorias, & eos honorãtibus validi sunt patroni.

CAP. CXXXVII.

SVMMA.

1 *Deus quomõ regulariter iubet pro lege cõmuni, ut quos inuocamus in nomine dñi, præstẽt auxiliũ.*
2 *Petrus, & Paulus quomodo in suis memorijs ultra supremos Gentilium deos auxiliabãtur Romanæ reipub. & suis rebus.*
3 *Alarici pium facinus recensetur.*
4 *Fila chordæ citharæ, quare dicantur fides.*
5 *Sanctorum inter homines sepultorum utilitas.*
6 *Martyres quòd sint ciuitatum turres.*

VEnit Deus ad Balaã nocte, & ait: Si vocare te venerint homines isti, surgens vade cum eis, ita duntaxat, vt quod præcepero facias. Num. 22. Tam propitius est Deus humanis casibus, vt sponte tutores eis assignet, & quotiens rogantur, iubet accurrere: si vocauerint te, inquiens, homines isti, surgens vade cũ eis, non tamen simpliciter dixit, sed si vocauerint te homines isti: hoc † regulariter iubet Deus pro lege communi, vt quos inuocamus in nomine domini, præstent auxilium. Quòd si infideli prophetæ tantæ seruitutis mandat officium, quid de fidelibus sentiemus? Eliseus occurrere puerum suum fecerat Sunamitidi eũ dolenter quærẽti. Saluator itẽ à morte resurgens, mulieribus mœstis occurrit, dicẽs. Auete: quæ nec tũc hãc consolationẽ occurrentis acciperẽt, si nõ visitare venirẽt. Et Petrus à spiritu Dei ꝑceptũ idẽ accepit, qđ Balaã à Deo: Ecce viri tres quęrũt te, surge itaq;, & descẽde; & vade cũ eis nihil dubitãs. Act. 10. Referũtur ista in scripturis sanctis, ad quid? nisi vt quotiẽs sedula fide sanctos inuocamus in ꝑcibus, ipsos noscamus admonitos per diuinũ spiritũ, vt opitulationibus, & beneficiis congruis orphanis suis occurrant, & patronatũ cælestẽ adhibeãt suis supplicibus, dicẽte eis dño multò diligẽtius, q̃ Balaã, si vocare te venerint homines, vade cũ eis, & syncerius modò Petro in cælo, q̃ tũc in cœnaculo. Ecce viri tres q̃rũt te. i. de triplici hominũ genere, rectorũ, religiosorũ, & populi: surge, & descẽde, & vade cũ eis.

1 2 Tẽdimus † ad expta in apostolorũ memorijs, vt nr̃o tractatui cõferamus qualiter. s. vltra supremos gẽtiliũ deos auxiliabãt Romanæ reipub, & suis itẽ rebus apostoli Petrus, & Paulus in suis memoriis. Vñ lib. 1. de ciuitate. ca. 4. AVGVSTI. Cõpara nũc asylũ illud, nõ cuiuslibet Dei gregalis de turba plebis: sed Iunonis sororis, & cõiugis, & reginę omniũ deorũ, cũ memoriis nostrorũ apostolorũ. Illuc incẽsis tẽplis, & diis, erepta spolia portabãtur, non donãda, vel reddẽda victis, sed diuidẽda victoribus: huc aũt & quod alibi ad ea loca pertinere cõpertũ est, cũ honore, & obsequio religiosissimo reportatũ est. Ibi amissa, hic seruata libertas. Ibi clausa, hic interdicta captiuitas. Ibi possidẽdi à dominãtibus hostibus ꝑmebãtur, hic à ministrãtibus hostib⁹ liberãdi ducebãt. Postremò illud Iunonis tẽplũ sibi elegerat superbia & auaritia leuiũ Grẽcorũ: Istas Christi basilicas misericordia & humilitas immaniũ barbarorũ. Hęcille. AVTHOR. Planitiẽ historiæ, quã Augustinus hîc tãgit. Orosius manifestat. lib. 7. de Ormesta mundi de Alarico rege Gothorũ irrũpente tũc Vrbẽ. OROSIVS. Discurrẽtibus ꝑ Vrbẽ barbaris, fortè vn⁹ Gothorũ, idẽq; potẽs, & Christianus sacratã virginẽ Deo, iã ætate puectã, in quadã ecclĩastica domo reperit. Cũq; ab ea aurũ & argentũ honestè exposceret, illa fideli cõstãtia esse apud se plurimũ, & mox proferẽdũ spopõdit, ac protulit. Cunq; expositis opibus attonitũ barbarũ magnitudine, põdere, pulchritudine, agnita etiã vasorũ qualitate intelligeret, virgo Christi ad barbarũ ait, Hæc Petri Apli sacra mysteria sunt, p̃sume si audes, de facto tu videris. Ego qa defendere nequeo, tenere non au-

3 deo. Barbarus † verò ad reuerẽtiã religionis timore Dei ac fide virginis motus, ad Alaricũ hæc ꝑ nuntiũ retulit, q̃ continuò reportare ad apli Basilicã vniuersa, vt erãt, vasa imperauit: virginẽ etiã, simulq; oẽs, q̃ ad eã se iũgerẽt christianos, eadẽ cũ defensione deduci. Ea domus cũ sanctis sedibus lõgo, vt ferũt, spatio, & medio interiecto vrbis aberat. Itaq; magno spectaculo oĩm disposita ꝑ singulos singula, & super capita elata palã aurea, & argẽtea vasa portant. Exercitus vndiq; ad defensionem gladijs pia põpa munit. Hymnus Deo Romanis barbarisq; cõeinẽtibus publice canit. Personat latè in excidiũ vrbis, salutis tuba: oẽs etiã in abditis latẽtes inuitat, ac pulsat. Cõcurrũt vndiq; ad vasa Petri vasa Christi, plurimi etiã Pagani chr̃ianis ꝓfessiõe, & si nõ fide, admiscenti & p hoc tũc ad tẽp⁹ quo magis cõfundãt, euadũt. Seq̃t. O p̃clara illa Chr̃ianę pietatis tuba, quæ gñaliter cũctos dulcissimo ad vitã modulamine inuitans, quos ad vitã inobedientes nõ susci-

Alarici ꝑ facinus.

tauit

tauit, inextricabiles reliquit ad mortem. Mysterium mirabile in transferendis vasis, dicendis hymnis, docendis populis fuit: tanquam cribrum fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani tanquam ex magna massa frumenti per omnia ex vniuerso ambitu ciuitatis latebrarū foramina effluxêre grana viua sine occasione, sine vomere commota. Omnia tunc de præsenti saluti credētia ex horreo dominicę prępparationis accepta sunt. Reliqua velut stercora, & velut palea ipsa, vel incredulitate, vel inobedientia præiudicante, ad exterminium, atque incendium remanserunt. Quis hęc perpendere satis miracula: quis prædicare dignis laudibus queat? Hæc ille. AVTHOR. Attendat modò Witcleff, si increpare ausus est sanctos præclaros Dei Augustinum, & Orosium, qui hæc legerunt apocripha, dimittendo legem Christi: cùm ipse si narraret mihi parentum suorum historias, ꝙ eum generassent: aut quòd legisset Oxoniis suis, necesse haberet apocripha narrare Christi lege dimissa. Attendat item si sanctorum fidelium non concordat laudibus in translatione vasorum aureorum, & argēteorum ad apostolorum sepulchra, quorum erāt (vt ipse scribit) iocalia, se & suæ perfidiæ sectatores cum illis infidelibus numeratos mera stercora esse, & paleas tā incredulitate sua hæretica, quàm inobedientia præiudicatas, quæ ad exterminium, atque incendium remanserunt. O sancta, & veneranda apostolorum sepulchra, & præhonoranda item apostolica vasa, quæ dominos suos apostolos sibi saluatores, hostib⁹ barbaris, & victoribus domitores, plebis Christianæ tutores, & ipsi vrbi victæ patronos facere potuerūt. Hoc faciat modò sepulchrum prophanum Witcleff, vel alicuius complicis eius. Sed vltrices flammæ sacris sententijs obedientes, episcopi vile cadauer præiudicauerūt ad inferos, & flumina cineres absorbebant. Et ergo non sicut Augustinus Iunonis asylum, sed vbi positus erat Witcleff, fœtidam foueā comparemus memoriis apostolorum, & quic quid laudis, & tutelæ, vel glorię reperiemus in eis, ignominiam, & horrorem concludet in Witcleff, & ipsius quoslibet cōblasphemos. Quotidie experimur qualiter eius reliquię ecclesias disipant, ciuitates consumunt, & oppida. Contra, sanctorum Christi sepulchra, & reliquiarum memoriæ, ciuitas protegunt, seruientibus suis sunt singulares patroni, vicinis fidelibus præsidiū singulare. Vnde tertia parte sermonum sermone. 113. AVGVSTIN. Debuit apostolorum memoria, per quam tibi præparatur cęlum, seruare tibi in terra theatrum insanorum. Planè verum est, ideo mortuus est Petrus, & Romæ positus, vt lapides de theatro non caderent. Excutit Deus delicias puerorum de manibus indisciplinatorū. Hæc ille. AVTHOR. Ampliùs adhuc probemus, quæ diximus libro virorum illustrium cap. 1. de sepulchro Iacobi Nizibenæ ciuitatis episcopi, refert. GENNADIVS. Moritur hic vir Constantij temporibus, & iùxta præceptum patris eius Constantini intra muros Nizibenæ sepelitur ad custodiam videlicet ciuitatis: quod factum per fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulian⁹ Nizibenæ, vel glorię sepulti inuidēs, vel fidei Constantini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de ciuitate sancti corporis reliquias, & post paucos menses consulendæ licet causa reipublicæ, Iouinianus imperator, qui Iuliano successerat, tradidit barbaris ciuitatem, quæ vsq; hodie Persarum ditioni cū finibus suis subiecta seruit. Hęc ille. AVTHOR. Hanc variæ retributionis sortem de sancto sepulto fides meruit Constantini. Hāc perfidia Iuliani seu Iulianus substrahendo custodem, ciuitatem perdidit, quam Constantinus ab omnibus hostibus tutam fecit. Itē lib. de obitu Theodosij AMBROSIVS. Vbi fides est, ibi exercitus est angelorū: bona itaq; fides, quę operatur in mortuis frequēter. Deniq; & aduersarius, & legationes eius quotidiana martyrum virtute torquentur. Vñ arbi *Fides citha-*
4 tror, ꝙ fila chordarum citharæ ideo fides di- *ræ.*
cuntur, qm̄ & mortua sonum reddunt. Hæc ille. AVTHOR. Nouerint itaq; Witcleuistæ, & de certo nouerint, ꝙ in fide sanctorū sepulchrorū à sua tyrannide tuti sumus. Bona em̄ fides operatur in mortuis. Ideo. 3. parte sermonum sermōe. 134. de natali sancti Cypriani AVGVSTI. Si adhuc quisquā quęrit fortè quis vicerit, vt omittam regnū cæleste sanctorum, quod infideles credere nolunt, quia videre non possunt: nūc in ista terra, in ista vita, in domibus, in ciuitatibus, in orbe terrarum: ecce sunt feruentes accusationes impiorū. Ecce quemadmodum honorantur memorię perēptorū. Nunc illi ostēdant idola dæmoniorū. Et bene infrà. Illi laus, illi gloria Deo nostro regi, seculorū creatori, & creatori hominum, qui suo tali antistite huius ciuitatis ecclesiam ditauit, & tā sancto corpore huius loci amplitudinē consecrauit. Illi laus, illi gloria, qui dignatus est illū virū prędestinare inter sanctos suos ante tēpora, creare inter hoīes, vocare errantē, mundare sordidantem, formare credentem.

tem,docere obedientem,regere docẽtem,adiuuare pugnantem,coronare vincentem.Hęc ille.AVTHOR.Ecce quas laudes, quam gloriã Deo perſoluit in publico beatiſsimus Auguſtinus,q̃ tali antiſtite illius ciuitatis magnę Carthaginis ditauit eccleſiam, & tam ſancto corpore eiuſdem loci amplitudinem conſecrauit. Non inuidit eccleſiæ Carthaginis magnæ ſuas diuitias,q̃ dixit bene ditatam tali antiſtite,& eius corpore conſecratam: non tantũ puto ſpiritualibus gratijs,ſed & peregrinationibus, & ſanctorum oblationibus fideliũ populorum.Hoc ipſi non ſentiunt, qui dolẽt paruis eccleſijs nõ obuenire,quæ propter ſanctos ibi requieſcentes ſanctorum eccleſijs cõpetunt.Hunc affectum pietatis Witcleuiſtæ non habent, qui quacunque ex cauſa ditatas dolent eſſe eccleſias:quorum quidam clamãt, & rugiunt:ſi haberem corpus illius Petri, aut Antonij igne concremarem.O dolendi homines,qui hæc de corporibus ſanctorum proferunt,quorum corporibus bene eſſet ſuſpenſam habere molã aſinariam in collo,& in profundum maris demergi, ne tales blaſphemias proferre auderent in ſanctos:cũ nobis ſolum proficiat Deus de ſanctorũ præſentia: prout ſermone.32.ſecundæ partis de ſancto Vincẽtio probat idem AVGVSTI.Quid putamus fratres,q̃ iſtũ honorem prouidentia & conſilium omnipotentis creatoris eius etiã defuncto corpori detulit,martyri aliquid præſtitit, q̃ ſi non ſepeliretur,ignorabatur, vnde ille ſuſcitaretur.Cui etiam victorię corona,& in reſurrectione ſeruata eſt vita æterna:ſed de corpore eccleſiæ præſtita eſt conſolationis memoria. Sic plærũq; de ſeruis præſtat quandã dignationem donans, quia magis proficit ei, cui datur,quàm ei,de quo datur. Sic Eliã ſanctum Deus per auem paſcebat,non autẽ miſericordia Dei & omnipotentia defecerat, ne ſemper ſic paſceret.Mittitur tamen paſcẽdus ad viduã,nõ quia nõ erat vnde ſeruus Dei aleretur:ſed vt fidelis vidua benedictionem mereretur.Hęc ille. AVTHOR.Altera ſ ecce vtilitas ſanctorum inter homines ſepultorũ, vt benedictionem inter homines ex deuota eorum viſitatione hoĩes mereantur,& iterũ alia, quã prædixit, quia de corpore talis ſancti magna eſt illi eccleſiæ præſtita ſanctę cõſolationis memoria,de ſpe reſurrectionis futuræ,& de temporali præſidio patronatus: prout de ſanctis martyribus Geruaſio & Prothaſio cũ nouiter inuenirentur tractatu.2. de eis gaudẽter ait AMBROSIVS. Principes populi, quos alios niſi ſanctos martyres exiſtimare debemus: quorũ iam innumeri diu antè ignorati Geruaſius & Prothaſius proferũtur. Qui ſterilẽ martyribus eccleſiã Mediolanenſem iã plurimorũ matrem filiorum lætari paſſionis propriæ fecerũt & titulis,& exẽplis. Nec hoc abhorret à vera fide: Dies diei eructat verbũ: anima animæ, vita vitæ, reſurrectio reſurrectioni:& nox nocti indicat ſcientiam.hoc eſt caro carni: quorũ paſsio veram fidei ſcientiã omnibus indicauit.Nõ immeritò plæriq; hãc martyrũ reſurrectionẽ appellant. Viderotamẽ vtrũ ſibi, an nobis certi martyres reſurrexerunt.Cognouiſtis, imò vidiſtis ipſi multos à dæmonijs purgatos,plurimos etiã vbi veſtẽ ſanctorum manibus contigerunt,his, quibus laborabant,debilitatibus abſolutos. Reparata vetuſti temporis miracula, quo ſe per aduẽtũ domini Ieſu gratia terris maior infuderat, vmbra quadã ſanctorũ corporũ plærũq; ſanatos cernitis.Quanta oraria iactitantur,quanta indumenta ſuper reliquias ſacratiſsimas,vt tactu ipſo medicabilia repoſcantur. Gaudent omnes extrema linea contingere,& qui contigerit,ſaluus erit.Gratias tibi domine Ieſu, q̃ hoc tempore tales nobis ſanctorum martyrum ſpiritus excitaſti, quo eccleſia tua præſidia maiora deſiderat.Cognoſcãt omnes quales ego propugnatores requiram,qui propugnare poſſunt, impugnare non ſoleant. Hos ego acquiſiui tibi plebs ſancta,qui proſint omnibus,noceãt nemini.Tales ego ambio defenſores,tales milites habeo,hoc eſt,non ſeculi milites,ſed milites Chriſti: Nullam de talibus inuidiam timeo,quorum quò maiora, eò tutiora patrocinia ſunt. Horũ etiam illis, qui mihi inuident,opto præſidia. Veniant ergo, & videant ſtipatores meos, talibus me armis ambiri nõ nego.Hi in curribus,& hi in equis, nos autẽ in nomine Dei noſtri magnificabimur. Eliſeum diuinæ ſcripturæ ſeries refert cùm ab exercitu Syrorũ eſſet obſeſſus,dixiſſe timẽti ſeruulo,ne timeret,quia plures, inquit, pro nobis ſunt, quàm contra nos. Et vt hoc probaret, petiſſe, vt oculi Giezi aperirentur: quibus apertis,ille innumeros ibi adeſſe vidit prophetæ exercitus angelorum.Nos & ſi eos videre nõ poſſumus,ſentimus tñ. Erant clauſi iſti oculi, q̃diu obruta ſanctorũ corpora delitescebãt:aperuit oculos noſtros dñs, vidimus auxilia,quibus ſumus ſæpe defenſi:non videbamus hęc,ſed habebamus tamen. Itaq; trepidantibus nobis,quaſi dixerit dominus,Aſpicite quantos vobis martyres dederim.Ita reſeratis oculis,gloriam domini ſpeculamur,quæ in martyrum eſt paſsione præterita, & operatione

Digitized by Google

tione præsenti. Euasimus fratres non mediocrem pudoris sarcinã: patronos habebamus, & nesciebamus. Inuenimus vnum hoc, quo videamur præstare maioribus. Sanctorũ martyrum cognitionem, quam illi amiserunt, nos adepti sumus. Hęc ille. AVTHOR. Quantam materiam gaudiorum sanctus pater inuenit de patronatu sanctorum, quos apud se sepultos inuenit: de subuentionibus infirmorum, de remedijs miserorum. Et quia eos apud se in ecclesia præsentes habebat, quãta sperauit auxilia nullatenus defutura? cum nec tunc deerant, quando delitescebant ignota: de quibus ecclesia canit ad dominum de sanctis suis, abũ dãtia in turribus tuis. Vbi in expositiõe psal.

6 CASSIOD. Turres † enim sunt, quę obiectu, & altitudine sua ciuitates defendunt, & venientes inimicos prima frõte suscipiunt: vnde nõ improbè martyres signatos aduertimus, qui oppositione corporis sui ciuitatem Dei pia confessione defendũt: & quasi eminentia ędificia ita hostibus fidei repugnare noscuntur. Hæc ille. AVTHOR. Repete mi Witcleff à principio & iocalia sepultorum, quæ tu risisti: sancta corpora, quæ blasphemasti, sepulchrorum lapides, quos frigidos contempsisti, iam à Deo virtutem protectionis accipiunt, terrorem hostibus, salutem fidelibus peregrinis extorquent ab eorum manibus, qui tanto impetu, & horrore sæuire venerunt: cæterũm ecclesias ditãt, tuentur prouincias, & fidei hostibus repugnare noscuntur.

rtyres, ciuitatirres.

De festiuitatibus sanctorũ celebrãdis.

Titulus. XVI.

¶ Quòd sanctorum Christi martyrum, & angelorum, & sanctorum hominũ festi dies pijssimè celebrentur.

CAP. CXXXVIII.

SVMMA.

1 *Valdensium errorem, quòd festa sanctorum non sint celebranda, quomodo sequitur Witcleff, & confutatur.*

2 *Christi memoria, quòd recentior habeatur, quum eius beneficia recolimus in beatis, ostenditur.*

3 *Ecclesia Christi cur à primæuis memorias martyrum celebrauerit.*

4 *Festiuitates multæ in ecclesia ad quid constitutæ.*

5 *Iulianus Witcleuistarum Cæsar, & Christianorum apostata, quomodo sanctos contempserit.*

6 *Baptistæ domini capitis inuentio narratur.*

HOrum ergo sanctorum celebrare dies, fons omniũ martyrum domino ab antiquis patribus decreuit, & cœpit mater ecclia. Vñ lib. 1. de origine officiorũ. cap. 34. ISIDORVS. Festiuitates Apostolorũ, seu in honore martyrum solenniter antiqui patres in venerationis mysterio celebrare sanxerũt: vel ad excitandã imitationẽ, vel vt meritis eorũ cõsociemur, atq; orationibus adiuuemur: ita tamẽ, vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quis in memorijs constituamus altaria. Quis enim antistes in locis sanctorũ corporũ assistens altari aliquãdo dixit: offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? sed quod offerimus, offert Deo. Hæc ille. AVTHOR. Cętera prosequitur ibi, vt ab Augustino suprà secũdũ eius verba decerpsi. Inuidia aũt diaboli, quę Dei sanctis semp aduersat, hostiliter cornua Witcleff cõtra festa sanctorũ suscitat in furore. ca. dicto. 30. trialogi tertij. Nõ valet, inquit solennizatio, vel festiuitas talis sancti, nisi de quãto ad magnificãdũ Chrm pparat, ad honorẽ eius incitat, & amorẽ eius puocat, & accẽdit. Vñ si aliquæ sint solẽnizatiões sanctorũ, quę exorbitãt ab hoc fine, nõ dubiũ, quin cupiditas, vel peccatum aliud sit in causa: ideo multi putãt pdesse ecclię, q cessantibus oibus istis festiuitatibus sanctorũ, solũ Christi festiuitas obseruet: quia, vt inquiũt, Christi tũc memoria recẽtius haberetur, & plebis deuotio non sic in mẽbra Chri indebitè spargeretur. Hæc Witcleff. AVTHOR. A teipso hęc loqris, an alij dixerũt tibi hæc ipsa: debere. s. prodesse ecclesiæ festiuitates cessare sanctorũ, qa aliquæ exorbitãt ab hoc fine? Ita n. loquit, quasi aliorũ esset hic sensus. Facta aũt sequaciũ eius inuincibiliter arguũt esse eius, quis nõ primo est sę ipsius, sed prius Valdensiũ hæreticorum de Lugduno, quorũ. q. 17. recolit GVIDO. Decimusseptimus † error, q festa sctõrũ nõ sunt celebrãda, nec in illis ab operibus seruilibus est cessandum. Hæc ille. AVTHOR. Sed attendatur Witcleff ratio, quia putantur ab eo

1

exor-

exorbitare à fine honoris Dei,& tunc diu ante hæc tẽpora ſacrificiorũ ritus debebat ceſſare,quia multorum ſacrificia exorbitabant à fine honoris Dei: & deputabant ea dæmonibus. Item dilectio proximi deberet ceſſare,qa nõ dubium,quin multi parentes filios, & viri coniuges,& fœminæ viros amant, non ad honorem Chriſti:ideo per Witcleff ceſſarent hę omnes dilectiones hominum, & ſola Chriſti, & ad Chriſtum dilectio haberetur: vt Chriſti memoria recẽtiùs habeatur,& plebis dilectio non ſic in membra Chriſti indebitè ſpargeretur. Miſer homo debuit audire prophetam de Chriſto dicentem, ꝙ quaſſatam arundinẽ non contriuit,& lignum fumigans non extinxit, ſed nouum bonum reformauit ex malo veteri. Ita quoque prouidit mater eccleſia corpus Chriſti, prout in ſuperiori loco ex dictis Auguſtini ait ISIDORVS. Quiſquis in hũc errorem dilabitur, corripitur per ſanã doctrinam,ſiue vt corrigatur,ſiue vt caueatur. Hæc ille. AVTHOR. Magis ergo corrigẽdi ſunt, & monẽdi fideles ſanctorum feſta ſyncerter agere, vt Chriſti memoria in ſuis ſanctis recẽtius habeatur, & plebis deuotio in membra Chriſti debitè colligatur. Quibus ipſe dixit. Qui vos recipit,me recipit. Et quid obſtat ſanctis Chriſti Witcleffne celebretur ſanctorum memoria? Eius item memoria perpetuò eſt in eccleſia celebranda, non tamen vt teneatur, ſed vt deleatur. Qualiter memoria Iudæ Scarioth, & hæreticorum indies innouatur. De quo lib. 1. commentarij in Marcum ſuper catalogum electionis apoſtolorum HIERONYMVS. Scarioth memoria mortis, Iudas confitens,vel glorioſus interpretatur:confeſſores ſunt multi in eccleſia ſuperbi,& glorioſi,quorum primus Simon Magus, & Arius, & cæteri hæretici: quorum memoria mortalis ideo in eccleſia celebratur,vt deleatur. Hęc ille. AVTHOR. Quãtò magis ſanctorũ Chriſti, & iam beatorum cum Chriſto eſt celebrãda,quæ & colenda memoria,& extollenda feſtiuitas. Aut dic paulatim quid melius? Melĩ, inquit,nõ,vt Chriſti memoria recẽtiùs habea
2 tur. At ego.ſed † Chriſti memoria habetur recentior, quũ eius beneficia recolimus in beatis,dicẽte beata virgine,cum cẽlitus hymniza ret. Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes : quia fecit mihi magna qui potens eſt. Vnde & in fauorem Saluatoris redundat,quicquid de eiꝰ genitrice feſtiuè celebrat creatura. Qualiter de aſſumptionis eius feſtiuitate, quæ quantò eſt celebrior, tanto penè eſt in eccleſia cunctis antiquior: ait in ſermone eiuſdem feſti,qui incipit:Cogitis meô Paula. HIERONYMVS. Si gaudium fit in cælo de quolibet peccatore cõuerſo, multò magis putandum pro tantæ virginis exaltatione,& gloria,ꝙ exaltatio ſit in ſupernis, cuius nimirum feſtiuitas omnium ſupernorum ciuium eſt gratulatio, quia eius celebritas laus, & fauor eſt Saluatoris. Vnde credimus,quòd non hunc tantũ diem ſolennẽ ducunt pro eius honore annuum,verũ continuũ, etiam & æternum iocunditatis,ac lætitiæ, ac venerationis obſequio cum omni colunt tripudio amoris, & gaudij. Nec immeritò igitur omnis illa cæleſtis ciuitas congratulatur, & veneratur matrem,cuius ſuper ſe adorat filium regem:ante quem tremunt poteſtates, & curuatur omne genu. Hæc ille. AVTHOR. Audis ne,quòd celebritas aſſumptionis virginis, laus, & fauor, eſt Saluatoris? Qui ergo has laudes,& fauores feſtiuando non colligit,ille indubiè memoriã Chriſti diſpergit. Hoc eſt enim argumentum Hieronymi, ꝙ non immeritò omnis illa ciuitas tantum diem ſolennem ducit continuum venerando Dei matrem,cuius ſuper ſe adorat filium:quaſi diceret:quid mirum, ſi tam feſtiuè matrem adorent, cùm hoc ipſo honorem celebriorem impendant filio, quem ſupra ſe regnantem aſpiciũt? Et dicat modò Witcleff. Cur hæc ciuitas beatorum non omittit hanc feſtiuitatem celebrare beatæ virginis,vt in recentiori memoria habeatur Chriſtus. An cũ hæc feſtiuitas,ſecundùm Hieronymum,ſit eis continua, nunquid ideo memoria eorum de Chriſto non erit recens,ſed arida? Fateor occaſiones quęrit, qui vult recedere ab amico. Si hæ feſtiuitates ergo ſunt eccleſiæ triumphanti continuæ, magis exiſtimo conſulendum,vt eorum conformemur,quãtum facultas noſtra dabit,exẽplis:vt nobis ſint annuæ. Sic enim conſulit certior ille magiſter facere virgines ſuas in eodem ſermone poſt mediũ HIERONYMVS. Ideo chariſsimæ celebrate ſolenniter virginis feſtum,quæ cæleſtẽ nobis vitam in terris oſtendit:quoniam qui non nubẽt, erũt ſicut angeli in cælo. AVTHOR. Ibi tangit Hieronymus vnam cauſam, quam ſuprà docuit Auguſtinus de celebrando ſanctorum feſtiuitates.ſ. ad excitãdã imitationẽ: quæ, inquit,cæleſtem nobis vitã in terris oſtẽdit. Quomodo in fine ſermonis idẽ proſequitur HIERONY. Ornate lampades veſtras, occurrite ſpõſo,quia iam ad oſtium pulſat:& matrem,ſi eã diligitis,ſequamini. Intus aũt parate,& ornate lãpades veſtras, quia filiæ regis eſtis. Os ergo gloria veſtra ab intus ſit, & intus

Digitized by Google

tus habete lumen, quod foris luceat: ne fortè inter has solennitates priusq; sponsus veniat, vestræ lampades extinguantur. Nam celebritas huius diei non nisi accẽsis lampadibus intus & foris rectè colitur. Ideo emendum est oleum dum vacat, ne quum sponsus aduenerit (quod absit) vacuæ inueniamini. Hæc ille.

3 AVTHOR. Hac † de causa à primæuis celebrauit ecclesia Christi memorias martyrũ, vt eorum exemplo incitati, domino Deo fidei fortiter teneremus constantiam: prout de sancto Polycarpo, qui vt scribit Irenæus, discipulus apostolorum fuit, cũ ipsis diutius conuersatus, qui dominum videre oculis meruerunt, & ab ipsis constitutus Smyrnorum episcop⁹: de ipso, inquã, scribit lib. 4. ecclesiasticę historiæ, cap. 16. EVSEBIVS. Vbi dicit Centurio tã obstinatã Iudæorũ concionẽ, positũ in medio ipsorum corpus exusit, & ita nos post modũ combusta ossa pretiosissimis gemmis cariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, collegimus, ac sicut cõueniebat, ex more condidimus. Quo etiã in loco nunc præstãte dño solẽnes agimus, celebresq; conuẽtus. Maximè quidem in die passionis eius: sed & cũ eorum memorias, qui priùs passi fuerint, celebramus, vt sequentiũ animi ad p̃cessorum viam exemplis in fide suscitẽtur. Hæc ille. AVTHOR. Ecce veteres patres sanctorũ memorias, velut hui⁹ sancti Polycarpi, statim post apostolos celebrabant. Putas ne hũc errorem tam manè pepererũt antiqui, ne recẽs apud eos esset memoria Christi: & iã sero per prophanũ Witcleff omnia reintegrarẽtur in Deum? Et ego nec Christi hominis arbitror qualẽcunq; hac ratione celebrandã esse festiuitatẽ, sed solius Dei, & pure secundũ Deum, ne à Deo, qui est caput Christi secundũ apostolũ, dispergatur celebrãtis intẽtio: si aũt per Christũ currimus in Deũ, dispergimur, hoc itẽ verũ est, & itẽ imitãtes mẽbra Christi, non nisi in Christum colligimur: alioquin nõ dixisset Apostolus, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, sed imitemini Christum solũ. Modò dicit, Sic currite, vt cõprehẽdatis, siue post Petrũ propter fidẽ, siue post Paulũ per constantiã verbi, siue post Polycarpũ, vt per discipulũ imitemur magistros. Sic enim iam dictum est, vt eorũ memorias, qui priùs passi fuerant, celebremus. Hoc fit, vt sequentiũ animi ad p̃cessorũ viã exemplis suscitentur in fide: & cũ varij simus, ne quis occasionẽ excusandi sumat, multis sanctis festiuitates facimus, infirmis & fortibus, maribus & fœminis, senibus & pueris, virginibus & nuptis, quõdã corruptis, & à natiuitate sanctis: vt omnis gradus hominũ aliquẽ, quẽ libeat imitari, possit inuenire: put sagaciter valde 3. parte sermo. ser. 151 admonet AVGVS. Hoc per istas solẽnitates commemorari debet sanctitas vestra: primũ ne arbitremur nos aliquid conferre martyribus, quia eorũ dies solẽnissimos celebramus: illi nostris festiuitatibus non agent, qui in cælis cum angelis gaudent. Congaudent autem nobis, non si honoremus eos, sed si imitemur eos. Quanquam & q̃ honoramus, nobis prodest, non illis: sed honorare, & nõ imitari, ni-
4 hil est aliud, quàm mendaciter adulari. Ad † hoc ergo istæ festiuitates in ecclesia constitutæ sunt, vt per eas congregatio membrorum Christi admoneatur imitari martyres Christi: hæc est omnino huius festiuitatis vtilitas, alia non est. Si enim nobis proponatur imitãdus Deus, respondet humana fragilitas, multùm esse à se imitari eum, cui non potest comparari. Si deniq; ipsius domini nostri Iesu Christi ad imitationem nobis proponatur exemplũ: de quo scriptũ legimus, Christus passus est q̃ nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: tamẽ & hic adhuc respondet humana fragilitas, quid simile ego & Christus? Ille & si caro, tamen verbum caro. Sequitur. Ad tollẽdas ergo omnes excusationes infidelis infirmitatis, martyres nobis stratam cõstruxerũt: nõ lapidibus, nõ tabulis cõstruẽda erat, qua securè ambularemus, ipsi fecerũt sanguine suo. Quis est quem pudeat dicere, impar Christo planè impar. Impar siue Christo etiam mortali Christo impar. Petrus hoc erat quod tu: Paulus hoc erat quod tu: apostoli & prophetæ hoc erãt quod tu. Si imitari pigeat dominum, imitare conseruum. Præcessit agmen seruorum, sublata est excusatio pigrorũ. Postremò adhuc dicis. Impar sum Petro. Impar sum Paulo. Impar es veritati. Coronatur rusticitas, non excusatur vanitas. Postremò impar es puellis, impar es sanctæ Valerianæ. Si adhuc sequi piget, non vis adhærere victoriæ. Sic enim sanctorum viginti martyrũ series recitata est. Cœpit ab episcopo Fidentio, clausit ad fidelem fœminam sanctam victoriam. Initium à fine fides ad victoriam. Videte ergo fratres sic celebrate passiones martyrũ, vt cogitetis imitari. Hęc ille. AVTHOR. Iam pro celebrando festiuitates sanctorum, imò tot sanctorum, & talium, qui per vniuersam ecclesiam penè sunt innumeri, ecclesiasticam causam audistis. Non vos à tam vtili celebritate lupus exterreat, ne si in toto circulo sanctorum non imitemini vltimum sanctum,

nec

nec etiam imitemini primum Chriſtum. Omnes ſancti in Chriſtum eius chorea imitantur, in nullo quiſquã ſanctus diuaricat ibi pedem. Qui ergo ſequi vltimum dedignatur, celebrando deuotè eius memoriam, conſtanter affirmo, quòd eſt hæreticus Witcleuiſta, & diſcors omnibus factus: primò Chriſto in euã gelica illa ſaltatione: cui non acclamat, repu-
5 gnat. Iulianus † Witcleuiſtarũ Cęſar, & Chriſtianorum apoſtata: tales ſanctos cõtempſit, inuidens eis nomẽ martyris, & honoris: quos tamen eo inuito conſtanter honorabant fideles, velut de ſanctis Inuentio & Maximo lib. 6. hiſtoriæ tripertitæ. cap. 34. ſcribit CASSIODORVS. Fingebat enim ſe, & in eis, ſcilicet, Iulianus quaſi cauſam defendere imperialis iniuriæ, & hoc diuulgare iuſsit, inuidens decertatoribus veritatis in appellatione martyrij pariter & honoris. Nomina fuerunt horum Inuentius, & Maximus, quos Antiochena ciuitas tanquam pietatis propugnatores venerata, pretioſo monumento recondidit, & vſque ad hunc diem feſtis annualibus honorantur. Hæc ille. AVTHOR. Videat Witcleuiſta Guillelmus, videat, & inuideat cũ ſuo Cæſare Iuliano ſanctis Dei pretioſa monumẽta parari, & à tota ſancta ciuitate venerari, annualibus quoque feſtis tantò pòſt in eiuſdem ciuitatis eccleſijs honorari. Non iam gaudebant eccleſiæ dotatione Cæſaris Conſtantini: cupido non tunc potuit occupare Chriſticolas, quos omnes vnà cum clericis prophanus Lollardorum Cæſar ad vltimam paupertatem compulit Iulianus. Tempore verò ſancti Polycarpi etiam diuitiis eccleſia non erat onuſta, & libera poſſeſsione. Quomodo ergo tu fingis indubium, quòd ſolennizationes ſanctorum à Chriſto exorbitent, & cupidinem, vel aliud peccatum eſſe cauſam: nec in ceruice tua duriſsima, pietatem & deuotionem populorum ad honorem Chriſti capitis cauſam eſſe aduertere locus erat? Ego cũ Chriſti fidelibus ſemper vt ſapui, ſapio: quòd qualitercunque cupido ſe ingerat, ipſa non eſt mater, ſed cuius ſuper filium viſcera contremiſcunt pietas ſanctitatis. Alioquin cur amicus Chriſti Baptiſta voluit inuentionem ſui capitis reuelare? Ex quo volebat eccleſia, qđ ſuum erat ſupplere, & cum ſolennizatione congrua diem eius feſtum requirere celebrandum. Nunquid cupido eius fuit in cauſa? Vnde in commentario ſuper Marc. cap. 18. BE-
6 DA. Propterea † quòd in lib. ſacramentorũ natale ſancti Ioannis. 4. Kalend. Septembriũ die notatum eſt, & in martyrologio, quod Euſebij, & Hieronymi vocabulis inſignitum eſt, legitur. 4. Kalend. Septembris in * Enuſ- * Ediſſa.
ſa ciuitate Phœniciæ prouinciæ natalis. S. Ioannis Baptiſtæ die, quo decollatus eſt: non ſpecialiter ipſum diem decollationis eius, ſed diem potiùs, quo caput eius in eadem Enuſſa ciuitate repertum, atque in eccleſia eſt conditum, deſignat. Siquidem, vt chronica Marcellini comitis teſtatur, tempore Martiani principis duo monachi orientales venerãt in Hieroſolyma adorare, & loca ſancta videre, quibus per reuelationem aſsiſtens idem præcurſor domini præcepit, vt ad Herodis quondam regis habitaculum accedentes, caput ſuum ibi requirerent, & inuentum, digno honore reconderẽt: quod ibi ab eis inuentum, & aſſumptum eſt, ſed non multò pòſt culpa incuriæ perditum, perlatum Enuſſam ab aliis, & in quodam ſpecu in vrna ſub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum, donec denuò idem Ioannes ſeſe, ſuumq; caput oſtendit Marcello cuidam religioſo abbati, ac preſbytero, dum in eodem ſpecu habitaret. Quod videlicet caput Iulioromo eiuſdem ciuitatis epiſcopo per præfatum presbyterum conſtat eſſe inuentum. Ex quo tempore cœpit in eadem ciuitate beati præcurſoris decollatio ipſo, vt arbitramur, die, quo caput eius inuentum fuit, ſiue eleuatum eſt, celebrare. Hęc ille. AVTHOR. Hic ſanctus pſbyter Beda nõ eſt dedignatus citare librum fidelium chronicorum in materia pietatis, ſciens plùs illi eſſe credendum omnibus corruptis codicibus Witcleuiſtarum mendacium.

Baptiſtæ dñi capitis inuentio.

¶Quòd dicendi ſunt dies feſti ſanctorum, & ſunt à nobis tũc orandi, non autẽ pro eis orandum.

CAP. CXXXIX.

SVMMA.

1 *Dies ſanctorum quare nolint perſequutores fidei duci ad memoriam.*
2 *Auguſtini laus.*
3 *Dies martyrum quomodo celebrat Cyprianus, nõ. ut Witcleuiſta.*
4 *Diebus martyrum, & aliorum ſanctorum, quomodo ipſi ſunt à nobis tunc orandi, nõ autem pro eis orandum.*
5 *Dies beatorũ martyrũ, & confeſſorũ Chriſti, quibus de ſeculo trãſierũt, quare natales uocitẽtur.*

De

Digitized by Google

DIscipuli Witcleff modò superstites intantum huic assentiũt dedignationi magistri contra sanctorum solẽnia: vt itẽ dies eis assignari, quibus passio, natalis, aut dedicationis memoria recolatur, non paruam putent iniuriã. Nõ est (inquiunt) dies Petri, vel Ioannis, qui nullũ vnquàm fecit diem, sed omnis dies eius est, de quo legitur, Hæc dies, quã fecit dominus. Hæc ipsa erant verba Fausti Manichæi improperãtis ita fidelibus, & comparantis gentilibus. lib. 20. contra Faustũ, in dicto Fausti AVGVSTI. Solennes, inquit, gentium dies cum ipsis celebratis, vt Calendas, & solstitia. Hæc ibi. AVTHOR. Mira res, quòd serpens ille antiquus nondum cessat idem spiraculum mortis infundere membris suis modernis, quo intoxicauit antiquos propter odium sanctitatis, & veritatis: quam sancti palàm dixerũt in populis persecutores eorum dies passionum sequacibus abstulerunt, persecutores, inquit, prophetarũ, & sanctorum veteris temporis. Hoc idem ne putas sequaces malorum modò non tractant. Vnde tertia parte sermonum, sermone. 107. de Ioanne Baptista AVGV. Scire vos conuenit, dilectissimi, cur solius tantùm prophetæ Ioannis natiuitatis diem colit populus christianus: præsertim cùm multos prophetarum passos, & interfectos pro Dei nomine, atq; honore manifestum sit: secundùm illud domini, quo per Stephanum Iudæos increpat, dicens: Quem prophetarum nõ sunt persecuti patres vestri? Cùm ergo cognoscamus etiam tũc sanctos Dei persecutionem sustinuisse, atq; martyrium, quid est, quòd ecclesia Christi non defert his natalitiis solennitatem, quorum suscepit, atque complectitur passionem? Illud† scilicet dilectissimi, quòd iidem populi illos dies, quibus prophetas persecuti sunt, & interfecerunt, tradere cultui, ac memoriæ noluerunt, sci cilicet ne religiosa posteritas, dum passiones sanctorum coleret, scelus persecutorum semper horresceret. Ac sic obliterando martyrum dies, fecerũt memoriam sanctorum natalium non esse diuturnam, dum timẽt recordationẽ malorũ suorũ esse perpetuã. AVTHOR. Hac item scelerata cautela nolunt nostri persecutores fidei dies sanctorũ duci ad memoriã, ne scelus suæ deprehẽdatur perfidiæ, qui hoc ipsum prosequuntur in nobis, quod sancti isti docuerunt, asseruerunt, fecerũt, scriptis certissimis reliquerunt, & pro quo plurimi sancti martyrio migrauerunt è seculo. O quanta lux seculo foret abstracta, si tãtus thesaurus fidei cum Augustini memoria defecisset. Quod item diebus Cælestini papæ sæui moliebantur hæretici, prout in decreto suo, & hoc ex lib. decretorum pontificũ transmittit CAELESTI. Nec mirari possumus, si hæc contra viuẽtes hi nũc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriã disipare. Augustinũ† sanctæ recordationis virũ, quem pro vita sua, atq; meritis in nostra cõmunione semper habuimus: nec vnquã hunc sinistræ suspicionis saltem rumor asperfit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter optimos magistros etiam à meis semper præcessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in cõmune senserũt, vt pote qui vbiq; cũctis & amori fuerit, & honori: vnde resistatur talibus, quos malè crescere videmus. Hæc ille. AVTHOR. Resistatur ait talibus, qui nitũtur quiescentiũ fratrũ disipare memorias: illorũ maximè, quorũ vita, & doctrina est quotidiana norma ecclesiæ. Malè.n. crescunt, qui eorũ memoriæ diem vnũ proscribunt. Sed & in anno malè crescũt qui penè crescunt, nec proficiũt: sicut iã dicto sermõe prosequitur AVG. Sed nihil tamẽ egerunt hoc faciendo. Quid enim eis prodest, q̃ dies martyrij eorũ ignoramus, dũ ipsos martyres nouimus? Nihil ergo profecerũt. Natales q̃dem omniũ sanctorũ pro Christo passorũ scire nõ possumus, sed tamẽ quotidie prophetas, qui pro Deo passi sunt, honoramus, acsi grandi cõpẽdio detrimẽta exigua pẽsantur: cũ quibus singuli dies sublati sunt per obliuionẽ, omne tẽpus tribuitur ad honorẽ. Hæc ille. AVTHOR. Ecce conculcat rationẽ vestrã beatus Augustinus ô insipidi Witcleuistę, quia si dies natales sanctorũ nosse poterimus, illos tẽpore quo passi sunt, celebramus, si nõ poterimus, omni die. O sanctũ episcopũ, & presbyterũ antiquũ Cyprianũ, quis feruor fidei docuit eũ annua sanctorũ semper celebrare martyria? Vnde in epistola ad clerũ de Celerino confessore CYPRIA. Veri, & spirituales Dei milites dũ diabolũ Christi confessione prosternunt, palmas à domino, & coronas illustri passiõe meruerũt. Sacrificia pro eis semper vt meministi offerimus: quotiens martyrũ passiones, & dies anniuersaria commemoratione celebramus.

Augustini laus.

1 2 3

Hæc ille. AVTHOR. Ecce † martyrũ dies celebrat Cyprianus: iam recordor dixisse Paulũ, dum de abstinẽtibus disputaret. Qui sapit diẽ, domino sapit. Ad Ro. 14. Non dubito sapere Cyprianum diem illum domino martyrum, quãdo sapuit martyrij diem suum. Non, vt existimat Witcleuista, diem illum credidit sancti esse, quòd sanctus illum fecisset, aut sanctũ diẽ

Digitized by Google

feciſſet. Sed nec Auguſtinus, aut qlibet ortho doxus, ſed pro illius martyris gloria tradita ſibi à domino die illo etiam pro illo ſancto diē domino ſapit & dedicat celebrando. Sic ſapiē ter dicit ſacrificia pro martyribus offerimus, quotiēs eorū dies anniuerſaria cōmemoratio ne celebramus. Et cur cōtra eccleſias murmurāt, nominatiōes dierū gētiles obſeruare conātes, quando magiſter eorū Witcleff graduatio nes ſcholaſticas hac ſola ratione diuellit, ꝙ dicit eas gentiliter introductas, dies Solis, Lunæ, Saturni, ſunt gentiliter introducti. Vnde li. de temporibus. capi. 8. BEDA. Gentiles cū obſeruationē à populo Iſraël hebdomadis edidicerint, mox hāc in laudem ſuorū deflexêre deorū, primam videlicet diem Soli, ſecundā Lunę, tertiam Marti, quartā Mercurio, quintā Ioui, ſextam Veneri, ſeptimam Saturno dicantes. Hęc ille. AVTHOR. Has nominatiōes adhuc in ſuo vulgari Anglici retinent, prēter feriam tertiam, quartam, & quintā, quæ à duabus deabus, & vno Deo veterum Saxonum retinent The Wis & Wedene & Tōri. Quidam putāt Arturi. Similiter & menſes quoſdam antiquæ gentilitatis ritu denominant. IDEM ibidem. cap. 15. Aprilis. Eaſter Monathe, qui nunc paſchalis menſis interpretatur, quōdam à dea eorum, quę Eaſtrea vocabatur, & cui in illo feſto celebrabant, nomen habuit, à cuius nomine nunc paſchale tempus cognominant, conſueto antiquæ obſeruatiōis vocabulo gaudia nouæ ſolēnitatis vocantes. Hęc ille. AVTHOR. Ecce dies, & menſes falſorum deorum nominibus inſignitas blandè continent, ſed ſi à fidelibus Dei ſanctis dedicentur, obſiſtunt: velut Februarium Dei Plutonis nomine ſapiūt, ſed in capite menſis diem beatę virginis renuunt: qđ acturi ea probabilitate non eſſent, ſi paganicæ luſtrationis antiquæ nomen ſeruarent, & ritū. Idem ibi ca. 12. BEDA. Secundum menſem dicauit Februo. i. Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur, luſtrariq; eo menſe ciuitatem neceſſe erat: quo ſtatuit, vt iuſta diis manibus ſoluerentur. Sed hanc luſtrandi conſuetudinē bene mutauit chriſtiana religio, cùm in menſe eodem die ſanctæ Mariæ plebs cum vniuerſis ſacerdotibus, ac miniſtris hymnis modulationibuſq; deuotis per eccleſias perq; cōgrua vrbis loca procedit, datoſq; à pontifice tamē cereos in manibus geſtant ardentes, & augeſcēte bona conſuetudine in idipſum in cæteris quoque eiuſdē matris beatæ & perpetuæ virginis feſtiuitatibus agere didicit. Non vtiq; luſtrationem terreſtris imperij quinquennem, ſed in perennem regni cæleſtis memoriā, quā-

do iuxta parabolam virginum prudentium omnes electi lucētibus bonorum actuum lampadibus obuiam ſponſo ac regi ſuo veniētes, mox cum eo nuptias ſupernæ ciuitatis intrabunt. Hæc ille. AVTH. Videant Witcleuiſtæ, & confundantur, quàm vſualiter ſancti patres dies ſanctorum clamauerint. Beda nō veretur dicere diē ſanctæ Mariæ, & beatæ matris perpetuæ virginis, feſtiuitates alias, ſicut † ſciuit Auguſtinum dies ſanctorū dixiſſe, quia eo die ſanctos rogamus, quorū memoriā facimus, nō pro eis, ſed pro nobiſipſis rogātes. Nō enim orauit Auguſtinus pro martyribus his diebus. Abſit, quos iam ſciuit, vt ait, à domino illuſtri ſua paſſione meruiſſe coronas. Vnde ſuper Ioannē Hom. 83. AVGVSTI. Hoc beati martyres ardenti dilectione fecerūt, quorum ſi nō inaniter memorias celebramus, atque in cōuiuio, quo & ipſi ſaturati ſunt, ad mēſam dñi accedimus, oportet vt quēadmodum ipſi, nos talia præparemus. Ideò quippe ad ipſam mēſam non ſic eos commemoramus, quēadmodum alios, qui in pace requieſcunt, vt etiam ꝓ eis oremus, ſed magis vt ipſi pro nobis, vt eorū veſtigiis adhæreamus: qa impleuerūt ipſi charitatē, qua dñs dixit eſſe nō poſſe maiorē. Hæc ille. AVT. Dixit ecce ꝙ ſic cōmemoramus ſanctos ad mēſam dñi, non ſicut cæteros qeſcētes vt oremus pro eis, ſed magis, vt ipſi orēt ꝓ nobis. Et ſignat cauſam, qa impleuerūt charitatē, quā alij cū precibus maiorare nō poſſunt. Vnde & Apoſtolus, vbi horū. ſ. peccatorū remiſſio nō oblatio ꝓ peccato, ſed oblatio ibi laudis & gratiarū actio perfecta eſt eorū charitas. Idcirco iniuriā facit, qui illā ꝑcibus ſuis maiorare pertētat. Nō ſolū hoc verū de martyribus, ſed de ſingulis ſanctis, q plenitudine meritorū cælos petūt in gratia ſaluatoris. Sicut de ſācto Simeone, de Anna ꝓphetiſſa, & Baptiſta, & eiꝰ parētibus, & cęteris veteris legis, pro qbus nec ipſe Chriſtus orare voluit, cū pro diſcipulis exorauit. Vbi ſuper Ioānē Hom. 109. AVG. Nō ergo pro eis tūc Saluator orauit, quādo ꝓ eis orauit, qui cū illo tūc erant. Sequitur. Omitto dicere de Simeone ſene, qui in infantulū credidit, de Anna prophetiſſa, de Zacharia & Eliſabeth, qui eū prophetauerūt antequā de virgine naſceretur, de filio eorū Ioāne pręcurſore eius amico ſpōſi, qui eū & in ſancto ſpiritu agnouit, & abſentē prædicauit, & aliis agnoſcēdū, cū præſens eſſet, oſtendit. Hos omitto, qm̄ reſpōderi pōt orandū pro talibus mortuis nō fuiſſe, qui cū magnis ſuis meritis hinc abierāt, & recepti quieſcebant. Hoc enim & de antiqs viris ſimiliter reſpōdetur. Hæc ille. AVT. Si ꝓ illis

istis sanctis mortuis nec ipse Saluator orauit, qui necdum erãt carceribus liberi, quantò magis nec pro his, qui iam in cæli culmine rutilãt coronati? Magis ad eorum gloriam debemus ipsorum exitus, quos natales dicimus, celebrare festiuè, quia in his pleni doni spiritus sancti, meritorumque suorum sarcina leui regem suũ repetunt laureandi. Hic dies est eis vltimus meriti, & primus gloriæ. Hoc die primo dicitur, q̃ plen⁹ dierũ excesit. Ideoq; hos dies natalitios celebramus ad sanctos de more ecclesiæ. Vnde li. de institutis clericorum cap. 72. RABANVS. Dicuntur † quidẽ sanctorum festiuitates natalitia, & meritò: quoniã. n. cõsuetè dicitur nasci, cùm quis de vtero matris procedẽs, hanc in lucem ingreditur: ita certissimè potest natus dici, qui solutus à vinculis carnis, ad lucẽ sublimatur æternam. Et inde mos obtinuit ecclesiasticus, vt dies beatorũ martyrum siue cõfessorũ Christi, quibus de seculo transierũt, natales vocitemus, eorũq; solennia nõ funebria, sed natalitia dicuntur. Hæc ille. AVTH. Semper dies sanctorũ, & natalitia replicantur: sed illi dies, quibus indubiè domino militarũt, non vitio, sed ab illo purgati pleni spiritus sancti erant. Dies enim, quo nascitur sanctus in hunc mundũ, dies hominis est, sed quo ad cælũ nascitur, dies sancti est. De primo die, q̃ primus erat ad gemitũ, primus erat ad peccatũ, quãtũ gaudiũ! Nunquid de illo ait Iob, pereat dies, in qua natus sum? Dies illa vertatur in tenebras, nõ requirat eam Deus desuper, & nõ illustretur lumine. Hoc idcirco, q̃ à die natiuitatis cõrescũt nostra pericula: à die exit⁹ nostra felicitas. Vnde in epistola ad Iulianũ HIERO. Felix, & omni dignus beatitudine, quẽ senectus Christo occupat seruientẽ, quẽ extrema dies saluatori inuenerit militantẽ: qui non cõfundetur, quũ loquetur inimicis suis in porta: cui in introitu paradisi dicetur, Recepisti mala in vita tua, nũc autẽ hic lætare. Hæc ille. AVTH. Talis est extrema dies sanctorũ omnium, & ætas iã virtute prouecta: cuius festũ celebrari potest, cũ iã militat virtute, & amouetur à vitio. Sic. n. notarisolet, q̃ Abrahã celebraret cõuiuiũ die ablactationis Isaac. li. 2. super Genẽ. RABAN. Fecit Abrahã grande cõuiuium in die ablactationis eius. Meritò quæritur, cur Abrahã non in die, qua natus est filius, nec die, qua circũcisus est, sed in die, qua ablactatus est, epulũ fecerit. Sequitur tũc. ſ. debere esse magnũ gaudiũ spiritalis ætatis, quãdo hõ fuerit factus nouus spiritalis: nõ talis, qualib⁹ dicebat Apostolus. Lac vobis dedi potũ, non escam. Nõdum enim adhuc poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc. n. estis carnales. Hęc ille. AVTHOR. Nec ergo die natiuitatis Pauli festum facit ecclesia: sed die conuersionis eius, qui est ablactationis eius à traditiõe paterna festũ agit. Maximè autẽ postquàm integrã militiã expleuit sanctus de carne per martyrium, aut exitum quẽquã sanctũ fecurè festũ agitur, cuius laus amplius titubare non posset. Natiuitas hominis quãdo talis est, aut quotus quisq;? Ideo solius Ioãnis baptistæ celebratur post Saluatorẽ & matrem eius natiuitas: quia statim sanctificatus, & spiritu sancto repletus domino suo, absorpto Adæ vitio, militare tutus incœpit. Vnde tertia parte sermonũ, sermo. 105. AVGV. Occurrit quæstio non prætermittẽda, quare natalẽ, quo est ex vtero Ioãnes ortus, potiùs celebremus, quàm cuiuscũq; Apostoli, aut martyris, vel ꝑphetæ, vel patriarchę: si interrogemur, quid respõdebimus? Quantũ mearũ virium mediocritati occurrit, hęc causa est: discipuli domini nati, & per ætatis accessum ad annos capaciores ꝑducti, in discipulatũ assumpti sunt: illorũ postea fides domino adhæsit, sed nullius eorũ natiuitas Christo militauit. Recordemur & ꝑphetas, recolamus patriarchas. Nati sunt homines ætatis accessu, impleti spiritu sancto, prophetauerũt Christũ, nati sunt, vt postea ꝑphetarent. Ioãnis autẽ dominũ Christũ ipsa natiuitas ꝑphetauit, quem cõceptum ex vtero salutauit. Hęc ille. AVTHOR. Ratio tota celebrãdi dies festos sanctorũ nobis occurrit: quia enim natiuitas præcursoris Christo dño militauit præ aliis, etiã præ aliis celebratur. Et quia dies passiõis eius Christo militauit cũ aliis, celebratur cũ aliis: vterq; dies natalitius, vterq; dies sanct⁹, sed aliter. Vnde in eo loco Augustin⁹ dicit cognitũ toti mũdo, q̃ ille sit dies sancti Ioãnis sermo. 102. tertiæ partis AVG. Hodierno die beati Ioãnis Baptistæ solẽnitatem illuxisse tradit, & credit ecclesia. Oportet autẽ hoc de ipso die credere, quẽ sine varietate tot⁹ orbis agnoscit: sed quia Ioãnis esse diẽ nemo dubitat. Sequitur. Nõnulli etiã putant passionis eius diẽ hodie celebrari. Sciat priùs sanctitas vestra natiuitatis esse diẽ, nõ passionis. Hæc ille. AVTH. Passim ecce sancti patres ecclesiæ de more habẽt diẽ dicere talis sancti, q̃d ergo mordet, q̃d occasiones quærit fictitius Witcleuista? Nouit puto, nouit nihil esse periculi. Aut lex ipsa ab ore domini credis periculosè festũ tabernaculorũ dici: aut diẽ festũ encæniorũ, aut itẽ neomeniæ, & hæ res erãt insensibiles, sine vita, noua luna, templũ ipsum, & tentoria pelliũ tabernacula mortua, sed in his ipsis Dei miracula recolebãt, & dies festos ipsorũ ducebãt. Cur hęc

nō dicimus de templo ſpiritus ſancti, quod ſumus & nos? cur non de tabernaculo corporis ſancti Petri dicētis: Velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſicut dominus ſignat mihi, q̄ ſuper lunā, & ſtellas Chriſtus collocauit in cælo ſermone. 114. tertiæ partis AVGVSTIN. Attē de, inquit, Apoſtolum Paulū, quoniā & ipſius hodie dies feſtus eſt: concordem vitam ambo duxerunt, ſociū ſanguinem ambo fuderūt, cæleſtem coronam etiam ambo ſumpſerunt, diē hodiernum ambo conſecrauerunt: & in fine ſermonis. Ergo chariſſimi feſtum diem ſanctorum, qui aduerſus peccatū vſq; ad ſanguinem certauerunt, & domino ſuo donante, atq; adiuuante vicerunt, ſic celebremus, vt amemus: ſic amemus, vt imitemur, & imitati, ad eorum præmia peruenire mereamur. Amen.

¶ De celebrādo feſtiuè diem dominicum, ſine mundanis operibus, niſi propter neceſsitates imminentes leuiſsimas, non à Dei laude abſtractiuis.

CAP. CXL.

SVMMA.

1 *Dominicus dies quādo cœperit habere feſtiuitatem ſuam.*
2 *Vna, & prima ſabbati quid.*
3 *Dominicū diem quare ſanxerint apoſtoli. Et quare ſic appellatus. Et quō tali die ſtantes oramus, & ab operibus terrenis abſtinemus. &c.*
4 *Feriæ cleri, & unde dictæ.*
5 *Sabbati celebratio ſub præcepto ſignato eſt.*
6 *Actio noſtra in die dominico qualis debeat eſſe.*

QVid modò q̄rimur, quid tanto ſudore vibram⁹ gladiū ſpiritus, quod eſt verbū Dei, in hoſtes ſanctorū pro eorū feſtis tuēdis: & qui feſtos domini, & omniū ſanctorū euertūt ſurda aure ferūtur? Nec credere volumus, quō dixerūt in corde ſuo; conatio eorū, ſimul quieſcere facere omnes dies feſtos Dei à terra. Hoc dictauit hoſtis honorū diuinorū in hæreticis Iudæorū in principio: & adhuc nō eſt eximanita fæx eius, ſi quid dedecorare poſsit dies præclaros domini in extremo tēpore ſeneſcētis eccleſię. Dixit ille cliētelus Witcleff Guillelmus albus: cōfeſſus eſt corā Guillelmo p̄ſule Norwicēſi hoc anno docuiſſe ſe plebes, q̄ dieb⁹ dominicis, & aliis feſtis indictis per eccleſiā quātūcūque ſolēnibus licitū eſt fidelibus operari, & quæcūq; opera corporalia facere, & exercere, præterquàm opera ſeruilia, q̄ peccata, ſine vitia eſſe expoſuit. Ad partē ferūt eū dixiſſe, q̄ omnis dies eſt modò feriandus, cū ſpiritu viui mus: omnis dies eſt dominicus, omnis dies eſt dies Paſchæ, aut Pētecoſtes, qualiter angeli cæleſtes omnē diē æquè cōcelebrant. Fucū autē faciūt. Reuera ſolēnitates tēporum à Saluatore, & Apoſtolis, & demū ab eccleſiæ patribus traditas euertere moliūtur, & nihil chriſtianū præter inane nomen relinquere Chriſtianis. Nam ſuis magiſtris miſerrimis relinquūt poſt obitū excellētes memorias: qđ ab ātiquis hæreticis cōperit practicatū. Prout exponit Oſeam in cōmentario li. 2. in hoc textu: Dies regis noſtri cœperūt HIERO. Infelices populi, q̄ à rege diabolo, & ab eius p̄cipibus ſeducūtur, ſiue qui ab hæreſeos p̄cipe, & ab eius ducib⁹ ſolēnitates alias ſuſceperūt, relinquētes eccleſiā, & veritatē fidei cōculcantes: ſolēt clamare, & dicere: hæc eſt dies noſtri regis: verbi gratia Valētini, Marcionis, Arij, atq; Eunomij: quod audiētes, qui eis præpoſiti ſunt, nō inebriātur vino, ne leue putetur eſſe peccatum, ſed inſaniunt ex vino: de quo Moyſes, fel draconū vinum eorū. Hæc ille. AVTHOR. Verum dicit iſte ſanctus pater, q̄ hæretici ſolennitates alias ſuſceperūt, relinquentes eccleſiam. Nā dies ſolēnes agere in q̄te naturalis lex obligat, & eſt morale: idcirco pagani, & gentes qui ignorant legem, in hoc, quāuis ambiguè, legē obſeruāt: obſeruāt & hęretici, ſed feſta ſua, & docēdis ac cōmoda. Eccleſia ea ipſa cuſtodit, quæ Chriſt⁹ dominus dedicarit, & Apoſtoli obſeruabant, qualis eſt dies dominica, dies in numero dierū octaua, quę quàm citò celebrari cœpit, ipſa origo eius, quam à Chriſti reſurrectione traxit, inſinuat. Vnde lib. 2. ad inquiſitiones Ianuarij

1 AVG. Dies † dominicus non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo cœpit habere feſtiuitatē ſuam. Hęc ille. AVTHOR. Ex illo dicit, quaſi continuè poſt hunc. Vnde ad Titum ſcribens epiſtolam Paulus ſabbati abolitionem inter præcepta legalia ab olim factam eſſe commemorat: velut in cōmentario Titi ſuper hunc textum: Quī vniuerſas domos ſubuertunt HIERONYMVS. Hi ſunt & de circūciſione Iudæi, qui tunc temporis naſcentem Chriſti eccleſiam ſubuertere nitebantur, & introducere præcepta legalia, de quibus ad Romanos & Galatas plenius Paulus exequitur. Sequitur tales homines doctor eccleſiæ, cui animæ populorum creditæ ſunt, ſcripturarum debet ratione ſuperare, & ſilentium illis teſtimoniorum pondere imponere: qui non vnam, aut paucas domos, ſed vniuerſas

Digitized by Google

sas cum domibus & familiis subuertunt, docentes de ciborum differentiis: de sabbati iam olim aboliti otio, de circũcisionis iniuria. Hæc ille. AVTHOR. Quia ergo inter legalia tunc sublata sabbati custodia fuit vnum, planũ est tunc intrasse dominicam loco eius: sicut bapti
inicus sma statim loco circuncisionis. Adhuc enim superstes erat sanctus Ioannes, qui diceret: & fui in spiritu in die dominica. Apo. 1. cũ de dominica die nullam prorsus ante Christi resurrectionem mentio haberetur, sed statim post missionem spiritus sancti lege noua fulgente in humano cultu sublatum est sabbatũ, & dies dominicæ resurrectionis claresceba domini-. ca. 4. sententiarum de sabbato DAMASCE. Cùm venerit quod perfectũ est, quod ex parte est, euacuabitur: & velamine legis. i. velo per saluatoris crucifixionẽ scisso, & spiritu igneis linguis fulgente, litera euacuata est, corporalia quieuerũt, & seruitutis lex completa est, & libertatis lex nobis donata est: festũ & celebramus perfectũ humanæ naturæ requiẽ: aio vtiq; resurrectiõis diẽ, in qua nos dominus Iesus Christus vitæ princeps, & saluator, in promissam his, qui spiritualiter Deũ colũt, introduxit hæreditatẽ, in quã ipse præcursor noster intrauit, cũ resurgens à mortuis, & apertis ei cælestibus portis, in dextra patris corporaliter sedit. Hæc ille. AVTHOR. Resurrectionis ergo diẽ statim ab ipsa resurrectiõe celebrabãt Christiani, requietionis Iudæi: sed & dominicã nostrã Paulus pro festiuitate nostra cõmemorat obseruatam per omnes ecclesias Corinthiorũ, & Galatarũ. 1. ad Corinth. vlti. dicens. Nã de collectis, quæ fiunt in sanctis, sicut ordinaui ecclesiæ Galatiæ, ita & vos facite per vnam sabbati:
2 vbi in expositione AMBRO. Vna † sabbati,
bbati dominica dies est: sicut in euangelio dicũt dominũ vna sabbati resurrexisse. Hæc ille. AVT. Et annotationum lib. HIERO. Vna sabbati,
ucus dominica dies est, sicut in euãgelio dicitur dominus vna sabbati resurrexisse. Hæc ille. AVTHOR. Hic igitur dies dominicus festiuus tẽpore sancti Pauli habebatur p̃ aliis, quo plebs ad ecclesiam dimissis operibus seculi pacificè cõueniret. Vnde in expositione prædicti textus REMIGIVS. Vnam sabbati appellat diẽ dominicam, quę apud Iudæos vna sabbati, vel vna sabbatorũ, vel prima sabbati vocabatur: q̃ nunc ob reuerentiã dominicę resurrectiõis dominicus dies appellatur: in quo p̃cepit omnẽ plebẽ cõuenire ad ecclesiam, & cõgregare eos, prout valuerint ad opus illorũ, qui erãt Hierosolymis. Hæc ille. AVTH. Et suprà idem REMIGIVS. Præcipiebant Apostoli, vt diebus dominicis in vnum confluentes, vnusquisque, quod sibi videretur, daret ad opus illorum, & colligebantur sumptus per singulas ecclesias. Hæc ille. AVTHOR. Quãuis igitur omni die colẽdus est Deus, & omnis dies sanctus sit, nõ tamen omnis dies sub præcepto cadit: vt opera seruilia, quæ sunt negotiosa, & pœnalia dimittantur, & solis intendatur Dei laudibus, & obsequiis pietatis, velut est dies dominicus. Ipso die iusserunt Apostoli (ait Remigius) plebes ad ecclesiam conuenire, tacentes de cæteris, si solennitates non essent. Vnde lib. 1. de of
3 ficiis cap. 24. HIERON. Dominicum † diem Apostoli ideo religiosa solennitate sanxerũt, quia in eodem redemptor noster à mortuis resurrexit: quiq; ideo dominicus appellatur, vt in eo à terrenis operibus, vel mundi illecebris abstinẽtes, tantùm diuinis cultibus seruiamus: dantes scilicet huic diei honorem, & reuerentiam, propter reuerentiam resurrectionis nostræ, quam habemus in illa. Nam sicut dominus Iesus Christus, & saluator noster tertia die resurrexit à mortuis: ita & nos resurrecturos in nouissimo seculo speramus. Vnde etiam eo die stantes oramus, quod est signum futuræ re *Stantes ora* surrectiõis. Hoc agit vniuersa ecclesia, quæ pe *mus domini* regrinatione mortalitatis inuẽta est, expectãs *co die.* in fine seculi, quod in domini nostri Iesu Christi corpore præmonstratum est: qui est primo genitus resurgentium à mortuis. Hæc ille. AVTHOR. Iam videant Witcleuistæ, qua confusione digni sint, qui sic institutionẽ apostoli cam de die dominico confundere satagunt, vt præ cæteris diebus nihil habeat sanctitatis, vel abstinentiæ ab operibus, & libertate vacandi diuinis rebus in ecclesia extra domos. Hoc die iusserunt Apostoli cunctos extra domos suas in cõmunem ecclesiã cõuenire: hoc die à terrenis operibus abstinere, hoc die solis Dei laudibus vacare, & pietatis operibus, dicit Isidorus. Hoc monstret Guillelmus, aut quilibet Witcleuista omni die præceptum, nisi tantùm clericis, pro quibus item feriæ sunt omnes dictæ. Vnde lib. de tẽporibus quatuor ca. 8. BEDA.
4 Ferias † verò habere clerum primus papa Syl *Feriæ cleri.* uester edocuit: cui soli Deo vacanti, nunquã militiam, vel negotiationẽ liceat exercere mũdanam. Dicente psalmographo. Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Itemq; Apostolus. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. Et primam quidem diem, qua & lux in principio facta est, & Christi est resurrectio celebrata, dominicam nuncupauit. *Dominicus* Quod illi nomen iam olim primis ecclesiæ tẽ- *dies.* poribus fuisse inditũ testatur Ioannes, qui di-

cit in Apoc. Fui in ſpiritu in die dominico. Deinde ſecundā feriā, tertiā feriam, quartā feriā, quintā feriā, ſextā feriā de ſuo ingenio ānectēs ſabbatū ex veteri ſcriptura retinuit, nil veritus grāmaticorū ferulas, qui ſicut Calēd. nonas, & idus, ita etiā ferias proferendas plurali tantùm numero eſſe decernūt. Hęc ille. AVT. Clericis ergo ſunt omnes dies feriæ. i. feſtiuæ, & ad fandū Deo diuinū officiū ordinatæ, vel quia fando Deus eas inſtituit. Vnde li. interpretatiōis triformis HIERO. Feriæ autē à fando dictæ, eo ꝙ in creatione mūdi per ſingulos dies dixit Deus fiat. Feriati dies, feſtiui, in quibus diuina res fit, ſiue celebratur. Hęc ille. AVT. Sūt ergo omnes dies clericis feſtiui, & feriati, qualiter ſunt dominici, quibus diuina res fit, & celebratur: in hoc tamē quorundam eſt oppoſita lis, & bicornuta diſſenſio. Tenent enim quidam dominico die omnia ab omni opere debere vacare, etiā humanis & quotidianis vſib⁹ opportuna. Tenent Witcleuiſtæ hæretici à nullo opere tunc ceſſandum aliâs licito. Vterq; horū peccat circa ſuum extremū: quia cùm eccleſia Chriſti nō ſe tenet ad medium: & domini prȩceptum de ſabbato obſeruādo dum minus bene intelligunt, hi nimis increaſſant, hi macerāt. Putāt forſan ambo dominicum noſtrum hoc eſſe, quod ſabbatum, quanuis in alium diem iā translatum. Et ideo Witcleuiſtæ reputant, ꝙ ſancti doctores dicūt de obſeruando ſabbato de dominicis obſeruandis, ꝙ ſcilicet ſit tātùm ſpiritualiter feſtiuandus dominicus dies: quia ſicut dicit AVGV. Hom. 3. ſuper Ioānē de ſabbato. Dies. 7. eſt tantùm à ſeruilibus operibus, quæ ſunt vitia, dedicandus. Re enim vera ſabbatum ipſum ceſſauit, & ſucceſsit dominicus, non in illius diei ſeptimi obſeruantiā, ſicut ſuccedit hæres terræ in locum patris, ſed ſicut nouā lux vmbræ ſuccedit, & res vera, figuræ. Vnde † inter præcepta hoc ſolùm eſt figuratum mandatum: ſicut habet lib. 2. ad inquiſitiones Ianuarij AVG. Cætera præcepta propriè ſicut prȩcepta ſunt, ſine vlla figurata obſeruamus ſignificatione. Nam idola non colere manifeſtè dicimus. Et non accipere in vanum nomen domini Dei noſtri: & honorare patrē & matrē: & non mœchari. Sequitur. Obſeruare tamē diē ſabbatū non iubemur ad literam ſecundū otiū ab opere corporali, ſicut obſeruant Iudæi. Hęc Augu. AVTH. Non ad literam, hoc eſt, quod exprimit litera, dicens Exod. 20. Septimo die ſabbatū domini Dei tui eſt: nō facies omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & iumentū tuum, & aduena, qui eſt intra portas tuas. Hoc ecce opus non eſt niſi figuratè ꝓhibitū, ſcilicet vt in figura quietis ſempiternæ quieſcerēt: & iterum vt curis operum dimiſsis, Deo attēderēt, & vacarēt. Nō ita præcipitur ſabbatū ſanctifices, & opus nō facias: ac ſi dicerem tibi, ego dono nucem comedere, tamen vt teſtam obſerues: & ſi teſtam integram ſerues, ſatisfeciſſe credas, cū velim vt nucleum ipſe māduces, quem ſine abiectione teſtę non attingeres: ita niſi opera dimittas, nō mente vacas. Fructus ergo moralis huius præcepti eſt mentis attētio. Vnde in titulum pſalmi. 91. HIERONYMVS. Quicunque in ſabbato eſt, & in requie domini, opus ſeruile facere non debet, hoc eſt, quod ad mundum iſtum pertinet. Vultis ſcire quoniam in ſabbato operantur ſacerdotes in templo domini? non licet in ſabbato cuiquam ligna cædere: deniq; non licet ignem ſuccēdere, non licet etiā aliud quicquam operis facere. Videtis autem quoniā omnia hæc, q̄ in mūdo alicui facere non licet, in ſabbato ſolis ſacerdotibus licet? Nā & ligna cę dūt, & ignē ſupponūt, & alia faciūt miniſteria, & hoſtias immolant. Hoc totū quare dixi? Vt oſtendā ſcriptum eſſe in lege debere nos ceſſare etiā in die ſabbati ab operibus mundi, & ea facere, quæ ad Deum pertinent. Pſalmus igitur cantici eſt in die ſabbati, quando nō operemur mundo, & operemur Deo. Hæc ille. AVTHOR. Hìc diligenter attendendum igitur, quòd opera non ſimpliciter prohibentur, & operari Deo directè præcipitur, & ſic hìc vltima eſt translata in dominicā ſecundū ſeipſam ſine ipſa operum dimiſsione per figuram, niſi quātum res ipſa, ne periclitaretur, requirit. Nemo enim carne viuens vacat intentè Dei laudibus, & ſimul diſtracturis ſe miſcet operibus, ſicut ſunt magna fora, domorū ædificia, agrorū ſationes, cauſarum ventilationes. Et hæc ipſa, quæ neceſſaria item eſſent dominicis ipſis diebus, ſicut ſunt eſcarum præparatio, aut defenſio ciuitatis paucis item dimittēda ſunt, vt multi vacent. Hæc res eſt noſtræ dominicæ iam expreſſa, quam intendens legislator iuſsit, ne opus facerent, ſcilicet vt diebus aliis vacarent. Sed quia Iudæi rudes erant, & diuinis non dediti, magis erant ab operibus coërcendi, vt ſpiritualibus indulgerent. Qualiter modicum eruditus in obſcura luce lunæ librum aſpiciēs neceſſe eſt vt literis attendat, etiam vt minus legat, quàm ille diſertus in legendo librum aſpiciēs in luce ſolis. Iudęi igitur noui coloni feſta celebrant, quaſi in luce Lunæ. A luna ſignum diei feſti dicit ſapiens. In nullo ergo à Dei cultu ſinendi erant abſcedere. Chriſtiani autem in plena luce ſolis dominico ipſo die, qui

Feriæ unde dictæ.

Sabbati celebratio ſub præcepto figurato eſt.

&

& solis Deum excolunt: vnde & si non tantũ sunt ad vacandum Deo ab operibus mundi coërciti vt Iudæi, cultum tamen eius implent in spiritu. Qualiter citharœdus perfectus temperatè colloquens, aut ab arte diuertẽs, in nullo tamen dum citharam tangit, declinat à recto: vbi imperitus, vel modicò distractus, totus oberret. Tantum ergo operum humanorum est necesse dimittere in obseruatione dominicæ, quantum de natura sua à diuinis laudibus intentissimè persequendis impedit christianũ: cuius actio est omni die cum opere: ipso autẽ dominico sine opere retrahente cohærere diuinis: vt lib. 2. ad inquisitiões Ianuarij AVGVSTI. Stantes, inquit, oramus, quod est signum resurrectionis: vnde etiam diebus omnibus dominicis ad altare obseruatur, & halleluia cantatur, quod significat actionem nostram non esse nisi laudare Deum. Sicut scriptum est: Beati, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabũt te. AVTHOR. Actio
6 nem † ecce nostram in dominica non esse nisi laudare Deũ: & hoc directè intellige, & quãtum potest sine turbante negotio humana fragilitas, vt quem cæteris diebus in laboribus, & sudoribus nostris laudare satagimus, iam laboribus parcamus extraneis, vt interius feruea-mus. Quod cùm omnes non possumus, saltem plenè poterimus, paucis ad necessaria, & quotidiana, & leuissima ipsa dimissis: nec tunc omnes simul ipsi vacent in nobis: prout lib. 13. registri epistola prima definit GREGO. Peruenit ad me quosdam peruersi spiritus homines praua inter vos aliqua & sanctæ fidei aduersa seminasse, vt in die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, quàm Antichristi prædicatores dixerim, qui veniens diẽ sabbatum, aut dominicũ, faciat ab omni opere custodiri? Quia enim mori se, & resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem, & quia iudaizare populum compellit, vt exteriorem ritũ legis reuocet, & sibi Iudæorum perfidiam subdat, coli vult sabbatũ. Hoc enim, quod per Prophetam dicitur: Ne inferatis onera per portas vestras in die sabbati: tandiu teneri potuit, quãdiu legem licuit iuxta literam custodiri. At postquàm omnipotentis gratia domini nostri Iesu Christi apparuit, præcepta legis, quæ per figuram dicta sunt iuxta literam teneri nõ possunt. Et infrà. Aliud quoq; ad me perlatum est à peruersis hominibus esse prædicatũ, vt dominica die nullus debeat lauari. Et quidẽ si p luxu animi, atq; voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquò quo libet die concedimus: si autem pro necessitate corporis, hoc neq; die dominico prohibem⁹. Scriptum enim est: nemo carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eã. Et rursum scriptũ est: Carnis curã ne feceritis in concupiscentiis. Qui ergo carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profectò in necessitatibus concedit. Nã si die dominico corpus lauare peccatũ est, lauari ergo eodẽ die nec faciespotest. Si autem hoc in corporis parte conceditur: cur hoc exigente necessitate toti corpori negetur? Dominico verò die à labore terreno cessandum est, atq; omnimodè orationibus insistendũ: vt quicquid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis dominicæ precibus expietur: hæc charissimi filij certa cõstantia, & recta prædicti fide custodite: stultorũ hominũ verba despicite. Hæc ille. AVTHOR. Hæc dicens Gregorius, eos arguit Witcleuistas, qui omne opus licitè fieri prædicãt, dũ de suo genere nõ fit seruile peccato. Eos itẽ reprehẽdit, qui leuia opera, & ipsa necessaria nõ permittũt. Contra hos adducit corporis lotionẽ licitã: & per hãc necessaria corpori nostro, quæ tũc sine molestia differri non possent, concedit. Contra primos autem dicit, quòd dominico die à labore terreno cessandum est, & omnimodè orationibus insistendum: quod dum fortibus laboribus militamus, nõ possumus, donec mortale hoc immortalitatem induerit, & corruptibile corpus nostrum spirituale fiat, vt simus tunc sicut angeli Dei, qui quantiscunque ministeriis exterius versus terras aut homines incumbant, nihilominus pleno intuitu diuinis rebus synceriss imè semper vacant, quod & nos quando illis iungemur, tunc primitùs faciemus. Vnde libro vltimo de ciuitate Dei ad finem. AVGVSTINVS. Hæc septima ætas erit sabbatum nostrum: cuius finis non erit vespera, sed dies dominicus, velut octauus æternus, qui resurrectione Christi sacratus est: æternam non solùm spiritus, verùm & corporis requiem præfigurans. Ibi vacabimus, & videbimus, & amabimus, & laudabimus. Ecce quod erit sine fine. Hæc ille. AVTHOR. Et Homilia. 23. Super librum Numerorum ORIGENES. Verum sabbatum, in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis, seculum est futurum, cùm aufugiet dolor tristitiæ, & gemitus, & erit Deus omnia in omnibus. In quo sabbato concedat etiam nobis Deus diem festum agere secum, & sanctis suis angelis, & festa celebrare, offerentes sacrificium laudis, & reddentes altissimo vota nostra, quæ distinxerunt labia nostra. Tunc fortasse & sacrificium nostrum

indeſinens. Tunc enim meliùs, & indeſinenter aſsiſtere anima poterit Deo, & offerre ſacrificium laudis per pontificem magnum, qui eſt ſacerdos inæternum. AVTHOR. Dum verò in hoc ſeculo ſumus, quanuis abſtrahamus nos ab operibus mundi, adhuc propter curas, & onera carnis, perfectum non celebramus feſtum domino: ſed partitum, vt ibi concludit in fine Homiliæ ORIGENES. Sicut enim dicit apoſtolus. Ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus, ita conſequens eſt, vt ex parte diem feſtum agamus. Vt autem ſcias hæc ita eſſe, redeamus ad ipſius Pauli ſermonem, quem in diebus feſtis, & neomeniis poſuit: & videte quomodo obſeruat: dicit enim. Nemo ergo vos iudicet aut in potu, aut in parte diei feſti. Attende ergo diligentiùs, quomodo non dicit, in die feſto, ſed, in parte diei feſti. Ex parte enim, & non ex integro diem feſtum in hoc mundo poſiti celebramus: interpellamur etiã ſi nolumus ab onere carnis, pulſamur concupiſcentiis eius, curiſque, & ſollicitudinibus turbamur. Neque enim quid perfectum mundus iſte capere poteſt. Ibi, vt diximus, neceſsitas corporis, nũc cibum, nunc potum, nunc ſomnum ſuggerit, nunc etiam quantancunque neceſſariam vitæ præſentis ſollicitudinem mouet, quæ omnia interrumpunt ſine dubio continuationem feſtiuitatis diei. Hæc ille. AVTHOR. Nunquid adtantum ſpiritualis factus eſt noſter Witcleuiſta Guillelmus, vt plena, & attentiſsima mente diuinis rebus potuerit intereſſe vltra curſum mũdi, inter media opera huius mundi, & quaſi extra carnẽ eſſet corpus corruptibile animam eius non aggrauet: nec terrena cogitatio animum eius deprimat plurima cogitantem, vt ipſe ſapiens plenus ſpiritu quærebatur? Sed ita fuerit, falsò carnem propriam accuſauerit, dicens tantam eſſe tyrannidẽ eius, vt ipſis amplexib⁹ fœmineis abſtinere nõ poſſet.

¶ Ad antiquam hæreticorum argutiam, de obſeruatione dierũ, & temporum: & quòd celebrantur feſta inducta à Chriſto, & apoſtolis, & eorum vicariis, vt Paſcha, Pentecoſte, cœna domini, cum confectione chriſmatis.

CAP. CXLI.

SVMMA.

1 *Paſchæ, & Pentecoſtes feſta quomodo ab apoſtolis inſtituta dum uiuerent, & ſicut inſtituerãt, dedicata.*
2 *Cœnæ domini feſtum Apoſtoli tempore celebratum.*
3 *Cœnæ domini myſteria recenſentur.*
4 *Chriſmatis cõſecratio quare fiat in die cœnæ domini.*
5 *Tempora quæ obſeruanda.*

REdit adhuc contra feſtos dies vetus argutia, vt non ſolennitatem paſchæ agamus, & Pentecoſtes, ne increpationem illam ſubeamus apoſtoli, qua Galatas arguit, dicens: dies obſeruatis, & mẽſes, & tempora, & annos? timeo vos: ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. ad Galat. 4. Breuiter antiquæ huic calumniæ antiqua veritas ſatisfacit, quam in eundem locum ſcribit ſecundo libro commentarij beatus HIERONYMVS. Dicat aliquis, ſi dies obſeruare non licet, & menſes, & tempora, & annos: nos quoque ſimile crimen incurrimus forſan quartam ſabbati obſeruãtes, & paraſceuen, & diem dominicum, & ieiunium quadrageſimale, & paſchæ feſtiuitatem, & Pẽtecoſtes lætitiam, & pro varietate regionum diuerſa in honore martyrum tempora cõſtituta. Ad qđ qui ſimpliciter reſpondebit, dicet, non eoſdem obſeruationis iudaicæ dies eſſe, quos noſtros. Non enim nos azymorum paſcha celebramus, ſed reſurrectionis, & crucis. Nec ſeptem iuxta morem Iſraël numeramus hebdomadas in Pẽtecoſte, ſed ſpiritus ſcilicet veneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidem numeret in Chriſto: propterea dies conſtituti ſunt, vt in vnum omnes pariter veniremus: non quò celebrior ſit dies illa, qua conuenimus, ſed quò quacunque die conueniendum ſit, ex cõſpectu mutuo maior lætitia oriatur. Hæc ille. AVTHOR. Idẽ tempus, eſt idẽ annus, dies eadem Iudæorum interdum & noſtrum: ſed feſtum non idem, quia non celebratur

Digitized by Google

tur oꝑ idem: & dies in natura diei non est cele brior, quia tũc esset varia dies singulorum variatis cõceptibus: dies illi semper ęquales sunt, & omni die memoria beneficiorum Dei volẽ ti recolere, potest esse æqualis: sed communis in ecclesia dies celebris est ex concursu lætan tiũ. Vnde prosequitur ibi HIERONY. Qui oppositæ quæstioni acutius respondere cona tur, illud affirmat, omnes dies ęquales esse: nec in Parasceue tãtum Christum crucifigi, & die dominica resurgere, sed semper sanctæ resurrectionis esse diem, & semper eum carne vesci Dominica: ieiunia autem, & congregationes inter dies propter eos à viris prudentibus con stituta, qui magis seculo vacant, quàm Deo, nec possunt, imo nolunt toto in ecclesia vitæ suæ tempore congregari, & ante humanos actus domino orationum suarum offerre sacri ficium. Quotus enim quisq; est, qui saltẽ hæc pauca, quæ statuta sunt, vel orandi tempora, vel ieiunandi semper exerceat? Hæc ille. AVTHOR. Ob causam ergo tardorum fidelium raro signati sunt dies, quibus in communi lau dare Deum conueniant, aliter fides eorum teperet in Christo, cum communicatione plurium omnis proficit disciplina. Ex hoc ergo videre poterunt Witcleuistæ, ꝙ maiori parti hominum necessaria est hæc attenta solennitas, vt vacetur Deo tunc festiuius, quãdo ad laudandũ dominũ fit concursus. Nã quotiens quisq;, ait Hieronymus, ante humanos actus iugiter Deũ orat, aut orandi tempora statuta, quanuis rara, conseruat? sed quãuis sic faceret, tamen occursus infirmorũ est ipsi necessarius ad corroborãdã fidem suã auditu legis, & hortatu mutuo, & ad consolandum affectum gaudio plurium indistincto. Propter hoc ipsa dimittenda sunt opera seculi, vt Deo seruiatur attentius: & propter hæc à viris prudentibus ijs, qui semper vacare non possunt, aut nolũt, instituta sunt tempora: nõ dicit ab apostolis, ne surriperet potestatem illam ipsorum sequacibus. Qualiter cõtemptores diuinorum Witcleuistæ decipiunt, dicentes, Quid nobis cum his hominum institutis? quasi Deus nunq; cõcurrat suis officijs, & si faciat, contemptibile erit opus Dei, quod fecit ipse per hominem. Et sic contemnunt decalogum mandatorum quasi humanitùs institutũ per manus Moysi, qui ea descripsit in tabulis, quas dolauit. Et reijcienda sunt omnia vocabula bestiarum, quæ indidit eis Adã: & nomen fœminæ, quod ipse statuebat humanitùs, tamẽ nõ sine grandi mysterio, ne contemptui haberetur, quicquid homo disponeret: ipse Deus ea homini appellan da commisit, & vt ditioni, & institutioni eius subderetur, adduxit. Et in proposito Mardochæus, & Hester celebrem instituerunt per omnẽ Israël sortiũ diem. Ita vt nulli liceat hos duos dies absq; solẽnitate trãsigere, quos nulla vnq; delebat obliuio: nec vlla ciuitas, in qua dies Phurim, id est, sortiũ, non obseruẽtur à Iudæis, & ab eorũ progenie, quæ his cæremonijs obligata est. Hester. 9. Qui ergo sunt præsules in ecclesia Christi, qui hanc potestatem statuẽ di nõ habeant, & qui sunt Iudęis duriores, qui non obtemperent sic iubentibus, nisi prouisi pœnis impij Witcleuistæ, qui nõ sapiunt cibũ ecclesię: sed cum illis dicunt, qui abierũt retrò, dicentes, Quis potest audire eũ? Vnde Homilia. 7. super Leuitic. ORIGENES. Iesus, quia totus ex toto mundus: & tota eius caro cibus est, & totus eius sanguis potus est: quia omne opus eius sanctum est, & omnis sermo eius verus est. Secundo in loco post illius carnẽ, mũdus cibus est Petrus, & Paulus, omnesq; apostoli. Tertio loco eorum discipuli: & sic vnusquisq; pro quantitate meritorum, vel sensuũ puritate proximo suo mũdus efficitur cibus. Hæc qui audire nescit, detorqueat fortasis, & auertat auditum secũdùm illos, qui dicebant: quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? quis potest eum audire? Et discesserunt ab eo. Sed vos si filij estis ecclesiæ, si euangelicis imbuti mysterijs, si verbum caro factũ habitat in vobis, agnoscite, quæ dicimus, quia dñi sunt, ne fortè qui ignorat, ignoretur. Hæc ille. AVTH. Hoc ergo vult, vt cibum doctrinæ, quem præcepit nobis Christus, sine scrupulo comedamus, quia mundus est omnis sermo eius. Et hìc accipiendus igitur in primo gradu authoritatis. In secundo gradu sermo apostolicus. In tertio gradu verbum cohæredum apostolici culminis. Et si sitis, inquit, filij ecclesiæ, hoc facite, & agnoscite, quæ dicimus. Et si in scripturis sanctis non commemoretur hæc eius præceptio vniuersalis ecclesiæ, cõsuetudo non parua censetur authoritas, vt habet Augustinus pro precibus mortuorũ, libro de cura pro mortuis agenda, in principio. Accipiẽdi sunt dies apostolicæ institutionis, & tũc non reijciendi, quos sanxerunt sequaces eorum, sed tertio gradu authoritatis colendi. Sic ergo dominicos dies sanxerunt apostoli, loco ergo suo colamus eos. Ipsi quoq; Pentecostes festum colendum instituerũt, prout Actuum 20. Festinabat Paulus, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Hierosolymis. Super quem locum libro retractationũ in actus BEDA. In græco scriptum est, diem Penteco

ſtes, id eſt, quinquageſimæ. Nota ergo, & Paſchæ tempus, & Pentecoſtes ipſis etiam apoſtolorum temporibus eſſe celebratum: ſed vtrum in Iudæos æmulatores legis ad diem, quo immolatus eſt agnus in Ægypto, & quo lex data eſt in monte Sinai: an verò ad diem dominicæ reſurrectionis, & aduentus Spiritusſancti celebrata ſint, dicant, qui nouerint. Conſtat tamē apoſtolum Petrum Romæ die dominica reſurrectionis Chriſti Paſcha celebraſſe. Conſtat hoc Euangeliſtam Marcum ab eo miſſum in Ægyptum docuiſſe. Hæc ille. AVTHOR. Ergo † ab apoſtolis, dum vixerunt, hæc inſtituta ſunt feſta, & ſicut inſtituerant, dedicata: quanuis ipſa feſta, quæ commemorantur in Actibus, excepto primo Pentecoſtes, quod in aduentu Spiritusſancti tenebant apoſtoli, quod verè erat noſtrum, an noſtra eſſent, multi ignorant. Cœna † autem domini tempore apoſtoli ſingulis annis celebrabatur à populo, velut ipſa, quam. 1. ad Corint. 11. recolebat apoſtolus, arguens eos, quòd nō in cœnam dominicam, ſed magis, vt res ipſa pandebat, vt ſuam cœnam comederent, conuenerunt. In cuius loci expoſitione REMIGIVS. Cœna dominica dicta eſt, eo q̄ ipſo die Saluator cum Apoſtolis cœnauerit, complens veteris teſtamenti Paſcha: & myſterium corporis, & ſanguinis tradens apoſtolis. Corinthij, qui & Achaici, vel Achæi, venientes ad fidem Chriſtī per prædicationem apoſtoli Pauli, à quo inter cætera, quæ dominus fecit, acceperunt etiam ſacramētum dominicæ cœnæ ſingulis annis, quinta feria ante diem Paſchæ: conueniebant omnes ad eccleſiam, nobiles quoq;, & potentes, atq; diuites iubebant deferri, aut etiam deferebāt ſinguli panem, & vinum, & dabant ſacerdoti, vnde conſecraret corpus, & ſanguinem domini. Hæc ille. AVTHOR. Audite, quòd ab apoſtolo Paulo inter cætera, quæ dominus fecit, acceperunt Achaici pro ſacramento cœnæ dominicæ ſingulis annis ad eccleſiam conuenire. Et lotionem quidē pedum, quam dñs eo die diſcipulis cōmendauit, nec omittunt eccleſiæ, ſed in lotionem altarium, & pauimentorum extendunt. Vnde lib. 1. de officijs, ca. 28. de cœna domini ISIDORVS. Eo † etiam die Saluator ſurgens à cœna, pedes diſcipulorum lauit, propter humilitatis formam commendandam: ad quam docendam venerat, ſicut & ipſe docebat, potiſſimùm vt facto doceret: quod etiam obſeruare diſcipulos præmonet: & hinc eſt, quòd eodem die altaria, templiq; parietes, & pauimenta lauantur, vaſaq; purificantur, quæ ſunt domino conſecrata. AVTHOR. Eo etiam die chriſma ſanctum cōficimus, quo dominus Ieſus caput, & pedes à beata Maria Magdalena lauari voluit, & inungi: biduò ſcilicet ante Paſcha, prout Euangelium Matthæi loquitur, Et erat Paſcha & azyma poſt biduum. Sic enim intelligere videtur hunc locum ibi ISIDORVS. Qua † die etiam proinde ſanctū chriſma conficitur, quia ante biduum Paſchæ Maria ad caput domini vnguenta perfudiſſe perhibetur: vnde & dominꝰ diſcipulis ſuis dicit, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur. Hæc ille. AVTHOR. Per hæc poteſt præditus pietate iudicare de cæteris, quia celebritas Dominicæ, & feſtorum eſt à fidelibus frequentanda: nec per hoc notantur ab apoſtolo, q̄ dies obſeruant, & tempora. Et lib. 2. ad inquiſitiones Ianuarij AVGVSTINVS. Non † itaq; dies obſeruemus, & annos, & menſes, & tempora, ne audiamus ab apoſtolo. Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laboraue rim in vobis. Eos enim culpat, qui dicunt, Nō proficiſcar, quia poſtridie Idus eſt: aut quia luna ſic fertur. Vel proficiſcar, vt proſpera cedant: quia ita ſe habet poſitio ſyderum. Non agam hoc mēſe commercium, vel agam, quia cepit menſem, quia illa ſtella mihi agit menſem. Non plantem hoc anno vineam, quia biſſextus eſt. Nec autem quiſquam ſapiens arbitratur obſeruatores temporum reprehendendos, qui dicunt, Non proficiſcar hodie, quia tē peſtas eſt exorta. Aut nō nauigem, quia ſunt hibernæ reliquiæ. Aut tempus obſeruandum eſt, quòd imbribus Autumnalibus terra ſatiata eſt, vel ſi qui fortè alij naturales effectus circa motum aēris, & humoris ad varianda temporum qualitates, ſyderum ordinatiſſima conuerſione notati ſunt: de quibus dictū eſt cùm conderentur, Et ſint in ſignis, & temporibus, & annis, & in diebus. Sequitur. Nec quiſquam noſtrum attendit, quòd eo tempore, quo Paſcha celebramus, ſol in Ariete eſt: ſic enim illi appellant quēdam ſyderum locum, vbi Vere menſe nouorum ſol inuenitur: ſed ſiue illi arietem, ſiue aliud aliquid eandem partē cæli vocare voluerint, nos de ſcripturis ſanctis hoc dicamus, quòd omnia ſydera Deus cōdidit, & locis cæleſtibus, quibus voluit, ordinauit. Quę ſtellis diſtincta, & ordinata in quaſlibet partes diuidant, quibuſlibet vocabulis vocent, vbicunq; ſol eſſet menſe nouorū, illic eum reperiet hæc celebratio, propter ſimilitudines ſacramenti renouandæ vitæ. Hæc ille. AVTHOR. Obſeruent ergo pij filij eccleſiæ dies, & annos, menſes, & ſtatuta, ac ſancta tē-

Chriſma conſecratū.

Tempora quæ obſeruanda.

Cœnæ dominī myſteria.

pora

pora cum apostolo, non obseruent contra apostolum ad superstitionem sectandam, & vana fatalia, deuia à fide Saluatoris.

¶Qualiter obseruandi sunt dies festi domini, & sanctorum cum plenis cœtibus populorum in ecclesia, in historijs, lectionibus, Psalmis, Hymnis, & canticis, eo quòd cælestes sancti pro nobis orãt, & festis nostris congaudẽt.

CAP. CXLII.

SVMMA.

1 *Dies festi domini & sanctorum q̃ sint fideliter obseruandi, quid moneat.*
2 *Origenes quid pro custodia diei festi, quod Witcleuistæ contemnunt, notanter dicat.*
3 *Augustinus lætatur pro festiuitate diei apostolorũ Petri, & Pauli: tristatur tamen aliquantum pro pauca populi congregatione.*
4 *Festa sanctorum quomodo celebrari solita lætis canticis, & melodicis artibus.*
5 *Bardesani Armenij hæretici impietas notatur, & Effrem pietas, circa cantilenas in laudem triumphatorum martyrum compositas.*
6 *Martyrum historiæ q̃ sint solenniter legendæ, & sermones solennes ad populum.*
7 *Christus quomodo festa nostra celebrat, Angeli quoq;, & spiritus cælestes, q̃ dies festos agant pro nobis, intercedant &c.*
8 *Sancti uarij, q̃ uaria conferant.*
9 *Apostoli, Martyres, & ipse dominus noster Christus, & angeli eius, quomodo nobis festa sua celebrem, & quasi bestiæ immolatitiæ fiant pro nobis.*

1 QVòd† ergo obseruandi sunt fideliter dies sancti, quid aliud monet, q̃ vt sequamur normam ecclesiæ? prout exprimit eam Homil. 23. super librum Numerorum ORIGENES. Quæ est festiuitas Sabbati, nisi illa, de qua apostol⁹ scribit, Relinquetur ergo sabbatismus, hoc est, Sabbati obseruatio populo Dei? Relinquentes ergo Iudaicas Sabbati obseruationes, qualis esse debeat Christiano Sabbati obseruatio, videamus. Die Sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus secularibus operibus, & nihil mundanum geras, sed spiritualibus operibus vaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis, & tractatibus aurem præbeas, & de cælestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, venturum iudicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia, & visibilia, sed ad futura: hæc obseruatio Sabbati Christiano est: sed & hæc Iudæi obseruare
2 deberent. Hæc ille. AVTHOR. Valde† notanter inculcat hic plura pater Origenes, pro custodia diei festi, quæ Witcleuistæ contemnunt, quòd nihil gerant homines operis secularis, sed vacent spiritualibus: quòd ad ecclesiam etiam materialem conueniant, sicut Saluator per dies festos ad materiale tẽplũ ascẽdit. Vbi etiam ecclesia spiritualis congregatio fidelis populi conuenire solet in vnum. Sic item apostoli post Ascensionem Christi de cœnaculo, vbi ad priuatas preces, & legis tractatus manebant, tamen diebus festis in tẽplum ascenderant ad horam orationis nonã, vt ibi diuinis lectionibus, & sacris tractatibus aures præbeant, de solis cælestibus cogitando. Vnde tertia parte sermonũ sermone. 116. AVGVSTINVS. Petri, & Pauli apostolorũ dies, in quo triumphalem coronã deuicto diabolo meruerunt, quantùm fides Romana testatur, hodiernus est: quibus festiuitas solennis exhibetur, solennis etiam sermo reddatur. Laudes audiant à nobis, preces effundant pro nobis: sicut traditione patrum cognitum memoria retinetur. Hæc ille. AVTHOR. Audiant Witcleuistæ diem Apostolorum Petri, & Pauli, quibus solennis festiuitas exhibetur, solennis quoque sermo, & de concurrenti frequentia plebis laudes, quas ipsi apostoli audiant intra cælos. Et sermone ibi sequente de
3 eisdem AVGVSTINVS. Debuimus† quidem tantorum martyrum diem, hoc est, Petri, & Pauli maiore frequentia celebrare. Si enim frequentissimè celebramus annuè natalitia agnorum, quantò magis debemus arietũ? Et infrà. Literæ eorum populis recitantur, & quibus populis, quantisq; primùm attendite. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Et nos probamus, q̃ ad nos verba ista venerunt, & Britannos de somno excitauerunt, & ad sanitatem fidei ab infideli insania cõuerterunt. Hæc loquor charissimi, lætus quidem hodierno die pro tanta festiuitate: sed aliquantum tristis, quia non video tantũ populũ congregatũ, quantus cõgregari debuit in natali apostolorũ. Si lateret vos nobis

nobis imputaretur. Si autem neminem latet, quæ eſt iſta tanta pigritia? Non amatis Petrũ, & Paulum? Ego in vobis, illis loquor, qui hîc non ſunt. Nam vobis ago gratias, quia vel vos veniſtis. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiant fideles, ſed inter omnes Anglici, quos in honorem gentis Auguſtinus extollit, & ad gloriam apoſtolicæ feſtiuitatis gaudenter dicit eos ſuſcepiſſe verba illa apoſtolorum, & eorum ſonitu excitatos à ſomno, & non hoc dicit, quia tunc primò Britanni auſcultarent apoſtolos, ſed quia remota gens eſt, & per hoc verũ eſſe probat, q̃ in fines orbis terræ verba ſonuerint apoſtolica, cùm peruenerint ad Anglos. Diu em̃ præceſsit Eleutherius Auguſtinum, à cui⁹ officio Chriſtiani ſunt ab infidelitate affecti. A quo itẽ ad eccleſias ſunt cõuocati, & feſta celebritare didicerant. Et cùm ſanctũ Auguſtinũ querelari conſpiciunt, ſibi conſulunt de pigritia populi non occurrentis eccleſiæ in tãta feſtiuitate ſanctorũ: & tamen gratias agit venientibus. Notetur item, quòd tẽporibus Auguſtini mos erat, vt nunc eſt, quòd paſtores in eccleſijs monerent fideles de celebrandis feſtis de proximo. Propter hoc, ait, de natali apoſtolorum ſi lateret vos, nobis imputaretur. In
4 †his ergo feſtis læta cantica celebrabãt, & melodicis artibus eccleſiæ reſonabant. Vnde lib. 8. hiſtoriæ tripartitæ cap. 6. CASSIODORVS. Hoc tempore fuit Effrẽ in Ediſſa, in Alexandria verò Didymus. Effrem lingua Syracuſus ſpiritualis gratiæ radios emittebat, qui licèt neſciret doctrinam Græcam, multos Græcorum eruditoſq; redarguit, & totius hæreticæ prauitatis infirmitatem nudauit. Et quo-
5 niam †tunc Armenius Bardeſanus quædã cantica componens, & impietatem melodicæ ſuauitati permiſcens, illiciebat audientes, & capiebat in peſte. Iſte ſumens inde concentus, pietatem cantilenæ permiſcuit; & audientibus ſuaue nimis, & vtile medicamen appoſuit: quę cantica triumphatorum martyrum feſtiuitates hactenus efficiunt clariores. Hæc ille. AVTHOR. Cantica ſancta ecce feſta ſanctorum martyrum hactenus decorarunt contra impietatem toxici Bardeſani hæretici. Quomodo item non contra impietatem Witcleuiſticam, quæ cum eis, & vetuſtis hæreticis fremit contra fideles ſanctorum feſta cum gaudio ce-
6 lebrantes? Inter †cæteros autem tractatus ſanctos eius hiſtoriæ martyrum ſolenniter ſunt legẽdę, & ſermones ſolẽnes ad populũ. Vñ ſermone. 40. tertiæ partis, de ſanctis Perpetua, & Felicitate. AVGVSTINVS. Exhortationes earũ in diuinis reuelationibus, triũphoſq; paſsionum cùm legerentur audiuimus, eaq́ue omnia verborum digeſta, & illuſtrata luminibus aure percepimus, mente ſpectauimus, religione honorauimus, charitate laudauimus. Debetur tamen etiam à nobis tam deuotè celebrari ſermo ſolennis: quem ſi meritis earum imparem profero, impigrum tamen officium gaudio tantæ feſtiuitatis exhibeo. AVTH. Et verſus finem ibi AVGVST. Fructus laboris illorũ etiã nos ſumus. Miramur eos, mirãtur & ipſi nos: gratulamur eis, precantur pro nobis. Illi corpora ſua tanquam veſtimenta proſtrauerunt, cùm pullus dominum portans in Hieruſalem duceretur. Nos ſaltem velut ramos de arboribus cædentes, de ſcripturis ſanctis hymnos, laudeſq́; deſcripſimus. Hæc ille. AVTHOR. Commune gaudium exiſtimat, quòd in ſanctorum feſtis de ſcripturis ſanctis hymnos laudeſq́; deſcripſimus. Et hoc ſentire arbitror, cùm ad Imperatorẽ Theodoſium pro incenſa ſynagoga dicat AMBROSIVS. De ipſis comperi relatum, & præceptum (ſcilicet Valentinianis hæreticis) vt in monachos vindicaretur, qui prohibentibus iter Valentinianis, quo pſalmos canentes ex conſuetudine, vſuq́; veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, moti inſolentia, incẽderunt phanum eorum &c. Hæc ille. AVTH. Vſum veterem notat Ambroſius, ex quo ſolebant illi monachi pſalmos ſolenniter canere ad ſolennia Machabæorũ martyrum, de quo item hiſtorica lectio eccleſiæ non vacabat, ſermone de eis. 118. tertiæ partis AVGVST. Feſtũ diem nobis ſolennem gloria martyrũ Machabæorum fecit, quorum mirabiles paſsiones cùm legerentur, nõ ſolùm audiuimus, ſed quodammodo etiam vidimus. Hæc ille. AVTHOR. Nec tantùm, quamuis multò potiùs in ſcripturis ſanctis habent ſuas hiſtorias, ſed & extra ſcripturas illas ſanctorum martyrum paſsiones, prout ſancta eccleſia eas recipit, in feſtis lectas audiuimus, vt de ſancto Vincentio, ſermone. 36. tertiæ partis AVGVST. Magnum, & multùm mirandum ſpectaculum animus noſter recipit, nec in amiſsionem, & perniciem, ſicut in theatris quarũcunq; nugarum, ſed planè vtiliſsimam, & fructuoſiſsimã voluptatem oculis interioribus hauſimus, cũ beati Vincentij paſsio glorioſa legeretur. Et infrà. In domino laudemus hanc animam, vt audiant, & iocundentur mites. Quantas voces audient, quas reddiderit, quæ tormenta deuicerit, decurſa declarauit lectio, & nobis tanq̃ in conſpectu, quæ geſta ſunt, poſuit. Hæc ille.
7 AVTHOR. Colligantur iſta, quæ tulimus de the-

Digitized by Google

de thesauro sanctorũ, vt contra fremitus Wicleuistarum pateat pijs viris, qualiter festa celebrent ipsis martyribus, aut sanctorum omnium capiti domino, in excelsis, in ecclesijs ipsis, faciendo pios conuentus, audiendis psalmis, scripturis, tractatibus patrum, sanctisque sermonibus, & sanctorum historijs cum attentissima mente, & affectu deuotissimo aures indulgere patentes, obstrusasq; præbere eas verbis mundanis: & in his totos expendere dies lætos cum omni melodia, & spiritualibus canticis. Qui contra ista dicit, Arianus est, aut Barbesanus, aut Vigilantianus, aut, ne transeatur hostis sanctorum, est Witcleuista Lollardus. In Christo, dico, fidelis non est, quia cum fidelissimo Augustino sanctorum festis gaudenter nõ occurrit: vt dicat velut super illum versum Psal. 118. Multi persequentes me, & tribulantes me. AVGVSTINVS. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrum: floret cælum coronis martyrum: ornatæ sunt ecclesiæ memorijs martyrum. Vnde hoc? nisi quia impletum est, quod dictum est, Multi persequentes me, & tribulantes me, quia à testimonijs tuis non declinaui. Hæc ille. AVTHOR. Quantum gaudium Augustini de memorijs martyrum, de temporibus martyrum, de natalibus martyrum? Nec mirum, vt gaudeamus cum gaudẽtibus de festis nostris, & in aliquo respondeamus pro nobis orantibus. Pulcherũ & iustũ est, vt ecclesia militans secundùm præstitam facultatem vices compẽset, & grates re
7 pendat triumphanti. Christus † festa nostra celebrat, angeli quoq;, & spiritus cælestes dies festos agunt pro nobis, & intercedendo, aut gratias agendo Deo, varias se faciunt hostias coram Deo immolandas pro nobis. Quid mirũ, si nos eis festa perficimus? Vñ Homil. 24. libri Nume. ORIGENES. Figuraliter potest videri, q̃ alius pro festiuitate nouorũ, alius pro festiuitate tabernaculorũ quasi hircus, aut vitulus, aut aries offeratur ad recõciliandum hominibus Deũ: donec eũ sunt peccata, necesse est requiri & hostias pro peccatis. Sequitur. Et q̃m peccati ipsius diuersæ & variæ qualitates fuerũt, diuersorũ animalium mãdantur hostiæ procul dubio, quæ cõuenirẽt varietatibus peccatorũ. Sic ergo efficitur alius quidem sanctorũ, siue angelorũ, siue hominũ vitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis: alius aũt aries in alia festiuitate, quorũ intercessione fiat purificatio pro peccatis. Hæc ille. AVTH. Hæc ecce fuit fides antiqua ecclesiæ nõ ducentorũ annorum post Christũ, quã tam cõfidenter explanat presbyter Origenes, q̃ scilicet in vnaquaq; festiuitate Christi angelorũ, aut sanctorũ hominũ ipsi pro nobis intercedẽdo fiunt nobis certa morborũ auxilia,
8 & remedia peccatorũ. Vñ † bene agũt fideles, qui obnixè orãt sanctũ Stephanũ, maximè in festiuitate eius pro charitate habenda ad æmulos, Petrũ pro fide, Paulũ pro notitia certa legis, beatã virginẽ pro constantia in omni virtute, Ioannẽ Euãgelistam pro corporis castitate. Morborũ item curã bene petũt sanctos, secũdùm q̃ eorũ virtutib⁹, ac gestis cõgruit passionũ. Pro dolore capitis, Ioannẽ Baptistam, dentiũ vel gingiuarũ, beatã Apolloniã: pro fugandis dæmonibus, archãgelum Michaelem. Nõ dubiũ, inquit Origenes, diuersorũ animalium fiũt hostiæ cõuenienter varietatibus peccatorũ, vt si cõtra petulantiã carnis orem beatam virginẽ, ipsa pro me fit hircus: quasi dicẽs, Vnigenite fili, cuius amore ab omni fœditate carnis intemerata permãsi, huic supplici meo de meritis castitatis meæ rorem tuæ refocillationis contra carnis æstũ infunde. Si persecutionis ardore cõsumor, beatus Athanasius mihi fit aries. Si humilitatem deprecer, mitis Andreas fit mihi ouis. Si febris pestis, aut hulceris sanitatem, beatus Petrus vmbrã, Paulus semicinctia, Laurentius offert Christo craticulam. Et adhuc in cælis æstuat Paulus pristina charitate pro nobis. Et quærit, Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Nec Paulus solus, sed & martyres, & virgines, & caput martyrum Christus adhuc, sicut olim in omni festiuitate sua ipse pro nobis fit agnus. Sic vt idem paulò ante cecinit ORIGENES. Vide ergo, ne fortè sicut dominus Saluator noster, qui sicut agnus ad occisionẽ ductus, & in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem vniuerso præstitit mundo: ita fortasis & ceterorum sanctorum, ac iustorum sanguis, qui effusus est, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinẽ Zachariæ, qui interfectus est inter ædem & altare, alterius, sicut hirci, aut capræ, aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum. AVTHOR. Notetur, quod dicit, Christum quasi agnum ad occisionem ductũ, & in sacrificium altaris oblatum in remissionem peccatorum. Non dicit figuram Christi, vel Christum figuraliter in altari oblatum, sicut ad occisionem ductum, sed quasi agnum dixit, non quia per essentiam agnum, nec aliquos sanctos per essentiam hircos, vel capras, quod cõsequenter infert ORIGENES. Neq; enim hoc animalia per speciem, sed per figurã referri ad illam, vel illam personam putanda sunt. Nam & ipse dominus Iesus Christus nõ

Sancti variè uaria cõsẽserunt.

idcò

ideò agnus dicitur, quaſi qui mutatus ſit, & cõuerſus in ſpeciem agni, dicitur tamen agnus, quia voluntas, & bonitas eius, quia Deum propitiauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit, talis exiſtit humano generi, quaſi agni hoſtia immaculata, & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur. Sic ergo fortaſsis & ſi quem angelorum cæleſtiumq; virtutum, aut ſi quis iuſtorum hominum, vel etiã ſanctorum prophetarũ, atq; apoſtolorum, qui enixiùs interueniat pro peccatis hominũ, hic pro repropitiatione diuina velut aries, vel vitulus, aut hircus oblatus, eſſe ſacrificiũ ob purificationem pŏpulo impetrandam accipi poteſt. An non videtur vt aries, aut hircus holocauſtũ ſe obtuliſſe Paulus pro populo Iſraël, cùm dicebat, Optabam autem ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis ſecũdùm carnem? Sequitur. Audi & in alijs dicentem, Iam enim immolor, & tempus reſolutio-
9 nis meæ inſtat. Hæc ille. AVTHOR. Videſ qualiter apoſtoli, qualiter martyres, & ipſe dominus noſter Chriſtus, & angeli eius nobis feſta ſua concelebrant, quaſi beſtiæ immolatitię fiunt ad placandum nobis Deum, & propitiãdum pro noſtris delictis. Non ergo ſine cauſa feſta peragimus, qñ ita gloria ſanctorum, ſi ritè celebremus, ſi animo imitemur, intẽdimus. Vnde in ſermone de excidio vrbis Romę AVGVST. Dico charitati veſtræ fratres, martyres certè ſanctos laudamus, glorificamus, admiramur, dies eorum pia ſolennitate celebramus. Merita eorũ veneramur, & ſi poſſumus, imitamur. Profectò magna eſt martyrum gloria. Hæc ille. AVTHOR. Ecce dicit Auguſtinus, profectò magnam eſſe martyrum gloriã, ſi imitemur martyres, eorum natalitia celebrãdo. Communi ergo gloriæ omnium ſanctorum, & noſtræ, inuident Witcleuiſtæ, qui dies feſtos nobis conantur adimere. Ipſi dies, vt patet ex prædictis, nobis repropitiant Deum: angelorum & ſanctorum nobis interceſsionem iugem procurant, gloriam eorum augent, & tandem in nobiſipſis fidem Chriſti corroborant, virtutes ſanctorum imitando multiplicant, & charitatem noſtram mutuo refricant, & fœcundant aſpectu. Vnde lib. 1. de officijs, ca. 35. ISIDORVS. Omnes autem feſtiuitates pro varietate regionũ, diuerſaq; in honore martyrũ tempora ideò à prudentiſsimis inſtituta ſunt, ne fortè rara congregatio populi fidem minueret in Chriſto. Propterea ergo dies aliqui conſtituti ſunt, vt in vnũ pariter omnes cõuenirẽt, & ex cõſpectu mutuo fides creſcat, & lætitia maior oriatur. Hæc ille.

De fabricis eccleſiarum.

Titulus. XVII.

¶ Quòd hæretici ſpernunt eccleſias fabricandas Deo, & ſanctis, & conueniunt ad ſpeluncas, & ſyluas: catholici præcipuè in eccleſijs Deum orant.

CAP. CXLIII.

SVMMA.

1 *Sagarelli hæretici error, quòd eccleſia conſecrata non plus ualeat ad orandum, quàm ſtabulum porcorum, &c. Et quomodo cum eo conuenit Witcleff.*

2 *Error quorundam antiquus, q̃ non eſſet orandum niſi in eccleſia, diluitur.*

3 *Errores duo extremi contendentium in materia de locis orationum probandis, explicantur.*

4 *Witcleuiſtarum turpitudo recenſetur.*

5 *Hæretici omnes quomodo publicum fugiunt, & ſi furtim in cauernarum angulis.*

QVALITER ergo negandæ, nec ædificandæ ſunt domus eccleſiaſticæ à fidelibus populis, in quas ad adorãdum Deum conueniant: ſicut facit noſter Witcleff, ſecundo ſermone Domini in monte, ca. 6. Chriſtus, inquiens, videtur parum curare de templi ædificio ſumptuoſo: & ſic de baſilicis ab hypocritis in eccleſiam introductis, vt patet Mathæi. 24. Talia autem ſenſibilia mundo ſplendentia videntur aperire oſtium domus, & introducere in ſuum cubiculum inimicos. Ideò dixit Chriſtus, Ioan. 4. Samaritanis allegantibus, quòd Hieroſolymis eſt locus, in quo adorare oportet: venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & veritate, nam & pater tales quærit, qui adorent. Hæc Witcleff. AVTHOR. Primò videamus qualiter errat in litera, Samaritanis, inquit, allegantibus, quòd Hieroſolymis eſt locus, in quo adorare oportet. Non ita eſt, ſed quòd

Digitized by Google

quod in monte hoc. Ipsa autem mulier Samaritana hoc ait, Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis locus est, vbi adorare oportet. Iudæis ergo imputauit hoc dicere, quod Hierosolymis adorare oportet: ipsa ex parte Samaritanorum allegante adorandum in monte illo. Vbi in expositione Ioannis AVGVST. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos, & Iudæos, quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant Deum: Samaritani longè inde ita positi, non in eo adorabant Deum. Non enim cotuntur Iudæi Samaritanis, qui dicebant eis, Quomodo vos iactatis, & ideo vos nobis meliores esse perhibetis, quia templum habetis, quod nos non habemus? Nunquid patres nostri, qui Deo placuerunt, in isto templo adorauerunt? Nonne in hoc monte adorauerunt, vbi nos sumus? Melius ergo nos, inquiunt, in monte Deum rogamus, vbi patres nostri rogauerunt. Contendebant vtriq; ignari, illi pro templo, isti pro mõte inflabantur aduersus inuicem. Hæc ille. AVTH. Non ergo Samaritanis allegantibus adorationem Hierosolymis opportunam dicit ita Christus, Ioan. 4. sed fœminæ: nec hæc fœmina allegauit, sed Iudęis sic contendentibus, & templum suũ allegantibus imputauit, Vos, inquiens, dicitis. Tenuis autẽ est sophista, qui arguit Psalmistã allegare non esse Deum, quia insipientem, sic dicentem Psalmistã allegat, Dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus, &c. Sic enim loqui incipit, q̃ Christ⁹ parum videtur curare de templi ædificio sumptuoso, & sic de basilicis per hypocrisim introductis, vt patet Matth. 24. Ideo magistri eius Sagarelli hæretici hoc astruunt, vt habet libro
1 hæresum Carmelita GVIDO. Octauus† error, q̃ ecclesia consecrata non plus valet ad orãdum, quàm stabulum porcorum, & melius est orare in nemoribus, quàm in ecclesijs. AVTHOR. Ecce cõuenit cum magistris discipulus Witcleff cum Sagarellis: quia non curauit de ecclesijs Christus, Ioan. 4. Ideò non plùs ibi orandum, q̃ in stabulo porcorũ. Quæratur adhuc vbi hoc videtur Christo, Ioan. 4. quia ait in spiritu & veritate oportet adorare. Et neq; in monte hoc, neq; Hierosolymis: quasi dicerent, ideo non in ecclesia, quia in spiritu & veritate. Arguamus ergo, nec in terra, nec in aëre, quia in spiritu & veritate: nec in nemore, nec in domo, nec in loco quouis corporeo, quia in spiritu & veritate. Quòd si in materiali loco adorare oportet, quanuis Christus dicit in spiritu & veritate, quomodo hoc ipsum repugnabit ecclesiæ, q̃ non repugnat nemori?

2 Sed† error oppositus est quorundam antiquus, quòd Deus quantuncunq; breuiter nõ esset orandus alibi, quàm in ecclesia. Contra quos in sensu Dei dicit Apostolus primæ ad Timothe. 2. Volo vos orare in omni loco, leuantes manus sanctas sine ira. Super quem locum in expositione AMBROSIVS. Sanctæ enim manus sunt, quando cor mundum est: sic tamen in omni loco orandum præcipit, vt competens locus intelligatur: non vtiq; in importuno, aut sordido loco, quippe cum prohibeat dominus vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola ecclesia putaretur orandus. Hęc ille. AVTHOR. Ergo error erat in ecclesia solum orare, quem Apostolus intẽdebat obruere: ideò materialẽ locum ecclesiæ quãuis præferat, alia non suspendit. Sed nec gestum corporeum negligendũ ducit: leuantes, inquiẽs, manus sanctas, sed cõpetens locus intelligendus est, dixit Ambrosius, vt nec sic importunus, vt est forum, vt curia vulgaris, nec sordidus, velut Sagarelli dicunt stabulum porcorũ. In eundem locum Apostoli AVGVST. Volo vos orare in omni loco: si Apostolus vult, Deus vult, qui habitat in eo, quia vas electionis est illi. Ne fortè putarent aliqui non esse orandum, nisi in ecclesia, ait Apostolus, Volo vos, id est, omnes homines orare in omni loco, in agris, in syluis, in domibus, in itinere: tñ non præcipit orare in turpibus locis, in foro videlicet, aut in plateis, nisi causa itineris, vt in itinere sic positus, ne reprehendatur ille talis cum Pharisæis, quibus dominus ait, Veh vobis Pharisæi hypocritæ, qui oratis in angulis
3 platearum. Hæc ille. AVTHOR. Non† vacat mihi singula ponderare, quæ pondus habent in his dictis sanctorum: sed explico duos extremos errores contendentium in materia de locis orationum probandis: primi solam ecclesiam, oppositi omnem locum vt ecclesiam. Ecclesia Iesu Christi tenet medium, vt ecclesia præferatur: & q̃ in omni loco oportuno oretur, in domibus, in syluis, in itinere, sed magis & Deo gratius in ecclesia. Non, inquit Witcleff, curauit Christus multùm de basilicis ab hypocritis in ecclesiam introductis, vt patet Matthæi. 24. Omnia verba eius sophismatum sternuntur aculeis, sed tendamus in rem. Matthæ. 24. Prophetat Christus templi ædificium ruiturum, sed Matth. vigesimo primo prophetat parabolicè ipsum in ecclesias transferendum, vt sicut sacerdotij legis non erat ablatio, sed translatio, sic templi illius in ecclesias translatio sequeretur. Quod superiùs dixit Christus, In spiritu & veritate,

Error contrarius.

Deum

Deum adorandum, non autem ſolùm Hieroſolymis, ſed in eccleſijs Chriſtianorum, in quibus verè & ſpiritualiter addiſcunt populi adorare Deum. Lege ibi vineam, quam plantauit paterfamilias, ſcilicet populum Iſraël, & ædificauit turrim. Haud dubium, inquit Hieronymus, quin templum, de quo dicitur per Michæam, Et tu turris nebuloſa filiæ Sion, & locauit eam agricolis, ſcilicet cuſtodibus huius legis. Poſtmodùm verò occiſo filio de turris deſtructione non loquens, cùm ſtatim fuerat eccleſiarum infinitarum numero compenſanda, locat eam alijs agricolis, ſacerdotibus nouæ legis. Quomodo ergo parum curat, quã colonis nouis diligentia tanta commendat? Non malè dices, ſi ſpirituale dicas ædificium commendatum, ſed malè, ſi materiale negligẽdum dicis: de quo Dominus, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum, id eſt, Paganorum, & hæreticorũ. Sic enim figuratè dicebat apoſtolus nouis de gentilibus Chriſtianis. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. ad Epheſios. 5. Vbi in expoſitione AMBROSIVS. Deniq; Pagani in tenebris myſtica ſua celebrantes, in ſpeleis velatis oculis illuduntur. Ex his Chriſtiani facti, cognita veritate, filij lucis dicuntur, quia Deus lux eſt, cuius fidem in veritate ſuſcipiunt. Hæc ille. AVTHOR. Qualiter autem in ſpeleis talibus illudũtur perfidi, ampliùs declarat libro de quęſtionibus veteris & noui teſtamenti, cap. 114. AVGVSTINVS. Illud autem quale eſt, q̃ in ſpeleo, velatis oculis illuduntur, nec enim horreant turpiter dehoneſtari, ſi oculi illis velantur. Alij autem ſicut ales alas percutiunt, vocẽ orantis imitãtes: alteri verò leonum more fremunt. Alij autem ligatis manibus inteſtinis pullinis proijciunt ſuper foueas aqua plenas, accedente quodam cum gladio, & irrumpente inteſtina ſuprà dicta, qui ſe liberatorem appellet, ſunt & cætera inhoneſtiora. Ecce quantis modis turpiter illuduntur, qui ſe ſapientes appellant: ſed quia hoc in tenebris patiuntur, putant poſſe neſciri. Iſta enim omnia, quæ à malis, & turpibus inuenta, & ordinata ſunt in occulto, ſanctã Chriſtiana fides ꝓdidit, & detexit. Prædicatam enim fidem conſiderantes, qui audiebant, quid boni, & ſanctitatis publicè promitteretur, contulerunt ſe ad fidem, occulta illa inhoneſta, & turpia, & quomodo per ignorantiam illuſi eſſent, confitentes. Hęc ille. AVTHOR. Ecce ſpelea latronum, qui ſacra ſua furantur, vt arbitris careat occultata perfidia. Hæretici Witcleuiſtæ † domos eccleſiarum contaminant, conculcant baſilicas, dicentes Chriſtum non curaſſe de talibus. Sed vbi agunt ipſi cœtus, & quò conueniunt? nonne in domo? imò ſed non in domo patris, quia fecerunt illam ſpeleam, & ſpeluncam inſtar latronum gẽtilium, quò nocte pluſquàm die conueniunt. In angulis ciuitatum, vbi (vt ferunt, qui ab ipſorum prauitate, vt quædam fœminæ honeſtæ diffugiunt) turpis, & cæca fit ſexus commiſtio ſub extincta lucerna, & à præceptore ſuo diſcunt in tenebris & verba tenebrarum & opera. Re autem vera, ſi domos non habent accommodas, ſpelũcas quęrunt, & foueas, vt ſe verè probent Chriſto cõtrarios, qui in tenebris, aut in occulto locutus eſt nihil, ſed in templo, quò omnes conueniunt. Ita ſi eius diſcipulos ſe probarẽt, in planis eccleſijs, quò omnes conueniunt, prędicarent: & nihil in antris vulpinis, & foueis. Vñ lib. 5. ſuper Lucam, cap. 29. AMBROSIVS. Vulpes enim plenum fraudis eſt animal, foueam parans, & in fouea ſemper latêre deſiderans: ita ſunt hæretici, qui domum ſibi parare non norunt, ſed circunuentionibus alios decipere conantur. Iacob domum habitat, hæreticus in fouea eſt, vt fraudulenta vulpes, gallinæ illi euangelicæ dolum ſemper intendens: de qua ſcriptum eſt, Quotiens congregare volui filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus deſerta. Meritò foueas habent, quia domum, quam habuerant, perdiderunt. Hæc ille. AVTHOR. Domum eccleſiæ perdiderũt, & procurauerunt ſibi foueas: ideo indubiè tã in ſigno, quàm in ſignato ſpernunt eccleſias, dæmoniacum imitantes, qui nec in domo manebat, ſed in monumentis. Lucæ. 8. Ergo non relinquentur eis domus, niſi deſertæ in finibus vicorum, quaſi vetuſta horrea, quas plerunq; deprehenſi ſunt ingredi per feneſtras, vt oſtia clauſa, & aranearum telis quodam modo ſigillata, omnem ſuſpicionem illic denegarent hoſpitum. Vnde libro. 4. commentarij ſuper Hieremiam in Prologo HIERONYMVS. Rogo, quæ eſt inſania, vt præcipiente Apoſtolo parati ſimus ad ſatisfaciendum omni poſcenti nos rationem in ea, quæ de nobis eſt ſpe: & propheta clamante, Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum, & non confundebar, Iſti publicum fugiunt, & ſuſurrant in angulis perditorum, dolentq; quaſi pro ſuis, qui ſua metuunt confiteri? Hæc ille. AVTH. Ecce † non tantùm noſtri, ſed à primis vſque ad vltimos Witcleuiſtas, hæretici publicum fugiunt, & ſuſurrant in angulis cauernarum, aut in deſer

Witcleuiſtarum turpitudo.

4

5

in deſertis nemorum, extra domum ſub dio, vt certò ſigno comprehendantur eſſe pſeudo, de quibus Chriſtus nos monuit, dicens, Ecce prædixi vobis: ſi ergo dixerint vobis ecce in deſerto eſt, nolite exire, ecce in penetralibus, nolite credere. Matthæi. 24. Quid deſignat nolite exire domum aliquam? Puto certè domum eccleſiæ, in qua eſt congregatio conſuetа fidelium, nolite eam exire, quæſituri Chriſtum in deſerto ſub dio Witcleff, id eſt, aëre. Nec cum diſcipulis eius in penetralibus perditorum nolite exire: nolite credere, quia pſeudo hæc dicunt. Ecce, quòd latronum indicia, qui per euangelium non intrant per oſtium, ſed aſcendunt aliunde in ſacras eccleſias: nos hoſtiatim ingredimur, & feneſtræ noſtræ cælicis illuſtrantur ſplendoribus: quia patens eſt in eis veritas fulgens, quæ neceſſe non habet, vt angulos quærat, dicente Apoſtolo de fideli prophetias, audiente legi in eccleſia. Occulta cordis eius manifeſta fiunt, & tunc cadens in faciem adorabit dominum, pronuntians, q̃ verè Deus in nobis ſit. primæ Corinthio. 14. vbi in expoſitione AMBROSIVS. Peruidet veram eſſe, & venerandam religionem, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri, ſicut apud Paganos, quibus velantur oculi: neq; ſacra vocant proſpicientes, eo quòd varijs ſe vanitatibus cernant illudi. Omnis enim impoſtura tenebras petit, & falſa pro veris oſtendit. Ideò apud nos nihil aſtutè, nihil ſub velamine, ſed ſimpliciter vnus laudatur Deus, ex quo ſunt omnia, & vnus dominus Ieſus, per quem omnia. Hæc ille. AVTHOR. Ecce omnis impoſtura tenebras petit, & oſtendit falſa pro veris. Ideò odit lucem gentilitas, quæ cùm templa habeat, ſuperat pietate Witcleuiſtas, qui deteſtantur eccleſias, & in tenebris illuduntur. Qua ratione ſacras baſilicas ſpernunt Witcleuiſtæ: nulla dari poteſt authoritas vtriuſq; teſtamenti: deeſt eis vel negare eccleſias fidelibus, imò vel Paganis. Prout reſpõdet libro ad Deogratias presbyterum ad ſecũdam quæſtionẽ AVGVSTINVS. Qui Chriſtianas literas vtriuſq; teſtamenti ſciunt, non hoc culpant in ſacrilegis ritibus Paganorum, quòd cõſtruant templa, & inſtituant ſacerdotia, & faciant ſacrificia: ſed quòd hæc idolis, & dæmonijs exhibeant. Hæc ille. AVTHOR. Qua iam audacia poſſunt ſeducti Witcleuiſtę dicere authorem ſuum tam in vtroq; teſtamẽto Dei peritum: qui ex lege conatur eccleſiarum domos ſummouere fidelibus: cùm Auguſtinus dicat, qui Chriſtianas literas vtriuſq; teſtamenti ſciunt, non hoc in Paganis culpãt, quaſi ſenſibilibus ſe immergant, quòd templa conſtituant, ſed quòd dæmonibus ea prouideant: ſicut Witcleuiſtæ caſas ſuas falſis dogmatum idolis applicant.

¶ Quòd Deus vtiq; Chriſtus tanquam ſibi ſacratas habet baſilicas, propter quas ab innocentiæ ſtatu non receſſit.

CAP. CXLIIII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui dicit Chriſtum parum curaſſe de tẽpli ædificio ſumptuoſo, confutatur.*
2 *Templum commune patri, & filio.*
3 *Templi ædificatorem quomodo Chriſtus dilexerit.*
4 *Eccleſiæ quis honor habitus.*
5 *Philippus Euangeliſta, & quare ſic appellatus.*
6 *Operaturi quomodo eramus in paradiſo.*
7 *Homo qũo in ſtatu innocentiæ operatus fuiſſet.*
8 *Brutorum riſus, & colloquia.*
9 *Chriſtus q̃ non uitauerit domum propter receſſũ à ſtatu innocentiæ.*

CHRISTVS, inquit WITCLEFF, parum curauit de templi ædificio ſumptuoſo. Et libro de ſermone Domini in monte, cap. 27. In baſilicis materialibus non eſt affectio nimium infligenda: quia in ſtatu innocentiæ non fuiſſent. Chriſtus hîc tales ſtructuras non attendit hominum: & Chriſtus Deus noſter, propter receſſum talium à ſtatu innocentiæ ipſa humanitùs non poſſedit. Hæc Witcleff. 1 AVTHOR. Nunquid tunc innocentior fuit Chriſtus ſecundùm humanitatem, qui templum humanitùs non poſſedit, quàm eſt ſecũdùm diuinitatem, cùm ſic templum poſſedit, ipſo dicente, Nolite facere domum patris mei domũ negotiationis? Ipſe teſtatur, quòd pater domum poſſedit: Apoſtolus dixit, quòd Spiritusſanctus corporeum templum. Quid ergo iam filius Dei non erit vbi pater, & Spiritusſanctus? Nec humanitùs omnia dedit ipſi pater in manus, qui templum non dedit. Si iam dedit Chriſto templum, Chriſtus poſſedit humanitùs templum ſuum. Fatetur hoc libro de tradenda baſilica contra Auxentium AMBROSIVS. Templum etiam ſuum Chriſtus ingreditur, flagellum prendit, & eiecit de tem

Digitized by Google

plo numularios. Non patitur enim in ſuo templo pecuniæ eſſe vernaculos. Non patitur in ſuo templo eſſe eos, qui vendebant cathedras. Quæ ſunt cathedræ, niſi honores? Quæ ſunt columbæ, niſi ſimplices mente animæ, fidem candidam, & puram ſequentes? Ego ergo inducam in templum, quem Chriſtus excludit? Hæc ille. AVTHOR. Attēde, quòd dicat Ambroſius Chriſtum ingreſſum templum ſuum, & non paſſum in templo ſuo eſſe eos. Nec maior potuit eſſe innocentia Chriſti homini, quàm Chriſti Dei, vt ſic domus fugeret poſſeſſionem innocentia paradiſi, quam non fugit, ſed tanquam ſibi curandam poſſedit ſumma innocentia ſummi cęli. Quod item alibi filium audi dicentem, Quòd in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. Lucæ. 2. vbi

2 in Homilia BEDA. Diuinæ † maieſtatis indi-
Templū cō mune patri & filio. cium fuit, de qua alibi dixit, Omnia quæcunq; habet pater, mea ſunt: atq; ideò rectiſsimè templum non minùs ad ſe, quàm ad patrem pertinere teſtatur. Inuētus quippe in templo, dixit, Quia in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe: quia nimirum quorum vna eſt maieſtas, & gloria, vna ſedes, & domus eſt. Non enim ſolum materialem Dei domum, quæ ad adorandum eum corporaliter fieri ſolet, ſed etiam intellectualem, quæ ad laudādum eum in æternum conſtituitur, æquè patri, & filio conſtat eſſe communem. Hæc ille. AVTH. Exponit Beda diuinæ indicium maieſtatis inſinuaſſe Chriſtum, cùm diceret, In his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. In his, non negotijs actuum tantùm, ſed in his locis, & domibus conſecratis mihi vtiq; ſimul vt patri: quia ſicut nec maieſtate diſiunguntur, ita nec domus primæ, vel ſecundæ, iuxta Aggæum, ſpiritualis, ac corporalis gloria ſeparantur. Templum, inquit, non minus ad ſe, quàm ad patrē pertinere teſtatur: quia quorum vna eſt maieſtas, vna fides, & domus eſt. Et nunquid iam ſtructuras hominum non attendit? Nunquid ita? & filius eius? Si non attendat Deus baſilicas, & ſtructuras, cur tanta cura arcam ſibi iuſſerat fabricari, propitiatorium, & menſam, & candelabrum cum haſtilibus ſphęrulis, & cuncta vaſa ſanctuarij, & altare thymiamatis cum labio, & baſibus: & veſtes ſanctas in miniſterio Aaron, & filiorū eius? Impleuit Beſeleel, & Ooliab ſpiritu ſuo ad iſta facienda, prout ipſe deſcripſerat Exod. 31. Cùm item propter manſionem eiuſdem arcæ in domo Obededō benedixit ei dominus. 2. Regum. 6. Et no permiſit Dauid dilectum ſuum fabricare ſibi domum, in qua quieſceret arca: ſicut nec aliquos ante eum: quia omnes viri erant ſanguinum: ſed ſeipſum dixit ambulaſſe in taberna culo, & tentorio per cuncta loca, per quæ trāſiuit & arca. 2. Regum ſeptimo. vbi in lib. quæſtionum HIERONYMVS. Hæc loca, per quæ ſe tranſiſſe dominus dixit, intelligenda ſunt Sylo, & Galgala, & Nobe, & cætera loca, vbi tabernaculum, & arca domini collocata fuit. Et infrà. Idcirco à nullo iudicum ſibi ædificari domū iuſsit cedrinam, quia ab omnibus contra hoſtes pugnatum fuit, & omnes effuſores ſanguinum fuerunt: filius autem tuus, cui non inſtabunt bella hoſtium, & qui non erit vir ſanguinum, ipſe ædificabit mihi domū. Hæc ille. AVTHOR. Ad quid omnis iſta ſolertia hominum, & Dei cura prætendit, ſi humanas fabricas non attendit Deus, nec quod ſignant? Legamus Euangelium Lucæ, vbi Centurionis cuiuſdam ſeruus legitur moriturus, qui miſit ſeniores quoſdam Iudæorum, dicentes ad Ieſum, Hic diligit gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificauit nobis: quo audito, Ieſus ibat cum illis. Lucæ. 7. Vbi

Templi ædificatorie dixit Chriſtus Synagogā.

3 libro commentarij, cap. 13. BEDA. Quia † ædificatam ſibi à Centurione narrant Synagogam, euidenter oſtendunt, quòd ſicut nos eccleſiam, illi etiam Synagogam, non conuentum ſolummodò fidelium, ſed & locum, quò conueniebant, ſint appellari ſoliti. Hæc ille. AVTHOR. Sic ergo materialem domū Synagogæ, quò Iudæi ad ſua feſta conuenerant, intantum attendebat Ieſus fabricaſſe Centurionem, vt ipſa ſibi expoſita compenſaret, & redderet vices, maturauit acceſſum. Quod itē non difficile intellexerit ſonare literam Lucæ hoſtis fidei. Prout libro. 33. contra Fauſtum Auguſtinus eum aſſumit. FAVSTVS. Quoniamquidem Ieſum volunt eſſe planè Iudæū, perſuadere ingreſsi ſunt ei, dicentes dignum, cui pręſtaret, quoniam quidem diligeret gentem ſuam, & Synagogam ipſe ædificaſſet ſibi: tanquam & hoc ad Dei filium pertineret, ſi ædificationem Synagogæ ſuæ Iudæi à Centurione Pagano meruerint. Hæc ille. AVTH. Ecce, quod dixi, & aduerſati hæretici negare non poſſunt, Lucam hiſtoriam retuliſſe, vt ad ipſum Chriſtum, velut Dei filium pertineret videretur fabrica Synagogæ: procedamus

4 vlteriùs, vt videre poſsimus, qua † reuerentia volebant Apoſtoli habitam eſſe domum eccleſiæ. primæ enim ad Corinthi. vndecimo. Obiurgauit Apoſtolus Paulus carnales Chriſtianos, quòd confunderent eccleſiam Dei cœnis, & conuiuijs temulentis, quęrens ſi domus proprias nō haberēt, quas potiùs ita fœdarēt,

Eccleſiæ honor habitus.

eccleſiam

ecclesiam vocans; sicut Beda iam dixit, non congregationem fidelium, sed locum aut domum, quò fideles conuenerant. Vbi in expositione AMBROSIVS. Nunquid domos non habetis ad edendum, & bibendum? An ecclesiam Dei contemnitis, & cõfunditis eos, qui non habent? Hos notat, qui sic in ecclesiam conueniebant, vt munera sua offerentes aduenientibus presbyteris, quia adhuc rectores ecclesijs non omnibus locis fuerant constituti, totum sibi, qui obtulerat, vendicaret schismatis causa. Hæc ille. AVTHOR. Videant Witcleuistæ apostolica institutione inter primæuos fideles soli presbytero ordinato in loco licere offerre, & posse conficere corpus Christi: quia de tanto populo nullus legitur suum munus offerre, & potuisse conficere, sed vnus omnium hostias, & hoc in ecclesia solus presbyter cùm veniret: de quorum item conuẽtibus in ecclesiam dixit ibi REMIGIVS. Soliti erant cõuenire eodem die ad ecclesiam omnes diuites, potentes, & nobiles, & præparare sibi in ecclesia, & in foribus, atque atrijs illius epulas, & conuiuia. Hæc ille. AVTHOR. Videri ergo potest ecclesias locales Apostolos fabricasse fidelibus, & item eis supposuisse presbyteros, velut in regione Lycaoniæ constituebant illis per singulas ecclesias presbyteros. Actuũ. 14. Tunc autem, & deinceps credendum est ex domibus diuitum ecclesias fuisse domino consecratas, velut ex domo Cornelij, & Philippi Euangelistæ commemorat HIERONYMVS in Epitaphio sanctæ Paulæ. Et assumit in libro retractationum hoc loco Actuum BEDA. Et intrantes domum Philippi † Euangelistæ, qui erat de septem, mansimus apud eum. Ob promptum prædicationis officium, Euangelista propriè meruit appellari, quanuis hoc omnes agerent, cuius domus, & filiarum eius longo deinceps tempore in eadem ciuitate manebat. Deniq; huius & Hieronymus meminit in historia sanctæ Paulæ, cùm eam Cæsaream venisse describeret: In qua, inquit, Cornelij domum Christi vidit ecclesiam, & Philippi ædiculas, & cubiculum quatuor virginum prophetissarum. Hæc ille. AVTHOR. Ex his patet, quòd non neglexit Deus Dei filius, aut eius apostoli fabricas ecclesiarum, ad quas fideles populi ad orandum eum confluunt: & videte fucum Witcleff, quo deuotos studet ab earum constructione depellere. Christus, inquit, ea humanitùs non possedit propter recessum taliũ à statu innocentiæ. Quid ergo non benedixit ficui, sed maledixit, recedens in hoc à statu innocentiæ? Cur voluit suscitare mortuos, curare leprosos, ægros sanare, cæcis visum, claudis gressum restituere? Cur Euangelium voluit prædicare, Pharisæos gregatim confundere? Postremò cur voluit de templo eijcere, item esurire, sitire, alapis cædi, crucifigi, & ad inferna descendere, & resurgere die tertia? quę omnia cum multis alijs statui innocentiæ plus repugnabant, quàm ecclesiam possidere. Et adhuc dicas, si inhabitauit domum illã corpoream, de qua dixit quærenti discipulo, Rabbi vbi habitas? veni, inquit, & vide. Cur item templi fabricam inhabitare contemneret propriam, qui casam non despexerat alienam? Vult Witcleff in hoc roborare, quod scripsit in libello suo de statu innocentiæ, cap. 4. quòd artes liberales, & mechanicæ non fuissent in statu innocentiæ. Quantum, inquit, ad artes mechanicas patet, quòd cùm omnes fiant finaliter ad tegumenta, esculenta, vel ornamenta corporis releuandi, & homo nullo istorum in statu innocentiæ eguisset, non se circa illa curiosè, vel sollicitè occupasset. Sequitur. Quid quæso proficerent agriculturæ, aut conditionaria, vel istis ministrantia, si præsto fuerint fructus paradisi singulis, quibus omnes cõmuniter vescerẽtur? Hæc Witcleff. AVTH. Hac ratione iam contra domorum sanctarum structuras determinat Christum hominem nullatenus possedisse, ne de tanto recederet à statu innocentiæ. Dicamus ipsi in primis, quid ergo posuit Deus hominem in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum? Quid dicat operaretur, si non coleret, aut custodiret? Non, inquis: quia non eguit, vbi singula præsto essent. Respondet huic rationi, libro suo de paradiso, post principium AMBROSIVS. Hæc † duo conueniunt, opera in agro, custodia domus: & quanuis paradisus operibus ruralibus nõ eguerit, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus erat: ideò legitimam etiam in paradiso speciem suscepit laboris, vt nos ad operationem, & custodiam debiti officij, & hæreditariæ successionis munus astringeret. Hæc dub ergo à te exiguntur, siue moraliter, siue spiritualiter. Quod etiam te Psalmus propheticus docet, quia scriptum est, Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat, qui custodit eam. Vides illos laborare, qui in operis sunt, ædificationisque processu: istum verò vigilare, qui iam habet custodiam operis. Hæc ille. AVTH. Sustinet ergo Ambrosius opus rurale primi

5 ppus listæ.

6 Operaturi eramus in paradiso.

hominis in paradiſo, & cuſtodiam domus, & operis: reſponditque ad argutiam Witcleff, quòd quanuis in loco vberi non eguit operari propter victum, ſpeciem tamen legitimi operis ſuſcepit, vt nos ad eandem operationem, & cuſtodiam poſteritatis munus aſtringeret. Et notanter ad propoſitum in principio iſta diſtinxit, opus in agro, & cuſtodiam propter domum, & concludit in fine. Hæc duo ergo exiguntur à te, ſiue moraliter, ſiue ſpiritualiter. Non exiſtimo ergo ſapuiſſe Witcleff, quid ſcripſit, quando arguit tales artes fieri propter tegumenta, vel eſculenta, ideò nec agriculturam, nec conditionariam ibi eſſe, ſi præſto ſint omnia, & ibi præſto erant omnia, & ipſo opere non egebant, ſed ad manifeſtandum Dei ſapientiam cuncta fecit ex nihilo. Vnde libro primo hexaëmeron AMBROSIVS. Nam quia vt artium aliæ ſunt actuoſæ, quæ ſunt in corporis motu, aut ſono vocis. Ceſſauit motus, aut ſonus, nihil ſuperfuit, vel remanſit ſpectantibus, vel audientibus. Aliæ theoricæ, quæ vigorem mentis exerceant. Aliæ huiuſmodi, vt ceſſante quoque operationis artifice, operis munus appareat, vt ædificatio, atque textura, quæ etiam tacente artifice peritiam eius oſtendunt, vt operatori operis ſui teſtimonium ſuffragetur: ſimiliter etiam hic mundus diuinæ maieſtatis inſigne eſt, vt per ipſum Dei ſapientia manifeſtetur. Quem videns Propheta, ſimul & ad inuiſibilia oculos mentis attollens, ait, Quàm magnificata ſunt opera tua domine! omnia in ſapientia feciſti. Hæc ille. AVTHOR. Si† ergo Deus in ſtatu excellentioris innocentiæ fabricam huius mundi ad eſſe perduxit, & cuſtodit factam, vt ſubſiſtat tantùm, vt ſuam ſapientiam creaturis conditis manifeſtet, multò magis ſine innocentiæ illius fragilis detrimento debuit homo operibus tertij generis exerceri, ad manifeſtandam peritiam ſibi datam à Deo, vt etiam magnificaretur Deus in ſuis operibus. Puto enim ego naturā ſolidam dediſſe vulpibus foueas ſuas, telam araneis, nidos auibus, & ſecundùm eandem ſpeciem operis domos hominibus. Sunt enim domus eleuatæ ſuper terram, & domus item ſubterraneæ, quæ ita hominibus competunt, ſicut nidi volucribus, ſecundùm comparationē illam Euangelij, Vulpes foueas habēt, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nō habet vbi caput ſuum reclinet. Propter commodum ergo educationis, aut exercitium animalis induſtriæ, quam non permiſiſſent incuriæ, ſeruaſſent domos ſuas, quàm vtiq; operarentur & aues, & homines: quia foueę latebręetiam brutis ſunt, domus cur non ſint & homini? Vnde libro 3. diuinarum inſtitutionum, cap. 10. AVGVSTINVS. Summum hominis bonum in ſola religione eſt. Nam cætera etiam, quæ putantur hominis propria, in cæteris quoque animalibus reperiuntur. Omnia † enim ſuas voces proprijs inter ſe notis diſcernunt, atque dinoſcunt, colloqui videntur. Ridendi quoque ratio apparet in ijs aliqua, cùm demiſsis auribus, contractoque rictu, & oculis in laſciuiam reſolutis, aut homini alludunt, aut ſuis quæque coniugijs, aut fœtibus proprijs applaudunt. Sequitur. Illa, quæ ſibi proſpiciunt in futurum, & cibos reponunt, habent vtiq; prudentiam: rationis quoque ſigna in multis deprehenduntur. Nam quando ſibi inutilia appetunt? Mala cauent, periculum vitant, latibula ſibi parāt in plures exitus eis patentia, profectò aliquid intelligunt. Hæc ille. AVTHOR. Sed† vt ad primordium redeamus, non video, Chriſtum vitaſſe domum propter receſſum à ſtatu innocentiæ. Sic etiam veſtitum, & tegmen non vitauit. Hoc enim arguens tetigiſti, non eſſe ibi artes mechanicas, niſi propter tegumenta, eſculenta, vel alia corporis adiumenta. Vnde primum peccati indicium, priuſquàm domus ædificarentur ad ſpeciem veſtimenti fecerunt confugium. Sic enim ſcriptura dicit, Vt cognouerunt ſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Et cùm iſte eſſet primus penè receſſus à ſtatu innocētiæ, nō ideò Chriſtus veſtes poſsidere vitauit, quibus cùm naſceretur, eum mater virgo inuoluit. Quibus etiam angelus miſſus de cælo, eum inueniendum eſſe indicauit, Inuenietis, inquiens, infantem pannis inuolutum. Et iuxta prophetiam Dauid, finaliter ſuper veſtem eius miſerunt ſortem, nolentes eam ſcindere, cùm eſſet inconſutilis, deſuper contexta per totum: poſtquàm alia ſibi veſtimenta diuiſerant. Ergo ſi veſtimenta poſſedit Chriſtus vſq; in finem, nō recedens per hoc à ſtatu innocentiæ, cur domum habere non poſſet, nec ab ea poſſidenda recederet? maximè ſacram domū dico, domum eccleſiæ. Aut cuius domus ſunt eccleſiæ, niſi Dei, & Chriſti? Propter hoc enim nolebat Ambroſius tradere baſilicā Imperatori, cùm probaſſet ex ſcripturis eam Dei eſſe ſolius, libro de traditione baſilicę contra Auxētium AMBRO. Conſiderans enim dolum, dixit dñs Ieſus ad eos, Quid me tentatis? Oſtēdite mihi denariū. Et cùm dediſſent, dixit, Cuius imaginē habet, & ſuperſcriptionē? Reſpōdētes dixerunt,

7 *Homo in ſtatu innocentiæ operatus fuiſſet.*

8 *Brutorum ſenſus, & loquiu.*

9

dixerunt, Cæſaris. Et ait illis Ieſus, Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Ergo & ego dico illis, qui mihi obijciũt, Oſtendite mihi denarium. Ieſus Cæſaris denarium vidit, & ait, Reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & quæ ſunt Dei, Deo. Nunquid de baſilicis eccleſiæ occupandis poſſunt denarium offerre Cæſaris? Sed in eccleſia vnam imaginem noui, hoc eſt, imaginem Dei inuiſibilis, de qua dixit Deus, Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Illam imaginem, de qua ſcriptum eſt, ꝙ Chriſtus eſt ſplendor gloriæ, & imago ſubſtantiæ eius, ſcilicet Dei patris. In iſta imagine patrem cerno, ſicut ipſe dominus Ieſus dixit, Qui me videt, videt & patrem. Hæc ille. AVTH. In hoc actu cùm diffuſus ſenſus ſit Ambroſij, ꝙ Cæſari baſilicam redderet, tanq̃ rem Cæſaris, ſi in ea iuxta probationem Chriſti, imaginem Cæſaris inueniret. Nõ enim in ea hanc reperit, ſed Dei imaginem, de qua ſcriptum eſt, ꝙ Chriſtus ſplendor gloriæ, & imago eſt ſubſtantię eius. Ex eo ergo, ꝙ baſilicam dicit ad Chriſtum, tanq̃ ad Dei imaginem pertinere, & in Chriſto videri Deum patrem, ad quem primò pertineat, probari poteſt, ꝙ Chriſtus baſilicam humanitùs poſſedit. Cui iam homini facto, & inter homines conuerſanti, de Dei iuſtitia baſilica pertinebat, & fit iuri Cæſaris aliena. Vnde & bene infrà AMBROSIVS. Conuenior ipſe à comitibus, & tribunis, vt baſilicæ fieret matura traditio: dicentibus Imperatorem ſuo iure vti, eo, quòd in poteſtate eius eſſent omnia. Reſpondi, ſi à me peteret, quod meum eſſet, id eſt, fundum meum, argẽtum meum, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum, quanq̃ omnia, quę mea ſunt, eſſent pauperum, verùm ea, quæ ſunt diuina, imperatoriæ poteſtati nõ eſſe ſubiecta. Hæc ille. AVTHOR. Ecce poteſtati Cæſaris abſtulit hoc ius Ambroſius, putà baſilicæ, applicans eam Deo: Witcleff autem aufert eam Chriſto, & Deo poſt hoc, vbi legitur, quòd conceſsit diabolo.

¶ Cõtra blaſphemiam Witcleff, dicentis principium eſſe diabolicum in ſplendidis fabricis eccleſiarum, cùm ſit opus latriæ Deo ſummè gratum.

CAP. CXLV

SVMMA.

1 *Witcleff blaſphemia, ſcilicet, principium eſſe diabolicum in ſplendidis eccleſiarum fabricis, damnatur.*
2 *Baſilicas conſtruere, ꝙ ſit latriæ cultus.*
3 *Baſilicæ ꝙ ſoli Deo dedicentur, non ſanctis.*
4 *Baſilicam, quam Iulianus Cæſar ædificauit, quomodo diuina prouidentia non ſuſceperit. Et quare. Et multa de ædificandis eccleſijs.*
5 *Eccleſiarum materialium fabrica, ꝙ ſit res eximiæ pietatis, cultus Dei ſummus, &c.*

COncedit faciliùs diabolo, q̃ Deo Chriſti baſilicas, horrido ore ſpirans blaſphemias, lib. 2. de ſermone domini in monte, ca. 6. Mundus ſenſibilibus ſic eſt deditus, ꝙ plùs attendit, vt habeat orationes nouas, cantus ſubtiles, & locum ſplendentem, quàm vt habeat orationes antiquas, & circũſtantias, quas Chriſtus præcipit. Sequitur. Credo, quòd hoc peccatum, quod eſt principium dæmoni docenti populum, vt poſtponat magis bonum, & ſibi vtile, & præponat minus bonum plùs ſplendidum, quo ad mundum, ſeducit multos terrenos in eccleſia militante. Hæc Witcleff. AVTHOR. De orationibus nouis, & antiquis, & eccleſiæ cantibus ſuprà iam diximus: verũtamen tabeſcit in ſe anima ſua, cùm videt eccleſias noſtras repleri fidelibus, qui deuotiſsimè illuc currunt ad dulciſsimos hymnos audiendos, & canendos à ſua hæreſi fugientes, vel ab ea potiùs declinantes, nec ad modicum attendentes. Qualiter econtrariò de reliquijs Donatiſtarum eo gaudet epiſtola ad Bonifacium, & eſt. 32. AVGVSTINVS. Quorum ſi videas in Chriſti pace lætitias, frequentias, alacritates, & ad hymnos audiendos, & canẽdos, & ad verbum Dei percipiendum celebres hilareſq; conuentus. Sequitur. Horum ergo populorum congregationes Africæ regionis ab illa perditione liberatorum, ſi ſub vno conſpectu videres, tunc diceres nimium fuiſſe crudelitatis, ſi dum timeretur, ne homines deſperati, & iſtorum innumerabili multitudini nulla æſtimatione cõparandi, ſuis, & voluntarijs ignibus cremarentur: iſti in æternum perdendi, ſempiternis ignibus cruciandi relinquerentur. Hæc ille. AVTHOR. Hic non gemit Auguſtinus, ſed magis gaudet in pace videri Chriſti lætitias, frequentias, alacritates, & adorationes, & cantus ſubtiles: ipſos quoque hymnos audiendos, & canendos, & ad verbum

Digitized by Google

Dei percipiendum celebres, hilareſq; conuentus. Qualiter autem loca orationū habere ſplēdentia, & eminenter pulchras eccleſias ſit principium dæmoni docenti populum præponere minus bonum plùs ſplendidum, quo ad mundum, magis ſibi bono poſtpoſito, ſeducendo multos terrenos in eccleſia: de quo habet originem neſcio, niſi inter ſtultas quæſtiones, quas apoſtolus docuit Titum euitare, dicens, Stultas item quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita: ſunt enim inutiles, & vanæ. ad Titum. 3. Quia inter has quæſtio vna ſtulta fuerat Iudæorum: qualiter Salomon perfeciſſet tanti templi fabricā, ſi non per adiutorium dęmonum. Vnde in expoſitione ſolenni epiſtolarū Pauli ſuper hunc locum AVGVSTINVS. Has ſtultas quęſtiones appellat, quæ ſalutis effectum non habēt. Sequitur. Fabuloſa, vt eſt non lex, ſed hæreſis eſt, quantùm ad tempus illud pertinet Iudæorum, dum quidam eorū ſibi vendicarent prærogatiuam, originem Patriarcharum, quæ de matrimonijs ortæ ſunt, cùm ex hoc nulli ſit meritum apud Deum: quidam verò vrceorū, & cæterorum vaſorum baptiſma, & ſanguinē muſtelæ magna cura duxerunt expiandum. Et quia ideò Moyſi ſepultura eſt abſcondita, ne à Magis excitaretur. Quòd ſi verum eſſet, & cæterorum abſcondenda fuerat ſepultura. Et ꝙ Salomon adiutorio dæmoniorum templum ædificauit, in quo opere ingens multitudo laborauit. Hæc ille. AVTHOR. Fabuloſa ergo hæreſis Iudæorum poſuit primam fabricam diuini templi adiutorio dæmonum perfici: fabuloſa hæreſis Witcleuiſtarum contra præceptum Apoſtoli hanc fabulam non vitans, ſed conſequens concedit Chriſti fabricā in eccleſia, quam templū illud figurauit, principium eſſe dæmonum ad ſeductionem fidelium. Vtriuſq; fabulæ fabrica ſtudio dæmonis non dubium conſummata, & primò reperta. Inter has mediam proiecit ſe ſuperſtitio Manichæi, ſecundùm quā dixit FAVSTVS. Quòd Pagani aris, delubris, ſimulacris, victimis, atque incenſo Deum colendum putant. Ego, inquit, ab his multùm diuerſus incedo, qui ipſum me, ſi modò ſum dignus, rationabile Dei templum puto: vnum viuæ maieſtatis ſimulacrum, Chriſtum filium eius accipio: aram mentem hominis artibus, & diſciplinis imbutam: honores diuinos quoq;, ac ſacrificia in ſolis orationibus, & puris ipſis ac ſimplicibus pono. AVTH. Quàm propinquus hypocriſi Witcleuiſtarum accedit Fauſtus, à ſenſibilibus ſe abſtrahens, templum, altare, incenſum, ſimulacra, ſacrificia in mente & cæleſtibus ponens, vt ab ipſis ſenſibilibus tanquā Paganorum dæmoniacis ritibus abſtineret. Reſpondet autem libro. 20. contra Fauſtum, circa medium AVGVSTINVS. Ecce quomodo templum Dei blaſphematis, vt non ſolùm nō ſanctum eſſe dicatis, verùm etiam machinamentum diaboli, & ergaſtulum Dei. At verò Apoſtolus, Templum enim Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos. Et ne putes tantummodò ad animam pertinere, quod eſt dictum, audi expreſsiùs. Neſcitis, inquit, quia corpora veſtra templum in vobis eſt Spirituſſancti, quē habetis ex Deo? Vos autem fabricam dæmonum, Dei templum dicitis, & ibi viuum, ſicut Fauſtus ait, viuæ maieſtatis ſimulacrum Chriſtum filium Dei collocatis. Planè Chriſtus veſter phantaſmaticus habitat intra templum ſacrilegæ vanitatis. Ita & mentem tuam aram feciſti, ſed vide cuius. Hæc ille. AVTHOR. Ecce qui in ſcholis ſpiritualibus cuncta volebat exponere, templum corporis noſtri, quod Apoſtolus dixit templum Spirituſſancti, probatur contemnere. Nonne ita Witcleff, qui templū damnat ſenſibile tanquam opus dæmonum? Ergo ſenſibilia corpora noſtra templum Chriſti ſenſibile delirat dæmonum eſſe principiū. Ipſum enim vnum de ſenſibilibus huius mundi negare nō poteſt: & ipſum inter cūcta ſplēdidiſsimum, cui etiam centies plus omnibus mundus eſt deditus, quàm baſilicis ſplendidis populus Chriſtianus. Et ſicut Auguſtinus ibi Fauſtū, ita hīc Witcleff interrogo: ſi ideò poſtponūt fideles magis bonum, quia his ſenſibilibus datur mundus, & ideò ſubſtrahendæ ſunt baſilicæ, & cantus, quomodo ipſe nō ſubſtrahit presbyteris, & viris ſuæ hæreſis vxores ſenſibiles, eſcas, & veſtes laneas, & lineas, agros, & vineas, equos, & liberos, ipſum quoque ſenſibile lumen ſolis, & linguę vſum, quibus plùs millies ipſi non ſolùm magis bonum, & vtile ſibi poſtponunt, ſed ſacrilegam vanitatem ſuam præferunt legi Chriſti. Et iuxta Apocalypſim Ioannis, totam terram Bohemorum detrahunt ad infernum. Sufficiat modò tanta ſcripſiſſe, vt non ſit ineuidens poſteris, quo ſpiritu incitatus eſt Witcleff, baſilicas opera dæmonum blaſphemare, ſi non eo, quo crudeliſsimi Donatiſtæ non pepercerūt Chriſti eccleſias concremare, prout epiſtola ad Bonifacium. 32. AVGVST. Taceo crudeliſsimas cædes, & domorum deprædationes per nocturnas aggreſsiones, & incendia, non ſolùm priuatorum habitaculorū, verùm etiā eccleſiarum, in quas flammas nō defuerūt, qui & codi-

Digitized by Google

& codices dominicos immitterent. Hæc ille. AVTHOR. Sic hodie Witcleuiſtæ per Bohemiam in Chriſti conſecratas eccleſias, & religioſorum clauſtra flammas quoq; tartareas ſpargere perhibentur. Ergo dæmonum ſunt miniſtri, ſi Chriſti cultum tanta feritate conſumunt. Reſtenim vera baſilicas Chriſti cõſtruere, cultus latriæ eſt, quem ſoli Deo debet fides grata fidelium. Tantę ſanctitatis decus, vt nec ſancto Dauid viro iuxta cor Dei cõperto tantùm, quòd vir ſanguinum erat, ſed Salomoni licebat pacifico, & ob hoc à Deo in filium adoptato, dicente Domino, Ipſe ædificabit domum nomini meo, & ipſe erit mihi in filium, & ego ero ei in patrem, & tunc Iſraël carnalis erat, iuxta Apoſtolum, & Iudæa ſenſibilibus dedita ſacrificijs, & ritibus, & pro temporali præmio cuncta Deo pręſtans obſequia. Inter quæ baſilicam tanti ſplẽdoris mundi templis omni fulgore præſtantem facere, tu cum prior hæreſi principium diaboli dices, ad ſeducendum homines terrenos, ad poſtponendũ magis bonum, & magis vtile alteri minus bono. Et qualiter tunc erit cultus latriæ baſilicæ fabrica debitus ſoli Deo? Quod idem habet contra ſermonem Arianorum AVGVSTI. Et ſi apertiſsimè legerent in ſcripturis ſanctis Salomonem regem lignis, & lapidibus iuſſu Dei templum ſtruxiſſe Spirituiſancto, Deum eſſe Spiritumſanctum dubitare non poſſent, cui tanta religionis ſeruitus, quæ latria dicitur, legitimè exhiberetur in populo Dei: vt illi etiã templum fabricaretur, cum Dominus dicat, Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. & audent eum negare Deum, qui non ligna, & lapides, ſed membra Chriſti habet templũ. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiat Witcleff, ſi aures habeat audiendi, quòd iuſſu Dei, non diaboli fecit Salomon templum ſplendidiſsimũ Spirituiſancto, ſeruiens in hoc Deo cultu latriæ, vt ille cultus legitimè exhiberetur in populo Dei, vt illi etiam templum fabricaretur ex lignis, & lapidibus. Non ergo poteſt nunc in perfectiori Dei populo gratiæ teſtamenti, eſſe cultus dæmonum, qui Deo exhibetur, & erat tunc cultus debitus ſoli Deo. Si dicas, q̃ tunc erat medium inductiuum populi rudis ad reuerentiam Dei: ergo non eſt de ſe mediũ ſeductiuum populi ſenſibilibus dediti à ſenſibilibus attendendum, ſed magis ad ſpiritualia contemplãda. Et ſi hoc in viridi, in arido quid fiet? & libro. 2. cõtra Maximinum idem AVGVST. Ita ne verò cui de lignis, & lapidibus Salomon ædificauit templum eſt Deus? & cui templum ædificatur de veris mẽbris Chriſti, hoc eſt, de membris Dei, Deus non eſt? De quo loquens beatiſsimus martyr Stephanus, dixerit, Salomon ædificauit ipſi domum, ſed ſummus, non in manu factis templis inhabitat. Hæc ille. AVTHOR. Ne obijciendi locum haberent hæretici, Deum non habere tẽplum gratum ex lignis, & lapidibus fabrefactum, cùm ex iſto verbo Stephani, Summus manu factis templis non inhabitat, ſed ſemper apponit Auguſtinus, ſicut hic incipit, q̃ cui de lignis, & lapidibus Salomon ædificauit templum Deus eſt. Deus ergo templum inhabitat manufactum, non autem vt Stephanus intellexit, putà per gratiam: qualiter ſolam inhabitat rationabilem, & gratuitam creaturam. Quia quod negari non poteſt, inhabitat cuncta per eſſentiam, vt non tamen circunſcriberetur ab illis, ſed vt impleat ipſe cuncta: prout templum Salomonis compleuerat gloria Domini. Et Salomon dixit, Dominus pollicitus eſt, vt inhabitet in caligine. Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt inhabitaret in perpetuum. 2. Paralipome. 6. Quid tamen ſtatim ſubdit illud, quod Stephanus ſuprà ait. Ergo non credibile eſt, vt habitet Deus cum hominibus ſuper terram? Si cælum, & cæli cælorum non te capiunt, quãtò magis domus iſta, quam ædificaui? Sed ad hoc tantùm facta eſt, vt reſpicias orationem ſerui tui, quod tollit totum ambiguum. Deus habitat templum fabrefactum, vt oranti magis propitietur per gratiam, & impleat per gloriam: non autem ipſum inhabitat, vt eius ambitu capiatur, aut contineatur per menſuram. Manichæi hæretici, & Ariani iſta parauerunt ſuis hæredibus Witcleuiſtis, vt aliquid haberent, vnde negarent Chriſto diuinum habitaculum, qui denegant eſſe Deum. Catholici Chriſtiani in domo ſua cum fidelibus magis Deum agnoſcũt, clamante ſcriptura, Adorate dominum in aula eius. Et ſimiliter de Spirituſancto. Vnde libro contra ſermonem Arianorum AVGVSTINVS. Iam verò ſi aliquibus terræ molibus Spirituiſancto templum fabricaremus, quis dubitaret ei nos latria, id eſt, iſta, de qua nũc loquor, ſeruitute ſeruire? Quomodo ergo ei non ſeruitutem, quæ latria dicitur, exhibemus, cui templum non facimus, ſed noſipſi ſumus? Hæc ille. AVTHOR. Semper, & vbique vno ore dicta reſonant Auguſtini, latriæ ſeruitutem eſſe Deo eccleſias fabricare, intantùm, vt cuicunq; debitè fabricamus baſilicã, indubitanter nouerimus eſſe Deum. Sed quid ad noſtros ſimplices reſpondeamus, ſi interrogent, Vnde ergo Petro, & Paulo, & beatæ virgini

¶ Quòd Chriſtus cuncta penè agẽs in domibus baſilicarum, domos gratas habet, & ad earum ſtructuras oſtendit.

CAP. CXLVI.

SVMMA.

1 *Eccleſia triumphans deſcribitur.*
2 *Sepulchri Chriſti forma.*
3 *Chriſtus quare fuerit paſſus ſub dio, in excelſo ligno, & non ſub tecto.*
4 *Hæreſis Witcleuiſtarum, de non colendis eccleſijs, & baſilicis, unde traxerit ortum.*

DIcent collegæ nefandi Witcleff, eum hoc non dixiſſe cõtra eccleſiaſticas fabricas abſolutè, ſed contra præſplendidas ad mũdi ſenſibilia illectiuas. Quod contra ne ſe vulpes Witcleff in hanc foueam fraudulentã ſemper gaudere poſſet habere refugiũ, verbis ſuis eruitur: quibus ait. 3. de ſermõe domini in mõte cap. 27. Quòd in baſilicis materialibus non eſt affectio nimium infigenda, quia in ſtatu innocentiæ non fuiſſent: & Chriſtus tales ſtructuras hominum nõ attendit, & propter receſſum talium à ſtatu innocentiæ ipſas humanitùs nõ poſſedit: ſed orauit, pernoctauit, comedit, prædicauit, paſſus fuit, finaliter eſt ſepultus ſub dio. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iã palàm dixit, quòd Chriſtus tales hominum ſtructuras non attendit: & eum cuncta feciſſe ſub dio, vt nos ſpernamus eccleſias, & cuncta fiant penitùs ſine tecto. Structuras, inquit, hominum non attendit Deus in eccleſijs. Mentitur autem, cùm ſit cultus latriæ, vt dixit Auguſtinus. Dicit eas in ſtatu innocentiæ non fuiſſe, vel eſſe debuiſſe, præſumptiuè hoc loquitur ſuprà ſuam, vt ipſe ſolet dicere, notitiam propriam, ſicut pica. Et † per idem ſimili ſtudio trahit affectus hominum ab eccleſia triumphante, quæ deſcribitur ciuitas habens. 12. portas, & .12. margaritas, cuius ſunt plateę aurum mũdum, & tãquàm vitrum perlucidum: nec eget ſole, nec luna, ſed claritas Dei illuminat eam: & lucerna eius eſt agnus. Nec aliud tẽplum eius, quàm Deus. Apoc. 21. Putas hanc eccleſiam aliqua affectione diminui ſperandam fidelibus?

1 *Eccleſia triũphans.*

Aut dic vbi in ſtatu innocentiæ, de qua loqueris huiuſmodi ciuitatem vel templum inueneris. Dicis vltra fouendo mẽdacium ſub tegmine falſę fagi, q̃ Chriſtus orauit, pernoctauit, comedit, prædicauit &c. ſub dio. Dic quotiens rogo: an non pluries hoc fecit, & penè ſemper in domo? nam quo ad prædicationẽ ſcio quãuis docebat in monte diſcipulos, & turbas in campeſtribus, tanta tamen frequentia prædicabat in domibus, vt ipſe diceret, Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniũt, & in occulto loquutus ſum nihil. Ioannis. 18. Comedendi vſum non habebat in eccleſiis: dicente Apoſtolo eius. Nunquid domos non habetis ad edendum & bibẽdum? vel eccleſiam Dei contemnitis? Et Chriſtus, qui nuſquàm comedit in eccleſiis, vbi, vel quotiens eum extra domos comediſſe reperis in ſcripturis? ſi ſine tecto, & illius vice comedit poſt reſurrectionem in litore. Ioann. 21. Neutrum tamen ſcripturæ affirmant, vel aliud vnquàm (ſi non fallor) inuenies. Sepultus item fuit, ais, ſub diuo: fallis item mendaciter, ait Beda: qui ſuper euangelium Marci deſcribit Chriſti ſepulchrum fuiſſe domum altam, ſuper hũc textum, & poſuit eum in monumento, quod
2 erat exciſum de petra. BEDA. De † monumẽto domini ferunt, qui in noſtra ætate de Hieroſolymis in Britanniam venêre, quòd ſit domus rotunda de ſubiacente rupe exciſa, tantæ altitudinis, vt intus conſiſtẽs homo vix manu extenta culmen poſſet attingere: quæ habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus, atque impoſitus eſt. In cuius monumenti parte aquilonari ſepulchrum *ipſum*, hoc eſt locus dominici corporis de eadem petra factus, & ſeptem habens pedes longitudinis, triũ verò palmorum menſura, cætero pauimento altiùs tumens, qui videlicet locus nõ deſuper, ſed à latere meridiano totus patulus eſt, vnde corpus inferebatur. Hæc ille. AVTHOR. Cùm igitur monumentum ipſum tectum habuit tantifaſtigij, in cuius aqlonari parte tantùm non ambiens domum locellus erat dominici corporis non deſuper, ſed à meridiano latere patulus: qualiter dicis, improbe homo, q̃ ſub diuo Chriſtus finaliter ſit ſepultus? ſed ſub diuo paſſus eſt, inquit: hoc certa fecit ratione myſterij, quam declarat in ſermone de cruce & latrone ſanctus pater CHRYSOSTOMVS. Ob † quam cauſam in excelſo ligno, &
3 non ſub tecto immolatur, vt etiam ipſius aëris natura mundetur. Hac de cauſa in excelſo, & non ſub tecto, vt vniuerſus aër in excelſo immolatu eius à tetro odore mundetur, ſed & ter-

Sepulchri Chriſti.

ra

ra beneficium ſentiebat decurſi de latere ſanguinis diſtillatione mundata. Ideò non ſub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi ſubſtraherent ſacrificium, & ſibimet vendicarent: ne putarent pro illa tantùm plebe oblatum. Ideo extra ciuitatem, ideo extra muros, vt ſit ſacrificium cōmune totius terræ, oblatio terræ communis, cōmunis expiatio, nō particularis, ſicut Iudæis conſuetudinis fuit. Hæc ille. AVTH. Ecce ſub diuo, id eſt, aëre & cælo paſſus eſt, vt aërem mundaret à ſordibus: vt oblationem cōmunem faceret omnibus: ſed qui ſemel paſſus eſt, ne ſic ampliùs patiatur, ſui corporis oblationē in domo conſtituit, vt ſic quotidie renouetur. In domo enim cœnaculi grandis ipſam oblationē ſecūdū naturā fecerat ſub figuris, vt nos eā iugiter recenſeamus in eccleſiis, quam alioquin per ſe patulā immolauit ſub diuo: ſed figuris tectā ſub tecto. Vt ergo exordiamur à primis, ſi ideo contēnendæ ſunt baſilicæ, quia Chriſtus aliquādo orauit, rarò pernoctauit, dubiū an comedit, prędicauit interdū, paſſus fuit, & nec vnquā ſepultus finaliter ſub diuo: multò magis colendæ ſunt baſilicæ, quia Chriſtus eſt incarnatus, & natus, & à Magis adoratus, & à paſtoribus viſitatus in domo, quia à parentibus oblatus, & inter doctores repertus in templo, quia ſemper docebat, & ad populos manicabat, & ad orationes publicas & dies feſtos ſacrificans, prędicans, & ſigna faciens conuerſabatur in templo: quia cum diſcipulis, cum phariſęis veſcebatur in domo: quia corā Herode, pontificibus, & Pilato alapa cęſus quaſi in domo, flagellatus, examinatus, illuſus, cōſputus, ſpinis pūctus erat in domo, ſepultus finaliter, & cum triūpho reſurgens è domo, hęc ad ratione eius euellēdā puto ſufficiūt. Quātū† aūt ad hęreſim in ſua ſubſtātia ab hęreſi Maſſilianorū eā motā inuenio, de qua libro cētū hęreſum. 80. DAMASCENVS. His appoſuerūt eccleſiarū, & altariū deſpectū, velut opportunū aſketas eccleſiaſticis quidē nō immanere cōgregationibus, ſufficere autē in oratoriis ipſorū operationes. Tantā. n. dicebant eſſe orationis ipſorū virtutē, vt & ipſis, & ab ipſis diſciplinatis ſenſibiliter ſpiritus ſanctus ſuperappareat. Hęc ille. AVTHOR. Ceteris ecce hæreſibus ſuis addiderūt hi viri eccleſiarū deſpectū, & ſacrorū altariū, nec orare putabant optimum in eccleſiaſticis cōgregationibus, ſed eis ſufficere bona opera, quæ Witcleuiſtæ orationes vitales appellāt. Et argumēta faciūt Hieroboā primi regis Iſraëlitarū idololatrę ſecūdū recitatum Ioſephi libr. 8. antiquitatum. IOSEPHVS. Viri cōtribules noſſe vos puto, quòd omnis locus habeat Deum, & non oſtendetur locus, in quo propriè præſens eſt, ſed vbiq; ſēper exaudit, & ad cultores ſuos intēdit. Vnde nō mihi videtur neceſſitatē vos pati ad Hieroſolymā properandi ad hoſtiū vtiq; ciuitatē, & vt adoretis Deum lōgo itinere fatigare, homo enim ædificauit tēplum, & ego feci duos vitulos aureos. Hæc ille. AVTHOR. Perpendat, ſi vult, & hīc inueniet omnes penè argutias Witcleuiſtarum contra ſacros conuentus in eccleſiis materialibus: primò quia Deus nō limitat ſe, vel gratiam ſuam ad eccleſiam, vel ad Romanam ſedem, ſed influentia ſua ſine angulo reſpicit omnem locum: ſic dixit Hieroboā, q̄ omnis locus habet deū, & vbiq; ſemper exaudit. Item Deus non placatur labore ſenſibili, nec peregrinationibus laborioſis ad loca, ſed ſolū laborem mentis attendit: ita & Hieroboā non videtur vos neceſſitatem pati ad Hieroſolymā properandi vt adoretis Deum longo itinere fatigari. Item arguunt Witcleuiſtæ, q̄ templū vel eccleſia eſt opus manuum hominum: ideo Deus non attendit talem ſtructurā. Item Hieroboam ait, homo ædificauit templum, & ego feci duos vitulos, quaſi non plùs habitet Deus in eccleſiis hominū, quàm in illius vitulis, quę ſunt opus, aut (vt dixerunt Sagarelli) in ſtabulo ſuo porcorum: & hęc diſputatio conuenit Manichęis murmurantibus contra legem, q̄ habitaret Deus in tabernaculo: quod erat op⁹ hominum, prout habet libro contra Adimantium, capit. 10. AVGVSTINVS. Diſputant enim, & magnū aliquid ſibi vidētur dicere, cùm dicunt, quomodo ille Deus, cuius cælū ſedes, & terra ſcabellum pedum eius, in tabernaculo habitet, quod ex auro, vel argento, & ære, purpura, & pilis pecorum, pellibuſq; conſtructum eſt. Adhibent etiam teſtem apoſtolum Paulum, qui dixit, Deum Incem habitare inacceſsibilē. Quibus nos parē referimus quæſtionem, & qđ de nouo teſtamēto protulerūt, de veteri teſtamēto proferimus. Ibi enim inuenitur priùs ſcriptū, Cęlum mihi ſedes eſt: terra autē ſcabellū pedum meorū. Quam domū ędificatis mihi? quis locus requiei meæ? Nōne manus mea fecit hæc omnia? Ecce habēt in libris veteris teſtamēti Deum in templis manu factis nō habitare, & tamē filius Dei flagello de funiculis facto expulit eos de tēplo, q oues, boues, & colūbas vēdebāt, & numulariorū euertit mēſas, & ait: Domus patris mei, domus orationis vocabitur: vos autē feciſtis eā ſpeluncam latronū. Si ergo aliquis iſtis etiā duobus ex aduerſo capitulis conſtitutis velit imperitos decipere, & dicere in veteri teſtamento magnificare Deum

4

Ioan. 2.

Deum,cuius ſedes dicitur cælum, & terra ſcabellum pedum eius:& negatur habitare in domo manu facta:in nouo autem teſtamẽto domus eius dicitur templum cõſtructum ab hominibus: nonne Manichæi vel ſerò fatebuntur,& habitaculum Dei per manus hominum factum ad aliquam ſignificationem in vtroq; teſtamento accipi, & Deum non habitare in locis ab hominibus fabricatis,in vtroque teſtamento prædicari? AVTHOR. Iſta controuerſia, quam ineuidentem hîc Auguſtinus dimittit,ſoluitur in prædictis ſecundùm quòd Deus non habitat in domo manufacta,circunſcriptus ibi per eſſentiam: habitat tamen ibi per abundantiorem gratiam.

¶ Quòd aliquantò præſentior eſt dominus Deus oranti in eccleſia per gratiam, quàm oranti alibi extra ipſam.

CAP. CXLVII.

SVMMA.

1 *Deus,an ſit magis præſens in eccleſijs, quàm in cæteris locis non ſacris.*
2 *Deus,quòd ubi manifeſtat gratiam ſuam uberiùs, illic eſt eius propitiatio cariùs expetenda.*
3 *Eccleſia pro domo in nouis ſcripturis ſemper intelligenda.*
4 *Ioannis euãgeliſtæ obitus in eccleſia. Et quid ſuis diſcipulis ſuper omnia commẽdauerit.*
5 *Dominus Ieſus quomodo præcipuè in Synagoga docebat, & operabatur uirtutes in Sabbato, & quare.*
6 *Miſſa quòd non ſit in prophano nec audienda nec celebranda ex Felicis Papæ decreto.*

1 REgulariter creditur,quòd † fidelibus ſuis magis eſt Deus præſens in eccleſiis, quàm in cæteris locis non ſacris. Vnde & in ſcripturis legitur intraſſe Dauid regem,& ſediſſe ante dominum, id eſt, ante arcam. Vnde locũ exponens libro.2. ad Simplicianum in fine AVGVSTINVS. Quòd autem quæris quid ſit,Intrauit rex Dauid,& ſedit ante dominum. Quid aliud intelligendũ,niſi quòd ſedit in conſpectu domini,ſiue vbi erat arca teſtamẽti,per quam ſacratior,& commodatior quędam præſentia accipi poteſt,ſiue quia oraturus ſedit ibi in conſpectu domini, quod non fit niſi rectè, hoc eſt,in intimis cordis? Poteſt autem ſic accipi,quod dictum eſt ante dominũ,vbi nullus eſſet hominum,qui audiret orantem. Siue ergo propter arcam teſtamenti, ſiue propter ſecretum remotum locum ab arbitris, ſiue propter intimum cordis,vbi erat orantis affectus, cõuenienter dictum eſt,ſedit ante dominum. Hæc ille. AVTHOR. Hoc audiant Witcleuiſtæ,Hieroboamitæ,Maſſiliani, & Sagarelli,omnes hæretici, quòd tunc dixit ſcriptura Dauid intraſſe,& ſediſſe ante dominum, quando ad tabernaculum venit,vt ſederet ſuper arcam:quare? propter ſanctiorem, & commodatiorem præſentiam domini,nonne ibi quàm alibi? Sic ſacratior erat præſentia domini, vbi apparebat Iacob in Bethel. Vnde compulſus eſt dicere, Verè dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Quàm terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud,niſi domus Dei,& porta cæli. Geneſ.28.vbi rediens ædificauit altare domino, appellans nomen loci illius,domus Dei. Gen. 35.Ergo qui vbique præſens eſt,& omni loco præſto per ſubſtantiam,multò præſentior eſt, vbi eſt domus Dei per accommodã gratiam, ita vt ibi præcipuè propter gratiarum effluxũ eſſe videbitur porta cæli:non ſic ad omne pũctum alibi.Non enim fruſtra ait Salomon ad dominum.2.Paralipo.6.Si cælum,& cæli cælorum non te capiunt, quantò magis domus iſta,quam ædificaui? quaſi dicat, ideo non ad hoc feci:ſed ad hoc tantùm facta eſt, vt reſpicias orationem ſerui tui, & obſecrationẽ eius domine Deus meus,& audias preces,quas fundit famulus tuus corã te, vt aperias oculos tuos ſuper domum iſtam diebus ac noctibus: ſuper locum,in quo pollicitus es,vt inuocaretur nomen tuum:& exaudires orationem, quam ſeruus tuus orat in eo. Exaudi preces famuli tui,& populi tui Iſraël, quicunque orauerit in loco iſto.Et ſubiungit ibi alta negotia, quæ in domo illa fuerant impetranda, non ſolummodo poſtulanda,ſed ob ſanctitatem loci orationum meritis obtinenda.Ideò præmiſit, ſuper locum, in quo pollicitus es inuocari nomen tuum,& exaudires orationem, quam orat ſeruus tuus. Vlciſcendo periurium,ſi quis falsò in hanc domum iurauerit:mitigando captiuitatem,ſi quis reduci petierit. Vnde libro quæſtionum Hebraicarum ſuper.2.Paralip. HIERONYMVS. Propitiare eorum peccatis, & reduc eos in terram,quam dediſti patribus eorum:cùm enim in loco ipſo eos oraturos dicat,

Digitized by Google

cat,cur dixit;& reduc eos in terram,quam dediſti patribus eorum:niſi fortè hi, qui ibi adorabunt Deum,meritis obtinere valeant, vt hi, qui in captiuitatem ducti ſunt, reducantur? Hæc ille. AVTHOR. Nota quàm prudenter complicat Hieronymus verba textus, vbi dicturus,quòd meritis ſuis obtinere valerent de captiuitate reduci,præpoſuit,hi,qui ibi adorabunt Deum.Ex ipſo ergo loco ſacro impetrationis bonum ſuper merita procuratur,ne ſolis hominum meritis,ſed Dei gratiæ, vt ipſe limitat,aſcribatur euentus. Et quia in loco plùs ſacro plùs eſt Deus propitius. Vnde grauiter errant, qui ambagibus rationum arguunt nõ plùs orandum eſſe Deum in vno loco, quàm in alio,vel non plùs in loco ſacro,quàm nõ ſacro:vel ad vnam eccleſiã,vel agmen, quàm ad
2 aliã. Vbi † enim Deus manifeſtat gratiã ſuam vberiùs,illic eſt eius propitiatio cariùs expetẽda. Vnde Daniel ſanctus in Babylone orãs in cœnaculo,quia nõ potuit orare Hieruſalem in templo, ſaltẽ illuc diuertit ſeipſum in prece,dicẽte textu,q̃ ingreſſus domũ ſuam,&feneſtris apertis, in cœnaculo ſuo contra Hieruſalẽ tribus tẽporibus in die flectebat genua, & adorabat,confitebaturq̃; coram Deo ſuo. Daniel.6. Et quia nõ prẽualuit Dauid ire ad altare,quod ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon,q̃ vt ibi obſecraret Deũ:nimio enim fuit timore perterritus,videẽs gladiũ angeli Dei,dixit:Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtũ Iſraël.1. Paral.26. Vt quid tanta ſollicitudine domum peterent ad exorandum Deum, ſi non meritũ affectus ampliùs promoueret ad promerendũ gratiam ſanctus locus?Ne autem dicas iſta cõtigiſſe Iudæis in vmbra, veniamus ad primos credentes,quibus ſanctum cœnaculũ,vbi poſt Chriſtum manſerunt apoſtoli, non potuit eis pro prece ſufficere,ſed quotidie aſcendebãt ad orationis horam in tẽplum, non vt putas eos obſeruantias templi caras habuiſſe tunc tẽporis,ſed vt eccleſiam Chriſti, cuius fabricã non habebãt,venerarẽtur tamẽ vt poterãt ei ſeruiõtes in tẽplo. Vnde li.3. de doctrina Chriſtiana ca.6. AVGV. Qui crediderunt ex quibus facta eſt prima eccleſia Hieroſolymitana,ſatis oſtẽdũt, quanta vtilitas fuerit eo modo ſub pædagogo cuſtodiri. Et infrà. Quia vnum didicerãt venerari æternum Deum,tam capaces extiterunt ſpiritus ſancti,vt omnia ſua venderẽt,eorumq̃; pretium indigentibus diſtribuerent, ante apoſtolorum pedes ponerent,ſeq̃; totos dedicarent Deo,tãquàm templũ nouũ, cuius terrenæ imagini, hoc eſt in templo veteri ſeruiebant. Hæc ille. AVTHOR. Templo ecce veteri adhuc ſeruiebant primi credentes tanquã terrenæ imagini eccleſiæ Chriſti,quæ erant & ipſi. Quid eos putas & eſſe facturos in eccleſia ſtica domo,quæ eſſet eius imagini ,ppinquior ſi haberetur?ſed ideo fide creſcente creuerunt domus eccleſiæ,ne cum Lollardis eccleſiaſtici conuentus ſinerentur orare ſub dio. Ipſę enim diuinæ ſcripturæ domos eccleſiarũ parare cogebant. Vnde homi.2.ſuper Exodum. ORIGE. Quia timebant obſtetrices Deum, fecerunt ſibi domos:quod dictum nullam conſequentiam ſecundum literam habere poteſt. Quis enim ordo eſt vt dicam,quia timebãt obſtetrices Deum fecerũt ſibi domos?quaſi propterea domus fiat,quia timetur Deus. Hæc ſi ita accipiãtur vt ſcripta ſunt,nihil conſequentiæ,ſed & inanitatis plurimum habere videbũtur. Sin autem videas quomodo noui ac veteris teſtamenti ſcripturæ timorem Dei docentes domos eccleſiæ faciant, & vniuerſum orbem terræ orationum domibus repleant,tunc quod ſcriptum eſt,rationabiliter ſcriptum videbitur. Hęc ille. AVTHOR. Ecce tota conſequentia ſancti textus,quòd ideo fecerũt obſtetrices domos,quia Deũ timebãt,in hoc ipſum reducitur,quòd ſcripturæ noui ac veteris teſtamenti,quia timorem Dei docent:ideo domos eccleſiæ faciunt,& vniuerſum orbem terræ o-
3 rationum domibus replent. Vnde † quotiens in ſcripturis nouis eccleſiam audio, in domo eam intellige. Salutate, inquit Apoſtolus,Priſcam,& Aquilam adiutores meos. Sequitur. Et domeſticam eorũ eccleſiam.ad Romanos vltimo. Et de eiſdem. Salutant in domino multùm Priſca & Aquila cum domeſtica ſua eccleſia.primæ Corinthi.vltimo. Et ſalutate fratres, qui ſunt Laodiciæ,& Nympham,& quæ in domo eius eſt, eccleſiam. Ad Coloſſenſes.4. Et ſermonem prolixum vna ſabbati pertraxit vſque in mediam noctem Paulus in cœnaculo,de cuius feneſtra cecidit Eutychus,non ſub dio. Actu.20. Et quotidie diſputauit per biennium in ſchola cuiuſdam tyranni, & prædicauit in ſynagogis per tres menſes Epheſi. Act. 19. Vbi vel ſemel hoc inuenis in nemore vel paludibus feciſſe eum: quod ſemper eũ audis in domo facere vix ſub dio? Vt autẽ Apoſtolos omnes ſcias domos eccleſiæ frequentaſſe, de beato Ioanne Apoſtolo legitur, q̃ item in eccleſiam ſe ferri fecit,vt ibi moriendo deſineret,vbi ſemper viuẽs accubuit. Vnde in lib.3. cõmentarij ſuper epiſtolam ad Galatas textu: Ergo dum tẽpus habemus operemur bonum.
4 HIERONYMVS. Beatus † Ioannes euãgeliſta cũ Epheſi moreretur,ſq̃ ad vltimã ſenectutem,

Eccleſia pro domo.

Ioan. euan. obitus.

Diligite alterutrum. tem,& vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur,nec poſſet in plura vocem verba conterere,nihil aliud ſolebat per ſingulas proferre collectas,niſi hoc:filioli diligite alterutrum. Tandem diſcipuli,& fratres, qui aderant,tædio quòd eadem ſemper audirēt, dixerūt:Magiſter quare hoc ſemper loqueris? Qui reſpondit,dignam Ioanne ſententiam. Quod præceptum domini eſt,ſi ſolùm fiat, ſufficit. Hæc ille. AVTHOR. Valde ergo accuſandæ pigritiæ eſt,ſi quis non illuc ſollicitè pergat viuus, & ſanus, quò Ioannes non deeſſe potuit ſemiuiuus,& ad collectas ibi non defuit,id eſt, ad orationes publicas: verùm non gratia orationis tantùm,ſed item vt in vnum cœtum fideles conueniāt,ad vnam domum celebri hora orationis accedere ſanctiùs eſt,quàm in loco priuato orare. Qualiter etiam veteres monachi in deſertis Ægypti ad eccleſias de ſolitudine conueniſſe leguntur ad audiendum verbū communis fidei,& communia ſacramenta percipere. Quod notat item feciſſe dominum Ieſum libro. 2.ſuper Lucam ca.9.textu, Factum eſt & in alio ſabbato vt intraret in ſynagogā, 5 & doceret. BEDA. Sabbatis † præcipue dominus in ſynagoga docet, operaturque virtutes. Non ſolùm propter inſinuandum ſpirituale ſabbatum,ſed & propter celebriorem eo die populi conuentum:cui tunc ex antiqua patrū inſtitutione moris erat, quia vacare à labore per legem iubebatur legendis audiendiſq; ſcripturis operam dare. Iuxta quod in actibus Apoſtolorum Iacobus loquitur. Moyſes enim à diebus antiquis vbi per omne ſabbatum legitur. Nam ſicut hi,quibus venandi ars eſt,vbi feras,piſces, & volucres plùs habere didicerint, ibi maximè ſua retia tendunt: ita & dominus ſemper docuit in ſynagoga,& in templo,quo omnes Iudæi conueniunt, volens omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hæc ille. AVTHOR. Contrarium Antichriſtus,& omnis hæreticus,ne ſectatores ſui ad agnitionem veritatis eueniant, conuentus ſanctos,& domos ſacras diſſuadent, ne ſancti venatores retibus fidei doctrinæ eos quandoque capiant, & compedes ſoluant, quibus miſeræ animę detinentur: ideo petunt ne mora fiat tēpore, quo fideles petunt eccleſias: ideo ingrediuntur caueas,domos deſertas, & loca occulta,in quibus Chriſtus loquutus eſt nihil: ſicut Hieroboam fecit Sychen in monte Ephraim, dicens in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo Dei in Hieruſalē:conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda:interficientq; me, & reuertentur ad eum. Et excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos,& dixit. Nolite vltrà aſcēdere in Hieruſalem:poſuit vnū in Bethel, & alterum in Dan. 3. Regum. 12. Idem eſt apud Witcleuiſtas conſilium, vt dicant fidelibus peruerſis. Nolite aſcendere in Hieruſalem, vbi eſt eccleſia Chriſti, & vera fides catholica. Si enim aſcenderit populus iſte in domum domini,conuertetur cor eius ad dominum, aſsiduè audiendo verbum Dei, & item conuictū & conſortium ſanctæ plebis:ſed venite ad domum diaboli in Dā,& Bethel. Sequamini nos qui dicimus ecce illic eſt Chriſtus, aut in deſerto ſub dio,vbi Ægyptius quatuor millia Sicariorum educit ad perdendum eccleſiam. Actum. 21. Dicit hæreticus Witcleuiſta hæc verba,& ſi nō actu oris,tamē effectu operis. Imò & interdū dicit palā. Spiritu viuo, & vbi ſum, legem Dei attēdo:ſufficit mihi benefacere vel in campo ne intrem eccleſiam. Sic non dicit quiſquam filius matris eccleſiæ illius mulieris fortis, quæ operata eſt lanam, & linum iuxta eloquium Sapientis. Vnde & in ſermone de eadē. 34.primæ partis AVGV. Interiora ſunt linea veſtimenta,lanea exteriora:quicquid carne operamur,in promptu eſt: quicquid ſpiritu in ſecreto. Operari autem carne,& nō operari ſpiritu,quanuis bonum videatur, vtile nō eſt. Operari in ſpiritu,& non operari pigrorū eſt. Inuenies hominem porrigentem manum, vel eleemoſynā pauperi,& tamen nec de Deo ibi cogitantem,ſed hominibus placere cupientem. Lanea veſtis videri poteſt, interiorem lineam non habet. Inuenies alium dicentem tibi. Sufficit mihi in conſcientia Deum colere, Deum adorare: quid mihi opus eſt,aut in eccleſiam ire,aut viſibiliter miſceri. Chriſt ianis? lineam vult habere ſine lanea tunica. Non nouit,neque commendat talia opera mulier iſta. Hæc ille. AVTHOR. Sic carnale opus corpore intrare eccleſiam,ſi ipſum ſpernas,nudus incedis à tunica inconſutili domini, à conſortio charitatis. Non ſufficit tibi conſcientia nuda ſine opere,ſicut nec linū tenue ſine veſte lanea: dura eſt hyems,& hæretici volitant. Magiſtri tamen eccleſiarum non timeant, imò captiuis ipſis hæreticorum audacter promittant,quòd rurſus ædificandæ ſunt per parochias ſuas eccleſiæ, in quibus faciem domini deprecentur: iuxta illud Zachariæ. Venient populi mei, & gentes robuſtæ ad quærendū dominum exercituum in Hieruſalem, & deprecandam faciē domini. Vbi in commentario HIERONYMVS. Perſecutionis tempore magiſtri & ſacerdotes

cerdotes eccleſiæ audacter captiuis credẽtibus repromittant, quòd rurſum ædificandæ ſunt parochiæ, & pacis reddenda tranquillitas, & in eccleſiis facies domini deprecãda. Hęc ille. AVTHOR. Poſt hyemem ergo perſecutionis ſunt eccleſiæ reparandæ, & ibi facies domini deprecanda: non ſub dio, ſed in eccleſiarum fabricis. Sed ideo loca & tempora filiis ſuis taxauit mater eccleſia, vt nec aliò quoquam eant ad dies feſtos vel lectiones ſacras, quàm vbi palàm eſt recta fides, & ſalutaria ſacramenta tractanda per plebes. Vnde ex decreto papa FELIX. Satius eſt miſſam non cantare, aut audire, quàm in iis locis, vbi fieri non oportet, niſi (vt ſæpe dictum eſt) pro ſumma contingat neceſsitate, quia neceſsitas legem nõ habet. Hæc & plura illic. AVTHOR. Limitat ergo ſcriptura loca, ad quæ populi conueniant. Vnde & AVGVSTI. in ſermone. Omni die dominica ad eccleſiam conuenite. In qua nolite rixas prouocare, nolite lites committere, & ſcandala cõcitare, nec ſecularia verba fari, ſed lectiones diuinas patienter audite. Qui enim in eccleſia fari verba ſecularia voluerit, pro ſe, & p aliis malam redditurus eſt rationem, dum verbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit. Hæc ille.

De apparatu eccleſiæ.

Titu. XVIII.

¶ Quòd in ſplendentibus eccleſiis non confidamus cum hæreticis: ornemus tamen eas ſplendidè ad honorem Dei picturis, libris, vaſis, & amictibus pretioſis.

CAP. CXLVIII.

SVMMA.

1 *Cõfidendum quòd non ſit conſtitutis in eccleſia in ſplendore eccleſiarum, ſed in uera fide, & ſancta conuerſatione.*

2 *Baſilicas quõ inter Chriſtianos condendas, & ornãdas Spiritus Dei per prophetas ſuos inſtituerit.*

3 *Witcleuiſtæ quomodo imitantur Perſium, decorũ templis apparatum negantem.*

4 *Nepotianus à Diuo Hieronymo laudatur pro ornatu, quem curauit eccleſiæ.*

5 *Inaures ſponte traditæ.*

OFFENDITVR in baſilicis Witcleff ſplendidis, & apparatu earũ decoro certè dolens valde, quòd fideles animæ in eccleſiis delectantur. Vnde libro ſecundo de ſermone domini in monte ca. 6. ſic de baſilicis ab hypocritis in eccleſiam introductis. Talia ſenſibilia mũdo ſplendentia videntur aperire oſtium domus orantis, & introducere inimicos. Et libro tertio capitu. 17. Fideles debent cauere in talibus, ne ſuum deſiderium nimiũ immergatur. Sequitur. Diſcamus ergo amare plus meliora, quàm iſta corporalia peiora; & tunc non nimis adulteremur cum baſilicis, domibus, imaginibus, & feneſtris. Hęc Witcleff. AVTHOR. Quid mirum, ſi in corporali eccleſia non lætatur, qui ipſius ſpiritualis eſt hoſtis eccleſiæ. Non enim poteſt dicere: Domine dilexi decorem domus tuæ: qui habitatores eius odit, & patrem familias, & filios, & dominum deteſtatur, vouens in omni animo ſuo, & dicens: Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Videamus per ordinem ea, quæ docet, cauenda eſſe. Non nimis adulteremur, inquit, cum baſilicis, domibus, imaginibus, & feneſtris. Diſcurſum faciens per ſcripturas, vbi culpatos inuenio gloriantes in fulgore templi, ipſi ſunt hæretici intellecti, qui in fabricis gloriantur dogmatum peruerſorum: quos cauendos à fidelibus docent, ne in templorum ſuorum fulgoribus glorientur. Velut hi, de quibus loquitur Hieremias. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum domini, templum domini eſt. Vbi libr. 2. commentarij HIERONY-
1 MVS. Præcepit † autem & nunc populo Iudæorum, & hodie nobis, qui videmur in eccleſia conſtituti, ne fiduciam habeamus in ædificiorum ſplendore, auratiſque laquearibus, & veſtitis parietibus marmorum cruſtis: & dicamus templum domini, templum domini eſt. Illud enim templum domini eſt, in quo habitat vera fides, ſancta conuerſatio, omniumque virtutum chorus. Denique infert. Si rectas feceritis vias veſtras, & cogitatio veſtra non abierit poſt errorem, & ſequuti fueritis iuſtitiam, & malum non effeceritis, neque effuderitis ſanguinem innocentem, ſimplices quoſque ſcandalizantes, & poſt deos alienos non ambulaueritis, peruerſa adorantes dogmata, quæ de veſtro corde ſimulaſtis in malum vobiſmetipſis, habitabo vobiſcum in loco iſto, quem vocatis templum domini,

& in

Digitized by Google

& in templo,quod dedi patribus veſtris, Apoſtolis videlicet,& apoſtolicis viris, vel certè in cõfirmatione habitare vos faciam à principio vſque in finem.Hæc ille. AVTHOR. Præceptum hoc ecce nobis dicit in eccleſia conſtitutis,in ſplendore ædificiorum non habere fiduciam,ſed in vera fide,& ſancta conuerſatione: ita vt poſt deos alienos non ambulauerimus in malum nobiſmet ipſis. Exponit hoc,id eſt, adorantes peruerſa dogmata, quæ de noſtro corde finxerimus. Vbique ſunt vitia fugienda & hæreſes deſerendæ. Vbi ergo populi in ſuis baſilicis tantũ delectantur,vt ad fugiendũ præpoſitũ, aut aliũ hæreticũ ibi prædicantẽ nolũt deſerere locum pulchrũ: ipſi in ſplendore loci nimiam habent fiduciam: idcirco ad eundem ſenſum epiſtola contra Auxentium Arianum ad eccleſiæ plebes ſcripſit HILARIVS. Multa alia proferre eccleſiæ me pudor inhibet, & committere epiſtolæ Arianorum blaſphemiarum dedecora pertimeſco. Vnum moneo, cauete Antichriſtum. Malè enim parietum vos amor cepit:malè eccleſiam Dei in tectis,ædificiiſque veneramini:malè ſub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum eſt in his antichriſtum eſſe ſeſſurum?Montes mihi, & ſyluæ, & lacus,& carceres,& voragines ſunt tutiores.In his enim prophetæ aut manentes,aut demerſi Dei ſpiritu prophetabant. Abſiſtite itaque ab Auxentio Satanæ angelo,Chriſti hoſte,vaſtatore proditò fidei negotiatore. Quam ſic eſt regi profeſſus,vt falleret,ſic fefellit,vt blaſphemaret. Hæc ibi. AVTHOR. Malè,inquit,eos amor parietum cepit, & malè in ædificiis Dei venerabantur eccleſiam, vt ne eam deſererẽt, cum Auxentio antichriſto & hæretico pacẽ haberent. Structura illa ſplendida non eos tutari poſſet à diuina ira, quam hoſti Chriſti aſſiſtentes,meruerunt incurrere: quia in his ædificiis ſplendidis ſeſſurus eſt Antichriſtus iuxta Euangelium.Quo vicino, nullus locus eſt tutus:vbique tanquàm peſtis veſtra eſt perfidia fugienda.Sed tamen quia hæc in baſilicis poſſunt contingere,non ideo ab earum ædificiis, & ab eccleſiarum editarũ apparatibus eſt ceſſandum,niſi ad tantum abundaret malitia hominũ,vt generaliùs noceret,quàm prodeſſet. Ecce non leuiter putem populum domini totum his malefidis hominibus caruiſſe,quando non minus mandato domini templum illud incomparandi ſplendoris & operibus plenum Salomon cõſummauit: etenim templum hoc, figura erat eccleſiæ noſtræ :tam quoad ædificium ſpirituale,quàm quoad ẽdificium corporale exemplaris imago: prout in tranſmigratione illa Babylonis Hieremias inſinuat, dicens,quòd ibi ſub regibus alienis ædificarent domos,id eſt,eccleſias. Vnde libro.12.contra Fauſtum AVGVSTI. Norunt qui legunt: iã ipſa in Babyloniam tranſmigratio, quo etiam ſpiritus Dei per Hieremiam prophetam iubet vt pergant,& orent pro eiſipſis, in quorum regno peregrinantur,quòd in illorum pace pax etiam eſſet eorum,vt ẽdificarent domos,& nouellarent vineas,& plantarent hortos: quis nõ agnoſcit quid præfigurauerit, qui attenderit veros Iſraẽlitas,quibus dolus non eſt, per apoſtolicam diſpenſationem cum euangelico ſacramento ad regnum gentium tranſmigraſſe? Vnde nobis Apoſtolus tanquàm Hieremiam replicans dixit. Volo ergo primò omnium fieri deprecationes,adorationes,interpellationes gratiarum actiones,pro omnibus hominibus, pro regibus,& his,qui in ſublimitate conſtituti ſunt,vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate,& charitate.Sequitur.Ex hoc quippe etiam illis credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis,baſilicæ chriſtianarũ congregationum,& nouellatæ vineæ populi fidelium,& plantati horti: vbi etiam inter omnia holera granum illud ſinapis regnat, ſub cuius vmbraculis longè latèque porrectis,etiam altipetarum ſuperbiæ gentium tanquàm in cæli volatibus confugiendo requieſcit.Hęc ille.AVTH. Totum in ſacramentum eſt redactum eccleſiæ,quicquid vel literaliter, vel ſpiritualiter cecinit Hieremias. De terra ſancta in Babylonem populus Dei tranſmigrauit,ſic ab Hieruſalem per hunc mundum conualuit eccleſia. Illic orare pro regibus terrarum, & incolis regionis Propheta mandauit. Et hoc idem pro regibus,& perſonis ſublimib⁹, & vniuerſis hominibus iuſsit Apoſtolus.Ad huius orationis officium domos iuſsit extruere: & ex hoc, inquit Auguſtinus,credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis,& baſilicæ chriſtianarum congregationũ.Si ergo ex hoc ſpiritu Dei loquente per Hieremiam ædificãtur baſilicæ chriſtianarum congregationum, falſò dicit Witcleff in eis ſpiritum malum habere principium.Per
2 † prophetas enim ſuos ſpiritus Dei inter Chriſtianos baſilicas & cõdendas, & ornandas inſtituit. Aliter non tantùm laicos, ſed Chriſti vtique ſacerdotes ad tantum pro congruitate operis ſplendorem domus Dei augendum nõ excitaſſet.Vnde lib.2.de officiis cap.13.AMBROSIVS. Quid inquiens ex affectu puro,aut ſyncero promittitur, hoc eſt decorum, non ſuperfluas ædificationes aggredi,nec prætermittere neceſſarias, & maximè ſacerdoti

hoc

Digitized by Google

hoc conuenit ornare Dei templum decorè cõ gruo,nõ fulgido,nec ædificationes ſuperfluas aggredi.Hæc ille.AVTHOR.Dicit non ag gredi fulgidas ædificationes: ſed nec præter mittere neceſſarias:quales tu nullas dices:quia Deus quaslibet non attendit, vt ais, ſed con gruum ornatum templi Dei intantum expo nit Ambroſius,vt hoc cultu aula Chriſti reſplẽ deat,& hactenus impenſas minimè conueniẽ tes præcipit frequentare, quas ab carnalium chriſtianorum collectis ſacerdos faciet exhau riri,vt ad impenſas templi ſi nolint in maioris perfectionis officiis,ſaltem in minoribus obſe quantur. Quemadmodum veteri tabernaculo Gabaonitæ, de quibus Homil. 10.ſuper Ioſue ORIGENES. Vides quomodo ligni cæſo res, vel aquæ geſtatores fieri condemnantur ad obſequium populi,& ad altaris Dei mini ſterium,quoniam quidem cum dolo & callidi tate acceſſerũt ad filios Iraël pannis, calceamẽ tiſque veteribus induti,& cibum vetuſti panis ferentes.Iſti ergo veniunt ad Ieſum cum omni bus vetuſtatibus,& orãt ab eo hoc tantùm, vt ſaluentur. In quorum figura tale mihi videtur aliquid oſtendi.Sunt quidam & in eccleſia cre dentes quidem,& habentes fidem in Deum,& acquieſcẽtes diuinis præceptis omnibus, qui q; etiam erga ſeruos Dei religioſi ſunt, & ſer uire eis cupiunt, ſed ad ornatum eccleſiæ, vel miniſterium ſatis prompti paratiq; ſunt: in a ctibus verò ſuis,& conuerſatione propria,ob ſcœnitatibus,& vitiis inuoluti,nec omnino de ponẽtes veterem hominem cum actibus ſuis, ſicut & iſti pannis & calceamẽtis veteribus ob tecti,præter hoc,quòd in Deum credunt,& er ga ſeruos Dei,vel eccleſiæ cultum videntur eſ ſe deuoti,nihil adhibentes emendationis, vel innouationis in moribus. Iſtis ergo Ieſus do minus noſter ſalutem quidẽ concedit,ſed quo dammodo ſalus ipſa eorum notam nõ euadit infamiæ.Hæc ille. AVTHOR.Sufficiat ergo eis, ſi ſalui ſunt, & hortatibus ſacerdotum ſal tem de iniquitatis mãmona ſalui fiant. Doceã tur Chriſti ſeruis, & religioſis pauperibus mi niſtrare.Doceantur ligna cędere ad eccleſiarũ fabricas, ad feneſtrarum cultum, ad veſtium, vaſorum ſacrorũ, cæterorumq; vtenſilium at q; librorum decus impenſas transferre: ita vt ad inuidiam Witcleuiſtarum luminoſo cultu Hieruſalem ſupercæleſtis hæc aula reſplẽdeat. Videtis quòd in diebus Origenis ornatus do mus domini põdus habebat in populis.Et qui dem vetus templum in fulgore & diuitiis quot inter nos adæquant eccleſiæ? cùm ipſum fuit figura tantũ,& noſtrarũ imago.Eãt ergo preſ byteri,& ornent eccleſias:primò cõpoſitis mẽ 3 tibus,& demum oculatis fulgoribus,ſed † inui di Witcleuiſtæ dum eccleſiæ cultũ deprauãt, Perſium imitantur deorum templis apparatũ negantem his verbis:at vos Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum?Nempe id quod Ve neri donatæ à virgine pupæ. Quin damus id ſuperis.Sequitur.Cõpoſitum ius, faſq; animi, ſanctoſq; receſſus Mentis, & incoctum gene roſo pectus honeſto.quomodo recitat li. 2.di uinarũ inſtitutionũ ca.4. LACTANTIVS. Non,inquit,placebat Perſio, quòd aurea vaſa templis inferantur ſuperuacua,putanti eſſe in ter religiones,cùm nõ ſanctitatis, ſed auaritiæ ſint inſtrumentum. Illa enim eſt ſatiùs Deo, quem rectè colas inferre pro munere compo ſitum ius,faſq; animi,ſanctoſq; receſſus Men tis, & incoctum generoſo pectus honeſto. Ẽ gregiè ſapienterque ſenſit,verùm illud ridiculi ſubdidit,hoc eſſe aurum in templis,quod ſunt Veneri donatæ à virgine pupæ.Hæc ille. AV THOR. Certum eſt omnem cultum ibi ſuper ſtitioſum & vacuum eſſe,vbi omnia ſuperſti tio poſsidebat: ideo bene nõ placebat Perſio. Nec, inqt Witcleuiſta, placebat HIERON. dicenti in epiſtola ad Nepotianum.Multi ædi ficant parietes,& columnas eccleſiæ.Neq; ve tò mihi aliquis opponat diues in Iudæa tẽplũ, menſas,lucernas,thuribula,patellas, ſcyphos. Tunc hæc probabantur à domino, quando ſa cerdotes hoſtias immolabant:nunc vero cùm paupertatem domus ſuæ pauper dominus de dicarit,cogitemus crucem eius & diuitias lutũ putabimus AVTHOR. Scio & iſta dixiſſe Hieronymum,vt tamẽ Witcleff acceptabilẽ ſi bi habeat reſponſalem,authorem ſuum de offi ciis ipſi oppono, qui hæc ſoluit in capitul.de ornatu altaris WALERAMVS. Nec illud, inquit,nobis obiiciatur ex dictis Hieronymi, quòd ſi hæc ex veteri teſtamento ſuſcepimus, conſequenter & victimarum ritum, & legem ſabbati,& his ſimilia ſuſcipere debeamus. Pu gnat enim hæc ſententia,ne aurea, vel gemma ta cultus domini ornamenta,vel neceſſaria re quirantur.Nam ſcribens aduerſus Vigilantiũ itemque ad Demetriadem virginem eleemoſy nam quidem pauperum præfert:ſed de huiuſ modi vnuſquiſque, inquit, in ſuo ſenſu abun dat.Non damno,non reprehendo. Hæc ille. AVTHOR.Iſte alumnus Witcleff, quem inter ſanctos colit in materia de ſacramento euchariſtiæ iam pro parte apparatus eccleſiæ ſoluit Hieronymum, quòd non damnat, nec reprehendit ornatum pretioſum eccleſiæ, ſed ſi intantum præferantur,vt paſtus pauperum

Digitized by Google

negligatur. Sic hîc increpat iſta tantoperè fieri, & cum hoc de miniſtris Chriſti nulla eſſet electio, alioquin non laudaſſet Chriſtus viduã pauperem, quæ ad ornatum tẽpli, Chriſto præſente, miſit totam ſubſtantiam. Laudauit autẽ, & admiſit, vbi liquet, quòd diues templum à deuota paupere ornatus ſui incrementum nõ damnatur accipere. Nec Hieronymus reprobaret in eccleſia opulenta. Nam ſi iſta non approbet, cur tanto plauſu laudauit eũdem pro ornatu, quem curauit eccleſiæ in epitaphio

4 HIERONYMVS. Nepotianus † noſter aurum calcans, ſchedulas conſectatur, ſed ſui in carne contemptor eſt, & paupertate incedit ornatior: ita totum eccleſiæ inueſtigat ornatũ. Et infrà. Erat enim ſollicitus, ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa lucentia, & in omnes cęremonias pia ſollicitudo diſpoſita, nõ minus, non magis negligebat. Vbicunque enim in eccleſia quæreres, inuenires. Nobilem virum Quintium Fabium miratur antiquitas, qui etiam ratione ſcriptor hiſtoriæ eſt: ſed magis ex pictura quàm literis nomen inuenit. Et Beſeleel noſtrum plenum ſapientia & ſpiritu Dei ſcriptura teſtatur. Hiram quoque filium mulieris Tyriæ, quòd alter tabernaculi, alter templi ſuppellectilem fabricatus ſit. Quomodo enim lætæ ſegetes, & vberes agri interdum ſpicis, ariſtiſque luxuriãt, ita præclara ingenia & mens plena virtutibus in variarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos Philoſophus ille laudatur, qui omne, quo vteretur, vſque ad pallium, & anulum manu ſua factum gloriatus eſt. Hoc idem poſſumus & de iſto dicere, qui baſilicas eccleſiæ, & martyrũ conciliabula diuerſis floribus, & arborum comis, vitiuḿque pampinis adumbrarit, vt quicquid placebat in eccleſia, tam diſputatione, quàm viſu laborem presbyteri teſtaretur, & ſtudium. Hæc ille. AVTHOR. Et bene ſicut iam dixit Hieronymus, ſacerdoti ſic conuenit ornare Dei templum, vt hoc cultu Dei aula tota reſplendeat. Qualiter iſtis ſanctis reſpondeat fuliginoſus & teter hæreticus, qui tantoperè cauet à baſilicarum ſplendoribus: nuſquam cauet, aut cautelam inducit, vt cũ ſancto Nepotiano presbytero pauimenta tergantur, niteat altare, ſacrarium mundum ſit, & vaſa luceant. Sed quicquid obſcurum, & horridum eſſet, hoc obſtruſo placet hęretico: quicquid ornatum aut decorum in baſilica, quia præ honeſtatis opinione damnari non poſſet, peruerſi iudicij dedecore fœdaretur. Nam & Iudæus bene interpretaretur donata ad ornatum eccleſiæ. Sicut ipſe libro ſecundo de dubiorũ capitulo decimoquinto RABI MOYSES. Poſitum eſt candelabrum aut propter honorem & gloriam domus Dei. Et candela continuè, quæ ſit diſtincta cum cortina, ſignificat diuitias in corde hominis. Et iam ſcis tu qualiter corroborat lex fidem diuitiarum templi, & timoris eius, vt informet hominem pietate, manſuetudine, & humilitate. Hæc ille. AVTHOR. Erubeſcat Chriſtianus, qui hoc neſcit, & ſaltem à Iudæo diſcat, quòd informat hominem pietate, manſuetudine, & humilitate, conferre ornatus congruos ad domum domini. Nec hoc puto eſſet plebiſcitum difficile, ſi ad illecebras conuerteretur, quod cedit in Deum. Faciliter dederunt inaures filiarum & vxorum ſuarum ad cultum idoli, quas maiori difficultate tradidiſſent ad cultum domini. Prout notat quæſtione. 124. ſuper Exodum AVGVSTINVS. Quod

5 † iubet Aaron inaures demi ex auribus vxorum, atque filiarum, vnde illis faceret deos, non abſurdè intelligitur difficilia præcipere voluiſſe, vt hoc modo illos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen eſt illud ipſum difficile, vt eſſet aurum ad faciendum idolum: quod propter eos notandum putaui, qui contriſtantur, ſi quid tale propter vitam æternam diuinitùs fieri, vel æquo animo tolerari iubeatur. Hæc ille. AVTHOR.

Inaures tè tradi

Exprimimur triſtitiam iſtam in carnalibus Chriſtianis, quibus non parum nocet ad eccleſiæ com modum conferre denarium: ad ſuſtentandum hæreticum Witcleuiſtã in eccleſiæ diſcrimẽ: non valde triſtãtur attenuare ſubſtantiam.

¶ De

De religiosorum domibus.

Titu. XIX.

¶ De fabricandis domibus religiosis & ecclesiasticis altis secundùm moderamen, & de Apostolis, qualiter nō omnino carebāt eis Christus & Apostoli.

CAP. CXLIX.

SVMMA.

1 *Christus quomodo ad noui religionem sacramenti altam domum requisuerit, & amplam.*
2 *Apostoli statim post ascensionem Christi, quomodo ad superius & altum cœnaculum cōuenerūt.*
3 *Cœnaculū quid sit. Et quō in eo apostoli morabantur. Et elegerūt Mathiam, acceperunt Spiritum sanctum &c.*
4 *Paulus quō hospitiū sibi præparari mādauerit, Et quòd fuerit celebre, & ampliū, cōtra Witcleff.*
5 *Elias quomodo in cœnaculo habitauerit, quod est alta domus.*
6 *Leporius sacerdos sanctus quomodò monasteriū religiosorum cōstruxerit, basilicā, & Xenodochium.*

POST basilicas, domos ecclesiarum deprauat. Non nimis adulteremur, inqt, cum basilicis, domibus, imaginibus, & fenestris. Dequibus item in trialogo cap. 29. dicit de Apostolis, quòd non habebant in domiciliis proprietatem domorum: & omnino carebant altis domibus, & ad onus proximi sumptuosis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Quòd nō habebāt altas domos in proprietate Apostoli quis nō diceret, cùm & dominus etiam secundum deitatem dum in tabernaculis versaretur, proprietate domus habitationis, vel altæ; vel humilis caruisse signauit, dicēs ad Dauid: Neque enim habitaui in domo ex die, qua eduxi filios Israël de terra Ægypti vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio per cūcta loca, quæ trāsiui, cum omnibus filiis Israël. 2. Regū. 7. Sic in exordio legis nouæ per multorum annorum spatia expectatū forsan erat antequam conderentur in altas domos ecclesiæ: & adhuc multò plures antequàm in proprietatem Apostolorum domus venirent, aut agri. Non tamen tantum distabant à domibus altis, quantum Deus in principio veteris legis, qui dixit, se nec inhabitasse domum à die egressionis ex Ægypto tunc vsque. Apostoli verò statim inhabitare cœperunt templum illud, vnde dictum est in fine Lucæ, quòd ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Vbi in commentario BEDA. Ascendente in cælum domino, discipuli adorantes in loco, vbi steterunt nouissimè pedes eius, confestim Hierosolymam redeunt, quia ibi promissum patris, quod audiēre per os domini, expectare præcepti sunt. Sequitur. Manent semper in templo laudantes, & benedicentes Deum, vt in loco orationis, & laudis deuotiores, promissum sancti spiritū aduentum promptis per omnia paratisque cordibus expectent. Et infrà ad finem. Pulcherrimè Lucas, qui Euangelium suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ cœpit, hoc in templi deuotione compleuit, cùm Apostolos inibi ministros videlicet noui sacerdotij futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei, & benedictiōe concluſit. Hęc ille. AVTHOR. Primò notetur, quòd occasione quadam se notandum infert, quia ad sensum Euāgelistę discipuli Christi iam Christo translato in cælos ibi adorare cœperunt, vbi nouissimè pedes domini steterunt. Ad quid ibi, si non relicta esset ibi virtus sacri vestigij? Quo bene peregrè eunt Christiani fideles, vt ibi præcipuè Christum adorent, vbi præcipuè Apostoli adorabant, & manebant, inquit, semper in templo, vt in loco orationis, & laudis deuotiores spiritus sancti promissum aduētum cordibus paratis expectent. Non bene ergo sapuit Witcleff deuotionem Apostolorum, quando dicit orationem fidelis Christi viri liberius peticturam esse cælos sub diuo: & hic dicit Beda, quòd manebant ideo Apostoli semper in templo, vt deuotiores in loco orationis & laudis sancti spiritus expectarent aduentum. Deuotiores ergo Apostoli expectant in templo, quàm expectassent sub diuo. Sed altas domos inquit, non habebant Apostoli, qualiter nunc habent religiosi. Et puto eum supposuisse domos basilicis, vt tam domos ecclesiæ daret intelligi pro ecclesiasticis officiis factas, quàm itē curias sacerdotum, & refectoria, capitula, dormitoria, claustra, & infirmitoria, vel hospitia

pauperum. Quas domos de altitudine culpāt, & sumptu, tractatu de prævaricatione mandati. ca. 5. dimittendo dispensationem cum Christo, mœchātur turpissimè cum diabolo in basilicis, domibus, atque claustris, quas plùs diligunt, quàm iustitiam legis Dei, & sic sunt idololatræ. Hæc Witcleff. AVTH. Posset eum iuuare, quod infert in apologetico suo ad abbatem Cluniacensem BERNAR. Omitto, inquit, oratoriorum immensas altitudines, immoderatas longitudines, superuacuas latitudines, sumptuosas depolitiones, curiosas depictiones, quæ dum in se orantium retorquent aspectum, impediunt & affectum: & mihi quodammodo representant antiquum ritum Iudæorum. Sed esto fiant hæc ad honorem Dei. AVTHOR. Nesciunt, qui ex hoc loco occasionē detrahendi domibus sanctis accipiunt, vim apologetici sermonis, quē accusationem dixit Hieronymus, quibusdam accusantibus facere. Hic ergo accusantium sermo est, qui tamē quia immoderationem ædificiorum incusat, sustinendus est, sed statim ibi saltem ex parte ecclesiarum episcopalium eum attenuat cō sequēter BERNAR. Et quidem alia causa est episcoporum, alia monachorum. Scimus namque, quòd illi sapientibus, & insipientibus debitores cùm sint, carnales populi deuotionem quia spiritualibus non possunt, carnalibus excitant ornamentis. Nos verò, qui iam de populo exiuimus, qui mundi quæque pretiosa atq; speciosa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchrè lucentia, suaue olentia, dulce sapientia, tactu placentia, cuncta denique oblectamenta corporea arbitrati sumus vt stercora, vt Christum lucrifaciamus: quorum quæso deuotionem in his excitare intendimus? Quem inquā ex his fructum requirimus, stultorum admirationem, an simplicium oblationem? AVTH. Huic adhuc accusationi multiplicatæ subnectit temperarium verbum BERNAR. Denique quid hæc ad pauperes, ad monachos, ad viros spirituales, nisi fortè & hic aduersus memoratum iam Poëtæ versiculum propheticus ille respondeatur: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Assentio, patiamur & hęc fieri in ecclesia, quia & si noxia sunt vanis & auaris, non tamen simplicibus & deuotis. Hæc ille. AVTHOR. In hoc verbo cessauit tempestas cōtra religiosorum ecclesias splendidas, politas, & pictas. Assentio, inquit Bernardus, quòd hæc fiant in ecclesia, quæ quantuncunque moderatè resplendeant vt decet ad decorem domus domini, & locum habitationis gloriæ eius, noxia tamen sunt vanis, & auaris simis Witcleuistis, nō quam verò simplicibus, & deuotis. Nam quo pacto inter figuram veterem, quæ erat imago ecclesiæ omni splendore, artificio sumptuosissimo circunsepta, & rem vltimò designatam ecclesiæ, quæ nitet tot lapidibus, & operibus pretiosis, in Apocalypsi Ioannis, ecclesia christiana concurrit operta terra, & neglecta fuligine, siue illa religiosorum sit, siue secularium, quæ quoruncunq; sit, domus Dei est, & nulli propria, nisi Deo: ex quo Christus ait, Nolite facere domum patris mei domū negotiationis: domus mea, domus orationis vocabitur. Quia dicit Witcleff Apostolos proprietatem domorū non habere, & omninò carebāt altis domibus: vt veniamus tandem ad alias domos claustralium, qui & ipsi cum Apostolis proprietatem
1 renuntiarunt in domibus. Quòd † si altas accusas, aut amplas: Christus ad noui religionē sacramēti altam domum requisiuit, & amplam. Ipse, inquiens, demonstrabit cœnaculum grāde stratum, illic parate nobis. Marci. 13. Cœnaculum hoc, refectorium religiosorum supplet, vbi & refectionem suam Christus instituit. Vbi, inquit, est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et iterum dixit. Diuersorium, & hoc cœnaculum magnū stratum, & ibi parate. Luc. 23. & hæc domus erat alta. Nam de hoc loco Luc. libro. 10. AMBROSIVS. Quomodo in superioribus habens stratum vt magnum meritum eius aduertas, in quo dominus cum discipulis sublimiū eius virtutū delectatione quiesceret. Hæc ille. AVTHOR. In superioribus ergo domus ista locata describitur, quæ erat Christo, & discipulis refectorium institutum, & altitudinem sanctitatis designabat in hospite: sic
2 † item statim post ascensionem Christi ad superiùs & altū cœnaculum conuenerunt Apostoli: sicut scribitur. Cùm introissent cœnaculum, ascendebant vbi manebant Petrus, & Ioannes, & Iacobus. Actuum. 1. BEDA. Locum in superiori designat, quem iam è terrena conuersatione sublati, ad superiora scientiæ, virtutisque conscenderant Petrus, & filij Alphæi. Hęc ille. AVTHOR. Fastigium ergo domus petunt Apostoli, qui fastigium culminis fundare cœperūt ecclesiæ. Augustinus frequenter bene dicit, quòd fundamenta sua in supremis locauit ecclesia, vbi initio fidei habitare cœperunt Apostoli, & quotiēs cœnaculum occurrit, aduerte. Vnde in expositione dicti loci Actuum RABANVS. Et cùm introissent in ciuitatem, sic iunge, in cœnaculum ascenderunt. In excelsam itaque domum ascenderunt, quasi obuiā

spiritui

spiritui sancto. Cœnaculum illud perfectionis typus est in Hierusalem. i. Dei ecclesia viuentis.
3 Cœnaculum † autem tertium dicitur tectum in figuram charitatis fidei superædificatæ, & spei. Hæc ille. AVTHOR. Exposuit quid sit cœnaculum ad literam ipsam grammaticè, ex celsa domus, inquit, & tertium tectũ à fundo. Exposuit item allegoricè figuram esse charitatis, quæ supereminet cæteris tertia distans à fide. Et in hanc domum ascenderunt Apostoli, quasi obuiam spiritui sancto: vbi manebãt cũ cœtu ecclesiæ ab ascensionis die vsque in diẽ Pentecostes. Parcerem modo Witcleff, si fides non cogeret reuelare mendacem. Quid dicit modò, qualiter sustinebit, quod dicit, quòd Apostoli omnino carebant altis domibus? iam altas domos pro hospitiis retinebant, inhabitabant, conducebant: qualiter omnino eis carebant? sicut nõ omnino domo caret, qui domo immanet, quam conduxit, ita nec alta domo omnino caret, qui in alta domo iugiter commoratur. Ecce in cœnaculum, altam domum ad tertium tectum habitandum ascenderũt Apostoli. In hac alta domo electionem fecerunt duodecimi Apostoli loco Iudæ, dicẽte textu, quòd in eisdem diebus exurgẽs Petrus in medio fratrum, electionem proposuit. Et ibi RABAN. In diebus illis, in quibus manebant Apostoli in cœnaculo Sion. Hæc ille. AVTHOR. In eodem quoque cœnaculo in die Pentecostes sancti spiritus susceperunt aduentum. Ibi RABANVS. In eodem loco: eoniũgitur ad illud, quod prædixerat, in cœnaculũ ascenderunt. Hæc ille. AVTHOR. Et in hunc locum BEDA. Hoc est in cœnaculo, quò superiùs ascendisse narrantur. Quicunque enim spiritu sancto adimpleri desiderant, carnis domicilium necesse est mentis contemplatione transcendant. Hæc ille. AVTHOR. In alta ergo domo Apostoli morabantur, elegerunt Mathiam, sancti spiritus acceperunt aduentũ, in alto cœnaculo Petrus electis aliis suscitauit Tabitham. Actuum. 9. In altissimis domus Simonis coriarij ad horam orationis nonã Petrus ascendit orare, & vidit reconciliationem gentilium per linteum cælitus transmissũ. Actuum. 10. In alto cœnaculo protraxit Paulus sermonem coram multitudine vsque ad mediam noctem. Actu. 20. Qualiter igitur audet dicere, quòd altis domibus omnino carebant apostoli? Narret mihi totiẽs in scripturis post ascensionem eos in imis domibus conuersari. Attamen planitiem domus sicubi requirebãt, sicut putari potest Colossis fecisse Paulum, dicens in epistola ad Philemonem. Simul autem & præpara mihi hospitium. Quem locum pertractans in commentario super epistolam ad
4 Philemonem HIERONYMVS. Non † puto, inquit, tam diuitem fuisse apostolum, & tãtis sarcinis occupatum, vt præparato egeret hospitio, vt non vna contentus cellula breui, corporis sui spatium ad ędes amplissimas æstimaret. Sequitur. Si autem hoc non dispensatoriè, sed verè quis interpretur imperatũ, vt sibi hospitium præpararet, Apostolo magis, quàm Paulo esset hospitium præparandum. Venturus enim ad nouam ciuitatem, prædicaturus crucifixũ, & inaudita dogmata delaturus, sciebat ad se plurimos cõcursuros: & necesse erat primùm, vt domus in celebri esset vrbis loco, ad quem facilè conueniretur: deinde vt ab omni importunitate vacua: aut ampla, quæ plurimos caperet audientium, ne proxima spectaculorum locis, ne turpi vicino detestabilis, postremò vt in plano potiùs esset sita, quàm in cœnaculo, quam ob causam eũ existimo etiã Romæ mansisse biẽniò, nec parua, vt reor, erat mansio, ad quam Iudæorum turbæ quotidie confluebant. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ab exordio Christus in altis domibus permansit, & amplius. Non item altis domibus carebant apostoli. Non item Petrus alta domo carebat. Paulus insuper altas habuit, & amplas sibi præparare mãdauit: longè quoque dissimiles Witcleuistarũ domicilijs in celebri ciuitatis loco, nec spectaculis proximo, nec detestandas turpi vicino: qualiter Lollardi sibi procurare solẽt in vicorum confinio tuguria desolata. Nunquam sic Christus, vbi ad prædicandum accessit. Nũquàm apostoli. Non parua (inquit) erat mansio, ad quam Iudæorum turbæ quotidie confluebant. Si contractiori lingua dicere incipiat: sed apostoli hæc fecerunt vt apostoli: sed alia causa est viri religiosi, cui quantulacũque cella sufficeret, nõ alta cœnacula pro pausando corpore peterentur. Qualiter moderni sibi dormitoria fabricarunt? sufficit mihi, quòd ab apostolis fauorem perdidit, quẽ sperabat.
5 Quantum ad religiosorum causam: Ad † patriarcham nostrum eum ducam Eliam, qui apud matrem quandam familias mansit in cœnaculo: dicente scriptura, quòd tulit filium eius de sinu matris, & portauit eum in cœnaculum, vbi ipse manebat, & posuit super lectum suum. Et sequitur infrà. Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri. Tertij Regum. 17. Et item discipulus eius Eliseus apud fœminam Sunamitidem cœnaculũ pro eo factum accepit. dixit enim ad virum suum.

Digitized by Google

Animaduerto, quòd vir Dei sanctus est, qui transit per nos frequẽter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum: & ponamus ei in loco lectulum, & mẽsam, & sellam, & cãdelabrum, vt cũ venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædam, & veniens, diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. 4. Regum. 4. Sic ergo hi sancti altas domos inhabitabant: in quibus assiduè dormiebant: siquidem alta domus est cœnaculum, vt dictum est, vsq; ad tertium tectum. Et item scriptura dicit, quòd mulier ascendit ad collocandum puerum mortuum super lectũ hominis Dei. Ecce si religiosos mines ab apostolis, qui tamen omnibus omnia facti sunt, ab antecessoribus suis minare vllo iure non poteris. Dicat quod velit, blasphemet vt velit, ecclesias fabricare, monasteria construere, domos congruas ecclesiis & monasterialibus rebus perficere, aut altas moderatè, vel amplas, secundùm quòd res expetunt, aut populorum concursus, semper fuit Christo domino placitum, apostolis, & viris apostolicis consonũ, & pietate præditis commendandum. O sanctum sacerdotem Leporium, qui ob has pias fabricas excidere memoria non potuit. Vnde in sermone de ministris ecclesiæ, q est. 34. quartæ partis AVGVSTINVS. Vestrum, inquit, plurimi sancti sunt. Presbyterum Leporium quanuis seculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum, tamẽ iam Deo seruientem, cunctis, quæ habebat, relictis, in opem suscepi. Non quia nihil habuit: sed quia iam fecerat, quod lectio ista suadet. Hic non fecit, sed nos scimus & vbi fecit. Vnitas Christi est, ecclesia vna est: vbicunque fecit opus bonum, pertinet etiam ad nos, si congaudemus. Hortus est vnus vbi nostis: ibi monasterium suis constituit, quia & ipsi Deo seruiunt. Ille hortus ad ecclesiam nõ pertinet, nec ad ipsum. Ad quẽ igitur dixerit aliquis? Ad illud, quod ibi est monasterium. Et infrà. Habebat xenodochium ædificandum, quod modò videtis ædificatum. Ego illi iniunxi, ego iussi: obtemperauit mihi libentissimè, & sicut videtis, operatus est. Quomodo meo iussu etiam basilicam ad octo martyres fabricauit de his, quæ per vos donata. Cœpit enim de pecunia, quæ data erat ecclesiæ propter xenodochium. Et cùm cœpisset ædificare, vt sunt religiosi desiderantes opera sua in cælo scribi, adiuuerunt prout quisque valuit, & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo quid factum sit, vi
6 det. Hæc ille. AVTHOR. Ecce † sanctus sacer-
Xenodochium. dos Leporius monasterium religiosorum construxit, basilicam fecerat, & Xenodochium: quod est hospitiũ pauperum. Ad iussum Augustini opera magna fecit, tãque sumptuosa, vt cùm esset ex claris mundo natalibus, his actis eum susceperit inopem Augustinus, qui tamen & ex aliorum impensis quod defuit, fabricauit. Quid damnabit Witcleff in sancto, an fabricam, an animi pietatem? Quia culpat domos fratrum altas, & ad onus proximi sumptuosas. Ecce non exposuit hoc Augustinus sancto Leporio, quia nec in conducto amplissimæ mansionis ad onus fidelium qui soluerent pro conducto hoc displicuit sancto Paulo.

¶ De ornatu sacrarum imaginũ in ecclesiis, & de earũ violatoribus.

CAP. CL.

SVMMA.

1 *Hæresis de uiolandis imaginibus, unde ceperit formam uiolentiæ.*
2 *Leo imperator imagines destruit, & earum uenerationem interdicit. Et de multiplicibus earum uiolatoribus.*
3 *Imaginum sanctarum uenerationem Papa Gregorius 88. Synodo Romæ congregata, confirmat, & earũ uiolatores anathematizat. Et idem facit Stephanus Papa. 92. Et alij.*
4 *Iconoclastæ, qui imaginifragi dicuntur, hæretici, in septima generali synodo in Nicena facta, damnantur.*
5 *Imagines quòd ab antiquo fuerint in ecclesia admissæ, ostenditur.*
6 *Imaginem suam mittit dominus Abgaro regi.*
7 *Enos, qui uir interpretatur, uel homo, quomodo fuit primus, qui Deum inuocaret, & eius imaginem coleret.*

MOdò de imaginibus, quæ hũc inter blasphemias Witcleff cõtra ornatus ecclesiæ Christi locum suscipiunt, cũ ait frequenter superius, ne nimis adulteraremur cũ basilicis, domibus, imaginibus, & fenestris, Aspiciat qui vult, & non reperiet eum contra conditiones imaginum, vel earum cultum ecclesiasticum multa locutum. Fauet enim eis propter habitudinalẽ suam eucharistiam, quam imaginariã veneratur. Sed hac de causa quinto loco sui discipuli criminantur

Digitized by Google

criminantur eum vecordiæ, quia non eſt eas auſus expreſsè damnare. Ideo ipſi contra imagines ſacras prædicare, & tractatus facere, & violentias publicas inferre non ceſſant. Sed parco ſanctorum iniuriæ: & vt expediti perferamur in opus hoc, adduco de Witcleff, quod contra perſonas eccleſiaſticas pro conſtructione imaginum in eccleſiis immoderantiam criminatur tertio de ſermone domini in monte cap. 17. Oportet, inquiens, quòd iſta, quæ vltra modum ſolitum creſcunt in noſtris temporibus, habeant terminum ſuæ deſtructionis. Vocati quidem antonomaticè eccleſiaſtici etiam mendicantes nunc ſupra modum ædificant, & conſtituunt ſibi imagines. Hæc Witcleff. AVTHOR. Si imagines non fuerint ante nos conſtitutæ, volo nos arguat tanquã primos: ſi autem ante nos conſtituerunt eas fideles, cũ eos vicerit, ſecundo loco ad nos deſcendat. Diſcipuli eius ſcripſerunt, quòd Marcellinus Papa primus iuſsit adorari imagines: quam fabulã
1 donec ipſi probauerint, conticeſcãt. Nos † autem vnde hæc hæreſis cœpit formam violẽtię reperimus Iudæos, & refugas Chriſtianos. Refert enim in hiſtoria ſub anno domini. 730. SIGISBERTVS. Iudæus quidam maleficus promittens Gizid Saracenorum regi eum. 40. annis principaturũ, ſuadet, vt toto regno ſuo Dei, ſanctorumque imagines deponi edicat: q ſpe diu regnandi ſeductus, edictum quidẽ proponit, ipſe tamen mox obiit. Hęc ille. AVTH. Venite modò Witcleuiſtæ, huic patriarchę veſaniæ veſtræ veneranter occurrite: ſuſcipite Iudæum, adorate maleficum: aut eum, cuius in depoſitione ſacrarum imaginum obſecundatis imperio, principem Saracenum. Iuſsit Paulus, quòd ſi angelus de cælo euangelizaret vobis prętęr quod accepiſtis, anathema eſſet. Nõ angelus de cælo, non Apoſtolus iuſsit violari imagines, quas iam antea accepiſtis honorari: ſed Gizid, & Iudæus ab inferis. Videte ergo quàm horridũ & multiplex incurritis anathema pro factis. Adhuc ſub anno domini proximo quidam Beſert refuga hoc modo Cæſarẽ potuit ſupplãtare Leonem. SIGISBER. Leo imperator à quodam Beſer refuga fidei ſeductus, contra imagines Chriſti, & ſanctorũ eius bellum indicit, eaſque vbique deponi, & incendi edicit. Pro quo errore eum Gregorius Papa ſcriptis multùm quidem, ſed in vanum redarguit. Hæc ille. AVTHOR. De hoc Leone in libro chronicorũ ſic ſcribit venerabilis IVO
2 CARNOTENSIS. Leo † anno incarnationis. 703. Romano potitus imperio imperauit annis. 23. Porrò imperij ſui anno. 8. omnes

imagines deſtruit

imagines deſtrui præcepit, maximo enim odio eas abominabatur, & omnes virtutiferas reliquias ſanctorum. Sed ei Germanus fortiter reſiſtebat Conſtantinopoleos epiſcopus, nolens acquieſcere deteſtabili cacodoxiæ ipſius. Sed exhibebat ſe memorem antiquorum patrum, non ſolùm ſanctis imaginibus, verùm etiam virtutiferis ſanctorum reliquiis pium veneration is affectum. Et infrà. Porrò Leo Auguſtus multos, qui ſacras imagines venerabantur, diuerſis pœnis, & verberibus amariſsimis macerabat, & beato Germano multas ingerebat iniurias, eo quòd nollet ei acquieſcere. Quibus tandem ſanctus patriarcha fatigatus, abrenuntiauit ſedi ſuæ. Deinde receſsit procul ab vrbe in parentalem domum, vbi etiam quieuit in Chriſto. Hæc ille. AVTHOR. Quod autem refert iſte peritus vir in ſcripturis inter geſta temporum, quòd Leo iſte Auguſtus multos macerabat verberibus, qui venerabantur imagines: probat non tantùm erraſſe eum cũ ſuis de violatione imaginum, ſed & quòd nec venerari eas permiſit. Scribit hoc idem firmis apicibus ſub authoritate Sigisberti Vincentius in ſpeculo hiſtoriali. Quid mirum poſt Chriſtianum regem, ſi Turcorum tyrannus venerandas crudeſcebat in imagines, prout ibidem proſequitur IVO CARNOTENSIS. Eodem inquit tempore mortuus eſt Abubalas princeps Manthiophilorum turcorum, & ſucceſsit ei Abdelas, qui multa mala oſtendit ſub imperio ſuo poſitis orthodoxis: ſanctas ſanctorum reliquias vbicunque inuenire poterat, effodiens, & ſicut rem inutilem ſpargẽs: eccleſias denique ſanctas depopulãs, armamẽtum, & commune ſterquilinuim eſſe pręcepit. Sequitur. Et eodem anno Niceta, falſi nominis patriarcha, iconas ex metallo factas, quę in patriarchatu ſuo erant, eraſit, & imagines depoſuit. Per illud quoque tempus Lipſanus Thracenſium prętor, ſicubi in tota ſubdita ſibi prouincia aliquid ſanctarum comperit reliquiarum, igni combuſsit. Venũdedit etiam omnes ſanctos libros, & omnia ſacra vaſa, & eorum pretia imperatori tranſmiſit. Multos denique monachorum interfecit, & quorundam orthodoxorum oculos eruit, & quorundam barbas oleo & cera perungens, ad oſtentationem ſuccendit: quoſdam autem exilio relegauit: quod cum imperator didiciſſet, ſcripſit ei tali ter gratias agens. Inueni te virum ſecundùm cor meum. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Iudæi Beſeritæ quoque refugi, & reges hæretici cum turcis, & paganis in perſecutione communicant. Succeſsit autem prædicto Leoni

Digitized by Google

Auguſto clades magna, quam ipſi intulerant fideles, qui impietatem eius ferre non poterant, velut ſub anno domini. 727. SIGISBERTVS. Conſtantinopolitani contra Leonem imperatorem pro depoſitione imaginum Dei tumultuantur, aliqui etiam pro hoc martyrizantur. Hæc ille. AVTHOR. Iuuit ſanctum affectum plebis Gregorius tandem præſul Romanus ſub anno domini. 731.

3 SIGISBERTVS. Gregorius †. 88. Romanæ eccleſiæ præſidet, qui & ipſe Leonem imperatorem erroris redarguit, & populum Romanum, & vectigalia Heſperiæ ab eo auertit. Et infrà. Gregorius Papa ſynodum. 93. epiſcoporum Romæ congregat, & veneratione ſanctarum imaginum confirmat, earumque violatores generali ſententia anathematizat. Hæc ille. AVTHOR. Demum ſuccedit Leoni prædicto filius eius Conſtantinus tam hæres regno, quàm hæretico morbo paterno, concilium ſanctum volens ſubneruare concilio. Vnde ibidem ſub anno domini. 855. SIGISBERTVS. Conſtantinus imperator, filius Leonis, Cõſtantinopoli ſynodum 330. epiſcoporum congregat, in quo edicto promulgato de imaginibus Dei & ſanctorum eius deponendis, eccleſiam Dei nimis ſcandalizat, & contra orthodoxos tyrannizat. Hæc ille. AVTHOR. Occurrit item catulo Leonis vicarius Chriſti ſub anno domini. 768. SIGISBERTVS. Stephanus. 92. Romanæ eccleſiæ præſidet: venerationem item ſanctarum imaginum confirmat: earum prophanatores anathematizat. Hæc ille. AVTHOR. Surgit ſtatim dæmõis inſtinctu miniſter prioris malitiæ, non permittens fidem Chriſti ſine grandi triũphare certamine ſub anno. 770. SIGISBER. Cõſtãtinus imperator omnino à Deo auerſus, virũ ſanctũ Stephanũ per. 40. annos incluſum etiã Gẽtilibus reuerẽdũ, amara morte martyrizauit: omnes ſubiectos ſibi iurare coẽgit ſup ſanctę crucis lignũ, ne aliquã dei, ſanctorumq; eius venerarẽtur imaginẽ, eoſq;, qui Dei genitricem inuocabant, eos, qui vigilias Deo agebant, eos, qui in eccleſiis aſſueti religiosè viuebant, eos, qui à iuramentis, & immũditiis abſtinebant, eos, qui reliquias ſanctorum penes ſe habebant, hos, & huiuſmodi dãnans, patrimoniis priuabat, & omnibus modis cruciabat: qui reuerentiores erant, eorum barbis cera, & pice illitis, eos comburebat: monachos, vt vxores ducerent: monachas vt viris nuberent cogebat: quod multi vitãtes, martyrium meruerunt. Nec ſub alicuius Gentilis perſecutione plures, qui ſub hoc martyrizati ſunt. Hæc ille. AVTHOR, Huc appropient Witcleuiſtæ, ſi quærant ſuæ partis pinguem tyrannum: hic cum Witcleuiſtis penè commilitat in cunctis. Cùm diſſuaderet factas imagines, cum eis interdicit preces ad Dei matrem fieri, vel ſanctos cæleſtes. Cum eis contaminat ſacras virgines: religiones prophanat, immunditias prædicat, ſacras vigilias temerat, & fortiſsimos Chriſti milites proſcriptiõe bonorum, opprobriis inſuper, & pœnis ſaturare non deſtitit. Hæc omnia iam ſancta Bohemorum ſub diris Witcleuiſtis experitur eccleſia: ſed Chriſtus, qui eccleſiam ſuam non deſerit, ſed eſt cum ea cunctis diebus vſque ad cõſummationem ſeculi, tantò forſan tempore, quantum diximus, ſubſtraxit ſuam auxiliatricem præſentiam dum tentarentur electi. Acceſsit autem, tentatione petente finem, iubens vt accederent & angeli, qui miniſtrarent ei, Adrianus ſcilicet Romanus Papa, & Pipinus rex ibidẽ ſub anno domini. 772. SIGISBERTVS. In præſentia. Pipini regis inter Græcos & Romanos celebratur ſynodus de ſancta Trinitate, & ſanctorum imaginibus. Item ibidem Adrianus. 93. Romanæ eccleſiæ præſidet. Hic ad comprimendam rabiem hæreticorum imagines Dei ſanctorumque execrantium, nimis laborauit. Et libro aduerſus eos edito, multis ſcripturarum adductionibus reborato, errores eorum infirmauit, fidemque rectam ſolidauit. Hæc ille. AVTHOR. Nec diu poſt acceſſerunt adhuc plures Adriano prędicto ad conuocandum concilium Nicenum ſecũdum, ſcilicet Taraſius patriarcha, Hirenes imperator, & eius filius Cõſtantinus ibidem ſub anno domini milleſimo. 288. SIGISBERTVS. Inſtãtia Taraſij patriarchę, Conſtantinopolitani, & Adriani Papæ ſecundo apud Niceam vniuerſalis ſynodus. 350. epiſcoporum congregatur, in qua fides catholica in præſentia Hirenes, & filij eius Conſtantini, cunctorũ ſubſcriptione roboratur: & hæreſis execrãtium imagines Dei in perpetuum abdicatur. Hæc ille. AVTH.

4 Circa † hæc tempora erat, vt fertur, ſeptima ſancta ſynodus, qua condemnati dicuntur execratores imaginum ſub nomine iconoclaſtarum, latinè fractorum imaginũ. De quæ re ſcribunt magiſtri, mei temporis, Thomas, & Ioannes ſacri ordinis fratrum prædicatorum, de quodãli. ex dogmatibus orthodoxæ fidei capitulo. Iconoclaſtes LIB. DE DOGMATIBVS. Hi imaginẽ domini noſtri Ieſu Chriſti & inuiolatæ dñæ noſtræ Dei genitricis, & oĩm ſanctorũ imagies idolavocãtes, eas fregerũt: iõ Iconoclaſtę. i. imaginifragi dicebãtur. Hos, & eorũ prici pes,

Lutherianiſtorum ſecta.

Iconoclaſtæ

Digitized by Google

pes, siue authores, commendatores, & cooperatores septima Synodus generalis facta in Niceno sub secundo Constantio, & Paschasio pijs regibus, & Adriano Papa, & * Tarasio patriarcha Constantinopolitano trecentis & triginta patribus præfecto damnauit. Hæc ille. AVTHOR. Aspiciant Witcleuistę ab hoc loco sursum versus, authores suæ perfidiæ non priùs Christi intrasse ecclesiam, vt atrociter contra Christi, & sanctorum laborarent imagines, quàm septingentesimum annum suum Christi contigisset ecclesia, & penè sexagintaquatuor annis superant. Si vbi reliquis annis latebant, cur toto tempore sancto ante dotem non fregerunt imagines? Cur sancti patres antiquitùs sanctorũ triumphos pingebant in ecclesijs, & insculpebant imagines? 5 Vnde† Gregorius magnus, qui plùs centũ annis hanc hæresim anteceſsit, libro decimo regiſtri ad Serenum Masilienſis ecclesiæ Pontificem ita scribit GREGORIVS. Quia in locis venerabilibus sanctorũ depingi historias, non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condiuisses, sine dubio & ea, quæ in tendebas, salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potiùs dispersum poteras congregare. Et infrà. Si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitùs factæ sunt, habere vultis in ecclesia, eas modis omnibus & fieri, & haberi permitto. Atq; iudica, q̃ non tibi ipsa visio historiæ, quæ pictura teste pandebatur, displicuerit, sed illa adoratio, quę picturis fuerit incompetenter exhibita. Hæc ille. AVTHOR. Hæc posteriora verba iussu Papæ, Pontifex ille populo intimaret, confirmatq;, quòd ipsa vetustas Christiana non sine ratione in ecclesijs permisit, & admisit imagines: & ideò si ad hanc instructionem, ad quã antiquitùs imagines factæ sunt, plebes habere 6 vellent, modis omnibus probarentur. Quòd autem Gregorius vetustatem assignat, sed tẽpus antiquitatis nõ limitat, planum est, quòd omnem memoriam anteceſsit. Nam & Iulianus apostata, qui pluribus annorum centenis eum ætate præceſsit: certum est in Cæsarea Christi deposuisse imaginem, vt suam ibi collocaret. Vt libro sexto, cap. 41. historiæ tripartitæ illud, quod CASSIODORVS. Sub authoritate Sozomeni sub Iuliano prouenit, narrare non sileo. Fuit enim signum virtutis Christi, & indicium contra principem iracundiæ Dei. Cùm enim agnouisset in Cæsarea Philippi ciuitate Phœnicię, quam Paueam vocabant, insigne Christi esse simulacrum, quod mulier liberata à profluuio constituerat eo de

Tarcap.

posito, ibi suam statuam collocauit, quæ violento igne de cælo cadente, circa suum pectus diuisa est, & caput cum cernice vna parte deiectum, atq; in terram defixum. Reliqua verò pars hactenus restitit, & fulminis indicium reseruauit: statuam verò Christi tunc quidem Pagani trahentes fregerunt, posteà verò Christiani colligentes, in ecclesia recondiderunt, quo loco hactenus reseruatur. Hæc ille. AVTHOR. Mulier ista Syrophœnissa erat, quã Christus in Euangelio de fluxu sanguinis solidauit, vt refert antiquus pater Eusebius in ecclesiastica historia. De quo item simulacro, libro. 7. cap. 44. dicit EVSEBIVS. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permansit ad nostra vsq; tempora, sicut oculis nostris aspeximus, & nihil mirum, si hi, qui ex gentibus crediderant, pro beneficijs, quæ ex Saluatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre: cùm videamus etiam nunc, & Apostolorum Petri, & Pauli, & ipsius Saluatoris imagines designari, tabulisque depingi, sed antiquas à quibusdam conseruatas nos vidimus. Hæc ille. AVTHOR. Notate, quòd tam antiquus pater dicat ab antiquioribus imagines conseruari, & nouas tunc depingi, ergo verum dicit Gregorius de antiquitate imaginum, quia non sine ratione eas sancta vetustas instituit, quas item Christiana sanctitas venerari etiam illa vetustate non distulit. Dũ fragmenta sanctæ statuæ colligens in diem iam tardum nostri Cassiodori in ecclesia dignius collocarat. Adeamus Christum tam veteris, quàm nouæ legis authorem: cuius prohibitionem antiquam factum proprium certa ratione potuit dispensare. Nam cap. de imaginibus quarto sententiarum DAMASCENVS. Fertur† autem & quædam historia, q̃ dominus Abgaro Gesismorum ciuitatis regi, qui pictorem miserat imaginem Domini figurare: similiter nequeunte pictore propter coruscantes à facie eius claritates: ipse vestimentum propriæ faciei diuinæ, & viuificæ superimponens, in vestimento illo sui ipsius imaginem astrinxisse, & ita capienti Abgaro misisse. Hæc ille. AVTHOR. Non debet censeri tanquam vilis historia, quam tam sedulò sanctus Ioannes libro suo ad posterorum memoriam, grandi, vt ipsi videbatur, authoritate dimisit: si tamen vilis censebitur Witcleuistis incredulis, quid inde fidelibus, cùm apertè dicat Apostolus, Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum: sed inquinatæ sunt eorum mens,

& conſcientia. ad Tit. 1. Sint ergo iſta ad tutelam, & confirmationem fidelium. Imò & quibuſdam eorum falſa calliditate deceptis, quos redemptor noſter prædeſtinationis ſuæ filios pia diſpenſationis clementia cùm voluerit, re-
7 uocabit. Ad primum † penè huius mundi ſi tranſcurramus initium, ſanctus ille Enos filius Seth, quem Ioſephus virtuoſum, & egregium patrem ſcribit: & per quem in carnem Adæ mundi redemptor aduenit: ille, inquam, cultū imaginum in Dei honorem, & refricationem pigræ memoriæ, cum deuota verborum inuocatione primus inſtituit. Ob quod in eius laude de ipſo Enos ſcriptura ſancta, non obſtante patris ſanctitate, pronuntiat, quòd ipſe cœpit inuocare nomen domini. Gene. 5. Et libro hebraicarum quæſtionum in Geneſim HIERONYMVS. Quomodo Adam homo in-
Enos. terpretatur, ita & Enos iuxta Hebrææ linguæ veritatem, homo, vel vir dicitur: & pulchrè, quia hoc vocabulum habuit de eo, quod ſcriptum eſt, Tunc initium fuit inuocandi nomē domini: licèt plęriq; Hæbræorum aliud arbitrantur, q̄ tunc primùm in nomine domini, & in ſimilitudinē eius fabricata ſint idola. Hæc ille. AVTHOR. Idola imagines arbitreris, nō quòd errauit in cultu, prout tales ſiniſtrè capientes vocabulum recitat Petrus Comeſtor in hoc loco hiſtoriarum, dicentes, quòd excogitauit tales imagines, & erraut. Quem ideò errorem ipſorum ipſe ſtatim corrigit, ſubdēs ſenſum hebraicum PETRVS Comeſtor. Vel fortè ad excitandum pigritiam memorię Dei effigiauit Deum, vt modò in eccleſia fit. Hæc ille. AVTHOR. Hoc conſonantius eſt peritis Hebræorum, & ſanctis eccleſiaſticorū ſcriptoribus: qui omnes virtutem Enos, & fidem eius cum omni germine parentelæ, vſq; in finem laudant egregiam. Nam lib. 1. IOSEPHVS. Seth cùm fuiſſet vir egregius, in vita ſi lios dereliquit. Illi autē omnes cùm boni fuiſſent orti in terra, ſine vexatione viuentes, feliciſsimè commorati ſunt: nihil eis vſq; ad vitæ terminum crudele peruenit. Hæc ille. AVTHOR. Quomodo nihil crudele, ſi crudelis error idololatriæ peruenisſet? quales increpat eorum fuiſſe poſteros, cùm vidiſſent filias hominum monitis paternis relictis. Sed & beatus Auguſtinus inquiens, qualiter Enos ſperauit primus inuocare nomen domini, dicit eū præfiguraſſe, & patrem eſſe omnium populorum credentium reſurrectionem, lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 18. Et cap. 21. dicit tam ſanctū fuiſſe, vt vani nominis gloriam non quæſiſſet in terris. Et inde ô beatum virum, cuius eſt nomen domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. Vnde primò meruit origo fuiſſe in forma religioſorum perfectorū in ſtatu naturæ, vt dictum eſt ſuprà libro. 3. Ideòq; ſimpliciter conſecutus intentionē Hebræorum, & Hieronymi, exponit hunc locū Geneſis in annotationibus eiuſdem libri HVGO. Iſte cœpit inuocare dominum, nouum cultum, vel nouas orationes inueniens ad inuocandum Deum ſpecialiter: vel imagines ad Deum repræſentandum, & magis diligendū. Hæc ille.

¶ Quòd ſatis differenter Chriſtiani colunt imagines à cultoribus idolorum.

CAPVT. CLI.

SVMMA.

1 *Solis imago, & currus ab Eliæ curru à Gentilibus excogitatus, & fictus.*
2 *Cornelius Tacitus mendaciorum loquaciſsimus, quomodo improperauerit Iudæis Deum ipſorū caput aſini factum.*
3 *Differentiam aſſignat Hieronymus inter antiquos Chriſtianos, & idololatras.*
4 *Idolorum cultores in quo delinquunt. Et quomodo fideles non ſic colant imagines.*
5 *Idolum, quid ſit.*



Ollegerunt poſt iſtos conſequenter Witcleuiſtæ fragmēta horum Gentilium, & hæreticorum præceſſorum reliquias, vt hæreſis imaginum ſanctarum abolendarum nō pereat. Vnde in libello de hæreſi ad parlamentum porrecto regis Angliæ Ricardi, circa annum regni ſui decimumoctauum. Peregrinationes aiunt orationes, & oblationes factæ cæcis crucibus, ſurdiſq; imaginibus de ligno, & lapide, ſunt propriè conſanguinei ad idololatriam. Hæc Witcleuiſtæ. AVTHOR. Totus error iſtorum ſicut & precedentium eſt, quòd prædicant non mœchandum, & ipſi mœchantur: abominantur idola, & ipſi eis ſacrificium faciunt, ſicut dicit Apoſtolus ad Rom. 2. Sicut enim prima mœchia hominis eſt in corde, & complementum eius in opere, ideò illam primam tantoperè prohibet Chriſtus in Euange-

lio, di-

Digitized by Google

lio, dicens, Quicunq; viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo. Ita & idololatria primò obcæcatio, si in corde hominis, & complementum eius in opere ligni, vel lapidis, vel facultatis extrinsecæ. Vnde Apostolus dicturus de quibusdam, quòd mutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: præmisit, quòd euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens eor eorũ. Ad Romanos primo. Et Baruch. 1. Abiuimus vnusquisq; in sensum cordis nostri maligni operari dijs alienis. Sic Witeleff, sic & omnis vir hæreticus insculpsit sibi in mente falsum conceptum contra sacras imagines: & hoc est idolum exterius, quia est principium eius, & causa. Cùm enim vir hæreticus corrumpendo sensum ecclesiæ stultum sibi dogma mente consculpit, & alteri ipsum infũdit, statim cùm placere auditori inceperit, idolum hæresis foras exit: quemadmodum idololatræ tulerunt ad Aaron inaures suas, & egressus est vitulus. Exodi. cap. 32. Quod verbum libro quinto epistolarum ad Romulum eleganter tractans AMBROSIVS. Congruè inaures auferuntur mulieribus, ne iterum Eua vocem serpentis audiret: & ideò, quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus, conflata est imago sacrilegij, qui enim malè audit, conflare sacrilegium solet. Cur autem caput vituli exierit, sequentia docent, quia significabatur futurum, quòd Hieroboam posteriore tempore hoc genus sacrilegij induceret, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos, siue quòd omnis perfidia simul immanitatis, atq; insipientiæ bestialis sit, cuius rei indignitate percitus, fregit tabulas Moyses, & comminuit vituli caput, atq; in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Hæc ille. AVTHOR. Isti ergo, qui contra imagines sacras dogmatizant, & idola nuncupãt, ipsi idola primi formant, quæ vtique ignorãt fideles. Sic cupiũt fidem blasphemare, & ideò imputat orthodoxis Paganorum concordiã secundùm illud Ezechielis, Pro eo, quòd dixerunt Moab, & Seir, ecce sicut omnes gentes domus Iuda. In quem textum commentario suo HIERONYMVS. Ridiculam verò in hoc loco Hebræi narrant fabulam: postquàm vrbs aperta, & templum reseratum est, filij Amon, Moab, & Seir ingressi templum sunt, viderunt́que Cherubim protegentia propitiatorium, & dixerunt, Sicut cunctæ gentes colunt simulacra, ita & Iuda hominibus suæ religionis idola: & idcirco, inquiunt, iratus est dominus, & eos tradidit captiuitati. Hæc ille. AVTHOR. Potuit hæc esse fabula Iudæorum: quæ reuera est historia Christianorum: Moab, & Seir scilicet Witcleuistæ, & cæteræ pestes hæreticorum templum reseratum perforantes ecclesiæ, videntes in eis Cherubim, & angelorum, & sanctorum imagines, in nullo eos diuersos putant ab idololatris, sed sicut gentes, inquiunt, colunt simulacra, ita habent nostri Christiani idola suæ religionis: sicut omnes gentes, sic domus Iuda: sicut idolatræ antiqui, sic ecclesiastici. Habebant reuera Iudei pictas apud se sacras historias, quas Gentiles decepti cùm inspicerent, ad sua idola transtulerunt, velut de pictura solis constat, prout scribit libro de. 30. quæstionibus, quæ-

1 stione vigesimaoctaua BEDA. Solent † Gentiles pingere, vel facere simulacrum solis, vel puerum imberbem in curru ponentes, equos eidem quasi curru cælum petente subiugant. Cui propterea pueri aptant imaginem, quia sol velut quotidie nouo ortu natus, nullum per secula senium incidit: vt autem eidem currus, & equos tribuant, de miraculo sumptum Eliæ prophetæ, qui à curru igneo, & equis igneis est raptus in cælum, Ioannes Constantinopoleos Episcopus autumat. Quòd quidem Græcè *Helios*, dicitur sol: sicut etiam Sedulius, cùm de ascensu Eliæ caneret, ostendit, dicens.

Solis imago

Currus solis.

Quàm bene fulminei prælucens semita cæli
Conuenit Heliæ meritò, qui & nomine fulgens,
Hac ope dignus erat, nam si sermonis Achiui,
Vna per accentum mutetur litera, sol est.

Audientes Græci ab Israëliticis, quos diuinas habere literas fama prodebat, prædicari, quòd Elias igneo curru, & equis sit igneis ad paradisum, non ad cælestia, translatus. Vel certè hoc ipsum inter alia depictum in pariete videntes, crediderunt, vicinia decepti nominis solis hic transitum per cælos esse designatum, & miraculum diuinitùs factum commutauerũt in argumẽtum erroris humana stultitia commentum, quos imitati ipsi Iudæi satagerunt, ne in aliquo gentilium stultissimis minus stulti parerent. Hæc ille. AVTH. Ecce q̃ inculpabiliter primò apud se pictas Iudæi detinebant historias, sed in culpam stultitiæ posteriùs, vbi erroribus deceptorum Græcorũ consenserãt, deciderũt: non tñ sic semper errabant in cultibus, vt idololatræ iudicabãt. Sed & scriptores quidã idololatrę Iudęos mentiebãtur, coluisse caput asini, hac occasione, q̃ asini syluestres indica-

Indicabant eis fontes, vnde biberent, cùm ſitirent in vaſtis Arabiæ locis: & Chriſtianos idē facere, qui eis ſuccedunt. Scribit hoc quidem Cornelius Tacitus, Romanorum libro quinto de bello Iudaico, prout in Apologetico ca. 15. Tertullianus. Vt quidem ſomniaſtis caput aſininū eſſe Deum veſtrū: hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit. Is enim in quinto hiſtoriarum bellum Iudaicū exorſus ab origine, quam de nomine, & religione gentis, quæ voluit argumentatus: Iudæos refert Ægypto expeditos, ſiue, vt putauit extorres, vaſtis Arabiæ in locis aquarum egentiſsimis, cùm ſiti macerarentur, onagris, qui fortè de paſtu potum petituri exiſtimabantur, indicibus fontibus vſos, ob eam gratiam ſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atq; ita inde præſumptum opinor, vosq; Iudaicæ religionis propinquos eidem inſtituto initiari. At enim idem Cornelius Tacitus ſanè ille mendaciorum loquaciſsimus, in eadem hiſtoria refert Gneum Pompeium, cùm Hieruſalem cepiſſet, propterea quia templum adiſſet ſpeculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullum illic reperiſſe ſimulacrum. Et vtiq; ſi id colebatur, quod aliqua effigie repræſentabatur, nuſquā magis, quàm in ſacrario ſuo exhiberetur. Hæc
2 ille. AVTHOR. Ecce† mendax hiſtoricus improperauit Iudæis, Deum ipſorum caput aſini factum, & illud nobis pro propinquitate ritus imponit, cùm tamen ipſe illud fictitium ex eo probat, q̄ ſi Iudæi tale caput colerent, illud reperiſſet potiſsimè in templo Pompeius, quando ſcrutatus illud victor intrauit, quem dicit tamen nullum ibi conſpexiſſe. Alij quoq; ex eis improperabant Chriſtianis cultum crucis. Alij adorationem ſolis, occaſionem ſumentes ex eo, quòd verſus orientem Chriſtiani adorant. TERTVLLIANVS. Alij planè humaniùs, & veriſimiliùs ſolem credunt Deū noſtrum, ad Perſas ſi fortè deputabimur, licèt ſolem non in linteo depictum adoremus, habentes ipſum vbiq; in ſuo clypeo. Deniq; inde ſuſpicio, quòd innotuerit nos ad Orientis regionem precari. Sed & pleriq; veſtrum affectatione aliqua cæleſtia adorandi, ad ſolis ortum labia vibratis. Et quid ſi diem ſolis lætitiæ indulgemus: ſed alia longè ratione, quàm religione ſolis. Secundo loco alieni ab eis ſumus, qui diem Saturni otio, & victui decernunt, exorbitantes & ipſi à Iudaico more, quem ignorant. Hæc ille. AVTHOR. Subiecit aliam occaſionem hoc imponendi fidelibus, quia die Solis Dominicam, ſic item Iudæi Sabbatum ſuum, in die Saturni, qui tamen longè diſtant ab illis, qui taliter Saturni diem colunt. Vigilantius ille veſanus dicit Chriſtianos idololatras, quia cereos accendunt in eccleſijs in laudibus martyrum, prout in epiſtola ad Ripariū contra blaſphemias ſcripſit HIERO. Quicunq; accendunt cereos, ſecundùm fidem ſuā habent mercedem, dicente Apoſtolo, Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. idololatras appellans huiuſmodi homines. Nō diffiteor omnes nos, qui in Chriſto credimus, de idololatriæ errore veniſſe. Non enim naſcimur, ſed renaſcimur Chriſtiani. Et quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, ne ſimili eum videamur cum idolis venerari. Illud fiebat idolis, & idcirco deteſtandum eſt: hoc fit martyribus, & ideò recipiendum eſt. Hæc
3 ille. AVTHOR. Optima† differentia, quam ſignat pater Hieronymus inter antiquos Chriſtianos, & idoſolatras, quia quanuis ſimilia habeant corpora operum, multùm tamen diſsimiles habent oculos intentionum. Adorant Perſæ ſolem, fideles Deum ad ortum ſolis. Colunt Chaldæi ignem in cereis: fideles per cereos ignitos Deum, & martyres. Celebrant Soli diem idololatræ Romanorum: fideles Deo ſoli in die Solis habent, quod detrahant loquēdo, vt nunc habent, quod detrahant mentiendo. Non proficiunt contra nos, quia adoramus imagines, & non deos, niſi q̄ contra Iudæos habent iſti Romani, q̄ illum diem colebant Sabbati, quem ſuperſtitioſe Capitolini Pontifices colebāt diem Saturni. Vis rem clariùs eſſe probatam? Attendatur cultus Gentilium circa idola: attendatur & cultus Chriſtianorum circa imagines, & videbitur, quanta ſit diſtantia cultuum: quia apparebit differentia mentium. Ideò bene ait Auguſtinus ad Deogratias presbyterum, & habetur ſuprà. Qui Chriſtianas literas ſciunt, non hoc culpant in Paganis, quòd conſtruūt templa, & inſtituūt ſacerdotia, & faciunt ſacrificia: ſed quòd hæc idolis, & dæmonijs exhibent: ita nec quiſquā culparet in eis, q̄ imagines facerent, ſed quòd eas dæmonibus faciunt, & cùm fecerint, Deos appellant, & tanquam dijs ipſi factores eorum ſacrificant. Ideò proſequitur hanc rem ibi de ſacrificiorū diſtinctione AVGVSTINVS. Idola quidem omni ſenſu carere quis dubitet? Veruntamen cum his locantur ſedibus honorabili ſublimitate, vt à precantibus, atq; immolantibus attendantur, ipſa ſimilitudine animatorum membrorum, atq; ſenſuum, quanuis inſenſata, atq; exanimata afficiunt infirmos animos, vt viuere, & ſapere videantur, accedente præſertim veneratione multitudinis, qua tantus eis

Digitized by Google

tus eis cultus impenditur. Quibus morbidis, & peſtilentioſis affectibus medetur ſcriptura diuina, quæ rem quidem notam, ſed tamen ſalubri remedio admonitionis inculcat, dicens, Oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt: & cætera talia. Hæc enim verba, quò magis aperte & populariter vera ſunt, eò magis incutiũt ſalubrem pudorem illis, qui cum talibus ſimulacris diuinum eum timore cultum exhibent: eaq; viuentibus ſimilia venerantes, adoranteſq; contuentur: eiſq; velut præſentibus preces allegant, victimas immolant, vota perſoluunt: ſic afficiuntur omnino, vt ea ſenſu carentia putare non audeant. Hæc
4 ille. AVTHOR. Ecce † cultores idolorum, in quo delinquunt, quia ſimulacra ſua omnino viuere putãt, vt nec ea ſenſu carere fas eſſe putent: idololatrę honoribus ea diuinis attollãt: ſublimes ſedes ipſis diſponunt, hoſtias immolant, vota perſoluunt, ſic animos cultorum afficiunt, vt ſine fallacia viuere credantur, & ſapere. Quis fidelis ſic colit imagines? Quis eas colit pro dijs, aut ipſis pro ſeipſis diuinos impendit honores? Imò quis Chriſtianus non ideò ſcit ea nulla eſſe, quia non ea ſunt, quæ facta eſſe putantur: ſed ſunt ſurda cum auribus, muta cum linguis, cæca cum oculis, inſenſata cum capitibus? Noſtræ verò imagines nec ſurdæ, nec cæcæ ſunt, ſicut iſte iam blaſphemat, quia nec ad videndum ſunt in alicuius opinione habiles: nec ſermonem quis expectat ab ore eorum, qualiter tamen idololatræ à ſuis idolis expectarunt. Sic, ſecundùm philoſophiam Ariſtotelis, lapis non eſt cæcus, quia priuatio nullius eſt, cuius habitus pro tunc non expectatur ineſſe: ſicut nec catulus leonis eſt cæcus ante nouem dies; & hac ratione de his dictum eſt, quia errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas, cap. 9. Serpens autem æneus nuſquam dictus eſt mutus, nec boues fuſiles Salomonis ſuperuacui, quia non quaſi loquaces, vel viui putabantur eſſe, cùm fierent. Nec item Chriſtianorum imagines pari cauſa: idolum verò non tantùm ſurdum, aut cæcũ eſt, ſed hac ratione ſecundùm Apoſtolum nihil eſt, quia quicquid dicitur eſſe, hoc non eſt.
quid. REMIGIVS. Idolum nihil eſt, quia videtur imaginem hominis habere, & non eſt homo: videtur imaginem alicuius beſtiæ habere, non eſt beſtia: videtur nares, oculos, aures, & os habere, & nõ habet. Sic igit nihil eſt, quia non videt, non audit, non olfacit, non loquitur: dicitur homo eſſe, nõ eſt homo: dicitur Deus eſſe, non eſt Deus: ideòq; nihil eſt: quia illud quod dicit eſſe, tamen nihil eſt. Hæc ille. AVTH. Id eſt, nihil eſt eorum, quę dicitur eſſe. Quicquid imago fidelium dicitur eſſe, hoc eſt: Deus, aut ſanctus nõ dicitur eſſe, niſi ſigni gratia, & hoc eſt lapis, & aurum in natura: & ſic eſt. Mortua non eſt, quia nec gratia ſigni, nec gratia rei viuere dicitur, vel putatur ab aliquo. Quis enim viuere eam putat, vel ſapere, ac vita carere nõ audacter affirmat? Quis eis hoſtias immolat, ſacrificat, aut vota perſoluit? Sed magis in eis gratias agit Deo, ſacrificat, & vota illi perſoluit, dicendo cum Pſalmiſta, Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. Idololatræ autem cùm angelis immolarent, non Deo, ſed ipſis dijs immolabant. Vnde quæſtione. 10. ad Algaſiam HIERONYMVS. Vt ſciamus ſemper eos, qui excolunt idola, licèt in tempore hoſtias viderentur offerre, non eas Deo obtuliſſe, ſed angelis per Ezechielem plenius diſcimus. Dedi eis iuſtificationes, & præcepta nõ bona. Non enim ſanguinem hircorum, aut taurorum quęrit Deus, ſed, Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus nõ deſpiciet. Et propterea qui vitulum fecerunt in Oreb, & coluerunt ſydus Rempha (de quo in Propheta Amos diſſeruimus) adorauerunt figuras, quas ipſi fecerunt: & tradidit eos, vt ſeruirent militiæ cæli: quæ nunc ab Apoſtolo religio dicitur angelorum. Hæc ille. AVTHOR. Dijs igitur immolantes, aut angelis ſacrificãtes more illo peccabili, ipſis angelis principaliter immolabant, ipſis templa fecerunt, ipſis dies celebres dedicabant: nos omnia iſta propter angelos, ſiue ſanctos, Deo ſoli perſoluimus, vt qui eos fecit tales, talibus ſuper omnes honoribus eumuletur: & tunc ſine crimine, quia ab his, qui criminoſa iſta fecerunt, latè differimus: ita vt reſpondeamus Apoſtolo, qui noluit nos eſſe ſocios dæmoniorum in prædicto loco ad Deo gratias. AVGVSTIN. Quæ immolant gentes dæmonijs, & non Deo immolant. Nolo autem vos fieri ſocios dæmoniorum. Vnde ſatis intelligi poteſt, nõ tam ipſam immolationẽ (nam vero Deo priſci ſancti immolauerunt) ſed quòd dijs falſis, & impijs dæmonijs immolatur, reprehendenda à vera religione in ſuperſtitionibus gẽtium. Sicut enim ipſa veritas hortatur homines fieri ſanctorum ſocios angelorũ, ita ſeducit impietas ad ſocietatem dæmoniorũ. Hæc ille. AVTHOR. Ergo ſi angelis nõ offeramus, ſed in honorẽ angelorũ, nec ſanctorũ imaginibus, ſed in honorem ſanctorũ Deo hoſtias immolamus, nemo nos ſtatuet ſocios dæmoniorũ: quibus & non Deo immolabãt idololatræ, ſed potiùs ſocios angelorũ, & ſanctorũ hominũ, qui vt noſipſi

domino

domino immolabant. Vnde. 4. ſententiarum, cap. 86. DAMASCENVS. Quantum vtiq; labores, vt ducem inuenires, qui ad immortalitatis regem duceret, & pro te ad ipſum ſermones faceret. Duces igitur generis totius, qui ad Deum pro vobis interpellationes faciunt, nō honorandum: vtiq; honorandum templa erigentes Deo in horum nomine fructificantes, horum memoriam venerantes, vt in ipſis lætātes ſpiritualiter, vt propria connotantium lætitia fiat, vt non mitigare tentantes, econtrariò eos iraſci faciamus. Nam his quidem, quibus Deus mitigatur, & huius miniſtri inimicātur. In pſalmis, & hymnis, & canticis cantantes ſpiritualibus. Sequitur. Titulos eius erigamus, & viſibiles imagines, & ipſi animati tituli, & imagines eorum, virtutū imitatione efficiamur. Hæc ille. AVTHOR. Hæc vox eccleſiæ Ieſu Chriſti formata voce Ioannis. De ſanctis enim loquens, de quibus mentionem facit eorum canticum, Eorum, inquit, nomine erigamus Deo templa, in eorum nomine faciamus venerandas memorias in feſtis ſupp. & baſilicis: in ipſis lætemur ſpiritualiter in hymnis, pſalmis, & canticis ſpiritualibus: titulos eis erigam⁹, & viſibiles imagines, vt noſipſi animati, tituli, & animatæ imagines eorum, virtutum imitatione fiamus. Hæc non fecerunt idololatræ, ſed ſemper ab eis latiſſima proportione diſiungimur, quia omnia Deo facimus, quæ facimus ſanctis eius, ipſi nulla horū Deo immolant. Quid ergo non deſinunt ſuggillare hæretici Chriſtianis factas imagines, dicentes eos affines idololatris, & conſanguineos, quia ipſi colebant imagines, ideò communicamus & gentibus: quaſi item ſimus idololatræ, cùm in eccleſijs noſtris panem comedimus, aut vinum bibimus: quia & hoc fecerunt idololatræ: aut ſi Deo ſacrificemus, vel terras colamus, aut vxores ducamus, aut poſtremò, ſi literas legamus, vel ſi homines ſimus, quia homines erant idololatræ. Hoc enim modo Fauſtus Chriſtianos redarguit, quia memorias martyrum ſolennes habebant, dicens eos hoc eſſe commune habere cum gentibus, qui dijs ſacrificabant. Et libro. 20. ad finem reſpondet AVGVSTINVS. Et ſi vſus quarundam rerum ſimilis videtur nobis eſſe cum gentibus, ſicut cibi, & potus, tectorum, lauacrorum, & qui ex noſtris coniugalem vitam gerunt vxorum ducendarum, & habendarum, filiorum gignendorum, nutriendorum, hæreditandorum: longè tamen aliter his rebus vtitur, qui ad alium finem vſum earum refert, & aliter, qui ex his Deo gratias agit: de quo praua, & falſa non credit. Sicut enim in ipſo errore veſtro cum eo pane veſcamini, quo cæteri homines, & fructibus viuatis, & fontibus lauetis, lana, & lino ſimiliter texto amiciamini, nec in his tamen parem ducitis vitam, non aliud edēdo, aut bibendo, aut induendo, ſed aliud ſentiēdo, & credendo, & ad alium finem iſta omnia referendo, finem ſcilicet veſtri erroris, atq; vanitatis: ita nos in his, & alijs, quę ſimiliter ſumimus, non ſimiliter cum gentibus viuimus, eaſdem res non ad eundem finem referendo, ſed ad finem legitimi, diuinique præcepti, charitatem de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium: in quo ſanè principatum tenetis, non intuentes, non conſiderantes in eiſdem habendis, agendiſq; rebus tātùm ad diuerſam vitam valere, ſi diuerſa ſit fides. Hæc ille. AVTHOR. Ecce Fauſtus dixit ſe nō habere ſacrificia, ſimulacra, aut honores hominum communes cum gentibus: quæ obiecit habere fideles. Dicitis hæc eadem vos Witcleuiſtæ vaniloqui. Sufficit nobis Chriſtianis reſpondere aliter, quòd vel vobiſcum, vel cum idololatris vitam non habemus, vel cultum communem, quanuis quaſdam res humanas communes, quia ad diuerſitates vitæ, vel cultus valet, hoc tantùm, ſi diuerſa ſit fides. Alius ergo cultus noſter ſanctarum imaginum, alius idolorum, alius Euchariſtiæ noſtræ, alius idoli panis: quanuis pares ſint ſenſibus, quia in illis, & nobis non eſt par fides.

¶ Quòd cultus ſacrarum imaginum non eſt cōtra præceptum, Non facies tibi ſculptile.

CAPVT. CLII.

SVMMA.

1 *Præceptorum diuinorum inuerſio.*
2 *Hiſtriata ſculptura, quæ dicatur, & ad quid fiebat.*
3 *Imagnum ſtructura ad quid quandoq; ualeat.*
4 *Imagnum cultus, q. non ſemper prouocet ad idololatriam, oſtenditur.*
5 *Imagnem ſculptum, quòd non denegauerit Saluator infideli Cæſari.*
6 *Witcleuiſtæ deponentes Chriſti imaginem à templo, ex admiſſione imagnis Cæſaris in numo, confutantur.*

Præcep

PRæceptum primę tabulæ inſtaurant contra nos, quo dicitur, Non facies ſculptile. neq; deinde ſimilitudinem, quę eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Exod. 20. Ex hoc videt eis tanq; ſuperſtitioſam rem omnem vitandā arte formatam imaginem. Nempe huius præcepti authoritatem ita magnificant, vt fidem noſtram obruant: ſed adulterare non timent.

1 Ad votum hæreſis præcepta deflectunt: nūc, vt volunt, attenuant, nunc incraſſant: contra bella iuſta, & leges principum, quibus puniuntur malefici, præceptum aſtringunt, Non occides. Vt omnia faciant eſſe cōmunia, præceptū extendunt, Non furtum facies. Cùm vitare volunt iudicia, præcepto arctatos ſe fingunt, ne quoquo modo iurent, dicentes, Non aſſumes nomen Dei tui in vanū. Fidelibus autē ſenſus præceptorum eſt abſq; tali fuco perlucidus, vt ſic præcipitur non occidendum iniuſtè, nec iurandum ſine ſtricta neceſsitate, nec mœchādum cum aliena non tua ſcilicet muliere: intelligitur, Non facies tibi Deum ſculptile. Intranſitiuè pronūtia primò Deum: ſculptile poſteà per ſeipſum. Et nota Pronomen, tibi, ne facere vetaretur: ſculptile, abſolutè, ſed tibi, & non Deo: nō ſculpas imaginem, vt tibi ſit Deus, & non ſola imago Dei ipſa, quam ſculpis. Hic ſolus error eſt, qui fideles diſtinguit à gentibus, lib. 8. de ciuitate Dei. cap. 24. AVGVST. Dæmon quippe ſimulacro arte impia colligatus, ab hominē factus eſt Deus, ſed tali homini, nō homini. Hæc ille. AVTHOR. Idcirco ſubditur, Non adorabis, neq; coles ea ſcilicet prodijs. ſicut primò omnium dixit ibi, Non habebis deos alienos corā me. Vbi in expoſitione ANDREAS. In Hebræo in multis locis, vbi habemus, coram, habetur, contra. Senſus eſt, Non habeas idola, & imagines deorū, qui ſunt alieni à me, Nec adorabis deos gentium, quod facere, eſt cōtra me. Hæc ille. AVTHOR. Hoc ſenſu coram me dicitur, Non habeas deos alienos: quo conuerſo in Euangelio dicitur, Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, idem eſt cōtra vos, & coram vobis: hìc autem corā me, id eſt, cōtra me. Sic ergo cōtrà faciendū inhibet ſculptile, quaſi Deum alienū cōtra ſe. Vnde in eodem ca. clariùs ſcribitur, Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis: declarans in hoc primū præceptū prohibere omne ſimulacrū. Vnde quæſtionibus Exod. 78. AVGVSTI. Repetitur, quod in primo præcepto intitulatū eſt, & ex dijs, atq; aureis argenteis, vtiq; omnia ſimulacra intelliguntur, ſicut etiā in illo Pſalmo, Idola gentium argentum, & aurum. Hæc ille. AVTHOR. Quantum aūt à ſenſu præcepti diſtet praxis fidelium in faciēdo ſculptilia, notabili ſchemate libro ſuo de tō plo Salomonis, ca. 19. declarat BEDA. Sunt qui putant in lege domini prohibitum, ne vel hominum, vel quorūlibet animalium, ſiue rerū ſimilitudines ſculpamus, aut depingamus in eccleſia, vel alio quolibet loco, eo q in decalogo legis dixerit, Non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinē, quæ eſt in cælis deſuper, & quæ eſt in terris deorſum. Nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra. Qui nequaquam hoc putarēt, ſi vel Salomonis opus ad memoriam reuocaſſent: qui & in templo intus palmas fecit, & Cherubim cum varijs cęlaturis in columnis illius malagranata, & rete: in marī quoq; æneo duodecim boues, & ſculpturas hiſtriatas. Sed & in baſibus laterū, ſicut & in ſequentibus legitur leones cum bobus, palmas, axes, & rotas cum Cherubim, & vario pictura rū genere fecit. Vel certè ſi ipſius Moyſi opera conſideraſſent, qui iubente domino, & Cherubim priùs in propitiatorio, & poſteà ſerpentem fecit æneum in eremo, cuius intuitu populus à verorum ſerpentium venenis ſaluaretur. Si enim ſerpentem æneum licebat exaltari in ligno, quem aſpicientes filij Iſraël viuerēt, cur non liceat exaltationem domini Saluatoris in cruce, qua mortem vicit ad memoriā fidelibus depingendo reduci? vel alia eius miracula, & ſanationes, quibus de eodem mortis authore mirabiliter triumphauit: cùm horum aſpectus multum ſæpe compunctionis ſoleat pręſtare contuentibus: & eis quoq;, qui literas ignorant, quaſi viuam dominicæ hiſtoriæ pandere lectionem. Nam & pictura Græcè *Zographia*, id eſt, viua ſcriptura vocatur. Si licuit duodecim boues æneos facere, qui mare ſuperpoſitum ferentes, quatuor mundi plagas reſpicerent: quid prohibet duodecim Apoſtolos pingere, quomodo euntes docerent omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & Spiritusſancti: viua (vt ita dixerim) præ oculis omniū deſignari ſcriptura? Hæc ille. AVTH. Oculis veſtris videte fideles, q hoc argumentū legis, quod cōtra ſculptile faciunt Witcleuiſtæ, antiquorū erat hæreticorū in tēpore ſancti Bedæ. Ipſe reſpondet, ipſe planè probat per factorem legis hoc contra legem non eſſe, qui Cherubim fecit iuſſu Dei, & ſerpentem æneum, & duodecim boues Apoſtolorum figuras. Tota aūt difficultas in hoc terminatur, q iſta feciſſe, & coluiſſe tanq; res, nō tanquam nudas

Digitized by Google

nudas figuras, error eſſet Gentilium. Hoc ſuperſtitio gentium credidit, q̃ qui ſciret ipſe, quem inſtitueret Deum conficeret, vt plano textu Sapiens ait, Si quis artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit. Sequitur. Lignum curuum, & vorticibus plenum ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam, & per ſcientiam artis ſuæ figuret illud, & aſsimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet: perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo eſt, perliniens, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat proſpiciẽs illi, ſciẽs quoniam non poteſt ſe adiuuare, Sapient. ca. 13. Concluſionem huius præmiſit, dicens, Infelices ſunt, & inter mortuos ſpes illorum eſt, qui appellauerunt deos opera manuum ſuarum, aurum, & argentum manus mentionem, &c. Sic ergo putauit opus ſuum Deum fieri, quem elegit hunc, vel illum Neptunum, vel Iouem. Qualiter autem hìc affert doctores hoc abditum declarantes. 8. de ciuitate Dei, ca. 24. Inter cæteros autem Hermetem trimegiſtum clarè ſcribentem AVGVSTINVS. Omniũ, inquit, mirabilium vincit admirationẽ, quòd homo diuinam potuit inuenire naturam, eam q̃; efficere. Quoniam ergo proaui noſtri multùm errabant circa deorum rationem, increduli, & non animaduertentes ad cultum religionemq̃; diuinam, inuenerunt artem, qua efficerent deos, & adiunxerunt virtutem de mũdi natura conuenientem, eamq̃; miſcẽtes, quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, vel angelorum, eas indiderunt imaginibus ſanctis, diuiniſq̃; myſterijs, per quas idola lenefaciendi, & malè vires habere potuiſſent. Hæc ille. AVTHOR. Ecce iam habet Witcleuiſta artem faciendi Deos, quam inter catholicos reperire non poteſt. Et de eodem Hermete verba item ſua tranſlata prę ſcribit AVGVSTINVS. Quoniam de cognatione, inquit, & à cõſortio hominum deorumq̃; nobis inducitur ſermo: poteſtatem hominis. O Aſclepi, vimq̃; cognoſce. Dominus, inquit, & pater, vel quod eſt ſummum Deus, vt effector eſt deorum cæleſtium, ita homo fictor eſt deorum, qui in templis ſunt humana proximitate contenti. Et paulò pòſt. Ita humanitas, inquit, ſemp memor naturæ, & originis ſuæ in illa imitatione diuinitatis perſeuerat, vt ſicuti pater ac dominus, vt ſui ſimiles eſſent, deos fecit ęternos: ita humanitas deos ſuos ex ſui vultus ſimilitudine figuret. Sequitur. Statuas dicis ô trimegiſte. Statuas, inquã, ô Aſclepi vides, quatenus tu ipſe diffidas ſtatuas animatas, & ſenſu, & ſpiritu plenas, tantaq̃; facientes, & talia, ſtatuaſq̃; futurorũ præſcias. Hæc ille. AVTHOR. Iam replica mandatum primum decalogi, Non facies tibi ſculptile. ſi intelligat Witcleuiſta diuinum mandatum, hoc modo facere ſculptile, homini prohibetur. Et quis tale ſculptile modò ſibi inter fideles conatur efficere? Quis mundi naturæ virtutem cõmiſcet? Quis animas dæmonum, vel angelorũ euocat, imaginibuſq̃; imprimit, vt deos ex ſui vultus ſimilitudine figuraret? Nemo audiuit quempiã in eccleſia dicere ſtatuas animatas, & ſenſu plenas, & ſpiritu, & præſcias futurorum. Horrent Chriſtiani audire deitate plenam imaginẽ: ſed nec hanc ſculpturã ſancti illo ſancto, aut eius anima animatã: omnes em̃ quantũlibet idiotæ nouerunt imaginem talẽ ſculptam ſine ſpiritu, ſine ſenſu, oculos habere, quibus non videat, aures, quibus nõ audiat, manus, quibus non palpet, nares, quibus non odoret: ſed eum figurare præſenter ſenſui, qui ſpiritus eſt, aut ſpiritum habeat, & odores, & tactus, ſonos, & colores viuo ſenſu, aut intellectu nouit diſcernere ab fideli ſculptura, qua nec deos, nec ſanctos, ſed Dei, aut ſanctorum fiunt imagines. Procul eſt paganitas Apulei, aut Hermetis ſacrilegi, qui cum fecerit ſculptile viuum, & ſenſu plenum, inſculpta petra, vel ligno efficit ſibi Deum. Qualiter ſolũ illud, Nõ facies tibi ſculptile, intellectum capit ex illo, Non habebis deos alienos corã me, quod vehementer probat libro de templo Salomonis cap. 19. verſus finem BEDA. Si diligẽtiùs verba legis attendamus, fortè patebit non interdictum imagines rerũ, aut animalium facere, ſed hoc idololatriæ gratia omnimodè eſſe prohibitum. Deniq; dicturus in mõte ſancto dominus, Non facies tibi ſculptibe, neq; omnẽ ſimilitudinẽ, præmiſit, Non habebis deos alienos corã me. Ac demũ ſubiunxit, Non facies tibi ſculptile, neq; omnẽ ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum. Atque ita cõcluſit, Non adorabis ea, neq; coles. Hæc ille. AVTH. Hic ergo eſt ſenſus diuini mãdati, quod Beda proponit, Nõ facies tibi ſculptile, id eſt, vt ſit tibi Deus, quicquid de ſcripturis attuleris, vt cõfundantur omnes, qui adorãt ſculptilia, intellige tanq̃ deos. Similes illis fiãt, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis, vt in dijs. Nihil eſt, quod cõtra ſculptas imagines reſonant, quin hoc ſenſu ſoluatur. Inſtat forſitã Witcleuiſta, proteſtans facturam ſculptilis lege prohibitã non tm̃, ſed omnẽ ſimilitudinẽ, quæ eſt in cælo deſuper, & in terra deorſum, vel in a-

vel in aquis ſub terra. Et ego interrogo, ſi Deꝰ iuſtus hæc præcipit, quare ergo Moyſes ex eius præcepto fecit duos Cherubim aureos ex vtraq; parte oraculi, habentes alas, quibus tegerent propitiatorium? Exod. 25. Ipſi Cherubim cùm eſſent productiles, quia fiebāt ex auro, quantū ad figuram imaginis in nullo differebāt à ſculptis. Sed Salomon, qui ſpiritu Dei tēpli opus perfecit, duo Cherubim fecit de lignis oliuarum, texitq; auro. 3. Reg. 7. Quos ideo quia de ligno fiebant, ſculptos intelligamus: ſed & parietes templi per circuitū texit variis cælaturis, & torno: & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi promi nentes de pariete, & egrediētes. In oſtiis quoque de lignis oliuarū ſculpſit picturā Cherubim, & palmarū ſpecies in Anaglypha, id eſt, cælatura, & texit eas auro. Et iterū adhuc ſcriptura pondus facit, qꝫ ſculpſit Cherubim, palmas, & cælaturas valde eminentes. Fecit nāq; mare æneum fuſile, ſubter cuius labium duo erant ordines ſculpturarum hiſtriatarum fuſiles: & ſtabant ſuper duodecim boues, & opus baſium in terra ſimile erat & ſculpturæ inter iūcturas, & inter coronulas, & plectas, leones, & boues, & Cherubim. 3. Reg. 7. Prima duo Cherubim fecit Salomon opere ſtatuario, & poſuit ea in interiori templo. Fuerunt ergo quatuor: duo Moyſi ſuper oraculū, & duo Salomonis in templo, vt notat. 2. Paralipo. & in
2 velo ante oſtium intexuit. Vt ſaūt ſculpturas
hiſtriata. hiſtriatas ad quid fierēt doceamus, notare debemus, qꝫ prædicto libro cap. 19. circa principiū ait BEDA. Sculptura, inquit, hiſtriata eſt, quæ hiſtorias rerum aliquas imitatur, vnde & rectè per ſculpturas hiſtriatas, quibꝰ mare circundabatur, exēpla ſunt priorum temporum deſignata, quia neceſſe eſt nos ſolerter intueri, vt videamus, quibus operibus ſancti Deo placuerunt ab initio, qua obduratione in ſceleribus perduraverunt, quanta iniquitate ob ſcelera reprobi perierunt, quomodo in exordio naſcentis ſeculi Cayn ob malitiam inuidię damnatus. Abel ſit ob iuſtitiæ merita coronatꝰ. Lamech ob adulterium, & homicidium male dictus. Enoch ob gratiam pietatis ad paradiſum reductus. Quomodo poſt diluuium Chā ob impietatem à patre deteſtatus eſt, & Sem, & Iaphet ob obſequium reuerentię perpetua ſint benedictione donati. Abraham ob meritum fidei ſit hæres diuinæ promiſsionis effectus. Cætera gentium multitudo in antiqua ita ſit infidelitate relicta. Qualiter aduenientē in carne domino, Iudæa ob perfidiæ noxam repulſa, & gentilitas ſit per gratiam fidei ad ſalutem reducta: & cætera huiuſmodi, quę in vtroque teſtamento ſolerter, ac piè conſiderāda, multò ſtudioſius quibus præſunt. Et ideo forſitan duo ordines ſculpturarum hiſtriatarum facti, vt hi, qui in fonte baptiſmatis abluti ſunt, vtriuſq; teſtamenti diligenter auſcultent hiſtorias: ideo decem cubitorum erant in gyro, vt quoſcunq; in eiſdem hiſtoriis deditos iuſsis cæleſtibus ac tota intentione ad ſuperna præmia ſuſpenſos eſſe proſpexerint, hos imitari contendant. Hęc ille. AVTHOR. Non ergo tantùm imagines, ſed & hiſtorias temporum ſculpturæ maris æneī continebāt. Cur non item ſculpturas ſanctorum apoſtolorum aut martyrum non noſtræ continebūt eccleſiæ ad incitationem pigrorum, vt Beda dixit, & attentionē ſeu aſcenſionē ſanctorū? Vnde verſus finem ca. ſubdit de eodē BEDA. Si eidem legi contrarium nō fuit in eodē mari ſculpturas hiſtoriatas in gyro decē cubitorum fieri, quomodo legi contrariū putabitur, ſi hiſtorias ſanctorum, ac martyrum Chriſti ſculpamus, ſiue pingamus in tabulis, qui per cuſtodiam diuinæ legis ad gloriā meruerunt æternæ retributionis attingere? Hæc ille. AVTHOR. Vbi ſunt hypocritæ Witcleuiſtæ, q tantā rugā faciunt cōſcientiæ, cū imaginū ſculpturas, aut picturas aſpiciunt, idola vocant, & earum artifices, & cultores iungunt idololatris? Ecce qui iuſsit nō facere nobis ſculptile, ipſe confirmauit ſermonē ſuū cū Salomone, vt faceret in domo domini ſculptos boues, & ſculptos leones, & leōculos item ſculptos, vel fuſos. Ipſe, inquam, qui dixit. Non facies ſculptile, neq; ſimilitudinē, quæ eſt in cælo deſuper &c. ipſe dixit ad Moyſen, duos cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Similitudo cæleſtium deſuper duo Cherubim. Similitudo in terra deorſum leones, boues, & palmę. Similitudo in aquis ęneū mare. Qui ergo vult ne Deus firmatum ſic irritare præceptum. Et dicet Paulus Apoſtolus conſtanter. Si quæ deſtruxi, hæc iterum ædifico, præuaricatorem me cōſtituo. Galat. 2. Sed vt dixi, aliud eſt rem fieri in præiudicium deitatis, qualiter boues & vitulos fecerant, qui dicebant, Iſti ſunt dii tui Iſrael. Aliud in honorē Dei, & memoriam rei abſentis, qualiter. 2. Paral. 4. boues erant fuſiles, & ipſum mare ſuper 12. boues impoſitum erat. Sequitur. Et cande labra aurea ſecundùm ſpeciem, quam iuſſerat fieri. In quem locum in Hebraicis quæſtionibus. HIERONYMVS. Secundùm ſpeciem, quā iuſſerat fieri, ſubauditur Deus: boues propter memoriam vituli in eremo conditi. Hæc

Digitized by Google

ille. AVTHOR. Et ita in memoriam populi propter eius conditionem afflicti Deus ipſe iuſsit fieri boum imaginem, qui præcepit nul lam fieri rei factæ ſimilitudinem,ad idolorum ſubuerſionem iubet:prohibet ad fomentum.
3 Vnde† intelligimus, q̃ ſtructura imaginum quandoq; valet ad tollendū inordinationem cultus,ſicut de iſtis Cherubim ſenſerunt Hebræi,& declarat libro ſecundo de duce dubio rum.capite.15.RABI MOYSES. Fides,inquit, eſſendi angelos, ſequitur fidem eſſendi Deum,& cum illis poteſt ſtare prophetia,& lex,& propter corroborationem fidei huius, præcepit Deus facere ſuper arcam formam duorum Cherubim, propter quod ſcimus eſſe angelicum in fide populi,q̃ eſt verus intellectus ſequens fidem eſſentiæ diuinæ, & illud ſecundum eſt principium prophetiæ,& legis, & deſtruit idololatriam, & ſi fuiſſet ſola vna forma vnius Cherub,faceret errare,q̃ cogitarent quòd fuiſſent vnus in natura : ſicut vnus Deus:& ideo adducuntur ad aliquam dualitatem,& quando fecit duos Cherubim cum manifeſtatione quam fecit, oſtendit q̃ dominus Deus noſter vnus eſt. Hæc ille. AVTHOR.
4 Non† ergo ſemper cultus imaginum prouocat ad idololatriam : ſed magis vbi eſt regimē intellectus ad cultum vnius Dei, qui tales habet famulos ſpiritus excellentes:qualiter ſanctus Enos intelligitur feciſſe,& coluiſſe imagines in honorem Dei ad deprimendum idolo latriam per falſum cultum dæmonum imaginibus præſtitum à filiis Cayn, ſecūdùm q̃ Nicolaus exponit. Ad cultū ergo Dei proficit, q̃ eū, & ſpiritus beatos in ſuis imaginibus recolamus:quos ſi ignoremus, omnino non ad magnificandum Deum ſurgeremus, nec tam reputaremus excelſum, idcirco Sapiens ait: Glorioſa ſpecies cæli,gloria ſtellarum,poſitio mundum illuminans,in excelſis dominus: In verbis ſanctis ſtabunt ad iudicium,& non deficient in vigiliis ſuis, vide arcum, & benedic qui fecit illum. Eccleſiaſtici.43. Aliâs non tā vtiliter deſcripſiſſet angelos Dionyſius ad humanam formam,& cum inſtrumentis, & formis rerum viſibilium, quibus etiam pictores eos licentioſè depingūt libro illo cæleſtis Hierarchiæ decimoquinto. DIONYSIVS. Eſt autem ſecundum vnumquodq;, vt exiſtimo, corporalis noſtræ multipartiōis imagines cō uenientes inuenire cæleſtium. LINCOL. Contigit inuenire imagines cæleſtium virtutum ſecundùm partes ſingulas humani corporis. AVTHOR. Et dat eis oculos humanos propter aſpectum clarum in lumine diuinorum ad diſcretionem, aures ad perceptionem notitiæ, Palpebras & ſupercilia ad cuſtodiam præceptorum: humeros & vlnas ad deſignationem potentiæ, iuuenilem aſpectū p̃pter indeficientiā eorum eſſentiæ, datigneam ſpeciem propter immortalitatem, rotas propter agibilitatem, ſacerdotalia indumenta, q̃a ad ſacra percipienda conducunt, zonas quia virtutes germināt,& ipſas conſeruant: virgas quia regunt : lanceas & ſecures quia poteſtates aduerſas coërcent. Hæc omnia aut ex diuinis libris vbi Moyſes Cherubim deſcriptionē aſſumpſit videns alatas,aut Ezechiel inter rotas. Aut vt Paulus ei expoſuit ipſe trāſcripſit. Sic ſculptura angelorum de ſcripturis ſanctis, & per homines ſanctos in primitiuam primò
5 fluxit eccleſiam. Quis† deneget eam Deo & ſanctis ? cùm nec Saluator ſculptam imaginē infideli Cæſari denegauerit : imò conceſſerit: dicente euangelio,cùm quæſiuiſſet: Cuius eſt hæc imago? Et ipſi reſpōdiſſent,Cæſaris:Reddite,inquit,quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Si ſculptura hæc fuiſſet contra illud : Non facies tibi ſculptile : vetuiſſet ſtatim tanquàm illicitum. Vnde ſuper illum locum Matthæi in imperfecto Homilia.70. CHRYOSTOMVS. Tu autem cùm audieris,Redde quę ſunt Cæſaris, Cæſari,illa ſcito dicere eum ſolummodo,quæ in nullo pietati nocent. Et quia ſi aliquid tale fuerit,non adhuc Cæſaris,ſed diaboli vectigali eſt tributum,quod tale eſt. Imaginem Cæſaris non improbauit Chriſtus. Hæc ille. AVTHOR. In nullo ergo nocuit pietati ſculptura imaginis in denario Cæſaris, quam permiſit,& reddere iuſsit Chriſtus. Pietas autem prima eſt erga Deum,ſecunda in parentes, tertia in patriam. Quòd ſi hæc ſculptura nihil nocuit pietati in Deum, quæ vocauit homines in memoriam Cæſaris, cui deberēt tributum: expers ſenſus fuerit,qui dixerit imaginem domini,aut alicuius ſancti eius, noxiam pietati, quæ homines in memoriam Dei citat: cui primum debent obſequium,& vltimæ ſeruitutis tributum. Vnde capite decimonono,de templo Salomonis. BEDA. Cæterùm (reor) ſimiliter hæc fieri,ſcilicet, ſculptilia nulla legis diuinæ litera vetuit. Alioquin & dominus, tentantibus Phariſæis de tributo Cæſari reddendo,in quo & imaginem Cæſaris expreſſam eſſe dicebant,nequaquam reſponderet, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei Deo:ſed potiùs corrigeret eorum errorem, dicendo, Non licet vobis in percuſſura auri & argenti veſtri imaginem facere Cæſaris : quia talē ſculpturā lex diuina prohibet. Eſſet nāq;

locus,

Digitized by Google

locus, vt ostenso sibi numismate census, hoc diceret, si in eo Cæsaris imago causa idololatriæ, & non ad indicium magis regiæ potestatis
6 esset deformata. Hæc ille. AVTHOR. Ad † hoc argumentum legitimum magni Bedæ tota iam cohors Witcleuistica respondeat: Cur non patiuntur esse imagines Christi si imagines deferunt Cęsari? Quare item deponunt eā à Dei templo, quam Christus admisit in numo? Quòd si imago peccatrix in denario fuit, qualiter nō erit reus peccato Christus, qui cō sensit, dicente Apostolo de hoc peccato in capite, & demum de ramusculis eius: Qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciūt ea, sed & qui consentiunt facientibus. Rom. 1 Imò absolutè Beda pronuntiat quantum nouit nulla legis litera vetitas esse fieri tales sculpturas. Iam ergo peritiores Beda se monstrēt, & in scripturis sanctis hanc prohibitionem, quam ipse non inuenit, inueniant.

¶ Quòd imagines apud Christianos sunt signa vtilia, superstitione carentia, & literæ illiteratorum.

CAP. CLIII.

SVMMA.

1 *Idololatriæ ortus describitur.*
2 *Catholici quomodo imagines colant sacras, non tamen sine rebus.*
3 *Imagines quòd sint media delectandi in Deo.*
4 *Imago, & pictura, quòd sit idiotis quasi scriptura.*
5 *Constantinus Papa quomodo Philippum Cæsarē hæreticum superauerit picturis.*

ACcendunt verbum suum vt faculam, & Dei similitudinē facimus insignis inutilibus, quæ secūdū Baruch habent linguas politas à fabro: ipsa autē inaurata, & inargentata falsa sunt, & non possunt loqui. Et Esai. 40. Cui similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile cōflauit faber aut artifex, auro figurauit illud, & laminis argenteis argentarius? Fortè lignum & imputribile elegit artifex sapiēs, quærit quomodo statuat simulacrum, quod non moueatur. Ecce inutile signum simile Deo factum, sed ideo falsum, quia nec se potest statuere stabile, nec habile lingua loqui. Fide percipimus, quàm nō multum distant verbis nudis, aut vultibus error, aut veritas. Simili opere modo & arte conformi fit idolum paganorum, & imago fideliū, simili modo serpens æneus, & draco Belis: serpens Moysi, & serpens Magi: Cherubim templi, & aliud idolum de militia cæli: Apis Ægypti, & vitulus templi Dei. Os habet vterq;, & non loquitur: pedes, & non graditur: nares, & non olfacit: guttur, & nō clamat. Si vis noscere distantiam rerum factarum, perpende mentes artificum. Facit fidelis imaginem Dei tantùm, perfidus item Deum. Iste Deum assimilat, ille adæquat. Ideo Esaias notanter hic superius in cōclusione subiunxit, Cui assimilastis me, & adæquastis, dixit sanctus Esaias. 11. Assimilatio peccatum non est, vbi non concomitatur æquatio. Vnde imago † ratio talis imaginis adæquationem non habet, sed similitudinē, & hoc ab origine, dicēte Sapiente: Acerbo luctu dolēs pater citò sibi rapti filij fecit imaginem: tūc demū prosequitur & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanq; Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia, deinde interueniente tempore, & conualescente iniqua consuetudine, hic error tanquàm lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Sequitur. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio quoniam aut affectui, aut regibus deseruientes homines incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerūt. Sapien. 14. De imagine hac dixit Belis Babylonij primi idoli: q̄ quia primò sculpta est, scriptura non culpat, aut quia similitudinem mortuæ prolis expressit: sed quādo ipsam mortuam in imagine colere cœpit pater, & Deum putari, & esse mandauit: tunc enim dicens se sapientem, stultus factus est, secundùm Apostolum, & res ipsa sculpta secundùm Apostolum cœpit esse culpabilis, quia mutauit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Ad Roman. 1. vbi notanter ait AMBROSIVS. Sic obcæcatum fuit cor illorum, vt maiestatem inuisibilis Dei, quem ex his factis agnouerant, non in hominem, sed, quod peius est, & inexcusabile crimen, in similitudinem hominis mutarēt, vt forma corruptibilis hominis, Deus ab his vocetur: hoc est simulacrum hominis, vt quos viuos hoc nomine donare non audent, mortuorū imagines in gloriam Dei recipiant. Et infrà. Sic enim Dei maiestatem, & gloriam minuerūt, vt horum, quę & minima, & parua sunt, similitudini Dei ho-

1 *Idololatriæ ortus.*

Digitized by Google

notificentiam darent. Primi enim Babylonij Deum vocauerunt figmentum Belis quondã hominis mortui, qui principatum in eos egiſſe dicitur. Coluerunt & ſerpẽtem, & draconẽ, quem Daniel homo Dei occidit: cuius ſimilitudinem habent. Ægyptij autem colebãt quadrupedem, quem dicebant Apim in ſimilitudinem vaccæ, quod malum imitãs Hieroboã, vaccas inſtituit in Samaria, quibus ſacrificarẽt Iudæi. Harum tamen omnium rerũ, quas memoraui, ſimulacra coluerunt Ægyptij. Hæc ille. AVTHOR. Totum crimen iſtarum imaginum videſ eſſe, quia in ipſas ſecundũ naturã & nomẽ maieſtatem inuiſibilis Dei homines transferebant. Non hoc fecit Moyſes ad ſerpentem. Nõ Salomon ad cherubim, quem fecit opere ſtatuario. Nec Chriſtiani moderni ad aliquam ſuam imaginem: ideo non factũ, ſed abuſus propagat ibi culpam. Sicut de eiſdem literis, eodem quoq; formam te ſcriptore, fides ſcribit in codice Chriſtiano, & in ſuo codice Lollardina perfidia: & dicimus hic codex eſt ſacer, & ille prophanus: quia iſte verã fidem, iſta grammata me docendo ſignant, illa corruptam: & eiuſdem tamen figurę eſt hic & ibi prima aut alia litera alphabeti: eiuſdem habitudinis item & coaptationis in verbis ſimilibus ſunt ſyllabę: ſed iſta inutilis, illa vtilis: iſta vera, illa falſa: quia vtile quid & verũ iſta deſignant, illa peruerſum. Ita vna forſan & eadem erat mihi imago Chriſti, quæ modò Herculi dedicatur: ſed hoc egit non res imaginis, ſed malitia peruertentis. Altera item differentia eſt inſignis, q̃ aliquid forſan, ſed nihil ſacrum ſignãt, ſed omnis ſanctitas ipſis ſignis imponitur: & hoc eſt maximè idololatris aſſuetum, qui Neptuni colunt ſimulacrum, Neptunum, id eſt, mare deſignans, mare tamẽ ipſum contemnunt. Vnde in de doctrina Chriſtiana: cap. 7. AVGVSTINVS. Quid mihi prodeſt ſimulacrum verbi gratia Neptuni? nõ ad ipſum habendum Deum, ſed eò ſignificari vniuerſum mare, vel etiam omnes aquas cæteras, quæ fontibus proruunt. Sicut à quodam poëta illorum deſcribitur, ſi bene recolo ita. Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti Tincta ſalo reſonant magnus cui perpetemento, Profluit Oceanus: & flumina crinib⁹ errant. Sequitur. Quid ergo mihi prodeſt, q̃ Neptuni ſimulacrum ad illam ſignificationẽ refertur, niſi fortè, vt neutrum colam? tam em̃ mihi ſtatua quælibet, quàm mare ipſum non eſt Deus. Hæc ille. AVTHOR. Is modus itẽ ſtatuendi imagines, vt ipſæ colãtur, rebus deſpectis, ſuperſtitioſum videtur: hoc ideo, quia tantam maieſtatem rerum ſignis attribuunt pro ſeipſis. 2 Fideles ergo catholici nec ſacras colunt imagines ſine rebus, id eſt, vt ipſæ ſint in natura ſic ſacræ, ſed vt ſint ſigna ſacrarum rerum, per quæ in memorias earum rerũ perueniant tanquã per literas. Sicut lib. 4. cap. de ſanctis imaginibus ait DAMASCENVS. Quia verò non omnes noſcunt literas, neq; lectioni vacãt, patres excogitauerũt velut quoſdam triumphos in imaginibus hoc deſcribere ad velocem memoriam: quapropter multotiens non ſecundùm mentem domini paſſionem imaginem Chriſti crucifixionis videntes, & ſalutaris paſſionis in rememorationem venientes, procidẽtes adoramus. Hæc ille. AVTHOR. Hoc omnes in communi nouerunt, picturas, aut imagines eſſe hominibus ſaltem indoctis literas delicatas: & Ariſto, in ſua poëtica, vbi ait de ſeptem ſpeciebus tragœdiæ, vocat eam ſpeciem repreſentationem, dicens, q̃ non fit delectatio ex rememoratione rei, cui⁹ intenditur rememoratio abſq; ſui repreſentatione: ſed fit delectatio quidem, & receptio ipſius, quando repreſentata fuerit: ideoq; multotiens non delectatur homo ex aſpectu formæ ipſius rei exiſtentis in natura, & delectatur in eius repreſentatione, & conformatione per picturas, & colores: & propterea vtuntur homines arte pingendi, & deſcribendi, ita, q̃ picturas, & ſcripturas quaſi ſimiles in affectu ad excitandum tam apprehẽſiuam, quàm appetitiuam, aut rememoratiuam potentiam cõiungit. Ariſto. Quapropter bene vſus eſt. M. Tullius Cicero formis imaginum, ad acuendum, & faciendum tenacem memoriam: q̃is dignè ipſi videatur ſuccenſere Galfridus, iubens delectanter tractare memoriam, cui & ipſe ſubſtrahit media delectãdi. Sic item 3 imagines ſunt media delectandi in Deo: velut epiſtola ad Secundinum incluſum in reſcripto. cap. 4. lib. decretorum pontificum GREGORIVS. Imagines, quas à nobis tibi dirigẽdas per Dulcidium diaconum tuum rogaſti, miſi tibi: in qua re valde nobis tua poſtulatio placuit, quia illũ toto corde tota intentione quęris, cuius imaginem præ oculis habere deſideras: vt viſio corporalis quotidiana reddat exortum, vt dum picturam vides, ad illũ animo inardeſcas, cuius imaginem conſideras. Non ab re facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demõſtramus. Sic homo, qui alium ardenter videre deſiderat, aut ſponſa amando deſiderans quẽ videre, conatur, ſi contigit eum ad balneũ ire, aut ad eccleſiam procedere, eminus viam tendentibus ſe præbet, vt de viſione eius hilaris recedat.

Digitized by Google

recedat. Et infrà. Et dũ nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriã filium Dei reducimus, animus noſter, aut de reſurrectiõe lætificatur, aut de paſsione demulcetur: ideoq; direxim⁹ tibi tabulas trinas: imaginem Saluatoris, ſanctæ Dei genitricis Mariæ, Petri & Pauli apoſtolorum continentes. Hæc ille. AVTHOR. Conuenit Damaſceno penè per ſingula: conuenit & artificibus per naturam, qui omnes magnum in imaginibus tam ad roborandum affectum rei cupitæ, quàm ad informandum aſpectum, & imprimendum ſpeciem rei neſcitæ ſemper inuenêre ſuffragium. Quid quærũt hæretici ſuffocare fideles, pietatem retardare ſanctorum, vel ſimplicium charitatem extinguere, dicẽtes, Ipſe homo in mente habet imaginem Dei, vbi videndus eſt, non foris in ſculptili, quia hoc egerunt idololatræ: quaſi diceret, nunquã comedas pomorum fructus, quia Adam comedit, & perijt. Gregorius dixit nõ ab re ſe facere, ſi per viſibilia inuiſibilia demõ-
4 ſtraret. quaſi †enim ſcriptura quędam ipſa eſt pictura. Filium Dei reducit in mentẽ. Et lib. 9. regiſtri epiſtola. 31. GREGORIVS. Quod legẽtibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernẽtibus, quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant: in ipſa legunt, qui literas neſciunt. Hæc ille. AVTHOR. Qui ergo picturarum vetat imagines laicis, proximũ eſt, vt clericis ſcripturas inhibeat. nã ipſa ſcriptura quid eſt niſi pictura quædam, & verbi mentis, vel vocis imago? vtinam Witcleuiſtæ, qui tantoperè formas culpant imaginum, nunquam ſuas imagines per libros aut plebes cõſculpant. Fideles autem prædicatores, aut ſcriptores, imò & verarum ſculptores imaginum vtinam ampliùs abundarẽt, quouſq; hos per-
5 fidos abolerent. Qualiter † Cõſtantinus papa Philippicum hæreticum Cæſarem legitur ſuperaſſe picturis: libro de temporibus ſub anno domini. 665. BEDA. Item Philippicus Cõſtantino Papæ miſit literas praui dogmatis, quas ille cum apoſtolicæ ſedis cõſilio reſpuit, & huius rei cauſa fecit picturas in porticu ſancti Petri, quæ acta. 6. ſanctarum ſynodorũ vniuerſalium continerent. Nam & huiuſmodi picturas cùm haberentur in vrbe regia Philippicus iuſſerat auferri: ſtatuit populus Romanus, ne hæretici imperatoris nomen, aut charitas, aut figuram ſolidi, id eſt, numi, ſuſciperẽt. Vnde nec eius effigies in eccleſiam introducta eſt. Nec nomẽ ad miſſarum ſolennia prolatum. Hæc ille. AVTHOR. Iam in hoc caſu verũ ſapit illud vulgo famoſum, quòd ſi vox populi vox Dei. Iuſtè valde tulerunt imaginẽ eius è chartis, & ſolidis, qui de picturis ſanctis abſtulit fidem Dei. Sed & nomen eius iuſtè ſublatum eſt, ne memoriam habeat coram Deo, qui legem Chriſti ſuſtulit: vt non eius memoria ſaltem haberetur in populo. Quid ampliùs ſequitur, ibi ſtatim poſt tempus triẽnale qui fecit rem reformando Theodoſius. BEDA. Ipſe verò vt regnum accepit, cùm eſſet catholicus, mox in regia vrbe imaginem illam venerandam, in qua ſanctæ ſex ſynodi erant depictæ, & à Philippico fuerat deiecta, priſtino in loco erexit. Hæc ille. AVTHOR. Et nota, quòd dixit venerãdam imaginem Beda, ne negare poſsit Witcleuiſta ipſi Bedę ſancto venerãdas eſſe imagines, & in qua ſex ſynodi depictæ erant inquit, in quibus ipſi laici erudiri poſſent, & doceri decreta fidelia, qualiter antiquitùs triumphatorum Romæ geſta triumphalia ſolebant inſculpi ad iuniorum exempla. Et Ezechiel iuſſus eſt pingere tranſmigrationem Hieruſalem, vt populus Iudęus ſenſibilibus formis moueretur eam futuram cognoſcere, & fidem dare prophetis. Factus eſt, inquit, ſermo domini ad me, dicẽs. Fili hominis, in medio domus exaſperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & nõ vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exaſperans eſt. Tu ergo fili hominis fac & vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem coram eis. Sequitur. Et effere foras vaſa tua, quaſi vaſa tranſmigrationis per diem in conſpectu eorum. Ezech. cap. 12. Vaſa, id eſt, ſarcinas, peram, aut baculum, quibuſcum qui tranſmigrant, ire ſolent. Quæ omnia tam picturis eis oſtendere, quàm ſchematibus corporeis iuſſus eſt, vt fortibus moueantur ſignis, qui non mouentur verbis. In quem locum in commentario lib. 3. HIERONYMVS. Quia ergo oculos habent ad vidẽdum & non vident, aures ad audiendum & non audiunt, & tua verba contemnunt: doce eos ad imaginem & picturam, & ſchematibus oſtende corporeis, vt venturam captiuitatem non ſolùm auditu, ſed & oculis recognoſcãt. Hæc ille. AVTHOR. Quis ergo Witcleuiſta faciet de imaginibus & picturis conſcientiam contra dominum, quando ipſe iubet & prophetam & ſanctum, inſtruere populum per picturas, & motrices imagines?

¶ Quòd imago artificialis aptior eſt cultui hominũ, q̃ imago nudi hoĩs, vel naturę intellectualis

CAP. CLIIII.

SVMMA.

1 *Homo cur non adoretur ut imago Dei.*
2 *Imago ornata, quàm nuda, quòd ad religionem inducendam aptior ſit, oſtenditur.*
3 *Imagines ſimiliores quòd ſint pulchriores aſpectui ueneranti, ſed periculoſiores.*

Imago nuda.

QVid, inquit, Witcleuiſta prodeſt imago mortua, nos ipſi ſumus imagines Dei viuæ. In libello iam prædicto non inquiunt dixit Deus faciamus lignum, & lapidem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā, ſed hominē. Et ideo eleemoſyna magis eſſet fiēda homini indigenti, quia ipſe eſt imago Dei, in maiori ſimilitudine, quàm lignum, vel lapis. Hæc ille. AVTHOR. Quid parcis ne erres adhuc altiùs in ligno, nec in homine diſcernas imaginem, qui tantùm eſt factus ad imaginem Dei, ſed tātum in Dei filio, qui eſt imago ſubſtātiæ eius, vt obuiam Fauſto tuo curras, qui nullibi ſcire uit imaginem reperire, vel (vt ipſe dixit) ſimulacrum, donec veniret ad ſeipſum. Ipſe enim ait. Pagani, aris, delubris, ſimulacris, victimis, atque incenſo Deum colendum putant: ego ab his quoq; multū diuerſus incedo, qui ipſum me, ſi modò ſim dignus, ratiōabile Dei templum puto viuum viuæ maieſtatis ſimulacrum. Chriſtum filium eius accipio: arā mētem bonis artibus imbutam, honores quoq; diuinos, ac ſacrificia in ſolis orationibus, & ipſis puris ac ſimplicibus pono. Sic recitat Auguſtinus lib. 20. cōtra eum. Vnde in hoc ſe iactat à paganis diuerſum, q̄ templum non habeat, niſi ſeipſum, non imaginē niſi Chriſtū, non altare niſi mentem, non ſacrificium niſi precem, Cùm tamen ibi fatetur adorare lucē tanquā ſedem patris, ſolem & lunam vt ſedes filii, & communem aërem vt ſedē ſpiritusſancti. Dignè tamē ibi Auguſtinus redarguit deteriorē eſſe paganis, qui adorant ea, quæ ſunt, quanuis colenda non ſint. Manichęi autem, quæ nec ſunt, nec item ſunt colenda, ſcilicet, proprias vanitates. AVGVSTINVS. Quis, inquit, ſplenditenus ſuſpendit mundū, & quis arcas cum illo ſupportat, hæc & innumerabilia quæ ſimiliter deliratis omnino non ſunt, & colitis ea? Hinc vos Paganis dicimus deteriores, eo tantùm ſimiles, q̄ multos deos colitis: eo verò in peiorem partem diſſimiles, q̄ illi pro diis ea colunt, quæ ſunt, ſed non ſunt dii. Vos autē colitis, quæ nec dii, nec aliquid ſunt, quoniā prorſus nulla ſunt. Hęc ille. AVTHOR. Sic Witcleuiſtæ colūt panem, & vinum loco corporis Chriſti in ſacramēto euchariſtiæ, quæ ibi non ſunt. Et ſi ibi nō ſunt, prorſus quæ non ſunt colunt ſine adoratiōe, presbyteros & presbyteras ſine ſexu, ſine baptiſmo fidelem, ſine deſponſatione coniugē, ſine fidei vnitate catholicum. Omnia ecce iſta non ſunt, & prorſus non ſunt, ergo deteriores Paganis illis ſunt, qui colunt ea, quæ ſunt, ſed dii non ſunt. Iterum audiant interrogantē, ſi velint mentē hominis adorari latria, quia imago eius eſt, nec tātū imago, ſed Deus: quomodo & aſinus eſt Deus, & equus eſt Deus, & ſic quilibet eſt Deus, & vt ipſi affirmant imago eſt Deus: ſed ſi anima eſt Dei imago, argumētum eſt à potiori, vt hanc viciſsitudinē rependentes, Dei & ſanctorum colamus imagines, prout cap. præfato de ſanctis imaginibus DAMASCE. Quoniā quidā aduerſum nos querūtur, adorātes ſaluatoris noſtri, & reginę noſtræ, & Dei genitricis imagines: ampliùs autē & reliquiarū ſanctorū miniſtrorū Dei, audiāt, q̄ à principio Deus hominē ſecundū propriā imaginē fecit. Cuius igitur gratia nō inuicem adoramus, niſi q̄ ſecūdū Dei imaginem facti ſumus, vt ait Deiferus, & magnus diuus Baſilius. Hæc ille. AVTHOR. Hoc argumentum puto ſancti patris, q̄ tradidit nobis Deus imagines naturales, quas fecit, vt in his eum colamus, in ſanctis, in præpoſitis, in regibus, in p̄latis. Ergo in imaginibus etiam artificialibus colendus eſt. Obijciunt Witcleuiſtæ. Ergo aptior eſſet cultus Deo, hominem adorare tanquam Dei imaginē, q̄ lignum exanime. Dicimus † cū quibuſdam. Sed ne ſuperbiret homo de cultu rapinam arbitrans ſe quid diuinum, nō eſt aptum huic cultui inſtrumentū. Quali ter in libro Heſter oraſſe legitur Mardochęū, excuſationē faciens, cur nō adoraſſet Aman: dominus omniū tu es, nec eſt, qui reſiſtat maieſtati tuæ: cuncta noſti, & ſcis quia nō præ ſuperbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman ſuperbiſsimum: libenter enim pro ſalute Iſraël etiam veſtigia pedū eius deoſculari paratus eſſem, ſed timui, ne honorē Dei mei trāsferrem ad hominē: & ne quenquā adorarē excepto Deo meo. hæc ibi in epiſtola exemplari. Et timui, inquit, ne honorē Dei mei transferrē ad hominē, nō hoc intelligas de ipſius adorantis conatu, ſed ſecundùm iudiciū adorati. Iterum tamē dicimus hominē eſſe veriorem, & meliorem imaginē Dei, ſed ineptiorē cultui viatoris, q̄ lignū: quia ſi extēderetur puer in ligno, aut

Homo cur nō adoretur ut imago Dei. 1

Digitized by Google

aut honorificè collocaretur in alto eccleſiæ, quanuis ſuperbire neſciret de cultu, propinquum tamen eſt, vt in ſeipſum protrahat, & conturbet iudicium adorantis; & pro vicinitate ſpeciei à per ſe colendo diſperdat. Dixit ideo Ariſto. 2. lib. de anima. Receptum denudādum eſſe à natura recepti. Vnde ſi oculus, vel aër eſſet de ſe coloratus, non reciperet aliquam coloris ſpeciem per ſui mediū transferendā ad ſenſum, ſed ſuo colore ſenſum afficeret, & ideo quantò eſt ab omni colore remotior, tantò eſt aptius medium viſibili repreſentando. Ita & imago illa eſt aptius repreſentatiuum Dei, aut hominis ad mentem colentis, & ſuſceptiuum inſtrumētū diuini cultus, quò eſt à vita, ratione, aut excellenti eius manifeſtatione cōgrua ſaltē proportione remotius. Probat hoc per proceſſum de diuinorū figurationibus, & ſupercæleſtiū beatorum libro angelicæ hierarchiæ. cap. 2. DIONYSIVS. Quoniā, inquit, & noſtrū intellectum reducūt magis non aſſimilantes ſimilitudinū, nō exiſtimo aliquē bene ſapientiū contradicere. vbi in commento LINCOL. Sciendū, ꝙ ſicut cæleſtes ſubſtantiæ nō ſunt veræ ſimiles his infirmis vilioribus, ſic non ſunt omnino ſimiles pretioſioribus corporeis ſubſtātiis, ſed ſuperexcedunt illas, ita ꝙ ſunt incorporeę, & immateriales. Manifeſtatio igitur diuinorū per diſſimiles formationes nos magis reducit ad cōprehendendū diuina eſſe intelligibilia omne corporeū excedentia, q̄ manifeſtatio eorundē per formationes ſimiles: & ideo cōuenientior eſt etiā modus ꝑ diſſimilia, q̄ per ſimilia ſymbola. Hæc ille. AVTHOR. Et in cōmento p̄cedenti idē LINCOL. Eſt itaq; iſte diſſimilis modus vltimus diſſimilis formationis diuinarū conuenientior eo, qui per formationes fit ſimiles, quia per hunc manifeſtè perpenditur diuina nō eſſe ea, quæ de eis dicuntur, ſed alia per ea ſymbolicè ſignata. Per modū aūt ſimilis formationis nō manifeſtè oſtenditur, ꝙ diuina non ſunt illa, quæ eſſe dicunt, ſed à multis intelliguntur eſſe ea, & illas affirmationes propriè ſumi, & non ſymbolicè tantùm dici. Et eſt modus iſte ſimilis formationis propinquior, vt faciat multitudinē errare circa diuina, q̄ ſit modus ille, qui fit per formationes diſſimiles. Hęc ille. AVTHOR. Quàm planè declarant iſti, ꝙ figuræ, & formæ viciniores rei ſunt propinquiores vt faciāt homines errare circa eius eſſentiā, ſicut dulces ſpecies faciunt guſtū errare de poculo. Ideo Remigius bene dixit, ꝙ omnia mera, & pura nō ita delectant, ſicut miſta. Et in eundē locum ſuprà. LL. Corinth. 8. AMBROSIVS. Omnia mera in ſuauia ſunt, & nociua: quia nec panis ſolus bene editur, nec aliqui cibi ſine admiſtione gratiſunt, ſed nociui. Hęc ille. AVTHOR. Sic mere ſimile eſt noeiliū, niſi valde diſſimili miſcea
2 tur. Ideirco ſi certior eſt imago æris, vel ligni, vt repreſentet, aut coli faciat ſynceriter Deū, aut ſanctū cælitus, q̄ homo vius, aut mēs hominis, ſi ſenſui patens eſſet: quia vicinitas idoli titubare faceret aſpicientē, & ita ſiſtere in nō ſpectu eius, vt intenderet, an ipſa res eſſet, cuius eſt imago. Hac ratione dominus Deus patribus, & prophetis ante euangelium & apoſtolis citra ſe & ſpiritus cęleſtes, qui tunc erāt, aut futuri eſſēt, nō modò ſtrauit per eſſentiā, ſed per remotas imagines, quarum eis indidit intellectū: ſicut apparuit ad Abraham in ſpecie hominis. Ad Iacob in forma angeli & luctantis. Ad Ioannem in Apocalypſi tanquā filius hominis veſtitus podere. Petrus item totam eccleſiam gentium aſpexit in linteo per formas ſerpētū, & quadrupedū. Ezechiel quoque vidit Deū in forma hominis ſedētis ſuper cherubim à lūbis deorſum in ſpecie ignis, & ad ſurſum in ſpecie electri. Omnia iſta ꝑ imagines plus remotas à rebus, quàm ligna, vel lapides noſtri remouētur à nobis, propter ſimilē tamē diſſimilitudinē ſuarū imaginū clariſsimè rebus cōceptis videbatur eis immediatus intuitus. Ita vt diceret Iacob, Vidi dominū facie ad faciē: cū ſolam hominis vidiſſet imaginē. Et Eſaias ait, Dominū exercituū vidi oculis meis. Vnde ſuper illum textum Eſaiæ, Vidi dominū ſedentem ſuper ſolium excelſum HIERONYMVS. Legimus, quòd Abrahæ viſus eſt dominus in hominis figura, & cum Iacob quaſi homo luctatus ſit, qui Deus erat. Vnde appellatur locus ille Phanuel, hoc eſt, facies dni. Vidi enim, ait, dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Ezechiel quoq; vidit dīnm in forma hominis ſedentem ſuper cherubim à lūbis eius, & deorſum erat quaſi ignis, & ſuperiora habebant ſpeciē electri. Ergo Dei natura non cernitur: ſed videtur ab hominibus vt voluerit. Hæc ille. AVTHOR. Et item ſuper Ezechielem textu. Et cecidit ſuper me manus domini. &, Ecce ſimilitudo quaſi aſpectꝰ ignis HIERONYMVS. Hic conſiderandum eſt, quòd non ipſas viderāt veritates, ſed ſimilitudinem ignis, quia à lūbis vſque deorſum ignis apparuit, & à lumbis quaſi aſpectus ſplendoris, & viſio electri. Hæc ille. AVTHOR. Ergo dominus, qui optimè nouit proportiones imaginum, non per ipſas veritates, ſed per ſimilitudines rei remotas, &

Imago ornata quàm nuda ad religionē inducendam aptior eſt.

quaſi conformitates diſformes intuitus prophetarum conuenienter inſtruxit. Aut quæ conuenientia ſaltem naturalis rubi ad virginem, & ardoris ad Dei filium? & has tamen ſimilitudines Deus inſtituit illis rebus. Similitudo tamen iſta quanta eſt, accipitur ex parte formæ vel figuræ imaginis: diſſimilitudo ex parte naturæ. Vnde libro de conditione hominis cap. 17. GREGORIVS. Sicut impreſſam ære figuram ſanctum euangelium Cæſaris appellat imaginem, per quod addiſcimus, quòd iuxta figuram, quæ quidem ſimilitudo ſit Cæſaris, ſubiecto autem differentia eius apparet: ita & in preſenti ratione pro figuris ea quæ ſunt in contemplatione diuinæ naturæ humanæq; cernentes eorum, quibus eadem ſimilitudo eſt, ſubiecto prorſus differentiam reperimus, quâ intuitu mētis in increata natura creataq; cōſpicimus. Hæc ille. AVTHOR. Figura ergo ipſa in natura omnino diſſimili eſt Dei conformitas infinitè Deo diſſimilis. hoc verum eſt adæquationis, ſicut dixit propheta. Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis dicit dominus? Eſt tamen ſimilitudo repreſentationis ad intuentem ſufficiēs. Sed ſubtiliter ſe putat obijcere Witcleuiſta ſi dicat. Sed quanuis diſſimilibus, non autem contrariis formis deputari debent. Et quæ magis contraria, quàm vita & mors, breue & immenſum? Quomodo ergo aptè ſignatur Deus viuus in lapide mortuo, & Deus immēſus in pugillo ligneo? Hoc argumento vſus eſt aduerſarius legis & prophetarum contra Auguſtinum. & lib. 2. contra eum ſatisfacit AVGVSTINVS. Relinquamus eum, inquiens, inania garrientem, & neſciendo quid loquatur, quędam (ſi dici poteſt) imperita peritia de figurarum qualitate tractantem: qui cùm dixit rebus congruis nō contrariis aliquid eſſe ſignandum, poteramus dicere ſemper Deum lucido auro nunquam nigro atramēto ſcribi oportere, quoniam eſt Deus lux: & tenebræ in eo non ſunt vllę. Hęc ille. AVTHOR. Ita relinquendus eſt iſte, garriens id quod neſcit de conuenientia figurarum: quia ſi ſignorum cum ſignatis requireretur tanta conformitas, nunquam atramento nigro literas ſcriberes, quibus ſignificaretur tibi Deus. Si autem non incōgruè hoc fit in literis, quare non item congruè in picturis? Cùm ergo hominem dicunt Dei eſſe imaginem, verum dicunt: ſed ſecundùm animam, quam non poſſumus in hac carne intuitiuè conſpicere, vt videamus Deum per ſuam imaginem. Inuiſibilia enim Dei opera per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſed à corpore detentis per corporales & ſenſibiles formas. Qualiter non prætermiſit Deus ſe oſtendere corporalibus oculis Abrahę & Loth per corporales formas humanas. Moyſi quoq; & populo Iſraël in corporali ſpecie nubis & caliginis. Vnde lib. 2. de trinitate cap. 17. AVGVSTINVS. Per ſubiectam, vt ſæpe diximus, creaturam exhibentur hæc omnia viſibilia & ſenſibilia ad ſignandum inuiſibilem atque intelligibilem Deū, non ſolùm patrem, ſed & filium, & ſpiritum ſanctum. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: quanuis inuiſibilia Dei à creatura mūdi per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Hæc ille. AVTHOR. Concordat ergo diuinæ voluntati, concordat apoſtolo, vt inuiſibilem eius deitatem, & aliorum beatorum per formas ſenſibiles contemplemur. At hoc fit aliqualiter intellectu ſecundùm ſe, quod priùs modo corporis fuit in ſenſu. Si autē per ſola inuiſibilia volunt de Dei inuiſibilibus inſtrui Witcleuiſtę, neceſſe eſt ſeorſum in hac carne percipere diſciplinam, & per hoc alienari à ſenſibus. Simili modo, quo Ezechiel imaginem Dei vidit iā raptus, & alienatus à ſenſibus. Et putas tam facilè hominibus, cognitiuè perſpicere imaginem deitatis in mente? Fide ſola imaginem illam ibi diſcernimus: ad quam item cognoſcēdam nullus priùs, quàm actus animæ videat, poteſt attingere. Sicut ait lib. de conditione hominis cap. 30. GREGORIVS. Sicut enim non poteſt membrorum diſtinctio ante formationem in eo quod per cōceptionem corporis iacitur, inſpici: ita nec animæ contemplari proprietates in eo ipſo poſsibile priusq; exeant in operationis effectus. AVTHOR. Idcirco & ipſe tradit modum cognitionis animæ per ſculpturam imaginis in lapide. cap. 31. GREGORIVS. Sicuti in ſculptoribus lapidum peruidemus diſpoſitum: nanque artificis eſt ſpeciem prędeformare animalis alicuius in lapide: hoc autem qui propoſuit, primū quidem lapidem à materia cognata præſcindit: deinde eius ſuperflua circūcidens, per mutationem primę figurationis id quod propoſuit, adumbrat, ita vt expertus etiam id quod apparet intentionem artificis ſine difficultate conijciat. Rurſus explicans ad ſimilitudinem eius, cuius gerit ſtudium prorſus accedit. Tandem deinde in ipſa materia ſpeciem diligenter integreq; demonſtrans, artem deducit ad finem: & eſt leo, vel homo, vel aliquid aliud effectū ab artifice, qui paulò antè lapis erat informis: non quòd interea ars obliterata ſit per

ſpeciem

ſpeciem, ſed quòd ſpecies per artē probetur impreſſa. Hoc modo quis & de anima cogitans, nullatenus à rationis tramite deuiabit, naturā, quę cuncta artificioſiùs operans, eiuſdemq; generis materiam ſibi ſumens, viuam ſtatuam de hominis portione formauit. Sicut enim lapidis operationem ſubſecuta eſt ſpecies in primis quidem obſcurior, pòſt autem perfectior, cùm ipſum opus eſt determinatū. Sic & in ſculptura huius inſtrumenti ſpecies declaratur animi propoſitione ſubiecti: imperfecta in imperfecto, & in perfecto integra perfectaq; ſubſiſtens. Hæc ille. AVTHOR. Hinc ergo videtur, quàm difficile ſit ipſam deitatis imaginem, quæ in potentiis & actibus perfectioribus productionis verbi mētalis & amoris mutui intellectiuæ partis conſiſtit, ſtatim attingere: quā vix poſſunt per multorum annorū ſtudia attingere peracuti theologi. Vnde & ipſam diſciplinam eius in ſculptura docet imaginis, dicens, quòd ſicut de rudi lapide per circunciſionem ſuperflui & adhibitionē ſpeciei artis paulatim procedit imago ſculpta: ita per deterſionem cogitatiōis vel adumbrationis incongruæ, & adhibitionem veræ formæ Dei ſcite intellectus generat ſibi verā eius ſciētiam, & quaſi ſuam imaginem. Cùm ergo ad huius inſpectionem, & cognitionem imaginis ſculpta in lapide procuratur imago, quis ſapiens mittit hominem ſimplicem ad imaginem animæ primò, vt per eā Deū diſcernat? Nam ſecundùm hoc q̄ videmur extra in corpore, homo non eſt imago Dei. Chriſti autē imago nō eſt, ſed ſocius in natura, & nimis ſimilem rationē habens, vt tanquā per imaginem repreſentet Chriſtū hominem, ſicut bene docuit Dionyſius ſuprà, q̄ tāta ſimilitudo ſit propinqua cauſa erroris: vt item bene declarat in eundem textum cæleſtis hierarchiæ HVGO. Quantū ſimilia ſymbola tranſcendūt ſpecie, tantū diſſimilia ſymbola tranſcendunt ſignificatione: q̄m ſi illa hñt ſpeciē pulchriorem, tamen iſta ſignificationē tenent manifeſtiorem. Illa veritatē oſtendunt: iſta à falſitate exire compellunt. Illa ſic veritatem ſignificāt, vt facilè poſsit rudis animus in his detineri. Iſta ſic erudiūt, vt nō ſināt in ſui veneratione conſiderantiū aīos falli. Hæc ille. AVTHOR. Bene dicit quòd imagines ſimiliores ſunt pulchriores aſpectui venerantis, ſed periculoſiores, quia in his rudis animus facilè detinetur. Ideo modò non habemus homines pro imagine trinitatis, ſicut Abraham & Loth eleuatioris intelligentiæ patres, quia rudes animi in is hpro ſeipſis eſſent detenti.

¶Quòd imago trinitatis in eccleſiis ſolita, aduerſatur hæreticis: & quare Iudæi non ſic celebrāt imagines, quas fecerūt.

CAP. CLV.

SVMMA.

1 *Deus pater vt homo viſus, contra Witeleff.*
2 *Trinitatis in tribus hominibus figura oſtenditur.*
3 *Spiritus ſanctus quòd variè afficiat hominem, demonſtratur.*
4 *Extaſis quid.*
5 *Trinitatis imaginem quomodo gratia rei demonſtrandæ videre habent ſimplices.*
6 *Iudæi quare non ſic celebrant imagines, quas fecerunt.*

IMagines omnes offendūt hæreticos, ſed maximè trinitatis imagini fulminat anathema. Vnde in libello eorum iam dicto concluſione. 8. Quanuis iſta inhibita & imaginaria ſint liberi erroris populo laicali, adhuc imago vſualis de trinitate maximè abominabilis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Imaginem vſualem aſtruunt, vbi pater habet ſpeciem viri ſenis, filius iunioris, & ſpiritus ſanctus columbæ typum habet. Cùm verò cœperint in communicando ſenſum ſuum exprimere ſpiritualitatem, & incircumſcriptibilitatem, cauſantur diuinæ eſſentiæ, quam cogitare non poſſumus, qualiter ergo ſenſibili forma depingere? Et pater, inquiunt, homo non erat, nec viſus vt homo: qua ergo audacia dant illi imaginē hominis, quam minimè recognouit? Qua audacia faciunt hoc, ſcripturæ iam Witcleuiſta reſpondeat. In pſalmis dat propheta domino Deo manus. Opera manuum eius annūtiat firmamētum. Dat pedes. Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Dat humeros propheta. Atq; portauit in humeris ſuis. Dat digitos. Opera digitorum tuorum lunā & ſtellas. Dat vterum. Ex vtero ante Luciferum genui te. Dat brachium. Et brachium eius dominabit. Dat oculos. Oculi tui videant æquitates. Dat aures. Fiant aures tuæ intendentes. Dat viſcera. Per viſcera miſericordiæ Dei nri. Dat cor. Eructauit cor meū verbū bonū. Breuiter aūt ecce ſcriptura omnia mēbra humani corporis Deo patri deſignat. Quid deeſt, ne totū hominē poſsideat, qui poſsidet omnē

partem? Sed q̃ ſcriptura facit verbis, cur artifex non faciet ſignis? Quam culpam incurrit pictor dans Deo oſculum, quod ſcriptura cõceſsit? An magis peccatum circa hanc rẽ incurrit penicellus, q̃ penna, imago q̃ litera, dũ vero tranſumpto penicello Deus imaginem ſuam depinxit in anima? Vnde libro de bono mortis ante medium AMBROSIVS. Ecce ego (inquit ad Hieruſalem) pinxi muros tuos. Non tergamus penicello negligentię depicta animæ noſtræ firmamenta muralia. Hæc ille.

Deus pater ut homo uiſus.

1 AVTHOR. Et ipſe inuiſibilis Deus pater in forma hominis patribus frequẽter apparuit, quantumcunque Witcleuiſtæ hoc negent, vt opem conferant Arianis, qui ideo negabant patrem vnquam viſibilem, vt viſibili filio maior eſſet. Sed reſpondet eis libro reſponſionũ ad obiecta Ariana ad Luciferum epiſcopum ATHANASIVS. Prophetis inquiunt ſolus filius apparuit, & idcirco maior dicendus, qui ſolus apparuit. Si docuerimus & patrem hominibus apparuiſſe, aut æquales confiteantur eos, qui ſimiliter viſi ſunt, aut certè quærant ſibi, cui patrem minorem faciant apparentem. Et ne probationem patris hominibus apparentis differam, ipſa in medio proferam teſtimonia. In Geneſi ergo de Iacob ita refertur. Cùm in Meſopotamiam Syriæ pergeret, fugiens propter Eſau fratrem ſuum, quòd videret dominum incumbentem ſuper ſcalam ſibi dicẽtem, Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, ne timeas. Item poſt multi temporis ſeriem cùm ad patriam ſolus reuerſus fuiſſet, apparuit Deus, dicens, Surge, & aſcende in Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi, cùm fugeres à facie Eſau fratris tui. Eligant igitur ſibi iſti vtrum volunt, aut patrem apparuiſſe fugienti, & patrem nihilominus remeanti, quà hinc exeant, quorſum erumpant non inueniant: quia vtroſque apparuiſſe ſcriptura diuina teſtatur. Item Daniel propheta patrem humano habitu ſe vidiſſe deſcribit. Aſpiciebam (inquit) donec ſedes poſitæ fuiſſent, & vetuſtus dierum ſedebat. Veſtimentum eius candidum vt nix, capilli capitis eius vt lana munda: thronus eius flamma ignis. Rotæ eius ignis accenſus. Fluuius ignis egrediebatur à facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſsiſtebant ei. Et vt oſtendamus manifeſtius Deum patrem fuiſſe, qui Danieli in antiqui hominis ſpecie viſus eſt, in ſequentibus quoque de filio ita dixit. Ecce in nubibus cæli filius hominis veniebat, & vſque ad vetuſtum dierum peruenit. Apparet ergo ſecundùm præſentis teſtimonij fidem, & patrem, & filium Danieli quoque apparuiſſe propheta. Hæc ille. AVTHOR. Pulchro proceſſu probat pater Athanaſius Deum item patrem hominibus apparuiſſe, non ſolùm, ſed ante incarnationem item filium, & hoc in humano corpore. Ad certiorem autem euidentiam eorum, qui patrem in ſpecie hominis antiqui depingũt, Athanaſius probat Deum patrem apparuiſſe in habitu antiqui viri dicente propheta de patre, quòd vetuſtus dierum ſedebat, & de filio quaſi iuniori, Ecce filius hominis veniebat. & ad hoc idem libro ſecundo de trinitate capit. 20. AVGVSTINVS. Neſcio quemadmodum iſti intelligant, quòd Danieli apparuerit antiquus dierum, à quo filius hominis, qui propter nos naſci dignatus eſt, accepiſſe intelligitur regnum ab eo, ſcilicet, qui ei dixit Pſalmo ſecũdo. Filius meus es tu, ego hodie genui te: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et qui omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Si ergo Danieli & pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in ſpecie corporali: quomodo dicunt iſti patrem inuiſum eſſe prophetis? Sequitur. Ita Daniel ait. Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt, & vetuſtus dierum ſedebat, & indumentum eius quaſi nix album. Et paulò poſt. Aſpiciebam, inquit, in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniens erat: & ad veterem dierum peruenit, & oblatus eſt ei, & ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non præteribit: & regnum eius non corrumpetur. Ecce pater dans, & filius accipiens regnum ſempiternum: & ſunt ambo in cõſpectu prophetãtis viſibili ſpecie. Non ergo inconuenienter creditur etiam Deus pater ſolere apparere mortalibus. Hæc ille. AVTHOR. Eandem ſententiam continent iſti ſancti patres, quòd in comparatione filii pater, eo modo apparuit vetuſtus dierum capillis canis, & veſtibus niueis: filius autem eius tanquam hominis, vtique viſibili ſpecie oculis prophetantis, vt paternitatem exprimat, nobis ſimilitudinem antiquitatis oſtendit, vt pater præceſſor temporum, & conditor ſeculorum. Et ſic Deus pater, inquit, ſolet apparere mortalibus. Probat & hoc factum Adæ primo homini in paradiſo. 2. lib. de trinita. ca. 13. AVGVSTINVS. Primum in eo, quod ſcriptum eſt in Geneſi, loquutum Deũ cum homine, quẽ de limo finxerat, ſi excepta figurata locutione rei geſtæ etiam fides ad

literam

literam teneatur, ita tractamus. In ſpecie hominis videtur Deus cum homine tunc loquutus, nō quidem expreſsè hoc in libro poſitū, ſed circunſtantia locutionis id reſonat, maximè illa, vbi ſcriptum eſt. Vocem Dei audiſſe Adam deambulantis in paradiſo, & abſcōdiſſe ſe in medio ligni, quod erat in paradiſo, dicenteq; Deo, Adam vbi es? reſpōdiſſe Adam: Audiui vocem tuam, & abſcondi me à facie tua, quoniā nudus ſum. Quomodo enim poſſit ad literam intelligi talis Dei deambulatio, & collocutio, niſi in ſpecie humana, non video. Sequitur. Quis ergo erat ille, vtrum pater an filius, an ſpirituſſanctus. An omnino indiſtinctè ipſa trinitas in forma hominis homini loquebatur? Contextio quidem ipſa ſcripturæ nuſquam trāſire ſentitur à perſona ad perſonam: ſed ille videtur loqui ad primum hominem, qui dixit: Fiat lux, & firmamētum, & cętera per illos ſingulos dies: quem Deum patrem ſolemus accipere, dicentem vt fiat, quicquid facere voluit. Hæc ille. AVTHOR. Quanuis hæc ſcriptura non apertè pronuntiet apparitionem patris in ſpecie hominis, probat tamen eam Auguſtinus ex cōtextione ſcripturæ, & circunſtantia lectionis, dicentis Adam audiſſe vocem eius, & deambulationem eius in paradiſo. Habet de hoc in epiſtola ad Paulinam de videndo Deum recitando Ambroſium ſuper Lucam lib. 1. cap. 1. vbi tractat de angelo, qui apparuit Zachariæ in templo AVGVSTINVS. Non ſimiliter ſenſibilia videntur, & hîc, in cuius voluntate ſitum eſt videri, & cuius naturæ eſt non videri. Nam vbi vult, non videtur, & ſi vult, videtur. Apparuit enim Deus Abrahæ, quia voluit, aliis quia nō voluit non apparuit. Viſum eſt etiam Stephano cùm lapidaretur aperiri cælum: viſus etiam ſed Ieſus ad dexteram Dei patris ſtans, & non viſus eſt à populo. Vidit Eſaias dominum Sabaoth, ſed alius videre nō potuit, quia cui placuit, apparuit. Hæc ille. AVTHOR. Sufficit apparuiſſe Deum patrē Abrahæ, prout voluit, & aliter, quàm voluit omnibus apparere. Si ergo voluit apparere in ſpecie hominis, & hoc antiqui hominis per picturas apparuit, filium quoq; in ſpecie hominis iunioris, non ſolùm quia homo fuit ex virgine, ſed ne principium ſumpſiſſe credatur ex virgine, ſicut Fotinus dicit: ſpiritum quoque ſanctum in columbæ ſpecie, quā itē apparuit, eccleſiaſtica ratio congruenter admittit in eodem loco. AMBROSIVS. Aut acquieſcatur neceſſe eſt ſi Deum patrem nemo vidit vnquam, filium viſum eſſe in veteri teſtamento, & deſināt hæretici ei principium dare, qui antequàm naſceretur ex virgine, videbatur, aut ex virgine, certè refelli non poteſt, vel patrē, vel filiū, vel ſpiritū ſanctū, ſi tamē eſt ſpiritus ſancti viſio, eam ſpecie videri, quā volūtas elegerit, nō natura formauerit: quoniam ſpiritum quoq; viſum accepimus in colūba. Hæc ille. AVTHOR. Viſum ergo pfitetur patrē, filium viſum, viſum ſpiritum ſanctum corporali ſpecie, non quā natura deitatis formauit, ſed quam voluntas elegit. Nec tamen pater dicendus eſt homo: aut filius ante incarnationē dicendus eſt homo, quanuis viſi ſunt hominibus homines. Nec item ſpirituſſanctus dicendus eſt columba, in cuius habitu viſus eſt, quāuis hoc Witcleff dixerit: & ideo à diſcipulis redargutus exiſtat, non intelligentibus, quòd propter prædicationem ſuam habitudinalem ad hoc compellitur, & ſic filium fuiſſe hominem ante natiuitatem ex virgine, & Deum patrem hominem in mundi principio: à quibus turpiſsimis verbis eccleſiæ fides eſt libera, quę nec panem habitudinaliter corpus Chriſti cō

2 cedit. Vt ſitem fundamento authoritatis non careant, qui ſpeciebus trium hominum trinitatem effigiant, Deus trinitatis viſus creditur Abrahæ in ſimilitudine triū virorum ſub ilice Mambre. Et ad mōſtrandū æqualitatē perſonarū, forma, ætate, poteſtate, ſimiliū. Vnde lib. 2. de trinitate. ca. 14. AVGVSTI. Si vnus vir apparuiſſet Abrahæ, idēq; Dei filius credetur. Cùm verò tres viſi ſunt, nec quiſquā in eis vel forma vel ætate maior cæteris dictus eſt: cur non hîc accipiamus viſibiliter inſinuatam per creaturā viſibilē trinitatis ęqualitatē, atq; in tribus perſonis vnā eandēq; ſubſtantiā? Hæc ille. AVTHOR. Siue ergo hoc modo, ſiue illo, trinitatē depingimus, ſimilitudinē ei aptamus, ſub qua poſsit quoquomodo fide diſcerni. Si vultibus diſparibus emanationes ꝑſonarum: ſi ſimilibus æqualitatem carū oſtēdunt. Vtrobiq; ſimilitudinē cū pluralitate, ſed non ſic cū pluralitate perſonarū originē. Ideo hæc ipſa Danielis imago de vetuſto dierū cōgruentiùs reputatur eſſe reperta ad confundēdā Arianā perfidiā, quæ cōſtāter intra eandē eſſentiā ſingularem, coæternā negauit originē: quapropter hanc priùs inuenit eccleſia, vt iuxta ſententiā Danielis à patre tanquā ſeniore noſtro modo potuit filius ſuus iunior emanare. Quod inter homines formæ coæqualis, & ætatis iuxta ſenſum nō poſsit intelligi. Sed dixit Robertus periculoſum, & ſtultū eſſe talē librū populari viro proponere, quē erit ſic informare difficile, quoniā faceret eū plus errare

Trinitatis in tribus hominibus figura.

rare de trinitate,quàm ſcire. Et pro vno vel ra ró populari ſiſtendum nõ eſt, ſed multi ſunt, qui docti non errant, quanuis non omnino non diſcernant. Et iam patiatur vt dicam, ſtul tè ergo ſibi librum ſcriptum vnquã propoſi tum eſſe,quem tam informare fuit difficile de fide trinitatis,vt plùs neſciret,& ſic erraret re ſpondendo,quàm ſciret. Quid item ſi proferã Deum tales libros imaginum non intelligen tibus proponentem,& defendam tamen Deũ non ſtultum in facto. Ecce lib. 2. ad Simplicia num in principio AVGV. Attingit vbiq; ſpi-
3 ritus propter ſuam munditiam,afficit† autem
Spũſanctus uariè afficit hominem. omnes non eodem modo,ſed alios per infor mationem ſpiritus eorundem hominum, vbi rerum demonſtrantur imagines. Alios per fructum mẽtis ad intelligentiam. Alios vtraq; inſpiratione. Alios etiam neſcientes. Per informationẽ ſpiritus duobus modis,aut per ſo mnia,ſicut nõ ſolùm pleriq; ſancti,ſed & Pha rao,& Nabuchodonoſor vidit, quod neuter eorum intelligere valebat, ſed tamen vterque videre poterat. Aut per demonſtrationem in
4 Extaſi†,quod nonnulli latini pauorem inter-
Extaſis. pretantur virium,ſed impropriè,ſed vicinè ta men,cũ ſit mentis alienatio à ſenſibus corporis,vt ſpiritus hoĩs à diuino ſpiritu aſſumptus, capiendis,atq; intuẽdis imaginibus vacet. Sicut Danieli demonſtratum eſt, q̃ non intelligebat, & Petro illico vas ſummiſſum de cælo quatuor lineis. Et infrà. Neſcientes aũt afficit prophetiæ ſpiritus, ſicut & Caiphas, cùm eſſet pontifex prophetauit de domino, quòd expediret vnũ mori pro tota gente,cum aliud in verbis,quæ dicebat,attenderet,quę nõ à ſe ipſo ſe dicere neſciebat. Hęc ille. AVTHOR. Hic habere potes rerum imagines demonſtra tas cælitùs etiam ſanctis hominibus,quas ipſi neſciebant:ſicut Daniel erat,& Petrus: quidã nec informati ſciebant, vt Caiphas. Rei tamẽ ſignificandæ gratia,aut fidelibus demonſtrã-
5 dæ,ſunt reuelatæ vidẽtibus. Sic† gratia rei demonſtrandæ videre habent ſimplices Trinitatis imaginem, & quatenus capere poſſunt, erudiendi in fide,ne errent. Vbi autem capacitas deficit,charitas ipſa non deſit, ſi captiuũ ſubmittant intellectum in obſequium fidei. Nec tunc erit error in intellectu, vbi non eſt in affectu præſumptio. Nec quantum video ſatisfacit eccleſia ſtatui gratiæ, in qua eſt, ſi propter paucos carnales,vel idiotas,vel hæreticos,vel garrientes hypocritas euacuaret imagines, quandiu ſaltem non plùs obeſſe debeant quàm prodeſſe. Noſtri enim temporis ſunt imagines,non ita vt Iudæorum. Nõ tantùm, quòd Deus homo cum eis non fuerit, quando tamen Cherubim habuerũt ex Moyſe, & ita ex Salomone ſimiliter. Nec tantùm quia proni erant per idololatriam abuti licentia imaginum, ſed magis quia ipſi ſeruierunt vmbris legalium,nos autem in imagine reformamur. Quam rẽ lib. de octo tubis poſt principium tractans AMBROSIVS. Verè, inquit, legis character in noſtris moribus exprimitur,qui in Dei ambulamus imaginem:quoniam iam legis vmbra tranſiuit. Vmbra Iudæis carnalibus,& imago:nobis veritas reſurrecturis. Tria enim hæc ſecundùm legem eſſe cognouimus,vmbram,imaginem,veritatem. Vmbram in lege,imaginem in euangelio,veritatem in iudicio. Sed Chriſti omnia, & in Chriſto omnia, quem nunc ſecundùm veritatem videre non poſſumus,ſed videmus quaſi in quadam imagine futurorum,quorum vmbram in lege proſpeximus. Hæc ille. AV-
6 THOR. Pulcherrima ratio† quare noſter homo trãſeat in imaginem, & vtatur imaginum ritu cum frequentia: Iudæi antiqui non ſic, quia Chriſtum nunc videmus in imagine futurorum expreſsiùs lineamenta corporis exprimente,quàm vmbra ſtolida Iudæorum. In qua per agnum vmbratilem Chriſtus noſcitur impreſſa imagine ſui corporis naturaliter in altari. At tamen lux veritatis micat in patria, quæ vmbram interceptæ imaginis iecerat in Iudæos,quia ipſi poſt imaginem ſtatuũ tur à dorſo. Vnde & Moyſi dictum eſt legis principi. Poſteriora mea videbis, & omnis plebs aſpiciebat ad tergum Moyſi, donec ingrederetur tentorium. Exod. 33. Et Agar ait. Hîc vidi poſteriora videntis me. Gene. 16. Status ergo ſynagogæ fuit in vmbra, noſtet in imagine. Colant ergo Iudæi cæcas vmbras ouis & vituli:panis propoſitionis & cinerum: quæ omnia longè ſunt à corporis expreſſo charactere. Non iniurientur chriſticolis Witcleuiſtæ, vt à Chriſti eos imagine in vmbras iactant Iudæorum. Ab imagine enim Chriſto ſumus omnes imagines. Vnde Homil. 1. ſuper Gene. ORIGENES. Quicunque veniunt ad eum, & rationabilis imaginis participes effici ſtudent, per profectum ſuum ſecundùm interiorem hominem reformantur quotidie ad imaginem eius, qui fecit eos: ita vt poſsint conformes corpori claritatis eius effici. Sed vnuſquiſq; pro viribus Apoſtoliſe ad eius ſimilitudinem reformarunt, intantũ, vt ipſe de eis diceret: Aſcẽdo ad patrem meũ, & patrẽ veſtrũ, Deũ meũ, & Deũ veſtrũ. Ipſe em iã petierat patrẽ pro diſcipulis ſuis, vt eis

ſimilitu

similitudo prisțina redderetur, cùm diceret: Pater da, vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint. Semper ergo intueamur istam imaginem Dei, vt possimus ad eius similitudinẽ reformari. Hęc ille. AVTHOR. Dicet hæreticus: sed quid ad hoc imaginem grossam, quã de lapide fabricatis? Imago hæc, aut Christus est, aut structura virtutum in anima. Est equidem, sed cur hanc structuram habentes antiquitùs adhuc ambulabant in vmbris, nec colebant, nec portabant imaginem? Iuxta quod Apostolus ait. Vmbram enim habens lex bonorum futurorũ, non ipsam imaginem rerum. Per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Hebr. 10. Vides, quòd lex vmbram futurorum bonorum habebat, non ipsam rerum imaginem, ideo non poterat ad se accedentes perfectos facere vltrà vmbram perfectionę imaginis. Ideo lib. 1. de officiis cap. 48. prædictus AMBROSIVS. Quæ prima mansio apud patrẽ, quæ secunda, & tertia, quibus pro ratione meritorum vnusquisq; requiesceret. Illa ergo nobis expetenda, in quibus perfectio, in quibus veritas est. Hic vmbra, hîc imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago in euangelio, veritas in cælestibus. Antè offerebatur agnus, offerebatur vitulus, nunc Christus offertur: sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & seipse offert quasi sacerdos, vt peccata nostra dimittat: hîc in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hîc ergo in imagine ambulamꝰ, in imagine videmus, illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est. Sequitur cap. 49. Ergo dum hîc sumus, seruemus imaginem, vt ibi perueniamus ad veritatem. Sit nobis imago iustitiæ, sit nobis imago sapientiæ, qua veniemus ad illum diem, & secundùm imaginem existimabimur. Hæc ille, AVTHOR. Præcessit Apostolus, & sequitur eum Ambrosius verborum eius verus interpres, concludens vẽtum iam esse ad illũ diem, vt sit nobis imago iustitiæ, imago sapientiæ, perfectio veritatis eorũ in patria Iudæorum in vmbra, quia agnus tunc offerebatur ex pecore, nunc Christus offertur, non sic vt apud Iudæos in vmbra grossi panis, sed tantùm in imagine tenui, & panis specie, quæ veritatem sacri corporis non obumbrat, sed contegit apud patrem in veritate. Qualiter distinguet ista Witcleff, qui non Christum offert, sed panem, cùm dicat Ambrosius, quòd Christus offertur quasi homo recipiens passionem: hîc in imagine: apud patrem in veritate. Et hîc eũ videmus in imagine, Iudæi non poterant in vmbra videre, vno eorum magno sic orante Propheta. Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: nec tamen ad lumẽ ipsum peruenit, sed ad lucernam, quasi eius lucis monstrãtis originem. De qua dictum est. Non ergo faciebant Iudæi rerum distinctas imagines, sed confusas: quia toti versabãtur in vmbris, nihil distinctè videntes. Nos Christiani, Christi habentes notitiam, excutimus veterem vmbram, & cùm in eius trãsformemur imaginem, laudamus imagines. Altiùs autẽ, si conemur rei causam discutere, dici posset, q nos Christiani, qui fidem colimus resurrectionis cum filio Loth, qui resurrectio interpretatur, scilicet, cum ipso. Enos imagines colimus: qui & ipse sic cœpit inuocare nomen domini, & in quem beatus Augustinus. 15. de ciuitat, totam ecclesiæ propagationem scriptura cogente peruexit. In ipsius ergo fide deuota, qui primus ritè colebat imagines, Christiani (deserta synagoga) sculpturas adorãt: sicut in fide Melchisedec sacram eucharistiam in pane, & vino, pecore de ordine Aaron dimisso, secundùm Apostolum Christo tradente consummat. Sic enim posset quæri, quare præter morem Iudæorum Christi carnem nõ in carne veneramur, sed in pane: sicut modò quæritur quare prærer eorum morem Christum in sua veneramur imagine. Huius author ante legem signatur Melchisedec: huius item ante legem author est Enos fidelibus.

¶Quòd hęretici colunt dęmones, & Christiani ritè colunt imagines.

CAP. CLVI.

SVMMA.

1 *Iudæi quomodo adorabant opera manuum hominum contra Witcleff.*
2 *Witcleuistæ quomodo rationẽ contra sacras Christianorum imagines non traxerunt ex euangelica scriptura, sed Socratica.*
3 *Witcleuistica hæresis, quæ dãnat imagines, quomõ dæmões adorat in suorũ phãtasmatũ idolis.*
4 *Statuarij, & idololatræ hæretici ab Ezechiele demonstrantur.*

Luthe-

5 *Lutheranorum, & Witcleuiſtarum errores.*
6 *Imagines quare honoremus, & qua ratiõe, & quãdo Dulia, & quando Latria.*
7 *Chriſtiani quomodo uenerentur & adorent imagines, ſed non ſeruiant eis cultu diuino.*

AD hæc hæreticus Witcleuiſta. Sed Iudæi cum habebant vmbras, non eas colebãt, nec adorabant imagines, quas habebant: ſed illum, de quo ſcriptura præcepit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Colebant in vmbris, in imaginibus adorabant: AVTHOR. Reſponſi alicuius gratia dico; quid ergo eis tabernaculum plùs quàm alius locus quod colebant, vt in eo Deum colerent cultu eximio? Quid de arca? quid de propitiatorio ſuper Cherubim, quod Dei ſedem putabant? Vnde & Pſalmiſta legem pronuntians magis quàm ſtatuens, Adorate, inquit, ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctũ eſt. Et quid item de templo, aut altari, in quæ item pro religione iurabant, quod eſt actus omnino latriæ. Et Saluator ait. Qui iurauerit in templo, iurat in eo, & in eo, qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui ſedet ſuper eum. Matth. 23. Et RABANVS ibi ait. Templum enim, vel altare ad gloriam Dei pertinet, & ad hominum ſpiritualium ſalutem. Ideo ea de ſacris imaginibus DAMASCENVS. Cuius igitur gratia Moſaycus populus tabernaculũ in circuitu adorabat, imaginem, & typum gerens ſupercæleſtium. Magis autẽ vniuerſæ creationis. Ait deniq; Deus Moyſi. Vide facias omnia ſecundùm typum monſtratum tibi in monte. Sed & Cherubim obumbrantia propitiatorium nonne opera manuum hominum ſunt? Quid autem in Hieruſalem famoſum templum, nonne factũ manu hominum, & eorum arte conſtructum? Hæc ille. AVTHOR. Opera ergo manuum hominum adorabant Iudæi, iuxta Damaſcenum, putà templum, Cherubim, & tabernaculum ipſum, quod forſan ex eo perpendit, vbi vnuſquiſq; ſtabat in loco papilionis ſui, deſcenditq; columna nubis, & ſtabat ad oſtiũ tabernaculi: ſtabantq; & ipſi, & adorabãt per fores tabernaculorum ſuorũ. Exod. 33. Adorabant, dicit doctor, tabernaculũ, quo ingreſſus eſt dominus, adorabant & columnam nubis, in qua deſcendit: primum opus hominũ, ſecundum opus Dei, & tamen plùs primum ſanctum dicit Witcleuiſta Guillelmus albus, ſed nec colendum erat vnum vel alterum, ſed magis aranea, quæ plùs appropinquat Deo p ſimilitudinem doni vitæ. Sic enim in libello ſuo confeſſus eſt concluſione. 26. quòd nõ ſit honor aliquis exhibendus imaginibus crucifixi, beatæ Mariæ, aut alicuius ſancti, quia arbores creſcẽtes in ſylua ſunt maioris virtutis, & vigoris, & expreſsiorem gerunt ſimilitudinem Dei, & imaginem, quàm lapis, vel lignũ mortuum ad ſimilitudinem hominis ſculptũ: & ideo huiuſmodi arbores creſcentes magis ſunt adorandæ orationibus, genuflexionib⁹, oblationibus, peregrinationibus, & luminibus, quàm aliquod idolũ in eccleſia mortuũ. Hæc ille. AVTHOR. Ecce crudelis hæreſis, quæ præ penuria veritatis prætenſa ratione blaſphemias fabrefecit. Quomodo magis appropinquat ad ſimilitudinem & imaginem Dei arbor virens in ſylua, quàm ſculpta in eccleſia? dicet magis propter vitam. & iterũ magis, quia hoc in agro Dei eſt opificium: ſculptum in eccleſia eſt opus humanum. A modo ergo virent Witcleuiſtæ cum Socrate iurante per canes, & lapides, cũ quo idola deſtruũt, quæ adorant. Refert de eo in exordio libri de vera religione AVGVSTINVS. Socrates, inquiens, audacior cæteris perhibetur fuiſſe, iurando per canem, aut animantem quamlibet, & lapidem quemlibet, & quicquid iuraturo eſſe in promptu, & quaſi ad manum occurriſſet. Credò intelligebat quaſiacunq; opera naturæ, quæ adminiſtrante diuina prouidentia gignerentur, multò quàm hominum, & quorumlibet opificũ eſſe meliora, & ideo diuinis honoribus digniora, quàm ea, quæ in templis colebantur. Non quo verè lapis & canis eſſent colenda ſapientibus, ſed vt modò intelligerent, quo poſſent tanta ſuperſtitione demerſos eſſe homines, vt emergentibus hic eſſet tam turpis demonſtrandus gradus. Sequitur. Nõ em̃ ſic iſti, id eſt, Socrates & Plato nati erant, vt populorum ipſorum opinionem ad verum cultum Dei à ſimulacrorum ſuperſtitione, atque ab omni huius mundi vanitate conuerterent. Itaq; & ipſe Socrates cum populo ſimulacra venerabatur, & poſt eius damnationem mortemq; nemo auſus eſt iurare per canem, nec appellare quemcunq; lapidẽ Iouem, ſed tantummodo literis, memoriæq; mandare. Hæc ille. AVTHOR. Hinc formãt ſuam conſcientiam Witcleuiſtæ, timentes venerari lignum mortuum, ſed propter viriditatem arborem præferunt iam creſcentem: iudicantes eam quolibet humano opere diuinis honoribus digniorem, vt per eam iuretur, vel teſtimonium veritatis quotlibet aſſumatur.

Sic

Sic item Socrates, vt habet apologetici sui capite duodecimo. TERTVLLIANVS. Vecorde philosopho Socrate contentus, qui in contumeliam Deorum quercum, & hircum, & canem deierabat, sed propterea damnatus est Socrates, quòd Deos destruebat. Hæc ille. AVTHOR. Ecce non tantùm canem, sed & quercum assumpsit in vsum iuramenti: quia rem viuam lapidi non
2 viuenti prætulit. Igitur † non hanc rationem contra sacras Christianorum imagines traxerunt ab euangelica disciplina, sed Socratica, qui & ipse, vt Augustinus dicit ibi, idola coluit. Cyprianus dicit, quòd dęmonem, quales secundùm Hermetem per inuocantis errorem idola animarent. Vnde epistola, ꝙ idola dij nõ sunt, CYPRIANVS. Spiritus sunt in synceri, & vagi, qui postea quàm terrenis vitiis immersi sunt, à vigore cælesti terrena contagione recesserunt, non desinunt perditi perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere. Hos & Poëtæ dæmones norunt, & Socrates instrui se, & regi arbitrio dæmonis prædicabat, & magis inde est ad pernicioſa vel lubrica potentatus. Hæc ille. AVTHOR. Socrates ecce, qui conscientia tanta tactus est, vt lignum, & canem potiùs adoraret viuum, & diuini substantiam operis, quàm mortuum idolum, ipse adorauit diabolum. Indubiè † ita
3 Witcleuistica hæresis, quæ dãnat imagines, dæmones adorat in suorum phantasmatum idolis, quibus se regendos, & eorum imbuendos arbitrio tradunt, & inde ad pernicioſa, & ludicra sunt potentes. Nanque erant idola in gentibus ad publicum sensum. Hæc per prophetas, qui totiens loquuntur contra idolum, esse hæreses in ecclesia ad spiritualem conceptum testatur interpres Christi Hieronymus, vbicunque in commentariis Esaiæ, Hieremiæ, aut aliorum prophetarum loqui contingit. Qualiter item textum Ezechielis ad Donatistas refert libro tertio contra Donatistas ad finem AVGVSTINVS. Per
4 † Ezechielem eidem fornicariæ dicitur. Et ꝓtulisti de vasis gloriæ tuæ, de auro meo, & argento meo ex quibus dedi tibi, & fecisti imagines tibi masculinas, & fornicata es in eis, & accepisti vestem meam versicoloriam, & cooperuisti idola tua, & oleum meum, & incensum meum, & imposuisti ante faciem idolorum, & panes meos, quos dedi tibi, & similagine, & melle, & oleo cibaui te, & posuisti hæc ante faciem idolorum tuorum, & in odorem bene olentem perfeciſti hæc. Ad imagides enim phantasmatum suorum, cum quibus volutari delectatur carnalis anima, conuertit omnia sacramenta, & verba sanctorum librorum. Nec tamen quia illæ imagines falsæ sunt, & doctrinæ sunt dæmoniorum, & hypocrisis mendaciloquorum, propterea & illa sacramenta, & diuina eloquia sic honoranda sunt, vt eorum illa esse deputentur, cùm dominus dicat: de auro meo, & argẽto meo, & veste mea versicoloria, & oleo mẽo, & incenso. Hæc ille. AVTHOR. Ecce si quis quęrat statuarios, & idololatras, Ezechiel monstrat hæreticos, qui ad imagines suorum phantasmatum omnia verba conuertunt sanctorum librorum, & quia diuersorum diuersa sunt phantasmata, necesse est penè quot phantasiantes cum eis sunt, esse tot hæreses.
5 Quod † inter Witcleuistas experimur, qui vidimus vbi vnus docet vxorem ducere sacerdotes, alius continere. Alius Eucharistiam panem dicit, & negat alius. Alius imagines suscipit, alius vilipendit. O quot iam videres Deos hæresum in Bohemia velut in altera Samaria coronatos: vbi secundùm historiam quarti Regum, capite decimoseptimo: vnaquæque gens fabricat Deum suum, ponuntq; in phanis excelsis quæ faciunt Samaritæ: gens & gens in vrbibus suis: viri Babylonii faciunt Sochoth, Benoth: viri Chuteni Nergel: & viri de Emath Asuna. Euei faciunt Nebaam & Tharcham: & si qui sunt, qui ampliùs Deum colere se affirmant, ipsi sunt de Sapharuaim, qui comburunt filios suos tanquàm deuotionis igni Adramelech & Anamelech Diis Sapharuaim. Et nihilominus colunt Deum, & hoc eximiè, vt dicunt, euangelium venerantes, osculantes, salutantes, & ipsum codicem venerantes. Et qualiter hoc? quia arborem potiùs colunt, quia viuam, quàm imaginem, vt dicunt, mortuam. Cur hoc pellibus & literis mortuis exhibent, quibus melior est ouis viua? Cur eas collocant veneranter in scrinio, cur manus lauant, aut imbres prohibent, quam curam canibus aut muscis suis non faciunt natura præstantibus? Et vir hypocrita cur regis imaginem mortuam in pectore portat, tutam in bursa, & pulicem viuum cum indignatione iactat, aut perimit, qui est natura dignior denario, & similitudini Dei proximior? ¶Item nunquid dixit Deum malè iussisse populum colere serpentem mortuum æneum, quia potiùs essent serpentes viui colendi, tanquàm plùs habentes imaginis & similitudinis Dei? Ego cum omni fide Christi mortem adoro, & negligo Iudam viuum

Lutheranorũ quoq; errores.

viuum. An vult noſter Witcleuiſta potiùs q̃ Chriſtum hominẽ adorare diabolũ? Teſte em̃ Apoſtolo, Chriſtus homo minoratus eſt paulò minus ab angelis, & in angelis quaſi imago eſt Trinitatis expreſsior. Cur ergo cùm natura ſit excellentior Chriſto homine, & imago deitatis expreſsior, non potiùs eum eligat ad orandum ſicut arborẽ viuã in ſylua ſculptam, q̃ imaginem mortuam? Dicet forſan, quia q̃uis Chriſtus ſit natura inferior, tamen gloria & honore coronauit eum Deus per gratiam: vt idem Apoſtolus dicit Heb. 2. Verum dicis, & ita ob gratiã deitatis, quã imago deſignat, ſuper arbores viuas eſt reuerenda, quæ tamen natura præcellunt. Et quia de arboribus comparat: Ecce dominus poſuit ſibi venerabilem ſedẽ ſuper mortua ligna deorum Cherubim abſciſa de Libano, nũquid venerabiliùs ſe collocaſſet ſuper ea in ſylua? Et ipſe puniuit emẽtes, & vendentes in flagello, quia domum illã ex lapidibus, & lignis factam, dehonorabilem ſtatuerunt, facientes domum patris domum negotiationis. Et cùm ipſi eſſent homines & natura vitæ & rationis præſtantis, cur cogendi erant deteriorem honorare naturam? Inſipiens cor eorum cur non aduertit etiam in ipſis hominibus honorẽ primum eſſe virtutis, non materiæ, vel naturæ? alioquin omnes homines æquales haberent honores: ſicut natura ſunt pares. Vnde ſæpe dicto cap. de imagi-
6 nibus DAMASCENVS. Multotiens† non ſecundùm mentem habentes domini paſsionem, imaginem Chriſti crucifixionis videntes, & ſalutaris paſsionis in rememorationem venientes, procidentes adoramus, non materiam, ſed imaginatum, quemadmodum neq; euãgelij materiam, neq; crucis adoramus, ſed typoſin, id eſt, figurationem. Quid enim differt crux non habens domini typoſin ab habente? Similiter & Dei genitricis imaginis nõ materiam, ſed figuram adoramus. Honor em̃, qui eſt ad ipſam, ad eum, qui ex ipſa incarnatus eſt, reducitur. Hæc ille. AVTHOR. Nudè, & clarè ſoluit rationes hæreticas Damaſcen⁹, quòd ideo nõ honoramus imagines ligneas, aut aureas propter naturas, vel materias clariores, ſed propter eos, quorum habent figuras. Quod item aduertere poſſunt hæretici, cũ vident fideles ſupplicius honorare crucẽ vetere de ligno, q̃ eburneam de ſancto Petro. ¶ De adorando autem iſtas imagines occurrit, quod dixi de adorando ſanctos, & eorũ reliquias, ꝙ in ſeipſis attentæ, vt ſunt res naturę, nullius honoris capaces. Attẽtæ autem, vt res familiares altioris naturæ, vel ſuppoſiti illud conceptui præſentantes expreſsè, honorãdæ ſunt vt tales. Si verò conceptus ad eas non ſiſtat, ſed ſtatim cum feruore eat in prototypum, non alio, ſed eodem actu ea cõueneror, ſicut non alio, ſed eodem actu video lucem & colorem, dum tamen lucem non attendit viſus, nec iudicat, ſed fertur in rem. Sicut dicit Homilia. 1. ſuper Geneſim. ORIGENES. Sicut enim qui viderit imaginem alicuius, videt eum, cuius eſt imago, eo, ſcilicet, intuitu: ita quòd penè obliuiſcitur imaginis, dum prima contemplationis inſtantia rapitur in ſignatum: & ſic vident multi quoſdam veſtitos, qui interrogati de colore veſtis, ignorant, quia toti ferebantur in hominem: ita qui adorat imaginem, eum adorat, cuius eſt imago. In hac enim ſequela videre imaginem, non eſt ibi ſiſtere viſum, ſed transferri in eum, cuius eſt, tranſitu competenti, vel per latriam, ſi ſit Deus, vel per duliam, ſi ſit quiddam citra Deum. AVTHOR. Attamen in Deo ipſo ſecundùm Auguſtinum ſunt diuerſæ cauſæ, vt adorem etiam eum dulia: quæſtione. 98. ſuper Exodum AVGVSTINVS. Græcus duleucis habet, non latreucis. Vnde intelligitur, quòd dulia debetur Deo tanquàm domino, latria tanquàm Deo. Hæc ille. AVTHOR. Sic in imagine, cùm ita formatur, vt eum tanquàm dominum repreſentet, dulia colitur, ſi Deum, latria. Adorare ergo eas vt res naturæ, quanuis ſic mihi dominum ſignificent, fatuum eſt. Adorare eas pro Deo, vel diis, ſacrilegum eſt: ſed adorare eas, vt per eas adorem Deum, ſacrum eſt. De primo enim ſuper pſalm. 103. ſermone. 3. Sol cognouit occaſum ſuum AVGVSTINVS. Talis eſt dementia hominum, quaſi adorandum aliquid dicatur, cùm dicitur, Sol Chriſtum ſignificat. Adoro ergo petram, quia Chriſtũ ſignificat. Hæc ille. AVTHOR. Dementiam ergo notat Witcleuiſtarum, qui redarguentes cultum imaginum quia ſigna ſunt, arguere ſolent: adorans ergo modulum ſtraminis quia habet veſtigium Trinitatis. Nec enim omne ſignum adoro, ſed ſignum expreſſum, & euidens apud ſenſum, mouens ſtatim affectum ad colendum aliquid cultu ſibi debito: cuius rationem ſenſibilis tenet imago, nec tamen eas pro ſanctis aut dijs adorare ſacra fides permittit, quod ſolùm erat culpa plebis idololatræ. Quod item in epiſtola ad Serenum epiſcopum decernit GREGORIVS. Perlatum ad nos, inquit, fuerat, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione ne adorari debuiſſent,

Digitized by Google

ſent, confregeris. Equidem quòd eas adorari vetuiſti, laudamus: fregiſſe verò, reprehendimus. Hæc ille. AVTHOR. Quòd adorari vetuiſſet imagines ecce laudauit: non ne adoretur omnino, ſed ne pro ſeipſis adorationis actum ad ſe fiſti facerent, nec eſſent media alia adorandi. Sic enim adorantur vt dij, prout idem declarat ſe ad Secundinum in reſcripto GREGORIVS. Scimus, inquiens, quod imaginem Saluatoris ideò non petis, vt quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius imaginem videre deſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem, ante ipſam proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem, vel natum, vel paſſum, vel in throno ſedentem recordamur. Et dum nos ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriam filium Dei reducimus, animum noſtrum, aut de reſurrectione lætificat, aut de paſsione demulcet. Hæc ille. AVTHOR. Difficilè eſt ſatis aptis verbis pronuntiare, quod in cogitatione ſentitur: hoc tamen certum eſt, nolle Gregorium, quòd ante eas ipſas vltimate cogitando, tanquam eſſent ipſa diuinitas Chriſti proſternimur, ſed illum adoramus, quem per imaginem recordamur. Et hoc ante dixit, Non, vt quaſi Deum colas: quod tamen in imagines ſuas fecerunt idololatræ, vltra quas ad nihil aliud intendebant. Vnde libro. 2. diuinarũ Inſtitutionum, cap. 3. LACTANTIVS. Qui ergo colunt ſimulacra, corpora ſunt honoribus carentia, quia ſe corporalibus dediderunt, nec vident aliquid plus mente, quàm corpore, cùm ſit animi officium ſubtilis, ea terrere, quæ acies corporalis non poteſt intueri. Hæc ille. AVTHOR. Verum dicit, & in hoc incidit, quod eſt proprium Chriſtianis, aliud circa imaginem corpore intueri, aliud mente: corporis viſu ipſam imaginem, mente vero Deum, aut ſanctum in cæleſtibus, ad quem acies oculi corporalis non poteſt attingere. Et per hoc multò plus mente vident, quàm corpore: & qualiter vident, honorant in imagine ſua Deum, non ipſum ſimulacrũ, tanquam Deum. Quod ita definiunt SACRVM CONCILIVM VII. dicens, Venerabiles imagines Chriſtiani, non Deos appellant, neq; eis ſeruiunt vt dijs, neq; ſpem ſalutis ponunt in eis, neq; ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant, ſed non eis ſeruiunt cultu diuino, nec alicui creaturæ. Hæc ille. AVTHOR. Notate verba Concilij, quod † Chriſtiani venerantur, & adorant imagines, ſed non ſeruiunt eis cultu diuino. Qualiter ergo adorant eas, dicit, quòd non ſeruiunt eis vt dijs, nec eas Deos appellant, ſic eis non ſeruiunt cultu diuino, quæ latria dicitur: tamen cultu eas adorant tanquam non deos, ſed Dei imagines. Sic laudauit Serenum Gregorius, quòd adorare vetuiſſet imagines, quas tamen ipſemet adorauit, ante quas proſternebatur, Non, inquit, quaſi ante diuinitatem, ſed ſicut ante illum, quem per imaginem recordabatur.

7

¶ Ad argumentum Witcleuiſtarum contra imagines, Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: & quòd fideles vocant Deum, & ſanctos eius imagines.

CAPVT CLVII.

SVMMA.

1 *Idolum quid. Et quid Simulacrum. Et quomodo ſimulacra, & idola ſint ab omni adorante cauenda.*

2 *Damaſcenus quomodo reſoluat omne ambiguum de adorandis ſculptilibus. Et qui dicantur bene adorare ſculptilia, & qui male.*

3 *Paulus quid fecerit, cùm circuiens Phana Athenienſium, reperiſſet inter ea aram, in qua erat ſcriptum, Ignoto Deo.*

4 *Lucas q. fuerit pictor. Et quomodo Saluatoris, & matris eius imagines depinxerit.*

5 *Epiphanius cur imaginem diſcidit.*

6 *Anthropophormitæ hæretici.*

7 *Imaginum uſus quomodo Iudæis ueteribus fuerit ſublatus. Et quare.*

8 *Reſponſio ad Witcleuiſtas, qui cauſantur, q. populus ignoranter ſic adorans imagines, incidit in idololatriam.*

COnfundãtur, inquiunt Witcleuiſtæ, omnes, qui adorant ſculptilia: quaſi ſe bene à nobis catholicis ſanctis amouerunt, deteſtantes imagines, cùm ſculptilia deteſtantur: quaſi imagines pictæ, aut tinctæ, aut ductiles, vel fuſiles, ſine peccato colantur. Qualiter Fauſtus errauit in verbo, dicens, Iudæos à Gentibus ſegregari hoc ſolo, quòd ſculpturas earũ

dimiſerunt. Vt libro. 20. contra Fauſtum arguit AVGVSTINVS. Neq; enim, ſicut Fauſtus dicit, priores Iudæi noſtri ſegregati à Gētibus, cùm templum haberent, & immolationes, & aras, & ſacerdotia, & ſculpturas ſolū dimiſerunt, id eſt, idola. Poterant enim, ſicut nōnulli, etiam ſine idolorum culturis, arboribus, & montibus, poſtremò etiam Soli, ac Lunæ, exteriſq; ſyderibus immolare: quod ſi facerēt per illum cultum, qui latria dicitur, creaturæ potiùs, quàm creatori ſeruirent, & nihilominùs ſe dæmonibus traderent: ſed ſatis notanter ibi addidit AVGVSTINVS. Si per cultum, qui latria dicitur, creaturæ potiùs, quàm creatori ſic colendo ſeruirent: ſi verò præciſè Deo ſeruire proponerēt, & ſi per cultum creaturæ, quæ eſt duliæ, aut item latriæ creaturæ Dei, non ipſam, ſed Deum cogitantes, cultum exteriorem impenderent, ſoli Deo ſeruirent. Totum, quod intendimus, illud dictum Auguſtini cōfirmat, & continet. Ergo verum eſt, dixiſſe ſcripturam confundi ſcilicet omnes, qui adorant ſculptilia, intelligendo etiam totum genus in ſpecie vniuerſa creata: ſed quomodo iam diximus tāquam deos, & nihil extra ſculptile, aduertentes, cui ſeruiunt vt Deo. Quod item Hebraica litera ſonat, quæ dicit, Confundantur vniuerſi, qui ſeruiunt ſculptili, qui gloriantur in idolis. Et litera antiqua, quam ſequitur Caſſiodorus, habet, Confundantur omnes, qui adorant idola, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Vbi in expoſitione adiungit CASSIODORVS. Aduētu domini prophetato, idolorū cultores increpat, qui tāta manifeſtatione declarata, non erubeſcūt adhuc colere neſcio quas ineptias. Idolū
3 †quippe dictū eſt, quòd ipſum ſit dolo, id eſt, hominum falſitate repertum. Simulacrum, à ſimulatione ſacra compoſitum, q illis detur honor alienus. Sic vtraq; fugienda ipſorum nominum interpretatione declarātur. Et quoniam ſpiritus immundi ſe cupiunt adorari, dū falſos ſibi honores vendicant, quos eorum iniquitas non meretur accipere. Vide quid ſequitur. Adorate eum omnes angeli eius. Hæc ille. AVTHOR. Idola ergo, & ſimulacra ſunt ab omni adorante cauenda, quia & nominibus ſuis ſuam ſuperſtitionem accuſant. Sculptilia quoq; Chriſtianorum, ſicut Moſaica, & item in templo Salomonis, non ſunt idola, ſed imagines ſunt Chriſti, & ſanctorum cultu, non deorum, ſed ſignorum ſimpliciter venerandæ. Vnde capitulo de venerandis imaginibus DAMASCENVS. Diuina autem ſcriptura accuſat adorantes ſculptilia, ſed & immolantes dæmonibus. Immolabant quidem Græci, ſed & Gentiles: immolabant autē & Iudæi, ſed Græci dæmonibus: Iudæi autē Deo. Deteſtabilis quidem eſt Deo, quæ Græcorum immolatio, & condemnabilis, quæ Iudæorum autem Deo acceptabilis. Immolauit enim Noē, & odoratus eſt dominus odorem boni odoris bonæ electionis: & bonæ ad eum voluntatis, bonum odorem acceptans. Ita Græcorum quidem ſculptilia, quæ dæmonum erant imagines, abiectabilia, & deteſtabi
2 lia exiſtunt. Hæc ille. AVTHOR. Reſoluit† doctor omne ambiguum de adorandis ſculptibilibus, dicens ſcripturam accuſare adorantes ſculptilia, non quidem qualitercunq; adorantes etiam immolantes dæmonibus: nam ſicut immolabant quidam bene, quidam malè, quidam Deo, quidam dæmonijs, & non Deo. Bene & Deo Iudæi: malè, & deteſtabiliter Græci. Sic adorant quidam bene ſculptilia, qui in eis dominum honorant, & ſanctos, quidam deteſtabiliter, qui dæmones adorabant. Confundantur ergo omnes, qui adorant ſculptilia, ſed dæmonum, non ſanctorū. Sicut maledictus omnis, qui pendet in ligno, non tamen maledictus Chriſtus, qui redemit nos à maledicto legis in ligno, factus pro nobis maledictum. Ezechielis. 3. Et maledictus vir, qui confidit in homine. Hieremiæ. 17. Nō tamen maledicti, qui confidunt in Chriſto homine: quibus ipſe ait, Confidite, nolite timere. In his omnibus bonum aliquod inuenimus, quod propter malum adiūctum non reſcindimus. Confidere in homine ſecundùm Deum, bonum eſt, pendere in ligno propter iuſtitiam, ſanctū eſt: ſic Deum adorare in imagine, & Deo immolare, ſanctum eſt. Hoc ergo non abijciamus à cultu Dei, nec Deo ideò nō immolemus, quia dijs immolabāt idololatræ, nec omnem adorationem ſculptæ reijciamus imaginis, quia in ea dæmones adorabantur. Eximium huius rei ſignum habemus ab Apoſtolo Paulo, qui inter phana, & aras Deorum cùm veniſſet ad aram ignoti Dei, confirmauit illam, & cultum eius, quantum bonum inuenerat: & quod minus perfectum inuenit, ſupplеuit, dicens, Quem vos ignorantes colitis: hunc ego annūtio vobis. Actuum. 17. Quem locum aſſumens libro de vnico Baptiſmo, ad Conſtantinum, cap. 5. AVGVSTINVS. In Actibus, inquit, apoſtolorū, cùm de Deo vno & vero Athenienſes doceret, quòd in illo viuimus, mouemur, & ſumus. Ex illa veritate, quam & illi impuri ſimulacrorum cultores in iniquitate detinent: qui cognoſcentes

Deum,

Digitized by Google

Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, hanc tamen veritatem, ſicut videmus, apud impios, & ſacrilegos inuentam, non deſtruit, ſed confirmat Apoſtolus, eiuſq; vtitur teſtimonio ad docendos eos, qui iſta neſciebant. Et infrà.
3 Multò † autem mirabilius eſt, quod fecit Apoſtolus, vt eorum phana circuiens, aram quandam inter aras dæmonum inuẽtam, in qua eſſet ſcriptum, Ignoto Deo. Neq; hoc negando, & refellendo deſtruxerit, ſed potiùs confirmãdo, hinc etiam reperit opportuniſsimum ſuæ diſputationis exordiũ, dicens, Quem vos ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis. Hanc itaq; nos per maiores noſtros traditam nobis ſequentes apoſtolicam regulam, ſi quid recti etiam in peruerſis inuenerimus, eorum peruerſitate correcta, illud, quod rectum eſt, minimè violamus. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ſanctus Paulus, quod rectum inuenit inter aras dæmonum, minimè violauit, ſed quod peruerſum erat, correxit: inuenit aram ignoto Deo, non violauit, quia erant aræ & dæmonum. Inuentum titulum ſcriptum non deſtruxit, ſed confirmauit. Quid ſi ibi inter phana, Phanum inuenerit? Ara eñ teſtis eſt cultus Phani, ſermone. 6. de verbis domini AVGVSTINVS. Nã & illi habeant, & pro numine accipiant, quòd numen accipiant iſtam ſtatuam, ara teſtatur. Quid hîc facit ara, niſi illud habetur pro numine? Hæc ille. AVTHOR. Quòd autẽ Apoſtolus aram cognominat, non ſimulacrum, titulus fecit, qui aræ fuit inſcriptus, & à quo exordium prędicationis aſſumpſit. Nam vbi aliorum ſimulacra dixit, aras non dixit, hîc aram dixit ſimulacrum. Cùm tamen ibi nec dixit ſimulacra ſine aris, nec hîc aram ſine ſimulacro inuenit, ideò pòſt inducit ſcripturam inſigne tertium Dei ignoti. Nec abſtulit eis illam, cum tamen adorationem ſacrilegam ſimulacri increpauit, dicens, Genus ergo cùm ſimus Dei, non debemus æſtimare auro, aut argento, aut lapidi ſculpturæ artis, & cogitationis hominis diuinũ eſſe ſimile. Hanc ergo ſculpturã ignoti Dei, quæ ex priori dependet, Paulus non ſuſtulit, ſed correxit: ſicut nec templum abſtulit, ſed correxit, nec aram. In tribus enim illis ſermonem ſuum continuat de Deo ignoto, vſq; ibi, tempora huius ignorãtiæ deſpiciens: Deus nunc annuntiat hominibus. Sequitur in viro ſuſcitans eum à mortuis. Correxit eorum fidem de templo, dicens, Deus non manufactis templis inhabitat, ſcilicet vt claudatur in illis. Sic conformiter Salomon in dedicatione templi prædixit. 3. Reg. 8. Si cæli cælorum te capere non poſſunt, quãtò magis domus hęc? Correxit item ſenſum eorum de ara, id eſt, de immolatis in ea. Non quidem oblationem deſtruens, ſed errorem æſtimantium, q̃ Deus ea egeret. Tertiò venit ad ſculpturam, de qua ſolùm hoc deſtruxit, q̃ putarent illam Deo eſſe ſimilem, ſcilicet in natura, ita vt Deus eſſet. Si illam ſuſtulit, cur item non templum, & aram, in quibus omnibus ſuperſtitionem eorum inuenit æqualem? Cur item nõ ait, Tolle ſcripturam, ſed ait, Nolite æſtimare conſimilem? Cur
4 † item finaliter Lucas comes eius in Euãgelio, Saluatoris, & matris eius depinxit imagines? 4. libro ſententiarũ, ca. 8. DAMASCENVS. Accepimus Lucam Apoſtolum, & Euangeliſtam pinxiſſe dominũ, & matrem eius, & eas imagines habere Romanorũ famatã ciuitatẽ. Hæc ille. AVTHOR. Dicunt ergo Witcleuiſtæ, Quid igitur ſanctus Epiphanius fecit, qui velum fregit tinctũ, & depictũ, & habens imaginẽ quaſi Chriſti, vel ſancti? Cùm, † inquit, vidiſſem in eccleſia Chriſti cõtra authoritatẽ ſcripturarum hominis pendere imaginẽ, ſcidi illã. Dico cum magiſtro Roberto forſan zelo captus erat, non ſecundùm ſcientiã: dixiſſet Gregorius, ſi tunc ſuperſtes fuiſſet aũt, quod ad Serenũ ait, Fregiſſe ſacras imagines non laudo, q̃
6 vetueris orari hoc probo. Et † tẽpore illo quaſi hæreſis Anthropophormitarũ inualuit, qui videntes talem picturã, feruore maiori pronũtiaſſent Deũ eſſe intus corporeũ, humanis mẽbris diſtinctũ. Vnde lib. 10. tripartitæ hiſtoriæ ca. 7. CASSIODORVS. Ea tempeſtate quę ſtio mota fuerat, vtrũ Deus corpus eſt, & hominis habet ſchema, an certè incorporeus, & à ſchemate humano omnimodè alienus. Ex hac quæſtione contentiones, & plura certamina ſurrexerunt, alijs hoc, alijs affirmantibus aliud. Maximè tamen ſimplices monachorum corporeum, & humanæ formæ Deum eſſe iudicabant: plurimi verò reprobantes illos, Deũ incorporeum eſſe dicebant, & à forma corporea ſegregatum. Cum quibus Theophilus Alexandrinus conſonabat Epiſcopus, ita vt eccleſia coram populo contra eos, qui humanę formæ Deum aſſeuerarent, contenderet, & Deũ incorporeũ ſuo dogmate definiuit. Hoc agnoſcentes Ægyptiorum monachi, venerũt Alexandriam, & ſeditionem contra Theophilum velut impium excitarunt, ita vt eum occidere niterẽtur. Hæc ille. AVTH. Hac ecce occaſione ſchiſmatis, & pronitatis ad malè ſentiendũ de rebus, quarum ſunt imagines, iuſtè tolluntur ad tẽpus. Qualiter † etiã dicit Rabbi Moyſes ſublatum fuiſſe vſum imaginum Iudæis veteribus ratione procliuitatis eorum ad idola

Lucas pictor.

Epiphanius imaginẽ diſcidit.

Anthropophormitæ.

Digitized by Google

gentium. Sicut itē Iacob Patriarcha ſuſtinuit in familia ſua imagines, quouſq; intraturus eſſet terram Chanáan, vbi abundabant idololatræ: nec ipſi adorauerunt ea pro dijs, ſed iam imminente periculo tulit ea, dicens, Abijcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt. Vbi in libro notularum ſuper Gene. HVGO. Conſuetudo erat apud illos antiquos, vt licèt vnū Deum ſolùm crederent, imagines tamen quaſdam haberent, quas venerabantur, non quia deos crederent, vt idololatræ, ſed vt recordarentur per eas ſummi Dei: has tamē imagines, ne in deterius vertātur, prohibet modò Iacob, ne habeat eius familia. Hæc ille. AVTHOR. Ecce antiquis patribus ante legem conſuetum erat venerari imagines, vt Dei recordationem haberent, non vt deos colerēt. Iam verò tollit eas Iacob, ne cultū mala ſocietate peruertant: maximè cùm ipſæ imagines eſſent dij Laban, quas Rachel occultauerat: ideò dixit Iacob, Auferte deos alienos, quia Laban dij erant, nō autem ipſis, ſed propinquiores erant, vt eſſe poſſent eis pro dijs, qui dij erant maioris auūculi. Nec mirum, ſi eis talibus negentur imagines pictæ, cùm vitioſis viris negetur trinitatis imago, natura conditionis incerta: ſicut libro de cōditione hominis, ca. 19. GREGORIVS Nicænus. Plerunq; contingit, vt munera diuina ignoret noſtra miſeria, pulcherrimæ imagini fœdiſſimam faciem paſſionis obducens: ideòq; venia digni ſunt, qui iſta cernentes, nō facilè diuinam formam talibus ineſſe conſentiunt, ſed per eos, qui recta vitæ conuerſatione reſplendent, diuinam licet imaginem in hominibus contueri. Hæc ille. AVTHOR. Huc accedat Witcleuiſta, qui iubet imaginem Trinitatis in homine contemplari, non in pictura, vel trunco. Iſte ſanctus pater dicit, quòd illa item imago ſubſtrahēda eſt ab hominibus venia dignis, qui nec de leui conſentiunt diuinā imaginem ineſſe ſingulis, ſed tantùm magnæ vitæ conuerſationis hominibus: propter eos, inquit, qui pulcherrimę imagini faciem paſſionis obducunt, multò magis erraticis mentibus hominum, ſaltem ſi corruptela hæreſis ſit communis, tali communitati ſubſtrahenda eſſet materialis imago, niſi forſan malignatio hæreticorum, & non infirmitas hominum eſſet in cauſa. Tunc corrigendi ſunt homines, & res imaginis fortiter ſuſtinenda. Cauſantur ite-
8 rum Witcleuiſtæ† quòd populus ignoranter ſic adorans imagines, incidit in idololatriam, putans re ipſa Chriſtum eſſe hanc, quam colit imaginem. Reuera occaſiones quærunt malignandi. Abſit, vt fidelis quiſquam ſemper do-

ctus in fide, & inter fideles cohabitans, in tanta dementia ſuperaret idololatram. Ipſe nempe Deum creatorem ſuum intelligit, & licèt lapides veneretur, & ligna, tamē maius aliquid quàm lapidem illum, vel lignum Deum ſuum eſſe dijudicat. Quod itē ſcribit ſuper illud Pſalmi. 95. Etenim correxit orbem terræ, HIERO. Nullæ gentes ſunt, quæ naturaliter non intelligant creatorem ſuum. Licèt enim lapides, & ligna venerentur, tamen intelligunt aliqd maius eſſe, quàm ipſi ſunt, & in errore ſuo iudicant ſe habere ſapientiam. Hoc eſt, nulla gens eſt, quæ naturaliter nō intelligat Deū, de niq; Gentiles idola colunt, hoc eſt, lapides, & ligna venerantur. Et ſi fortè rixam fecerint, & ſi iuramentum aliquod inter illos venerit, non dicūt, lapides iſti vidēt, ligna vident, ſed Deus videt, & Deus audit. Hæc ille. AVTHOR. Fingunt ergo, quod non eſt, vt non cauſam pro cauſa ſupponant. Non enim eſt idololatra, qui Deum ſuum hoc lignū appellat, cùm numen, vel dæmonem ſupra groſſum lignum hoc eſſe concipiat. Multò magis fidelis anima nihil in imagine, nec ipſam ligni naturam, ſed eum, qui in cælis habitat, hac deſignatum imagine, Deum nouit. Imò inquiunt Witcleuiſtæ, quia Chriſtum appellant, aut Trinitatem, aut beatam virginem ſculptam imaginem, dicentes, Eamus ad Mariam Cantuariæ, aut Crucifixum ſancti Pauli Londonijs. In hac conditione venerantur, & colunt. Quid hoc facit ſimplicibus? Ipſi enim ſimpliciter adorant, & ſimpliciter, & fidenter modo ſuo, quo adorant, appellant. Quòd ſi modò idolum foret, quod neſcientes colerent, non eſſent idololatræ. Qualiter, qui cibo veſceretur idolothyto neſciens, nec aduertens, ſine conſcientia manducaret. Vnde Iulianus apoſtata tali modo ſimplicem populum voluit ſeducere, ſed non potuit. Vnde libro tripertitæ hiſtoriæ CASSIODORVS. In publicis imaginibus depingebat Iouem quaſi de cælo ſibi coronam, & purpuram deferentem, Mercurium, & Martem in ſe reſpicientes, velut pro teſtimonio ſapientis, & fortis. Et hoc agebat in imaginibus, vt ſub occaſione imperij, latenter adorarentur dij: & hoc modo ſubditi clanculò falleren tur. Et infrà. Turba verò (vt aſſolet) per ignorantiam ſimpliciter imagines adorabat, quod tamen Imperatori nihil profuit. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo Imperatoris ad idololatriam procurantis propoſito, nihil profuit, q turba ſimplex, & ignorans imagines adoraſſet: turbas ergo non læſit, quanto minus ergo lædit, quòd imagines rerum nominibus ſimpliciter,

Digitized by Google

pliciter si appellent. Vnde lib. 2. ad Simplicianum, versus finem AVGVSTINVS. Solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum sunt imagines. Sicut omnia, quæ pinguntur, atq; finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, aut cuiuslibet rei aptæ ad opera huiusmodi: quæq; etiam videntur in somnis, & omnes fere rerum imagines earum, quarum imagines sunt, solent nominibus appellari. Quis enim est, qui hominem pictum dubitet vocare hominem? Cùm quidem & singulorũ quoruncunq; picturam aspeximus, propria quoq; nomina incũctanter adhibemus, velut cùm intuctes tabulam, aut parietem dicimus, Ille est Salustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, hæc vrbs Roma: cùm nihil aliud sint, quàm pictæ imagines. Vnde Cherubim cùm sint cælestes potestates, sisti tamẽ ex metallo imperauit Deus super arcam testamẽti, magnæ signandæ rei gratia: nõ aliud, quàm Cherubim illa quoq; figmẽta vocitãtur. Hæc ille. AVTHOR. His verbis approbat Augustinus, appellationes illas figurarũ à populo, cùm vocant illa nostram dominã, aut Michaẽlem, aut Thomam, intendentes imaginem. Quis, inquit, hominem pictum dubitet vocare hominem, q; si peruersum eorum cultum per hoc suspicaris in fide, quia dicunt, Sancta Maria de aquis adiua me: ergo fidem Psalmistæ nota tibi suspectã, quia dicit, Qui sedes super Cherubim, appare coram Effraim. Sicut enim nõ sedet Deus localiter, sed virtute sua ibi magnifica super Cherubinas imagines, nec hoc latebat fidem eius, qui ideò bene dicit, Qui sedes sup Cherubim: quia tutiùs credidit, quàm verbis expresit. Ita fidelis populus nõ est culpandus in verbis, quibus apud imagines, & loca sanctorum confidẽter illos appellant: cùm multò syncerior est eorum fides, quàm verbũ. Maximè ergo deficiũt Witcleuistæ in hac suspicione crudeli, cùm ipsi more scripturæ possunt fundare verba, quæ promunt. Ipsa enim scriptura item de idolis sine scrupulo quòd os habent: non dicit os æquiuocum, & oculos habent, & manus habent, & nares, & aures habent. Appellat vitulos, & serpentes, & item nominibus proprijs Adonidem, vel solem, & lunam, duodecim boues, lilia, & leones cum similibus, quæ sculpta tantùm, aut figmenta ficta cognouimus. Sed pone, quòd erroneè cogitarent de imagine, non statim tollendæ sunt eis imagines, aut ipsi ab eorum cultu terrendi, sed potius dulciter reformandi, exhortandi, monendique quomodo recta fide patrum sapiẽdum sit, & quo perículo errauerunt. Sicut si quis audierit Deum creasse mundum: primò cùm hoc audiat, imaginetur Deum humano more fabricasse manibus carneis molem magnam, sicut figulus ollam suam: corripiendo paulatim est imaginatio falsa, nõ fides creationis abrumpẽda continuò. Vnde libro. 12. Confessionum aliquantò ante finem AVGVSTINVS. Alij cùm hæc verba legunt, vel audiunt, qualiter scilicet creat Deus? cogitant Deum quasi hominẽ, aut quasi aliquam molem immensam præditã potestate, nouo quodam, & repentino placito extra seipsam tanquam locis distantibus fecisse cælum, & terram, duo magna corpora suprà, & infrà, quibus omnia continerentur. Et cùm audiunt: fiat illud, & factum est illud, cogitant verba cœpta, & finita, sonantia temporibus, atque transeuntia, post quorum transitum statim existere, quod iussum est vt existeret. Et si qd fortè aliud modò ex familiaritate opinantur carnis. In quibus adhuc paruulis animabus, dum isto humillimo genere verborum tanq; materno sinu, eorum gestatur infirmitas, salubriter ædificatur fides, qua certum habeant Deum fecisse omnes naturas, quas eorum sensus mirabili varietate circunspicit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce, quòd materno sinu eorum gestatur infirmitas, dummodo salubriter ædificetur fides, qua credant Deum fecisse naturas omnes sensibiles. Ita materno sinu portandus est modicus error simplicium, dummodo salubriter ædificetur fides, quòd hæc imago non sit Deus, vel sanctus eius: sed vel Dei signum, qui cuncta creauit, & redemit in patibulo crucis: aut sanctus eius, qui Deum tota mente in vita sua dilexit.

De adoratione sanctæ Crucis.

Titul. XX.

¶De cruce Christi lignea, quòd sit à fidelibus adoranda.

CAP. CLVIII.

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Crux domini q, fuerit gemina.*
2 *Crux, de qua gloriatur Apoſtolus, q, fuerit lignea. Et quomodo huius reuerentia diſplicet Witcle uiſtis hæreticis.*
3 *Signum crucis quomodo apparebit in cælo, quum dominus ad iudicandum uenerit. Et cur Chriſtus cum cruce ueniet.*
4 *Chriſtus quomodo uult crucẽ ſuã exaltari in cælo.*
5 *Sibylla pagana quid in laudem ſanctæ crucis exclamauerit.*
6 *Crucis inuentio ab Helena facta deſcribitur.*
7 *Helena quòd fuerit ſtabularia, & Anglicana.*

DE ſancta itẽ cruce Chriſti inter imaginum laudes dicere oportebit, qa eius gloria impij Witcleuiſtæ ferre non poſſunt: ſi quid autem de ſcripturis in eius gloriam confe ramus, volant per æquiuocũ ad crucem Chriſtum, vt crucis Chriſti fideles honores extenuãt, de vtraq; cruce ſcrutemur, & videamus, ſi propter crucem primam ſecunda crux patibuli non meruerit gloriam. Tãgens enim qualiter rex Hay in ligno gemino ſit ſuſpẽſus, Homilia. 8. ſuper Ioſue dicit ORIGENES. Poſt omnia etiam Rex Hay in ligno gemino dicitur eſſe ſuſpenſus. Sequitur. Crux † domini noſtri gemina fuit. Mirus tibi ſermo fortaſſe, & nouus videtur, quòd dico, Crux gemina fuit, hoc eſt, re gemina conſtat, & duplici. Quia viſibiliter quidem & filius Dei in carne crucifixus eſt, inuiſibiliter verò in hac cruce & diabolus cum poteſtatibus, & principatibus ſuis affixus eſt cruci. Non tibi hoc videtur verum, ſi tibi horum teſtem produxero Apoſtolum Paulum? Audi ergo de his, quæ pronuntiat. Et quod erat, inquit, contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens cruci ſuæ, & exuens principatus, & poteſtates traduxit, liberè triũphans eos in ligno crucis. Licèt in alijs exemplaribus habeatur triumphans eos in ſeipſo, ſed apud Græcos habetur in ligno. In ligno ergo duplex eſt ratio dominicæ crucis: vna illa, quam dicit Apoſtolus Petrus, quòd Chriſtus crucifixus, nobis reliquit exemplum: & hæc ſecunda, qua crux illa trophæum de Zabulo fecit, in qua crucifixus eſt, & triumphatus. Ideò deniq; Apoſtolus Paulus dicebat, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus

crucifixus eſt, & ego mundo. Vides, quòd & hîc Apoſtolus duplicem crucis prodidit rationem? duo enim contraria ſibi dicit eſſe crucifixa, ſeſe ſanctum, & peccatorem mundum: ad illam formam ſine dubio, quam ſuprà diximus Chriſti, & diaboli. Hæc ille. AVTH. Qui poteſt hîc Originem intelligat: mihi videtur, quòd crucem lignum dicat, & crucem Chriſtum. Inter quas diſtinguens in alijs exẽplaribus habetur, inquit, in ſemetipſo, in Græco autem, quod ipſe imitatur, habetur, in ligno. Et proſequitur. In ligno ergo duplex eſt ratio dominicæ crucis: vna, qua crucifixus eſt, vt nobis daret exemplum. Altera, ſecundùm quam diabolus in ea eſt crucifixus: cùm Chriſtus crucifixus trophæum reportauit de Zabulo: propter quam rem Paulus non niſi in cruce voluit gloriari. Crux ergo ad vtrumlibet glorioſa. Tum quia Chriſti geſtatorium fuit. Tum, quia Chriſti victoriæ inſtrumentum. Vnde Witcleuiſtæ iam poſſunt accipere, quòd † crux illa lignea fuit, de qua gloriabatur Apoſtolus, dicens, Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini: quia non celebrauit Chriſtus triumphum Zabuli in ſeipſo, tantùm affigens, quod de medio tulit cruci Chriſto, ſecundùm Græcam veritatem, in qua ſcripſit Paulus, Triumphauit eũ in ligno. Diſplicet autem noſtris Lollardis huius ligni reuerentia, nimirum multò enim magis diſplicet eorum magiſtro diabolo. Victorialis em ſigni laudes non ferunt. De quo Chriſtus ipſe omnes admonuit, quòd in aduentu Chriſti ad iudicium patebit ſignum filij hominis in cælo, Matthæi. 23. Vbi in commentario HIERONYMVS. Signum hîc autem crucis intelligamus, vt videant iuxta Zachariã, & Ioannem Iudæi, quem compunxerant, aut vexillum victoriæ triumphantis. Hæc ille. AVTH. Crucifixum exiſtimo eum dicere in ſua cruce expanſum, aut tenentem deorſum à latere ſuam crucem. Et quid altiùs in hoc feſto canit ſeruitium, quàm quòd Chriſtus ipſe dicit: hoc ſignum crucis erit in cælo? Cætera omnia ibi inferiora ſunt iſto. Apertiùs omnibus ſcribit hoc ipſum in ſermone de cruce, & latrone, circa medium CHRYSOSTOMVS. Crucem † ſolam non reliquit in terra, ſed ſecum eam leuauit ad cœlum, & iterum cum cruce veniet. Sed ais, Vnde monſtratur? Monſtrat ipſe, ſi nos monſtrare nequimus. Non enim hanc quæſtionem aliquando obliuione prętereas, ſed audi tunc, inquit, tunc quãdo veniet, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumẽ ſuum. Tanta enim lux ipſius luminis præ-

clareſ

Digitized by Google

clareſcit, vt eius radijs lumina cuncta vincantur: tunc & ſtellæ cadent, tunc & ſignum videbitur filij hominis in cælo. Vidiſtis gloriam ſigni, id eſt, crucis, ſolis lumen reddetur obſcurum, lunæ non dabitur lumen, ſed illud lumẽ radiabit, & lucebit. Et ſicut Imperatorem regalis pompa præcedit, & militaris ordo præeundo, vexilla humeris portare conſueuerũt, & in his declaratur aduentus: ſic domino de cælo veniente, Angelorum cœtus, Archangelorum multitudo illud ſignum humeris portant excelſis, & regalem nobis aduentum denuntiant. AVTHOR. Ergo ipſum lignũ dominicæ crucis ibi portabitur humeris, quod ſe cum in cælum leuabit Chriſtus, nec relinquet ſolùm in terris, quo leuato de ſuis fruſtis collectio, etiam de terris colligentur electi, dicente Eſaia, Secundùm dies ligni erunt dies populi mei. cap. 65. Et item rationem huius præſentiæ crucis cum Chriſto proſequitur ibidem CHRYSOSTOMVS. Sed cur cum cruce veniet, videamus: ſcilicet, vt ij, qui eum crucifixerunt, ſentiant damnationis cæcitatem, & impudentiæ eorum ſignum portetur. Ideò propheta ait, Tunc lamentabuntur tribus terræ, videntes accuſatorem, & agnoſcentes peccatum. Et quid mirum eſt, ſi crucem portans adueniet, quando & vulnera corporis ipſe demõſtret? Tunc enim, inquit, videbitur quomodò compunxerunt. Sequitur. Et tunc oſtendet vulnera, crucémq; demonſtrabit, vt iſtum oſtendat illum eſſe, qui crucifixus fuerat. Hæc ille. AVTHOR. Ex quo loco planum facit, q; vtraq; crux, ſcilicet corporis crucifixi, & crux ipſa patibuli ſeorſum leuabuntur ibidem. Et qua laude, quo tremore non ſic contremant huic cruci, quam Chriſtus tanto leuabit honore, vt ſibi iudici eoaſsiſtat cælo. Ratio ergo feſtiuitatis crucis eſt authoritas iudicis. Et hãc ſententiam de crucis apparitione in cælo, reſumit in expoſitione perfecta Matth. Mora. 54. idem CHRYSOSTOMVS. Ne igitur verecunderis in tanto bono, vt non de te verecundetur Chriſtus, cùm venerit in ſua magna gloria, & ſignum ante hoc antea appareat clarum ſupra radium ipſum: & enim venit crux, tunc vocem emittens per viſum: & ad vniuerſum orbem terrarum excuſando reſpondet pro dominatore, & monſtrans quoniam nihil defecit eorum, quæ ad ipſum decebãt. Hæc ille. AVTHOR. Ecce crucem coruſcantem in cælo, & in cauſa redemptoris vniuerſo ſecu
4 lo reſpondentem. Sic† ergo Chriſtus eſt, qui exaltari vult crucem ſuam in cælo. Ipſe propter Spiritum ſanctum in crucis honorem filios ſuos excitat in hoc mũdo, quos ad ipſam crucem tracturus eſt apparentem in cælo. Sic nempe legitur Helenã ſanctam in ſomnis excitatam à Chriſto, vt origo fieret primi feſti de cruce. De quo libro. 2. hiſtoriæ tripartitæ, cap. 23. Sub authoritate Socratis. CASSIODORVS. Interea mater Imperatoris Helena admonita per ſomnum, ad Hieroſolymam properauit, & quondam Hieruſalem deſertam ſicut pomorum cuſtodiam inueniens, requiſiuit ſepulchrum Chriſti. Quod licet difficillimè, tamen inuenit, ita repentè templum illud cæleſtiſsimum deijci iuſsit, & palàm facto domini monumento, apparuerunt circa ipſum ſuffoſſæ tres cruces, & claui ſimul cum titulis Hebræis literiſque Græcis, Latiniſque conſcriptis. Ieſus Nazarenus Rex Iudęorum. Dicitur etiam, quòd mortuus, crucis tactu ſurrexit. De† hoc ligno Sibylla dicit apud Paga
5 nos, O ter beatum lignum, in quo Deus extenſus eſt. AVTHOR. Hoc audiant Witcleuiſtæ, qui iam intruſerunt idololatriæ labem officio celebrantis eccleſiæ. Hæc Sibylla, quãuis Pagana, in laudem ſanctæ crucis exclamaſſe fertur, O ter beatum lignum, in quo Deus extenſus eſt. Ter beatum, eſt ſuperlatiuè beatum. Beatiſsimum ergo lignum prædicat, in quo Chriſtus extenditur. Huic, quis inſpirauit hanc laudem, niſi ille, qui etiam per ora dæmonum Chriſti veras laudes intonuit? Putas hoc verbum eius idololatria plenũ, quàm alius in prophetia ſua de Chriſto ab Auguſtino dixiſſe aſſeritur, Deijcient ſimulacra viri? &c. Quid ergo peccat eccleſia in officio ſuo, dicens, O quàm dulce lignum, dulces clauos. O crux ſplendidior cunctis aſtris, mundo celebris, hominibus multùm amabilis. &c. Et ſequitur. CASSIODORVS. Tunc quæ crux eſſet domini, quæ latronum, dubitare cœperunt: proinde Macharius ciuitatis præſul, huiuſmodi tractatu dubitationem ſoluit. Mulieri nanq; nobilitate claræ longa ægritudine fatigatæ vnam illarum crucium cum oratione promptiſsima adhibens, virtutem Saluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem crux attigit, paſsionem ſæuiſsimæ ægritudinis effugauit, & fœminæ ſalutem reſtituit. Sic itaq; mater Imperatoris, quod cupiebat, agnoſcens, ſalutaris crucis partem aliquam regalibus diſtribuit, quam Conſtantinus ſuſcipiens, & credens ſaluari ciuitatem, vbi particula ſeruaretur, in ſua ſtatua, ſicut fertur, in foro Conſtantini poſitam ſuper columnam porphyreticã deuotè condidit. Reliquam verò partem in argentea theca clauſam, ciuitatis tradidit ſacer-

doti. Et vndiq; congregans artifices, maximas illic, & ornatas ædificauit ecclesias. Hæc ille.
AVTHOR. Hæc est causa crucis laudis in inuentione eiusdem. Quid iam displicet, inuētrix eius, an laudatores inuentricis, an crux ipsa? Si ipsa displiceat, nollem, quòd rei inuentæ laudibus inuiderent. Vt enim ipsa inueniatur, & laudetur inuenta, Deus inuentricem admonebat, vt pergeret, vt agnoscereturmortuum tactu curat, languidam reparat, gaudia intonant populis, miracula coruscant. Accedat ergo Cassiodoro senatori, libro de obitu Theodosij, testis facer AMBROSIVS. Anxia† mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat, festinauit Hierosolymam, scrutata est locum dominicæ passionis. Stabulariā hāc primùm fuisse asserunt, sic cognitam Constantino seniori, qui posteà regnum adeptus est. Bona stabularia, quæ tam diligenter præsepe domini requisiuit: bona stabularia, quæ stabularium non ignorauit illum, qui vulnera curauit à latronib⁹ vulnerati. Bona stabularia, quæ maluit existimari stercora, vt Christum lucrifaceret. Ideò illam Christus de stercore leuauit ad regnum, secundùm q̄ scriptū est, Qui suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Venit ergo Helena, cœpit reuisere loca sancta: infudit ei spiritus, vt lignum crucis requireret. Accessit ad Golgotha, & ait, Ecce locus pugnæ, vbi est victoria? quæro vexillū salutis, & nō inuenio. Ego, inquit, in regnis, & crux domini in puluere! Ego in aureis: & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet adhuc palma vitæ æternæ? Quomodo me redemptā arbitror, si redēptio ipsa nō cernitur? Video quid egeris diabole, vt gladius, quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latēre aquam passus est. Tollatur ergo ruina, vt vita appareat. Promatur gladius, quo vero veti Goliæ caput est amputatū. Aperiatur humus, vt salus fulgeat. Quid egisti diabole, vt absconderes lignū, nisi vt iterum vincereris? Vicit te Maria, quæ genuit triumphatorem, quæ sine imminutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subiugaret. Vinceris & hodie, vt mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta dominū gestauit: Ego crucem eius inuestigabo. Illa generatum decuit. Ego te suscitatum. Illa fecit vt Deus inter homines videretur. Ego ad nostrorum remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo vexillum. Hæc ille. AVTHOR. In hoc soliloquio, quod de cōcepto feruore sanctæ Helenæ figurat Ambrosius, putas ne cum finxisse historiam? Ipse, quod Cassiodorus de crucis inuentione per Helenam scripsit, planè cōfirmat. Addit† aūt, q̄ stabularia fuit, q̄ itē patria naturalis eius Esseria comitat⁹ Angliæ verum esse cognouit. Addit etiam suaues instinctus, quibus agitauit eam Spiritussanctus. Celeberrima est ergo hæc crucis inuētio, quæ tāti gaudij materiā prēstitit, & percelebris crux, quæ per omnem Christi ecclesiam inuentrici eius perpetuos largitur honores.

Helena bularia Anglica

¶De festiuitate ecclesiastica sanctæ Crucis, quòd eius officium non sit plenum idololatriæ.

CAPVT. CLIX.

SVMMA.

1 *Crucis officium, q̄ non sit plenum idololatriæ.*
2 *Crucis præconia recensentur, & beneficia.*
3 *Nuditas diuersa ostenditur.*
4 *Crucis inuentionis festum quomodo debeamus percolere contra Witcleuistas, imò & sanctam Helenam.*



Rangit iterum Witcleuistas aliqua festiuitas sanctę crucis, dicunt em̄ libello suo famosè, qui suprà q̄ seruitium de cruce factū, bis quolibet anno in nostra ecclesia est plenū idolatria. Hæc ibi. AVTHOR. Hoc† ideò, quia dicimus, Salue mundi gloria, vera spes nostra, & similia. Repetamus iam verba, quæ in persona sanctæ Helenæ iam scripsit Ambrosius. Putant ne idololatria plena esse, an certè (vt sunt) sana? Ergo si ista verba sunt sana, in quo culpas officium? Canimus in officio, Salue crux sancta, vera salus nostra. Ambrosius ait verbis Helenæ, Quæro vexillū salutis, & nō inuenio. Cātamus, Vitale lignū, vitā portans omniū, Ambrosius vocat vitā ipsam, Tollatur, inquit, ruina, vt vita appareat. Cātamus, O crux benedicta, quia in te triūphauit rex angelorū: Sibylla cōfirmat crucē ter beatā, & Ambrosius ipsum triumphū, In ruinis, inquit, Christi triūphus. Vocamus crucē viuificā, Ambrosius vitę æternæ palmā. Cantamus signū salutis, salus in periculis, Ambrosius dicit ipsam salutē. Aperiat humus, vt salus effulgeat. Aut quia crucē sanctā officiantes alloquimur, dicētes, Per te redēpti dulce decus seculi. Ambrosius ipsam redemptionem nostrā describit, dicens in Helena, Quo me redemptā arbitror, si redemptio ipsa nō cernitur? Apostrophatio autem ipsa, q̄ crucem

1

Digitized by Google

crucē quasi rēviuā alloquimur, quō ad idolola triā pertinet? Rudes Lollardi ſcripturæ linguā nō intelligūt, quæ in re nō viua quandoq; ſuū authorē quādoq; res viuas alloquitur, ſecūdū regulā denominationis rhetoricę: ſicut apoſtolus inducit figmētū luti loq ei, qui ſe finxit. ad Ro. 9. Et ſapiens ait. Benedictū eſt lignum, per quod fit iuſtitia. Per manus autē, qđ fit idolū maledictū eſt & ipſum, & q fecit illud. Sap. 14. Ergo benedicit lignū crucis, & maledicit idolū impietatis, res vtiq; inanimatas quas alloqtur. An dicēt Ioſue fuiſſe idololatrā, dicēdo. Sol cō tra Gabaō nō moueris, & luna cōtra Haylō. Scimus enim tūc conditorem eorū alloqui, ne ꝓ nos ad occaſum mergi permitteret. Sic tres pueri cantabāt. Benedicite ſol & luna dño. Frī gus & æſtas, nox & dies, fulgura & nubes. Et ipſe pſalmiſta. Laudate eū ſol & luna, ſtellæ, & lumē, cæli cælorū, & aquæ omnes. Quid ergo idololatriā cauſaris eccleſię, ſi tali more loqua tur. O crux viride lignū &c. aut ſic. Te adorā dā, te crucē viuificā, non lignū adorandum per ſuam naturā cēſentes, ſed gratia redemptoris, quē in ea alloquimur. Quid ergo in hoc feſto infeſtū ſit, neſcio, niſi qā gratias ſoluimus Deo, q; inuentionē ſanctæ crucis promouit in Hele na, dicēte Ambroſio. Infudit ei ſpiritꝰ, vt lignū requirat. Quòd ſi grandiloquas laudes ſanctæ crucis quaſi diuinas horretis, & nimias: beatus Ambroſius tantas, aut eis maiores nō veretur exprimere. Et addit his in libro ſuo de cruce

2 CHRYSO. Siꝯ noſſe deſideras chariſsime vir tutē crucis, & quāta poſſum ad eius laudē dice re, audi. Crux ſpes Chriſtianorū. Crux reſur rectio mortuorū. Crux cæcorū dux. Crux de ſperatorum via. Crux claudorum baculus. Crux conſolatio pauperum. Crux refræna tio diuitum. Crux deſtructio ſuperborum. Crux malè viuentiū pœna. Crux aduerſus dæ mones triūphus. Crux deuictio diaboli. Crux adoleſcentiū pædagogus. Crux ſuſtinētia in opū. Crux nauigātiū gubernator. Crux pici tantiū portus. Crux obſeſſorum murus. Crux orphanorū pater. Crux defēſor viduarū. Crux iuſtorū cōſiliarius. Crux tribulatorū requies. Crux paruulorū cuſtos. Crux virorum caput. Crux fenū funis, ac baculus. Crux lumē in te nebris ſedētiū. Crux ſcutū perpetuū. Crux in ſenſatorū ſapiētia. Crux libertas ſeruorū. Crux imperatorū philoſophia. Crux impiorū lex. Crux prędicatio ꝓphetarū. Crux annūtiatio apoſtolorum. Crux martyrū gloriatio. Crux monachorū abſtinētia. Crux virginū caſtitas. Crux gaudiū ſacerdotum. Crux eccleſiæ fun damentum. Crux orbis terræ cautela. Crux tē

Crucis præ onia.

plorum conſtructio. Crux idolorum repulſio. Crux ſcandalū Iudæorū. Crux perditio impio rū. Crux inualidorū virtus. Crux ægrotātium medicus. Crux emūdatio leproſorū. Crux para lyticorū requies. Crux eſuriētiū panis. Crux ſitientiū fons. Crux & nudorū protectio. Nu

3 ditatē † verò cū dixero, nō corporeā æſtimes, ſed infidelitatis pœnā. Cū autē in Chriſto cre- *Nudus.* diderit, veſtitus inuenitur, dicēte Paulo: Quicū q; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. Hæc ille. AVTHOR. Ecce laudes, ſed ecce itē beneficia ſanctæ crucis, ſi nō præſumam, dice rē vnū quid deeſſe. Plenū autē eſſet ſi diceret. Quis niſi ingratus hæreticus ob inuētionē, aut exaltationē tāti inſignis feſti ſolēnia Deo non cātabit? hāc paginā laudū crucis aſſumit, & in corporat egregię expoſitiōi ſuę ſup illud pſal. Signatū eſt ſuper nos lumē vultꝰ tui dñe CA SSIO. Crux eſt humiliū inuicta tuitio, ſuperbo rū deiectio, victoria Chriſti, pditio diaboli, in fernorū deſtructio, cæleſtiū cōfirmatio, mors infideliū, vita iuſtorū. De quo loco Ioānes eō ſdātinopolitanæ ciuitatis antiſtes quaſi multi pharias definitionū ſtellas in crucis declama tionē lāpauit. d. Crux eſt Chriſtianorum ſpes: Crux Romanorū victoria. Crux mortuorū re ſurrectio. Crux cæcorū dux. Crux cōuerſorū via. Crux claudorū baculus. Crux pauperū cō ſolatio &c. quæ ab eo in hūc modū diuina aſpi ratiōe profuſa ſunt. Ecce vera munera, ecce bō na præſentia, quibus maledicorū linguæ dāna tis faucibus obſtruūtur. Hæc figura dicitur *pei ſis*, latinè autē percūctatio, vbi & interrogatio fit, & reſponſio parata ſubſequitur. Hæc ille. AVTH. Caſsiodoro videtur hæc dicta Chry ſoſtomi in laudes crucis diuina inſpiratione eſ ſe profuſa: ipſe autē addidit. Crux eſt tuitio hu miliū, perditio diaboli, victoria Chriſti, inferno rū deſtructio, cōfirmatio cæleſtiū, vita iuſtorū, & mors infideliū ſollardorū. Et in confirmatiō nem hiſtoriæ Conſtantini, & poſtea Heraclij interpoſuit. Crux Romanorum victoria. Nūquid iſta verba ſunt plena idololatria, ſicut di cit eſſe officium? Caſsiodorus te damnat, ſic di cta concludens. Ecce vera munera, ecce bona præſentia, quibus maledicorum linguæ da mnatis faucibus obſtruuntur. Idcirco auſcultē mus hiſtoriā vt feſti cauſam. Subdit autē circa eius iuuentionem. AMBRO. Aperit itaq; hu mū, decutit puluerē, tria patibula confuſa repe rit, quæ ruina contexerat, inimicus abſconde rat: ſed non potuit obliterari Chriſti triūphus. Incerto hæret vt mulier, ſed certam indagi nem ſpiritus ſanctus inſpirat: eō quòd latrones cum Chriſto crucifixi ſunt: quærit ergo me

Digitized by Google

dium lignum,Sed poterat fieri,vt patibula inter ſe ruina confunderet:caſus inuerteret. Redit ad euãgelij lectionem:inuenit, quòd in medio patibulo prælatus titulus erat:Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.Hinc eſt collecta ſeries veritatis,titulo crux patuit ſalutaris.Hoc eſt illud, quod petentibus Iudæis reſpondit Pilatus:quod ſcripſi, ſcripſi.i.non ea ſcripſi, quæ vobis placerent,ſed quæ futura ætas cognoſceret.Vobis ſcripſi,ſed poſteritati profutura:ꝓpemodum dicẽs: Habeat Helena quod legat, vnde crucem domini recognoſcat. Hæc ille.

4 AVTHOR. Dicant † nunc omnes Witcleuiſtæ,cur feſtum huius inuentionis non debemus percolere,quam tam ſollicitè dominus omnium procurauit? Ad quid inuentionem ligni,niſi vt ab omnibus honoraretur efficit? Cur item ipſam ſanctam Helenam non honoremus,qua ſpiritus ſanctus voluit vti pro organo.Sic dicit Ambroſius de crucis requiſitione quòd ſpiritus ipſi infudit vt quæreret, Et iterũ pro crucis agnitione hæret vt mulier,ſed certã indaginẽ ei ſpiritus ſanctus inſpirauit.Comparat eam virgini matri Dei,quam in partu ſancto ſpiritus ſanctus pro organo ſumpſit: quia & ipſa dominum abſconſum in vtero,propalauit in ſeculo. Iſta crucem domini ruinis occultam detexit adorandam in populo. Verè ergo ſancta,& colenda Helena, quæ eſt ſic cõparabilis Dei matri,& cui item pretium eſt ſanctas fœminas comparari,velut pulcherrimam imperatricem,ob zelum catholicæ fidei nouã Helenam ſancta ſynodus appellauit. Scribente Gregorio epiſtola. 32.regiſtri ad Auguſtam Leontiam. GREGO. Reddat nobis in noſtra pietate Auguſtæ pulcherrimæ clemẽtiã,quę pro zelo catholicæ fidei in ſancta ſynodo Helena noua vocata eſt. Hæc ille. AVTHOR. Feſtum ergo crucis cuncti celebrant, qui crucis beneficiis antiquis,& nunc eius inuentioni congaudent. Hæretici ſileant,qui cũ diabolo de crucis inuentione triſtantur. Audeo dicere:gaudẽt angeli, qui eam humeris deportabunt. Et apoſtolus ex parte apoſtolorũ in honore huius crucis iuſsit,& ſtatuit diem feſtum,dicens ad Corinth. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur in domino.Sic probat actum ſermone iam dicto de cruce & latrone. CHRYSO. Hac de cauſa hodie gratulamur,quia crucis beneficia memoramus.Sic & Paulus præcepit propter crucem feſtiuitatem celebrari.Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Diem itaque feſtum celebremus non in fermento veteri,neque in fermento malitiæ,& nequitiæ,ſed in azymis ſynceritatis,& veritatis.Et ſic adiũxit cauſam, quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Vides crucis intuitu præceptam lætitiam. In cruce enim immolatus eſt Chriſtus. Et vbi immolatio,amputatio eſt peccatorum, reconciliatio domini. Vbi reconciliatio domini, ibi feſtiuitas eſt, & omnis gratulatio. Paſcha noſtrum pro nobis immolatus in excelſa cruce:nouum altare conſtitutum eſt,quia & ſacrificium nouum,atque omnibus inopinatum. Et infrà .Et altare crux fuit,& quare,inquies, non in templo ſacrificium offerebatur,ſed extra ciuitatẽ? vt illud impleretur.Quoniam inter iniquos deputatus eſt. AVTHOR. Ecce beatus Paulus crucis feſtiuitatem inſtituit, vbi immolationis feſtum diem eſſe mãdauit.Huius,inquam, crucis,in qua dominus immolauit. Et altare,inqt, fuit Chriſtus,ſacerdos,& ſacrificium. Ob reuerentiam igitur immolantis,altaris eius, crucis, diem feſtum peragimus. Vnde & in principio ſermonis idem CHRYSO. Nos, inquit, feſtiuitatem nimia lætitia celebramus, vt diſcamus crucem totius ſpiritualis gratulationis eſſe ſubſtantiam. Etenim ante ipſum, vocabulũ crucis pœna fuit,ſed nunc ad gloriam nuncupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem,nunc ſalutis indicium eſt.Crux enim nobis totius beatitudinis eſt cauſa. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris:hæc & tenebras reddidit luci,& debellatos ſociauit quieti. Hæc alienatos Deo coniunxit:longè cõſtitutos vt proximos præſentauit. Hæc peregrinantes ciues oſtendit. Hæc diſcordiæ amputatio eſt: hæc pacis firmamentum: hæc omnium honorum abunda largitio.Iſtius cauſa nullis anguſtiis deſerti erramus,quia iam nobis campi monſtrati ſunt veritatis:nec aulis regalibus habitare prohibemur,quia aditus iam videtur *in* uentus.Hæc ille. AVTHOR. Quàm feſtiuè omnes ad eius honorem homines adhortatur. Crux,inquit, bonorum omnium eſt abunda largitio,ab erroribꝰ liberat, luci reſtituit, ciues efficit,regalibus aulis inhabitare concedit. Ergo eius feſtiuitatem nimia lætitia celebramus, qui totius gratulationis ſpiritualis ſubſtãtiam eſſe didicimus. Et in expoſitiõe perfecta Mat. moral. 54 .in definitione ſanctæ crucis noua declamatione vtens CHRYSO. Hoc ſignum in progenitoribus noſtris &nunc ianuas aperuit clauſas.Hoc lethalia extinxit, hoc veneni virtutẽ diſſoluit,hoc ferarum venenum immittentium morſus ſanauit. Si enim inferni aperuit portas,& cælorum ianuas expandit, & paradiſi ingreſſum renouauit, & diaboli neruos abſcidit: quid mirabile eſt,ſi pharmaca,id eſt, venena,

Digitized by Google

venena,& feras ſuperauit.Hæc itaque conglutina menti tuæ, & ſalutem animarum noſtrarum adiunge.Hæc enim crux orbem terræ ſaluauit,errorem abegit,veritatem reduxit, terrã cælum fecit:hæc homines angelos fecit, propter hãc dæmones non adhuc terribiles, ſed contemptibiles:neque mors,ſed ſomnus profert, propter hanc omnia in terram proiecta ſunt,& conculcata,quæ impugnabant nos. Si ergo dixerit tibi quis,Crucifixum adoras?De clara voce,& alacri facie.Et adoro,& non quieſco vnquàm adorans:& ſi deriſerit, lachrymare,quoniam inſanit. Hæc ille.AVTHOR. Deridentes ergo Witcleuiſtæ, quòd crucifixũ adoramus in ſigno crucis,quod vt iam dixi, ianuas cæli aperuit,lachrymandi ſunt, quia inſaniunt,& ne per crucis æquiuocum à ligno crucis in Chriſtum crucem hæc retorqueret hæreticus, addebat prius pater Chryſoſtomus, de qua loquebatur,inſinuãs,quòd antea cruxiſta pœna fuit,ſed nunc ad gloriam nuncupatur: quia fuit olim torturа reorum,& nunc incepit dicere:Hoc ſignũ,in quo vinces.Et infrà: Hæc crux orbem terræ ſaluauit. Sic item homilia. 36.ſuper Ioannem conſonanter dicit AVGVSTINVS.Quid ſeruat fideli ſuo,qui talem honorem dedit ſupplici ſuo? Denique modò in pœnis reorum non eſt apud Romanos. Vbi enim crux domini honorata eſt, putatum eſt, quòd reus honoraretur,ſi crucifigeretur. Hæc ille. AVTHOR. Crux igitur ſupplicij Chriſti,quæ olim in pœnis erat reorum,modò culmen habet honorum. Hæc,inquam, ad tantũ honorem orbis iam peruenit, vt reus honoraretur,ſi crucifigeretur.Nec eſt hic honor erroneus ſanctæ crucis,quem inſtituit Chriſtus, dicente Auguſtino:Quid ſeruat fideli ſuo,qui talem honorem dedit ſupplici ſuo?

¶ Quòd non ſolà crux prima Chriſti ſit colenda, ſed etiam ſignacula eius: & illę cruces ſunt exaltãdę in eccleſiis coram prę-latis, & in regum catholicorũ diadematibus.

CAP. CLX.

SVMMA.

1 *Crucis ſignum quòd ſit uenerandum, & colendũ, contra Witcleff, & Claudium Taurinenſem quondam epiſcopum.*

2 *Crucis ſigno quomodo omnia, quæ ſecundùm nos, perficiuntur.*

3 *Fauſti Manichæi error circa crucẽ. Et quomodo fellciores quodammodo erant Manichæi in fide crucifixi,quàm Witcleuiſtæ.*

4 *Auguſtini inſtructio circa cultum Crucis.*

5 *Crucis ſignum quid operetur.*

6 *Iulianus quomodo cruce ſe muniuerit,& dæmones repentè diſparuerunt.*

7 *Crux Conſtantino uiſa.Et quomodo corã ſe portari fecerit,& militaribus uexillis impreſſerit.*

8 *Crucis ſignũ quomodo debeat leuari in proceſſiõibus eccleſiaſticis.& v. in uexillis,ac diadematibus orthodoxorum regum.*

1 ON † tantũ crucẽ ſanctã,ipſã dico ligni ſancti ſubſtantiam Chriſti ſanguine rubricatã fideles adorãt, ſed & ſignũ eius ob reuerentiã filij hominis, vbicũq; inuenerĩt, ſiue in eccleſiis,ſiue in triuiis venerãtur,& colũt. Quo contra Witcleuiſtæ noſtri cũ Claudio Taurinẽſi olim epiſcopo impperia multa perſoluũt. Sic enim Carnotẽſis IVO ad finẽ libri chronicorũ ſcribit. Theodulpho Aurelianẽſi epiſcopo ſucceſſit in epiſcopatu Ionas vir venerabilis, qui cõtra Claudiũ Taurinẽſem epiſcopũ hæreſiarchã librũ edidit de adorãda cruce.Dogmatizauit enim memoratus hæreticus crucis dñicæ ſignũ nõ oportere adorari: quod niſi adhibeat frontibus noſtris,ſiue aquis, quibus regeneramur,aut chriſmati,quo vegetamur,nihil ritè pficitur.Sed ei memoratus epiſcopus Ionas,ſatis lucidè, catholicèq; illo ſuo reſpondit libello.Hęc ille.AVT.Huic dicto Ionæ cõueniẽter accurrit in expoſitiõe perfecta.Mat.mora.54. CHRYSO.Nullus itaq; verecũdetur honeſta noſtræ ſalutis ſigna,& capitulum bonorũ,per qđ viuimus,& per quod ſumus, & vt coronã,
2 ita circũferam⁹ crucẽ Chriſti. Et enim † omnia, q̃ ſecundũ nos ſunt,per ipſam perficiũtur:& ſi regenerari oportet, crux accedit: & ſi nutriri, vel paſci myſtico illo cibo,& ſi cõſecrari, & ſi qđcunq; aliud facere,vbiq; ſignũ victoriæ nobis aſſiſtit: ꝓpter hoc in domo,& in muris, & in ianuis,& in frõte,& ĩ mẽte eũ multo inſcribimus ſtudio.Salutis enim,q̃ pro nobis eſt, & libertatis cõis,& manſuetudinis dñatoris noſtri hoc eſt ſignũ noſtrũ.Hęc ille.AVTH.Videtis hic planè q̃ fuit Chriſtianorũ deuotio tẽpore ſancti patris, vt ꝑ muros, ꝑ domos, in oĩ cõſecratiõe,& vſu ſacramẽti fiebãt,pingebãtur,ſcribebãtur,honorabãtur piiſsimè ſanctæ cruces: quas iã ſerò Theodulph⁹ iſte vitare cõcepit,& Witcleuiſtis noſtris trãſmiſit.Rudes Lollardi, q̃ ſine exẽplari præambulo errorẽ de ſuo nuſquã inueniũt: vbiq; impietatẽ ſuam reficiunt toxico

toxico alieno. Ecce his diebus venerabiles cru ces in locis inſignibus vilipendunt: truncos putridos eos vocant, ſed longinquiores à cultu, quàm ligna, vel arbores creſcentes in ſyluis quia & ipſæ viuunt, inquiunt: addite adhuc pa rum, ſi libeat, quòd omnis arbor creſcēs, crux
3 ſit Chriſti. Qualiter † Fauſtus ille Manichæus cum inſania ſua ſcripſit terram concipientem gignere patibilem Ieſum, qui eſt vita, ac ſalus hominum ominum ſuſpenſus ex ligno. Contra quem lib. 10. AVGVSTINVS. Itaque nos Chriſtum filium Dei verbum incontaminabiliter carne indutum, corde credimus, ore confitemur: quia illa ſubſtantia contaminari nec carne poteſt, quę nulla re poteſt. Vos autem ſecundùm veſtram fabulam adhuc in arbore pendentem Ieſum contaminatum dici tis antequam carnem ingrediatur cuiuslibet veſcentis. Aut ſi nō eſt contaminatus, quomodo vos eum manducando purgatis? Deinde cùm omnes arbores crucem ipſius eſſe dicatis, vnde à Fauſto prædicatur omni ſuſpenſus ex ligno: cur ſicut illum verum Ieſum bonum opus faciens Ioſeph ille ab Arimathia de cruce depoſuit vt ſepeliret, ita & vos poma decerpitis, vt Ieſum de ligni ſuſpenſione depoſitum, veſtro ventre ſepeliatis? Aut vnde pium eſt Chriſtum ſepulchro condere, impium autem de ligno deponere? An vt de vobis etiam cogitat, quod de propheta ponit Apoſtolus, Sepulchrum patens eſt guttur eorum: ore aperto expectatis quis inferat Chriſtum tanquàm opportunę ſepulturæ faucibus veſtris. Hæc ille. AVTHOR. Feliciores credo in fide Crucifixi Manichæi iſti erant, qui omni ligno Chriſtum in ſua cruce colebant, quàm iſti, qui nulli cruci eius reuerentiam deferunt. Ipſi in errore ſuo poma non ſunt auſi decerpere, reuerentiam deferentes arbori propter Ieſum, qui omni pendebat ex ligno: Iſti nec ligno parcūt in crucem formato propter Ieſum, qui vnico pēdebat ex ligno, quominus crucem cæcam, aut ſurdam appellent, blaſphemum nomē adaptent, aut cum abundanter inſaniant, detrahant, conculcent, aut item igni componāt igni bus committendo. Sed, vt oſtendi ſuperiùs, in iſtis conueniunt cum Paganis, qui iam antiquis, & valde abhinc remotis annis eccleſię ſcā dalizabant fideles, quòd eſſent idololatrę, quia colebant crucem Chriſti. Velut ſcribens contra eos apologetici ſui cap. 15. teſtatur TERTVLLIANVS. Sed & qui crucis nos religioſos putat, conſecràneus, vel conſectaneus noſter erit, cùm lignum aliquod perſpiciatur, viderit habitus, cum materiæ qualitas eadem ſit, viderit formam, cùm idipſum Dei corpus ſit. AVTHOR. Quantum datur intelligi, hoc intēdit, quòd cùm aliquod eis lignum placuerit ſuis diis, aut ſolenniis dedicandum, cùm eadem ſit materiæ qualitas & ligni habitus cum cruce, ſibi viderit ſi conſectaneus noſter non erit, qui crucem colimus, cùm id ipſum lignū ſit Dei, qui corpus conſequitur TERTVLLIA. Et tamen quanto diſtinguitur à crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres faria, quæ ſine effigie rudi palo, & informi ligno proſtat. Pars crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur. AVTH. Id eſt, nō multùm diſtat à cruce palus ille, quem tanquam rude, & informe ferunt lignum ad deam Palladis & Cereris: qa ad min⁹ pars crucis eſt omne, quod erecta ſtatione defigitur. TERTVLLIANVS. Nos ſi fortè integrum, & totum Deum colimus, diximus originem deorum veſtrorum à plaſtis à cruce induci. AVTHOR. A plaſtis, id eſt, fabris, & opificibus veſtris diximus deos veſtros induci à cruce, vbi Deus veſter totus eſt, & integer, TERTVLLIANVS. Sed & fara illa vexillorum & Cantabrorum ſtolæ cruciū eſt: laudo diligentiam, noluiſtis incultas, & nudas cruces conſecrare. AVTH. Ideo nō nudas, quia ſuper ornauerūt eas alias cruces, vnde noſtræ eſſent, quas taliter adorabant. Sic ecce colludit eis doctor fidelis, qui paganico ritu inſultabant Chriſticolis cultum crucis, quibus iſti Witcleuiſtæ æquis & ipſi conuiciis modò cōſonant. Iſtorum ergo deſertis furoribus, in cōmuni quid Chriſtianæ conuenit pietati, nos melior magiſter, prout in libro de viſitatione ſcripſerat infirmorum, inſtruat AVGVSTI. Habent ſiquidem, inquit, Chriſtianorum arcana illius dominicæ crucis quoddam venerabile monumentum, quod de crucis ipſius imagi natione crucem cognominant, quod nos etiā omni veneratione digniſsimum fatemur, & ad
4 recordationem crucifixi noſtri veneramur. † Habetur enim in cruce quædam hominis ver bera patientis imago, per quam ſalutifera nobis Ieſu Chriſti renouatur paſsio: hāc comple ctere humiliter, venerare ſuppliciter, cum hoc ad memoriam tibi reducens.

Nec Deus eſt, nec homo præſens, quā cerno, figura:
Sed Deus eſt, & homo, quem ſignat ſacra figura.
Verus homo, uerusq; Deus, tamen unus uterq;
Probra crucis patitur, mortem ſubit, & ſepelitur.
Et uiuit, crucis hæc per ſigna, triumphat ab hoſte.
Id notum nobis crucis huius litera reddit.
Scilicet ipſius nota ſunt crux, & crucifixus.
Hæc & ego uenero, & Chriſtum ſemper adoro.

Hæc ille. AVTHOR. Videant modò Witleuiſtæ,

Digitized by Google

uiſtæ, quàm longè abſint ipſi à fidelibus, qui ab crucis reuerẽtia tam procul ſunt, quàm propè fuit Auguſtinus. Audiant dicentem, quòd crucis Chriſti imaginem, quã crucem fideles cognominant, nos omni veneratione fatemur eſſe digniſsimam. Iubet infirmantem hanc cõplecti humiliter, & venerari ſimpliciter. Nõ dixit Chriſtum, vel crucem primam in hac, vel coram hac cruce, quæ eſt prioris imago, vt quidam fidem ſophiſticanti: ſed hanc ipſam complectere humiliter, venerare ſuppliciter, quia per hanc ſalutifera nobis Chriſti paſsio renouatur. Sed ne ſi venereris tãquàm ſit Chriſtus, verearis exceſſum, ad memoriam tibi reduces, quòd Nec Deus eſt, nec homo præſens, quam cerno, figura. Sed Deus eſt, & homo, quem ſignat ſacra figura. Et concludit, quòd Chriſti crucis nota ſunt crux, & crucifix⁹, Hæc & ego veneror, & Chriſtum ſemper adoro. Non ergo ſemper ſolũ Ieſum, ſed in Ieſu Chriſto hæc
5 eius ſigna. Quæ † vtiq; vitia nobis tollunt, cũ reducuntur ad animum, & dæmones abigunt. Velut mora. 54. in perfecto ſup Mat. CHRYSO. Salutis enim, quæ pro nobis eſt, & libertatis cõmunis, & mãſuetudinis dominatoris noſtri hoc eſt noſtrũ ſignũ. Quãdo ergo cruce ſignaris, excogita omnẽ conditionẽ, vel cauſam crucis, & extingue irã, & omnes reliquas paſſiones. Sequitur. Sciatis autẽ omnino q̃ ſunt, q̃ libertatẽ tribuũt. Ideoq; Paul⁹ ad hoc inducẽs nos, ad libertatẽ dico decentẽ, nos ita induxit, crucis & ſanguinis dominatoris rememorans. Pretio enim, ait, empti eſtis, ne fiatis ſerui hominũ. Excogita enim, ait, pretiũ pro te pẽſum, & nullius hominũ eris ſeruus. Pretiũ crucẽ dicẽs. Sequitur. Et ſi ita informaueris eã viſui, nullus prope te ſtare poterit immũdorũ dæmonum, videns enſem, in quo plagam accepit. Si enim nos loca videntes, quibus includuntur cõdẽnati, horreſcim⁹, excogita qd patietur diabolus arma vidẽs, p̃ quæ omnẽ virtutẽ eius ſoluit Chriſtus, & caput draconis abſcidit. Hæc ille. AVTHOR. Quid moraris Witcleuiſta ſignũ illud adorare, qui emptus es, quod adhuc cogitatũ in mẽte peccata reſoluit, ita vt dæmões credãt, & contremiſcãt? Nõ ad crucẽ Chriſti tantũ, ſed iã ad eius ſignũ lapideũ, vel ẽneũ, imò vel in cogitatione, vel in voce bona fide formatum. Sic enim dixit Chryſoſtomus: Si ita informaueris eã viſui, nullus prope te reſtat dæmonũ. Cõſonat autẽ ei libro quæſtionũ veteris ac noui teſtamenti ca. 114. AVGV. Quia enim tẽpus nõ eſt faciẽdarũ virtutũ: in initio enim fieri oportuit, vt ſemẽ fidei per eas incremẽtũ faceret: tamẽ etiã modò dæmonia, nominata cruce Chriſti, terrẽtur, & dij Paganorũ formidine & metu nominatæ crucis Chriſti reſponſa dare nõ poſſunt. Itaq; niſi ſentirẽt dæmonia, vel dij Paganorũ ſacramẽtũ eſſe crucẽ Chriſti, nõ terrerentur. Hi enim omnes, qui ex parte diaboli ſunt, conſenſerũt in mortẽ Chriſti: vnde cũcta dęmonia, ſiue dij gentiũ, nominata Chriſti cruce, terrore cõcutiuntur. Hæc ille. AVTHOR. Qualiter ergo ſuperat dæmones ſuperbia Lollardina, qui Deũ timẽtes, adeò ſigna crucis ei⁹ formidãt in aëre, ipſi nec Deũ timẽt, nec ſigna reuerẽtur in ære, vel alia conſtãte materia. Qualiter eorũ princeps Iulianus hoſtis crucis acerrim⁹ experimẽto didiciſſe refertur. De quo li. 6. hiſtorię tripertitę ca. 1. CASSIO. Cœpit Iulianus imperialia ſceptra deſiderare, quã ob rẽ diſcurrens vniuerſam Hellada, vates quærebat reſpõſa reddẽtes: conſulẽs, ſi ad ſummũ imperiũ peruenire. Inuenitq; virũ, q̃ ei deſiderata ſe dicere fateretur. Is enim perducẽs ad quẽdam idolorũ locũ, & intromittẽs in adytũ, ſeductores dæmones aduocauit: quibus ſolenniter ap
6 parentibus, terrore cõpellitur Iulianus † in frõte ſua crucis formare ſignaculum. Tũc dæmones trophæi dominici figurã reſpiciẽtes, & ſuę recordati deuictionis, repente diſparuerunt. Quod agnoſcens Magus, cœpit culpare Iulianũ. At ille & terrorẽ ſignauit, & crucis ſe dixit obſtupuiſſe virtutẽ, eo q̃ vidẽtes hoc ſignũ dæmones, euanuerũt. Porrò Mag⁹, Nõ hoc ſuſpiceris, inqt, ô bone vir, q̃ timuerũt, ſicut ais, ſed abominati potiùs hoc ſignũ, abſceſſerũt. Et ita capiens miſerum, odio repleuit Chriſtiani ſignaculi Iulianum. Hæc ille. AVTHOR. Timeo ſatis, quòd hæc ditio magica à principe Iuliano in eius aſſeclas Witcleuiſtas eruperit, & fecerit item eis exoſum crucis ſignaculum: quod ſicut dæmones, cùm viderint, abominati ſint: ſeu, quod verius eſt, victi recedant. Honorem autem ſanctæ crucis quanto honore te ſtatur eorũ veſania, qua feruntur, quãdo vidẽt corã Chriſti clero crucis prẽire vexillũ, aut cũ in ſublime erigitur in eccleſiis, vel corã principibus, vel, vt moris eſt, in coronis regũ Anglię florẽt, aut cũ corã primatibus cruces in publico portantur argenteæ: tũc rixantur, tũc ridẽt, habentes in memoria, qđ docuit eos Witcleff libro ſuo de papa ca. 12. Patet, inquiẽs, q̃ eccleſia humanis traditionibus inſolubiliter catenatur. Et infrà. Signa autẽ, vt cruces, baculũ, & ſimilia, q̃ Cæſar inſtituit, vt patet. 96. diſtinctione. Cõſtãtinus. nõ vocamus priuiligia, ſed potiùs deliramẽta: &, vt Chryſoſtomus loquitur ſuper epiſtolã ad Timot. rationabiliter deridẽda. Si enim videres ſenem ornamentis puerilibus

Iulianus crucẽ ſe munit.

bus indutum,non gratia ludendi, ſed maniacè neceſſaria tegmini ſui corporis reputantem, nonne deridendo diceres huiuſmodi inſanire? Multò magis presbyter,vel prælatus, qui præpõderat ſigna muta, &putrida ante virtutes ſignatas, eſt vt maniacus deridendus: & per tutorem tanquam decrepitus inſaniens regulandus.Hæc ille. AVTHOR. Ecce cruces, & baculi muta ſigna,& putrida coram prælatis. Miſeri quoque eius diſcipuli, qui illi credunt, & libros legere negligunt,niſi putant ſuos: cũ hæc audiunt,quòd cruces prælatorum damnaret Chryſoſtomus tanquam res ludicras puerorum:& quòd Conſtantinus eas ferri coram prælatis in illo decreti loco conſtituit: ſibi placent,magiſtroque applaudũt. Sed in vtroque capitur opinione fallax author. Quantum ad Chryſoſtomum ipſe vir iuſtus erat, nec quod ipſe fecit,cõtempſit in æqualibus. Libro enim tripertitæ hiſtoriæ cap. 10.ſcribit de eo Caſsiodorus,Studium Ioannis nimis vtile, cum turba,periculiſque finitum eſt.Sequitur. Fecerat enim eccleſia cruces argenteas,quæ cum argẽteis cereis portabantur, expenſas ad hæc Eudoxia Auguſta præbente: tunc Ariani zelo tracti,vſque ad neces inſurgunt.Hæc ille.AVTHOR. Ecce Chryſoſtomus portari fecit cruces argenteas ſimul & argenteos cereos, quorum gloriam ficut nec hactenus Witcleuiſtæ, ſic nec tunc ferre poterant Ariani.Conſtantinus item non coram prælatis (quantum legi) ſed coram ſeipſo in lauacro ſuo crucem ferri conſtituit,prout vetus pater Euſebius libro.9. eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcribit.EVSEBIVS. Et
7 enim† cùm religioſsimus imperator Conſtan
Crux Conſtãtino uiſa tinus conſtantis moderatiſsimi & egregij prin cipis filius aduerſus Maxentium vrbis Romæ tyrannum bellum pararet,atq; exercitum duceret.Erat enim tum Chriſtianæ legis fautor, veriq; Dei venerator:nondum tamen,vt eſt ſolenne noſtris initiari,ſignum dominicæ paſsionis acceperat. Cùm ergo anxius,& multa ſecũ de imminentis belli neceſsitate peruoluens iter ageret,atque ad cęlum ſuperiùs oculos eleuaret,& inde ſibi diuinũ precaretur auxilium, vidit per ſoporem ad orientis partem in cælũ ſignum crucis igneo fulgore rutilare.Cùmque tanto viſu fuiſſet exterritus,ac nouo perturbaretur aſpectu:aſtare ſibi vidit angelos, dicẽtes: Conſtantine,In hoc ſigno vinces. Tunc verò lætus redditus, & de victoria iam ſecurus, ſignum crucis,quod in cælo viderat,in ſua fronte deſignat.Sequitur.Et in ſignum,quod in cælo ſibi fuerat demõſtratũ,militaria vexilla trãſformauit,ac Labarũ, quod dicũt,in ſpecie crucis dominicæ exaptat,& ita armis, vexilliſq; religiõis inſtructus,aduerſus impiorum arma proficiſcitur:ſed in dextera ſua ſignum nihilo minus crucis ex auro fabrefactũ habuiſſe perhibetur.Hæc ille. AVTHOR. Accipe hic, q̃ ſignum crucis dominicę Conſtantinus coram ſe portari fecit, & militaribus vexillis impreſſit:non autem ipſe prælatis, aut eccleſiaſticis officiis deſtinauit: ſed quòd in eccleſiis leuantur cruces,aut in vexillis,vel pallis cruces pict̃e ferantur,vel argenteæ, domini ipſius eſt inſtinctus, iuxta vocem Eſaiæ. Ecce leuo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignũ meum.Sequitur.Vultu in terram demiſſo adorabunt te,& puluerem pedum tuorum lingẽt. Et ſcies quia ego dominus.Eſa.49. Quid aliud eſt tam ſignum Chriſti, quàm eſt crux eius? Vnde ſuper Ioannem Homil.36.AVGVST. Ipſam crucem ſuam ſignum habiturus erat: ipſam crucem de diabolo ſuperato tanquam trophæum in frontibus fidelium poſiturus,vt diceret Apoſtolus. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: p̃ quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Hæc ille. AVTHOR. Ipſa ergo crux ſignum Chriſti eſt,ſiue in ſe,ſiue in ſignis ſuis. Sicut cũ ſignatur in frontibus fidelium: de qua dixit apoſtolus. Mihi abſit gloriari,niſi in cruce domini &c. Audeo dicere, vbicunque apoſtolus eam inuenit,ſiue in frontibus hominum, ſiue domorum,crux gloria eius fuit. Hæc crux ergo ſignum erat,quod ſecundùm Eſaiam dominus exaltauit ad populos,Chriſto ad Nicodemum dicẽte.Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto:ita exaltari oportet filium hominis. Quæ eſt item manus eius,quam dixit ſe leuare ad gentes.In cõmentario Eſaiæ ſuper idem verbum HIERONYMVS.Iſta manus ad gentes leuata eſt,de qua idem propheta loquitur.Erit radix Ieſſe, q̃ exurget, vt princeps ſit gentium,in ipſo gentes ſperabunt.Nec ſolã manum ſuam leuabit ad gentes,ſed & ſignum ſuũ exaltabit ad populos. Hãc manum,hoc ſignũ,an dubiũ,quin vexillũ crucis, vt impleretur illud quod ſcriptum eſt : laude eius plena eſt terra. Hæc ille. AVTHOR. Non ſolùm ergo crucem Chriſtum dominus leuat adorandum in populis,ſed & crucem Chriſti ſignum eius.Ideo vtrunque dixit propheta, ſeorſum leuat ad gentes manum,id eſt, Chriſtum de radice Ieſſe,& ad populos exaltat ſignum. An dubium,inquit Hieronymus,quin vexillũ crucis.Aliud ergo magnum dixit vexillum,vt impleatur quod dictum eſt, laude eius plena eſt terra: & vterq; domino deferendus eſt honor

ecclę

ecclesiæ, volente illo, qui sic leuat manum, & exaltat signum. Vnde sequitur. Vultu in terrā demisso adorabūt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Psal. hoc ipsum iubente. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. psal. 98. vbi in maiori breuiario HIERONYMVS. Multæ opiniones de scabello sunt, sed hoc propriè corpus dixit dominicum, in quo maiestas diuinitatis tanquàm super scabellum stetit. Quòd autem adorari debeat eo ascendēte, docuerunt apostoli, cùm adorantes regressi sunt in Hierusalem. Ad crucem dominicam, & ad animam sanctam hæc referenda sunt. Hæc ille. AVTHOR. Ergo leuetur manus Christi, signū crucis Christi. Anima item Christi in populis. Adorare omnia hæc iubet Psal. Adorate scabellum pedum eius, inquiens, quoniam sanctum est. Scabellum, est corpus Christi, in quo diuina maiestas stetit. Scabellum, est anima, scabellum, est crux dominica, ait Hieronymus. Quòd adorari debet hoc trinum scabellum, apostoli docuerunt, cùm adorantes regressi sunt in Hierusalem. Sic item, vt suprà dictum est, ait Ambrosius de fide Gratiani. Iā
8 † ergo authoritatem habent ecclesiæ, & authoritatem item apostolorum, & authoritatem tā torum patrum vnde leuēt signum crucis Christi in populis, in ecclesiasticis processionibus, & conuentibus, & progressibus prælatorū. In vexillis, ac diadematibus orthodoxorum regum, scilicet vt adoretur vultu demisso scabellum pedum. Et puluerem pedum suorum lingent, inquit, & scies quia ego dominus. Vnde hoc? quia sciēt omnes, q̄ in aspectu leuatæ crucis in populis, lumen vultus dominici signatū est super nos. In quem versum psal. CASSIO. In crucis enim impressione lumen est vultus Dei: quia semper in eis noscitur radiare, qui se aliqua non eligunt prauitate polluere, sicut dicit Apostolus, Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Quid enim efficit ista crux, in alio loco apostolus pulchra breuitate complexus est, dicens. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est, iis autem, qui salui fiunt, virtus Dei est. Quapropter voces sacrilegas respuamus. Magna & competentia dona sunt domini contra principem tenebrarum lumen nobis adesse dominicū. Hæc ille. AVTHOR. Cōtra principem tenebrarum dixit tam in se, quàm in membris eius hæreticis: quibus horror est lumē vultus sanctæ crucis, quemadmodum lux solis vespertilionibus. Ideò apostolus ait, Quæ societas luci ad tenebras?

De peregrinando ad imagines.

Titu. XXI.

¶ Quòd bene adeunt fideles imagines, & loca sancta quædā præ aliis, propter maiorem Dei virtutē in eis, vel gratiam potiorem.

CAP. CLXI.

SVMMA.

1 *Christiani quomodo non postulant aliquid ab imaginibus, sed à Christo & sanctis apud imagines.*
2 *Deus quomodo in una ecclesia, aut cruce, uel imagine manifestat uirtutem suam, quam non facit in alia.*
3 *Miracula naturalia recensentur.*
4 *Imaginis æreæ miraculum.*
5 *Picturis sanctis, aut reliquiis quòd communicet Deus uirtutem, non autem numen. Et quid sit Numen.*
6 *Effigies quomodo adoranda.*

DOst hæc reprehendunt Witcleuistæ fideles, q̄ ob virtutis gratiam colunt cruces, vel imagines, putantes vni cruci Christi, aut imagini plus inesse virtutis, quàm alteri. Imputant nempe eis idololatrarum cultū quia credant simulacris suis quasi quoddam numen inesse. Vnde quidam dictus Ricardus With respondendo pro se in libello oblato iudici ad defensionem huius, protulit illud Sapientiæ. 13. Imago enim est, & opus illi est adiutorium: & de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cū illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum: & in adiutorium inutilē inuocat, & pro itinere petit ab eo, q̄ ambulare nō potest. Et de acq̄rēdo, & de operādo, & de omniū rerū euentu petit ab eo, q̄ in omnib⁹ est inutilis. Hæc ille. AVT. Falsō applicāt cultū fideliū ad cultum idololatrarū, qui ipsa idola inuocabāt vt deos, virtutem habētes beneficium salutis donare, vel vitæ: itineris bonam spem, euentum prosperi operis, & similia, quæ iam

sapiens

1 ſapiens recitauit. Chriſtiani † enim non hæc
ab imaginibus poſtulant, ſed à Chriſto, & ſan-
ctis apud imagines. Niſi autem Chriſtus apud
vnam crucem, vel imaginem, ſiue item eccle-
ſiam, aut altare plus operaretur virtutis, quàm
vbique locorum, quare diceret ad Moyſen,
duos quoque cherubim aureos, & productiles
facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus
ſit oraculi in latere vno, & alter in altero: vtrũ-
que latus propitiatorij tegant, & expandentes
alas, & operientes oraculum. Reſpiciantque ſe
mutuò verſis vultibus in propitiatoriũ, quo o-
perienda eſt arca: in qua pones teſtimonium,
quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad
te ſup propitiatorio ſcilicet, ac de medio duo-
rũ cherubim, qui erũt ſuper arcã teſtimonij, cũ
cta, quæ mandabo per te filiis Iſraël. Exod. 25.
Iam dicant Witcleuiſtę, qualiter imagines iſtę
mortuæ dicantur ſe reſpicere mutuò verſis vul
tibus ad propitiatorium. Dicant de illis, quòd
de noſtris imaginibus dicere ſolent, quòd ſeſe
reſpicere non iam poſſunt, quia oculos habẽt
& non videbunt: alas ſuas expandere nequeũt
quia volare vel mouere ſe non poſſunt: dicant
que qualiter ad illam arcam mortuam, & pro-
pitiatorium mortuum accederent Moyſes, &
Aaron, & cæteri ſacerdotes ad dominum con
ſulendum pluſquàm ad alia ligna templi, vel
loca mundi: qualiterq; limitaret illic Deus vir
tutem ſuam, vt inde præciperet, & loqueretur
ad eos: & ſi ita incarceraret virtutem ſuam, vt
ſolùm ſuper propitiatorio, ac de medio duorũ
Cherubim, qui erant ſuper arcam, cuncta mã-
daret per eos filiis Iſraël. Et quomõ benedixit
dominus Obededom, & omnia eius propter
arcam Dei. Vnde diceret Dauid. Ibo, & redu-
cam arcam cum benedictione in domum meã
2. Regum. 6. Quæ virtus illa, & vbi benedictio
quieuit in arca: qualiter nõ erit in cruce domi-
nica? Replicent quæ iam contra cruces, & ima
gines prædixerunt, quòd Moyſes, & ſacerdo-
tes non erubeſcunt loqui cum cherubim, pro
ductili propitiatorio, vel arca, quæ ſine anima
eſt. Imago enim eſt, & opus eſt illi adiutorium
pro ſanitate, deprecetur vt infirmum pro vita
mortuum, & petit pro itinere ab eo, qui ambu
lare non poteſt. Quòd ſi nõ arcam dicant eos
togaſſe cherub, vel propitiatorium, ſed ibi do-
minum inuocabant, rectè & hoc item poſſunt
ſentire de nobis, quando ad crucem oramus
Chriſtum, vel ſanctos ad imagines: ſed quæ vir
tus erat in cherubim illis productilibus, aut in
arca, vt ipſi ibi reſponſa domini potiùs caper-
rent, quàm vbique locorum, vel vbi domino
placuit limitatè virtutem exhibere reſponſi,
quòd non ſic alibi. Reuera victi ſunt, & fateri
cogentur, quòd Deus † item in vna eccleſia, 2
aut cruce, vel imagine manifeſtat virtutem ſuã
quam non facit in alia: ſicut in piſcinam poſt
motionem aquæ deſcendit angelus curare pri
mum languidum: nõ ſic autem in mari æneo,
aut in natatorio Siloë, cuius aquę cum ſilẽtio.
Adhuc dicent Witcleuiſtæ, quomodo Deus
præ aliis locis virtutem ſuam limitauit ad tem
plum: ita vt illuc gentes accederent orãdi gra-
tia, ſicut Eunuchus ille Candacis de partibus
Æthiopiæ. Act. 8. Et alij multi. Actu. 1. De qui
bus ſcripſit in expoſitione epiſtolæ ad Hebræ
os Homil. 17. HIERON. Neque enim alibi
tale erat conſtructum templum: non opulen-
tiæ gratia, non alia quacunque re. Deus enim
id imperauerat, & iuſſerat cum honeſtamento
vult fieri, quia & illi corporalibus magis attra-
hebantur, & adducebantur: lateres quippe ha
bebat aureos in parietibus vnicuique volenti.
Licet in. 2. lib. regnorum in Ezechiele hoc co-
gnoſcere, & quanta auri talenta expenſa ſunt
in illo templo. Secundum vero ædificium cla-
rius factum eſt, & in pulchritudine, & in aliis
omnibus, & non ex hoc ſolùm erat venerabi-
le: ſed etiam quòd vnum erat. Omnibus quip-
pe à finibus illuc veniebãt, ſiue ex Babylonia,
ſiue ab Æthiopia: & hoc manifeſtans Lucas in
actibus apoſtolorum dicebat. Erãt illic habitã
tes Parthi, Medi, & Elamitæ, qui habitant Me-
ſopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pon-
tum, Aſiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & par
tes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenem. Omnes er-
go vndique illuc cõueniebant, & multum no
men erat illius templi. Hæc ille. AVTHOR.
Ad venerationem templi reducit Chryſoſto-
mus pretium ædificij, & poſtea confluentiam
plebis ad illic orãdum Deum ex qualibet par-
te mundi: qualiter hoc per te, niſi crederẽt nu-
men ineſſe tẽplo vt credunt idololatræ? Quod
ſi fore nõ poſſint, cùm tanta cura tunc fuit eis
in lege de idololatria vitanda, neceſſe habebũt
dicere dominum virtutem magnam conceſſiſ
ſe tanto loco ad reuerentiam Dei, vniuſcuiuſ-
que virtutis diffuſio erat confuſio idolorum.
Hoc & ipſe Paganorum dux Heliodorus te-
ſtabatur dicens ad regem: ſi quẽm habes ho-
ſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, &
flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit, eo
quod in loco Dei ſit quædam virtus. nam &
ipſe, qui habet in cælis habitationem, viſitator
eſt, & adiutor loci illius, & venientes ad male-
faciendum pereutit, ac perdit. 2. Machabęorũ.
3. Hæc verbera, & flagella vtinam ſemel expe-
rimento noſtri ſentirent hæretici, donec the-
ſauros

ſauros eccleſiæ deſinant velle diripere. Nouerint aliquando verum dixiſſe ducem hunc, q in loco eccleſię Chriſti ſit quędam Dei virtus: in vna eccleſia maior, quàm in qualibet, & ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator eſt, & adiutor talis eccleſiæ: & venientes illuc peregrè ad orandum, & colendum Deum, maiori gratia conſolantur, & malefactores in locum acriori vltione percellit. Probat rem iſtam, quòd idem dominus volentes in cõtemptum fidei Chriſtianæ idem templum reparaſſe, Iudæos percuſsit, qui Heliodorum quia voluit tunc ſpoliaſſe & contaminaſſe, culpabat. Ecce ſub Iuliano apoſtata ad odium fidei poteſtatem accêpere Iudæi: ſed quanta vi repulit opera ipſa Chriſtus & finaliter prohibebat ne facerent, teſtatur libr. 6. hiſtoriæ tripertitæ cap. 43. CASSIODORVS. Cumque gypſi & calcis multa modiorum millia congregaſſent, vis magna ventorum repente reſpirans, tempeſtates atque procellæ ſubitò factæ, quicquid congregatum fuerat. diſperſerũt. Ad hæc autem veſanientibus eis, & nequaquam diuina longanimitate correptis, maximus primò terræmotus factus eſt. Cùm verò neque hoc terrerentur iudicio, ignis ex fundamentis, quę ſuffodiebantur, egrediens, plurimos ſuffodientium concremauit, aliorum membra diſſoluit. Nocte quoque plurimis in vicina porticu dormientibus, cadens ſubitò cum tecto ipſa porticus, dormientes oppreſsit. Alia verò die in cælum ſignum ſplendens crucis ſalutaris apparuit: ſed etiam Iudęorum veſtes crucis ſignaculo ſunt impletę, non tamen ſplendentes, ſed nigro colore ſignatæ. Hæc itaque rebelles Iudæi conſiderantes, & diuina flagella contremiſcentes, ad propria ſunt reuerſi: cõfitẽtes eſſe Deũ, qui ab eorum progenitoribus ligno perhibebatur appenſus. Hæc ille. AVTHOR. Quanta virtus Dei locum iſtum conſeruauit, ne prophanum in eo ædificium ſtrueretur poſt crucis aduentum: quantaque virtus in crucis ſignaculo, quæ rebelles Iudæos ad agnitionem deitatis Chriſti cogere moliretur! Quare ergo non confitebimur virtutem Dei locis ineſſe ſtructuriſqus imaginibus, & picturis liberè collatam à Deo, ſicut virtutes multas, & mirandas naturaliter collatas herbis & gemmis negare
3 non poſſumus? Adamas † quanta virtute trahit ferrum: gagates fugat dæmonem, echeneis
ula *lia.* piſcis exiguus etiam furentibus in velo ventis nauem tenet immobilem. Quãta Dei virtus in rebus? Qua fide ergo non credemus ex dono Dei præcipuè aliquam virtutem ineſſe vni ſtructuræ, vel imagini, quæ non inſit cuilibet? Puſ animis forſan expediat referre, quæ de imagine ærea Saluatoris ſcribit libro. 7. eccleſiaſticæ hiſto. capitu. 15. EVSEBIVS. Mulierem, quam ſanguinis profluuio laborantem à ſaluatore curatam euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem ſcilicet Cæſareæ Philippi, conſtat fuiſſe: domuſque eius in ea etiam nunc oſtenditur. Proforibus verò domus ipſius baſis quodam in loco editiore collocata monſtratur: in qua mulieris ipſius velut genibus prouolutæ, palmaſque ſuppliciter tendentis ima-
4 go ære videtur expreſſa. Aſtat † verò alia ære nihilominus fuſa ſtatua habitu viri, ſtola comptè circundati, & dextram mulieri porrigẽtis: huius ad pedem ſtatuæ è baſi herba quædã noua ſpecie naſcitur; quæ cùm exorta fuerit, excreſcere vſque ad ſtolæ illius ærei indumenti fimbriam ſolet: quam cùm ſummo vertice creſcens herba contingerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoreſque acquirit: ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis, depellatur: nihil omnino gerens virium, ſi antequàm æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu formatam tradebant, quæ permanſit ad noſtra vſque tempora: ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Sed nihil mirũ ſi ij, qui ex gentibus credebant, pro beneficiis, quæ ex Saluatore fuerãt conſequuti, huiuſmodi velut munus videbantur offerre: cùm videamus etiam nunc & apoſtolorum Petri, & Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabuliſque depingi: ſed & antiquas à quibuſdã conſeruatas nos vidimus. Hæc ille. AVTHOR. Hoc in iſto paſſu reſpicio, quòd herba creſcens, ab imaginis æreæ fimbria virtutem ſanandi recipiebat. Ergo & illi imagini Deus virtutis ſuæ collationem immiſit. Coram oculis eſt res: fidem ergo quis negabit experto? Beatus Gregorius plane ſcribit ad Secundinum, quòd mittit illi imaginem binam, & crucem, vt ab ipſa à maligno ſit defenſus, in reſcripto ad eum capitu. 4. GREGO. Direximus, inquit, tibi tabulas duas, imaginem Saluatoris, ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beati Petri & Pauli Apoſtolorum per ſupradictũ filium noſtrum diaconum, & vnam crucem cum clauis pro benedictione, vt ab ipſa à maligno ſis defenſus, cuius ſancto ligno te eſſe munitum credis, vt ab eo te protegat, qui iuueniles affectiones tibi ſuggerit recordari. Hæc ille. AVTHOR. Non credit ſe peccare Gregorius, cùm dicat Secundinum ab hac cruce, vel imagine de maligno defenſum, aut ſi ipſe

Imagnis æreæ miraculum.

Digitized by Google

credat sancto ligno crucis esse munitum, aut quòd protegat eum à dæmone tentatore. Virtutem † hanc Deus his sanctis picturis, aut sanctis reliquiis certè communicat: nõ autem numen, quod potiùs diuinitatem ipsam secundùm naturam, aut eius maiestatem designat. Vnde libro, interpretationis triformis HIERONYMVS. Numen, maiestas, vel honor. AVTHOR. At hæc vna de causis est, quò id dolum nihil sit secundùm Apostolum 1. Corint. 8. vbi in expositione REMIGIVS. Quia quidam illorum habentes scientiam cuncta esse à Deo creata bona manducabant in tẽplis idolorum, & scandalizabant simpliciores fratres, qui dicebant: Nisi iste, qui maioris scientiæ est, quàm ego, sciret aliquid numinis, & deitatis esse in hoc idolo, & in carnibus ei consecratis, nequaquam in idolo. i. in templo idolis consecrato residens, carnes, alioscque cibos, & vinum idolis consecratum sumeret. Hæc ille. AVTHOR. Vbi numen, & diuinitatem simul accepit pro eodẽ, quod ideo detestatur fides catholica in omni imagine, vel sanctis reliquiis, & adorationem talibus competentem. Prout declarat fidem in primo libr. chronicorum capitul. 70. IVO CARNOTENSIS. Illud catholica fides non admittit, vt propter similitudinem amabilium vultuum quælibet adoretur effigies. Solum enim Deum adorare, & illi soli seruire præcipimur: ne si quid aliud adorauerimus, idololatræ potiùs, quàm Dei cultores inueniamur. Vnde cũ sanctis imaginibus ceruices inflectimus, aut dominicę passionis signa veneranda recolimus, aut pro assumpta pro nobis mortalitate ipsi Deo gratias exhibemus, nullam in ipsis imaginibus credentes esse diuinitatem: & quando sanctorum solẽnia celebramus, & eis sanctas dedicamus basilicas, hoc agimus, vt eorum mereamur imitatiõe proficere, & orationibus adiuuari. Et quãuis nobis eorum meritis multa beneficia conferuntur, eis tamen sacrificare, vel eos pro Deo colere, incongruum, indebitum, & illicitum esse profitemur. Hæc ille. AVTHOR. Iunge particulas, & prima declaratur in vltima: quòd scilicet non † sic adoretur effigies vt tanquàm sit Deus colatur, vel aliquã diuinitatẽ imaginibus ipsis inesse credatur, sed vt virtutem aliquam vel gratiam habeat ad effectum.

Numen.

5 6

(::)

De ecclesiarum dedicatione.

Titu. XXII.

¶ Quòd à primæuis fidei erant ecclesię dedicãdę, & ipsarum dedicationes obseruatione annua celebrandę.

CAP. CLXII.

SVMMA.

1 *Witcleff, qui penè simul sacra obruit uniuersa, & nihil uult in nomine domini benedictum, confutatur.*
2 *Dedicatio ædium sacrarum.*
3 *Encænia quid sit, & unde dicatur.*
4 *Iudæi perfidi, & hæretici, quòd non iocundentur in festis ecclesiæ, sed potiùs confundantur.*
5 *Dedicationum ecclesiarum solennitates, quòd per singulos annos sint solenniter celebrandæ ex Felicis Papæ decreto.*

HIS ergo peractis, quæ ad ædificia ecclesiarũ, & cõgrua eis ornamenta concurrunt, pro earum consecratione, vel dedicatiõe solenni sacramentales ritus, & preces prouidit paterna traditio. Contra quarum consecrationẽ, vel benedictionem fidelem, more Pagani contra omnem fidẽ Witcleff insurgit, tractatu de quatuor sectis. capi. 6. Videtur, inquiens, quòd omnes tales consecrationes, & benedictiones cerei, panis, & aquæ, palmarum, luminis, salis, peræ, baculi, armorum, cum eis similibus, non sunt de substantia fidei Christianæ: ideo laudabilius foret multis rectoribus, quòd episcopus eorum prædicaret, & doceret fidem catholicã, quàm ministraret hæc sacramenta, vel consecraret suas ecclesias. Hæc Witcleff. AVTH.

1 Ecce † penè simul sacra obruit vniuersa: nihil vult esse in nomine dñi benedictũ, quia nõ est de substãtia fidei Christianæ, inquit, q talia sint benedictionibus cõsecrata. Hoc petimus, instamus vt ꝓbet. Nã à principio scripturæ vsq; in finẽ fuit semp morale principiũ, & res, & homines in noïe dñi benedici. Cur alioquin patriarchę oẽs filios suos cœperunt benedicere? Cur itẽ Deus benedictionẽ immisit suis cultoribus

in

Digitized by Google

in ciuitate, in agro, ſuper fructu ventris & terræ eorum, iumentorum, armentorum, & caularum ouium: ſuper horreis, & reliquiis, & ſuper omnia opera manuum ſuarū? Deutero. 28. Poſt hæc ritu ſolenni Aaron, & filij eius non miniſtrant coram domino, quouſq; induātur, & oleo conſecrentur, pectuſculum, & armus conſecrantur arietis, vt cædāt in partem eorū: Altare cum velis peruncta vnguento pretioſo ſanctificari mandantur, vt pecudum ſanguine balneentur. Et in eccleſia Chriſti quantum eſt de ſubſtantia fidei nihil benedictione Chriſti mundabitur? Apoſtolus verò non permitteret corporeum cibum niſi benedictū ſub gratiarum actione conſumi, & in diuinum vſum nihil benedici merebitur: dicente nihilominus Sapiente, Collaudate canticum, & benedicite dominum in operibus ſuis. Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum. In canticis labiorum, & citharis, & ſic dicetis in cōfeſsione: Opera domini vniuerſa bona valde. Eccleſiaſtici. 39. Nec plenè deliberauit iſte quid diceret, cùm de ſubſtantia fidei has benedictiones amouit. Nam traditiones plures reliquerūt Apoſtoli, quę & ſi non omnes ſint de ſubſtātia fidei, non temerè tamen ſunt omittendæ. Et tales non omnes ſcriptæ ſunt, ſed quædam non ſcriptæ, & per vniuerſam eccleſiā cuſtoditæ, ad quas æquè ligamur, acſi eſſent ſcriptæ codicibus: dicēte Apoſtolo. Itaq; fratres mei ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. 2. Theſſ. 2. vbi in li. annotationum HIERO. Quando ſuas vult tenere, nō vult extraneas ſuperaddi. Apoſtolica autē traditio eſt, quæ in toto mundo celebratur: vt baptiſmi ſacramēta. Hæc ille. AVT. Ad hoc dicant omnes Witcleuiſtæ, qui vocant pōdus, & pōdus: quædam vt fidem ſeruant, quędā tollunt ad libitum: ſine exceptione iubet Apoſtolus traditiones ſuas teneri, quas ipſi didicerūt. Hieronymus dixit eas eſſe, quæ in vniuerſo fidei orbe ſeruantur. In omni mundo Chriſti cōſtruuntur eccleſiæ: per omnē mundū dedicantur eccleſiæ: ſacramēta celebrātur: panis benedicitur: cerei cōſecrantur: ſanctius & celebrius eſſe putatur, quod in eccleſia cōſecratur: Quis ergo temerè iſta deſerit, & Apoſtolū nō contēnit? Oſtēde priùs benedictiones iſtas ab Apoſtolis non traditas vel per epiſtolā, vel per ſermonē. Nos autē ab eis traditas per eccleſiam
2 vniuerſalem eas probamus. Ac primò † de eccleſiarū dedicationibus: poſtquā ſcilicet conſtruātur labore ab antiquis tēporū ſpatiis: dedicabātur cū iocunditate. 3. parte ſermonum.

155. AVGVSTI. Celebritas huius aggregationis, dedicatio eſt domus orationis. Domus ergo noſtrarum orationum, eſt iſta: domus autem Dei, noſipſi. Si domus Dei noſipſi, nos in hoc ſeculo ædificamur, vt in fine ſeculi dedicemur. Ædificium, imò ædificatio habet laborē, dedicatio exultationem. Quod hīc fiebat, quādo iſta ſurgebant, hoc fit modò, cùm congregantur in Chriſtum credentes. Credēdo enim quaſi de ſyluis, & mōtibus ligna, & lapides præſcinduntur. Cum verò catechizantur, baptizātur, informātur, tanquā inter manus fabrorū, & opificum dolantur, collineantur, complanātur. Verūtamen domus Dei nō fiunt, niſi quādo charitate compaginantur ligna iſta, & lapides, ſi non ſibi certo ordine cohærerent, ſi non ſe pacificè connecterent, ſi non ſe inuicem cohærendo ſibi quodammodo amarent, nemo huc intraret. Hæc ille. AVTHOR. Celebritatē cōgregationis dixit eſſe dedicationem domus orationis. Non pro domo ipſa foris viſibili, ſed pro nobis ædificādis inuiſibiliter cū labore, & dedicandis cum iocunditate. Totum quod agitur exterius, imago eſt operis, quod fiamus interius. Vnde non eſt omittēda vel fabrica corporalis, vel dedicatio eius ſenſibilis: quia ſpiritualis illa eſt melior: ſicut non eſt omittēda auditio verbi diuini per aurem corporis, quia auditio cordis eſt melior: nec prędicatio verbi diuini lingua corporis, quia lingua cordis eſt melior: aut ambulatio ad opus pietatis pedibus corporis, quia ambulatio ſpiritualis eſt melior affectibus ſpiritus. Sunt hæc ſophiſmata Witcleff riſu digna, ſed ipſe verbere corrigendus. Sic enim nunquā eſſet edenda eſca corporea, quia ſpiritualis eſca melior eſt. Debuit ergo ſcire, quòd per res infimas dum eſt in hac carne ad nos ſuperiores aſcēſus per ſenſus corporeos inſtruitur intellectus. Quia inuiſibilia Dei per noſtra facta conſpiciuntur ſecūdùm Apoſtolum. Fide melior eſt viſio: & ſpe retentio ſummi boni: & melior his duobus eſt charitas, nec tamen deſerēda eſt fides Chriſti, aut ſpes, quia charitas antecedit vtranque: ſed firmiter tenenda eſt fides, vt viſio ſubſequatur. Sic in antiqua fide eccleſiæ dixit Dionyſius. Sanctificatur eccleſia, vel altare viſibile, & vngitur vnguēto viſibili, vt oculis fidei conſpiciamus, qualiter in hoc facto Ieſus ſecundū hominem ſanctificat ſeipſum in nobis. capit. 4. eccleſiaſticæ Hierarchiæ DIONY. Si enim diuiniſsimum noſtrum altare Ieſus thearchica diuinorum intellectuum conſecratio: in quo ſecundùm eloquium conſecrati, & myſticè holocauſta effecti habemus adductionem, ſupermundanis o-

Dedicatio ædium ſanctarum.

culis inſpiciamus ipſum diuiniſsimum altare, in quo perfecta perficiuntur, & ſanctificantur ab ipſo diuiniſsimò vnguento, perfectum ſanctificat, etenim propter nos ſeipſum ſanctiſsimus Ieſus & omni nos ſanctificatione replet. Hæc ille. AVTHOR. Ecce ideo altare ſanctificatur, & diuiniſsimo vnguento perficitur, vt ſupermũdanis oculis inſpiciamus, qualiter Ieſus in nobis ſeipſum ſanctificat. Sic tẽplum itẽ eadem pietate dedicatur, nec iam primò, ſed à tempore cõgregationis populi Dei. Primò tẽplum, & tabernaculũ conſecrari cœperunt, & ſolẽniter dedicari, quod tẽplũ Salomonis probat palàm. Sed ibi Witcleff parat blaſphemiã dicẽs: Si epiſcopi à Salomone fundamentũ accipiãt conſecrandi eccleſias, ab ipſo item accipiant ſexaginta reginas, octoginta cõcubinas, & adoleſcentulas innumeras. Non hîc immoremur, vt reſpondeamus blaſphemo ſecundũ blaſphemiam ſuam: ſed hoc attẽdamus in eius dedicatione noſtrum exemplum, quod moraliter benefecit, & dominus poſtea confirmauit. Nã templo perfecto, & dedicato, ſubiecit ſcriptura regum. Cùm perfeciſſet Salomõ ædificiũ domus domini, apparuit ei dominus ſecũdò, ſicut apparuerat ei in Gabaon, dixitq; dominus ad eum. Exaudiui orationem tuã, & deprecationẽ tuã, quã deprecatus es corã me. Sãctificaui domũ hanc, quã ædificaſti, vt ponerẽ ibi nomẽ meũ in ſempiternũ, & oculi mei erũt ibi, & cor meũ cunctis diebus. Et infrà. Si autẽ auerſione auerſi fueritis. Sequitur. Tẽplum, qđ ſanctificaui nomini meo, proiiciã à conſpectu meo. 3. Reg. 9. Ergo ſanctificante Salomone tẽplum, ſanctificauit illud Deus, nec dubitauit illud Deum eſſe facturum, certũ reddẽte ipſum conſcientia pietatis. Cur non epiſcopi iã fideles idipſum facere conabũtur, confidẽtes in domino, qui cuncta benedixit à primis, nobis eſt paratior cũctis & bonis. Hoc exẽplo Neemias tẽplũ, quod refecerat, dedicauit. Nec eius exẽplo. 60. reginas accepit, quas nec dedicaſſe dominũ quiſquã legit ad literam. Hoc item exẽplo ſub Machabęis dedicatio purificationis tẽpli ſucceſsit, & iam facta diſperſiõe gentis perfidiæ per vniuerſum orbem, moralis obſeruantia dedicationis huius inter Chriſtianos tranſlata ſeruatur. Addita ratione facti, quia Chriſtus dominus hoc feſtũ ad noſtrum tranſtulit exemplum. Vnde libro primo de officiis cap. 35. ISIDO. Feſtiuitates annuas, dedicationes eccleſiarum, ex more veterum celebrari in euangelio legimus, vbi dicitur, facta ſunt Encænia Hieroſolymis. Encænia † quippe erat
3 Encænia. feſtum dedicationis templi. Græcè enim cæ-

non dicitur nouum: quando enim aliquod nouum fuerit dedicatum, vocantur Encænia: illum enim diem, quo templum dedicatum eſt Dei, ſolenniter celebrantes, & ipſe dies apud eos feſtus agebatur, qui licèt vſus ex illis exoleuit exhibita veneratione, quia caruerunt & cultu, & templo: Chriſtiani autem ſeruant morem illum patrum, in quos legis gloria translata videtur. Hæc ille. AVTHOR. Notandum igitur, quòd gẽti Iudaicæ per mũdum captiuæ aboleuit vſus dedicandi eccleſias, quem morẽ patrum Chriſtiani conſeruant, in quos legis gloria eſt translata. Vnde ſimul cum templo dedicationi eius, ne iocundentur, renuntiant. Cum his item captiui Witcleuiſtæ ne iocundentur in eccleſiæ feſtiuitate, Iudaicè conſtringuntur: de quibus quia hoſtes ſunt, ait in ſermone tertiæ partis. 155. AVGVSTINVS. Modò quando eccleſiæ ædificantur, dedicantur, implentur, quomodo nonnulli non tantũ non iocundantur, ſed etiam confunduntur, & impletur exultationis vox. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me, nec iocundaſti inimicos meos ſuper me. Non iocundaſti ſuper me, ſi tamen credant, iocundabis in me. AV-
4 THOR. Perfidi † ergo Iudæi, & hæretici, nũ quàm iocundantur in feſtis eccleſiæ, imò confunduntur. Fideles ſoli iocundi ſunt, quando ædificantur eccleſiæ, & ex eis à diebus antiquis, cùm dedicantur, implentur. Non eſt noua hæc feſtiuitas, quam tam famosè prædicat vetus pater Euſebius, docens qualiter poſt perſecutionem Maximini in Oriente cum cœperunt ædificari nouæ eccleſiæ, vel olim deſtructæ reparari, quanta iocunditate earum dedicatio regulariter agebatur. libr. 9. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. capi. vltimo. EVSEBIVS. Cùm nube deterſa lætus iam dies, & ſolito clarior illuxerat terris, atque eccleſiis Chriſti ſplendor ſui ſolis effulſerat. Sequitur. Ex quo aderat cũctis velut diuino munere infuſa lætitia, maximè videntibus ea loca, quæ paulò antè impiis tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora, & celſiora cõſurgere: templaque excelſa pro humilibus conuẽticulis eleuari. Iuuabat & Chriſtianorum principum fauor, & legislatione religioſa alacres noſtros animos eo ampliùs animabat Deum, vt ad perſonam epiſcoporum frequentiùs ſcriberent, & honorẽ ſacerdotibus cũ ſumma veneratione deferrẽt. Sed in impẽdiorũ ſumptus benigniùs largirentur. Interea feſtiuitates à noſtris frequentiſsimè gerebantur cũ lætitia, & exultatione, per vrbes, & loca ſingula eccleſiarum dedicatiõibus celebratis: cõgregabãtur in

vnum

Digitized by Google

vnũ sacerdotes,nec pigebat etiam longè posi-tos conuenire,quia nulli lõgum videbatur spa tiũ charitatis.Concurrebant etiã populi ad po pulos,vt infrà. Iam verò ingens in sacerdotiis, & ministeriis,atque in omnibus, quæ ad reli-gionis obseruantiam pertinẽt gratia refulge-bat.Astabant huic psallentiũ chori iuuenes,& virgines,seniores cum iunioribus laudabant nomẽ domini:hinc mystica mysteria ordina-tis,ac dispositis vicibus agebãtur.Hæc ille.AV TH.Ecce videant Witcleuistæ vota antiquo-rũ fideliũ,statim cũ à persecutione Maximini Oriẽtalis tyranni laxaretur libertas. Templa noua,& ecclesiarũ fabricas multò excellentio res,quàm erãt antiquæ,fecerũt exurgere,& ex celsa pro humilibus,& clariora pro vmbrosio ribus cõmutari,hoc pro Witcleff,qui piã fabri cã ꝓ celsitudine & fulgore ipse tenebrosus im pugnat. Christianorũ principũ fauor occurrit,festiuitates cũ omni exultatione geruntur per vrbes,& loca singula ecclesiarũ dedicatio-nibus celebratis.Conuenerũt ad hoc officium longè positi sacerdotes,chori psallebãt gratia põtificalis & sacerdotalis cantici eminùs præ-fulgebãt, cæteraq; mysteria ecclesiastici ritus, & officij suis vicibus agebantur.Et hæc omnia quanuis plùs mille annis iam lapsis, quo tem-pore Cõstãtinus magnus,& Licinius imperabant Romanis,hæc in Oriẽte fiebãt: ipsi tamẽ non iam primò,sed antiquorum temporũ reli quias obseruantes, qui persecutionem istam præcesserunt,vt planum sit hanc obseruantiã dedicationis vniuersæ ecclesiæ traditionẽ fuisse ab origine domini in consecratione pro Salomonis templo susceptam. Quam item lõgè ante hæc tempora ne prætermitteretur in an-no, prout à patrũ traditiõe cõcepit, Sextus an te Syluestrũ Felix instituit: ꝓut in decreto põ-tificum decreto Felicis papæ legitur. FELIX
5 PAPA.Solennitates † verò dedicationum ec-clesiarũ per singulos annos sunt solenniter ce lebrãdæ:ipso domino exemplũ dãte, qui ad fe stũ dedicatiõis tẽpli omnib⁹ id faciẽdi dãs for-mã,cũ reliquis populis eandẽ festiuitatẽ cele-braturus venit:sicut scriptũ est.Facta sunt En-cænia in Hierosolymis,& hyẽms erat, & am-bulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis. Quòd autẽ dierũ octo sunt Encænia celebrãda in libro Regũ peracta dedicatione tẽpli repe-rietis.Hæc ille. AVTHOR. In primis confir-mat,qđ suprà dixit Isidorus,solẽnitates.s. dedi cationũ ecclesiarũ singulis annis exẽplo & au thoritate Christi seruandas, & addit octauam huius officij:item authoritate scripturæ,quam Saluator noster dignatus est sequi.

¶ De ritibus dedicationis eccle-siæ,de crucis signaturis,& cereis, de ingressu,& prece,& alphabe-ti inscriptione pontificis,& can-tu cleri, & quid hæc designent.

CAP. CLXIII.

SVMMA.

1 *Dedicationis ecclesiæ celebritas unde sumat exordiũ.*
2 *Ecclesiæ in dedicatione quomodo fit multiplex crucis signatio.Et quare.*
3 *Crux quomodo nos muniat.*
4 *Cerei duodecim quomodo ponantur ante crucis signa in dedicatione ecclesiæ.Et ad quid.Et de circuitiõe pulsatione,percussione,& apertione ecclesiæ &c. Et quid hæc omnia denotent.*
5 *Oratio pontificis ad fores ecclesiæ dedicandæ.*
6 *Alphabeti Latini & Græci super pauimentum eccle-siæ dedicandæ descriptio.*

1 OMnis † huius dedicationis ce lebritas exordium sumit à cõ secratione pontificis,cum cœ tu cleri psallentis,& arcam le-gis Dei conantis inferre: sic enim inchoatur officium de-dicationis templi Salomonis. Venerunt cun-cti seniores Israël, & tulerunt sacerdotes taber naculum domini, & arcam fœderis, & omnia vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo do-mini,& ferebãt ea sacerdotes,& leuitæ.3.Reg. 8.Portabant ipsi arcam, nos crucem cum arca item vel capsula reliquiarum, sed Christi cru-ce reliquias singulas præeunte, quia gloriari nos oportet in cruce domini nostri Iesu Chri sti,in quo sunt omnes thesauri scientiæ, & sa-
2 pientiæ absconditi.Est † & basilica per pariе-tes,& columnas multiplici cruce signata,ad de signandum simplicibus, quòd omne officium huius materialis ecclesiæ passim demonstrat gesta Christi crucifixi prima,media,& vltima, ingredientis,conuersantis, & operantis in ec-clesia spirituali,scilicet sua plebe. Ob cuius me moriam domus ecclesiarum in primæua eccle sia fuerunt eius signo deuotius insignitæ,sicut inter cæteras domus Nymphæ, de qua Apo-stolus ait:Salutate eos,q̃ sunt Laodicię fratres, & Nymphã,& domesticam eius ecclesiam.Su per quẽ locum in expositione sua solẽni AM-BROSIVS.Quoniã simili modo & pro his,q̃

Digitized by Google

Laodiciæ ſunt, ſollicitus erat in eorũ epiſtola hos ſalutando, ammonet Nymphã chariorem exiſtimans, cuius & domũ ſalutat: tã enim deuota videtur fuiſſe, vt omnis dom⁹ eius ſigno ti tulata eſſet crucis. Hæc ille. AVT. Quis hæc au diẽs, dubitabit ab antiquis eccleſiæ veniſſe ſignaturam venerabilem ſanctæ crucis in domi bus deuotarũ eccleſiarũ: maximè cùm ſint cõſecrandæ de nouo in noua hoſpitia fideliũ ora torũ, quãdo fœmina diſcipula ſancti Pauli do mũ vnicam ſic ſignauit pro paucis nomine ec cleſiæ forſitan localis illic congregandis fideli bus? Eſt enim tutela generalis eccleſiæ: ideo in muris, & foribus, & domibus eccleſiæ poni cũ cãtu verſus huius pſalmiſtæ. Fac mecum ſignũ domine in bono, vt videant, qui oderũt me, & confundantur. Sub quo ſingulis diebus ſigna uit ſe venerãdæ ſemper & Chriſtianæ memo riæ Rex Angliæ Henricus. 5. antequã finita eſ ſet oblatio miſſæ, ſubintelligens illud, quod in expoſitiõe huius Pſal. 95. ait. HIERON. Mu 3 nior † crucis tuæ ſigno, quod vidẽtes poteſta- *Crux nos munit.* tes aduerſæ, & diſcedãt à me. Hic enim pro no ſtro populo propheta rogat, ſed & nos precamur domine, vt crucis tuæ ſigno tueri, atque eius præſidio cuſtodiri mereamur ab omnib⁹ inſidiis diaboli. Hæc ille. AVTHOR. Bona er go intitulatio ſanctæ crucis in frontibus Chri ſtianorum: bona & fœcunda in cuſtodiis, Fœ cundiſsima & tutela non dubium maxima in Chriſtianorum eccleſiis, quam ingredientes ſinguli dicant, Fac nobiſcum ſignum domine 4 in bono &c. Ponũturq́; † crucis ſigna, & ante ea lucernæ, aut cerei. 12. iuxta muros eccleſiç. Vnde lib. de inſtitutis clericorum ca. de Encæniis RABA. Ponuntur verò. 12. lucernæ intus iuxta parietes templi, quod exprimit duodenarium numerum apoſtolorum, & patriarcha rum. Hæc ille. AVTHOR. Et circuit ter ponti fex ipſam eccleſiã cantans pſalmũ, Domini eſt terra. & cũ accedit ad oſtium percutit illud vir ga, & ter hoc faciens, in poteſtate ingreditur. Ita Ieſus dominus circuiuit gentem Iſraël ad huc ſibi clauſam, ſed futurã eccleſiam, ſilenter orans, & cum parentibus cõuerſans ſubditus illis. Oſtium tãtùm pulſat in primordio, & petit ingreſſum, regem eccleſiæ ſe deſignans, quã do tres Magos vocat ab Oriente, quærentes, vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vnde & Herodes rex turbatus eſt, & omnis Hieroſoly ma cũ illo: & poſt hæc ſeceſsit ad tempus. Secũdò pulſauit oſtium illius eccleſiæ, quãdo cũ parẽtibus ductus ad templũ, vt om nia fierent ſecundũ legis conſuetudinẽ pro eo, & ipſe Si meon corã omnibus exclamauit e ũ: Lumẽ ad reuelationẽ gentium: & Anna prophetiſſa loquebatur de illo omnibus, qui expectabãt redemptionẽ Iſraël: ita vt audiret Herodes, & pa rauit inſidias. Et Chriſtus cum parẽtibus ſeceſ ſit in Ægyptũ ſecundũ ordinem Auguſtini li. 2. de concordia Euãgeliſtarum. Venit pulſans tertiò quando. 30. annorum factus, baptizatur à Ioãne. Et ipſe eũ agnum Dei appellat, & ſpiri tũ ſanctũ ſe ſuper eum vidiſſe, & eũ eſſe, qui vẽ turus erat, fortior eo: cuius nõ eſſet dignus cor rigiam calceamenti ſoluere, & ipſe tunc Chriſtus diſcipulos congregans, ingreditur docens in ſynagoga, & ſtupẽbat ſuper doctrina eius ſe cundùm Marcum, qui erat docẽs eos quaſi po teſtatem habens, & non ſicut ſcribæ. Marci. 1. Huius ergo imaginem gerit antiſtes circa materialem eccleſiam ingrediens illã cũ poteſtate Chriſti, cuius gerit vices: cui portæ inferi, & ob duratiſsimæ mentes non poſſunt reſiſtere. Vn de li. de officio dedicationis HVBERTVS. Cùm igitur pontifex virga ſua ſuperliminare futurç eccleſiæ ter percutit, oſtẽdit, q̃ ſibi cæli, & terræ, & inferi poteſtas cedit. Vnde & poſt percuſsionem oſtiũ aperitur, videlicet q̃a ipſi poteſtatẽ ſuã dignè cõſeruãti pars aduerſa reſi ſtere nõ poteſt. Nã ipſa domus antequã põtifex eã ingrediatur, populi ignorãtis, ac perfidi ac repagulis incluſi figurã tenet: ad quẽ domi nus venit, vt educeret vinctos de tenebris, cui pater dixerat: Ego ante te ibo, & glorioſos ter rę humiliabo, portas ęreas cõterã, & vectes fer reos confringã. Itaq; poſtea dicit ei pater, vt di ceret his, q̃ vincti ſunt, exite: & iis, qui in tenebris, releuamini. Quod p̃ ſeipſum dñs in carne veniẽs peregit, & vſq; in finẽ ſeculi p̃ vicarios ſuos agere nõ deſiſtit. vnde antiphona cãtatur à põtificè. Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ ęternales, & introibit rex glo 5 riæ. Hæc ille. AVTHOR. Demum † orat põ tifex ante fores eccleſiç, dicens, Domum hanc quæſumus domine clementer ingredere, & in tuorũ tibi cordibus fideliũ perpetuã conſtitue manſionẽ: vt cuius ædificatiõe ſubſiſtit, fiat ha bitatione præclara. Cuius itẽ precis recolit in exhortatione ad populum in ſermone dedica tionis eccleſiæ. 155. AVGVSTINVS. Itaq; ſicut hoc ædificiũ viſibile factũ eſt corporaliter cõgregandis: ita & illud, qđ nos ipſi ſumus, Deo ſpiritualiter habitaturo cõſtruitur. Tẽplũ enim hoc Dei eſt ſanctũ (inquit Apoſtolus) qđ eſtis vos. Si hoc nõ terrenis morib⁹ erigamus. Et infrà. Cũ autẽ perfecti ædificij dedicatio celebratur, gaudiũ, & ſecuritas laboribus curiſq; ſuccedũt: ſic & ſpiritualis ædificatio, cuius habitator eſt Deus, nõ ad tempus, ſed in æternũ

erit

Digitized by Google

erit. AVTHOR. Hoc erat, quod orabat Antiſtes: In tuorum tibi cordibus fidelium perpetuam conſtitue manſionem. AVGVSTIN. Dum ex infideli vita homines ſegregantur ad fidem: dumq; id, quod non bonum, atque peruerſum eſt, amputatur, & cæditur, dum fiunt aptæ, pacificæ, piæque iunctiuæ: quãdo tentationes timentur, quando tribulationes ſuſtinẽtur. Cùm verò aduenerit dies dedicatiõis æternæ, cùm dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite vobis regnum, quod paratum eſt vobis ab origine mundi: quæ illa exultatio, quæ ſecuritas erit? Cantabit claritas, nec compungetur infirmitas. Hæc ille. AVTHOR. Sic itẽ terminum poſuit preci ſuæ antiſtes, dum diceret: vt cuius ædificatione ſubſiſtit, fiat habitatione præclara. Tunc cantabit charitas domus Chriſti, quando vocẽ domini dedicatur, vt fiat eius habitatione præclara. Nec diu pòſt inci

Alphabeti ſcriptio.

pit Alphabetum latinè deſcribere ſuper pauimentũ à ſiniſtro angulo Oriẽtis vſque in dextrum Occidentis, & cùm orauerit, iterum Græcè à dextro Orientis vſque in Occidentis ſiniſtrum, quaſi in hoc figurans nouello populo ſe fidei tradere rudimenta. Sicut ad Romanos Apoſtolus. Cũ deberetis eſſe magiſtri, rurſum indigetis vt inſtruamini quæ ſint elementa ſermonum Dei. Elementa domini diuinæ legis, ſunt principia naturæ, in quibus ipſos Romanos primo & ſecundo capitulis deprehendit eſſe culpabiles. Quæ item Chriſtus Phariſæis inſinuat, quando pro adultera ſcripſit in terra digito: terra terram accuſat, & coram publico dixit: Qui ſine peccato eſt veſtrum primus, in eam lapidẽ mittat, quaſi diceret, igitur hoc fac alteri, quod tibi vis fieri. Sic põtifex pater plebis primo omnium in humili plebe erudit, vt ſeruare nouerit inſtituta naturæ. Vnde in lib. de ſacramentis dedicationis IVO CARNOTENSIS. Scribit pontifex quaſi alphabeti ordinem, cùm docet fidei ſimplicitatem. Nam ſicut paruulorum eruditioni conuenit primùm literarum elementa cognoſcere: deinde ad ſyllabas, & poſt verba paulatim ad ſententiarum cognitionem peruenire: ſic ſunt quidam gradus in eruditione ſanctæ eccleſiæ. Quod verò ab angulo orientali ſiniſtro in occidẽtem dextrum: & iterum orientalis dexter in ſiniſtrum occidentalem, ſequitur. Crux figuratur, vt doctrinæ euangelicæ, qua ſimplices imbuendi ſunt, mors Chriſti principaliter inſeratur. Vnde Paulus Corinthiis adhuc rudibus dixit. Neſciui me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtũ Ieſum, & hunc crucifixum. Hæc ille. AVTH. Mouentur quidam, quare Græcè, & Latinè, nõ autẽ Hebraicè, deſcribat pontifex pauimentũ, cũ à Iudæis ſalus eſt, & ab ipſis primo eccleſia: & Apoſtolus ad Romanos ait: Pax, & honor omni operanti bonũ, Iudæo primũ, & Græco. Æſtimo quòd non diu pòſt ędificari cœperũt eccleſiæ, & ædificatæ taliter ædificari, quàm dicebant Iudęis inuidis Apoſtoli. Vobis oportebat nos primùm loqui verbum Dei, ſed quoniã repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce cõuertimur ad gentes. Ac excuſſo puluere pedũ in eos, venerũt Iconiũ. Actu. 13. Et deinceps in eccleſiæ gentiũ, quas docere cœperũt fidei rudimẽta, hãc deſcripſerũt imaginẽ. Quãuis enim in ſynagogis Iudæorũ pòſt docuiſſe legũtur, non tamẽ quantũ nouis eccleſiis ſtatuiſſe. Cãtat autẽ clerus interea pſalmos. Sic enim Dauid propheta. 95. pſalm. in tẽpli dedicationem poſt captiuitatẽ compoſuit, prout pſal. titulus habet. Et prędicto ſermone. 151. tertiæ partis AVGVSTINVS. Cõſideret charitas veſtra ædificare adhuc iſtam domum, ſicut præmiſſum eſt orbi terrarum. Cũ enim ædificaretur poſt captiuitatẽ Pſal. dixit, Cantate domino cantium nouum, cantate domino omnis terra. Quod ibi dicit, cãticum nouum, hoc dixit dominus, mandatum nouum do. Hæc ille. AVTHOR. Et in officio dedicationis hunc pſalmum, qui eſt. 29. qui etiam in dedicationem ſcribitur, ibi ſumpſerat AVGV. Attendite pſalmum dedicationis, quomodo cantamus ex ruina ædificium. Concidiſti ſactum meum, hoc pertinet ad ruinam. Quid ergo ad officium? Et accinxiſti me lætitia. Vox dedicationis, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar. Hæc ille. AVTHOR. Deinde quia longum eſt cũcta ſeriatim exponere, pauimenti rationem, parietum ſignificationem, luminarium, columnarum, tecti quoq;, & fundamenti dedicandi figuras, aſſignat ibi ſermone prædicto finaliter. AVGVSTI. Fundamẽta inquiens in cordibus veſtris, apoſtolica & prophetica monita iacite. Humanitatẽ veſtrã ſicut pauimentum ſine offenſione proſternite ſalutarem in corde veſtro doctrinam orationibus & ſermonibus tanquàm firmis parietibus communite. Diuinis enim eos teſtimoniis tanquàm luminaribus illuſtrate. Infirmos ſicut columnæ ſufferte: inopes ſicut tecta protegite, vt Deus noſter pro temporalibus bonis æterna reſtituat, & vos in æternum ſanctos dedicatoſq; poſſideat. Hæc ille. AVTHOR. Cũcta hęc in exteriori dedicatione, & ſub hac forma curemus, vt nos dominus æternaliter habeat dedicatos.

Digitized by Google

De reliquiis in dedicatione inferendis.

Titu. XXIII.

¶ De inferendo, & collocando reliquias in dedicatiõe eccleſiæ, vel altaris: quę item requiruntur adeſſe.

CAP. CLXIIII.

SVMMA.

1 *Reliquiæ quomodo ſint inferendæ, & collocandæ in dedicatione eccleſiæ, uel altaris.*

2 *Reliquiæ ſanctorum quomodo debeant uenerari contra Witcleuiſtas.*

3 *Conciliũ Carthaginenſe de euertendis altaribus, & baſilicis in quibus nullum corpus, uel reliquiæ alicuius martyris probarentur conditæ.*

1 RElíquias† deinde Chriſti, vel ſanctorum ad altare, vel alium locum aptum locabit pontifex, venerãter eas thurificans, & cantu ſolenni, eas honorans. Quarum in dedicatione obſeruantiam ſimul iuxta ritum templi tangit libro de inſtitutione clericorum cap. de Encæniis, RABANVS. In dedicatione templi in nocte præcedenti diem dedicationis reliquiæ ſanctorum conditæ in tentorio vigiliis cuſtodiuntur. In tempore verò dedicationis multitudine vndiq; conuocata, feretrum cum reliquiis ſanctorum per ſacerdotes de tentorio ad templum defertur: & infert eas ſacerdos ad locum ſuum. i. in ſancta ſanctorum per inuocationẽ nominis domini, & vocabitur deinceps nomen loci dominus. ibidẽ. AVTHOR. Hoc eſt inter Chriſti fideles reliquiarum inſigne, q̃ inter cætera ſanctæ dedicationis officia valde diſplicet Witcleuiſtis, dicente Guillelmo Albo in libello ſuo, vt ſuprà retulimus, quòd reliquiæ ſanctorum, ſcilicet carnes, & oſſa hominis mortui non debent à populos venerari, nec à monumento fœtido extrahi, nec in capſa aurea, vel argentea reponi: quia ſic facientes, nõ honorant Deum, & ſanctos eius, ſed idolatriam cõmittunt. Hæc ille. AVTHOR. Si iſta dicat contra membra carnis ſanctorum, & coniunctas reliquias, quid dicturus eſt ad reliquias ſeparatas, putà veſtes, libros, aut ſedilia. Mortua res nonne erat arca domini cum contentis reliquiis, ſcilicet vrna laurea, habens mãna, & virgam Aaron, quæ fronduerat, & tabulas teſtamenti? ſecundum Apoſtolum ad Heb. 9. Quibus vtique quantos honores impendi iuſſit dominus, vt nec arcam tangeret præter ſacerdotes quicunque. Quam cum educeret Dauid de domo Obed, ipſe erat accinctus Ephod lineo, & omnis domus Iſraël ducebãt in iubilo, & clãgore buccinæ. Cui item vice Dei, & quaſi ipſo præſente impendit honorem diuinum, dicente textu. Et Dauid ſaltabat totis viribus ante dominum. & iterum. Cũq; intraſſet arca domini in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regem Dauid ſubſilientem, atq; ſaltantem coram domino. Et item Dauid, Viuit dominus, quia ludam ante dominum. 2. Regũ. 6. Et hæc arca cũ contentis reliquiis ſubter Cherubim collocata in ſummitate oraculi intra velum, cuius erat tanta fama apud exteras gentes, vt cùm veniſſet in caſtra iuxta lapidem adiutorij, dixerunt Philiſtiim. Venit Deus in caſtra. 1. Reg. 4. Nõ fuit arca Deus, nec viuentes reliquiæ. Nõ & tabulæ teſtamenti, non mãna, non tũc virga, ſed olim fronduerat. Cur iſtis tãtus cultus exhibe retur à populo ſine ſuſpicione idololatriæ, niſi q̃ erant monumẽta mirabiliũ diuinorũ? quã tò magis crux, ſpina, & flagella Saluatoris, quę ipſam carnem dominicã tetigerũt, & eius ſanguine maduerunt, ſunt Saluatoris reliquiæ, & tanquã mirabilium monumenta maiorũ ſine omni reatu idololatriæ diuinitùs adorandæ, in ſe ipſis dico, & in ſuis ſignis. Qualiter etiã intelexi, quòd primæ arcę erãt figurales, quales habent ſynagogæ hactenus Iudęorum, vnde per ſuas vices producũt mandata. Ecce quãtò magis his eſſet caro Chriſti, & membra eius venerãda corporea. De membris† item ſanctorum quid aggrauat quęſtionẽ, dicendo, q̃ carnes, & oſſa hominis mortui nõ debẽt à populo venerari, quando item veneratione vetat fieri carn i b⁹ ſancti viri? ſed qđ infelix dedignatur hæret i cus, annuit ſanctorum omniũ rex & factor dominus, intantũ, vt in ſuam cuſtodiã ſanctorũ reliquias ipſe receperit, dicente Pſal. Cuſtodit dominus omnia oſſa eorũ, vnũ ex his nõ cõteretur. Vnde ſermone plurimorũ martyrum, q̃ incipit. Quotiẽſcunq; fratres. 4. partis AVGV. Honoremus beatos martyres principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, cõciues angelorum, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Chriſti. Quòd ſi hoc dicas mihi: Quid honoras

2 *Reliquiæ ſanctorum*

Digitized by Google

ras in carne iam resoluta de hac vita, de qua iam nulla est cura? Recordare quod veritas loquitur per prophetam dicens, Pretiosa in cōspectu dñi mors sanctorum eius. Et iterū, Mihi aūt nimis honorificati sunt amici tui Deus. Et iterum, Iustorū animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. De quibus alibi scriptum est, Iusti autem in perpetuum viuent: & apud dominum est merces eorum. De quibus & illo loco dixit, Dominꝰ custodit omnia ossa eoruni, vnum ex his non conteretur. Sequitur. Cur ergo non honorarent corpus illud omnes fideles, quod reuerentur etiā dæmones? Quod aliquādo afflixerunt in supplicio, sed modò glorificant in sepulchro? Hæc ille. AVTH. Attendat hæreticꝰ Witcleuista argumenta sua, blasphemiā esse: quod ab alijs factū Augustinus resumit, & soluit. Carnes, & ossa, dixit, hominis mortui non debent à populo venerari: sic hīc. Si dicas mihi, inquit Augustinus, quid honoras in carne iam resoluta, atq; cōsumpta? Respōdi aūt hoc debere venerari, quod dominus vult tueri, qa pretiosa est in cōspectu domini mors sanctorū eius. & quid nō honorēt fideles, quādo reuerentur & dæmones? Christus enim illos cogit, quos afflixerunt supplicio, glorificare eos in sepulchro. Putas ne hæc in scripturis fundata? Ipse em̄ tam honorāda esse voluit ossa nostri patriarchæ Elisei dudū iam mortui, vt ad eorū contactū cadauer illatum reuiuiscceret, & super pedes staret. 4. Regū. 13. Insuper Iosias rex cultor domini synceriſsimus, dū contriuit statuas deorū, & lucos incendit, ossa sacerdotum deorū combusit, & altaria polluit, venerationi habens ossa prophetarū Dei, qui venerūt de Iuda, & Samaria, Dimitte eum, inquit, nemo cōmoueat ossa eius: remanserūt ossa illius cū ossibus prophetæ, qui venerat de Samaria. 4. Reg. 24. Iste rex honorauit Deū, & sanctos eius, nec cōmisit idololatriā ossa hæc taliter venerādo, quā vbiq; perdebat. Frustrà ergo taliter inuehis contra sanctos, quos nec honoras mortuos, nec viuos. Immunda tibi hæc ossa vidētur, quæ de monumento fœtido extrahūtur, quia nec diligis martyres, nec sanctos amas synceriter. Vñ Homi. 3. super Ioan nē AVGVSTI. Nonne martyres laniati sunt vehementer? & quādo eos cōmemoramus, in ardescimus amore, ꝙ mēbra laniata à feris illis amamus fratres. Quid fœdius, si oculos carnis interroges? quid pulchrius, si oculos cordis interroges? Hæc ille. AVTHOR. Attollant ergo cordis oculos ad aspectū deuotæ fidei respectus amoris isti Witcleuistæ carnales, ipso Apostolo hæreses eorū annumerāte inter opera carnis, quascunq; carnis molestias simulando sustineant, sed si semel oculos cordis fideles reliquias sanctorum inspicerēt, quas modò viles spernunt, pulcherrimas, odoriferas, & suaues osculis adimplerent. Membra dixit Augustinus à feris laniata. Sed quid pulchriꝰ, si oculos cordis interroges? Ideò quando eos commemoramus, amore inardescimus. Hoc est, quod Pontifex orat, dum aptat reliquias, Da ædificationi tuæ incrementa cælestia, & præsta, vt quorum hīc reliquias pio amore amplectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Hac igitur pietate fulti patres primæui, ecclesias ibi conficere, aut altaria dedicanda censebant super sanctorum reliquias, vbi eas reperire daretur, tractatu primo de inuentione sanctorum corporum Geruasij, & Prothasij AMBROSIVS. Dominæ sorori vitæ, atq; osculis præferendæ frater. Quia nihil sanctitatem tuā soleo eorū præterire, quæ hīc te gerantur absente: scias etiam sanctos martyres à nobis repertos. Nā cùm basilicam dedicassem, multi tanq̄ vno ore interpellare cœperant, dicētes, Sic in Romanā basilicā dedices? Respondi, Faciam, si martyrū reliquias inuenero, statimq; subijt velut cuiusdā ardor præsagij. Quid multa? dominus gratiā dedit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce sanctus pater Ambrosius dedicauit basilicas, &, quod plus est, non dedicassēt, nisi martyrum reliquias, quas versus finem dedicationis officij cum honore tractaret, Dei gratia reperisset. Recoluit memoriter facta priorum, qualiter etiam in Concilio Carthaginensi, cap. 14. cautū est. CARTHA
3 GINENSE CONCILIVM. Item † placuit, vt altaria, quæ passim per agros, aut vias, tanquam memoriæ martyrum constituūtur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrū conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdē locis præsunt, si fieri potest, euertantur. Si aūt hoc propter tumultus populares non fiat, plebes tamen admoneātur, ne illa loca frequētent, & qui vt recta sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur, & omnino nulla memoria martyrū probabiliter acceptetur, nisi ibi corpus, aut aliquæ reliquiæ sint, aut origo alicuius habitationis, aut passionis fidelissima relatione tradatur: nam qñ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorūlibet hominū vbicūq; cōstituūtur altaria, omnimodè improbentur. Hæc illic. AVTH. Approbatur ecclesiæ Cōciliū altare ibi fieri, aut basilicā dedicari in memoriā martyrū, vbi corpus, vel reliquiæ, aut origo habitationis, aut passionis eius

terta relatione probatur: ſic conſequẽter probat Auguſtinus tam inuentionis diem, quàm locum ſancti Stephani celebrandum pro ſancto, & altare de eius reliquijs eſſe faciendum, ſermone. 120. tertiæ partis, de eius inuentione AVGVSTINVS. Verùm reuelatum fuit ei, qui res ipſas inuentas monſtrauit: præcedentibus enim ſignis locus demonſtratus eſt, & quomodo fuit reuelatum, ſic & inuẽtum eſt. Multi inde reliquias acceperũt, quia Deus ſic voluit, & huc venerunt. Commendatur ergo charitati veſtræ, & locus, & dies vtrunq; celebrandum in honorem Dei, quẽ confeſſus eſt Stephanus. Nos enim in loco iſto non aram fecimus Stephano, ſed de reliquijs Stephani aram Deo. Grata ſunt Deo huiuſmodi altaria, quæris quare? quia pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Hæc ille. AVTHOR. Contra Witcleuiſtas totus Auguſtinus occurrit: dicunt non celebrandum diem ſancti, ſed Dei. Dicit Auguſtinus in honorem Dei diem celebrãdum inuentionis ſancti Stephani. Dicunt nec locum ſanctificandum ſancto: dixit vtiq; locũ in honorem eius, quẽ confeſſus eſt ſanctum. Idololatriam imputant eis, qui altare, vel capſam, aut baſilicam pręparãt. Paratus eorum inſidias deſtruit, Nos, inquiẽs, in loco iſto non aram fecimus Stephano: ſed de reliquijs Stephani, aram Deo. Iam dicat, ſi malè Auguſtinus reſpondit: ſi idololatriam hoc ipſo commiſit. Nõ Auguſtinus ſolus, ſed penè ab antiquo omnes orbis epiſcopi, ſicut contra Vigilantium ad Riparium, & Deſiderium epiſtola HIERONYMVS. Malè ergo facit Romanus Epiſcopus, qui ſuper mortuorum hominum Petri, & Pauli ſecundùm nos oſſa veneranda, ſecũdùm te vile puluiſculum offert domino: ſacrificia, & tumulos eorũ arbitrantur altaria, & nõ ſolùm vnius vrbis, ſed totius orbis errant Epiſcopi, qui cauponem Vigilantium contemnentes, ingrediuntur baſilicas mortuorum, in quibus puluis viliſsimꝰ, & fauilla neſcio quo iacet linteamine colligata, vt polluta omnia polluat, & quaſi ſepulcra Phariſaica foris dealbata ſint, cùm intus immundo cinere ſordeant. AVTHOR. Tangit hìc Hieronymus in ſepulchris foris dealbatis ritum illum, quo antiſtes in dedicatione baſilicæ tabulam, capſam, vel aram, vbi conduntur reliquiæ, calce linit, canente clero, Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, quæ cùm tunc fierent, dixerunt Vigilantiani hæretici, qualiter Witcleuiſtæ noſtri moderni, facta eſſe ſepulchra foris dealbata, cùm eſſent intus cinere ſordidata.

¶Quare patrum reliquiæ veteris legis non inferebantur templo, & altaribus: & de veneratione earum, modò quanta cura geritur.

CAP. CLXV.

SVMMA.

1 *Reliquiæ patrum legis ueteris, quare templo non inferebantur, & altaribus.*
2 *Eliſei prophetæ reliquiæ quomodo Rauennã trãslatæ, & aliæ, aliò.*
3 *Machabæorum quomodo celebramus diem, & honoramus baſilicas.*
4 *Iacob, & Rachelis ſepulchrum ubi fuerit, recenſetur.*
5 *Auguſtinus, quomodo propter terram ſanctam à Hieroſolyma allatam dedicarit eccleſiam, in qua & Paralyticus fuit curatus.*
6 *Reliquiæ ſanctorum, q̃ debeant eſſe coopertæ, & à tactu uulgi fidelium remotæ.*
7 *Reliquiæ ſanctorum uſuales, quæ locis ſanctitatẽ reddunt, recenſentur.*

SEd Witcleuiſta interrogat, quare Chriſtus non leuari fecit ſepulchrum ſancti Ioannis, candidari, & honorari: ſed neq; ante eum patres veteris teſtamẽti, nec apud eos orabant, nec eccleſias, vel altaria conſecrabãt.
1 Breuiter† reſpondetur, quid prodeſſet leuare corpora ſuper terram, quorum animæ colebant adhuc inferni abyſſum, expectantes eũ, quem reſurrecturum ſperabant, vt eſſet ipſe primitiæ dormientium? quorum autem animas Chriſtus leuauit in cælos: horum rectè corpora de ſub ignobili ceſpite ſuſcitamus. Vnde tractatu ſecundo, de ſanctorum Gerualij, & Prothaſij inuentione AMBROSIVS. Alius Pſalmus lectus eſt, dicens, Quis ſicut dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo, & in terra? Reſpicit humilia Deus, qui latentes ſub ignobili ceſpite reliquias ſanctorum martyrum ſuæ eccleſiæ reuelauit, quorũ anima in cælo, corpus in terra ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem: quos videtis, vt eos cum principibus populi ſui collocaret. Hæc ille. AVTHOR

Digitized by Google

THOR. Bene dixit Ambrosius, quorum animæ sunt in cælo, corpora in terra suscitati videntur, vt cum principibus collocentur. Sic item modò cùm coruscant in cælis patrum
2 corpora leuantur in terris: sicut † Patriarchã nostrũ Eliseum transtulerunt orthodoxi Rauennam. Habacuc, & Michæam, secundùm Bedam, & Samuelem prophetam, secundùm Hieronymum, Archadius Cæsar transtulit de Iudæa in Thraciam. Horum festa fideles adiacentes modò celebrant: sicut etiam Machabæorum solennitatem celebrandam, & eorũ basilicam prædicat sermone. 119. tertiæ partis AVGVSTINVS. Machabæi martyres Christi sunt: ideò non incongruè, neq; importunè, imò conuenientissimè dies eorum potiùs à Christianis celebratur. Quid tale Iudæi celebrare nouerint. Sanctorum Machabæorum basilica esse in Antiochia prædicatur, in illa scilicet ciuitate, quæ à regum ipsorum persecutoris nomine vocitatur. Antiochũ quippe persecutorem regem impium pertulerunt, & memoria martyrum eorum in Antiochia celebratur, vt simul sonet, & nomen persecutoris, & memoria coronatoris. Hæc basilica à Christianis teneatur, à Christianis ædificata est. Eorum ergo memoriam celebrãdam, nos tenemus, apud nos passiones eorũ millia per orbem terrarũ sanctorum martyrum imitata sunt. Nemo ergo dubitet fratres mei imitari Machabæos, nec cùm imitatur Machabæos, putet se non imitari Christianos, potiùs imitationis affectus ferueat in cordib⁹ vestris. Hæc
3 ille. AVTHOR. Machabæorũ † ergo celebramus diem, & honoramus basilicam. Christiani hoc fecerũt, non Iudæi, quia nõ resurrectionẽ, non gloriam eorũ adhuc cum Christo credunt in cælis. Qui item de Witcleuistis ista facere cum Christianis renuunt, crede mihi, tam resurrectionis articulum, quàm sanctorũ gloriam esse perfectã, aut negãt cũ Iudæis, aut dubitant. Hinc aũt scire potestis, qualiter per ecclesiarum fabricas, & dedicationes earum celebriter sanctorũ reliquiæ à primæuis ecclesiæ venerari solebãt. Creditur aũt, ꝙ à sancti Ioannis Euãgelistæ tẽporibus, qui & ipse iuxta altare sepulchri fossam elegit. Sancti quoq; patres sanctorũ corpora, vel reliquias martyrũ sub altari Dei, vel ante altare locabãt, Ioanne dicente, & adhuc inchoante ecclesiam, ꝙ sub altari Dei voces audierit occisorũ clamantiũ, & dicentiũ, Vsquequo domine vindicas sanguinẽ nostrum? Has esse voces martyrũ exponit Augustinus, qui nõ absurdè de sub altari clamare dicuntur: sicut vox sanguinis Abel clamasse de terra describitur, vt inde clamet vox sanguinis, vbi collocarunt clamantis reliquias, siue illuc inferantur post structuram altaris, siue illis ibi conditis successit altare. Qualiter Christus dominus gratior patrum ossibus, quàm Iudęi, illum fundum in ecclesiæ primæ constructionem suo dedicauit sanguine, vbi Patriarcharũ reliquias, seipso prouidente,
4 sepultus inuenit. Qualiter † sub hũc locum sepulturæ Iacob in Mãbre, & Rachelis in Bethleem in quæstionibus super Geñ. scribit AVGVSTINVS. Vbi sepelienda erãt hæc significantia cadauera Patriarcharum, nisi in terra illa, vbi ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum? Mortibus enim Patriarcharum peccata hominum figurata sunt. Dicitur autẽ ab eo loco, quod * Mambre vocatur, vbi ista corpora sunt, abesse locum, vbi crucifixus est dominus ferè triginta millibus: vt etiam ipse numerus eum significare intelligatur, qui in baptismo apparuit ferè triginta annorũ. Hæc ille. AVTH. Et de sepultura Rachelis, tertia sequente quæstione subijcit AVGVST. Quod Iacob filio suo Ioseph tanq̃ nescienti voluit indicare, vbi, & quãdo sepeliret matrem suã: cùm ipse etiam simul fuerit cũ patribus suis, sed & si erat tam paruus ætate, vt illud vel omnino retinere nõ posset, quæ res cõpulit modò dici: nisi fortè ad rem pertinuit cõmemorare ibi sepultã matrẽ Ioseph, vbi Christus erat nasciturus. Hæc ille. AVTHOR. Ad rem ergo pertinuit, ꝙ ibi ante tot annorũ spatia sanctorũ collocarentur reliquiæ, vbi ad natiuitatẽ Christi, & crucẽ fundandæ, & dedicandæ erãt ecclesię. Quem item morẽ à Christi tẽpore vsq; nũc sancti patres obseruãt: qualiter qui scire vult in. 9. libro registri Gregorij epistolis. 13. 14. & 18. nõ trepidet inuenire. Non fragmẽta solùm curãtes sanctorũ corporũ, sed res earum venerabiles inferamus, vt vbi ad honorem Christi ecclesiæ cõsecrãtur: prout Hesperius quidam vir Tribunitius terram sanctam in sacculo de Hierosolymis allatã accepit à quodam, vt propter eam Augustinus dedicaret ecclesiam. 22. de ciuitate Dei. cap. 9.
5 AVGVTINVS. Acceperat † ab amico suo terram sacram de Hierosolymis allatam, vbi sepultus est Christus, & die tertio resurrexit: eamq; suspẽderat in suo cubiculo, ne quid mali etiã pateretur. Ast vbi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret cogitabat, quã diutiùs in cubiculo reuerentiæ causa habere volebat: fortè accidit, vt ego, & collega meus tũc episcopus Sũtecensis ecclesię Maximinus in proximo fuissemus, vt veniremus,

*Eliseus Rauennã transtus.

*Abramum.

remus, rogauit, & venimus. Cumq; nobis omnia retuliſſet, hoc etiam petiuit, vt infoderetur alicubi, atq; ibi orationum locus fieret, vbi etiã Chriſtiani poſſent ad celebranda, quæ Dei ſunt, congregari. Non reſtitimus, factum eſt. Erat ibi paralyticus iuuenis ruſticanus: hoc audito, petijt à parentibus ſuis, vt eum ad illum locum ſanctum non cunctanter afferrent: allatus, orauit, atque continuò pedibus ſuis ſaluus abſceſsit. Hæc ille. AVTHOR. Paralyticorum erat Chriſto cura frequens, teſte Euangelio. Modò ergo terra idem ſignum agens, teſtimonium ſepulturæ, & reſurrectioni eius confert, vnde ſumpta eſt. Quid hîc cul pat Witcleuiſta? An Heſperium tribunitium virum cultorem huius terræ, qui ad tantum terræ reuerentiam detulit, vt de cubiculo ecrueret in eccleſiæ ambitum conſecraret? An addere cupis, quod item Auguſtinus, & Maximinus ſacri antiſtites erant idololatræ, qui reuerentiam huiuſmodi probauerunt, & auxerunt per conſenſum? Scio ſuperbam frontem hæreticam tam excelſam, vt hoc dicere non plurimùm vereatur. Sed extollam quæſtionem, poſtulans, quid dices de ſancto illo Naaman ſub Eliſeo mundato, & Dei cultore effecto: de quo refert ſcriptura conſimile dixiſſe, ſcilicet Eliſeo, Obſecro concede mihi ſeruo, vt tollam onus duorum burdonum de terra. Non enim faciet ſeruus tuus vltrà holocauſtum, aut victimam dijs alienis, niſi domino. Super quam terram conſtruxit altare in domo ſua, vt ſoli domino immolaret. Et non reſtitit Eliſeus, ſed ait, Vade in pace. 4. Regum. 5. Compara tibi viros, Heſperium, & Naaman reuerentiam deferentes terræ, & altare, & eccleſiam ſuper eam venerabiliter collocantes. Et nota, quòd vterq; abſonum reputauit domino immolare, aut Chriſtianos ad celebranda diuina vndiq; congregare, niſi in domo orationi ſpecialiter conſecrata, vel ſolo ad hoc ſanctificato. Compara iterum Auguſtinum antiſtitem, & Eliſeum Prophetam, neuter reſtitit: vterque conſenſit. Si cuius cauſa ſit melior, hæc erit Heſperij, qui terræ ſanctæ de Saluatoris ſepulchro honorem detulit, Naaman terræ regni? Et hæc terra nonne erat puluis exanimis ſine ratione, vel ſenſu? ſicut blaſphemant Witcleuiſtæ imagines, ſiue cruces. Et cùm in ſacris reliquijs carnaliter ſapiunt, hoc ſolùm perpendunt, quod extat per naturam: nihil, quę ſunt per gratiam. Prę ſtantior eſt hominis caro, vel os, quod vitæ humanæ præſtabat olim officium, & participauit conſortium, quàm terrra puluerea vltimum elementum: alioquin peioraſſet Deus terræ limum, quando tranſſubſtantiauit eum in carnem humanam. Qualiter ergo non reuerebimur oſſa, carnes, vel eorum item deciduum puluerem ſanctorum Dei hominum, ſancti quondam Spiritus organorum, ſi limo terræ ſic liceat? Compara reliquias noſtras ad reliquias veteres, & confer naturam naturæ, & gratiam gratiæ. Et dicat hæreticus, Cur nos noſtras venerando fiamus idololatræ: Iudæi autem dijs falſis procliui, venerando ſuas reliquias erunt Dei ſeruuli abſolutè. Si apud ſacerdotem ſummum inuoluendus erat gladius Goliæ pallio poſt Ephod, quia tulit eum Dauid, quando percuſsit in valle. 1. Regum 21. quæ ſuperſtitio eſt inuoluere gladium Petri, quo percuſsit Malchum? Lucæ. 22. Arca teſtimonij geſtanda inuoluebatur pendente ante fores, & rurſum operiebatur velamine pellium hyacinthinarum. Menſa quoq; propoſitionis inuoluebatur pallio hyacinthino, cum thuribulis, mortariolis, cyathis, & crateris. Filius Aaron tantùm iſta licebat inuolue re. Filijs autem Caath, quibus hæc omnia portare incumbebat, tangere nõ licebat, imò nec priuſquàm inuoluerentur, inſpicere: dicente ſcriptura, Cùmque inuoluerint Aaron, & filij eius ſanctuarium, & cuncta vaſa eius, tunc intrabunt filii Caath, vt portent inuoluta: & ne tangant vaſa ſanctuarii, ne moriantur. Sequitur. Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: ſed hoc facite eis, vt viuãt, & nõ moriantur, ſi tetigerint ſancta ſanctorũ. Aarõ, & filii eius intrabunt, ipſique diſponẽt onera. Sequitur. Alii nulla curioſitate videãt, quæ ſunt in ſanctuario, priuſquàm inuoluantur, alioquin morientur. Nume. 4. Si iſta tam ſacra erant, quæ erant ſeruitura figuris, vt niſi Dei ſacerdotibus ea nec tractare liceret, nec cernere, priuſquàm eſſent pannis inuoluta: quare nos ſactas reliquias non ſeruemus operas, remotas à tactu vulgi fidelium: aut ne publicè videantur, ſudarijs, aut ſacris palliolis inuoluamus? Litera enim ſcripturæ Dei hanc legem paternam, quam eccleſiæ colunt, commendat. Quam ſcilicet libro quarto ſui regiſtri epiſtola. 30. inſcribit GREGORIVS. In Romanis nanq;, vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile eſt, atque ſacrilegum, ſi ſanctorum corpora tãgere quiſquàm fortaſſe voluerit: quod ſi prætumpſerit, certum eſt, quòd hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum conſuetudine, qui oſſa leuare ſanctorum ſe aſſerunt, miramur vehemẽter, & vix credimus.

Et infrà.

Digitized by Google

Et infrà. Quis ergo ſereniſſima Domina tam temerarius poſſet exiſtere, vt hoc ſciens, eorũ corpora, non dico tangere, ſed vel aliquatenꝰ præſumat inſpicere? AVTHOR. Et probat dicta ſua Gregorius per multiplicem afflictionẽ ſuper irreuerentes ſanctorum reliquias. Hæc ergo regula eſt ſanctorum patrum, quã quia ſanctorum eſt, non mirum ſi prophani deſpiciant. Veruntamen de præcipuis reliquiis ſanctorum corporum, aut oſſium hanc regulam credo eſſe Gregorii. Sunt † & aliæ ſanctorum
7 reliquiæ vſuales, quæ locis ſanctitatẽ reddũt, quemadmodum ſunt baculi, veſtes, aut cathedræ, quæ itẽ venerantur, & aſpiciẽtes oſculantur fideles. Qualiter ab antiquis eccleſiæ cathedram ſancti Iacobi Hieroſolymitanorum epiſcopi primi fideles magna deuotione colebant. De qua li. 6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. cap. 16. EVSEBIVS. Deniq; & Iacobi cathedra, qui primus in terris epiſcopus ab epiſcopo ſaluatore vt ſacra volumina deſignant inſtitutus vſq; in hodiernum diem inibi conſeruatur, atq; in ea ſedent omnes, qui vſq; ad præſens tempus ſedis illius ſacerdotium ſortiuntur. Seruatur ergo cum ingẽti ſtudio vel à maioribus tradita memoria ſanctitati, & cum magna veneratione habetur vel vetuſtatis vel primi ſacerdotii ſanctificationis obtẽtu. Hæc ille. AVTHOR. Attendat charitas chriſtiana verba ſenioris patris Euſebii. Non ſolùm. n. commemorat, quam reuerentiam ſtudioſe fecerunt Hieroſolymitani tam epiſcopi, quàm de reliquo clero & vulgo fideles huic cathedræ ſancti Iacobi: ſed etiam antiquitatem rei explicat quòd à tempore Apoſtoli vſq; in illum diem: hoc eſt trecentis annis & amplius conſeruatur, & hoc cum ingenti ſtudio ſecundùm memoriam eis à maioribus traditam ſanctitatis. Non ergo erat ſtudium idololatræ impietatis. Et tractat cõmodum facti huius, quare cum tanta reuerentia poſſidetur, vel obtentu vetuſtatis, ſcilicet, vel ſpe obtinendæ gratiæ ſanctificationis primi ſacerdotis Iacobi cunctis ſacerdotibus ſedẽtibus ſedem illam.

Ergo ſpecialem virtutem ſperabant ab illius cathedræ ſeſſione, quã nõ ſperabant vbiq;. Ab Apoſtolorum ergo temporibus etiam in terra eccleſiæ Chriſti docti ſunt Chriſtiani piè colere reliquias ſanctorũ.

De cerei Paſchalis, & aliorum benedictione.

Titu. XXIIII.

De benedictione cerei Paſchalis, & luminum, & item candelabri.

CAP. CLXVI.

SVMMA.

1 *Cerei, & luminis benedictio, q. debeat fieri in ſacra uiglia, & quare.*
2 *Benedictionis traditio ſpecialis quòd in Synagoga permanſit, & in eccleſia celebratur in nuptijs.*
3 *Paſchalis feſtiuitatis præclara officia tangit Ambroſius.*
4 *Cereus Paſchalis quid denotet. Et de infixione ſtilorum incenſi in eo.*
5 *Candelabri benedictio, & de illius myſtico intellectu.*
6 *Witcleuiſtæ, qui dicunt lumina nec in eccleſijs ardere oportere, confutantur.*

POST conſecrationes eccleſiarum currit perfidia contra benedictiones ſacrarum rerum in vſum eccleſiæ. Et benedictiones, inquiens, cerei, panis, aquæ, palmarum, luminis, ſalis, & armorũ, cũ ſimilibus nõ ſũt de fidei ſubſtãtia chriſtianæ. Sic dicit Witcleff de quatuor ſectis. AVTHOR. Suprà dictũ eſt non ſic eſſe de ſubſtãtia fidei, vt neceſſariò cõpleãtur ſed ne temerè dimittãtur apud Iſidorũ Hiſpalẽſem in Toletano cõcilio. 4. cui ſanctꝰ pater interfuit, & ſubſcripſit, quorundã taliũ q̃ſtio laborauit, vt quid. ſ. in ſancta vigilia paſchæ luminis & cerei ſolennis benedictio fieret, & reſponſum eſt eis ibi. ca. 9. TOLETANVM CONCILIVM. 4. Lucerna † & cereus intra vigilias apud quaſdam eccle
1 ſias non benedicitur, & cur à nobis benedicatur, inquirũt. Propter glorioſum enim noctis ipſiꝰ ſacramẽtũ ſolẽniter benedicimꝰ, vt ſacræ reſurrectiõis Chriſti myſteriũ, quòd tempore huius

huius votiuę noctis aduenit, benedictionem ſanctificati, ſuſcipiamus. Et quia hæc obſeruatio per multa loca terrarum, regioneſq; Hiſpaniæ in eccleſiis cõmendatur, dignũ eſt, vt propter vnitatem pacis in Gallicanis eccleſiis cõſeruetur. Nulli autem impune erit, qui hæc contempſerit, ſed patrum regulis ſubiacebit. Hæc ille. AVTHOR. Cerei benedictio ecce in ſacra vigilia fit, vt noctis reſurrectionis Chriſti venerabile ſacramentum cum ſancto lumine ſit ſuſceptum. Hac enim nocte de creatiõe mundi, & benedictione rerum ſecundùm genera ſua lectiones de ſcriptura leguntur. Quia hæc dies, mũdi prima dies eſt, primæ lucis origo, & in qua Deus primò per effectum vidit lucem eſſe bonam. Sed addit Iſidorus, nulli impune erit, qui hæc contempſerit, ſed patrum regulis ſubiacebit. Hoc iam dixi ſuperius de tanto has benedictiones eſſe de ſubſtantia fidei, ne temerè contemnantur, quia contemni non poſſunt impunè. At temerarius obiicit Witcleuiſta. Ergo vultis benedictionibus veſtris dei perficere creaturas. An poteritis eas vltra conditionem creatoris facere meliores? Et ego iterum poſtulo, quid intendit Sapiens facere cùm dicit, Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuę. Sequitur. Euigilans loquere cum eis, quia mandatũ lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinę. Prouerb. 6. Nonne intendit legibus diſciplinę filium meliorem facere, quam creatus eſt? Libro enim quæſtionum veteris & noui teſtamenti. c. 27. ad propoſitum ait. AVGVSTINVS. Sicut per culturam melioranda erant ſemina: ita & hominum genus adhibita cura id ſtuderet, vt creatoris cognitudine percepta, vitam ſuam frænaret ad promerendum eum, vt ſimul omnino proficerẽt ad laudem & gloriã creatoris. Sequitur. Omnia. n. quæ facta ſunt, Dei nutu multiplicata, & meliorata ſunt ſuper terram. Nec enim aliter poſſet creſcere, quàm Dei voluntas, & benedictio decreuit ſeminibus. Quomodo ergo dici poteſt malè fieri, aut non licere, quod ex Dei benedictione, & ipſo fauente augmentum facit?

2 Cuius† rei traditio & in ſynagoga manſit, & nũc in eccleſia celebratur, vt Dei creatura ſub Dei benedictione iungatur: non vtiq; per præſumptionem, quia ab ipſo authore ſic data eſt forma. Et ſi ceſſare debere putatur, tunc ceſſare debebit, quãdo ceſſatura & illa ſunt, quæ ſi militer benedicta ſunt vt multiplicarent. Hæc ille. AVTHOR. Generaliter docuit Auguſtinus creaturas meliorandas per adhibitum diligentię cultum, & benedictionem humanã, cuiuſmodi benedictionis traditio ſpecialis in ſynagoga permanſit, & in eccleſia celebratur in nuptiis: vbi Dei creaturæ ſub Dei benedictione iungantur, & ſi ex hoc meliorentur, nõ tamen niſi nutu Dei, vt multiplicentur ſuper terrã. Nec ceſſare debet benedictio quaſi præſumpta, donec ceſſent quæ multiplicãda ſunt. Ecce reſpondetur Wicleuiſtis, quòd benedicõ diſunt cerei: benedicenda ſunt lumina, vt Dei nutu meliorentur in terra, & ſacramenti ſpiritalis celebri myſterio ſaginentur: vt ait in ſermone d Paſcha, qui incipit, Paſchæ myſterĩ.

3 AMBROSIVS. Hæc† inquam eſt illa cæleſtium myſteriorum gratia: hoc paſchæ donũ: hæc optabilis anni feſtiuitas: hæc exordia gignentium rerum. Huic vitalis lauacri ſanctæ eccleſiæ puerperio inſontes paruulorum ſimplicitate renati barathro innocẽtis percrepãt conſciẽtiæ. Hinc caſti patres, pudicę etiam matres nouellam per fidem ſtirpem proſequuntur innumeram. Hinc ſub fidei arbore ab vtero innocui cereorum ſplẽdent ornatus. Hinc cæleſtis meriti ſanctificãtur munere, & ſacramenti ſpiritalis celebri myſterio ſaginantur. Hinc vnius plebis gremio beatę ecclæſię nutrita fraternitas, vnicę diuinitatis ſubſtantiam, ac virtutis trinum nomen adorantes, pſalmum annuę feſtiuitatis cum propheta concelebrãt, Hæc eſt dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Hæc ille. AVTHOR. Præclara tangit paſchalis feſtiuitatis officia. Qualiter hęc erant initia olim, & adhuc ſunt gignẽtium rerum. Hæc baptiſmatis monſtrat officium, & hinc, inquit, cereorum ſplendẽt ornatus ab vtero innocui, qui cæleſtis meriti ſanctificantur munere. Cui reſpõdet illud in præfatione, quam ſanctificando cereum cãtat diaconus, quòd hæc columna alitur liquentibus ceris, quas in ſubſtantiam pretioſę huius lampadis apis mater eduxit. Qualiter ergo huius cerei ſanctificationem Zozimus inchoaſſet, quẽ diu pręceſſit Ambroſius, ſignificans ſe fuiſſe tempore Ciricii pape. 36. Cùm Zozimus ſequebatur papa. 39. AVTHOR. officiorum WALRAMNVS. Propriũ quod dam huius tantę ſolennitatis decus eſt cereus à Zozimo Romanæ eccleſiæ. 39. per eccleſias benedici inſtitutus, à cui? dulciſona benedictiõe præcõia ſanctę reſurrectionis Chriſti inchoantur. Significat† verò eundem dominum noſtrum reſurgentem, ſuorum triſtitiam diſcipulorum, imò mundum vniuerſum lętitię competentis claritate ſerenantem. Sequitur in ſequenti cap. Eo vel maximè cereus ad Chriſti ſimilitudinem accedit, quòd paruulam

nulã ſubſtantiam ceræ, quã apes mater eduxit, abſq; cõcubitu concepit, & parit: cui rectè cõparatur virgo Maria Dei genitrix, quæ inuiolata nobis Deũ in carne quaſi mel in cera protulit. Cũ ergo rectè humanitatis Chriſti ſimilitudinem gerat annus, illi ab incarnatione domini eiuſdẽ Chriſti cõſequenter inſcribitur. Et quia crucifixus eſt, crucis quoq; figura cõgruè nihilominus inſcribitur. AVTHOR. Et in quarto ſequẽte ca. ſignificationẽ dat impoſitionis i ncẽſi. WALRAMNVS. Cumq; diaconus cũ cæteris ſubminiſtris ad benedicẽdũ accedit, fruſtula quoq; portantur incenſi, vt cruci, q̃ cereo inſcripta eſt, offerẽdo infigat hoc quoq; ad cauſam prædictam reſpicit. Illæ nãq; mulieres, q̃ mortuũ q̃rebant dominũ, & viuũ videre meruerunt, aromata ferebãt. Hæc ille. AVTHOR. Huius cerei benedictionem nõ dicit iſte, q̃ Zozimus primus inſtituit, ſed obſeruari inſtituit, quibus. ſ. obſeruata nõ fuit. Quòd itẽ Iſidor⁹ cũ Toletano cõcilio propter vnitatem & pacẽ eccleſiæ Gallicanis eccleſiis introduxit, nõ tamẽ hoc ipſum primus ibi inſtituit, vt quẽ Zozim⁹ anteceſſit, ſic Zozimus primus hoc nõ cõperit: vt quẽ præceſſit Ambroſius, & de hac lucis benedictione in eo feſto tractauit. Sed, vt dixi, nõ obſeruantibus vt
5 obſeruent præcepit. Sed † noto Iſidorũ dicẽtẽ tã lucernã, quàm cereũ. ipſum cãdelabrũ cũ luce in hac vigilia benedici. Inſtar emm cãdelabri ſtãtis ante arcã teſtamẽti in ſanctuario ſtat hoc cãdelabrum ante altare Chriſti in choro. Vnde in ſermũ. 156. tertiæ partis, qui eſt de dedicatione AVGVSTINVS. In illo ſcilicet Chriſto ædificatur eccleſia, quæ abſcondi nõ poteſt, neq; accendunt lucernam: & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum: vt luceat omnibus, qui ſunt in domo. Vnde occurrat lectio, quando candelabra dedicãtur, vt ſit qui operatur, lucerna poſita in candelabro. Lucerna enim eſt homo, qui bene operatur. Quid autẽ candelabrum? Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui ergo ſecũdũ Chriſtũ facit, & ꝓpter Chriſtũ: vt nõ glorietur niſi in Chriſto, cãdelabrũ eſt: luceat omnibus, videant, q̃d imitentur, nõ ſint pigri, nõ auari, proſit ꝙ viderint. Hæc ille. AVTHOR. Mõſtrar ergo in hac ſentẽtia Augu. qualiter cãdelabra in eccleſiis benedici ſolebãt, docet & eorũ myſticũ intellectũ. Nec. n video quare in eccleſia Chriſti, vbi tractatur veritas, nõ debeant cãdelabra cũ aliis vtenſilibus benedici, q̃ inter arietes, & hircos non niſi
6 ſanctificata recipere voluit ſynagoga. Ad † tantum ergo ſollicitus erat Witcleff, vt eccleſiæ lumina ſacerdotis non ſubderẽtur officio. Vincũt authoris inſaniã diſcipuli pertinaces, dicuntq; nec in eccleſiis ardere oportere. Nec tamẽ ad iſtos cõfundendos debemus immenſos cõferre labores, quãdo ex his cõfundi poſſunt, quæ contra huius authorẽ erroris Vigilãtiũ inſtaurauit HIERO. Cereos non clara luce accendimus (ſicut fruſtra calũniaris) ſed vt noctis tenebras lucis ſolatio tẽperemus, & vigilemus ad lumen, ne tecũ dormiamus in tenebris. Quòd ſi aliqui per imperitiã, & ſimplicitatem ſecularium hominum, vel certè religioſarũ fœminarum (de quibus verè poſſum⁹ dicere cõfitentur zelũ Dei habent, ſed non ſecũdũ ſcientiã) hoc pro honore martyrũ faciunt, quid inde perdis? Cauſabãtur quõdã Apoſtoli, ꝙ periret vnguẽtũ: ſed domini voce correpti ſunt. Neq; n. Chriſtus indigebat vnguẽto, neq; martyres lumine cereorũ: & tamen illa mulier in honorem Chriſti fecit hoc, deuotioq; mentis eius recipitur. Et quicunq; accendunt cereos, ſecundũ fidẽ ſuam habent mercedem, dicẽte Apoſtolo, Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abũdet. Et infrà. Nã abſq; martyrũ reliquiis per totas Orientis eccleſias, quãdo legendum eſt euangelium, accendũtur luminaria, iam ſole rutilãte, non vtiq; ad fugandas tenebras, ſed ad ſignũ lætitiæ demoniſtrãdum. Vnde & virgines illæ euangelicæ ſemper habẽt accẽſas lãpades. Et ad Apoſtolos dicitur. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris. Et de Ioanne baptiſta, ille erat lucerna ardens, & lucens: vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in pſalterio legimus: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Hæc ille. AVTHOR. Omnes illorũ blaſphemias, quas audiui, ſimplici pede cõculcat Hieronymus. Et quòd aliquos ſimplices dicit habere zelum Dei, ſed nõ ſecundùm ſcientiam, qui clara luce cereos accendunt: non hoc ſolùm dicit, quia ſic accendunt, ſed ſi ea intentione, qua de nocte accendant. Nam poſtmodùm probat ex conſuetudine Orientis, & ex eo, quod eſt ſignum lætitiæ, & quòd virgines euangelicæ ſine accenſa lampade nõ fuerunt. Et concludit, quòd quicunq; accendunt cereos, ſecundùm fidem ſuã mercedem habebunt.

¶De be-

¶De benedictione panis, & aquæ, & primitiuorum fructuũ, ciborumq;, & menſæ.

CAP. CLXVII.

SVMMA.

1 *Panis, uinum, carnes, aut fructus, quòd nõ habuerint primò ſuam benedictionem præter authoritatem domini ab epiſcopis introductam.*

2 *Fructibus primitiuis benedicere, quòd dignitati ſacerdotis incumbat, Et quare.*

3 *Panem noſtrum quando oramus quotidie dari nobis, quid intendendum eſt ſecundùm Chryſoſtomum.*

4 *Gradus tres benedictionis panis in corpus Chriſti, & quæ harum ſit maxima.*

5 *Diſcumbendum quòd non ſit priùs, quàm oratio ad Deum præguſtetur, disciplina Chriſtianorũ antiqua oſtẽditur: & de gratiarum actione poſt conuiuium.*

MOdò de benedictione panis, & aquæ quomodo ꝓbat Witcleff, dicens audacter, ꝙ ſint tollendæ quia nõ ſunt de ſubſtantia fidei chriſtianæ: habet 3. ſermone domini in monte, ca. 49. Arguit, inquiens, contra nos, quia nihil ponimus de hoſtia cõſecrata, niſi ꝙ eſt panis benedictus, ſecundùm ꝙ benedicuntur panes in diebus dominicis. Sed conſideret talis ignar⁹ diſcipul⁹ Antichriſti, ꝙ magna latitudo eſt inter benedictionem, qua Chriſti miniſter benedixit taliter ſacramentum, & benedictionẽ vſitatam diebus dominicis ſuper panem, vel benedictionem ſuper fructus, & carnes, vel benedictionem armorum, & ſic de benedictionibus aliis præter authoritatem domini vel ſcripturæ etiam ab Epiſcopis introductis. Hæc Witcleff. AVTHOR. Ecce probaui, inquit, ꝙ magna latitudo eſt inter hanc & illam, quæ tamen qualis vel quanta ſit, non exprimit, ſed tãtùm magnam affirmat. Sed dicat, nunquid tã magna, vt iſta ſuper panem, carnes, & fructus ſit nulla, ſed præter authoritatem domini ab epiſcopis introducta? Hoc petimus ex ſcripturis ipſis probari, non aperiat vltrà os loqui blaſphemias. Probet ex ſcripturis, ꝙ cõtra, vel
1 preter authoritatem domini vſurpat. Nos † ſcimus ex ſcripturis panem purum, & vinũ benedictum, quando vidit Deus ꝙ eſſet bonum terram germinare virentem herbam, & faciẽtem ſemen: & lignum quoq; pomiferum iuxta genus ſuum, dicente item Apoſtolo, ꝙ terra ſæpe venientem ſuper ſe imbrem bibens, & generans herbam optimam illis, à quibus colitur, accepit benedictionẽ a Deo. Heb. 6. Qui hæc recolit, non dicet preter authoritatem domini panem, vinum, carnes, aut fructus habere benedictionem ſuam primò ab epiſcopis introductã: quibus priùs in ſuis principiis, vt ſint hominibus opportuni, dominus benedixit. Sed & in benedictione Aſer accidit panis pinguis, non quidem ab epiſcopo, ſed ab Iacob patre optimo benedictus. Non ergo nego cautũ, ꝙ loco Iacob ſuccedant inter Chriſtianos presbyteri, qui eſcas filiorum ſuorum omnes in panis aut fruct⁹ nomine benedicãt, lege illa dominica. Primitiua ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionem domui ſuæ, intelligẽ domui offerentis in cibariis ſuis ſequentibus. Vnde ſuper eundem textum lib. 13. HIERONYMVS. Primitiæ ciborum noſtrorum ſacerdotibus offerũtur, vt nihil guſtemus nouarũ frugum, niſi quod ſacerdos ante guſtauerit: hoc autẽ facimus, vt reponat ſacerdos benedictionem, & oblationem noſtram in domo ſua, ſiue vt ad prędicationem ſuam dominus benedicat domib⁹ noſtris. Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina, ſi peccauerint. Hæc ille. AVT HOR
2 Dignitati † ecce ſacerdotis incumbit fructib⁹ primitiuis benedicere, vt domus offerentium ad prædicationem eius, id eſt, ad ſanctificationis eius precem diffuſa largitate redũdet. Ad precem ſacerdotis dico non tantùm, ſed per ipſam, cùm fructum, vel panem ſacerdos benedicit, Deus in ſacerdote ſanctificat, vt ſit perfectus panis vltra naturam panis ipſa ſanctificatione. Ille eſt, inquam, panis, quem Chriſt⁹ in oratione dominica iuſſit nos petere, dicentes. Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Super quem locum Mat. Homil. 14. imper
3 fecti CHRYSOSTOMVS. Ita † ergo intendendum eſt, ꝙ non ſolùm ideo oramus, panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie, vt habeamus, qđ mãducemus, ſed vt qđ mãducemus, de manu dei capiamus. Nam habere ad manducandum, commune eſt inter iuſtos & peccatores. Frequenter & abundantiùs peccatores habent, quàm iuſti. De manu autem Dei panem accipere, non eſt cõmune, ſed tantùm ſanctorum. Sequitur. Ita vt cũ à Deo datur, ſanctificatus accipiatur. Et ideo non dicit,

panem

panem quotidianum da nobis, sed addit, nostrum, id est, quem iam habemus paratum ad nos, illum da nobis, vt dum à te datur, sanctificetur, vtputà, si laicus sacerdoti panem offerat, vt sacerdos accipiens sanctificet, & ei porrigat: quòd enim panis, est offerentis, quòd autem sanctificatum est, beneficium est sacerdotis. Hæc ille. AVTHOR. O quãtum chaos inter prophanum Witcleff, & beatum patrem Chrysostomum! Sanctus pater nouit aliud esse panem, & aliud benedictum panem, & ipsum quidem benedictum rectis, & peccatoribus non communem, sed iustis à Deo porrectum, ipso dicente, Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Seruietisque domino Deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis. Exodi. 23. Ergo præter authoritatem domini non est, quod sint panes benedicti. Nec benedictiones panum, vel fructuum sunt ab Episcopis, sed à domino introductæ, & sic inquit Chrysostom⁹. Si laicus panem offerat sacerdoti, vt ipse eum benedicat. Iam interroget eum Chrysostomus, quo tempore, quaq; audacia sacerdotes inceperunt benedicere panem, laico hoc petente? Quòd autem ipse assignat latitudinem benedictionis panis in corpus Christi secundùm naturam, & panis huius sanctificati benedictione minori, omnino cõcedimus Christiani, & adhuc addimus tertiam sanctitatem panis, qua sanctificantur cibi, quibus reficimur: quos tres gradus panis benedicti suprà libro quinto prædixi. Vnde libro. 5. de baptismo paruulorum, versus finem AVGVSTINVS. Catechumenos, secundùm suum quendam modum per signum Christi, & orationem, & manuum impositionem sanctificari puto, & quod accipiunt, quãuis non sit corpus Christi, & tamen sanctum, & sanctius, q̃ cibi, quibus alimur, quia sacramentum est. Verùm & ipsos cibos, quibus ad necessitatẽ sustinendæ vitæ huius alimur, sanctificari dicit Apostolus per verbum Dei, & orationẽ, qua oramus nostra corpuscula refecturi. Hæc
4 ille. AVTHOR. Ecce † tres gradus benedictionis panis in corpus Christi, & hæc est maxima. Panis catechumenorum, quem vocat Augustinus etiam sacramentum, & panis refectionis per Dei verbum. De hac vltima tradit Apostolus, Secundum repeto panem dominicis benedictũ. Iam exponat nobis Witcleff panẽ suum benedictum ab Episcopis præter authoritatem dñi introductum, eùm secundùm hũc multò sanctiorem afferat Augustinus suprà panem tertium sub Apostolo benedictũ, in cuius argumẽtũ iuxta figuram legis veteris panis iste debet tantùm à fidelibus, & cum hoc in sanctuario manducari. Reliquam, inquit, lex partem comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Leuit. 6. & quòd solis fidelibus porrigendus: omnis alienigena inquit non comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescentur eis. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. Leuiti. 22. Communis panis non est Iudæis negandus, aut paganis egenis, sed de sanctificato pane loquimur, & benedicto. Hoc modo scio antiquitus non solùm dominicis, sed christianæ communicationis gratia panes benedicendos inter amicos esse commissos: qualiter Paulinus cum Therasia coniuge sua epistola ad Paulinum inter epistolas eius. 14. PAVLINVS. Panem vnum, quem vnanimitatis indicio misimus, charitati tuæ rogamus accipiendo benedicas. Hæc ille. AVTHOR. Et Augustinus benedictum eis panem remittens, dicit eorũ acceptione fore benedictum vberius. epistola sibi 17. AVGVSTINVS. Panis, quem misimus, vberior benedictio fiet dilectione accipientis vestræ benignitatis. Hæc ille. AVTHOR. De pane autem, & omni cibo refectionis, quòd sit sub apostolica regula sub benedictione sumendus, quid reluctabuntur hæretici, apostolo planè dicente nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur etenim per verbum Dei, & orationem. primæ ad Timo. 4. Quæ qualiter profecit post apostolum in communem obseruantiam Christianorum, testatur antiquus pater Tertullianus apologetici sui capit. 39. de disciplina Christianorũ. TERTVLLIA-
5 NVS. Non † prius discumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur: editur quantum esurientes capiunt: bibitur quantum pudicis est vtile. Ita saturantur, vt qui meminerint etiam Deum adorandum sibi esse. Ita fabulantur, vt qui sciant dominum audire. Post aquã manualem, & lumina, vt quisquis de scripturis sanctis, vel proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere, hinc probatur quomodo biberit: æquè oratio conuiuium dirimit. Hæc ille. AVTHOR. Ecce disciplina Christianorum antiqua, quòd non prius discumbitur, quàm oratio ad Deum præguſtetur: & vnde hoc, nisi ab illo apostoli, Sanctificatur enim omnis esca per verbum Dei &

orationem? Secundùm eādem similiter disciplinam lectio scripturæ sanctæ aut ibi legitur, aut ab aliquo ingenioso tractatore concinitur, & tunc æquè vt priùs conuiuium oratione finitur. Saluator noster similiter nunquàm panem sine benedictione præeūte poœfexit: nunquàm nisi gratias agens comedit, & post refectionem hymno dicto recessit. vnde ideo inter definitiones rectæ fidei capitul. 34. AVGVSTINVS. Bonum est in cibo cum gratiarum actione sumere, quicquid Deus præcepit, edendum: abstinere autem ab aliquibus, non quasi à malis, sed quasi à non necessariis, non est malum. Hæc ille. AVTH. Hic tamen necessariò se ingerit quæstio proteruorum, vt quid benedicitur vt mundetur fructus, panis, aut cibus innocuus: nōne Deus illū vidat in primordio, & erat vilde bonus? Et Saluator ait. Nō quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore. Huic antiquæ proteruiæ satisfacit commentario super Matth. HIERON. Opponat inquiens prudēs lector, & dicat: si quod intrat in os nō coinquinat hominem, quare idolothytis non vescimur? Et quare Apostolus scribit, non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum? Sciendum ergo, quòd ipsi quidem cibi, & Dei creatura per se omnis munda sit, sed idolorum, ac dæmonum inuocatio ea facit immunda. Hæc ille. AVTHOR. Si ergo Deus author bonorum est, vt est, si potest cibus per se mundus inuocatione dæmonum effici immundus, multò magis propitiāte salutis authore Christo inuocato efficietur mūdior, & salubrior. Cibus ecce mundus reddetur, & tolletur infectio, dicente Christo, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.

¶ De exorcismis salis, & aquę qualiter sunt de fide scripturę, & de vtilitate huius aquę taliter benedictę.

CAP. CLXVIII.

SVMMA.

1 *Exorcismi ueteris legis recensentur, contra Witcleff.*
2 *Exorcismus quid sit,*
3 *Homines Dei, quòd uera pietate aēream potestatē omni pietate contrariam exorcizando eijciunt, non placando, contra Porphyrium.*
4 *Aqua benedicta à Marcello pontifice quantùm ualuerit, ostenditur.*
5 *Aqua sale conspersa, & sacerdotis benedictione suffulta, quantam uim habeat, ostenditur.*

DE aqua item benedicta non est apud Witcleuistas simplex blasphemia, dicentibus eis in libello oblato Parlamēto Regis Ricardi, quæstione quinta, quòd exorcismi, & benedictiones factæ super vinum, panem, & aquam, & oleum, sal, ceram, & incensum, lapidem altaris, & ecclesiæ muros, super vestimenta, mitram, crucem, & baculos peregrinorum, sunt vera practica necromantiæ potiùs, quàm sacræ Theologiæ. Cuius probatio est, quia per tales exorcismos creaturæ honorantur altioris virtutis esse, quàm sunt in natura propria, & non vident mutationem in creatura exorcizata, nisi per falsam fidem, quod est principale artis diabolicæ, Hæc Witcleuistæ. AVTHOR Iste discipulus malus contra Euangelium falsificat, vt sit supra suū magistrum. Nam Witcleff de statu innocentiæ, cap. 4. dicit exorcismos editos à statu naturæ, dicens, quòd Adam habuit notitiam à Deo naturaliter ad nominandum proprijssimè secundùm proprietates naturales naturas sibi subditas: sub quibus nominibus homini naturaliter obedirent. Et hinc reseruantur reliquiæ potestatis innocentiæ in vocibus exorcistæ, & naturaliter incantantis, & ad hoc credo voces Hebræas habere maiorem efficaciam, quàm alias variatas. Hæc Witcleff. AVTHOR. Iste ergo concedit exorcismos naturales sub vocibus Hebręorum habentibus potestatem à Deo de statu innocentiæ. Ille dicit nullam creaturam subditam homini mutabilem per eos, nisi per falsam fidem artis diabolicæ. Planè ergo magister falsificat suum discipulum, & econtariò: vtrunque miserum abijcit fides Christi, pro eo, quòd nihil gratiæ
1 Dei concedit super naturam. Veniat † perditus vterq; ad scripturæ fontem: audiat dominum dicere, non autem diabolum, neque naturam: quòd maritus zelotypus adducet vxorem coram sacerdote, offerens pro illa decimam partem sacci farinæ sine oleo, sine thure, assumetque sacerdos aquam sanctam in vas fictile, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi: mittet in eam, discooperiens caput mu

put mulieris, tenebitque aquas amariſsimas, in quibus cum execratione maledicta congeſ ſit, adiurabitque eam, & dicet, Si enim dormiuit vir alienus tecum, & non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtę amariſsimæ, in quas maledicta congeſsi: ſi autem declinaſti à viro tuo, atq; polluta es, his maledictionibus ſubiacebis: det te dominus in maledictionem, exemplumque cunctorū in populo ſuo. Putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum. Et reſpondebit mulier, Amen, Amen. Scribetq; ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis, in quas maledicta congeſsit: & dabit ei bibere. Numerorum. 5. Iam dicant iſti ignari ſcripturæ. Iſte eſt exorciſmus maledictionis diuino ore, & iuſſu formatus ad perdendum noxiam creaturam ſecundum carnem. Iſte non habet efficaciam per falſam fidem artis diabolicæ, ſed diuinæ. Qualiter ergo exorciſmus benedictionis habet efficaciam prodeſſendi omnino per falſam fidem artis diabolicæ? Quando ille non venit, niſi vt furetur, & mactet, & perdat? quia tu dicis ibi non te videre mutationem aliquam in exorcizata creatura, niſi per falſam fidem, quod eſt principale artis diabolicæ. Sic Samuel creditur probaſſe idololatras: ſic Moyſes vituli cultores. Super primo libro Samuelis, in Hebraicis quæſtionibus HIERONYMVS. Abſtulerunt filij Iſrael Baalim, & Aſtaroth, & ſeruierunt Deo ſoli, & conuenerunt in Maſphath: hauſerunt aquam, & effuderunt in conſpectu domini. Hebræi tradunt, quòd coram domino in eadem aqua maledicta congeſta ſint. Et ſicut in lege mulier zelotypica hauſta aqua probabatur, Ita & hic idololatræ hac aqua probati ſunt, hi videlicet, qui ſe idola coluiſſe penitus denegabant. Tradunt etiam, quòd quicunq; idololatra hanc aquam guſtaſſet, labia eius ita ſibi adhærebant, vt nequaquam ea ab inuicem idololatra ſeparare poſſet: quod & ſequentia demonſtrant in eo, quod dicitur, Iudicauit autem Samuel filios Iſrael in Maſphath. Iudicare in hoc loco idololatras ſecundùm legem, morti tradere intelligendum eſt. Dicunt etiam, q̄ hoc modo Moyſes idololatras, qui ſibi vitulū fecerāt, probauerit, quādo arripuit vitulum, & combuſsit, & contriuit vſq; ad puluerem, & ſparſit in aquam, & dedit ex ea potum filijs Iſrael. Hæc ille. AVTHOR. Facite Witcleuiſtæ, quòd Moyſes, & Samuel forent necromantici, quia maledicta, & cineres nociuos congeſſerunt in aquas ad efficaciter prodendum idolatras. Hos enim coloratiùs haberetis dicere eos eſſe necromanticos, qui verbo benedictionis cum diuini nominis inuocatione benedictiones congerunt aquis ſalutiferis ad expellendū morbos, & dæmones: & quoslibet Witcleuiſtas citent catholici ad reſpondendum argumento, quod de hac ipſa re Chriſtus fecit in euangelio contra quoſdam calumniantes de turba, quòd eieciſſet dæmonium in Beelzebub principe dæmoniorum. Quia ſi Satanas in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum ipſius? Luc. 11. In ſeipſum, & contra ſeipſum diuiſus eſt Satanas, ſi per artis diabolicæ falſam fidem, aqua precibus benedicta, Satanam abigit ab obſeſsis. Non ergo poteſt ſacerdos benedicēs ſic aquam mutare, vt eiiciat dæmones: quia nec Chriſtus ſic potuit. Satanas enim Satanam non fugit, ſed Chriſtum: nec in falſa fide fugatur, ſed in inuocatione nominis Ieſu Chriſti etiam per illos facta, qui veram fidem non habent. Sicut ſcriptura planè dixit de filijs Sceuæ: tentauerunt quidam inquiens de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos, qui habebant ſpiritus malos, nomen domini Ieſu, dicentes: adiuro vos per Ieſum, quem Paulus prædicat. Erāt autem quidam Sceuę principis ſacerdotum ſeptem filij, qui hæc faciebant. Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis. Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in eos, in quo erat dæmonium peſsimum, & dominatus eſt amborū, inualuit cōtra eos. Actum. 19. vbi in expoſitione BEDA. Refert Ioſephus regem Salomonem excogitaſſe, ſuamque gentem docuiſſe modos exorciſmi, id eſt, adiurationis, quibus immundi ſpiritus expulſi ab homine, vel vlteriùs reuerti non ſint auſi. Fit autem hoc interdum etiam per reprobos ob condemnationem eorum, qui faciunt, vel ob vtilitatem eorum, qui viderint, & audiuerint, vt licèt homines deſpiciant ſigna facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracula. Hæc ille. AVTHOR. Ergo mendaciter hoc dixiſtis; quòd per exorciſmos nihil videtis mutatum niſi per falſam fidem, nam in iſtis falſa fides non coegit dæmonē, ſed inuocatio nominis Chriſti; & apoſtoli, qui ſtatim agnouit, & honorauit, ipſos autem propter falſam fidem eliſit, & viſit. lib. 2. de ſacramentis parte. 7. HVGO. Exorciſmus † de Græco in latinum adiuratio dicitur: exorciſtæ enim ſunt, qui ſuper catechu- 2 *Exorciſmus*

menos, ſiue ſuper energumenos, id eſt, eos, qui habent ſpiritum immundum, inuocant nomẽ domini Ieſu, diuina virtute obiecta adiurantes eũ, vt egrediatur ab illis. Hæc ille. AVTHOR. Ergo diuina virtute, & non falſa fide valet vllatenus exorciſmus: ſed iſti Witcleuiſtæ, qui iſta finxerunt non poſſe rem per exorciſmos niſi falſa fide mutari, non omnino fundamento carebant. Porphyrius enim Chriſtianorum impugnator acerrimus, dicit ex ſententia aliorum, bonum Deum, vel genium non venire in homine, niſi malus fuerit antè placatus, tanquàm fortiora ſint apud eos numina mala, quàm bona. Vnde. 22. capi. libr. 10. de ciuitate
3 Dei, reſpondet AVGVSTIN. Vera † pietate homines Dei aëream poteſtatem inimicam contrariamque pietati exorcizando eiiciunt non placando: omnes tentationes aduerſitatesque eius vincunt orando, non ipſam, ſed Deũ ſuum, aduerſus ipſam. Non enim aliquem vincit, aut ſubiugat, niſi ſocietate peccati. In eius ergo nomine vincitur, qui hominem aſſumpſit, egitque ſine peccato, vt in ipſo ſacerdote ac ſacrificio fieret remiſſio peccatorum. Hæc ille. AVTHOR. Audiãt Chriſtiani catholicũ Auguſtinum cõtra hos omnes dicere porphyrianos, quòd homines Dei vera pietate aëreã poteſtatem omni pietate contrariam exorcizando eiiciunt, non placando. Certè placando id facerent, ſi id falſa fide, quæ eſt principium artis diabolicæ, perpetrarent. Et omnes tentationes, inquit, aduerſitatesque eius vincunt orando: putà cùm dicitur, virtutem benedictionis tuæ infunde: vt quicquid in domibus fidelium, vel locis hæc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpẽs: diſcedant omnes inſidiæ latentis inimici. Sed hìc iteratò bleſphemant in prędicto libello, corollarium annectentes concluſioni prædictæ, quòd ſi liber exorcizandi aquam benedictam lectus in eccleſia eſſet totus fidelis, nos cogitemus veraciter, quòd aqua benedicta viſitata in ſacra eccleſia foret optima medicina pro omnibus mortuis: cuius contrarium indies experimur. Hæc Witcleuiſtæ. AVTHOR. Petimus orthodoxi turbam iſtam, ſi liber euangelij Marci ſit ex toto fidelis, in quo indicatiuè aſſeritur, q ſigna eos, q crediderit, hæc ſequẽtur: In nomine meo dæmonia eiiciẽt, linguis loquẽtur nouis, ſerpentes tollẽt: & ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Si iſtè paſſus libri ſit ex toto verus, cur non experiuntur Lollardi, ſi crediderint hanc optimam medicinam contra omnes morbos in ſeipſis? Et in oratione Dominica, ſecundùm Matthæum, continetur, quicquid vtile fuerit ad habendum: & omne inutile deuitandum, ſiue ſpirituale bonum fuerit, ſiue temporale. Quare non experiuntur Witcleuiſtæ fidelitatem eius, quando dantur incendio, dicentes fideliter, Libera nos à malo, ita vt liberentur cælitùs, quod eſt hactenus inexpertum. Sed audiunt promiſſum Dominicum dicere, Quicquid orantes petitis, credite, quòd accipietis, & fiet vobis. Ipſi increduli ſunt, & fidem Chriſti corrumpunt. Quo ergo pacto reciperent, quod non credunt? Omnia poſsibilia ſunt, ſed credenti, ait Chriſtus. Et ad Martham, videbis mirabilia, ſed ſi credideris, inquit. Et quot ſunt modò inter catholicos, quorum charitas ita refriguit, vt dicat Chriſtus, Modicæ fidei, quare dubitaſtis? Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori Moro, eradicare, & explantare in mare, & obediet vobis. Lucæ. 17. Et arbor Morus ſenſum non habet, & fideli præcipienti obediet: ergo fideli adiuranti aquam, & elementa obedient, & iuſſa complebunt. Quot putas, videmus eregione fideles quotidie febres curare, amentes reducere, ſanare podagricos, ſuſcitare lymphaticos, ipſos quoque dæmones à morituris Chriſti ſeruis viſibiliter effugare per aſperſionem, aut potionem aquæ benedictæ? Vix ſenex, aut infans ſine hac circunſtantia, & eorum, qui curantur, cognitione ex ipſorum relatu diſcedit. Quòd iſta myſtica fidei non poſſunt experiri Lollardi, experiri ſaltem eò certiùs poſſunt, quantis bonis eos orbet ſæua perfidia. Quod ipſi non ſentiunt, Chriſtiani fideles ſentiunt. Aufertur eis, ideò reuertantur, & gemant: datur enim genti facienti fructum eius. Si noſtris experientijs non credunt, audiant ſeniores de templo quodam Iouis in Appamia ciuitate ſubruendo, quod forte nimis, & robuſtum erat ædificium. Vt libro. 9. hiſtoriæ tripartitæ, cap. 33. CASSIODORVS.
4 Natura, † inquit, petræ fortiſsimæ, quæ non facilè quibuſlibet ferramentorum generibus rumperentur. Harum itaque tres columnas per circuitum ſuffodiens, & ſub earum baſibus fortia ligna ſupponens, immiſit ignem: quo facto, non poterat ligna naturaliter ignis accendere, dæmon etenim quidam teterrimus apparuit, qui flammam vires ſuas operari prohibebat: cũque hoc frequenter facerent, & molitionem ſuam explere nõ poſſent, nũtia-

tinuerunt hoc Pontifici Marcello sub meridie dormienti. At ille repentè ad Ecclesiam concurrens, & aquam de vasculo portare præcipiens, aquam posuit super altare: ipse verò in pauimento, posita fronte clementi Domino supplicabat, ne ampliùs tyrannidem dæmonis vllam pateretur habere fiduciam: sed vt infirmitatem illius enudaret, & signum propriæ virtutis ostenderet: ne magis ex hoc infidelibus exultationis occasio nasceretur. Hæc cùm dixisset, facto signaculo crucis in aqua, quendam Diaconum suum Equitium fide, & zelo munitum sumere iussit aquam benedictam velociter, & cum fide spargere, ignemque supponere. Quod cùm fuisset factum, dæmon effugit, non ferens aquæ virtutem. Ignis autem velut oleum habuit illius aquæ naturam. Comprehensa ligna sunt repentè consumpta. Columnæ vero solatio nudatæ, & ipsæ cecidérunt, & alias duodecim vnà traxerunt: tuncque latus, quod cohærebat templo, violentia ruinæ depositum est. Sonus autem totam concutiens ciuitatem, cunctos illuc fecit concurrere: & dum inimici dæmonis apertè cognouissent fugam, in diuinis laudibus ora soluebant. Sic enim & alia templa sacratissimus Pontifex ille destruxit. Hæc ille. AVTHOR. Audiant Witcleuistæ increduli, & omnino pertinacissimi, si sanctus iste pontifex sic orando super aquam, & crucem supponens, erat necromanticus: quia per talem adiurationem diuinam fecit aquam plus habere virtutis, quàm habuit ex natura: dum ignem non extinxit, sed fouit, & mirabili modo auxit ignem, & promouit incendium: quasi aquæ illius crassæ, quę in flammam sub Neemia prorupit, haberet originē. Sed quod mihi mirabilius apparet, non super ignem, sed super dæmonem illum atrocem exercuit terribilem potestatem. Quis ergo fidelium vel minimus dubitat, qui Euangelium semel audiuit, quin diuinæ benedictiones, & piæ preces creaturarum, naturas exaltant, & efficiunt potentiores? Quis Christianus hoc ignoret? Dæmones hoc credunt, & contremiscunt. Vnde certior factus, omni fide contestor, quòd ars dæmonis callida est, quæ per Lollardos resonat inter gentes contra sanctificationes, & benedictiones ecclesiasticas in res sacras. Non enim cruciat dæmones aqua, nisi sancta, non sal, nec terra: non domus, vel arma, non homo, non creatura alia, nisi sacra, nisi adiuratione purgata, & crucis signatione defensa. Tunc torquetur, tunc fugit, si ligatus non fuerit, vbi diuina & summa virtus fuerit inuocata, tunc Christianis nocere non potest, vbi signa sacra persenserit, hæreticos excitat, qui sacras res vt viles despiciunt, vt ablato propugnaculo sanctitatis in rebus, diabolo sit patens introitus. Paganus si hoc diceret inter fideles, diaboli statim censeretur amicus: sed hæc per falsos Christianos probatiùs operatur. Sancti autem patres antiquæ Ecclesiæ contra eum hanc aquam benedictam commune remedium prouiderunt. Quis nouus hæreticus contra eos est audiendus simpliciter? Quartus enim à beato Petro, cap. quarto sui Decreti scribit ALEXANDER.

5 Aquam † sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi, sanctificentur, ac purificentur. Quod etiam omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus, populum sanctificabat, multò magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus consecrata, populum sanctificat, atque mundat. Et si sale aspersa per Eliseum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum: & coinquinatos sanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diabolì auertit, & à versutijs phantasmatum hominem defendit? Nam si tactione fimbriæ vestimenti Saluatoris infirmos sanatos non dubitamus: quantò magis sacrorum eius virtute verborum dominica celebrantur elementa, quibus sanitatem corporis, & animæ humana percipit fragilitas? His ergo, & alijs instructi documentis, vota singulorum Domini sacerdotes respicite, & virtute Sanctispiritus diuinis precibus per mysterium vobis diuinitùs collatum perficere certate. Elementa quoque, tam ea, quæ prædiximus, quàm cætera diuinis apta vsibus, & humanis necessaria infirmitatibus sacrate. Infirmos curate, cætera, quæ ad vos pertinent, diligenter perficite. Ipse enim Saluator tribuendo nobis exemplum discipulis suis ait, In nomine meo, dæmonia eijcite, infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate: super infirmos etiam manus imponite, & bene habebunt. Hæc ille. AVTHOR. In hoc loco sanctus pater Alexander Papa veteranus, & martyr gloriosus, probat exemplis varijs scripturæ sacræ, aquam sale consperſam, & sacerdotis benedictione, & prece suffultam, habere vim magnam

contra morbos,& præſtigia dæmonum.Ideò omnino iubet faciendam in remedium ſanctæ plebis. Nec tãtùm aquam,ſed cætera quoq; elementa,& res vſibus diuinis aptandas,ſicut ſalem loco terræ: ignem ipſum in Vigilia Paſchæ, oleum pro aëre, domos, carnes, fructus, & virgas, & peras, & quaſlibet res ipſe reputauit dignas ſanctificari pro ſanctis, dicente domino, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum.

¶ De ſanctificatione armorum.

CAP. CLXIX.

SVMMA.

1 *Arma quomodo ſanctificari olim ſolita, contra Witcleff.*

2 *Miles Chriſtianus quomodo muniri debeat ſanctis precibus, & cogitationibus æquè ſanctis, cùm arma ſumit.*

3 *Bellum,quòd interdum ſit licitum.*

1 ARma quoq; ſanctificari Witcleff deridet,vt inter cætera iam proximis capitulis recitaui. Sed † nonne venit ipſi vnquam in mẽtem, quòd dominus ait, Galaath, tu mihi caput Libani. Si non poſuero te in ſolitudinem orbis inhabitabilis, & ſanctificabo ſuper te interficientem virum, & arma eius. Hieremiæ. 22. vbi audire poteſt ſanctificationem armorum, quanuis alio modo ſanctificari ſolent,quàm vt res ad vſum eccleſiæ, vel altaris, debeant conſecrari. Vnde in eundem locum Hieremiæ commentarij ſui libro.4. HIERONYMVS. Alia autem eſt interfectoris ſanctificatio, & armorum eius: alia ſacerdotum, & eorum, qui miniſtrant domino. Hæc ille. AVTHOR.Si alia, non eſt nulla.Nam & præſeruatio ad ſexum virilem,& ſanctificatio quædam eſt: de qua item cura Deo tanta fuit, vt diceret in ſcripturis, Non induetur mulier veſte virili.Deuterono.22.ſecũdùm aliam tranſlationem: non erũt vaſa viri ſuper mulierem. Vnde in libro quæſtionum Deuteron. quæſtione.32.HIERONYMVS.Non erunt vaſa viri ſuper mulierem: vaſa bellica vult intelligi, ſic quidem interpretati ſunt. Hæc ille. AVTHOR. Arma ſunt hæc vaſa bellica, de

quorum ſanctificatione cura eſt, & loquitur Hieremias. Vnde & longo vſu ſcripturæ probatur, velut prodit ipſa ſanctificatio armorũ facta tempore Samuelis. Vnde dicit de bellis, & manubijs præliorum, quæ conſecrauerat ad inſtaurationem,& ſupellectilem templi domini, hæc autem vniuerſa ſanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis,& Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ, qui omnes ſanctifi cauerunt ea per manum Salemoth, & filiorũ eius. 1.Paralipome.26.Non omnes iſti ſimul, ſed ſinguli per vices, & tempora ſua. Nec erat mos iſte recens, ſed à tempore Moyſi, quando attulerunt armati de prẽda belli diuidebãt ea, & domino obtulerunt, ſiue de auro,& gẽmis pretioſis, ſicut patet. Numerorum.31.ſiue de armis ipſis, vt patet de lancea, & gladio Goliath. 1.Regum.21. Sic igitur in reſumendo, ſicut in deponendo arma ſanctificata pro 2 ſpicimus. Vnde † & valde expedit ſanctis precibus,cogitationibus æquè ſanctis,cùm arma ſumit, muniri militem Chriſtianum: non vt Witcleff vult, manibus cæcæ commiſſum fortunæ,ſed nudum cæleſti gratia prodere deſtitutum, prout docet Bonifacium comitem, epiſtola.111.AVGVSTINVS.Hoc primùm cogita, quando armaris ad pugnam, q̃ virtus tua ipſa etiam corporalis Dei donum eſt. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere contra Deum: fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt,contra quẽ bellum geritur, quãtò magis amico, pro quo 3 pugnatur? Pacem † debet habere voluntas, bellum neceſsitas: vt liberet Deus à neceſsitate, & conſeruet in pace.Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur,ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enim pacifici, ait Dominus, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. Si autem pax humana tam dulcis eſt pro temporali ſalute mortalium,quantò eſt dulcior pax diuina pro æterna ſalute angelorum? Itaq; hoſtem pugnantem neceſsitas perimat,non voluntas. Sicut rebellanti, & reſiſtenti voluntas redditur, ita victo, vel capto miſericordia iam debetur: maximè in quo pacis perturbatio non timetur. Hæc ille. AVTHOR. In hoc proceſſu Witcleff ad terram proſternitur, cùm iſta bella non patitur, ſi enim bellum quodlibet temporale eſſet illicitum, non eſſet miles docendus ſeipſum arma re ad bellum, & pacem habere in voluntate, bellum in neceſsitate certandi :ſed dicendum

Bellum interdum licitum.

Digitized by Google

dum esset pugnaturo: arma abiice, & de virtute potentiæ non gratias agas vt dimices, sed ambi vecordiam pro virtute, & inter ficere te volenti, & patriam perdere, libenter succumbe. De hoc dicturi sumus, vt Deus donabit in sequenti libr. 8. Quantum autem præsens opus exposcit, sufficit scire, qualiter homo pugnaturus, seipsum sumens arma sancti ficet: & arma virumque canens, Deo commendet.

Epilogus huius libri.

CAP. CLXX.

SVMMA.

1 *Witcleuistæ, qui nolunt stare, & tenere traditiones, quas apostolus mãdat non deserere, ab authore carpuntur.*
2 *Stare quid sit. Et qui dicantur stare.*
3 *Authoris oratio, & peroratio.*

Hic figo gressum calami, sancte pater, & ab exordio huius libri cuncta recolligens, quæ de rerum sanctificationibus in ecclesia Christi per preces, & patrum ritus à scripturæ sacræ & veterum tractatorum dictis excerpsi, quasi secundùm legis leuiticum pugillum simile tibi primo, & vnico Christi post Christum offero sacerdoti: Cur nisi vt Christi fidelibus authoritate Petri & Pauli sententiam proferas? Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et infrà. Denuntiamus vobis fratres charissimi in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis. 2. Thess. 3. Traditiones dicit, non præcepta legis: non magnos Christi sermones, sed, vt diuus exponit Basilius, peculiares obseruãtias, atq; ritus, quales sunt signatio sanctæ crucis, orare versus Orientem, & huiusmodi, quas omnes sermone eos docuit, sed nõ scripsit epistolis: præcepta decalogi, & magnos articulos omnes scripsit. Traditiões ergo hæ sunt, quas non omnes scripsit: sed quasdam scripsit, quasdam verò reliquit auditui. Sed nec alicui ab eis recedendi liberum pedem dedit: sed state, inquit. Nec ad faciendum aliter manum dedit, sed tenete, inquit, traditiones, quas didicistis, siue per sermonem nostrum, siue per epistolam nostram. Propter † Witcleuistas hæreticos, qui dicũt. vbi hos ritus, & traditiones profert Christus, aut profertis ab apostolis, & libertate sua, vt humanis traditionibus catenentur, spoliatis fideles. Iam dicit nobis apostolus traditiones illas constanter tenendas, quas didicerunt, siue per sermonem, siue per epistolam. Quantum credebat epistolis, ipsæ palàm docent, ipsas legite. Si non omnes has traditiones loquantur, quas cernitis, non minus obseruare tenemini, ipso iubente, etiã per sermonẽ traditis adhærere. Nec vos laterent, si stare tis in ecclesia orbis terrarum: si pacem teneretis ecclesiæ: si per Pauli epistolas eas traditiones non attingitis, per sermones Pauli eas legatis, in ecclesiis iugiter obseruatas. Vnde in epistola ad Vercellenses. AMBROSIVS.

2 Docuit † vos apostolus quid sit stare: hoc est, quod Moysi dictum est: locus enim, in quo *Stare.* stas, terra sancta est. Nemo enim stat, nisi qui fide stat, nisi, qui fixus stat sui cordis sententia. Alibi quoque legimus. Tu autem hic sta mecum, hoc est mecum stas, si stes in ecclesia. Ipsa enim est locus sanctus: ipsa terra est fœcũda sanctitate, & opima virtutum messibus. Sta ergo in ecclesia, vbi tibi apparui, vbi ego tecũ sum. Vbi est ecclesia, vbi firmissima statio tuę mentis est. Ibi fundamẽtum animi, vbi tibi de rubo apparui. Tu rub⁹, ego ignis in rubo: ego in carne, propterea ignis, vt tibi luceã, vt tuas spinas, vt tua peccata consumam, & meam tibi demonstrem gratiam. Stantes ergo in corde vestro lupos fugate ab ecclesia, quærentes prædam tollere. Et infrà. Sedentes detrahunt, stantes autem dominum benedicunt: quibus dicitur. Ecce nũc benedicite Dominũ omnes serui domini, qui statis in domo domini. Qui sedet, vt de corporeo vsu loquar, quasi otio resoluitur corpore, atque intẽtionem mentis relaxat. Stat autem speculator prouidus, explorator impiger, peruigil custos, qui prætendit in castris. Bellator atque strenuus ante expectatum stat in agmine, qui vult aduersarii consilia præuenire. Hæc ille. AVTHOR. Sic stare mandat Apostolus, ne traditiones deseramus, quas in ecclesia sub eius magistratu didicimus. Quod si facimus, munerabit nos cum stantibus. Si negligamus, cum sedentibus. Si fatigati reiicimus, cum inordinatè ambulanti

Digitized by Google

bus cõdemnabit. Sic enim ait: Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. i. aliter, quàm ordinatum eſt, & nõ ſecundũ traditionẽ noſtrã. Is ambulat, q ſecundũ deſideriũ cordis ab vno in aliud pedem mouet: & inordinatè ambulat, quia ſtatutum ordinem arbitrio ſuo commutat. Sic Witcleff conſulit contra apoſtolum nihil ordinatè tenere, ſed cantare cùm placeat, flere cùm velit, omnes ritus & obſeruantias citra præcepta libera permutare. Et vbi tunc eſt traditionum ſumma, quam tenere vt didicimus, ſub pœna ſubtractionis communicationis fidelium Paulus iniunxit? Hanc ego à Witcleuiſtis interrogo, cũ nullus iuxta eos niſi propter peccatum mortale poterit excommunicari iuridicè. Dicent Witcle. exhibe nobis illam, vt teneamus, & ſtemus. Et ego exhibeo, non autem ſcriptis totam, ſed ſicut ipſe iuſsit: per ſermonem, ſiue per epiſtolam viuam, & mortuam per chartis ſcriptam. Legite epiſtolas Pauli per epiſtolas Ieſu Chriſti. Illas, inquam, quibus Paulus ait. Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati, quoniam epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrati à nobis, & ſcripta, non artamento, ſed in ſpiritu Dei viui: non in tabulis cordis carnalibus. 2. ad Corinth. 3. Venite ergo ad eccleſias vos ſeducti, & captiui, in qua ſecũdùm Ambroſium apparuit nobis Chriſtus, Paulus traditiones edocuit. Ad eccleſiam dico orbis terrarum, & ibi in epiſtolis Chriſti viuis, & Dei ſpiritu animatis, videre poteſtis, & infidelibus legere traditiones, quas Chriſtus inſtituit, & Paulo miniſtrante docuit omnes gẽtes, & per Paulum loquẽs, ſtare in eis iuſsit, & firmiter tenere. Vbique per omnem mundum ſine mutatione ſolennibus ritibus ſacramenta canuntur, officia celebrantur, baſilicæ conſtruuntur, ſanctorum corpora venerantur. Ipſæ gentes Chriſti eccleſiis congregatæ per orbem teſtes ſunt, quòd has traditiones Chriſtus per apoſtolorum linguas inſtituit: quas mutare non licet. Sed dicunt. At aliis ritibus vtuntur Græci, alios tenent Armeni, Romani alios, Mediolanenſes item diuerſos. Aut non omnes Pauli traditiones tenent. Aut ſi bene faciunt, mutare licebit. Hoc contra ſeipſos arguunt Witcleuiſtæ: quia ſi Græci alium ordinem teneant, non aliud ſacramentum quàm: Romani presbyteri: ſuum ordinem, quem à principio didicerunt, firmiter continent Romani item, quem ſuſceperũt à Petro: Indi ſuum, quem didicerunt à Thoma: Perſæ ſuum, quem didicerunt ſub Bartholomæo. Et vnuſquiſque locus eandem fidem Chriſti, & eadem ſacrata, vt ab apoſtolis didicerunt, conſtanter ſuis ritibus, & vſibus celebrant. Propter hoc non arctauit omnes fideles Paulus ad ritus proprios dicens: Tenete traditiones, quas didiciſtis à me, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante non ſecundùm traditionem meam: ſed quas didiciſtis, inquit, & ſecundùm traditionem noſtram, Titum excipiẽs, & Timotheum, Lucam, Apollo, & Philemonem, quos epiſcopos inſtituit, cum pluribus aliis, vt ſuis locis, & vſibus moderarentur eccleſias. Sic Petrus Martialem, Marcum, & omnes apoſtoli per ſubiectos epiſcopos locales inſtruxerunt eccleſias: quorum traditiones, prout didicerunt à magiſtris eccleſiarum ſubiectus clerus, & plebes tenere, & in eis ſtare mãdantur. Quod cùm ita ſit, Witcleuiſtæ maledicto ſubiiciũtur apoſtoli, qui inordinatè, put eligunt, & ambulant, & non ſecundùm traditionem, quã eccleſiarum magiſtri diſpenſant. Hanc libertatem, vbi in eccleſia Chriſti ipſi reperiunt, filia Bohemorum miſera, nonne legiſti: Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram eccleſiæ? Nec ita legitur: beatus, qui liberè permutabit in omni populo fideli, vel item perfido legibus dedito. Incolę Pragenſes effręni hac, & equina libertate fruuntur, quam à cælis ſuis Chriſtus amouit propter immutabilitatis inſigne, quo ſanctos ſuos glorificat, & inſtar illius cælicæ hierarchiæ eccleſiam ſuã terre ſtrẽ; quantũ facultas ſufficit, immutabili libertate ſubarrat. Iuxta hanc profeſsionẽ det & ipſe mihi Chriſtus Ieſus hac immutabilitate teneri dum viuam, vt ad illam potiorem attingam. Ad quem ſub verbis Auguſtini ad comitem Valerium capitu. 26. me to to corde conuerto, deprecans, atque dicens,

Digitized by Google

Oratio, & Peroratio Authoris.

DA mihi Domine ſine errore immaculatam tibi ſeruare fidem: & iuxta fidem digna eſſe opera mea, vt fidem rectam opere prauo non polluam: & te, quem bene credendo confiteor, malè viuendo non denegem: & te, quem ſtrenua fide ſequor, negligentiæ operibus non offendam. Fac me in ſancto conuerſantem propoſito ſequi iuſtitiam, diligere miſericordiam, amare veritatem, refutare mendacium, falſum nihil meditari, vel loqui, te indeſinenter timere, te amare, te diligere, tua præcepta ſeruare. Addimus, & quicquid in Eccleſia per magiſtros eius de fide Sacramentorum, & cæterorum ſacrorum norma ſentire iuſsiſti, hoc plena fide, & deuotione pinguiſsima ſuſcipiam, ab eo non deficiam, donec in teipſum perueniam: qui es omniũ ſolẽnitatum, & obſeruantiarum noſtrarum finis. Amen.

¶REGI SECVLORVM IMMORtali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. 1. ad Timotheum. 1.

Digitized by Google

EXCVSVM SALMANTICÆ, APVD IOANNEM MAriam da Terranoua, & Iacobum Archarium Typographos. Anno Domini M. D. LVI.



REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr.

¶ Omnes sunt quaterniones, præter R r, qui est ternio.
Index verò per se patet.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google